8-13-I-13

ANTIMORNAEVS

Id eſt

CONFVTATIO MYSTERII INIQVITATIS,

ſiue Hiſtoria Papatus Philippi Mornai;

IN QVO, ELVCIDATA HISTORIAE veritate, Romani Pontifices vindicantur ab Aduerſarij calumnijs: ab erroribus ſacra eorum auctoritas, ac Fides Orthodoxa aſſeritur: Imperatorum, Regum, ac Principum iura, tùm Bellarminus, & Baronius Cardinales defenduntur.

Opus eruditione varia refertum, Theologis, Iuriſconſultis, Hiſtoricis, aliarumq; diſciplinarum Alumnis vtiliſſimum: rerum inſigniorum Indice ad finem vtriuſque Tomi, locupletatum.

AVCTORE F. LEONARDO COQVAEO,

Ord. Eremitarum S. Auguſtini, ſacræ Theologię Doctore, Sereniſsimæ Chriſtianæ à Lotharingia Magnæ Etruriæ Duci à ſacris Confeſsionibus.

Conuentus Tomus Primus. S. Mariæ de scala

Vidi vnum de capitibus Beſtiæ quaſi occiſum in mortem, & plaga mortis eius curata eſt. Apoc. 13.

Quare maledicit Canis hic moriturus Domino meo, Chriſto Domini mei? Vadam, & amputabo caput eius. 2. Reg. 16.

CVM PRIVILEGIIS.

CARMELITANI SCALAE DI S. MARIA DELLA SCALA



MEDIOLANI,

Sumptibus Hæredum Pacifici Pontij, & Ioannis Baptiſtæ Piccalei Impreſſorum Archiepiſcopalium. MDCXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

LVDOVICO
XIII.
FRANCORVM, ET NAVARRAEORVM
REGI CHRISTIANISSIMO.

FRATER LEONARDVS COQVÆVS Aurelianenſis Auguſtinianus conſecrat, dedicatq;.

NON alteri, quàm TIBI HENRICI MAGNI FILIO debebatur hoc opus (LVDOVICE REX CHRISTIANISSIME) tùm multis de cauſsis, tùm nominatim, vt quem paternarum virtutum hæredem eſſe gaudemus, paria cum patre de ſuis experimenta capere videremus. Ille cum ſagaciſsimus eſſet Chriſtianæ veritatis indagator, Eccleſiæ vnius Catholicæ defenſor, ac Nouantium opinionum oppugnator acerrimus, certè (vt Præſulum doctiſsimorum, quibus vniuerſa ſe iactat Gallia, promotiones, & alia multa ex hoc eius animo profecta prætercam) cum ab hæreticis dicatos, vel oblatos ſibi libellos, & iugiter obſtrepentes auribus ſuis eorum ſuſurros ferre vix iam poſſet; controuerſijs modum poſiturus, hanc inijt rationem, vt in homine omnium audaciſsimo ac verſutiſsimo periculum faceret, quid veritatis à reliquis Nouatricis Sectæ æmulis, quid confidentiæ

 foret

Digitized by Google

foret expectandum. Huic itaque ad ſe vocato diſputationis diem, locum, teſtes dicit; Scribas, Arbitros, Cenſores adhibet. Ad Fontem Bellaquæum conuenitur. Hic homo callidiſsimus ſcripta ſua profert, hic altercatur, hic, quantum poteſt, ſtrepitat. Sed deficiente ei veritate, ſuppetentibus abundè tantùm mendacijs, miſerrime ſuperatur, & ſuorum ipſius iudicijs, vel non ſine magno pudore, *Falſarius, & Impoſtor* toto Regno proclamatur. Quis tàm inclitus diſceptator fuerit (REX MAGNE) non eſt obſcurum. Hic ille nempe eſt, quod omnes norunt, Philippus Mornæus Pleſsiaci Marliani Dominus, Arte ſcilicet, & Marte famoſiſsimus. Sed enim qui frontem coram immortali M. T. parente ſemel perdidit, en iterum coram Te audet eandem perfricare: En qui ab Ebroicenſi Præſule conuictus eſt impoſturarum, & ſui Regis ore vocitatus *animarum interfector*, en, inquam, æternæ oblitus infamiæ, poſt fugam iterum comparet, nouis dicterijs, & criminationibus (ſicut ſolet) inauditis contra veritatem armatus, neſcio quo publici ſtatus prætextu (verè prætextu) reipſa ſuam (ſi potis) vindicaturus infamiam, & acceptum confutationis & confuſionis damnum reſarciturus. Permitte igitur (CHRISTIANISSIME REX) vt is pari dedolatus certamine, eandem, quam ſub parente nuper, fortunam modò, me vrgente, ſubeat. Sentiat vniuerſa Gallia, depræhenſum ſemel Cretenſem ſemper cretizare. Non illius profectò argutiæ, non ætas, non conditio, quas ad nauſeam vſque iactat & eructat toties, impedient, quominus non ſolum Regijs auribus indigna, ſed & cenſoria Lictorum ferula coercenda iudicentur, quæ profane toto ſuæ iniquitatis Myſterio effutijt. Adſit æquus Arbiter, conceptiſsima adfirmatione Maieſtatis diuinæ reum conuincam, vellicandis ſacris Scripturis ac Scriptoribus, truncandis Patrum ſcriptis, & Hiſtorijs omnium temporum maleuolè peruertendis aſsiduum. Non hic itaque Pontificum magis, quàm Regum, Principumuè geſta defendimus.

Aper-

Digitized by Google

Apertè, nudè, ſine fuco, & ceruſſa Hiſtorias reſtituimus; ſacrorum Conciliorum teſtimonia, Sanctorum Patrum, ac probatorum Authorum loca perperam ab eo citata aut truncata reſarcimus, Regum, Regnorumq; fidem in Eccleſiam Romanam, eiuſque Sedis Pontificem quàm ſimpliciter demonſtramus. Certè prædeceſſorum tuorum ſanctitati Chriſtianiſsimum nomen meritiſsimo iure debitum, patefaciemus: qui nunquam à CHRISTI VICARIO PONTIFICE ROMANO ſeſe penitùs alienarunt. Exemplum in maioribus habes (REX CHRISTIANISSIME) quod mireris, quod imiteris, ſanctum illum LVDOVICVM qui eadem ferè, qua tu, ætate diadema Regium induit, Hæreticis demum ac Barbaris bellum indixit, diuiniq; Numinis religione pleniſsimus candenti lamina blaſphemorum frontem vſtulandum ſanciuit, temporiſne noſtri laturus ille, an ſublaturus hæreticales blaſphemias? HENRICVS ILLE MAGNVS natum ſuum Regi ſanctiſsimo cognominem eſſe voluit, vt quem ætate ac nomine referret, eundem religione, factiſque imitaretur. O Sanctiſsimum parentis inſtitutum. Qua tandem animi patientia Philippi Mornæi fraudulentas virulentæ doctrinæ eſcas nato ſuo vnicè dilecto ſuggeſtas conſpecturus? Hoccine, diceret, beneficiorum meorum meminiſſe, nato meo, Regni mei ſucceſſori, virtutum mearum alumno, corruptæ nouitatis ambagibus inſidiari velle? Diceret profectò, vereque diceret. Illud enim ſua farraginis impoſturarum oblatione ſi non fecit Mornæus; quid ergo fecit? Tenera beneficentiſsimi ſui Regis ætate abuſus eſt, maiorum eius dicta, facta, mores vellicauit, contaminauit, condemnauit. Pontifices enim dumtaxat ab eo petitos, fucus eſt. Reges, Religionem, Deum ipſum impetit. Inſtituti itaq; noſtri (REX) erit malos impoſtoris dolos detegere, calumnias in authorem ſuum retorquere, venenatas ac peſtiferas hæreſeon diatribas antidotis ſanioribus deſtruere. Id-

Digitized by Google

ipſum ante biennium incœptatam, fœlicibus T. M. auſpicijs, dedicatoriæ eius ad Sereniſsimum Angliæ Regem Epiſtolæ, necnon Præfationi ad Eccleſiæ Romanæ Sectatores reſpondendo : vtinam, quod mihi in votis erat, cum aliquo animorum fructu. Per me iam creuit opus; Tu (REX CHRISTIANISSIME) effice, vt irrigua T. M. beneuolentia creſcat & fructus. Hoc voueo, hoc mecum fideliſsimi Gallorum omnes, qui vno ore pacem Patriæ, miſeris Nouantibus pietatem, & ad fidem Sanctæ Romanæ, Catholicæ, Apoſtolicæ Eccleſiæ, vnicæ CHRISTI columbæ, vnicæ dilectæ conuerſionem, Tibi diuturnum in terris Regnum, in Cœlis æternum adprecantur.

PRAE-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

APVD Spartanos lege Lycurgi ſancitum erat, vt deformis & monſtroſus partus in loca vaſta & prærupta exponi, vel in vltimas terrarum oras ablegari deberet. Quin & legibus Romuli à primo Vrbis ortu conſtitutum ferunt, vt ſi mancum quid editum aut monſtrificum fuiſſet, ſtatim à partu in flumen, aut mare exponeretur, & aquis ſuffocaretur. Mirabatur olim D. Hieronymus, quòd Gallia Vigilantium hæreticum produxiſſet, quæ antea monſtris caruiſſet. Quid quæſo noſtra hac ætate ſcripturus? quæ tot horrenda monſtra, atque inter cæteros colluuiem illam omnium hæreſeon produxit Philippum Mornæum, ſacrilegi iſtius operis (quod tam inſigni titulo inſcripſit, & quod confutare mihi conſilium) authorem. Hanc Philoſophi cauſarum conſtituunt differentiam, quod aliæ ſunt vniuerſales & æquiuocæ, quæ diuerſi generis ſibique diſſimiles producunt effectus: aliæ particulares & vniuocæ, quæ eiuſdem rationis ſibique ſynonimos edunt. Monſtrum igitur illud horrendum & ingens nonniſi partum valde monſtroſum, ſibique ſimillimum, ac ſeſe egregiè referens, Antichriſti Præcurſor Myſterium iniquitatis in lucem edere potuit; Nunquid enim colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Meritò itaque vbi huiuſmodi partus prodijt in lucem, non modo Facultas Theologiæ Pariſienſis, Catholicæ Fidei vindex acerrima, & hæreticæ prauitatis hoſtis perpetuò iurata, ſed & Rex Chriſtianiſſimus cum Regina matre habenas Regni moderante, quin & Gallia ferè vniuerſa, exemplo ſapientiſſimorum legumlatorum Lycurgi, & Romuli, ſanciuit indignum omninò, qui in conſpectum hominum veniret, & vel lucem ipſam aſpiceret; vt ancipiti animo diutiùs hærerem, an operam meam in confutando tàm impio, adeòque infami libro collocare deberem. Satius enim id eſſe iudicabam, vt nec Authoris nomen, nec operis ipſius notitia ad poſteros vnquam perueniret. Quanquam cum mecum ipſe conſiderarem, etſi libri ſuperiorum hæreticorum, aut Gentilium, qui contra Religionem Chriſtianam, aut genuinam Eccleſiæ doctrinam multa olim ſcripſerunt volumina, ſuppreſſi ſint, quòd ea Sanctis Patribus, immò & Principibus ipſis cura potiſſima fuerit, vt infelices illi partus non prius prodirent, quàm Vulcano conſecrarentur; nullum tamen eorum à doctiſſimis & ſanctiſſimis illis Patribus non doctiſſimè & accuratiſſimè confutatū fuiſſe; vt quid ſuperiores Hæreſiarchæ ſenſerint, quoſque induxerint errores,

Digitized by Google

non ex eorum lucubrationibus, quæ nullæ iam extant, ſed ex libris noſtrorum ad noſtram peruenerit notitiam; non inanem & ſuperuacuũ laborem fore iudicaui, quem ego in confutando hoc Opere collocarem, quo Author ipſe prodit luculenter odium ſuum in ſacram Religionem, in Vicariũ Chriſti, totius Dominici gregis Principem & Paſtorem, in ipſam Sedem Apoſtolicã, ac omnium hæreticorum, qui per omnes ætates ab ipſa ferè naſcente Eccleſia eam impugnare conati ſunt, patrocinium ſuſcipit. Quàm verò nullo iudicio ſcribat, ſed furijs ipſis infernalibus agitatus reprobus homo, Sathanæ ſatelles, ad tartara cum vero Antichriſto, & omnibus illius Præcurſoribus, qui Myſterium iniquitatis, *Hiſtoriam Papatus* tàm ſacrilegè interpretatur, relegandus, palàm me facturum, Deo Opt. Max. cuius cauſam contra perfidum hunc hoſtem defendendam ſuſcipio, vires ſubminiſtrante, polliceor.

CEN-

Digitized by Google

CENSVRA

SACRÆ FACVLTATIS THEOLOGIAE PARISIENSIS,

Contra impium, atquè execrabilem librum Pleſſæi Mornæi, inſcriptum: Le Myſtere d'iniquite, c'eſt à dire, l'Hiſtoire de la Papauté.

C*VM authore Apoſtolo 4. ad Epheſios, Deus omnia in vnitatem concluſerit; & quæcumquè ſunt à Deo, ordinata ſint, Roman. 13. exploratum autem habeatur, Vnitatem atq; ordinem ſine eminentis alicuius authoritatis prærogatiua nequaquam ſubſiſtere, eaquè de cauſa Dominum noſtrum, ad vitanda ſchiſmata, Beatum Petrum Vicarium ſuum, & caput viſibile Eccleſiæ conſtituiſſe, Matthæi 16. & Ioannis 21. meritò quidem omnes Catholici illos execrari debent, qui S.E. Romanæ primatum, atque vnicam Petri Cathedram ſcriptis ſuis euertere moliuntur: cum certiſſimum ſit, Eccleſiam, quæ eſt myſticum corpus viſibile Chriſti, nulla alia re vel nota accuratiùs dignoſci, aut à factioſis Sathanæ conuenticulis, quàm vno viſibili capite ſecerni poſſe. Quod ipſum Sectariorum exempla ſatis comprobant, qui in ortus ſui principio, cum ab hac vnitate, & fundamento viſibili nefariè deſciuiſſent, ſtatim in variorum ſchiſmatum, ac hæreſeon monſtra degenerarunt; adeo vt tanquam Madianitæ, ſeſe mutuis, & contrarijs dogmatum vulneribus confecerint, nulla alia re inter ſe conſentientes, quàm vt ſacroſanctam Eccleſiæ Catholicæ vnitatem funditùs labefactent: ſicut omnibus eorum libris innoteſcit, maximè verò duobus, quos Philippus Mornæus Pleſſæus in lucem edidit: quorum alter pridem à ſacratiſſima Facultate Theologiæ Pariſienſi damnatus, inſcribitur:* De l'inſtitution vſage, & doctrine du Sainct Sacrament de l'Euchariſtie: *alter paucis ab hinc diebus vulgatus, iſtum nefandum ac horribilem titulum præfert:* Le Myſtere d'iniquite, c'eſt à dire, l'Hiſtoire de la Papaute.

Quocirca Decanus, & Doctores prædictæ Facultatis Pariſienſis, anno milleſimo ſexcenteſimo vndecimo, die prima Auguſti, poſt Sacrum de Sancto Spiritu more ſolito celebratum, in maiorem aulam Collegij Sorbonæ conuenientes, prouinciam iſtius libri examinandi viris ſelectis demandarunt: qui quidem die decimanona eiuſdem menſis, & anni, ad Facultatem retulerunt, ſe præfatum opus conſideratè legiſſe, atquè expendiſſe: innumeris autem execrandis blaſphemijs, atque impietatibus

Digitized by Google

tibus in Religionem, Fidem Catholicam, & Sanctam Sedem Apoſtolicam ſcatere, varijs, ac propudioſis mendaciorum, atq; hæreſeon pridem damnatarum centonibus interpolatum: deniquè præcipuum Mornæi inſtitutum eſſe, vt Babylonicam confuſionem in Eccleſiam Catholicam, primatus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, atquè vnius Cathedræ Petri euerſione, intromittat, omneſque Principes Chriſtianos ad bellum Sanctiſſimo D. noſtro Papæ inferendum ſua turbulentiſſima oratione inflammet. Quibus auditis, atque iteratò & maturè in deliberationem adductis, die vigeſima ſecunda Auguſti, in ſolemnibus Comitijs hac de cauſa ſub iuramento habitis, omnes, & ſinguli Magiſtri Theologiæ primò cenſuerunt, dictum librum hoc nefandiſſimo titulo nuncupatum; Le Myſtere d'Iniquite, c'eſt à dire, l'Hiſtoire de la Papaute, tanquam legi diuinæ, naturali, & canonicæ, Patrum antiquorum doctrinæ, praxi Eccleſiæ Catholicæ, ſacriſquè ritibus ab omni memoria hominum in Eccleſia vſitatis ac receptis omninò contrarium, hæreticum, furioſiſſimum, ſeditioſiſſimum, impudentiſſimis calumnijs atque mendacijs refertiſſimum, damnandum, execrandum, ac populo Chriſtiano penitùs interdicendum. Secundò, vt omnes pios Eccleſiæ Catholicæ, & Romanæ aſſertores huiuſce rei, nec non imminentis periculi quamprimum commonefacerent, hoc Decretum Latinè, & Gallicè typis vulgatum eſſe ſtatuerunt. Demum vniuerſos Eccleſiæ Catholicæ Præſules, ac Ciuiles Magiſtratus humillimè obſecrant atquè obteſtantur, vt pro ſui officij & authoritatis ſibi à Deo creditæ ratione, huic teterrimæ peſti generosè ac efficaciter occurrere annitantur, peruigilentquè, tanquam rationem de publica Eccleſiæ pace, quiete, atque animarum ſalute reddituri.

TYPO-

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS
AD LECTOREM.

MYSTERIO INIQVITATIS, quod paucis ab hinc annis Philippus Mornæus tàm Caluinianæ Sectæ ſtudioſus, quàm inimicus Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, in vulgus edidit, occurrit in aperta luce tandem abſolutus *Antimornæus Leonardi Coquæi* viri eruditiſſimi, & ad refellendos Eccleſiæ Romanæ, atq; Orthodoxæ veritatis hoſtes, quibus opus eſt, armis inſtructiſſimi. Habes itaq; benigne Lector, non examen modo *Epiſtolæ ad Sereniſſimum Britanniæ, & Hiberniæ Regem, atq; Præfationis ad Eccl. Rom. Sectatores*, quam Mornæus ſuo præfixit Operi, confutationem, quæ noſter Author non multo poſt quàm Mornæi librum Latinè editum accepiſſet (accepit autem iam exacto ab eius editione anno integro) Lutetiæ typis mandauerat; verùm etiam habes Antidota Fidei Orthodoxæ, quæ idem cum illa ederet, à ſe parari profitebatur, & re quidem ipſa non multo poſt abſoluit; quamuis nonnullas ob cauſſas, quas hic referre neceſſe non eſt, longiùs, quàm ipſe vellet, dilata ſit eorum editio. In his præſertim Antidotis (quæ Mornæi Progreſſibus, & Oppoſitionibus totidem quaſi medicinas oppoſuit) quot Mornæi errores in Hiſtoria, quot mendacia detegat, quot figmenta, quot fraudes, quot impoſturas, quot blaſphemias, & huiuſmodi alia, quibus nihil eſt Sectarijs familiarius, nihil frequentius, tu ipſe, Lector, paſſim inuenies. Quàm item apertè, quàm efficaciter, quàm conſtantibus argumentis tùm ſacram Romani Pontificis authoritatem, tùm Fidem Chriſtianam toto hoc Opere tueatur, alium nolo iudicem, quàm Lectorem amantem veritatis. Quod ego, quin potiùs quod ipſamet Bibliotheca Ambroſiana, quam Illuſtriſs. Federicus Cardinalis Borromæus, pro maximo ſuo ſtudio iuuandæ rei literariæ, tanquam alter ætatis noſtræ, ni forte pluſquàm, Ptolomæus Philadelphus, in publica commoda in hac Vrbe funditùs erexit, & libris in omnem ſiue ſcientiam, ſiue artem, vndequaque conquiſitis locupletauit, quod, inquam, hæc luculenter teſtari de hoc Opere, ac profiteri poſſet, id certè eſt, non hìc, vt in Mornæi libro, corruptas, non confictas ad Authoris libidinem vllas Hiſtorias, non Scriptorum teſtimonijs fraudulenter additum quicquam, aut detractum, non ad occultandam veritatem tacitè præteritum, ſed omnia fideliter citata, recitata. Siquidem ex ipſius libris, ad Authoris noſtri nutum, quippe qui non aliud, quàm veritatem quærit, omnia rurſus diligenter ſunt recognita; & hinc Authoris fides confirmata. Quod ſi quippiam quæris de ipſamet, quæ noſtræ eſt artis, editione libri; nihil certè video, quod moneri debeas, niſi forte, grandioribus characteribus Mornæi textum contineri, eundem etiam minutioribus aliquando impreſſum, manibus illis in margine appoſitis indicari. Illud tamen prætereundum non eſt, hunc quidem Coquæi librum non ita commodè cum libro Mornæi conferri poſſe; ſi, quem hic vides, numerum Progreſſuum, & Oppoſitionum attendas (nam quos Coquæus ad maiorem facilitatem eis in libro ſuo numeros appoſuit, omiſit Mornæus) veruntamen numerum paginarum ad hoc ipſum tibi quàm commodiſſimè ſuffecturum. Reliquum eſt, vt typographicos noſtros labores vna cum tàm inſigni libro lubens excipias, eiuſque opportunitate ſiuè ad confirmandum in veritate animum, ſiue ab errore reuocandum, vt cuique opus eſt, Deo propitio, vtaris. Vale.

Magi-

Digitized by Google

Magiſter Frater Nicolaus à S. Angelo Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Prior Generalis, licet indignus.

TIBI admodum Reuerendo Patri Magiſtro Leonardo Coquæo opus à te elaboratum ſub hoc titulo: *Antimornæus, ideſt Confutatio Myſterij iniquitatis, ſiue Hiſtoriæ Papatus Philippi Mornæi*, tenore præſentium, & noſtri muneris auctoritate libenti animo facultatem damus, qua in lucem edere poſſis, ac valeas, ſi ijs, ad quos pertinet, videbitur. In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Amen. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, et noſtri Officij ſigillo munitas dedimus Bononiæ die 13. Octobris 1615.

F. Nicolaus à S. Angelo Generalis indignus.

Imprimatur.

Frater Aloyſius Bariola Auguſtinianus, Conſultor Sancti Officij pro Reuerendiſſimo Inquiſitore.

Aloyſius Boſſius Canonicus Ordinarius Theologus, pro Illuſtriſſimo Cardinali Archiepiſcopo.

Vidit Saccus pro Excellentiſſimo Senatu.

Summa Priuilegij à Chriſtianiſſimo Galliarum Rege conceſſi.

LVDOVICI XIII. Galliæ, & Nauarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, atque patentibus litteris cautum, ne quis in ſuo Regno, alijſuè locis ditioni ſuæ ſubiectis intra proximos ſex annos, à die impreſſionis primæ inchoandos, ac numerandos excudat librum, qui inſcribitur: *Antimornæus, ideſt Confutatio Miſterij iniquitatis, ſiue Hiſtoriæ Papatus Philippi Mornæi &c. Auctore Fr. Leonardo Coquæo Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, Sacræ Theologiæ Doctore, Sereniſſimæ Chriſtianæ à Lotharingia Magnæ Etruriæ Duci à ſacris Confeſſionibus*, præter Bibliopolam, aut Bibliopolas, quibus ipſemet Auctor conceſſerit, ſub pœna ſcutorum aureorum mille, amiſſionis librorum, alijſue pœnis contra delinquẽtes expreſſis in originali Diplomate dato Pariſijs 2. Iulij anno 1613. & Regni dicti Regis quarto, ſignato *Buyer*. Dictus autem Auctor prædictum priuilegium conceſsit hæredibus Pacifici Pontij, & Ioanni Baptiſtæ Piccaleo Typographis, & Impreſſoribus Archiepiſcopalibus Ciuitatis Mediolanenſis, prout latiùs patet ex Inſtrumento manu Notarij publici Mediolani in Aedibus S. Marci Ordinis Eremitarũ S. Auguſtini confecto, Anno 1615. Indict. 15. die Sabbati, vltimo Menſis Octobris.

IN

Digitized by Google

IN ECCLESIAE ROMANAE EFFIGIEM,

quam Mornæus ſuo Myſterio iniquitatis *præfixit.*

MARTE ferox rigido, fallendi doctior arte,
Et Cataphractorum Doctor Mornæus, in Arcem
Romanam figens oculos, meditanſque ruinam,
Fingit in infirmis erectam ſtare tigillis,
Queîs, vbi flagranti tæda ſubiecerit ignes,
Protinus accenſis, ruat alto à culmine moles.
Nec finxiſſe ſatis: proprio præfigere libro
Figmentum voluit, ridenda hæc carmina ſubdens:
Falleris æternam qui ſuſpicis ebrius Arcem.
Subruta ſuccenſis mox corruet ima tigillis.
Non equidem quiſquam noſtrum ſic fallitur: omnes
Eſſe ruinoſam quam fingis, credimus Arcem;
Quam Zephyri leuis aura queat, vel flammula totam
Vertere, præcipiti totam delere ruina.
Si Mornæe putas hac arte animare ſodales,
Hæc tibi proſtrandæ moli ſi ſufficit vna;
Bellipotens miles: mirum, ni iamq; ſubacto
Orbe triumpharis: mirum, ni prælia Cœlo
Intentes. Cœlum ſimili cur vincier arte
Non queat? Infirmis Cœlum fac ſtare tigillis,
Subde faces; quam nunc æternam ſuſpicis Arcem,
Subruta ſuccenſis mox corruet ima tigillis:
Aude, ſume animos. Sin conſtantiſſima Cœli
Compago retrahit, ne talia fingere poſſis;
Ebrie, quæ ventos per tot iam ſecla furentes
Paſſa tyrannorum, flammas, incendia mille,
Turbinibus concuſſa feris, agitata procellis,
Conſtitit indomito longè conſtantior ære,
Quæ ſibi barbarico quæſiuit robora ferro,
Quæ coniurati vires deuicit Auerni,
Scilicet infirmis ſtetit hæc innixa bacillis?
Abſit: ab æternis exſurgit fundamentis
Arx æterna Dei: non eſt ſuperabilis: & tu
Falleris, æternam qui deſpicis ebrius Arcem.
Subruta ſuccenſis non corruet ima tigillis.

Iacobi Philippi Opicelli Theologiæ Doctoris.

IN FRATRIS LEONARDI COQVAEI,

Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Theologi Pariſienſis doctiſſimi Antimornæum.

QVIS nouus Alcides dias in luminis oras
Exit, & infeſta cuſpide monſtra domat?
Hîc Hydræ capita alta iacent, hîc Cerberus ingens
Sternitur, hîc certo vulnere languet Aper.
Hîc ſtabulum Augiæ purgatis ſordibus ambit
Pacificum Chriſti continuiſſe gregem.
Tu nouus Alcides, Coquæe, in lumina ſurgis,
Vt pereant ſcriptis omnia monſtra tuis.
Mornæi iacet Hydra, iacent myſteria mortis,
Cerberus in Solis lumine mutus hiat.
Macte animi, magni Alcidæ tua gloria maior,
Quod ſine monſtrorum ſanguine monſtra domas.

Iulij Cæſaris Bulengerij Doctoris Theologi.

Εἰς αὐτὸν

Ὦ προμαχῶν ζαθέης ῥώμης ἱερεῖο θεοῖο
Ἠνὶ δέχευ ὅπλον θεσπεσίην σελίδα:
Εἰ Μορναῖος μωραίνει, μωρῆα σπαίσεις.
Ἐνθεὶς αἱ, φθέγγει τοῖσδε σωφρονέειν,
Εἰ Μορναῖον ἴσον βλοσυρὸς, Μορναῖον ἀτύζεις
Μοῦνος ἀλωβήτους ἄλκιμα μαρνάμενος.
Παλλάδος ἔσκε σάκος σελαγεῖ σέλας, ὧν ἐσαθρήσας
Πέρσεος, ὧς Περσεὺς Γοργόνα, δυσσεβία.

Φρανκίσκου Τρίνι Ἀθηναῖ

IN

VINDICIIS
REVER. ET EX. P. M.
LEONARDI COQVÆI
MYSTERIVM INIQVITATIS
a Philippo Mornæo conſcriptum expugnantibus.

MEndaciorum pelagus, errorum chaos,
Fideifragorum tetra colluuies, malæ
Sentina fraudis, & impiæ fæx hæreſis
Tot fœda cœno monſtra producit ſuo,
Vt par necandis non ſit Herculeus labor.
Atque inter iſtas marcidi proles laci,
Abominandam, prodijt lues noua,
Spirans mephitim: nempe quam ſartor doli
MORNÆVS ouo fœtido excluſit, factam
Vt veritatem arietet, & Sedem Petri.
Luctamen atrox multiceps monſtrum parans,
Capitibus inſtat luridis, quæ ſi ſemel
Infracta veri puritas deiecerit,
Iterum reſurgunt, creſcit & pugnæ labos.
Lernæa non ſic peſtis horribilis fuit,
Renaſcituris denuò ceruicibus
Infame monſtrum: namque vitalis licet,
Longâ renaſcens, atque remoriens vice;
Experta vires Herculis tamen occidit.
Quis ille nobis Hercules? quis tam potens,
Vt cuncta fraudum hæc capita diuellat ſimul?
Non Alcumenæ tanta virtus filio,
Quamuis Leonem tergore in pando gerat,
Clauamq; dextra. promptior vindex erit,
Ardente veritatis inſtructus face,
LEONARDVS, ille Chriſtiani dogmatis
Aſſertor, ille fortis athletes Dei.

Fratris Ambroſij Belgæ Auguſtiniani.

Εἰς αὐτόν.

Τίς μέγ᾽ ἐπιβρομέων κόσμον θόρυβος κατέπληξεν
Ὡς πάσας σιγᾶν φυλάδας αἱρετικῶν
Μηδὲ βίη βροντῆς, μηδ᾽ ἰσὶ βόημα λέοντος,
Ἀλλὰ ΛΕΩΝΑΡΔΟΥ πολλὰ κρατεῖρα βοή.

Digitized by Google

EXIMIO MAGISTRO P. LEONARDO COQVÆO MORNAEVM

Hæreticorum principem debellanti.

ΕΠΙΝΙΚΙΟΝ.

SArtam tueri Theologam fidem,
Tectamque, Diuis proximus eſt honos
Quem perdiâ & pernocte curâ
Magnanimi ingenij occupaſti,
Sectariorum ſacrilegum Caput
Dum ſuſtuliſti, quod Capitolio
Vt Orthodoxorum Monarcham
Deijciat, ſtudet ARTE, MARTE.
In hoc locari, quam colit, hæreſis
Omnis cloacam vellet, & Inſulâ,
Quæ triplici ſurgit coronâ
Hæreticum caput impediri.
Non fert rebellis limite quod Fides
Obſtante nullo permeet omnia,
Romano & ex Phœnice Phœnix
Perpete quod ſerie reſurgat.
Quid machinari mens cauet impia,
Quæ fulminantis non tremit ad minas?
Calumnias, fraudes, tumultus
Mille modis furit excitare.
Famoſa notis Africa peſtibus,
In Sacra quondam quas furor impius
Flammauit, hac feraliorem
Num tulit, aut feret Orcus olim?
Hâc interemptâ, quis celebret tuum
Victor triumphum? non numerabiles
Quæ vincat annos fama, quæque
Te poſitum canat inter aſtra.

Fratris Gabrielis Metermanni Auguſtiniani.

PRÆ-

PRÆFATIO AVCTORIS
AD
GREGALES PHILIPPI
MORNAEI.

PHILIPPVS Mornæus Eccleſiæ veſtræ Purioris, & Reformatæ non diuinarum litterarum authoritate cognitæ, ſed humanarum calumniarum vanitate confictæ magnus ἀρχιερεὺς (Domini, ac Fratres, vtinam aliquando in domo DEI nobiſcum vnanimes) Hiſtoriam Papatus, quam *Myſterium iniquitatis* interpretatur, deſcripturus, hoc eſt, Romanos Pontifices impoſturis, & calumnijs oneraturus, Sacrorum Conciliorum, & Sanctorum Patrum, doctiſſimorum Theologorum, ac probatorum quorumquè Scriptorum authoritatem eleuaturus, Orthodoxæ Fidei dogmata ſugillaturus, totius antiquitatis conſenſum eluſurus, eoquè nomine, vt ſibi videbatur, apud vos, & reliquos Sectarios hoc ſæculo tam infelici exortos; Sanctæ Romanæ Eccleſiæ hoſtes iuratos magnam gratiam initurus, & celebre inde nomen ſibi in Orbe comparaturus, non exiſtimauit muneri ſuo omni ex parte ſatisfactum iri, niſi Operi ſuo Præfationem ad Romanæ Eccleſiæ Sectatores præfigeret, qua nos iterũ compellaret, εὐκαίρως ἀκαίρως, *opportunè importunè* Apoſtoli dicto audiens argueret, obſecraret, increparet (ò eximiam hominis charitatem, & purum putum zelum nullis vnquam ſæculis ſatis celebrandum) vellicaret, lancinaret, tantùm non laceraret; Papas perpetuò, quales iam adoramus, ne nobis fingamus, *eorum ortum, progreſſum, auctum, furtiuos, obreptitios, efferos, immanes gradatim auſus, impetus, inſultus* (ſic enim Goliath iſte inſultans exercitui Dei viuentis loquitur) demonſtraturum ſe reciperet; Eccleſiam Catholicam, ac Fidem Orthodoxam inuaderet, ſuam Reformatam, & Puriorem, quam vocat, obtruderet, validiſſimis argumentis, vt ex Rapſodijs Homeri, & Virgilij Poemate ductis (nam hi

Scopus Mornæi in ſuo Myſterio iniquitatis.

2 ad Timo. 4.

** Aduer-

Aduerſario ſunt loci inſiti Theologici) ſcilicet ex Palladio à Græcis furtim ſublato, incendio Troiano, prudente Antenore, pio Ænea ex medio Vrbis incendio, perruptis Achiuorum globis, ſeſe cum ſocijs partim proripientibus partim prorumpentibus, ſedes alias quærentibus, inuenientibus, conſtituentibus, tantus Theologus nos à noſtra toto Orbe terrarum diffuſa, tot chariſmatibus, ac ſacris miniſterijs conſpicua abduceret, & in ſuam diſertiſſimis verbis ad perſuadendum benè compoſitis tantus orator induceret. Nam, vt reliqua elegantiſſimæ juxta ac eruditiſſimæ Præfationis illius capita ſilentio prætercam, *Et in hoc tu incendio* (inquit) *in hac rerum omnium confuſione, proximo iam ardente Vcalegone*, οὐκ ἀλόγιστος *ſanè, conflagrante arce, adlambentibus iam ora tua flammis, oſcitaris tu & pandicularis, cauillaris, argutaris; qua parte primùm immiſſus ignis anxius, caterùm ſecurus hæres hic concremandus, & ſtupes totus? Non ita prudens Antenor, non pius Aeneas &c.* Hæc certè voces neſcio quid latentis habent energiæ; ſed quid ſi illam beſtiam dicentem audiuiſſemus? Sic ego, cum iſtius hominis mente corrupti, & reprobi circa Fidem, Chriſtianæ pacis & vnitatis inimici deliramenta, nugas, calumnias, impoſturas, errores, prout mihi Dominus donauit, toto meo Antimornæo ſatis retuderim, Præfationem etiam ad vos, quorum mihi ſalus æquè, aut magis cordi eſt, & curæ, quàm veſtro huic Antiſtiti animarum noſtrarum exitium, eidem præfigere operæ pretium exiſtimaui, nullo certè alio conſilio, quàm vt vos à peſtiferorum, & damnatorum errorum tenebris ad lucem veritatis, Deo propitio (*qui occulta, mirabili, ac ineffabili poteſtate operatur in cordibus hominum & veras reuelationes, & bonas voluntates*) reuocem; vos præſtigijs, ac fallacijs iſtius deluſos non ſecus ac quondam Pharaonem, & Ægyptios incantationibus Magorum, qui Moyſi, & veritati reſiſtebant, oſtendam. Illud verò primùm ſcitote, non odio in hominem (teſtis eſt mihi Deus) me ſuſcepiſſe hoc munus ſcribendi contra Philippum Mornæum. Vt enim cum Chryſoſtomo loquar, οὐκ ἐλαύνω πράγματι, ἀλλὰ τῷ λόγῳ διώκω· οὐ τὸν αἱρετικὸν, ἀλλὰ τὴν αἵρεσιν· οὐ τὸν ἄνθρωπον ἀποστρέφομαι, ἀλλὰ τὴν πλάνην μισῶ, καὶ ἐπισπάσασθαι βούλομαι· οὐκ ἔχω πόλεμον πρὸς οὐσίαν (θεοῦ γὰρ ἔργον ἡ οὐσία) ἀλλὰ τὴν γνώμην διορθώσασθαι βούλομαι, ἣν διέφθειρεν ὁ διάβολος. οὕτω καὶ ἰατρὸς ἄρρωστον θεραπεύων, οὐ τῷ σώματι πολεμεῖ, ἀλλὰ τοῦ σώματος τὴν κακίαν ἀναιρεῖ. κἀγὼ τοίνυν ἐὰν πολεμῶ αἱρετικοῖς, οὐκ αὐτοῖς τοῖς ἀνθρώποις πολεμῶ, ἀλλὰ τὴν πλάνην ἐκβαλεῖν βούλομαι, καὶ τὴν σηπεδόνα ἐκκαθᾶραι; id eſt, *non factis inſequor, ſed verbis proſequor; non Hæreticum, ſed hæreſim: non hominem auerſor, ſed errorem odio proſequor, & allicere conor. Non eſt mihi bellum ſuſceptum cum ſubſtantia (Dei ſiquidem opus eſt ſubſtantia) ſed corrigere mentem volo, quam Diabolus corrupit. Sic & medicus dum ægrotum curat, non corpus oppugnat, ſed corporis vitium tollit. Sic igitur ego quoque, ſi cum Hæreticis bellum geſſero; non cum hominibus bellum gero, ſed errorem expellere volo, ac putredinem expurgare.* Etſi verò me ad ſcribendum non tàm impulerit aliqua ratio habita Philippi Mornæi, quàm multorum ex veſtro cætu, qui à ſeductis, atque in errorem lapſis parentibus ſententiam falſam, atque perverſam acceperint, quærant autem (quod ad Donatiſtas ſic in errorem inductos ſcribebat S. Auguſtinus) cauta ſolicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenerint; Etſi, inquam, non æquè ac habita iſtorum ratio me ad hoc impulerit aliqua Philippi Mornæi, quippe qui ſit haud dubiè peruerſus hæreticus, qui aduerſus mentem, & conſcientiam ſuam pugnet, qui confirmatam tot ſæculis doctrinam Catholicam, atque ad diuinas litteras à ſanctiſſimis doctiſſimiſquè Patribus examinatam auſit abijcere, damnare, deprauare, qui dedita opera ſacrorum Conciliorum, & Sanctorum Patrum mutilet vel corrumpat loca, Hiſtorias peruertat, qui denique toties fraudis, falſi-

D. Aug. lib. 1. de gratia Christi cap. 24.

Authoris ſcopus in ſcribendo contra Mornæum.

Homil. de S. Phoca.

Quæ eidem cauſſa.

Epiſt. 162.

Digitized by Google

falſitatis & inſcitiæ conuictus, μηδ' ἂν ὅ, τιοῦν γένηται, προῃρημένος μεταθέσθαι τὴν γνώμην. *quicquid contigerit, videatur decreuiſſe non mutare ſententiam*, prout S. Chryſoſtomus de peruerſo hæretico ſcribit; hæreticum autem poſt primam, & ſecundam correptionem deuitandum eſſe, moneat Apoſtolus, quia ſubuerſus eſt eiuſmodi, & proprio iudicio condemnatus; Attamen expendens, quæ ſcribebat S. Auguſtinus, non omnino aut deſperandam hominis ſalutem, aut contemnendam iudicaui. *Quamquam & ipſum Hæreticum* (inquit) *quantumlibet odioſa ſuperbia tumidum, & peruicacia malæ contentionis inſanum, ſicut vitandũ monemus, ne infirmos & paruulos fallat, ita non abnuimus quibuſcumque modis poſſumus corrigendum. Vnde factum eſt, vt etiam ad nonnullos Donatiſtarum primarios ſcriberemus, non communicatorias litteras, quas iam olim propter ſuam peruerſitatem ab vnitate Catholica, quæ toto Orbe diffuſa eſt, non accipiunt, ſed tales priuatas, qualibus nobis vti etiam ad Paganos licet: quas illi etſi aliquãdo legerunt; reſpondere tamen eis ſiue noluerunt, ſiue, vt magis creditur, nequiuerunt. Vbi nobis ſatis viſum eſt impleuiſſe nos officium charitatis, quam non ſolùm noſtris, ſed & omnibus nos debere Sanctus Spiritus docet, qui nobis ait per Apoſtolum: Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat in charitate in inuicem & in omnes. Monet etiam alio loco, in modeſtia corripiendos diuerſa ſentientes, ne fortè, inquit, det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant &c.* Sic igitur Chriſtiana charitate, quæ, præcipiente Apoſtolo, & docente S. Auguſtino, omnibus impendenda eſt, erga Aduerſarium afficior: & quamuis impia dogmata execrer; vicem tamen, & miſerrimum ſtatum illius in tam cæca caligine & teterrimis tenebris iacentis, ſi non potiùs malignè errantis, plurimùm deploro, & ab erroribus reuocari peropto. Sed & ſi ſpes omnis erepta eſſet hominem ad veritatem reducendi, in ſuo Myſterio iniquitatis verè, vt Cyrilli Hieroſolymitani verbis vtar, τὸν τῆς κακίας ἐργάτην, τὸν δοχεῖον παντὸς ῥύπου, τὸν πάσης αἱρέσεως βόρβορον ὑποδεξάμενον, *prauitatis authorem, omnis immunditiæ receptaculum, quique omnis hæreſis cœnum ſuſceperit*, cui, & tenebrionibus veſtræ Recentatæ Eccleſiæ miniſtris *parum eſt* (vt de Donatiſtarum primarijs ſcribebat S. Auguſtinus) *quod præciſos eſſe non pudet, nec ſibi ſubueniunt, vt, cum poſſint, redeant ad radicem, niſi etiam ſecum alios præcidere, & ſicut ligna arida in ignem deſtinare conentur*; Quia tamen inter inimicos latere etiam qui pertineant ad ſortem Sanctorum, minimè dubium eſt, & vt nonnullos, iuſtè id permittente Deo, à Catholica vnica vera Fide deficere, ita alios, eodem benigniùs eos reſpiciente, diſcuſſis aliquando ab oculis mentis errorum nebulis, ac patefacta luce, reſipiſcere, & in Catholicam Eccleſiam fauſtum pedem inferre videmus, ad quod non parum eis confert lectio librorum, quibus Catholica veritas aſſeritur, & hæreſes ipſæ conuelluntur; ideo in hoc Opere veram & vnicam Dei Eccleſiam, in Scripturis ſacris manifeſtè aſſertam, tot veris & ſolidis fundamentis ſuffultam, in qua à ſede Petri vſquè ad præſentem Epiſcopatum cernitur ſucceſſio Sacerdotum, in qua omnes maiores veſtri fuerunt illuminati, guſtauerunt donum cœleſte, participes facti ſunt Spiritus Sancti, guſtauerunt bonum Dei verbum virtuteſq; venturi ſæculi, quæ columna eſt & firmamentum veritatis, extra quam ad Deum nemini patet aditus, propugnandam, & veſtram Puriorem ac Reformatam, quam fingitis, non aliunde quàm à nouis Pſeudoprophetis profligatiſſimis hominibus ſuam originem repetentem, oppugnandam, & præſtigias Aduerſarij, ne incautis & ſimplicibus imponat, nec vos diutiùs in errore occupet, & in profundum Inferni demergat (ſi quid humani tamen corde geritis, ſi curæ vobis voſmetipſi eſtis) detegendas ſuſcepi. Nam vt

Homil 6 in Epiſt. ad Titum.

Epiſt. 162.

1. Theſſal. 3

2. Timot. 2

Catech. 6

Epiſt. 165.

Epiſt. 61. ſcribebat S. Auguſtinus, *ſi pro errore homines, & damnabili diſſenſione, & conuicta modis omnibus falſitate tanta præſumunt, vt eorum ſalutem requirenti Catholicæ Eccleſiæ tam audacter inſidiari, minariquè non ceſſent; quantò magis æquum eſt, & oportet eos, qui pacis & vnitatis Chriſtianæ aſſerunt veritatem, omnibus etiam diſſimulantibus & cohibentibus manifeſtam, ſatagere inſtanter atquè impigrè non ſolùm pro eorum munimine, qui iam Catholici ſunt, verùm etiam pro eorum correctione, qui nondum ſunt? Nam ſi pertinacia inſuperabiles vires habere conatur; quantas debet habere conſtantia, quæ in eo bono, quod perſeueranter atque infatigabiliter agit, & Deo placere ſe nouit, & proculdubio non poteſt hominibus prudentibus diſplicere?* Si igitur Philippus Mornæus veſtræ Recentatæ Eccleſiæ magnum columen, tanta audacia, ne dicam impudentia, contra veritatem ſcribit, peſtiferos errores in Hæreticis ſuperiorum temporum proſcriptos atque damnatos ex Orco reuocat, Eccleſiæ Catholicæ toto terrarum Orbe iuxta diuina oracula diffuſæ & ſacris dogmatibus inſultat, clariſſimam lucem tenebris inuoluere, noctem pro die, caliginem pro luce venditare nititur, vobis imponit, nos in fraudem ſuis præſtigijs inducere ſtudet, in omnes Romanos Pontifices indiſcriminatim toto ſuo Opere linguam vibrat virulentam; mei certè muneris eſſe iudicaui, huiuſmodi inſolentiæ reclamare, pro vera Dei Eccleſia ab impoſturis & calumnijs tanti veſtri Antiſtitis vindicanda (nec enim ea docet, quæ iſte illi imponit, & vani plerumquè accuſatis, *& quiſquis ad vos tranſit*, quod de Manichæis S. Auguſtinus, *non Eccleſiæ noſtræ damnat diſciplinam, ſed eam ſe ignorare demonſtrat*) Lib. de moribus Eccleſiæ Cathol. cap. 10. & Recentata veſtra proſternenda ſtringere calamum, ne veſtræ ſaluti ſubtraham aliquid in me poſitum, quò eripiamini à certiſſimo vobis impendente damnationis æternæ periculo. Quod ſi nihil in vobis profecerò (quod Deus auertat) mihi tamen certò perſuaſum eſt, me obſequium præſtare Deo (ſiquidem diuinorum omnium diuiniſſimum munus eſt, ſaluti animarũ cooperando omnem opem & operam impendere) rem præterea vtilem & gratam Chriſtianis Catholicis facere, quos ſemel amplexos veram & ſaluiuificam Fidem, minimè dubitem, compertis Aduerſarij dolis, magis in ea conſolidandos eſſe, & ab his, quæ in Scripturis ſacris clara ſunt & totius antiquitatis authoritate comprobata, nullis vnquam præſtigijs aut captionibus depellendos. Quorſum veteres illi Patres tot præclara ingenij monimenta poſteris reliquerunt, libros Hæreticorum & hæreſes ipſas tanta animi alacritate expugnarunt, niſi vt bonos confirmarent, & incautos ac ſimplices miſerè ſeductos, ad Eccleſiæ caſtra reuocarent? Eadem mihi mens, idem conſilium. Vobis igitur (Domini ac Fratres, vtinam aliquando boni, & in Chriſto) Eccleſia Catholica dicit: *Filij hominum vſquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Non de auro & argento veſtro agitur* Epiſt. 162. (liceat mihi S. Auguſtini ad Donatiſtas verbis vos affari) *non terra, non prædia, non denique ſalus corporis veſtri in diſcrimen vocatur: de adipiſcenda vita æterna, & fugienda morte æterna compellamus animas veſtras. Expergiſcimini aliquando. Non in obſcura aliqua quæſtione verſamur, non recondita ſecreta rimamur, quibus penetrandis vel nulla vel rara humana corda ſufficiant: res in aperto eſt &c.* Status quæſtionis eſt, an veſtræ ſaluti magis expediat ea credere & ſequi, quę Catholica Eccleſia toto Orbe terrarum iam mille quingentos, & quod excurrit, annos magno conſenſu comprobat; an hæc, quæ vafri homines &, vt ſibi ipſis videntur, acuti aduerſùs tot ſæculorum vſum, & contra perpetuam Eccleſiæ authoritatem, ſeptuaginta circiter ab hinc annis innouarunt: diſceptatio, inquam, eſt, an iudicium obſcurorum quorundam Miniſtrorum vita & ſceleribus infamium ſententiæ Epiſcoporum totius Orbis,

ſacro-

Digitized by Google

ſacrorum Conciliorum, & Sanctorum Patrum præferre vos æquum iudicetis. Scribebat olim S. Gregorius Nazianz. *O ingentem abſurditatem. Abſconditam poſt Chriſtum ſapientiam nobis annunciant, quod ſanè lacrymis dignum eſt. Nam ſi triginta dumtaxat ab hinc annis fides initium ſumpſit, cùm quadringenti iam ferè anni fluxerint, ex quo Chriſtus manifeſtatus eſt; inane vtiquè tanto tẽpore fuit Euãgelium, inanis etiam fides noſtra, fruſtraq; Martyres Martyrio perfuncti ſunt, & tales tantique Antiſtites plebi præfuerunt*: quod certè idem in vos, qui diſſentientem ab omni antiquitate Pſeudominiſtrorum doctrinam profitemini, vſurpare licet. Eadem & S. Hieronymus: *Vſque in hunc diem ſine veſtra iſta doctrina Chriſtianus Mundus fuit &c.* Non per quadringẽtos, ſed per mille quingentos & eò amplius annos, hoc eſt, ex quo Galliarum incolæ Chriſto nomen dederunt vſque ad promulgationem veſtri noui Euangelij, & Recentatæ veſtræ Eccleſiæ Architectos illos & Primipilos, totum illud Regnum cum S. Romana Eccleſia & reliquo Orbe Chriſtiano, in tam multis longè diſſitis totius Mundi partibus, in eadem Fidei doctrina conſenſit; quam verò iſti aſtruunt Eccleſiam, & de arbitrio ſuo Fidem innouant, antea prorſus inaudita. Antequam impius Hieroboamus vitulos in Dan & Bethel conſecraret, & populo fieret author patriæ Religionis deſerendæ, & Sacerdotes de populo, qui non erant de Tribu Leui, prout quiſque implebat manum ſuam, inſtitueret, omnes Tribus Religionem Templi Hieroſolymitani, & cæremonias Legis à Deo per Moyſen præſcriptas obſeruabant, & ter vno quoque anno Hieroſolymam, feſta illic in Templo celebraturi, pergebant. At miramur, gentem illam à Sanctis Patribus prognatam, tot miraculis à Deo inſtructam, & beneficijs cumulatam, ita de repente vnius hominis, licet Regis, authoritate ad Idololatriã deflexiſſe. *Obſtupeſcite Cæli ſuper hoc* (ait Deus per Hieremiã) *& portæ eius deſolamini vehementer. Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ; & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas*, hoc eſt, me derelicto fonte omnium bonorum, ad Idola vana prolapſi ſunt: & id quidem, cùm non ita manifeſtè, ſed in ænigmate Deus Synagogæ loqueretur. At in manifeſtiſſima luce veritatis ad hæreſes, *mortem æternam, & maioris ignis ardorem* (ait Tertullianus) *inferentes*, quas loco Idololatriæ Diabolus inuexit, vos ex gente religioſiſſima Gallorum, maiorum veſtrorum authoritate contempta, ab Eccleſia Catholica, in diuinis Litteris, ſacris Concilijs, & ſcriptis antiquorum Patrum, præterea tot Synodis in Gallia celebratis, Archiuis omnium Eccleſiarum, & Hiſtorijs ipſius gentis, monimentis præterea doctiſſimorum tot Præſulum, quibus Regnum illud abundauit, euidenter & ad oculum demonſtrata deſciuiſſe, & relicto fonte veritatis, è lacu Geneuenſi hauſiſſe aquam turbidam, & mutaſſe gloriam veſtram in Idolum, Catholicam viuificam Fidem in errores peſtiferos; hoc certè piaculum eſt vel Cœlo ipſi ſtupendum. Conſiderate, obſecro, &, ſi vobis veſtra ſalus curæ ſit, mentis oculos altiùs attollite. Antequam Pharellus, Viretus, & Caluinus veſtræ Eccleſiæ Reformatæ Archiſynagogi Geneuam cum vicinia toxico ſuo infeciſſent, & poſtremus iſte ſtigmaticus perfuga, velut antiquus ſerpens alijs ad ſeducendum ſapientior, ibidem ſuam illam impudentiæ & impietatis Scholam aperuiſſet, ſe totum ad impugnandam veterem pietatis regulam comparaſſet, populum ab Eccleſiæ gremio auulſiſſet, ſua ſomnia & commenta plauſibili fuco exornaſſet; & illius ſcripta huc atque illuc ſparſa multos peſtifero ſuæ hæreſeos veneno corrupiſſent, nonne terra erat labij vnius, & ſermonum eorundem? In Gallia certè non erat antea diuiſus Iſrael à Iuda, non erat Hieruſalem & Samaria, Syon & Bethel,

Orat. 32. | Epiſt. 65. ad Pammachium & Oceanũ. | 3. Reg 12. | Hierem. 2. | Lib. de Præſcript. cap.

nec Templum aliud ab Hieroſolymitano in Garizim extructum. Omnes vnum, & idem ſpirabant, vniuerſæ Galliarum Eccleſiæ cum Sancta Romana Eccleſia & reliquis per Orbem, quaſi vnam animam habentes & vnum cor, ſimiliter credebant, & conſonanter eadem prædicabant, docebant, & tradebant, quaſi vnum poſſidentes os; Vt certè veſtram, vel deceſſorum veſtrorum leuitatem à ſeptuaginta circiter inde annis mirari nō deſinam, apud quos vnius Caluini, vita & moribus ſpurciſſimi, plus valuerit authoritas, quā maiorum veſtrorum, & Chriſtianiſſimorum tot Regum cum ſuis ſubditis, Præſulum perpetuis ſæculis doctrina & vitæ ſanctimonia præſtantiſſimorū, denique doctiſſimorum Theologorum, quos celeberrimæ quæque Galliarum Academiæ protulerunt, ſed quibus in primis Facultas Pariſienſis mater mea, firmiſſimum in eo Regno Fidei Catholicæ præſidium, abundauit. Illi certè præter ſententiam & authoritatem Eccleſiæ nihil ſibi arrogarunt, non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſibi perſuaſerunt, non ſuperbiam attulerunt aut animi elationem ad contemnendum Eccleſiæ Decreta, non nouam quandam ſapientiam oſtentarunt, aut de arbitrio ſuo Fidem renouarunt. Vt de Patribus, qui ipſum præceſſerant, ſcribebat S. Auguſtinus: *Quod inuenerunt in Eccleſia tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt.* Vt idem alibi Iuliano Pelagiano exprobrabat: *Tantumnè apud te poßunt Pelagius & Cæleſtius, vt à Solis Ortu vſque ad Occaſum tot ac tantos Catholicæ Fidei doctores, & defenſores antiquos, & noſtræ ætati contiguos, dormientes, & manentes non ſolum deſerere, verùm etiam Manichæos audeas appellare?* Ita nobis illud de Paſtoribus, qui nos in Eccleſia præceſſerunt, aſſerere, hoc in Mornæum, ac vos illius ſymmiſtas retorquere licet. Tantumnè apud vos valent Caluinus & Beza, vt omnes Præſules Eccleſiarum Galliæ, immò totius Orbis, & tot Doctores illius Regni, Reges Chriſtianiſſimos cum tota gente audeatis condemnare, *impios Idololatras, & Antichriſti ſequaces* nuncupare? *Vſque adeò permiſcuit imis ſumma longus dies* (ſcribebat idem S. Auguſtinus) *vſque adeo tenebræ lux, & lux tenebræ eſse dicuntur, vt videant Pelagius Cæleſtius, Iulianus* (Caluinus, Beza, Mornæus) *& cæci ſint Hilarius, Ambroſius, Gregorius?* tot Præſules Eccleſiarum, ſacrarum Litterarum interpretes, & ſacræ Theologiæ Myſterijs initiati, doctrinæ Chriſtianæ ab Apoſtolis primum promulgatæ rudes & imperiti fuerint? *Miror igitur, quod ſic tam citò transferimini* (verbis Pauli vos alloquor) *ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium, quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti.* Niſi cæcutiatis in meridiana luce, aut dedita operà errare velitis, vobis profectò facile eſt inueſtigare veritatem. *Ne dixeris in corde tuo* (ait Apoſtolus) *Quis aſcendet in Cælum? ideſt, Chriſtum deducere: Aut, quis deſcendet in Infernum? hoc eſt Chriſtum à mortuis reuocare. Sed quid dicit Scriptura? Prope te eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo.* Non res ita ardua & difficilis vobis proponitur. Non vltra Sauromatas, & glacialem Oceanum, nec vltra Garamantas, & Indos, aut extra anni Soliſque vias, vbi cælifer Atlas axem humero torquet, vos veritatem indagaturos commeare neceſſe eſt. Conſulite Cōmentarios veſtros, gentis noſtræ Hiſtorias reuoluite: quæ fuerit antiquitùs totius Regni fides, quam Turonicis Gratianus, Arelatenſibus Trophimus, Narbonæ Paulus, Toloſæ Saturninus, Aruernis Stremonius, Lemouicinis Martialis, Pariſijs Dionyſius, qui primi in Gallias miſſi ſunt Epiſcopi ordinati ad prædicandum Dei Euangelium, alijque Apoſtolici viri ſanctitate & miraculis clari alijs Ciuitatibus & Prouincijs tradiderint, facilè intelligetis: eamque, tanquam bonum depoſitum ſibi commendatum, & primis annis, & deinceps ſub Regibus Chri-

Lib. 2 contra Iulianum. cap. 10.

Lib. 1. contra Iulian. cap. 5.

Lib. 2 contra Iulianum cap. 10.

Galat. 1.

Rom. 10.

Gregorius Turon. l. 1. hiſt. Franc. cap. 30.

ſtianiſſimis, à Clodoueo ad Pipinum patrem Caroli Magni, ab eodem ad Hugonem Capetum Principem familiæ nunc regnantis, inde ad Ludouicũ XIII. clauum Regni tenentem, fideliter cuſtodierunt. Nunquam Romanam Eccleſiam *Babylonem*, aut *purpuratam meretricem* nuncupatam, vel Pontificem Romanum *Antichriſtum*, ante hos inſanos & phanaticos veſtræ Recentatæ Eccleſiæ Archiſynagogos nominatum, aut iudicatum reperietis: ſed potiùs eam *Sedem Apoſtolicam*, ἑδραῖον καὶ βάθρον τῆς ἐκκλησίας *fundamentum & baſim Eccleſiæ*, & *Matrem omnium Eccleſiarum*, ad quam vndique Religionis controuerſiæ, & cauſſæ cæterorum Epiſcoporum deferendæ eſſent, & cum qua qui non colligeret, diſpergeret, omnes ingenuè & palam profeſſi ſunt; Reges ipſi ſuam in Romanum Pontificem obſeruantiam non obſcuris aut dubijs, ſed manifeſtis rerum geſtarum teſtimonijs declararunt. Præterea Templa ab initio diuino Numini conſecrata, & Eccleſias in honorem Sanctorum ædificatas, altaria erecta, Monaſteria pietatis ſeminaria vtrique ſexui extructa, quæ veſtra Reformata Eccleſia, in qua deformatus omnis Dei cultus, quocumque peruagata eſt, euertit, aut etiam ſolo æquauit, legetis. Denique conſecratos Epiſcopos, Sacerdotes ordinatos & reliquos Eccleſiaſticos gradus, celebrata Miſſarum ſolemnia, latria in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento adorata corpus & ſanguinem Chriſti, vt verè, realiter, & ſubſtantialiter cum anima & Diuinitate ſub ſpeciebus panis & vini illic contẽta, cultum ſacris imaginibus exhibitum, Sanctorum reliquijs venerationem delatam, Sanctos ipſos inuocatos, ſuffragia pro fidelibus defunctis perſoluta, & preces Deo oblatas; poſtremò eandem perpetuò fuiſſe, quam nos Eccleſiæ Romanæ ſectatores nunc profitemur, Sacramentorum religionem, ex Archiuis omnium Eccleſiarum, ex Synodis in Regno celebratis, ex Scriptoribus variorum temporum, qui ibidem floruerunt, facilè colligetis. *Ecquid veriſimile eſt* (ait Tertullianus) *vt tot ac tantæ Eccleſiæ in vnam fidem errauerint? Nullus inter multos euentus eſt vnus exitus: variaſſe debuerat error doctrinæ Eccleſiarum. Cæterum quod apud multos vnum inuenitur, non eſt erratum, ſed traditum. Audeat ergo aliquis dicere, illos erraſſe, qui tradiderunt? &c.* Lib. de præſcrip. cap. 28. Si igitur omnes Galliarum Eccleſiæ per tot ſæcula cum reliquis Nationibus Chriſtianum nomen profeſſis in eadem fidei doctrina ſine vlla dogmatum variatione conſenſerunt, nec aliud, quàm quod ab initio illis traditum, credidiſſe, aut innouaſſe leguntur; an veriſimile eſt, errorem loco fidei fuiſſe ſtatim ab initio promulgatum, vt veritas vſque ad hæc tempora non innotuerit? *Tamdiu ergò regnauit error* (arguit Tertullianus) *vt aliquos Marcionitas, & Valentinianos* (& recenter Lutheranos, ac Caluiniſtas) *liberanda veritas expectaret? Ergo perperam euangelizabatur, perperam credebatur, tot millia millium perperam tincta, tot opera fidei perperam adminiſtrata, tot virtutes, tot chariſmata perperam operata, tot Sacerdotia, tot miniſteria perperam functa, &c.* Lib. de præſcript. cap. 29. Si, inquam, non fuit vera fides, qualem requirit Apoſtolus, ſine qua impoſſibile ſit placere Deo, ante id temporis, quo vos Reformati Euangelici innotuiſtis, omnes certè illi, qui ſuperioribus temporibus aliter atque vos crediderunt, cum quibus in doctrina fidei conſentimus, à beneuolentia & gratia Dei alieni extiterunt; omnes maiores noſtri miſerè perierunt; nemo Regum noſtrorum non falſo titulo *Chriſtianiſſimus* audiuit; omnes impij & Idololatræ fuerunt, non ſecus ac de Ieroboamo filio Nabat, qui peccare fecit Iſrael, & cæteris poſt eum decem illarum Tribuum Regibus Scriptura refert; omnes item Eccleſiarum Præſides cum tota gente Idololatriæ addicti fuere, quouſque noua veſtra Fides & prius inaudita, aut certè in ijs anathemate notata, qui calculis omnium Eccleſiarum hæreſeos damnati ſunt, ab Heb. 11.

Archi-

Archiflaminibus veſtri noui Euangelij ante aliquot annos fuit promulgata. Sed quia nihil dubium, veram & Apoſtolicam doctrinam ab initio per Apoſtolicos viros in Gallijs, ſicut in cæteris gentibus, prædicatam fuiſſe; ad illa priora ſæcula, quibus illæ Prouinciæ Chriſto nomen dedere, veſtram hanc examinemus. Si enim cum illis conſentiet; haud dubiè retinenda, & veſtra antiquior erit, noſtra nonniſi ab illa defectio: ſin minus; abijcienda. At nullum retrò ſæculum veſtræ vnquam conſentiens reperietis; cum tamen procliue nobis ſit oſtendere, conſentaneam eſſe omnibus ſæculis eam, quàm cum Eccleſia Romana Galliarum Eccleſiæ Catholicæ profitentur. Edimus origines Eccleſiarum noſtrarum, euoluimus ordinem Epiſcoporum noſtrorum ita per ſucceſſionem ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris habuerit authorem, & anteceſſorem. Omnes Eccleſiæ Catalogum Epiſcoporum ſuorum contexunt, & continuam eorum ſeriem ab his, qui nunc præſunt, ad eos deducunt, qui primi Euangelium & Chriſti nomen illi Regno intulerunt: & doctrinam ab illis primis traditam ſucceſſores immutaſſe, vel innouaſſe, nunquam legimus: vel proferant aduerſarij, qui id referant, quando, & quo ſæculo; Vt proinde antiquiorem noſtram, veſtram ab illa eſſe defectionem, omnibus argumentis conuincamus. *Ita ex ordine manifeſtatur* (ait Tertullianus) *id eſſe Dominicum & verum, quod ſit priùs traditum; id autem extraneum & falſum, quod ſit poſteriùs immiſſum*; doctrinam Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ, in Gallia perpetuò prædicatam, eſſe bonum ſemen, quod Paterfamilias ſeminauit in agro ſuo; quàm verò profitemini, eſſe zizania ab inimico homine ſuperſeminata. Atque cùm à nobis ſtent tot tantaquè veritatis explorandæ præſidia; vos, contra manifeſtiſſimam veritatem, Eccleſiam quandam Puriorem & Reformatam, nunc occultam & latentem in deſerto, modò ſe manifeſtè prodentem, aliquando occidentem, modò renaſcentem, in VValdenſibus, Albigenſibus, alijſquè Sectarijs olim ſedes habentem, in vobis velut poſtliminio reſtitutam fingitis (quæ commenta, Iudaicis fabulis & Alcorano haud diſſimilia, in noſtro Opere ſatis abundè refutata videbitis) idque ex obſcuro, & præpoſterè interpretato ſacræ Apocalypſis loco (qui vobis [illegible] *aſylũ*; quẽadmodũ olim Donatiſtis locus ille ex Canticis canticorum: *Dic mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*) quo mulier in ſolitudinem fugiſſe dicitur, *vbi locus ei à Deo paratus, in quo paſcatur diebus mille ducentis ſexaginta*, quos propheticos exponit veſter hic Sacer, Interpreſquè; ſic enim, quod S. Auguſtinus Donatiſtis exprobrabat, *libenter in opertis immoramini, ne fateri aperta cogamini*; nec enim Eccleſiam Dei viſibilem, in Scripturis ſanctis adeò manifeſtam cernitis. *Scrutamini Scripturas* (ait idem ſanctiſſimus Pater) *& eruite aliquid manifeſtum, quo demonſtretis, Eccleſiam vel in ſola Africa permanſiße* (apud vos ſolos Reformatos Euangelicos) *vel ex Africa* (ex Geneua veſtra Metropoli) *futuram eſse, vt impleatur quod Dominus dicit: Prædicabitur hoc Euangelium Regni in vniuerſo Orbe in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Sed aliquid proferte, quod non egeat interprete, nec vnde conuincamini, quod de alia re dictum ſit, & vos illud ad veſtrum ſenſum detorquere conemini.* Et cum eodem Auguſtino, *ſi non ea de Scripturis ſanctis legunt* (veſtri Antiſtites) *credo illa, quæ in Scripturis ſanctis leguntur; non credo iſta, quæ ab Hæreticis vanis dicuntur*. An Eccleſia veſtra illa eſt, de qua Dominus dicit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam*, qui caput, rectorem, & gubernatorem Eccleſiæ Petrum à Chriſto inſtitutum negatis, qui Cathedram illius, &

Lib. de præſcrip. cap. 31.

Cap. 1.

Lib. de vni. Eccleſiæ c. 24.

Lib. de vni. [illegible] cap. 19

Lib. de vni. Eccleſiæ cap. 13.

Matth. 16.

ſucceſſores tàm atrocibus iniurijs proſcindere numquam ceſſatis? An mons
eſt Domini, & domus illa Iacob, de qua Euangelicus Propheta: *Et erit in no-*
uiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabi- Iſaia. 2.
tur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent:
Venite, & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit
nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius: quia de Syon exibit lex, & ver-
bum Domini de Ieruſalem, cui illud Domini conſonat, quo Lucæ vltimo, &
Actorum 1. prædicit, prædicandum Euangelium in omnes gentes, *incipien-*
tibus ab Ieruſalem; cùm tamen nefario ſchiſmate vos à communione om-
nium gentium præcideritis? An veſtra Eccleſia, Ciuitas illa eſt, de qua Chri- Matthæi. 5.
ſtus, *quod non poſſit abſcondi ſuper montem poſita? Sed Donatiſtis* (ait S. Augu- lib. de vnit.
ſtinus) *operta eſt, qui audiunt tam lucida & manifeſta teſtimonia, quæ illam to-* Eccleſiæ c.
to Orbe demonſtrant: & malunt clauſis oculis offendere in montem, quàm in eum 16.
aſcendere: qui cùm eſſet lapis præciſus de monte ſine manibus, creuit, & factus eſt
mons ingens, & impleuit vniuerſam terram &c. ſic enim futura in omnibus
gentibus Eccleſia prædicebatur. Nam vt alia innumera Scripturæ loca omit-
tamus, hæc promiſſio eſt infallibilis Patris æterni ad Filiũ: *Dabo tibi gentes hæ-* Pſalm. 2.
reditatem tuam, & poſſeſſionem tuã terminos terræ. Et: *Dominabitur à mari vſque* Pſal. 71.
ad mare, & à flumine vſque ad terminos Orbis terrarum. Et: *Ab Oriente adducam*
ſemen tuum, & ab Occidẽte congregabo te. Dicã Aquiloni: Da. et Auſtro: Noli pro- Iſaia. 43.
hibere. Hæc olim promiſſio facta Abrahæ, in ſemine illius, *quod eſt Chriſtus*, be Gen. 22. 26
nedicendas omnes gentes: quæ eadem Iſaac & Iacob, filio & nepoti, repetita 28.
fuit. *Date mihi hanc Eccleſiam, ſi apud vos eſt* (compellabat S. Auguſtinus Do- Lib. de vni.
natiſtas) *Oſtendite vos communicare omnibus gentibus, quas iam videmus in hoc ſe* Eccleſiæ c.
mine benedici; aut furore depoſito, accipite non à me, ſed ab illo ipſo, in quo benedicun- 6.
tur omnes gentes: quibus certè verbis & vos compellare licet. Sic enim vos à Ca
tholica Eccleſia, quam contra Donatiſtas ex Scripturis manifeſtis probabat
S. Auguſtinus, & communione omnium gentium præciſi eſtis, quemad-
modum olim pars Donati in Africa; vt tàm iniuſtè Eccleſiam Dei, quàm
olim Donatiſtæ, vobis vendicetis. Quæ igitur veſtra Eccleſia, nec vicinis
gentibus nota, cui nomen *Purioris & Reformatæ* hactenus inauditum im-
ponitis? Ad diuinarum Scripturarum lydium lapidem omnia probari vul-
tis: ſed quæ Scripturæ docent, de Orbe terrarum perituram aliquando Ec-
cleſiam Dei, eamquè per nouos Apoſtolos, homines notoriè infames, refor-
mandam, ſeu potiùs in Orbe reſtituendam? In Symbolo Apoſtolorum,
Concilij item Nicæni, & Conſtantinopolitani credere iubemur vnam San-
ctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam: & Eccleſia Dei *Catholicæ*
nomen contra omnes hæreſes perpetuò obtinuit: ac præter cætera, quæ S.
Auguſtinum in gremio Eccleſiæ retinebant, *Tenet* (inquit) *poſtremò ipſum*
Catholicæ nomen, quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes ſic ipſa Eccleſia ſo- Lib. contra
la obtinuit, vt cùm omnes Hæretici ſe Catholicos dici velint, quærenti tamen pere- Epiſtolam
grino alicui, vbi ad Catholicam conueniatur, nullus Hæreticorum vel Baſilicam fundamen-
ſuam vel domum audeat oſtendere. Quò ſpectant & illa Cyrilli Hieroſo- ti cap. 4.
lymitani: *Propterea nunc confirmans fides tradidit, vt dicas: Et in vnam San-* Catech. 18
ctam Catholicam Eccleſiam, vt illorum quidem fœda conuenticula fugias, per-
ſeueres autem in Catholica Eccleſia, in qua renatus es &c. vbi & docet, non
eſſe quærendum, vbi ſit Eccleſia, ſed vbi ſit Catholica Eccleſia. *Hoc enim*
(ait) *proprium nomen eſt ſanctæ huius, & matris omnium noſtrum, quæ eſt*
ſponſa Domini noſtri Ieſu Chriſti vnigeniti filij Dei. Neque veſtri ipſi Archi-
flamines audent alteri, quàm noſtræ, *Catholicæ* nomen tribuere: & ſi ve-
lint ſibi nullo iure hoc nomen arrogare; verùm eò audaciæ non veniunt, vt
noſtræ

Digitized by Google

noſtræ Eccleſiæ id adimant, ſed ridiculè diſcernunt Catholicos Proteſtantes, quales ſe aſſerunt, à Catholicis Pontificijs, quaſi non vnam Sanctam Catholicam Eccleſiam credere præcipiamur, aut ex Catholicis Pontificijs, quos vocant, & Catholicis Proteſtantibus poſſit vna & eadem Eccleſia coaleſcere, quibus ea eſt conuentio, quæ Chriſto ad Belial, & luci ad tenebras; vt ſi apud Pontificios ſit vna vera Catholica Chriſti Eccleſia, inde haud dubiè Proteſtantes ſint excludendi. Veſtram Eccleſiam fingitis ſedes olim habuiſſe in VValdenſibus, & Albigenſibus, alijſquè, aut qui præceſſerunt, aut qui ſubſequuti ſunt, Sectarijs: & meritò quidem. Nam eodem iure quo, illi iam pridem Hæretici damnati, in iudicium Magni Dei vinculis æternis ſub caligine reſeruati, quos parentum loco agnoſcitis (quorum blaſphemias in Chriſtum & Sanctos horror eſt referre) vobis ipſi Eccleſiam Dei vendicatis. Vnde verò illi prodierunt? Nonnè ab ipſa Eccleſia Catholica, in cuius communione fixi manemus, ſeſe præciderunt? Si non erat tum illa Eccleſia Dei vera; quæ igitur alia erat, in qua renati ſint; aut vnde apparuerunt? Ita Sanctus Auguſtinus: *Si non erat Eccleſia, quia ſacrilegi Hæretici ſine baptiſmo recipiebantur, & hoc vniuerſali conſuetudine tenebatur; vnde Donatus apparuit? de qua terra germinauit? de quo mari emerſit? de quo Cælo cecidit?* Quod ſi non erat vera Eccleſia, cui præerat Romanus Pontifex, quando Martinus Lutherus, Sectariorum noſtri temporis anteſignanus anno 1517. cæpit inſanire in Germania, & deblaterare contra præcipua fidei antiquæ capita, & quando poſtea Caluinus profugus Argentoratum primùm, deinde Geneuam ſe recepit, ibique de arbitrio ſuo nouam fidem induxit; vnde ergo illi apparuerunt? Quod de Marcione, & Valentino ſcribit Tertullianus, *certè illi in Catholicam primò doctrinam crediderunt apud Eccleſiam Romanenſem*, inde tanquam ex domo paterna cum filio prodigo profugerunt, & cum Abſalone patri bellum nefarium intulerunt; Vt quam fingitis Eccleſiam, non aliunde niſi ex apoſtaſia à noſtra repetat ſuam originem. Sic enim ait Tertullianus: *Etiam de oliuæ nucleo mitis & opimæ & neceſſariæ aſper oleaſter exoritur: etiam de papauere fici gratiſſimæ & ſuauiſſimæ ventoſa & vana caprificus exurgit. Ita & hæreſes de noſtro fructificauerunt, non noſtræ: degeneres veritatis grano, & mendacio ſilueſtres. Et non nos ab illis* (ait Cyprianus) *ſed illi à nobis receſſerunt. Et cum hæreſes, & ſchiſmata poſtmodum nata ſint; dum conuenticula ſibi diuerſa conſtituunt, veritatis caput atque originem reliquerunt*. Atquè hi ſunt, de quibus Spiritus Sanctus in Scriptura: *Ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe*. Itaque niſi Caluinus ex matre Pontificij Sacrificuli concubina (prout illi ab Vueſtphalo Lutherano in Apologia, referente Genebrardo, obiectum eſt) Canonicus Nouiodunenſis, inter diſſolutos ſuæ Vrbis diſſolutiſſimus, & inter inconſtantes ac fædifragos inconſtantiſſimus, propter nefandam libidinem à patria exulaſſet, & ex fori rabula Theologus repente prodijſſet, & ad pœnam aliquando quæſitus, Regij Magiſtratus manus ſubdolè effugiſſet, Argentoratum primùm ſe recepiſſet, deinde Geneuam occupaſſet: niſi item poſtea Theodorus Beza ex obſcæno & impuro Poeta repentinus Theologiæ Geneuenſis miniſter, indeque Caluini illius rabulæ & ſpurij ſucceſſor, ad eum defeciſſet, venditis Simoniaco ſacrilegio Sacerdotijs, ex quibus vltra ſeptingentos coronatos aureos percipiebat, vita priùs Pariſijs acta turpiſſima, & varia libidinum ſpurcitie contaminata; nullam Reformatam & Puriorem Eccleſiam haberetis. Et hi quidem inſigni miraculo probarunt, ſe no-

Lib. 3 de baptiſmo. cap. 2.

Lib. de præſcript. cap. 30.

Lib. de præſcript. cap. 36.

De vnitate Eccleſiæ. cap. 9.

Actor. 20.

Digitized by Google

ſe nouos Apoſtolos eſſe, Chriſti Apoſtolos in peruerſum æmulantes. Nam illi de mortuis viuos faciebant; Caluinus Geneuæ (vt prodiderunt oculati teſtes, & omni fide digni) de viuo mortuum fecit. Illi ſunt prædones animarum, agyrtæ, impoſtores, veſtræ Reformatæ Eccleſiæ parentes; quorum infauſta ſoboles magnus illæ Mornæus *Myſterij iniquitatis* tam inſignis architectus, quibus vos miſeri pluſquam lethargo correpti, ſpreta Catholica Eccleſia, & malorum veſtrorum, immò totius antiquitatis authoritate contempta, veſtrarum animarum ſalutem, & curam commiſiſtis. An verò perierat Eccleſia Chriſti, cùm iſti præſtigiatores, *inſigniores & frequentiores adulteri veritatis* (vt tales vocat Tertullianus) Lib. de Praſcrip. cap. 30. nouam doctrinam contra præcipua fidei Sanctæ Romanæ Eccleſiæ capita in Galliam primùm inuexerunt? Hoc dilemmate vtebatur Sanctus Auguſtinus contra Donatiſtas: *Si temporibus Cypriani perdidit Eccleſiam malorum communio; non habent iſti ſuæ communionis originem. Si autem non perdidit; non habent ſuæ præciſionis aliquam defenſionem.* Lib. 3. de Baptiſmo cap. 2. Ita ſi tunc perierat Eccleſia; vnde igitur iſti ſuam originem repetunt? Si non perierat; cur inde ſe præciderunt? Atqui eadem eſt, in qua nos perſiſtimus, cuius ſummus Hierarcha Romanus Pontifex in plenitudinem poteſtatis aſſumptus, ſicut cæteri per Orbem Epiſcopi in partem ſolicitudinis vocati. Cum igitur non perierit Eccleſia nec tunc, nec deinceps, à qua vos deſciuiſtis; nullam certè habetis, ſed recens duntaxat excogitatũ figmentum, quod Fidei nomine, & Eccleſiæ Reformatæ titulo exornaſtis, cùm magis ſit ipſa Synagoga, & ſedes Sathanæ: ad quam à nobis non alij ſe recipiunt vtplurimùm, quàm votorum Monaſticorum eiuratores, aut quales deſcribit Apoſtolus, *homines ſibi placentes, ſuperbi, tumidi, cupidi, blaſphemi, parentibus inobedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, & voluptatum amatores magis, quàm Dei: habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes*, 2. Timo. 3. non certè Spiritu Sancto afflante, ſed Diabolo leues & inconſtantes eos seducente. *Nemo exiſtimet* (ait Cyprianus) *bonos de Eccleſia poſſe diſcedere. Triticum non rapit ventus, nec arborem ſolida radice fundatam procella ſubuertit. Inanes paleæ tempeſtate iactantur, inualidæ arbores turbinis incurſione euertuntur.* Lib. de vn. Eccleſiæ cap. 7. Sed in errore velle perſiſtere, & nullis cedere viribus veritatis, gloria vanitatis eſt; vitium, non virtus; pertinacia, non conſtantia. Ad vos itaque (vt huic meæ Præfationi finem imponam) hac S. Auguſtini mallei Hæreticorum cohortatione vti libet: *Expergiſcimini aliquando, non vos tartareus obliget ſomnus, non in profundum ſacrilegi erroris adhuc impia conſuetudo demergat, iam conſonate paci, cohærete vnitati, acquieſcite charitati, cedite veritati.* Lib. contra Donatiſtas poſt collationem cap. 18. *Si ex ſcripturis manifeſtis* (idem alibi compellabat Donatiſtas) *non poteſtis oſtendere, quod tam iuſtè à vobis flagitamus, Eccleſiam vel in ſola Africa* Lib. de vn. Eccleſiæ cap. 19. (apud vos ſolos) *perditis tot gentibus, retinendam, vel ex ſola Africa* (ex Eccleſia Geneuenſi radice, & matrice veſtra) *in omnibus gentibus reparandam, vel implendam* (quod idem Lutherani, Anabaptiſtæ, & reliqui Sectarij ſibi eodem iure arrogarent) *credite veritati, conticeſcite, obdormiſcite, à furore expergiſcimini ad ſalutem. An dubitatis* (ſcribit alibi) *eius Eccleſiæ vos condere* Lib. de vtilitate credendi cap. 17. *gremio, quæ vſque ad confeſſionem generis humani ab Apoſtolica Sede per ſucceſſiones Epiſcoporum, fruſtra circumlatrantibus Hæreticis, & partim plebis ipſius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maieſtate damnatis, culmen authoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare vel ſummæ profectò impietatis eſt, vel præcipitis arrogantiæ.* Vtinam igitur de Babylone Hieroſolymam regrediamini (vt verba S. Hieronymi vſurpem) ne vobis do- Epiſt. 99. ad Aſellam.

minetur

minetur Nabucdonoſor, ſed IESVS filius Ioſedech. Veniat Eſdras, qui interpretatur *adiutor*, & reducat vos in patriam veſtram, vnde egreſſi incidiſtis in latrones, qui vos ſpoliauerunt, vulnerauerunt, tetram & funeſtam mortem propinato peſtiferæ hæreſeos veneno intulerunt. Hoc mihi votum, hæc mea ſupplex & humilis ad Deum deprecatio: quem & enixè rogo, vt, depulſis à mentibus veſtris exitialium errorum tenebris, eas luce ſalutiferæ veritatis illuſtret, in ſanctiſſimam, & ſalutarem vnius Fidei, Spei, Charitatiſquè concordiam vos redigat, & Eccleſiæ ſuæ Militanti in terris pro ſua inneffabili miſericordia reſtitutos, ad Triumphantem in Cœlis fœliciter perducat.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIMORNÆVS

Ideſt,

CONFVTATIO MYSTERII INIQVITATIS, SEV HISTORIAE PAPATVS PHILIPPI MORNAEI

Auctore Fratre Leonardo Coqueo Ordinis Eremitarum D. Auguſtini.

CONTRA INSCRIPTIONEM LIBRI.

Myſterium Iniquitatis, ſeu Hiſtoria Papatus.

PRIMVM quidem ipſam operis inſcriptionem, quàm bene quadret cum hominis perfidi, & ſacrilegorum Eccleſiæ, & Chriſti hoſtium ingenio, paulò diligentius examinandum. Myſterium Iniquitatis legitur apud D. Paulum 2. Theſ. 2. cuius nomine Patres ferè omnes intellexiſſe videntur, vel Neronis perſecutionem: ita Ambroſius, ſi illius ſunt Commentarij, Chryſoſt. Theophil. in illum locum: atque illius interpretationis meminit D. Hieronymus Epiſt. ad Algaſiam quæſt. 11. & D. Auguſtinus lib. 20. de ciuit. Dei cap. 19. Quidam putant (inquit) hoc quod dixit, iam enim Myſterium iniquitatis operatur, Neronem voluiſſe intelligi, cuius iam facta velut Antichriſti videbantur, vel etiam hæreticos, qui clam decipiunt, vt Simon Magus, & alij, qui iam tempore Apoſtolorum perſequebantur fidem Eccleſiæ: ita Theodoretus, & Sedulius in eundem locum, & D. Auguſtinus loco citato. ſicut enim Chriſtus caput omnium iuſtorum verè cœpit ab origine mundi in Patriarchis & Prophetis, qui eum præcurrebant, ac præſignificabant, ita vt dici poſſet, à principio mundi cœpiſſe operari myſteriũ pietatis, non tamen venit in propria perſona, niſi cum in plenitudine temporis carnem de Beatiſſima Virgine aſſumpſit; ſic Antichriſtus omnium malorum caput, mox poſt Chriſtum in cœlum aſſumptum, cœpit venire in ſuis præcurſoribus, & Myſterium operari Iniquitatis, ſcilicet in Hæreticis, & Tyrannis Eccleſiam perſequentibus. Iam igitur tum dicebat Paulus Antichriſtum Myſterium operari Iniquitatis ob perſecutionem ſpiritualem Simonis Magi, & aliorum Hæreticorũ, ac temporalem Neronis, quæ velitationes erant, ac veluti præludia ſæuiſsimæ perſecutionis in fine mundi mouendæ per Antichriſtum, illamque præſignificabant. At ſuper omnes ſenes intellexit Philippus Mornæus, qui contra omnium Patrum ſenſum Myſterium Iniquitatis, Hiſtoriam Papatus eſt interpretatus. Nunquam certè plus quam per os iſtius hominis Diabolus deprehenditur blaſphemaſſe. *O præcidendam linguam* (ſcribebat D. Hieronymus in blaſphemias Vigilantij grauiter aliquando inuectus) *ac per partes, & fruſta lacerandam*. Tam inter ſe congruunt *Myſterium Iniquitatis*, De quo Apoſtolus, & *Hiſtoria Papatus*, quàm Deus, & Diabolus: Chriſtus, & Belial: lux, & tenebræ: Paradiſus, & infernus: quàm denique Eccleſia ſancta Chriſti proprio illius ſanguine acquiſita, & redempta cum ipſa ſynagoga Satanæ. Atque cum in fidei controuerſiis, & ſcripturæ ſacræ interpretatione ſacrorum Conciliorum, & ſanctorum Patrum authoritate niti debeamus, proferat vel ex omnibus Græcis, aut Latinis vnum, qui *Myſterium Iniquitatis*, *Hiſtoriam Papatus* ſit interpretatus. Sacra Concilia, & omnes

Patres Pontifici Romano ſemper plurimum detulerunt, in controuerſijs fidei ſupremum illum iudicem agnouerunt, ex ſucceſsione Romanorum Pontificum contra fidei perduelles argumentati ſunt, eamque demonſtrarunt eſſe veram Eccleſiã, cui Petri ſucceſſores ſemper præfuiſſent. Reges ac Principes cum orbe Chriſtiano eum, vt ſupremum Sacræ Religionis Antiſtitem, & Chriſti vices in terris gerentem venerati ſunt, vt inde magis conſtet, quanta ſit ipſius authoris impudentia, *Myſterium Iniquitatis, Hiſtoriam Papatus* interpretantis: ſed proſequitur.

Quibus gradibus ad id faſtigij eniſus ſit, quamque acriter omni tempore vbique à pijs contrà interceſſum.

NOn alijs certè gradibus, quàm quibus Chriſti Eccleſia, quæ initio parua, & contemptibilis videbatur, ac necdum ſibi Reges, & Principes, Philoſophos, & oratores ſubiecerat. *Videte vocationem veſtram fratres*, ita ſcribebat Apoſtolus, *quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles* &c. Nondum eam Maieſtatem, quam ſacri Vates longè antea præuiderant conſecuta erat, nec per orbem terrarum imperij fines longè lateque protenderat. Nam cum toti Eccleſiæ in terris militanti præſit ſummus Pontifex, eadem illius eſt Maieſtas, quæ & Eccleſiæ, quocunque porrigitur iſtius ſpirituale imperium, & ſacra auctoritas, & illius tam latè protenditur: ſicuti Regis Chriſtianiſsimi, & Regni Galliarum, idem prorſus, non verò aliud faſtigium aſſerimus, vt quot prouincijs continetur opulentiſsimum, & ampliſsimum illud Regnum, in totidem ſeſe porrigat Regis auctoritas. Nec verò gradibus quibuſdam creuit ea Pontificum auctoritas, ſi de ſpirituali ſuprema eis à Chriſto pro regimine Eccleſiæ conceſſa agatur: nam eadem eſt, & non maior nunc Pontificis Romani, quàm quæ in ipſis Eccleſiæ primordijs Petri fuit, & eorum, qui ab initio illi ſucceſſerunt. Quòd ſi de obſequio, & de obedientia non à populis duntaxat, ſed & à Regibus, & Principibus Pontifici exhibita loquamur, certum eſt ab initio Romanos Imperatores, ac ferè Principes idololatriæ addictos fuiſſe, Chriſti doctrinam ſuperſtitionis loco habuiſſe, ideoque nec Eccleſiam ab eo in terris ædificatam, aut Pontificatus ſupremi pro illius regimine inſtitutionem agnouiſſe. Nã primus Romanorum Principum Cõſtantinus circa annum Chriſti 300. repudiatis erroribus Maieſtatem Dei Vnius ac veri agnouit, & veneratus eſt, quem & Romanum Pontificem ſupremũ Chriſtianorum Antiſtitem agnouiſſe conſtat; qui & in Orientem tranſtulerit imperium; vbi enim Principatus ſacerdotum, & ſacræ Religionis caput ab Imperatore cæleſti conſtitutũ erat, iudicabat iuſtum non eſſe, vt illic Imperator terrenus haberet poteſtatem. Et patet ex hiſtorijs ſingularum gentium, quoties principes ipſi ſacræ noſtræ Religioni nomen dederunt, Pontificis Romani dignitatem, & ius in omnes Chriſtianos illos agnouiſſe, ſicque non ſtatim initio, ſed temporis progreſſu ſacroſancta dignitas Romani Pontificis à Principibus & populis tandem cognitã, in ſumma veneratione habita fuit. Quòd ſi de temporali Pontificis dominio agamus; nec illud à Chriſto in Pontifices collatũ, nec Pontificatui eſſentialiter, aut neceſſariò ex ipſa ſui inſtitutione annexũm non diffitemur: nec tamen vlla ex parte illius acceſſionem Pontificatui repugnare, nec ſine Dei voluntate, ac ſingulari prouidentia factam eſſe contendimus, quod ita certis prouincijs definitum eſt, ac limitatum, vt nullã inde in reliquos populos ſibi arroget authoritatem, quam nec minorem haberet in his, quæ ſunt ad Deum per totum orbẽ in ouile Chriſti, ſi nunquam tale dominiũ liberalitate Principum Chriſtianorum, vt Conſtantini Magni, Pipini, Caroli Magni, Ludouici Pij, & aliorum fuiſſet adeptus. Quod ſi reliqua Imperia à paruis initijs acceſſione nouorũ Regnorum, aut Prouinciarum in maiorem molem, ac maius faſtigium creuerunt, non mirum erit ſi Pontificis temporale dominium non tam latè patuerit initio. Verùm tanta dignitas omnibus admirationi eſt, & venerationi non propter acceſſorium, hoc eſt temporale dominium, quo multis Principibus cedit, ſed ob principale, hoc eſt ſupremam ſpiritualem authoritatem, quæ non ab hominibus, neque per homines, ſed cælitus illi conceſſa, quæ nullis cõſtringitur limitibus, ſed quocunque terrarum ſeſe Chriſti Eccleſiã, extra quam nemini patet ſalus, porrigit, & eò ſeſe diſtendit, quã agnoſcant, & cui ſubijciantur neceſſe eſt κἂν θέλωσι κἂν μὴ θέλωσι qui ſalui eſſe velint, vt inde conſtet quantum à veritate aberret Spiritus iſte mendax, cùm dicit à pijs omnibus acriter contrà interceſſum; quos enim vocat pios, non alij quàm hæretici ſacræ Religionis Chriſtianæ perduelles intelligi poſſunt, qui errores ſuos ab Apoſtolicã ſede cõdemnatos, ac ſe perduellionis, & criminis hæreſeos reos peractos, ſemper ægrè tulerunt. Non diſsimilis hoc loco Mornæus impudentiſsimo hæretico Marcioni, *qui verè diaboli os accipiens* (ait Irænæus) *Cainum eique, qui ſimiles moribus fuiſſent, Sodomitas, Aegyptios, & omnes omnino gentes, quæ in omni permixtione malignitatis ambulaſſent, ſalutem à Domino conſequutas. Abel autem, & Enoch, & Noe, & reliquos iuſtos, & eos qui ſunt erga Abrahã, Patriarchas cum omnibus Prophetis, & ijs qui placuerũt Deo, nõ participaſſe ſalutem pronuntiauit.* Quis non videat pari cœcitate, aut potius impietate laborare hunc auctorem, cum impietatis poſtulat quotquot ſuperioribus ſæculis ſummi Pontificis dignitatem obſeruarunt, pios verò pronuntiat totius orbis ſententia damnatos hæreticos? etſi enim, vt ſuum inſtitutum probet, aliquos ex Catholicis toto opere proferat, at quàm præpoſterè, nec ſine impoſtura palam faciemus.

Quomodo verò ſi à pijs omni tempore interceſſum, ad id faſtigij Papatus eniſus peruenire tãdem potuit; cum pij illi, non gregarij, aut plebei homines, ſed Imperatores, Reges, ac Principes potentiſsimi aliquando exercitus cõtrà inceſſerint?

1. Cor. 1.

ὅπου ἐστὶν ἡ ἀρχὴ καὶ ἱερατεία καὶ ἡ κεφαλὴ τῆς χριστιανικῆς θρησκείας ἀπὸ τῶν οὐρανῶν διδομένη, ἄδικον ἐστιν ἵνα ἐκεῖ ἐπίγειος βασιλεὺς ἔχῃ τὴν ἐξουσίαν. *refert Balſamon in Nomoca. Photij Tit. 8. c. 1.*

Mornæus Marcioni cõparatus.

Vtrũ à pijs contrà interceſſum.

ceſſerint? ſapientiſsimus Gamaliel ille conſuluit Phariſæis cum prędicantibus Apoſtolis contra illi intercederent. *Diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos; quoniam ſi eſt ex hominibus conſiliũ hoc, aut opus, diſſoluetur; ſi verò ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere, ne fortè & Deo repugnare videamini.* Ita videmus, & ſi Principes ab initio nihil prætermiſerint, quò legis Euangelicæ promulgationi, & Chriſtianæ Religionis incremento obſiſterent, irritos tamen eorum fuiſſe conatus; quid niſi quia conſilium domini ſtabit, & omnis voluntas eius fiet? Ita quis quæſo ſenſus, quæ dementia perfidorum hominum mentes occupauit, niſi quod vellent θεομαχεῖν cum ſe Pontificem Romanum è ſolio ſuo, & ſupremo ſub cælo dignitatis gradu deturbare in animo haberent? Quid hoc niſi quædam Gigantum ἀτοπία ſanctiſsima Chriſti θεανθρώπου inſtituta per ſummum nefas χαρικὸν illud, ἀνθρώπων φαυλότερον φιλόμαχ μύλων, & caſſa nuce non emendum conculcare velle? hæccine verò piorum hominum interceſsio?

Act. 5.

PROGREDITVR.

Aſſeruntur etiam iura Imperatorũ, Regum, ac Principum Chriſtianorum aduerſus Bellarminum, & Baronium Cardinales.

Catholici detrahi nolũt iuribus Imperatorũ & Regũ illa aduerſum Hæreticos aſſerẽda.

QVIS verò Catholicorum eſt, qui vel minimum detractum velit de iuribus Imperatorum, Regum, ac Principum? Aſſerenda quidẽ illa ſunt, ſed aduerſus hæreticos, quos author iſte commendat, nempe Vualdenſes, quorum errores in Concilio Generali Romæ habito damnati ſunt circa annũ Domini 1170. inter quos hic 25. loco à Prateolo V. pauperes de Lugduno, recenſetur: Omnem poteſtatem, tam laicalem, quàm eccleſiaſticam amitti per peccatũ mortale, ideoque non eſſe ei parendũ, qui mortalis culpæ reus ſit. Aduerſus Ioannem Vviclef & Iohannem Hus condemnatos in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 8. & 12. quorum inter cæteros hic error recenſetur: *Nullus eſt Dominus ciuilis, nullus Prælatus, nullus epiſcopus dum eſt in peccato mortali.* Aſſerenda ſunt contra Lutherum, & alios Hæreticos, qui volunt libertatem Chriſtianam in eo conſiſtere, quod nemo amplius teneatur legibus parere, & nulla poteſtas ſit, quæ huic libertati poſsit repugnare, ſcilicet velamen malitiæ habentes libertatem. Aſſerenda contra Geneuenſes, apud quos Iohãnis Knoxij Pſeudo-Chriſtianorum in Scotia noui Apoſtoli liber impreſſus, in quo affirmat debuiſſe nobiles, & populum Anglicanum non modò reſiſtere, & repugnare Mariæ illi Iezabel (ita enim Catholicam, ac legitimam Regni hæredem appellat) quæ non Prophetis Domini, ſed ſacerdotibus Baal, & Pſeudo-Prophetis bellum intulerit: verùm etiam de ea & ſacerdotibus eius, & alijs omnibus, quotquot ei auxilium tulerunt, mortis ſupplicium ſumere, vt primum cœperunt apertè Chriſti Euangelium ſupprimere, hoc eſt prauitatem hæreticam perſequi. Apud quos editus liber Goodmanni Angli cuius titulus. *Quẽadmodum ſummo Magiſtratui obediendum ſit.* vbi aſſeritur quòd ſi Principes, & Magiſtratus leges Dei tranſgrediantur, putà Caluiniſmum non foueant, & alijs idipſum præcipiant, tum perdiderunt eum honorem & obedientiam, quam aliàs ſubditi eis præſtare tenebantur, neque deinceps habendi ſunt pro Magiſtratibus, ſed puniendi tanquam priuati homines. Quæ peſtifera doctrina, tot perduelles armauit in Reges Chriſtianiſsimos, tot turbidos motus in Gallia concitauit, atque florentiſsimũm illud Regnum parũ abfuit quin funditùs euerterit. Aſſerenda contra Puritanos, qui Dominationẽ omnẽ ſpernunt, quin & Regum vitæ inſidiantur, qui, vel teſte ſereniſsimo Rege Magnæ Britanniæ in præfatione in βασιλικὸν δῶρον, magnæ laudi ſibi ducunt, ſi quãdo ipſi Regibus litem intentent, & vniuerſa regna nimis ſeditioſè perturbent: qui cum Reges & leges obſtinatè contemnant, Gigantum more cum Deo pugnant, & ſolem è mundo tollere conantur. Denique aſſerenda contra Buchananum & iſtiuſmodi ἐκ τοῦ πατρῴου κόμματος homines, quorum doctrina de Regum iure & authoritate non niſi Reipublicæ perniciem afferre poteſt. At verò Bellarminus lib. de Laicis cap. 9. cum retuliſſet ſententiam Vualdenſium, & Anabaptiſtarum, qui negabant licere Chriſtiano Magiſtratui leges condere, iudicia exercere, & punire improbos, hæc omnia egregiè confutat; nam cap. 10. oſtendit licere Chriſtiano Principi leges condere, idque docet apertè nullo modo cum Chriſtiana libertate pugnare. Et cap. 11. docet legẽ ciuilem non minùs obligare in conſcientia, quàm legem diuinam, & ſi minùs firma, & ſtabilis ſit hæc, quàm illa. Et cap. 12. licere Chriſtianis publica iudicia exercere. Et cap. 15. licere Chriſtiano Magiſtratui gladio punire perturbatores publicæ quietis. Non video igitur in quibus aſſerenda veniant iura Imperatorum, & Regum contra Cardinalem Bellarminum, cuius vt & omnium Catholicorum, non alius ſenſus, quàm D. Bernardi epiſt. 183. ad Conradum Regem Romanorum; *Regis dedecus, Regni diminutionem nunquam volui; volentes odit anima mea. Legi quippe: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: &, qui Poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Quam tamẽ ſententiã cupio vos, & omni modo moneo cuſtodire in exhibẽda reuerentia ſummæ & Apoſtolicæ ſedi, & B. Petri Vicario, ſicut ipſam vobis vultis ab vniuerſo ſeruari imperio.* Et Epi. 243. ad eundẽ; *non veniat anima mea in conſpectum eorum, qui dicunt vel imperio pacem, & libertatem Eccleſiarum, vel Eccleſijs proſperitatem, & exaltationem Imperij nocituram: Non enim vtriuſque inſtitutor Deus in deſtructionem ea coniunxit, ſed in ædificationem.* Et Epiſt. 255. ad Ludouicum Regem Francorum. *Iura terrena, & iura Regnorum tunc ſanè ſana ſuis dominis atque illæſa perſiſtunt, ſi diuinis ordinationibus, ac diſpoſitionibus non reſiſtunt.* Itaque ſic aſſerenda ſunt iura Imperatorum, ac Regum, vt nihil de iuribus Pontificum detractum velimus, vt vtraque ſuis limitibus contenta ſint,

Bellarminus iurium Principum aſſertor.

Aſſerenda iura Principum ſaluis iuribus Pontificũ.

Digitized by Google

nec alter in alterius iura inuolare. Neque aliud volunt Cardinales Bellarminus, & Baronius, qui in ſuis doctiſsimis annalibus,vbi ſe offert locus, notat eos, quibuſcum ſuæ iuriſdictionis limites ſatis eſſe debuiſſent, in iura Eccleſiæ irrupiſſe aliquando ſibi videbantur. Non mihi quidem ita priuatorum Doctorum placita, vt veritatem ipſam,& doctrinam Catholicam defendere propoſitum eſt: quantum tamen ex Annalibus Baronij, & controuerſijs Bellarmini, vtroque de Republica Chriſtiana quàm optimè merito, colligere potui, ita Pontificum,& Eccleſiæ iura aſſerunt,vt nihil Regum, ac Principum Chriſtianorum iura, meo iudicio,vnquã ſibi offendere propoſuerint. Quid verò opus erat ad aſſerenda ea iura authoritate iſtius Cauſidici, qui vt vindicaret iura Regum, ac Principum, euerſam penitus voluit Pontificum authoritatem? Si quid enim Pontifices ſibi arrogent, quod iuribus Principum deroget, & ſi illis occurrendum videatur; non niſi tamen per ſummum nefas,nec citra ſacrilegium de tollendis, vel minimum diminuendis iuribus ſacris agetur. Nec nos (quod fingere ſolent hæretici, vt inuiſam Imperatoribus, ac Regibus reddant ſacroſanctam Pontificis authoritatem) omnipotentiam quamdam ipſi Pontifici concedimus,vel poteſtatem pro arbitrio exauthorandi Reges, ac Principes. Quæ Cæſaris ſunt,reddi volumus Cæſari, & quæ Dei, Deo: Illi verò Baronium, cum Eccleſiaſticos Annales ſuſciperet contexendos, id vnum ſibi negotij dari crediddiſſe mentiuntur, vt hanc de infinita potentia ſummi Pontificis mirificam doctrinam per totam ſeriem temporum συνεχῶς ἀκάθως, confirmaret. Nos omnipotentiam Papæ tribuere contendunt, nos Deum in terris eum agnoſcere,& quòd Reges ita ſubijciamus Pontifici in temporalibus, vt ſi eorum adminiſtratio fuerit culpabilis, in poteſtate ſit Papæ, temporali gladio in ipſos ſæuire, eos deponere, & ſolio deturbare, atque alios pro libitu conſtituere; quaſi Reges precario regnent,& Vicariam habeant poteſtatem à Pontifice, tanquam Rege Regum, & Domino Dominantium malignè nimis confingunt. Atque hanc doctrinam Hildebrandicam,vt à Grego. VII. primùm inuectam, nuncupant; quibus & videtur de iuribus Imperatorum, ac Regum detractum, niſi Chriſtus ipſe, Petrus, & Paulus Imperatoribus infidelibus de iure ſubiecti fuiſſe affirmentur: hoc etiam Hildebrandicum eſſe dogma, quod nos profiteamur Romani Pontificis omnipotentiam in Regibus deponendis,& Regnis conferendis,atq; ad alios ex vtilitate Eccleſiæ, hoc eſt Papæ volũtate transferendis, dies, noctéſque id Romæ agi, vt ea dogmata probent eſſe fidei Catholicæ præcipuũ caput; certè tanti momenti articulum,vt qui aliter ſentiat, Chriſtianus eſſe nequeat. Sed hæc mera ſunt ſomnia, & vanæ impoſturæ Aduerſariorum,ridendæ magis quàm confutandæ. Non hoc docet Catholica fides; quod iſti putant, & vani accuſant,phantaſmata ſunt Aduerſariorum, non doctrina Catholicorum. An verò docere Imperatores, & Reges Chriſtianos, ſummo Pontifici, tanquam Vicario Chriſti in terris,ſucceſſori Petri Apoſtolorum Principis, & ſupremo Paſtori totius Dominici gregis,in ſpiritualibus ſubditos eſſe, id eſt peruertere, aut labefactare iura Imperatorum ac Regum? An non Romani ipſi, etſi infideles, omnia poſt Religionem ponenda ſemper duxerunt, etiam in quibus ſummæ Majeſtatis decus conſpici voluerunt? Apud eos anno V. C. 511. L. Metellus Pontifex Max. Poſthumium Albinum Coſ. eundemque flaminem Martialem ad bellum gerendum Africam petentem,ne à ſacris diſcederet, mulcta indicta Vrbem egredi paſſus non eſt; atque ita ſummum imperium Religioni ceſsit. Et anno V. C. 563. ſimiliter certamen fuit inter Licinium Pontificem, & Q. Fabiũ Pictorem Flaminem Quirinalem;hunc enim Prætorem, ne in Sardiniam proficiſceretur, Q. Licinius tenuit. Et in ſenatu, & ad Populum, cum magnis contentionibus certatum eſſet; Religio ad poſtremum vicit, & dicto audire Pontificis Flamen, qui & Prætor, iuſſus: ſicque potior ratio Religionis,quàm Reipublicæ habita. Bellum gerere, & Prouinciam adminiſtrare, munia erant ciuilia, & ipſius Reipublicæ, quæ conſulibus & Prætoribus mandabantur; valuit tamen tum interceſsio Pontificis Maximi, ne Religio diſpendium aliquod interim pateretur: atque id non aliud fuit,quàm Pontificem Maximum,qui ſacris, & Religioni præerat, habuiſſe tùm etiam poteſtatem aliquam temporalem, ſed in ordine ad ſpiritualia; neque fuit, qui tunc aſſereret iura Conſulum, aut Prætorum, aut ipſius Reipublicæ,contra Pontificem, vt plus illi Ioui detulerint, & cultui idolorum, quam iſti Chriſto, & ſacræ Religioni concedant. Quis verò non eos oderit,tanquam publicæ quietis hoſtes infeſtiſsimos,qui iura Imperatorum, aut Regum violare tentarint; & non æquo animo ferat à quibuslibet ſacroſanctæ dignitatis tuendæ, ac publicæ pacis conſeruandæ ſtudioſis, ea aſſeri, & vindicari? Non modo eos à Republica ſupplicio affici, ſed & ab Eccleſia anathema fieri decet, qui Regum, ac Principum ſacroſancta iura,vel minimum lædere ſtuduerint: perfidus ille nobis hæreticus,qui quocunque modo ea violari impunè poſſe, ac citra maximã Dei offenſam, contenderit. Verùm hæreticorum ſpiritus turbulenti, non modo hactenus contenderunt, vt Monarchiam Eccleſiaſticam à Chriſto Domino inſtitutam euerterent; ſed & vt omnem Reipublicæ ſtatum, ac Magiſtratuum authoritatem planè opprimerent. ὁ κορυφαῖος τούτου κόμματος eſt author iſtius operis *Myſterium iniquitatis*, *ſeu hiſtoria Papatus* inſcripti, quo iura Imperatorum, ac Regum aſſerere ſe ſcribit, hoc nimirum inuolucro περιτίθεται τὴν μοχθηρίαν. ita fortaſſe ſe Imperatorem ac Reges conciliaturum ſibi iudicauit, qui tamen ſtolidi, ac ſuperbi iſtius rabulæ in cicadæ modum obſtrepentis patrocinio non egent: & iura quidem ſua illibata, & integra ſibi conſeruari volunt, vt licet in ciuilibus, & temporalibus, ac Reipublicæ regimine ſuperiorem poſt Deum nullum agnoſcant; vbi tamen Eccleſiæ Chriſti, & Religionis cauſſa agitur, ſacroſanctam Pontificis authoritatem reuereantur, & colãt,& ſubditos ſuos nõ modo legibus ciuilibus,

Pōtifex authoritatem in Reges nõ vſurpat, Vt eos pro arbitrio exauthoret.

Calumnia Hæreticorũ

quas

quas ferunt, ſed & ſacris Canonibus, ac Pótificũ ſanctionibus, quibus ſe æquo animo ſubijciunt, cum legibus ſuis ſoluti ſint, gubernari libenter patiuntur. Quòd ſi nonnulli ex Canoniſtis, aut etiam ex Theologis illis, plus æquo Pontifici tribuiſſe videntur, (de quo nunc nõ diſputo) & nõ modò ſupremam authoritatem ſpiritualem ad regimen animarum, & Eccleſiæ Chriſti neceſſariã, ſed, & ſupremam temporalem etiam directam detulerunt, quam nec ipſi Pontifices ſibi vindicarunt; an ideò iure ſuo exciderunt? An cauſſa ſufficiens eſt, & iuſta, ea iura, quæ non ſibi arrogãt, nec ab hominibus, aut per homines, ſed à Chriſto expreſsiſsimis verbis ſibi delata agnoſcunt, cõuellere? Interim ſcribunt, clamant, vociferantur, nullum vnquam verbum apud prudentes Principes (quo nomine ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Pontificis Aduerſarios intelligunt) de concordia Eccleſiæ, hoc eſt, de abiuratione hæreſeos, & profeſsione fidei Catholicæ eſſe faciendum, aut Monarchiæ, & omnipotentiæ temporali Pontificis (qualem nunquam aſſeruerunt Catholici) eſſe renunciandum. Olim inter Orthodoxos, & Arrianos de vnica ſyllaba contentio erat, dicendusne filius Patri ὁμοούσιος aut ὁμοιούσιος, quod ſi contendiſſent Arriani, aut renunciandum eſſe illi ſyllabæ, aut de concordia Eccleſiarum nullum verbum eſſe faciendum, iniqua planè fuiſſet poſtulatio; hoc enim nihil aliud fuiſſet, quàm renunciare fidei Catholicæ, & Arrianiſmum profiteri: ita Catholici, ne minimum quidem vnquã patientur detrahi de iuribus Romani Pontificis; ſordeſcant hæretici in ſordibus ſuis. *Si peccaueris, quid ei nocebis? & ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum?* (*Iob. 35.*) hoc nimirum volunt Aduerſarij non eſſe cum legitimo Principe, de reconciliatione agendum, niſi de iure ſuo detractum velit, & rebelles quam velint legem illi imponant. Nam quantum ad Monarchiam illam, & omnipotentiam temporalem; impoſtura eſt aduerſariorum ad reddendã inuiſam Pontificis authoritatem. An verò, & ſi eam ſibi vindicarent Pontifices, ideo authoritas eorum ſpiritualis non eſt ab omnibus Chriſtianis quos ſubeſſe eis Deus velit colendã? aut iure ſuo exciderunt? Quod ſi Caligula ſibi diuinos honores aſſeruit; ſi Domitianus Deus, & Dominus haberi voluit, alijque permulti Principes eò inſaniæ venerunt, vt Dij à ſubditis haberi contenderent; an ideo iure, quod in ſubditos habebant, excidebant? Regulã iuris eſt, Vtile per inutile non vitiari. Si ſereniſsimus Rex Angliæ ſe falſo titulo caput Eccleſiæ Anglicanæ, quin & Regem Franciæ inſcribit, an ideo non ei obſequi debent in his, quæ ad Regni adminiſtrationem ſpectant, omnes ſubditi? Ita & ſi præpoſtero quodam zelo tribuerent aliqui Pontifici poteſtatem temporalem in Chriſtianos Principes, vt eos deponendi pro arbitrio, & alios inſtituendi ius haberet: an ideo non caput eſt Eccleſiæ militantis? aut non eum tanquam filij Patrem, & oues Paſtorem, cui ſuprema cura animarum à Deo demandata ſit, agnoſcere debent?

Authore Philippo Mornæo.

PHILIPPVS hic Mornæus ſacræ Apocalipſeos c.13. depingitur ad viuum, vbi dicitur Draco, hoc eſt, Diabolus, *dediſſe virtutem ſuam, & poteſtatem magnam beſtiæ*, id eſt Antichriſto: ſubijcit deinde. *Et vidi vnum de capitibus ſuis quaſi occiſum in mortem, & plaga mortis eius curata eſt.* Caput eius beſtiæ, quaſi occiſum in mortem, Philippus Mornæus eſt, qui antè aliquot annos cum impium & infamem librum, & verè alabandicum opus contra ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium euulgaſſet, ex ſacrilegis erroribus, horrendis blaſphemijs, & falſis aut præpoſteris variorum Authorum citationibus, ac impoſturis conflatum, collatione habita cũ Reuerẽdiſsimo Domino Epiſcopo, tum Ebroicenſi, poſtea ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Perronio, & ad Archiepiſcopatum Senonenſem tranſlato, de Eccleſia Dei, quàm optimè merito, in conſpectu Chriſtianiſsimi Regis Henrici Magni, & Principum, ac procerum totius Regni, multis etiam ex grege Proteſtantium tum præſentibus; cum non modò peruerſus hæreticus, ſed & impoſtor falſarius deprehenſus, ac conuictus fuiſſet, tanto inde pudore correptus eſt, ac tantum cæpit dolorem, vt parum abfuerit quin efflaret animã, ac mortuo quàm viuo ſimilior appareret. Viderat igitur Iohannes vnum illud de capitibus beſtiæ quaſi occiſum in mortem, ſed plaga mortis eius curata eſt; reuixit Mornæus, nouos illi ſpiritus Draco ſubminiſtrauit, vt ad nouas blaſphemias animum adijceret, cum opus hoc tam inſigne adeo ſpecioſo titulo inſcripſit *Myſterium iniquitatis, ſeu Hiſtoriam Papatus*: nam ſuper capita beſtiæ nomina blaſphemiæ viderat D. Iohannes. Atquè Philippus iſte tam magnanimus eſt, *arte, & marte* adeo valet, vt breui toti Greciæ iugũ ſit impoſiturus, niſi Demoſthenes aliquis occurrat; immò tam ingentes animos gerit, vt putet ſibi facilius eſſe negotium Romanæ Eccleſiæ primatum, ac Papatum euertere, quin & omnibus Romanæ Eccleſiæ ſectatoribus imponere, eoſque ſuis impoſturis ac erroribus corrumpere, quàm fuerit Philippo Macedoni, vel libertatem Græciæ adimere, vel etiam Athenienſes, ac reliquas ciuitates auro aut muneribus corrumpere. En nobis in veſtibulo libri ſtatim quandam maieſtatem non ſolùm legibus armatam, ſed & armis decoratam, *arte & marte* conſpicitur inſignis Philippus ille Mornæus, vt vtranque militiam in eo, valde egregiam ſpectare, quin & admirari liceat, militiam armatam, militiam togatam, militiam palatinam, militiam literatam. Vbi ſuperioribus annis per Galliam ſæuijt Mars, non dubito quin iſte Mornæus prælia multa ſuſtinuerit, & maximã fortitudinis laudem retulerit gladijs, clypeis, & thoracibus militãdo: nũ etſi bella quieſcãt, nõ perijt virtus, licet exercere togatæ munera militię. Hoc quàm egregie præſtiterit in ſuo *Myſterio iniquitatis*, qui operatur Myſterium iniquitatis Philippus Mornæus Pleſſaici Marliani, &c. Dominus, in progreſſu, Deo iuuante, palam faciemus.

Philippus Mornæus in Apoc. ad viuum depictus.

Collatio Mornæi cũ Epiſcopo Ebroicenſi.

Digitized by Google

Cath 6. Cras. 20.

Illud interim non omittendum patres aliquando circa nomina ipſorum Hæreticorum diligenter obſeruaſſe vim, & ſignificatum ipſorum: ſic enim Cyrillus Hieroſolymitanus de Manete, hæreſiarcha loquens, apud Græcos illud nomen ab inſania trahi obſeruat. Et Gregorius Nazianzenus Ἄρειος inquit ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος. Arrius à furore nomen habens. Huic verò Authori Philippo Mornè cognomen eſt, quod ſi Latinè reddas, marcidus, bardus, ſtupidus, hebes, ac ſtultus erit; interim ſuis magnus eſt Mornæus. Quis iã riſum teneat? cuius incõparabiles libri toto orbe q̃ expetantur, quãta cum impatientia expectetur, vix credibile; vt potè quẽ vel ſupra hominum ingeniũ eruditio, nec non in tot tamque magnis & arduis perſpecta virtus extra communẽ Doctiorũ quorumcunque famam, euexerunt. Quod ſi blaterare eſt eloquentem eſſe; ſi imponere, calumniari; mendacia contra manifeſtiſsimam veritatem contexere, eſt doctum eſſe; doctus ſit Mornæus. Scribit D. Auguſtinus Fauſtum Manichæum, magnum laqueum Diaboli, in ea exiſtimatione fuiſſe apud ſuos, quod eſſet honeſtarum omnium doctrinarum peritiſsimus, & apprimè diſciplinis liberalibus eruditus. Inde ſe illũ per annos fermè ipſos nouẽ, quibus eos animo vagabũdus audiuit, venturũ expectaſſe, cuius aduentu, collatoq; colloquio illi quæſtiones, quas alijs obiecerat, enodatiſsimè expedirẽtur: ſubiungit, *Illi, qui eũ mihi promittebant, non boni rerũ exiſtimatores erant; & ideo illis videbatur prudens & ſapiens, quia delectabat eos loquens; & vbi cum illo familiariter contuli, & accipiendo ac reddendo ſermonem, expertus ſum* (inquit) *hominem expertem liberalium diſciplinarum, niſi Grammaticæ, atque eius ipſius vſitato modo; & quia legerat aliquas Tullianas rationes, & pauciſſimos Senecæ libros, & nonnulla Poetarum, & ſuæ ſectæ, ſi qua volumina Latinè atque compoſitè conſcripta erant.* Talis apud ſuos Mornæus, qualis apud Manichæos Fauſtus, & id de eo boni omnes rerum exiſtimatores ferent iudicium, quod de Fauſto Auguſtinus. Sed nimirũ inter etiam indoctos Corydus ſonat. Suũ opus Mornæus Gallico ſermone nuncupauit Chriſtianiſsimo Galliarum Regi, Latino verò idiomate editum, quo ex Gallia illud ad me miſſum, ſereniſsimo Regi magnæ Britanniæ & Hiberniæ. Epiſtolæ dedicatoriæ ſubiunxit præfationem ad Romanæ Eccleſiæ ſectatores. Igitur, & Epiſtolam Mornæi ad ſereniſsimum regem paulò accuratius expendere, & præfationis tot capita, quot mendacia, vt hominis inſaniam retundam, atque inſcitiam conuincam, antequam reliquum opus aggrediar, refellere mihi conſilium.

Lib. 5. confeſſ. ca. 3.

Cap. 6.

De Fauſto Manichæo iudiciũ D. Auguſtini.

Talis Mornæus apud ſuos qualis Fauſtus apud Manichæos.

Examen Epiſtolæ Philippi Mornæi ad ſereniſsimum ac potentiſsimum Iacobum I. Britanniæ, & Hyberniæ Regem.

QVID impulerit Authorem vt hoc ſuum opus Regi Britanniæ dicaret, docet initio Epiſtolæ, [*Sementem, tu Rex ſereniſſime, vltrò dediſti, meſſem quaſi coloni tui accipe; ſed æquus, ſed facilis, quia tua ex tuis:*] Siquidem ante biennium prodierat libellus ſub nomine Regis Britanniæ pro iuramento fidelitatis, quo omnes ſubditos obſtringi volebat, in quo valde acutè, vt omnia, ex ſacra Apocalypſi docebatur Papam eſſe Antichriſtum, & Eccleſiam Romanam eſſe Babylonem, & purpuratam Meretricem, & hanc quidem ſementem (ſi Mornæo credere fas eſt,) Rex ipſe, cum magis ſuſpicaremur alium ſub illius nomine, dederat: Ne igitur alius ſementem faceret, & alius meteret meſſem, hoc ſcilicet opus tanquam colonus Regi Domino offert. Et, quia, vt monebat columella, comiter agere debet Dominus cum colono, facilemque ſe præbere, ideo rogat Regem, vt æquum & facilem ſe præbeat, cũ ſua illi ex ſuis offerat. Ariſtoteles, 3. Rethoric. id ex Gorgia citauit σὺ ταῦτα αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, κακῶς δὲ ἐθέρισας. Scribebat & Cicero, *Vt ſementem feceris, ita & metes:* & D. Paulus, *Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet: & qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem.* Si igitur blaſphemias in ſummum Pontificem Chriſti Vicarium, & Eccleſiam Romanam ſuo illo libello Rex, aut quiſquis illius author, ſeminauerat; nõ alia illi meſſis, præſertim ex agro fertiliſsimo, cuiuſmodi eſt Mornæi ingenium, expectãda fuerat.

Cauſa cur opus ſuum Regi Britãniæ dicarit.

1. Cor. 9.

Vindicem enim te præterea experior, cui toties ab aduerſarijs crimini datum, quod laicus, quod militiam profeſſus Theologica tractare, Papatum aggredi non ſim veritus.

VBI non minima iniuria regem afficit, cum ſuæ ignorantiæ, temeritatis & audaciæ vindicem eum aſſerit. Cum miles iſte Theologica tractare, & Papatum aggredi cœpit, omnes certe mirati ſunt, nunquid Saul (aiebant) inter Prophetas? Et qua temeritate ſutor vltra crepidam, aut cæcus diſputat de coloribus? lib. 1. Moral. docet Ariſtoteles earum rerum vnumquemque iudicem eſſe idoneum, quarum ſit eruditus.

Nauita de Ventis, de bobus tractat Arator: Virgilius.
Rurſum: *tractant fabrilia fabri.*

Quod ſi coquus eſſet, illud vtique magni Baſilij ad Demoſthenem obſonatorẽ illi obijceremus. *Tuum eſt de delicatioribus iuſculorum condimentis curam gerere, Diuina enim dogmata, qui aures obturatas habeas exaudire nõ potes;* Si faber, illud vtiq; ex Euripide

Theodor. lib. 4. cap. 19.

Digitized by Google

ripide opponeremus πάντων, ἐυκὶ πράττεις ξυλλύγματα cũ igitur militiã ſit profeſſus, illius propria eſt de re militari, non de rebus Theologicis tractatio. Quod Pœnus ille Annibal, qui tot annos de Imperio cum Populo Romano omnium gentium victore certaſſet, Peripatetico illo Phormione audito, qui aliquot horas coram eo de Imperatoris officio, & de omni re militari diſſeruiſſet, dixiſſe fertur; Multos ſe deliros ſenes vidiſſe, ſed qui magis quàm Phormio deliraret, vidiſſe neminem; de Philippo Mornæo, & Theologica tractante, & Papatum vt ait, aggredi non verito, nobis rem Theologicam tractantibus dicere licet. Odiũ deinde non priuatum modo, ſed & omniũ coniuratorum in Põtificem Romanum Chriſtũ Domini oſtendit ſubſequentibus verbis.

Quem calamo tam fæliciter confixiſti quid ni propediem vltore gladio transfixurus?

SI tam benè gladio promouebit, vt calamo, in fęliciter planè illi cedet; ſed melioré mentẽ Deus ſereniſsimo Regi immittat, vt ne à væſano iſto hoĩe, furijs infernalibus agitato, perſuaderi ſibi patiatur, ficulneus erit ille gladius. Quid aliud hic quàm, (vt cum Auguſtino loquar) *iactat plumbeos pugiones?* Gladius erit iſte Madian, quẽ immittet Dominus in omnibus caſtris hoſtium populi ſui, vt mutua ſe cæde truncent. Erit Gladius Goliath Philiſtæi, quo præcidatur caput ſuperbi iſtius Gigantis, qui auſus eſt exprobrare agminibus Iſrael. Vt ſcribebat Cyprianus: *Omnes quorum pectora, & mentes Diabolus obſedit, venenatam rabiem ſuam quotidie furioſa voce teſtantur; non tamen idcirco credendum eſt, quia minantur: aut ideo aduerſarius, & inimicus maior eſt Chriſto, quia tantum ſibi, vindicat & aſſumit in ſæculo?* ibidem: *Fuſtes, & lapides, & gladios, quos verbis parricidialibus iactitant, non perhorreſcimus. Verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in ſtercora erit, & vermes. Hodie extollitur, & cras non inuenietur, quoniam conuerſus eſt in terram ſuam, & cogitatio eius perijt.* Et iterum. *Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatũ, ſicut cedros libani, tranſiui, & ecce non erat.* Ibidem. *Exaltatio, & inflatio, & arrogans, ac ſuperba iactatio non de Chriſti magiſterio, ſed de Antichriſti ſpiritu naſcitur;* quibus certè ad viuũ Cyprianus Mornæum hæreticum expreſsit. Quis verò præcipitem beſtiarij iſtius inſaniam non miretur, qui bellum quod à Rege Pontifici vellet inferri, venationem tanto munerario orbi exhibendam beſtiæ Apocalypticæ appellat, quæ Regia indagine, regis plagis, venabulo illius digna ſola? ſcilicet munerarius iſte multa paria gladiatorum ad pugnandum producturus eſt, eo certe beſtiarius iſte legibus infamis quod vltro ſe offert, qui in arenam deſcendat, vt comitiali morbo, ſi cum Tertulliano & Minucio loquar, grauiori morbo medeatur. An non iſte eodem odio, quo olim Gentiles, in Religionem Chriſtianam flagrat? qui, ſi prodirent Chriſtiani, ſtatim ad leonem, ad beſtias, & vt de ſe refert Cyprianus, quod ob ſacrificia, quæ edicto propoſito celebrare populus iubebatur, clamore populatium ad leonem denuo poſtulatus ſit in circo. Legi poteſt Euſebius de Policarpo ad cædem poſtulato, vbi enim in medio ſtadio iuſſa proconſulis præco iſtud ter prædicaſſet. *Polycarpus profeſſus eſt ſe Chriſtianum eſſe,* vniuerſa tùm gentium, tùm Iudæorum multitudo, qui Smyrnam incolebant, animi impetu, & bile effrenatà excandeſcens altà voce clamare cœpit: *Iſte eſt Aſiæ Doctor, iſte Chriſtianorum Pater, iſte noſtrorum Deorum euerſor. Iſte denique eſt, qui adeo multos perdocuit, vt neque Dijs ſacrificent, neque eos adorent.* Quæ cum eſſent locuti, vociferari cœperunt, & rogare Philippum Munerarium, vt leonem, qui Polycarpum diſcerperet, emitteret. Nõ diſsimilia colluuies illa Lutheranorum, & Caluiniſtarum, ac reliquorum ſectariorum contra Põtificem Romanum, Patrem Chriſtianorum, euerſorem vanorum Deorum, hoc eſt, falſorum dogmatum, quæ iſti profitentur. Et Philippus Mornæus in illo iam Philippo Munerario adumbratus, paratus leonem emittere in circum. En certe Nemrod iſte alter robuſtus venator coram Domino, crudelis, ſanguinarius, peſtis, & pernicies humano generi edita, atque Phaeton alter orbẽ terræ cæde atque incendijs vaſtare paratus, Reges ipſos ad euertendum Chriſtianæ Reipublicę ſtatum, Chriſti Domini inſtituta conuellenda cõcitans. An non fortiſsimi viri, etiam priuati ciues, nouis rebus ſtudentes, aut etiam mediocriter ſtatum Reipublicæ labefactantes, manu proprià, vt ſuum Reipublicæ officium præſtarent, aliquando occiderunt? parricidam patriæ Catilinam Conſuli & vrbi peſtem nefariè molientem, ferrum, flammamque minitantem, tanquam mõſtrum, atque prodigium eiecerunt, nec diutius tulerunt, ſed armis ad necem perſecuti ſunt. Nos verò hunc furentem audacià, ſcelus anhelantem; non conſuli, ſed Pontifici Romano Chriſti Vicario; non vrbi, ſed Eccleſiæ Romanæ, Eccleſiæ Catholicæ matrici, & Radici, & cui ſanctiſsimi Chriſti Apoſtoli totam doctrinam cum ſanguine profuderunt, igni, ferroque minitantem; Pontificem ipſum, tanquam beſtiam (horreſco beſtiarij hominis voces referens) venabulo transfigendam in arenam producere volentem nos Chriſtiani perferremus? Iniurias illatas Dauidi Regi vncto Domini ab impio Semei fidiſsimi milites ferre non poterant; Nos verò Pontificem Romanum Paſtorem, & Epiſcopum animarum noſtrarum, Petri Principis Apoſtolorum, cui Dominus paſcendas oues ſuas commiſit, ſucceſſorem, beſtiam Apocalypticam dici perferemus? ſed nimirum in illum id bellè quadrat λέγε καλῶς, εἰ τὶ καλῶς ἐκ ἔμαθες.

Arduum opus, aiunt, arduum verè.

ARDVVM olim fuiſſe Papatum aggredi nunc procliue eſſe docet, adſit modò, qui conetur. Nam ſi Alexander ille Macedo Perſarum potentiſsimum imperium aggre-

Lib. 3. contra Iulianum Pelag. cap. 7.
Iudicũ 7.
1. Reg. 17.
Epi. 55.
Pſal. 36.
Epiſt. 55.
Lib. 4. hiſt. Eccl. c. 14.
Ioſephus lib. 11.

Antiquit. cap. 5. aggredi auſus illud euertit, & oſtenſo ſibi à Iaddo ſacerdote Iudæorum Danielis libro, in quo Græcum quendam per hircum caprarum ſignificatum Perſarum regem in ariete præmonſtratũ debellaturum ſignificabat, hunc ipſum ſe eſſe interpretatus, multò alacrius ad bellum iam ſuſceptum perrexit, illudque tam fœliciter confecit; quis dubitet, ſi Rex Britanniæ, præſertim oſtenſis ſibi à Philippo Mornæo Merlini prophetijs, Papatum aggrediatur, eum euerſurum eſſe? *Audentes forſque, Deuſque iuuat*, & ſi id arduum carni, & ſanguini, at voluntas Chriſti Domini, cui dixiſſe ſat eſt ἅμ᾽ ἔπος, ἅμ᾽ ἔργον, in manu illius diſponetur. Iubente Ioſue, vt ſtaret Sol & Lũna, non ita tum Deus obediuit voci hominis, vt voluntati Regis, modo Mornæi conſilijs acquieſcat, morigerum ſe præbebit. *Ioſue 10.* Hæc quidem dixerim, non vt ſereniſſimi Regis Maieſtatem offendam, quem ſcio pacis publicæ inter Chriſtianos fouendæ ſtudioſiſſimum eſſe, & à cõſilijs perditiſſimorum hominum de perturbanda Republica Chriſtiana longè alieniſſim, ſed vt hominis iſtius inſanas voces, ac dementiam irrideam.

Arduum olim nec diffiteor, at iam procliue.

QVO verò argumento? *Cælum, & terra tranſibunt* (ait Chriſtus) *verba autem mea non tranſibunt*, verbum Dei, illud eſt, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* *Matth. 24.* *Matth. 16.* Ariſtoteles lib. 1. de cœlo cap. 3. præter cæteras rationes, inde etiam probat in cœlo nullam mutationem, generationem, aut corruptionem reperiri; ſi quidem in toto præterito tẽpore per traditam ſucceſſione memoriam poſteris non mutatum vllo pacto fuiſſe videtur, aut in totó vltimo cœlo, aut in ſuarum partium vlla. Ita nobis licet argumentari: iam ab initio naſcentis Eccleſiæ per tot ſæcula Romanorum Pontificum ſucceſſionem numeramus, inconcuſſam ſemper fuiſſe illorum authoritatem, ac nulli ruinæ obnoxiam legimus, contra ſtimulum calcitrare, immò contra Deum pugnare viſi ſunt, qui Iouem illum Capitolinum, quandoquidem ita Mornæo licet appellare, è ſolio deturbare conati ſunt. Tot Imperatores irrito conatu Papatum ſunt aggreſſi, ac tandem cedere coacti; quod igitur ſignum nobis iſte oſtendit, vt credamus iam procliue eſſe, quod olim arduum non diffitetur? Non diſſimiliter Mornæo ſcripſerat Lutherus anno 1522: Sine me adhuc duos annos doctrinam meam prædicare, tum videbis vbi Papa, Epiſcopus, Cardinalis, presbiter, Monachus, monialis, campana, turris, miſſa, cuculla, cappa, & totus cumulus Papalis regiminis manſura ſint; tanquam fumus euaneſcent. *Prophetia vana. Lutherij anno 1522.* Nam tum illi procliuè videbatur, quod olim arduum, qui tamen non duos poſt illam prophetiam, ſed totos viginti duos annos, & eo amplius uirulentam ſuam doctrinam prædicauit, alijque poſt eum prædicantes eidem operi inſtiterunt, nihilum tamen profecerunt: tantùm cum ſuis promouebit Mornæus. *Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt val de, ſed ſuperbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius pluſquam fortitudo eius. Aegyptus, homo, & non Deus; & equi eorum caro, & non ſpiritus; & Dominus inclinabit manum ſuam, & corruet auxiliator, & cadet cui præſtatur auxilium, ſimulque omnes conſumentur.* *Iſa. c. 16. & c. 31.*

Ergo apage Rex Magne calamus.

SCilicet id ſibi uult. Ad quid uenimus? Ad vim ad manus, ad arma, à togis ad ſaga, quin tu Rex Magne, Face Dardanios, ferroque ſequare colonos. Crede Vati Mornæo, ſuper & Garamantas & Indos proferes Imperiũ. Holofernes iſte tuo imperio ſubjugaturus eſt vniuerſam terram. Sibi verò apertè contradicit Mornæus, cum ſereniſſimum Regem, meritò quidẽ magnum appellat, *vt in quo omnia magna (ſi Religionem excipias) conſpiciuntur*, cum interim ad inuadendum alienas prouincias eum ſollicitat. Si quidem Ageſilaus ille, cum Græci, qui Aſiam incolebant, Regem Perſarum ex more magnum, appellarent, Qua (inquit) re ille me maior eſt, niſi ſit iuſtior, & temperatior? ut non amplitudine Prouinciarum, ſed iuſtitia, & temperantia Regem aliquem magnum iudicari ac definiri uellet; *Vera Regis magnitudo quæ.* non igitur ſereniſsimus Rex magnus erit, ſi per fas nefaſque aliena appetat, atque inuadat.

Nouus nobis prodeat ex Britannia Conſtantinus Maxentium, Pharaonem alterum in ponte Miluio calcaturus, peſſundaturus.

AT Conſtantinus ille oſtenſo ſibi crucis ſalutiferæ ſigno in quo uinceret, contra Maxentium tyrannum perrexit, cum Proteſtantes ſigno crucis nullam uim ineſſe doceant immò victoriam crucis ſigno tribuere, magicum quid potius quàm diuinum opus reputãt; in eo tamen Pontifex Romanus totam ſuam fiduciam collocat, ſeſe eo munire ſolet, nunquam publicè incedit quin crucem ſibi præferri iubeat, vt Chriſtum, cuius uices gerit, quem crux refert, ſemper, præ oculis habeat, ex eaque uictoriam contra hoſtes totam pendere profiteatur. Conſtantinus contra Maxentium rogatu Romanorum ut eos à tam ſæuo tyranno liberaret, perrexit. De quo Nicephorus libro ſeptimo cap. 21. *Per quamuis ſiquidem occaſionem ſatellites ſuos immittens maximam vim hominum iugulabat, & iam cæſorum ea erat multitudo, vt numerus eorum iniri non poſſet.* Et idem cap. 24. *frequentes namque ad eum* (Conſtantinum) *Roma veniebant oratores, ne vrbem eam Imperatorum deſpiceret, neue ita à ſæuiſſima fera vaſtari pateretur, orantes.* Quid igitur affine Pontifici Romano cum Maxentio tot adulterijs matronarum, tot cædibus Senatorum, tanta ſtrage *Pontifici nihil affine cum Maxentio Tirãno.*

Popu-

Populi, tot magicis præſtigijs infami? An verò Pontifex Romanus Maxentij ſucceſſor, & non potiùs Melchiadis Pontificis, quem è ſolio nunquàm deturbare cogitauit, immò honorauit plurimùm Conſtantinus, vt ad eũ etiam cauſam Donatiſtarum, qui ad illum prouocauerant, tamquã legitimum iudicem deferri voluerit? Quis verò Romanorum ciuium, aduentum in Vrbem Sereniſſimi Iacobi regis è Britannia deſiderat, vt vindicetur à tyrannide Pontificis? Verùm quemadmodum Conſtantinus ille, auſpice Deo, è Britãnia, tenebris adhuc infidelitatis immerſus, vbi in Italiam peruenit, idololatriæ tandem renunciauit, & ſalutaribus aquis à Silueſtro Pontifice poſtea ablutus, ſacræ deinceps Religionis cultor fuit, & templa idolorum publico edicto claudi iuſsit; ita quàm bene Sereniſſimo Regi conſultũ foret ſi abdicatis erroribus quibus, in Britãnia eũ immerſum oẽs Catholici, ſalutis illius cupidi moleſtè ferunt, veram & ſaluificam Catholicam Religionem profiteretur, in Italiam Pontifici recõciliãdus pergeret, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ dignitatem agnoſceret, & veneraretur? Longè verius cum Maxentio Rex, ſi bello Pontificem aggrederetur, conferendus eſſet; nam & ille B. Marcellum Papam, quòd nollet ſe negare Epiſcopũ, nec Dęmonibns ſacrificare, quod impiè ille imperabat, in catabulum damnauit, ſtabulum ſcilicet iumentorum publico vſui aſcriptorum. ſi igitur Rex Romam contendat Pontificem aggreſſurus, verè exhibebit ſe alterum Maxentium, non Conſtantinum, qui Pharaonem illum præcipitauit in Tyberim, atque Pontificem, & Romanos ex ſæua tyrannide liberauit.

Ac niſi Rex potentiſſimus hanc laudem, hanc lauream ſibi præripi patiatur.

VATES iſte Merlinus bacchico furore correptus, meo quidem iudicio, Dæmonis alicuius opera editus, Regi omnia fore peruia vaticinatur, Principes, ac Populos, etſi ſtudijs ac ſenſibus diuerſos, ſtatim illius ſigna ſecuturos: Alpes collum ſuppoſituras, Eridanum, vt quondam Ioſue & filiis Iſrael Iordanem, aquis huc atque illuc ſeſe recipientibus, liberum Regi tranſitum conceſſurum: ad tubarũ clangorem, vt quondam muros Hiericontinos, ita vrbis Romæ caſuros. vt non diſſimilis ſit Mornæus præſtigiatori cuidam, cui nomen Theudas, de quo Ioſephus, qui perſuaſit magnæ vulgi multitudini, vt aſſumptis ſuis facultatibus ſequerentur ſe ad Iordanem fluuium (Prophetam enim ſe iactabat) pollicens ſciſſurum ſe verbo fluuiũ, & facilem præbiturum tranſitum, talique promisſione permultis impoſuit; ita Eridanus ad vocem iſtius Prophetæ ſeſe diffindet. ſed præſtigiatori illi immiſſis turmis equitum caput abſciſſum, reliqui illum ſecuti aut interempti, aut viui capti; ita Pſeudoprophetæ iſti, & quotquot illius præſtigijs capientur, ſucceſſurum minimè dubito.

Ioſephus lib. 20. Antiquitatũ c. 6.

Multis (inquit) ad libertatis ſignum concurrentibus.

MISEROS nos, qui hactenus ignorauimus Catholicam, Apoſtolicam, Romanam Eccleſiam, cui præeſt Pontifex Romanus eſſe illam δούλων πόλιν: ſed ecce iã ad pileum, quod ſignum eſt libertatis, ab iſto vocamur; quam verò libertatem iſte intelligit? ſcilicet vt, de fidei dogmatibus liceat ſentire quid velis, modò hoſtis ſis Papæ: eſſe Lutheranum, Caluiniſtam, Sacramentarium, Anabaptiſtam, ac tandem Atheum, nihil prorſus iſtum refert. Verùm vt ſcribebat D. Auguſt. Quæ eſt peior mors animæ, quàm libertas erroris? Quod ſi legibus Imperatorum homicidia, ſtupra, & alia quæcumque facinora iuſtiſsimè comprimuntur, cur non & vitia Chriſtianæ contraria veritati? *In hoc non modò Pontifices, ſed & Reges* (ait D. Auguſtinus) *Deo ſeruiunt, ſicut eis diuinitus præcipitur in quantum Reges ſunt, ſi in ſuo Regno bona iubeant, mala prohibeant, non ſolum quæ pertinent ad humanam ſocietatem, verum etiam, quæ ad diuinam religionem.* Væ iſtis qui dicunt bonum malum, & malum bonum, ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras.

Libertas à Mornæo promiſſa qualis.

Epi. 166.

Lib. 3. contra Creſconium cap. 51.

Romam intrepidus nunquam fruſtra tentatam rectà ducat.

I*AM tenet Italiam, tamen vltrà pergere tendit; Actum* (inquit,) *nihil eſt, niſi Pœno milite portas frangimus, & media vexillum pono ſuburra,* Tentata quidem, & capta ab Alarico, & à Genſerico barbaris Regibus, quibus tamen aut Pontifici, aut Eccleſiæ Romanæ damnum aliquod inferre non fuit conſilium, immò locis martyrum, & Baſilicis Apoſtolorum tùm maximus honos habitus, *huc vſque enim cruentus ſæuiebat inimicus. Ibi accipiebat limitem trucidatoris furor.* Et cum Attila flagellum Dei Romam ardẽti furore raperetur; Leonis Pontificis eloquentia illi perſuaſum eſt, vt regrederetur: ac paulò poſt etiam Genſerico inuadenti vrbem, vt ab incendio, ignominijs, ac cædibus abſtineret. Totila etiam Gothicus ſummo honore proſecutus eſt Pelagium primum Pontificem circa annum Domini 556. Vult iſte ad tubarum clangorem, vt quondam muros Hierichuntinos, ita Vrbis Romæ caſuros; ſibique perſuadet, quod quemadmodum Deus olim promiſerat Abrahamo terram Chananæorum à ſuis poſteris poſsidendam, eoque conſilio è ſeruitute Aegyptiorum diuinitus liberati, tot miraculis in itinere editis, tot fuſis hoſtibus, tandem eam obtinuerunt; ita nobis id conijciendũ, ſibi, vt potè Vati Merlino reuelatum, Deum contra Pontificem Regi adfuturum, nec minus miraculosè, quàm olim Ioſue, & filijs Iſrael terram Chananæorum, illi Romam & adiacentes Prouincias traditurum. Dicat Michæas Propheta Domini, quicquid velit, oſtendat ex verbo Dei claues regni cœlorum datas Petro & ſucceſſoribus

D. Auguſt. lib. 1. de Ciuit. Dei c. 1.

Mornæus vates Merlinus.

bus

bus illius, & ſuper hanc petram ædificatam eſſe Chriſti Eccleſiam, & portas inferi non præualituras aduerſus eam. Longè aliter noſter Merlinus, qui velut alter Sedechias filius Chanaana factis ſibi cornibus ferreis ait Regi. *Hæc dicit Dominus, his ventilabis Syriam, donec deleas eam*, omneſque Prophetæ ſimiliter prophetabant dicētes: *Aſcende in Ramoth Galaad, & vade proſperè, & tradet eam Dominus in manus Regis*. Ita non modo vates iſte Merlinus, ſed & omnes illius Symniſtæ Regi magnæ Britanniæ victoriam pollicentur; illius venabulo configendam, vt vocant, beſtiam Apocalypticam; Babylonem illam ei à Domino ſine vlla difficultate tradendam; omnia ei ceſſura, mare, flumina, montes, nihil illius victoriam retardaturum, cum ferreis cornibus Romam ſedem Pontificis, immò Italiam ipſam ventilaturū. Sed & maiora, ſi Dijs placet, pollicitatur.

3. Reg. 22.

Iouem (inquit) *Capitolinum de ſede nunquam reponendum, excuſſis fulminibus exturbet.*

SCILICET, vt inde Capitolini cognomen potiori iure, quàm M. Manlius ex ſeruato Capitolio reportet. Verùm hoc non omittendum, eidem de perduellione damnato, fatale fuiſſe de ſaxo Tarpeio deijci, *locuſque idem* (ait Liuius) *in vno homine, & eximiæ gloriæ monumentum, & pœnæ vltimæ fuit*. Quòd verò Iouem Capitolinum Papam nominat, eò meo iudicio alludit, quòd apud Ethnicos Πάππα fuerit nomen honoris, ſi Arriano credimus, qui Bythinos eo vocabulo Iouem vocare ſolitos ſcribit. Teſtis eſt Herodotus à Scythis Iouem Pappæum appellari: ſcilicet Ethnicus iſte Gentilium more loquitur, ſacras verò ædes in honorem B. Ioannis Baptiſtæ, & diuorum Apoſtolorum Petri, & Pauli Deo conſecratas, quibus aliquando barbari magnum honorem habuere, Profanus iſte Capitoliū Iouis intelligit.

Lib. 6. Ab V. C. 372.

Babylonem ipſam refuſo Tyberi, reſtagnante ipſo Auerno nunquam emerſuram molæ inſtar demergat.

ὁ μάντις ὁ τέλεμος ἐχθρ᾽ ἀγορεύων [illegible]
Ἐχθρὰ φέρει ποτὶ οἶκον ὅπως τικεσσι φυλάξῃ. [illegible]

MInimè nos iſtud, qui Chriſti legem profitemur, & ab eodem diligere inimicos iubemur. Verum cum Cypriano optamus, *ne quod iſti loquuntur furore, impleant crimine, ne qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoque delinquant. Oramus, ac deprecamur Deum, quem prouocare illi, & exacerbare non deſinunt, vt eorum corda miteſcant: vt furore depoſito ad ſanitatem mentis redeant: vt pectora operta delictorum tenebris, pœnitentiæ lumen agnoſcant, & magis petant fundi pro ſe preces, atque orationes Antiſtitis, quàm ipſi fundant ſanguinem ſacerdotis*. Hoc eſt quod Chriſtiani inimicis noſtris, qui perditos nos volunt, imprecamur, vt ſcribebat Tertullianus, *amicos diligere omnium eſt, inimicos autem ſolorum Chriſtianorum*. Quomodò igitur Chriſtianus iſte, qui tam acerbo odio nos inſectatur, nunquam tam crudelis, & infeſtus hoſtis Hannibal, quàm iſte reformatus, ſcilicet, & purior Euangelicus, Romanis.

Lib. ad Scapulam c. 1.

At tu Iehoua Deus. Vbi perſpicere licet, quanto iſte affectu orationem conuertat ad Deum. Sic in Cantico Iudith ob victoriam de Holoferne: *Adonai Domine*. Et Chriſtus Dominus præ vehementia affectus repetijt, aliquando nomen Patris: *Abba Pater, omnia tibi poſſibilia ſunt*. Quod & duobus locis fecit D. Paulus Rom. 8. Et Galat. 4. Sic iſte Hebraicum nomen quadrilitterum, quod cum Dei proprium nomen Hebræi exiſtiment, illud non pronunciant, eò quòd non liceat patrem, aut Dominum proprio compellare nomine, & illud ſemel tantùm proferebatur in anno, idque à ſummo ſacerdote. Non defuerunt aliqui, qui vellent pronuntiatione illius nominis, Chriſtum tot edidiſſe miracula, in quo errore ſi ſit Mornæus, nil mirum, ſi tot miracula polliceatur, qui nouit efferre nomen iſtud ineffabile.

Cuius res, cuius gloria hic propriè agitur.

AN verò non magis vergeret in gloriam Dei, ſi ab erroribus ad fidem, à peccatis ad iuſtitiam, à vitijs ad virtutem, hæc quam vocant Babylon conuerteretur, quàm ſi alioqui refuſo Tyberi, molæ inſtar demergeretur? Cum ciues Samaritanorum aliquando non recepiſſent Chriſtum, ideoque Iacobus, & Ioannes dicerent: *Domine vis dicamus, vt ignis deſcendat de cælo, & conſumat illos? Conuerſus increpauit illos, dicens, neſcitis cuius ſpiritus eſtis, filius hominis non venit animas perdere; ſed ſaluare*. Cur igitur non magis optent illi nos ad ſuam reformatam Eccleſiam in eandem ſaluificam doctrinam, vt ſibi perſuadent, adiunctos, quàm omnino perditum iri? Hinc conſtat, cuius Spiritus ſit iſte, qui perditionem, non ſalutem animarum deſideret, ac Dei rem & gloriam agi iudicet, ſi homines penitùs eant in perditionem, non ſi ſalutem animarū per Chriſti meritum conſequantur.

Luc. 9.

Voca ſeruum tuum per nomen ſuum, apprehende dexteram Vncti tui.

SED hæc verba, apud Prophetam nominatim & expreſſim de Cyro Imperij Perſarum conditore & multarum gentium domitore, intelliguntur & in eo tum completa ſunt, vt ſubijceret Deus ante faciem eius gentes, & dorſa Regum verteret, & aperiret coram eo ianuas, quòd ante illum iret, & glorioſos terræ humiliaret, portas æreas contereret, & vectes ferreos confringeret. Vnde nonniſi perperam, & præpoſterè Regi Iacobo accommodantur: an enim quia tum Babylonem expugnauit Cyrus, & multos

Iſaia 45.

tos

Digitized by Google

tos Reges perdomuit, multas Prouincias ſuo Imperio adiecit; ideò & Romã Rex Sereniſs. expugnaturus eſt, aut Prouincias Italiæ ſub ditionem ſuam redacturus? Nec Pontifici, aut Religioni, cui tum maximè fauit, vt Templum Hieroſolymitanum inſtaurari iuſſerit, ſed Regibus ipſis Cyrus bellum intulit. Si igitur omnia ſibi vtrinque congruant, non Pontifici, aut Eccleſiæ, ſed alijs Monarchis, & Principibus bellum inferendum erit à Rege; vt valde formidandum ſit, ne Mornæus, qui Sereniſſimum Regem ad tantum ſuſcipiendum bellum hac eleganti Epiſtola concitat, & ante faciẽ eius vult cõplanari valles, ſubſidere mõtes, conſterni fluuios, patere ianuas, conteri vectes, cõtremiſcere populos, proditionem aliquam in Regnum Galliæ moliatur, aut Salmurienſem ditionem, cuius præfectura à Rege Chriſtianiſſimo auctus eſt, ei tradat. Vbi non omninò à crimine læſæ Maieſtatis liber eſt Mornæus; ſiquidem læſæ Maieſtatis reus eſt, qui ſeditionem in Rempublicam cõcitat, eam hoſtibus prodit, patriæ Religionis, aut Reipublicæ hoſtibus nomen dat, aut aliud quiduis ad Imperij ſtatum euertendũ machinatur. Iſaiæ propheta pluſquam ducentis ante Cyrum annis de illo edita erat, nec eum parum mouit ad Religionem amplificandam, quòd multò antea videret & nomen ſuum à Propheta expreſſum; & quod gentes multas ſubacturus, prædictũ: vbi de Roma à Sereniſsimo Rege expugnanda, ac refuſo Tyberi, reſtagnante ipſo Auerno, molæ inſtar demergenda, nulla extat Prophetia; ſi tamen Merlinum iſtum vatem valere ſinamus. *Ioſephus lib. 11. c. 1.*

Ego ſexagenario licet iam maior, lateri tunc ipſius hæream indiuulſus.

NAm Hannibal iſte licet à primis annis iurauerit, ſe fore hoſtem Romanis, & cùm primùm poſſet, bellum illis illaturum: quia tamen, cum Imperator non ſit non Princeps, ſub alienis ſignis militare debet; ideo quod tamdiu agitauit in animo bellum, vellet, à Sereniſsimo Rege, pacis publicæ ſtudioſiſsimo, nec de inuadendis ditionibus alienis quicquam cogitante iam ſuſcipi. Annon verò hic reus læſæ Maieſtatis, qui cũ Gallus ſit, Chriſtianiſsimi Regis in ſacro Conſiſtorio Conſiliarius, Cataphractorum turmæ Ductor, Salmurienſis ditionis Præſes, audet tamen Regi externo contra Pontificem, quem Rex Chriſtianiſsimus non modò vt Principem amicum & cõfœderatum, ſed & vt Patrẽ, & ſummum Eccleſiæ, cuius ſe filium primogenitum inſcribit, Paſtorem veneratur, ſuam operam polliceri? *Ego* (inquit) *ſexagenario licet iam maior.* Vnde cõijcere licet & ex hoc libro, quantum arte; & ex bellandi ardore, quantum valeat Marte. Iam alterũ Caleb nobis audire videmur: *Hodie octoginta quinque annorum ſum, ſic valens, vt eo valebam tempore, quando ad explorandum miſſus ſum. Illius in* *Ioſue 14.* *eo temporis fortitudo vſque hodie perſeuerat tam ad bellandum, quàm ad gradiendum.* In Caleb integræ vires octoginta & eo amplius annos nato, quæ quadragenario: ſic in iſto milite, quæ trigenario inerat animi magnitudo, quæ corporis vires ac robur, iam veterano & ſexagenario maiori ineſſe non dubites. Longè certè Neſtori iſte præferendus, qui apud Homerum:

οὐ γάρ ἐμοὶ ἴς

Ἔσθ' οἵη πάρος ἔσκεν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσιν. id eſt, *Non enim mea vis eſt, qualis ante fuit in incuruis membris.*

Quodſi contingat [illegible] in id tempus tanti belli molem differre, quo vires & corporis robur ætas tulerit; non tamen operam ſuam inutilem fore pollicebitur.

Ἀλλὰ καὶ ὣς ἱππεῦσι μετέσσομαι, ἠδὲ κελεύσω
Βουλῇ, καὶ μύθοισι. τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων.
Αἰχμὰς δ' αἰχμάσσουσι νεώτεροι, οἵπερ ἐμεῖο
ὁπλότεροι γεγάασι, πεποίθασίν τε βίηφι. *Iliad. 4.*

Veruntamen & ſic equitibus intererо, & adhortabor conſilio & verbis. Hoc enim decus eſt ſenum. Haſtas autem vibrabunt iuniores, qui me minores natu ſunt, confiduntque viribus.

Inter anguſta, inter aſpera Alpium ſenectam exuam.

I demens, & ſæuas curre per Alpes,
Vt pueris placeas, & declamatio fias.

De exuenda verò ſenecta, non inſolitum, quod ſcribit. Nam ſerpentes, & cicadæ æſtatis temporibus ſenectutem exuunt, ac veluti renaſcuntur.

Præcinente Angelo Cecidit illud congeminem.

IMmò tum forte Coruus clara voce occinuerit, quo lætus augurio hic ſtrenuus miles affirmabit, nunquã humanis rebus magis præſentes interfuiſſe Deos, ſigna canere, & clamorem tolli iubebit. *Liuius lib. 10.*

Sanctæ huic lætitiæ totius immergar, æternæ contiguus immoriar raptus.

NOn ego iam Epaminondæ, non Leonidæ mortem huius morti anteponerẽ. Quorũ alter cum viciſſet Lacedæmonios apud Mantinæam, ſimulque ipſe graui vulnere exanimari videret ſe, cum id quod cupiebat audiuiſſet, & ſaluum eſſe clypeum ſuum & fuſos hoſtes; euulſa, qua erat transfixus, haſta, multo ſanguine profuſo, in lætitia & in victoria eſt mortuus: ita cum occinuerit Coruus, cum Caſtor & Pollux viſi fuerint in ſacro illo bello adiutores victoriæ Mornæo & illius ſymmiſtis pugnare (quos referunt aliquando Romanis *Cic. lib. 2. de finibus bonorum et malorum.* *Cic. 2. Tuſcul.*

manis

manis authores in prælijs victoriæ nuncios fuiſſe, ſed nunc contra Romanos à partibus Mornæi in ſacro illo bello ſtabunt) tunc in lætitia fortiſsimus iſte miles Euangelicus Reformatus, & Purior mortem oppetiturus eſt; immò nō minus alacriter, quàm duo illi Decij, nobilitate mortis, & gloria incitatus Dijs Manibus ſeſe deuouebit. Leonidas autem Rex Lacedæmoniorum dum apud Thermopylas cum trecentis illis, quos eduxerat Sparta, hoſtibus ſe opponeret, *Pergite* (inquit) *animo forti, Lacedæmonij, hodie apud inferos fortaſſe cænabimus*. Hæc certè eadem futura eſt lætitia æterna, cui contiguus iſte immorietur raptus. Nihil enim dubitandum, Mornæum cum omnibus Romani Pontificis & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ hoſtibus, maledictis, ac reprobis iturum in illum ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius, & apud inferos virum iſtum Sparta dignum cœnaturum. Vbi verò iſte Sereniſſimo Regi ad calcem Epiſtolæ imprecatur, nos illi benè precamur, & conuerſionem ad ſaluificam Fidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & fœliciſsimè diutiùs in terris, & æternum cum Beatis regnare in Cœlis.

CONTRA PRÆFATIONEM
PHILIPPI MORNAEI.
AD ECCL. ROMANÆ SECTATORES.

Quam Myſterio Iniquitatis,ſeu Hiſtoriæ,vt vocat Papatus, præfixam voluit.

Ad Eccleſiæ Romanæ ſectatores.

QVOS verò hoc nomine intelligat,paulo altiùs conſiderandũ, Chriſtus Dominus ſuam Eccleſiam in terris ex hominibus vndequaque vocatis,& à patre in ipſo, ante mundi conſtitutionẽ electis, ædificans, ac ſacram quandam Rempublicam inſtituens, non dubium quin & ſtatum, quo eam adminiſtrari vellet,inſtituerit, & quidẽ omnes ſapientes, adeoque quodam veluti naturæ afflatu omnes ferè nationes Monarchiam cæteris Reipublicæ ſpeciebus prætulerunt. Nec ita tamen inde tanquam ex loco aſſumpto,regimen à Chriſto inſtitutum Eccleſiæ ſuæ Monarchicum eſſe contendimus,vt ex verbo Dei,ex auctoritate ſacrorum Conciliorum, & ſanctorum Patrum, & ab initio naſcentis Eccleſię conſenſu totius Chriſtiani Orbis, qui loci ſunt iuſiti,ad id probãdum argumenta ducimus;ſi quidem legimus in Euangelio Chriſtum Dominum Petro dixiſſe:*Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* & poſt glorioſam reſurrectionem ſuam:*paſce oues meas:*& aliàs.*Tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Quæ loca Euangelij ita omnia ſacra Concilia intellexerũt,& omnes Patres interpretati ſũt, vt non Petro priuatim, ſed & ſucceſſoribus illius Romanis Pontificibus eadem authoritas conceſſa,& idem munus impoſitum ſit.Conſtat ab initio non niſi authoritate Romanorum Põtificum celeberrimma quæque Concilia celebrata eſſe, & ſi quæ aliquando obortæ ſint controuerſiæ in rebus fidei,omnes Pontificem Romanum,vt ſucceſſorem Petri Principis Apoſtolorum, & ſupremum iudicem controuerſiarum conſuluiſſe, & ad eum vndique prouocatum fuiſſe, Romanam Eccleſiam matrem omnium Eccleſiarum agnouiſſe,*Ad quam* (vt ſcribebat Irenęus) *propter potẽtiorem principalitatem neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam.hoc eſt,eos qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper ab his, qui ſunt vndique conſeruata eſt ea, quæ ab Apoſtolis eſt traditio.* Hãc Eccleſiam principalem nominauit Cyprianus, vnde ſacerdotalis vnitas exorta eſt. Et cunctos ex Africa nauigantes hortabatur,vt Eccleſiæ Catholicæ matricem,& radicem Romanam tenerent: *Inde in omnes venerandæ communionis iura dimanãt,* ait Ambroſius, Cui & ille Catholicus eſt,qui Romano Epiſcopo cõicat. Hanc eſſe caput Eccleſiarum Iuſtinianus diſertè aſſerit epiſt.Inter claras.tit.de ſumm. Trinit. illã poſtremò eſſe Eccleſiã ad quã tanquã ad tutiſsimã arã, & ſacroſanctã Arã contra oẽs hæreſeωv fluctus confugiendũ ſit, ita ex Concilijs, ſanctis Patribus, & conſenſu Chriſtiani orbis euidenter conſtat,vt non niſi perduelles,ac ſacrilegi homines,aut potiùs mõſtra, Deorum atque hominum iurati hoſtes, quibus nihil cerebri, quibus nihil propoſitum aliud,quàm vt ſtatum Eccleſiæ euertãt, & Chriſti Domini ſanctiſsimam ordinationẽ conuellant,huic ſe opponant veritati.Cum igitur Rabſaces iſte Aſsyrius compellat,alloquitur Romanæ Eccleſiæ ſectatores,aut in luce meridiana certè caligat, aut intelligat ſe non alios quàm vnius Eccleſiæ Catholicæ Chriſti ſponſæ, filios, & ſolos veros Chriſtianos,alloqui.

τὴν μοναρχίαν ἄμαχον εἶναι Scribit Iuſtinus martyr ſerm. exhortat. ad Gentes.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Luc. 22.

Lib. 3. c. 3.

Epiſt. 55.

Epiſt. 4.

Vos iterùm compello. Cum enim ſuperioribus annis librum contra ſacroſanctum iuge Miſſæ ſacrificium Antichriſti hic præcurſor euulgaſſet, præfationem etiam ad Romanæ Eccleſiæ ſectatores præfixerat,quo quidẽ infami opere, nihil præter mendacia, impoſturas & hæreſes nouas ac antiquas reuocatas ex Orco ſcripſiſſe, in nobiliſsimo cõſeſſu Chriſtianiſsimi Regis, Principũ & Procerum Regni conuictus eſt,ab omnibus exſibilatus vt cõfuſus inde abierit,liber vt hæreticus proſcriptus, dãnatus atque incendio dignus iudicatus, non ſibi ſatisfactũ videbatur, niſi iterum nos cõpellaret,hoc eſt,nobis imponere rurſus ſtuderet, ac ſolidiſsimam fidei Catholicę veritatem inuaderet. Vtroque opere duo Eccleſiæ Dei capita,ſupremum illud, atque ſubalternum iſtud adortus, priori Chriſtum Dominum τελετάρχην ſacerdotẽ & ſacrificium, hoc poſteriori ſummum Pontificẽ viſibilis Eccleſiæ in terris viſibile caput. In ipſo ſtatim præfationis limine quanta ardeat charitate Rabſaces iſte Aſsyrius, vt nec parem prophetę ipſi,aut Apoſtoli prę ſe tulerint,oſtẽdit,quà importunitate nos compellet:ſcribit ea ſcilicet,quã cõmendat,Apoſtolus,ſalutari,& per opportuna; alioqui enim niſi εὐκαίρως ἀκαίρως arguat, obſecret increpet, actũ de nobis iudicat:abſumimur incendio, gurgite exſorbemur,niſi vellicet, lãcinet,iam veterno immorimur.

Mornæus à nupero duello vadimonius iterum comparet.

Vos iterum compello Domini ac fratres.

HOc nimirum eſt.Fratres,qui ſunt in Hieruſalẽ fratribus,qui ſunt in Aegypto ſalutẽ. Hic duplicem perſonam agnoſcere licet;nã vox quidem vox Iacob eſt,manus autem manus Eſau ſunt. Ita illi perdulces ſermones ſeducunt corda innocentium. En alter inſidiator Ioab,qui cum blãdis verbis nos cõpellet, interim exitium animæ machinatur. *2. Machab. cap. 1.*

Qua veterno alias immorituros vellicamus.

En nihil eſt certè mutua charitate, qua noſtram inuicem ſalutem procuremus, Deo acceptius,nihil quod magis in ſcripturis ſanctis nobis commendetur,cum igitur veterno,quo teneri nos putat,aliàs immorituros vellicet,lancinet,tantũ non laceret, adeoque ſtudioſũ noſtræ ſalutis ſe oſtendat Mornæus,atque in eodem ille periculo verſe-

Digitized by Google

D. Cyprianus cum ſingulos hortabatur, vt Eccleſiæ Catholicæ radicem, & matricem Romanam Eccleſiam agnoſcerent, ac tenerent, cum eam Petri Cathedram atque Eccleſiam principalem, ad quam perfidia non poſsit habere acceſſum, appellat: cum inde Eccleſiæ vnitatem oſtendit. *Primatus*, (inquit) *Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra vna monſtretur. Hanc Eccleſiæ vnitatem qui nõ tenet, tenere ſe fidem credit? qui Eccleſiæ renititur & reſiſtit, qui Cathedram Petri, ſuper quã fundata eſt Eccleſia, deſerit, in Eccleſia ſe eſſe confidit?* Scilicet Papatus molẽ tanquã μορμολυκεῖον quoddam obtendebãt, dum contra hæreticos ad probandum, quæ eſſet vera Chriſti Eccleſia, ex ſucceſsione Romanorum Pontificum argumentati ſunt Irenæus lib. 3. contra hæreſes cap. 3. Tertull. lib. de præſcript. Cyprianus lib. 1. epiſt. 6. Optatus lib. 2. Epiphanius contra hæreſim 42. Auguſtinus epiſto. 65. & alij deinceps. Quod iudicium de Græcis faciebat vates ille Aegyptius apud Platonem Solonem alloquens ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν, idem de nobis Romanæ Eccleſię ſectatoribus iudicat, quòd pueri ſimus omnes, atque ita facilè μορμολυκείοις, & laruis terreamur.

Li. de vnit. eccl.

Vetus illa, & quo annis grauior. Nota veræ Eccleſiæ, & certiſsimum veritatis argumentũ apud Patres antiquitas eſt. *Ante hæreſes, quàm vera doctrina?* ait Tertullianus, *Sed in omnibus veritas imaginem antecedit: poſtremo ſimilitudo ſuccedit. Cæterùm ſatis ineptum vt prior in doctrina hæreſis habeatur, vel quoniam ipſa eſt, quæ futuras hæreſes cauendas prænunciauit.* Id docet ex parabola boni ſeminis, & zizaniorum, quia Pater familias bonum ſemen ſeminauerat in agro ſuo, inimicus homo ſuperſeminauit zizania. *Propriè enim*, inquit, *doctrinarum diſtinctionem figurat quia & alibi verbum Dei ſeminis ſimilitudo eſt. Ita enim ex ipſo ordine manifeſtatur id eſſe dominicũ & verum, quòd ſit poſterius immiſſũ* ſubiungit. *Ea ſentẽtia manebit aduerſus poſteriores quaſque hæreſes*: vbi Mornęum, & gregales illius notat, quibus nulla cõſtantia de cõſcientia competit ad defendendam ſibi veritatem. D. Auguſtinũ præter cætera, iuſtiſsimè retinebat in gremio Eccleſiæ Catholicæ authoritas vetuſtate firmata. Imò vel Eccleſiam Dei, cum mundo ipſo cępiſſe, & in ea fideles omnes ſalutem conſecutos, licet veniẽte Chriſto alia ſacramenta inſtituta ſint, & magis explicita Diuinorũ myſteriorum cognitio vnigenito ipſo, qui eſt in ſinu patris, enarrante tradita, ex ſcripturis ſacris facilè colligi poteſt. Quæ verò poſt ſacram Chriſti œconomiã, antiqua eſt in terris Eccleſia, in qua tot Martyres ſanguinem fuderunt, tot ſacri Doctores & Paſtores Chriſtiano populo præfuerunt, eumque pabulo verbi Dei refecerunt, & quæ originem ſuam ab Apoſtolis repetit, vt meritò dicatur Apoſtolica nullis vnquã tẽporibus interrupta: hæc certè vera, & vnica ſit Dei Eccleſia neceſſe eſt. Atque illud Tertulliani ſectarijs iſtis meritò obijcere poſſumus. *Edãt origines Eccleſiarum ſuarũ, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquẽ ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamẽ cum Apoſtolis perſeuerauerit, habuerit authorem, & anteceſſorem.* Et alibi. *Qui eſtis? quando & vndè veniſtis?* An non antequã hæc noua Eccleſia, quam reformatam appellant, prodiret, erat Chriſti Eccleſia? alioqui enim vndè prodijt hæc reformata? Vndè primùm originẽ ſuam repetit? nullam ne Chriſtus per tot ſęcula habuit Eccleſiam? Vnde igitur Lutherus in Germania, vnde Caluinus in Gallia apparuit? de qua terra germinauit? ex quo mari emerſit? de quo cœlo cecidit? tam diu igitur regnauit error, quandiu hęreſes non erant. Aliquos Marcianitas, & Valentinianos, nunc Lutheros, Caluinos, Mornæos, liberanda veritas expectabat. Conſtat igitur eã, quæ antiqua eſt, & in gentibus conſpicua, verã Chriſti eſſe Eccleſiã. Eò impudentiæ venerunt olim Donatiſtæ, vt dicerent orbem terrarum apoſtataſſe defeciſſeque ex omnibus gẽtibus Chriſtianã Religionẽ, excepta parte Donati, ſicut in Enoch, in Noe, in Abrahamo, Iſaac, & Iacob, & in duabus tribubus Iuda olim remanſit ecclesia: ita Nouatores iſti eccleſiã Chriſti perijſſe de orbe terrarum, apud ſe ſolos remanſiſſe impudenter affirmant, quos eiſdẽ ſcripturarum teſtimonijs conuincere, Eccleſiamque eſſe eã Chriſti, quæ toto orbe terrarum diffuſa in eiſdem fidei dogmatibus conſpirat, demonſtrare (quod fecit olim D. Auguſtinus contra Donatiſtas) nobis procliue eſt.

Vera Eccleſiæ nota, antiquitas.

Lib de præſcript.

Cap. 31.

Lib. de vtilit. credendi c. 17. & alibi.

Lib. de præſcript. c. 32

Tertul. lib. de præſcri.

Reformata contrà Eccleſia cum et puſilla, & nupera ſit ipſa ſeu nouitate, ſeu tenuitate contemnenda.

QVæ verò reformata iſta Eccleſia, aut ex quibus ſcripturis probatur? Nos enim veterem illam ex apertiſsimo Dei verbo oſtẽdimus *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Adiũcta promiſsione ipſius veritatis, *Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & ego vobiſcum ſum vſque ad cõſummationem ſæculi*: & in Symbolo Apoſtolorum, & Nicæno credere iubemur Eccleſiam *vnam ſanctam Catholicam*. Illi verò ex ſcripturis ſacris oſtẽdant veterem Eccleſiã perijſſe, vt apud reformatos ipſos Chriſti Eccleſia remanſerit, an ipſa reformata, nupera & puſilla Eccleſia, eadem cũ illa antiqua, quã Chriſtiani profitebãtur in Symbolo, & credebant *vnã ſanctam Catholicam*. Atque vocis illius, ſenſus, & interpretatio nota eſt ex doctrina omnium Patrum, vt in hanc reformatam nulla ratione conueniat, immò nec reformati iſti ſuam *Eccleſiam* audent *Catholicam* appellare, niſi quod ridiculè quidam diſtinctionem excogitarunt *Catholicorum Pontificiorum, & Catholicorum Proteſtantium*, quaſi verò duplicem Eccleſiam Catholicam in Symbolo profiteri iubeamur, alteram quidem, quæ ſit apud Pontificios, alteram, quæ apud Proteſtantes, aut vna eademque ſit Catholica, quæ apud Pontificios (vt nos vocant) & apud Proteſtãtes, aut nõ illi perpetuis tẽporibus habiti ſint Catholici, qui communicant cũ Põtifice Romano, tanquam cum ſucceſſore Petri Principis Apoſtolorum, cui Dominus paſcendas oues ſuas commẽdauit, & qui Romanã Eccleſiã matricem Eccle-

Ridicula diſtinctio catholicorum Pontificiorum, et catholicorum proteſtantium à Nouatoribus excogitata.

Digitized by Google

ſiarum profitentur, & agnoſcunt; aut certè alia eſſe debet fides nunc noſtra, quàm veterũ Chriſtianorũ, & aliud fidei Symbolum tenemur profiteri; ut illi quidem crederent Eccleſiã vnam ſanctam Catholicam, nos verò nunc credere iubeamur Eccleſiam reformatam. . .

(*Cum & puſilla*, (inquit) *& nuperaſit*.)

Ita de paucitate ſua gloriari, ſolenne fuit hæreticis, apud D. Auguſtinum quidam Manichæus eo commendabat ſuorum paucitatem, *quia*, inquiunt, *paucorum ſit ſapientia*, vbi reſpondet hoc omnibus hæreticis aduerſarijs Eccleſiæ Catholicæ, quæ per omnes terras copioſè diffunditur in ſua cuiuſque propria vanitate commune eſſe, omnes de ſua paucitate gloriari, & ſeducere multitudinem, ſi poſſunt, velle. An non & Donatiſtæ, vt author eſt idem Auguſtinus, de paucitate ſua gloriabantur, illudque iactabant: *In paucis frequenter eſt veritas, errare multorum eſt*? Refert Socrates, Arrianos primùm gloriatos de ſua multitudine, at vbi ab Imperatore Theodoſio repreſſi ſunt, & ciuitatibus eiecti, iactaſſe in deſertis ſuis Synagogis illud: *multi vocati, pauci electi*; ſic iſti hæretici, quod de Donatiſtis ſcribebat idem D. Auguſtinus, *ſuam paucitatem commendare conantur, & in ſanctis, Eccleſiæ multitudinem toto orbe diffuſam blaſphemare non ceſſant*.

Lib. 2. contra aduerſ. legis & Prophet. cap. 12.

Lib. 2. de vnit. Eccleſiæ. cap. 13. & lib. 3. contra Creſconiũ cap. 66. & lib. 4. cap. 54.

Lib. 5. hiſtoria Eccleſ. ca. 13.

lib. de Vnitate Eccleſiæ cap. 13.

Et hic illud Iudæorum ad Chriſtum Dominum, Philoſophorum ad Paulum, ad rauim vſque ingeminatur, quænã eſt hæc noua doctrina? Nos ſcimus quia Moyſi loquutus eſt Deus: hunc autem, vnde ſit ignoramus.

Auctor Reformatæ eccleſiæ Mornæo merito quæritur à nobis.

MErito quidem quærimus quis author reformatæ iſtius Eccleſiæ, à quo ſuã originem repetit, & vndè primùm apparuit. Nos ſcimus quidem Chriſtũ Apoſtolos elegiſſe, & ordinaſſe Doctores orbis terrarum: vnctionem docuiſſe eos de omnibus, doctrinam Apoſtolicam, quam primùm orbẽ totum percurrentes tradiderunt, nunquam penitùs excidiſſe ex orbe, vt oportuerit nouos Apoſtolos, & nouos Euangeliſtas mitti: tot ſacra Concilia ſucceſſu temporum celebrata in Eccleſia illam contra emergentes hæreſes ſtrenuè defendiſſe, ac ſartam tectam conſeruaſſe; hi autem qui ſũt, aut vndè venerunt? An quemadmodum Carneadi nouam Academiam, ita nouam Eccleſiam cõdere, aut nouam doctrinam in Chriſtiano orbe inducere, licere ſibi putant? Reſpondet igitur Mornæus, hoc idem eſſe, quod Chriſto Domino obijcebatur à Phariſæis, quænam eſt hæc noua doctrina? vult igitur iſte cum ſuis ſymmyſtis cõferre ſe Chriſto tanquam recenter è cęlo delapſus, vt nouã doctrinam, ac ſuperioribus ſæculis inauditam perſuadeat. Rectè quidem Chriſtus, *Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi*. Quò enim Moyſis, & Prophetarum oracula, niſi ad demonſtranda Meſsiæ ipſius mundi Saluatoris, & Eccleſiæ in terris ædificandæ, ac cæleſtis illius doctrinæ hominibus tradendę, tempora ſpectabant? Non ne in eo prophetarum vaticinia compleri manifeſtiſsimè videbantur? Accedebant & miracula diuinitatis illius locupletiſsima teſtimonia, ac veritatis doctrinæ quam tradebat, manifeſtiſsima argumenta. Vndè verò ex ſcripturis iſte nobis probabit perituram fuiſſe aliquãdo Eccleſiã Chriſti de toto orbe terrarũ? Papam in Antichriſtum mutandum, adeoque omnes Pontificios adhæſuros Antichriſto, abiurata veritate, mendacium amplexuros: loco fidei, perfidiam, aut ſuperſtitionem excepturos, ac tenebris infidelitatis Chriſtiani nominis profeſſores æquè ac Mahometanos ipſos impuros, vel perfidos Iudæos iuuoluendos, ſed venturos nouos Apoſtolos, & Euangeliſtas, qui nos veterno aliàs immorituros vellicarent, lancinarent, tantùm non lacerarent, ac ſaluificam Chriſti doctrinam ab Apoſtolis initio traditam, ſed quæ poſtea tanquam Aſtræa quædam fortaſsè mortalium ſceleribus offenſa, terras reliquerit, aut in ſolitudines ſe receperit, rurſus in mundum reuocarent? Cum potiùs ex ſcripturis ipſis intelligamus Eccleſiam Chriſti & locis, & perſonis, & temporibus futuram fuiſſe Catholicam, vt quæ per totum mundum radios ſuos porrigeret, & ramos extenderet, omnes gentes ſinu ſuo exciperet, & nullo non tempore, ſuis hoſtibus præualeret. *Dubitabimus igitur*, ait D. Auguſt. *eius Eccleſiæ nos includere gremio, quæ vſque ad confeſsionem generis humani ab Apoſtolica ſede per ſucceſſiones Epiſcoporum, fruſtra hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipſius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maieſtate damnatis culmen authoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare vel ſummæ profectò impietatis eſt, vel præcipitis arrogantiæ. Quis verò vnquam hæreſes inſtituit*, ait Vincentius Lirinenſis, *niſi qui ſe priùs ab Eccleſiæ Catholicæ vniuerſitatis, & antiquitatis conſenſione diſcreuerit*? Quod vt ex multis hæreſibus ſua tempora præcedentibus docet; ita ex hæreſibus, quæ noſtris temporibus emerſerunt, oſtendere nobis promptum eſt & facile. Quæ verò miracula, reformati iſti Euangelici noui Euangelij præcones, vnquàm ediderunt?

Lib. de vtilit. credẽdi cap. 17.

Li. aduerſ. hæreſes ca. 34.

Quibus Saluatoris ipſius verbis, antiquitatem præpoſterè oſtentantibus reſpondere promptum.

NEque verò Phariſæi antiquitatem præpoſtere oſtentabant, nec ideo à Chriſto redarguũtur; ſed ſe non credere Moyſi, & ſcripturis, quæ Chriſtum Dominum prænunciabant, ac velut digito demonſtrabant, nec intelligere prophetarum oracula, & quò ſpectarent oẽs diuinæ promiſsiones, & veteris legis ſacramenta, quę tendebant in Chriſtum, oſtendebant: nos verò antiquã Eccleſiæ doctrinam ab Apoſtolis primùm traditam, tot ſacris Concilijs in Eccleſia habitis confirmatam, tot patribus ſanctitate & doctrina eximijs probatam perpetua ſerie temporũ in nos continuatam, Philippo Mornæo & omnibus illius Symmiſtis opponimus.

Si

Digitized by Google

Si veræ antiquitati, inquit, crederitis, ſi ſacro Dei verbo, ſi ſcripturis diuinitùs inſpiratis, quæ ſolæ Archiuæ Chriſtianis.

Mornæus Eccleſiã noſtram antiquam faſſus, de antiquitate tamen impudenter contendit.

AD veram antiquitatem, ad ſacrum Dei verbũ, ad ſcripturas diuinitùs inſpiratas nos prouocat: interim Papatũ antiquũ, Eccleſiam noſtram veterem, & annis grauiorem eſſe non diffitetur: nuperam, & nouam ſuã; & hoc monſtri videtur ſimile, quod nupera Eccleſia antiquæ verã antiquitatẽ obtendat; nam & nos illis antiquitatẽ opponimus, nihilque nouũ nos credere, & nõ à patribus traditũ profitemur, & ex ſcripturis ipſis noſtra dogmata confirmamus. Si puſilla eſt, & nupera ſua Eccleſia reformata, & purior, quomodò antiqua, aut ex quo Dei verbo, ex quibus ſcripturis, eam nobis demonſtrabit? non enim aliã legimus in ſcripturis Eccleſiam, præter eã, ad quã aggregandæ erant omnes gentes benedicendæ in ſemine Abrahæ, quod eſt Chriſtus; ciuitas ſupra montẽ poſita, quæ abſcondi non poteſt, de qua Chriſtus, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, quæ certè ſcripturæ loca, ac tot alia, ex quibus iam olim contra hæreticos veram Eccleſiã Patres demonſtrarunt, de reformata ac puriori (quã iſti fingunt) Eccleſia, quæ aliquandò latuerit inuiſibilis, ac ſoli Deo nota, intelligi nõ poſſunt; ꝙ ſi omnia ad Dei verbũ, & ſcripturas reuocant, oſtendant iſti ex ſcripturis, nos veræ antiquirati, ſiuè Dei verbo, ſcripturis diuinitùs inſpiratis minimè credere; alias.n.& aliqd ipſi affirmãt, qđ ſcripturis ipſis non cõtinetur.

Quæ ſolæ, inquit, Archiuæ Chriſtianis.

Dogmata quædam fidei habemus ex traditione.

QVO verò ſcripturæ loco hoc axioma continetur? ſiquidẽ multa fidei dogmata ex traditione habemus, quæ nullibi ſcripta reperiuntur. Obijciebant Arriani verbum ὁμοούσιον non legi in ſcripturis, nec legimus vocem θεοτόκος, nec perpetuam Mariæ virginitatẽ, quæ tamen, & iſti ſe credere profitentur. Scripturas habent Iudæi, habent & omnes hæretici, indeq; ſua dogmata, erroresque ad ſuam ipſorum perditionẽ confirmãt: ſcit enim diabolus nullã eſſe ad fallendũ faciliorẽ viam, quàm vt vbi nefarij erroris ſubinducitur fraudulentia, ibi diuinorum verborũ protendatur authoritas: non eſt diſputatio inter nos de ſcripturis, ſed de ſenſu ſcripturarũ, & vndè ille petendus ſit. *De intelligentia, hæreſis, non de ſcriptura, eſt: Senſus, & non ſermo fit crimen*, vt ſcribebat Hilarius. *Omnes hæretici*, ait D. Auguſtinus, *qui ſcripturas in authoritate habent, ipſas ſibi videntur ſectari, cũ ſuos potiùs ſectentur errores, ac per hoc, non ꝙ eas contemnant, ſed quòd eas non intelligãt, hæretici ſunt. Siuè apud ſuos, ſiuè alios*, ait Vincẽtius

Cap. 35.

Lirinenſis, *ſiuè priuatim, ſiuè publicè, ſiuè in ſermonibus ſimilibus ſiuè in cõuiuijs, ſiuè in plateis nihil vnquã pene de ſuo proferunt, ꝙ non etiã ſcripturæ verbis adũbrare conentur. Lege Pauli Samoſateni opuſcula, Priſcilliani, Eunomij, Iouiniani, reliquarumque peſtium, cernas infinitam exemplorum congeriem, propè nullã omitti paginam, quæ non noui aut veteris teſtamenti ſententijs fucata, & colorata ſit, ſed tantò magis cauendi, & pertimeſcendi ſunt, quantò occultius ſub diuinæ legis vmbraculis latitant. Sciunt enim fœtores nulli ferè citò eſſe placituros, ſi nudi, & ſimplices exhalentur atque idcircò eos cæleſtis eloquij, velut quodam aromate, aſpergunt, vt ille qui humanum facile deſpiceret errorẽ, diuina non facilè contemnat oracula. Atque huiuſmodi ſunt Pſeudo-Apoſtoli transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti; nam proferebant Apoſtoli diuinæ legis exẽpla, proferebant, & illi: proferebãt Apoſtoli Pſalmorũ authoritates, proferebãt, & illi: proferebãt Apoſtoli ſententias Prophetarũ, & illi nihilominùs proferebãt: ſed cũ ea, quæ ſimiliter proferebant, interpretari non ſimiliter cœpiſſent, tunc ſimplices à ſubdolis, tunc infucati à fucatis, tunc recti à peruerſis, tunc poſtremò veri Apoſtoli à falſis Apoſtolis diſcernebãtur*. Idem cap. 2. *Scripturam ſacram pro ipſa ſua altitudine, non vno, eodẽque modo vniuerſi accipiunt, ſed eiuſdem eloquia aliter, atque alitèr, alius, atque alius interpretatur, vt penè quot homines ſunt, tot illius ſententiæ erui poſſe videantur*. Idque multorum hæreſiarcharum exemplis confirmatũ, & nobis Lutherus, Caluinus, Mornæus exemplo erunt. Atque idcircò concludit *neceſſè eſſe propter tantos tam varij erroris anfractus, vt Propheticæ, & Apoſtolicæ interpretationis linea, ſecundũ Eccleſiaſtici, & Catholici ſenſus normã dirigatur*, & c. 41. *quia verba diuina pro ſuo plerique arbitratu interpretantes, varias opiniones erroresq; cõcipiunt, ideò neceſſè, vt ad vnam Eccleſiaſtici ſenſus regulam, ſcripturæ cæleſtis intelligentia dirigatur*. Ex quo conſtat quo ſenſu intelligendum, quod ſcripturæ Archiuæ Chriſtianis, nec enim ſolæ, quod addit Mornæus, nec ad proprium cuiuſque ſenſum accommodatæ, ſed ita, vt vnanimi Patrum conſenſui firmitèr adhæreamus, & ab ipſius Eccleſiæ ſententia (cuius eſt propria ſcripturarũ interpretatio) ne latum quidem vnguem recedamus.

At ſanè vtrique ſcrupulo, vna hac opera vobis, ni duriores creditores eſtis, factum hic ſatis. &c.

SCRVPVLO, qui Catholicis inijcitur, ne à Mornæo & ſuis ſymmiſtis facilè patiãtur ſe ſeduci, ſcilicet de Papatus antiquitate, & de nouitate Eccleſiæ, quam vocãt, reformatæ, vna hac opera factum ſatis ſcribit, niſi duriores creditores ſimus; nã tantæ authoritatis apud nos iſte eſſe debet, quantæ olim apud ſuos Pythagoras, vt certa credẽdi regula nobis eſſe debeat quod αὐτὸς ἔφα. Ac primùm quãtum ad *Papatũ*.

Papas (inquit) *perpetuò quales iam adoratis, vobis ne fingant.*

IN quãta veneratione fuerit ſemper Chriſtianis populis, etiam primis Eccleſiæ temporibus, ſummi Pontificis dignitas, etiã Regibus ipſis, ac Principibus, vbi in Chriſti familiam adſciti ſunt, non eſt quòd pluribus oſtẽdam: ſi legimus in ſcripturis, à Prophetis etiã ipſos adoratos

Digitized by Google

fuiſſe aliquando Reges, quidni & Chriſtiani nos, cõueniente tantæ dignitati cultu, ſummum Põtificem, hominem quidem illum, ſed Vicariũ Dei in terris, cui omnes ſubſint quotquot ſunt in orbe Chriſtiani, immò & cui ſubeſſe ſit de neceſsitate ſalutis (fremãt quãtũ velint hæretici) veneremur? & qui prouocat ad ſcripturas diuinitùs inſpiratas, intelligat quid ſibi velit Iſaias his verbis: *Venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi;* vbi manifeſtiſsimus eſt locus de gloria, & dignitate Eccleſiæ futuræ in gentibus: nunciat fore, vt Eccleſiæ quondam inimici veſtigia pedũ ipſius adorent, quod neceſsè eſt eis accidat, qui Eccleſiæ perſonam ſuſtinent, quales ſummi Pontifices; alioqui enim niſi alicui is honos exhibeatur, quomodo Eccleſiæ poterit exhiberi? *eſt Eccleſia in Epiſcopo*, vt ſcribebat Cyprianus: illud *verè filij eorum qui humiliauerunt te*, ad Reges, & Imperatores, alioſque Principes neceſſe eſt referatur; ſiquidem non poteſt priuatus aliquis Eccleſiam humiliare. Quod ſubiungit: *Omnes qui detrahebant tibi*, reliqui intelliguntur, vt ſcias neminẽ excludi. Et Epiſcopis ipſis, ac præſertim ſummis Pontificibus maximos honores à Chriſtianis ſemper habitos fuiſſe patet. Ex Hieronymo conſtat, olim id fuiſſe in more poſitum, vt plebs Epiſcopo occurreret, & ad pedes oſculandos ſe proſterneret, idque Epiphanio nominatim factum tradit. Hinc Diuus Auguſtinus ſerm. 18. de verbis Apoſtoli: *Ad Eccleſiam curris, Epiſcopum videre deſideras, ad eius pedes uolutaris.* Ambroſius de dignitate ſacerdotum cap. 2. *Regum colla, & Principum ſubmittuntur genibus ſacerdotum, & exoſculatis eorum dextris, orationibus eorum ſe credunt communiri.* Refert Theodoretus, Gainam, qui aduerſus Arcadium Imperatorem auſus erat ſeditiones concitare, etſi Arriana hæreſi infectum, longo itinere occurriſſe Ioanni Chryſoſtomo, manũ ipſius admouiſſe oculis ſuis, quin etiam liberos ſuos ſanctis illius genibus admouiſſe. Cum aliquando Euſebia Imperatrix Conſtantij vxor iuſſiſſet ad ſe venire Leontium Trypolis Lydiæ Epiſcopum, negauit ille ſe venturũ, niſi debita Epiſcopis reuerentia ſeruata, vt ipſe quidem ingrederetur, illa verò de ſublimi ſolio deſcenderet reuerenter ei obuiam procedens, & caput ſuis manibus ſupponens benedictionem acceptura: deinde ipſe ſederet, illa verecundè aſtaret, cum iuſsiſſet, ſigno dato ſeſſura: & ingenuum quidẽ Epiſcopi animum Imperator ipſe laudauit. Si verò priuatim de honoribus Romano Pontifici tributis agamus, cum Ioannes Pontifex anno Domini 525. Cõſtantinopolim petijſſet, Iuſtinus Imperator cum tota vrbe obuiam illi proceſsit, & ad ipſius pedes venerationis cauſa procubuit, deduxitq; ad templum, & ad læuam cuncto populo ſpectante aſſedit, deinde inſignia Auguſtalia ſibi detraxit, procedenſque ſuppliciter petijt, vt rurſus illis ipſum adornaret. Conſtantinus Pontifex anno Domini 711. Nicæam Bithiniæ ſe contulit, Imperator Iuſtinianus vrbem ingreſſus ad Pontificem ex compoſito expectantem venit, ac de more coronatus procubuit ad eius pedes, eiſque oſculum dedit. Anno 754. Stephano ſecũdo Pontifici in Galliam venienti, officij cauſa ampliſsimus ac nobiliſsimus quiſq; ad primos fines occurrere, principe Comitatus Carolo adoleſcentulo, cui ſua virtus fœlicitaſq; magni cognomen poſtea indidit: & Pipinus ad tertium à Cariſiaco oppido lapidem obuiam progreſſus, Pontificis pedes exoſculatus, equo inſidentem ipſe pedibus ad frenum proſequutus, in Regiam deduxit. Anno 774. cum Carolus Romam veniſſet, Pontifex in æde Vaticana illum cum clero in gradibus expectauit; Carolus vbi cruces eſt conſpicatus, illicò ex equo deſilijt, & vbi ad Pontificem peruenit in ſummo gradu ſedentem, cum, de more, accedens adorauit. Anno 799. Leonem tertium, eodẽ ritu quo pater ipſum Stephanum ſecundum, venerabũdus in Caſtris excepit. Ludouicus Pius cum Romam petijſſet anno 844. & Sergius ſecundus ipſum in Vaticano expectaret, vbi cruces ſacratas aſpexit ex equo deſiliens pedeſtris acceſsit, & per gradus ad Pontificem progreſſus oſculum ſancto pedi dedit. Idem anno 858. Nicolao Pontifici ad ſe venienti obuiam aliquanto viæ ſpatio proceſſit, ac pedes frenum equi tenuit, abeuntem proſecutus certo loco iterum ad frenum equi accedẽs, oſculum ſancto obtulit pedi. Eundem honorem Henricus quartus Paſchali ſecundo: Fridericus primus Adriano quarto, quem ſuperiores, obtulerunt. Ludouicus ſeptimus Rex Franciæ, & Henricus ſecundus Rex Angliæ eodem honore Alexandrum tertium Pontificem ſunt proſecuti, cuius & Venetijs ante fores ædium ſancti Marci Federicus ipſe primus Imperator ſanctis pedibus oſculum infixit. Hos deinde imitari cæteri Chriſtiani Reges atque Imperatores. Et hæc quidem adducta ſint, vt contra impoſtorem iſtum oſtenderem Papas nos non fingere, quos perpetuis temporibus Reges, Imperatores, ac populi Chriſtiani ſummo honore, qui tantæ dignitati debetur, non coluerint, niſi fortaſsè eò impudentiæ veniant, vt dicant Religioſiſsimos Principes etiam intra ſexcentos annos à Chriſto, iam Antichriſtum ſeu beſtiam Apolypticam adoraſſe.

Epiſcopis maximus honor à christianis ſemper habitus.

Epiſto. 61. ad Pammachium.

Lib. 5. hiſt. Eccl. c. 33.

Suidas in Leontio.

Honores habiti ab Imperatoribus & Regibus ipſis Romanis Pontificibus.

En eorũ ſic ortum, progreſſum, auctũ. Impoſtor iſte ex patre diabolo eſt, & opera Patris vult facere: ille mẽdax erat ab initio, pollicetur igitur hoſtis iuratus Eccleſię, ſe in hoc opere de Papatus ortu, progreſſu, auctu, &c. multa mẽdacia prolaturũ.

Indè per apertum ambitum nonnullorum ſceleribus, Phocæ in primis parricidio adblandientes.

QVORVM verò ſceleribus (ò inſanum caput) aliquando Pontifices adblanditi ſunt? Gregorio Magno Pontifice ſanctiſsimo, vt nec eum Antichriſtũ ſectarij fuerint vnquam auſi nominare, Mauritius Imperator à Phoca iugulatus fuit cũ vxore, & filijs; & id quidem iuſtè permittente Deo, cum ex auaritia milites aliquando ad defectionem compuliſſet, legiones, quibus ob ſeditiones quaſdam, & tumultus infenſus erat, hoſtibus prodi iuſsiſſet, captinos

Pontifices Romani minimè adblãditi ſceleribus.

Mauritius impius, ſed Deo iuſtè

permitten-ſe à Phoca ingulans. uos milites à Barbaris miſerè trucidari permiſiſſet potius q̃ vt ſingulis redimendis militibus, vel medium nummum pendere voluiſſet: ob ſordidã ſcilicet auaritiam,id inultum Deus nõ tulit, cum tamen eum ita miſeratus ſit, vt potius in hac vita pœnas luere,q̃ in futura; prout precatus fuerat, cõceſſerit. Et Mauritio qdẽ interfecto,ac Phoca Imperatore creato, allatæ ſunt Romam imagines Phocæ,& Leontiæ Auguſtorum, & acclamatũ eſt eis in Lateranis in Baſilica Iulij ab omni clero & ſenatu: *Exaudi Chriſte: Phocæ Auguſto, & Leontiæ Auguſta, vita*. Quin & iuſſit imagines Dominus beatiſsimus & Apoſtolicus Gregorius Papa reponi in oratorio ſancti Cæſarij Martyris intra Palatium: ſcripſit & ad Phocam lib. 11.indict. 6. epiſt. 38.hortans eum,vt Reipublicæ afflictæ ſubueniat: & epiſt.45. & ad Leontiam Auguſtã epiſt. 46. ſed nihil minus quàm parricidio adblanditur, illudve commendat. Cum malè in Imperio geſſiſſet ſe Mauritius, nec ſatis dignitatem Eccleſiæ Romanæ, prout eum ſæpius rogarat Pontifex Gregorius, tutatus fuiſſet, videret verò Phocam ſtatim initio imperij erga Apoſtolicam ſedem bene affectum, cùm & Gregorio ſignificaſſet ſe miratum eſſe, quòd permanere in Palatio, iuxta antiquam conſuetudinem Apoſtolicæ ſedis, Diaconum non inueniſſet; non niſi indicare potuit eum Reipublicæ adminiſtrandæ, & imperio in meliorem ſtatum reſtituendo oportunum,& idoneum futurum. falſum eſt igitur quod impiè ſcripſit Caluinus, & hoc loco Mornæus.

Per apertum ambitum Phocæ parricidio adblandientes, vniuerſales Epicopi facti ſint.

Lib. 4. inſti tut. cap. 7. §. 17. ID enim habent à Chriſto, qui Petro, & ſucceſſoribus illius Romanis Pontificibus paſcẽdarum ouium ſuarum, vt ex ſacro Euangelio conſtat, curam mandauit. Quid enim hoc ſibi vult, quod ſingulariter dictum Petro, *Paſce oues meas? & tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum?* (*Ioan. 21. Matth. 16.*) An verò officium iſtud paſcendi oues ſuas propter ipſum Petrum Chriſtus inſtituit? an non eandem Paſtoralem curam illius ſucceſſoribus demandatam Eccleſia perpetuò agnouit? Obtinuit quidem Pontifex Romanus à Phoca,vt audaciam, & ſuperbiam Epiſcopi Conſtantinopolitani coerceret, qui ſibi tam arroganter, & per ſummum nefas titulum vniuerſalis Epiſcopi vendicabat, cum non niſi Epiſcopo Romano ex inſtitutione Chriſti tribui deberet: & Gregorius ipſe lib.7. indict.2. epiſt. 64. *Nam de Conſtantinopolitana Eccleſia*, inquit, *quod dicunt, quis dubitet ſedi Apoſtolicæ eſſe ſubiectam? Quod & pijſſimus Dominus Imperator, & frater noſter Euſebius eiuſdem ciuitatis Epiſcopus aſſiduè profitentur.* & epiſt.65. Scribens ad Ioannem Epiſcopum Syracuſanum de Epiſcopo Bizaceno de crimine accuſato. *Quod ſe dicit*, inquit, *ſedi Apoſtolicæ ſubijci, ſi qua culpa in Epiſcopis inuenitur, neſcio quis ei Epiſcopus ſubiectus non ſit.* lib. 4. indict. 13.epiſt.32. ſcribens ad Mauritium Imperatorem ante quàm Phocas illius parricidio ſibi viam ad imperium paraſſet, aut Romam caput Eccleſiarum, vt volunt ſectarij inſtituiſſet: *Cunctis*, inquit, *Euangelium ſcientibus liquet, quòd voce Dominica ſancto, & omnium Apoſtolorum Principi Petro totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt: ipſi quippe dicitur, Petre amas me? paſce oues meas: ipſi dicitur, Ecce Sathanas expetijt cribrare vos ſicut triticum, & ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos: ipſi dicitur, Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quocunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis. Ecce claues regni cœleſtis accipit, poteſtas ligandi,ac ſoluendi tribuitur, cura ei totius Eccleſiæ, & Principatus committitur, & tamen vniuerſalis Epiſcopus non vocatur, & vir ſanctiſſimus conſacerdos meus Ioannes vocari vniuerſalis Epiſcopus conatur.* Ibidem teſtatur & in beati Petri Apoſtolorum Principis honorem, per venerandam Synodum Chalcedonenſem, nomẽ iſtud Romano Põtifici oblatum fuiſſe; quod, idem teſtatur epiſt. 38. ad ipſum Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum: & lib. 7. indict. 1. epiſt. 30. ad Eulogium. Vnde mentitur Caluinus cum ſcribit, nullam habere veri ſpeciem, quòd oblatus fuerit hic honos Leoni Põtifici Romano à Synodo Chalcedonenſi: *nec enim*, inquit, *tale quidpiam in actis illius Synodi legitur*: & ſcribit, falſum eſſe Gregorium, quòd titulum illum putauit ſedi Romanæ fuiſſe delatũ à Synodo Chalcedonenſi, *quia ridiculum*, inquit, *quod à ſancta Synodo profectum teſtatur*, & ſimul ſceleſtum, prophanum, ſuperbum, & ſacrilegum nuncupat: ſed de eo titulo ſcripſit Gregorius prout à Conſtantinopolitano Epiſcopo, in quem minimè conueniebat, ſuperbè & arroganter vſurpabatur, non autem prout Pontifici Romano tribuebatur; cum enim ſancta illa Synodus optimè noſſet, quæ authoritas à Domino in omnes Eccleſias Petro, & illius ſucceſſoribus delata fuiſſet, rectè vniuerſalem Epiſcopum eo ſenſu quo in omnes Eccleſias habet à Chriſto iuriſdictionem, Põtificem Romanum nuncupauit: recuſauit verò eũ titulũ Gregorius, idq; ex humilitate, vt tantò magis ab eo titulo, eò quod arrogantiam nimiã præ ſe ferre videbatur, abhorreret Epiſcopus cõſtantinopolitanus, qui erat vnus è multis; id conſtat ex illius verbis: *aliud eſt*, inquit, *quod conſeruandæ vnitati fidei, aliud quod debemus comprimendæ elationi*: erat enim in Gregorio Papa, & humilitas perſonæ, & celſitudo dignitatis: alio etiam ſenſu titulum illum recuſauit, ne qua ſcilicet per vniuerſali, Epiſcopi appellationem, alijs Epiſcopis iniuria fieri videtur; quaſi vnus ille ſolus in orbe Epiſcopus eſſet, cæteri autem, vel vicarij ipſius, vel nullo modo Epiſcopi cenſendi; nam epiſt. 38. citata ſcribens ad Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, *Ad hoc quandoque perductus es*, inquit, *vt deſpectis fratribus, Epiſcopus appetas ſolus, vocari.* Ibidẽ ſcribit Apoſtolicæ ſedis Antiſtites vniuerſales

Lib. 4. inſtit. tut. cap. 7. §. 4.

Quo ſenſu recuſauit S. Gregorius titulũ vniuerſalis epiſcopi.

Digitized by Google

uerſales oblato honore vocatos eſſe, *ſed tamen*, inquit, *nullus vnquam tali vocabulo appellari voluit, nullus ſibi hoc temerarium nomen arripuit, ne ſi ſibi in Pontificis gradu gloriam ſingularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegaſſe videretur.* lib. 7. indict. 2. epiſt. 70. ſcribens ad aliquos Epiſcopos, *ſi vnus*, inquit, *vniuerſalis eſt, reſtat vt vos Epiſcopi non ſitis*: Quæ verò conſequentia eſſet: Pontifex Romanus non vult appellari Epiſcopus vniuerſalis, ergò Epiſcopatus ſiue cura vniuerſalis Eccleſiæ non eſt ei commendata? Vnde conſtat non Phocæ beneficio, vt iſti mentiuntur, aut humana aliqua inſtitutione, ſed Chriſti ordinatione Romanos Pontifices eſſe propriè & reuerà (eo ſenſu quo diximus) vniuerſales Epiſcopos.

Mox & principes terreni exclusis Cæſaribus in Italia fiunt.

Non repugnat aliquem præeſſe Religioni, & eſſe Principem temporalē.

AN verò quòd facti ſunt Principes terreni, ideò non Pontifices Romani Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſores, & totius gregis Dominici Paſtores? Neque enim repugnat aliquem præeſſe Religioni, & rebus ſacris, & ſimul temporalem eſſe Principem. Quod ſi ſcripturas ſacras conſulamus, Melchiſedech, de quo Geneſis 14. Pſal. 109. Hebr. 7. Rex fuit, & ſacerdos: & docet Diuus Hieronymus, quæſtionibus Hæbraicis in Geneſim ad cap. 49. quòd olim hæreditario iure primogenitis debebatur ſacerdotium, & regnum: & ſancti illi Patres Noe, Abraham, Iſaac, Iacob ſuis prætant in ijs, quæ ad Religionem, & adminiſtrationem temporalē pertinebant. Moyſes rerum ſpiritualium, & temporalium ſummam habebat adminiſtrationem, & eum Phyilo vocat βασιλέα νομοθέτην ἀρχιερέα καὶ προφήτην. Heli ſummus Pontifex, & ſimul iudex fuit populi. Machabæi, cum eſſent ex tribu ſacerdotali, & ſummo ſacerdotio fungerentur, etiā Rempublicam adminiſtrabant. Quòd ſi inſtituta aliarum nationum conſideremus, ſcribit Plato, quòd apud Aegyptios nō licebat Regem abſque ſacerdotio imperare περὶ μὲν Αἴγυπτον οὐδ᾽ ἔξεστι βασιλέα χωρὶς ἱερατικῆς ἄρχειν. vbi & refert in pluribus Græcorum ciuitatibus, & præſertim apud Athenienſes, præcipua ſacra Magiſtratibus ſummis inſtitui. Apud Romanos nonnunquam illis officia reipublicæ committebantur, qui tamen Pontifices maximi, aut flamines erant, & Imperatores ipſi Pontifices item maximi creabantur, & vt ſcribit Dio. lib. 53. πάντων αὐτοὶ καὶ τῶν ὁσίων καὶ τῶν ἱερῶν κυριεύουσι. Quid igitur iſte Pontificibus allatrat, quòd Principes ſint temporales? Falſum verò eos Cæſares excluſiſſe; immò conſtat maximam curam geſſiſſe reipublicæ, & continendi in officio ſubditos, Imperatoribus ipſis abſentibus. Cum impurus ille Leo Iſauricus *dictus Conon* edictum propoſuiſſet, vt omnes qui ſub Imperio Romano eſſent, ſanctorū imagines euerterent, vel abraderent, Gregorius ſecundus Pōtifex tantæ impietati non modo non obtemperat, immò Catholicos omnes admonet, ne in tātum errorem timore, vel edicto Principis deduci

In Politicis.

ſe patiantur; qua cohortatione adeò ſunt animati Italiæ populi, vt parum abſuerit, quin alium ſibi Imperatorem eligerent; verùm, quò minus id fieret, authoritate ſua Pontifex obſtitit; tantū abeſt vt fuerit illi Conſilium Cæſarem ab Italia excludendi: & quidem Cedrenus, & Zonaras, vterque Græcus in hoc Gregorium laudant, quòd impium Imperatorem, & ſecum ſentientes conuocata Synodo anathemate obſtrinxerint, & vectigalia, quæ ad illud tempus vſque, Imperatori indè pendebantur, inhibuerit; cum tamen priùs ſæpè dediſſet operam, vt Leonem per litterras ab impietate reuocaret, & ad cultum ſacrarum imaginum reduceret, & id quidem aliquot annis poſt Gregorij magni tempora. En igitur quàm iuſtè Pontifex, & Italiæ populi ſeſe tum, à tam impio Imperatore (licet inuiti) ſubduxerint.

Eorum ſe obſequio ſubducere non contenti, proceres, & populos ſacramenti & fidei vinculo ſibi deuincendos abſoluunt.

ID verò quàm verum ſit oſtendat iam hic impoſtor. Impijs quidem Imperatoribus reſtiterunt ſummi Pontifices, populos pro ſua authoritate, & ſui officij ratione hortati ſunt, ne impijs edictis, quibus Deo, & ſacræ Religioni inferebatur iniuria, obtemperarent. Et antea quidem Conſtantinus Pontifex, cum Philippicus Imperator, Cyro Patriarcha Catholico in Pontum relegato, in eius locum Ioannem Monachum Hæreſiarcham ſuffeciſſet, & illius dogmata Romā miſiſſet, mandaſſetque, vt omnium conſenſu approbarentur, habita Synodo, non modò Philippici, & Ioannis Monachi dogmata improbat, verùm etiam conſtituit, ne Imperatoris Hæretici nomen publicis ſcriptis, aut priuatis in ære, argento, plumbòve reciperetur: an non id iuſtiſſimè, cum & ille per ſummum nefas, occiſo Iuſtiniano iuniore Orthodoxo Principe arripuiſſet Imperium, & adeò impudenter hæretica dogmata Romam Pontifici probanda miſiſſet, quin & tollendas ſacras imagines decreuiſſet? Atque iſti ſunt Imperatores Pij, ſcilicet impio Philippo Mornæo, qui interceſſeruut, ne Pontifex ad id faſtigij eniteretur.

Pontifices iurè hortati populos ne impijs edictis obtemperarent.

Tandem vtroque gladio minaces, ſacris prophana miſcent, ſacra in prophanis abſorbent.

HABERE vtramque gladium ſummum Pontificem cōmunis eſt doctrina Theologorum. Id diſertè docet D. Bernardus lib. 5. de conſiderat. ad Eugenium Papam cap. 3. *Quid tu denuò vſurpare gladium tentes, quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam? Quem tamen, qui tuum negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis ſic: Conuerte gladium tuum in vaginā. tuus ergò, & ipſe tuo forſitan nutu, & ſi non tua manu*

Digitized by Google

nu euaginandus, alioquin, ſi nullo modo ad te pertineret, & is, dicentibus Apoſtolis. Ecce gladij duo hic, non reſpondiſſet Dominus, ſatis eſt; ſed nimis eſt. vterque ergo Eccleſiæ & ſpiritualis ſcilicet gladius & materialis; ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò & ab Eccleſia exerendus eſt: ille ſacerdotis, is militis manu, ſed ſanè ad nutum ſacerdotis, & iuſſum Imperatoris, & epiſt. 256. ad eundem Eugenium. *Petri vterque eſt, alter ſuo nutu, alter ſua manu, quoties neceſſè, euaginandus, & quidem de quo minus videbatur, de ipſo ad Petrum dictum eſt, conuerte gladium tuum in vaginam: ergo ſuus erat, & ille, ſed non ſua manu vtique educendus*. Nos verò D. Bernardum & communẽ Theologorum doctrinam, non pluris faciemus, quàm ranam iſtam coaxantem? quid ſi aliquandò minacibus literis Principes aliquos deterruerunt, ne quid in Religionem committerent, & cauerent ne in indignationem Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli incurrerent, id certè fecerunt, quod officij ſibi demandati ratio exigebat, vt & Religioni ipſi, & Principum ſaluti, quorum animæ ſibi commiſſæ erant conſulerent. Qui verò magis ſacra miſcẽt profanis, quàm qui ſcripturas ſacras vulgò circumferri, ab omnibus paſsim tractari debere cõtendunt, quàm homo iſte turbulentus (quod de Heluidio Hieronymus) ſimul & laicus, & ſacerdos, qui loquacitatem, facundiam exiſtimat, qui militiam poſeſſus, ſcilicet Thraſo miles, Theologica tractare, ac ſacris rebus ſeſe immiſcere audeat? At mihi commodum eſſe videtur illud Salomonis de iſto vſurpare: *eſt malum, quod vidi ſub ſole: virum qui ſibi ſapiens eſſe videtur* καὶ ὃ τούτου πονηρότερον. παιδεύειν ἄλλους πεπιστευμένον τὸν μηδὲ τῆς οἰκείας ἀμαθίας ἐπαισθανόμενον. ait Gregorius Nazianzenus.

Reges inter ſe commiſſos atterunt, conterunt, per eorum ſtragem ad ſummum potentiæ faſtigium, ſibi viam, ſibi gradum faciunt.

QVOS vero Reges inter ſe commiſſos attriuerunt, contriuerunt, dicat impoſtor, cum in nihil magis incumbant Pontifices, quàm vt inter Chriſtianos Principes pacem & concordiam confirment; ſi quid inter eos diſſidij oriatur, authoritatem ſuam conciliandis animis interponant: quòd ſi ſecus fecerint, an ideo Antichriſti? an idcirco non Pontifices? ſi Princeps aliquis bellum iniuſtum gerat, finitimos ſuis ditionibus deturbet, vel legitimo dominio exigat, an ideo ille legitima dignitate excidit? vel ſubditis ſatis legitima cauſa ſubeſt ab eo deficiendi? An ideo Reges inter ſe commiſerunt, quòd contra Reges Longobardorum infeſtos ſedi Apoſtolicæ, & multa damna inferentes, Pipinum, & Carolum Magnum Francorum Reges in Italiam acciuerunt, vnde ob merita in ſedem Apoſtolicam Carolus à Leone tertio Pontifice coronatus, & Romanorum Imperator appellatus eſt? indè enim factum, teſte Zonara, vt Franci Italia vniuerſa & Roma ſint potiri; inde à Pipino, & Carolo multis ditionibus aucti, multis oppidis, & ciuitatibus ditati ſint Romani Põtifices. At verò per quorum Regum ſtragem, ad ſummum potentiæ faſtigium viam ſibi & gradum pararunt? certè multa ſcribit Barbarus iſte, ſed nihil probat; cum nullam vnquam regum, aut regnorum ſtragem Pontifices aut ediderint, aut procurarint, neque alia regna ambiuerint; & ſi eò ambitionis aliquandò veniſſent aliqui, quod probare incumbit aduerſario, an verò id vel dignitati, vel cæteris ſucceſſoribus, quibus nulla ambitio niſi ſacræ Religionis defendendæ, & dignitatis Eccleſiæ contra oppreſſores aſſerendæ, Chriſtianique nominis per orbem propagandi, obeſſe, aut præiudicare debet, vt excidiſſe dignitate, & in Antichriſtum mutatos eſſe intelligamus?

Pontifices fouenda pacis inter Principes chriſtianos ſtudioſi

Cæſares coronant, conſtituunt, deſtituunt, conculcant.

IMPERATORES Conſtantinopolitani à Patriarcha diademate orabantur, & coronabantur, cur igitur ægrè fert Imperatores Occidentis iã indè à Carolo Magno, à Pontifice Romano coronam accipere Imperialem? Quòd ſi Cæſares conſtituere non poſſunt, non ergò legitimus Imperator fuit Carolus Magnus, qui anno Domini 801. die natalis Domini à Leone tertio Romæ in æde ſancti Petri Chlamydem Auguſtalem, & coronam auream accepit, quo facto ter à populo acclamatum, Carolo Auguſto à Deo coronato, magno, & piſsimo Imperatori Romanorum vita, & victoria: & quidem, vt teſtatur Sigonius, Carolus etiam viuente Adriano Pontifice, cum titulum ab eo affectauerat, cum enim beneficia Eccleſijs indulgeret, ita præfari conſueuit (*Carolus Dei gratia Rex Francorum, & Longobardorum, & Patricius Romanorum: ſi Eccleſiarum Dei ſeruis, munificentiam noſtram impertimur, eorumque ſtudijs libenter obſequimur, id nobis ad Auguſtalis excellentiæ culmen proficere credimus, & quod cunctis pretioſius eſt dignitatibus, æternum retributionis præmiũ capeſcere non diffidimus*. Quod Adrianus facere prætermiſerat, Leo arrepta ex nouis Romanorũ turbis occaſione, ſibi explendum exiſtimauit, vt Catholicum eundem, ac potentiſsimum Regem firmũ ſimul ac fidum Chriſtianis, atque ipſi Romanæ Eccleſiæ, tutorem ac patronum pararet, ipſumque Imperatorio titulo inſigniret. Non habuit Carolus Magnus Chriſtianisſimus Princeps, gentis Gallorum magnum decus, Pontificem Romanum loco Antichriſti: iudicauit non modo ille, ſed & clerus, ſenatus, populuſque Romanus, immò & Græci ipſi licet Latinis infenſi, Imperatoriam dignitatem ab eo conferri potuiſſe in Principem benemeritum de religione Chriſtiana, & Eccleſiæ defenſorem: atque inde in cæteros Caroli ſucceſſores eadem dignitas dimanauit; Verùm magnus Mornæus Leonem Iſauricum ſacrarum imaginum euerſorem, & Conſtantinum Copronymum, qui nec Chriſtum Dominum

Lib. 4. de regno Italiæ.

Digitized by Google

minum pro Deo, nec beatiſsimam virginem pro Deipara habebat, vt Romanæ Eccleſiæ, ac Romani Pontificis perſecutores, quis dubitet, quin loco piorum habiturus ſit? at Carolum Magnũ., Ludouicum pium, ac cœteros tot Imperatores erga ſedem Apoſtolicam deuotiſsimos, & qui coronam Imperialem à Pontificibus deſiderarunt, ſeque Romanam Eccleſiam, & Rempublicam Chriſtianam defenſuros ſanctiſsimè iurarunt, & impios fuiſſe, & Antichriſti cultores, adeò impudens eſt, vt ſit aſſerturus.

Iam Cæſares & Pontifices ſimul, iam orbis Domini, iam mundi Monarchæ.

Mornai impoſtura.

QVIS verò adeò cæcus, vt non videat has eſſe apertiſsimas calumnias, & impoſturas? Quis enim ex Pontificibus tam ſuperbos, atque inſolentes titulos ſibi vnquam vẽdicauit? aut etiam iura Imperatoris vſurpauit? Diſt. 96. cap. Cum ad verum. *Cum ad verum ventum eſt, vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium vſurpauit; quoniam idem Mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, ſic actibus proprijs, & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit propria volens medicinali humilitate ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus inferno demergi, vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodò rerum Imperialibus legibus vterentur.* Et Innocentius 3. ſcribens ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, *Ad firmamentum cœli, hoc eſt, vniuerſalis Eccleſiæ fecit Deus duo luminaria magna, hoc eſt duas inſtituit dignitates, quæ ſunt Pontificalis authoritas, & regalis poteſtas: ſed illa quæ præeſt diebus, id eſt ſpiritualibus, maior eſt, quæ verò carnalibus, minor. vt quanta eſt inter ſolem, & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoſcatur.* Ex quibus ſatis conſtat, nec Pontificem ſe Cæſarem appellare, nec iura Cæſaris vſurpare, & ſi Pontificiam poteſtatem præcedere Imperatoriam, quò ſpiritualia tempolibus præeunt, & anima corpore nobilior eſt meritò affirmet; & pij ac Chriſtiani Imperatores nunquam de poteſtate Pontificis in ſe, tanquam Paſtoris in oues, dubitarunt, neque hoc de Maieſtate Imperij quicquam minuere iudicarunt; ac multi quidem Imperatores, ſe mundi dominos, orbis Monarchas inſcripſerunt. L. Deprecario. ff. ad l. Rhodiam de iactu. l. bene à Zenone. ff. de quadriennali præſcript. l. ſed Diuus 6. § ſed autem. ff. de excuſat. tut. Nouel. 105. cap. 2. in fine, nunquam verò Pontifices ſibi huiuſmodi titulos arrogarunt.

Extra de maioriт. & obed. cap. ſolit.

Iam Angelis ſuperiores, iam Deo ipſi pares, dij ipſi optimi Maximi, Dei ſummi mandata ſurrogantes, abrogantes.

QVàm ſplendidè blatero iſte mentitur; quis enim Põtificum in epiſtolis, diplomatibus, vel breuibus de ſe vnquam id ſenſit, vel ſcripſit? ſe ſeruos ſeruorum Dei, ſe tanquam reliquorum Miniſtros, ſe indignos Chriſti Domini Vicarios reputant, qui condolere poſsint & his qui errant, quoniam & ipſi circundati ſunt infirmitate; tantum abeſt vt Angelis ſuperiores ſe exiſtiment. Longè ſuperioris ordinis ſtatus ille gloriæ, & qui minor eſt in regno cælorum, maior eſt Pontifice; cum tamen conſtet eam illi eſſe tributam in terris authoritatem, quæ nec Angelis ipſis: quandò verò, Dei optimi maximi audire paſſi ſunt? quandò ſacrificia ſibi offerri, vel diuinos honores tribui priuatim, aut publicè curarunt? Quod de Domitiani arrogantia referunt, q ſi quid iuberet, in hanc formã edici voluit. Deus & Dominus noſter ita fieri iubet. Quandò verò Dei ſummi mandata, vel ſurrogantes, vel abrogantes, qui in iure diuino diſpenſandi nullam ſibi prorſus facultatem eſſe intelligunt, quæ Dei mandata vnquam, ſiue ius naturæ, ſiue ius ipſum poſitiuum ſpecies, Pontifices abrogarunt? immò iſti perduelles cum ſacramenta Eccleſiæ à Chriſto Domino inſtituta pernegant, exſibilant, & conculcant, quid aliud quam Chriſti Domini præcepta abrogant, vt ſua figmenta ſubrogent vanitates, & inſanias falſas?

Dei ipſius ad nutum, cum ſuis adeò creaturis Creatores.

MEO iudicio magnus Mornæus his verbis vult notare miniſterium ſacerdotũ, & ſacramentum Euchariſtiæ, quod conſecratur verbis Domini à ſacerdotibus prolatis; vbi errat Saducæus iſte, neſciens ſcripturas, neque virtutem Dei. Magnus Mornæus non magis capit hoc myſterium, quàm impius Auerroes, qui pro ſtolidis, Chriſtianos ducebat, quos valere iubebat, quoniam Deum ſuum quem adoraſſent, manducarent. *Mundum,* inquit, *peragraui, multas adeoque omnes regiones circuiui, varias ſectas inueni, ſed Chriſtiana deteriorem, aut etiam tam fatuam non reperi, quia Deum ſuum, quem colunt, dentibus deuorant.* Mirum quòd non idem præterea obiecerit quod Mornæus, ſcilicet abſurdum eſſe quod Chriſtianæ Religionis ſacerdotes, Dei ſint ad nutum, creatores: verùm non ſunt proijciendæ margaritæ ante porcos, hoc myſterium eſt, quod norunt fideles. Scilicet ignorat Pontifex cum ſuis creaturis, hoc eſt ſacerdotibus nouæ legis ex diametro, hæc duo pugnare, quod Deus ſit, & à nobis recenter creetur; ſubſtantiã panis, & vini verbis Chriſti à ſacerdote prolatis, & poteſtate ab eo tradita conuerti in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis ſui, vt concomitanter ſub ijſdem accidentibus remanentibus, ſit totus Chriſtus Deus & homo Sacramentali modo, cuius diuinitas nullis locis, aut temporibus circumſcribi poteſt: an verò hoc eſt Deum creari? An quando profitemur verbum diuinum per aſſumptionem humanitatis nouo modo cœpiſſe eſſe in mundo, inde infertur tum Deum eſſe creatum? aut quando Sacratiſsima Virgo circumdedit virum Chriſtum

Digitized by Google

ſtum concepit, vtero geſtauit, ac peperit, qui erat & Deus, vnde rectè & θεοτόκος contra impietatem Neſtorij aſſeritur, intelligenda eſt Verbum illud diuinum Patri conſubſtantiale tum creaſſe? Hoc niſi velit Mornęus, neſcio planè, qua ratione velit, ex eo qđ aſſerimus, corpus, & ſanguinē Chriſti per trāſubſtātiationē panis, & vini in ipſum nouo modo ſub illis accidētibus externis exiſtere, adeòq; per concomitantiam totum Chriſtum Deum, & hominem, nos item Deum ipſum ad nutum creare.

Iam extrema duo copula tu, quiſquis dubitas, & compone; Miniſtrum Dei, Presbyterum olim, iam Deum factum &c.

QVis verò Pōtificum ſe vnquam factum Deum vel per ſomnium cogitauit, aut ſibi vel ſigno aliquo externo diuinitatem arrogauit? Et quidem hæc duo copulata ſunt facilia, hominem eſſe, & Deum per gratiam adoptionis. *Ego dixi: Dij eſtis. Dedit eis poteſtatē filios Dei fieri.* Et, *Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus.* Et, *Maxima, & pretioſa nobis dona donauit, per quæ diuinæ efficiamur conſortes naturæ.* Pontifex ipſe miniſtrum Dei, Vicarium Dei, & quidem tanto myſterio indignum ſe reputat, non verò Dei appellationem ſibi arrogat. Hæc verò rectè cum Patribus, & ſacris Concilijs, ex verbis Chriſti edocti copulamus, Pontificem Romanum Petri ſucceſſorem, & Dei in terris vices gerētem. Sed hoc monſtrum horrendum ex omnibus hęreſibus conflatū Aerij hæreſim reuocare contendit, cum ſcribit, *Papam miniſtrum Dei, Presbyterum olim,* quo inſinuat, nullum olim inter Epiſcopum, & Presbyterum interceſsiſſe diſcrimen: atque ita confundere penitùs, & è medio tollere velit ordinem Hierarchicum à Domino in Eccleſia inſtitutum.

Pſalm. 81. *Ioan. 1.* *Ioan. 3.* *2.Pet.1.*

Olim (inquit) *humilem, mitem, ſeruorum ſeruum, quibuſcumq; Principibus obſequioſum; Iam ſuperbum, trucem &c.*

HAE ſunt deliri hominis impoſturæ: vbi an de dignitate, an verò de perſona Pontificis loquatur, non ſatis ipſe explicat. Atque dignitatem quidem primitùs à Deo inſtitutam nihil afficiunt vitia hominū. Pontifices ipſi ſibi vt cæteris id à Chriſto dictum norunt: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Vt olim *ſeruos ſeruorum*, ita & nunc ſe inſcribunt: qui tamen titulus non adeò antiquus eſt; nam primus Gregorius Magnus circa annum Domini 600. *ſeruum ſeruorum Dei* ſe nominauit. Quàm humiliter de ſe ſentiāt, ex Innocentio tertio intelligere licet, qui Sermone ſecundo in conſecratione Pōtificis Maximi, ſe *ſeruum ſeruorum, ſeruum inutilem*, appellat, & *miniſterium* (inquit) *mihi vendico, dominium non vſurpo, illius primi & præcipui prædeceſſoris exemplo qui ait: Non quaſi dominantes in clero, ſed forma facti gregis; ex animo eius quoque qui dixit: Chriſti ſunt, & ego.* Atque eadem vox, eadem profeſsio omniū Pontificum. Quòd ſi aliquando ſuperborum Principum Eccleſiæ infeſtorum audaciam ipſi Pontifices fregerunt; minimè ex ſuperbia factū eſt, ſed vt Chriſti in primis, ac Eccleſiæ dignitatē tuerentur: & auſim id affirmare, tantam eſſe in Pontificib. qui Chriſti Domini humilitatis magiſtri vices gerūt in terris, demiſsionē atq; humilitatē, quanta in Mornæo, & miniſtris hęreticę prauitatis (in quibus regnat Diabolus, qui eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ) conſpicitur ſuperbia, qui nihili ſacra Cōcilia, nihili Patres faciunt, totum Orbem condemnant.

Matth. 11.

Tāta in Pontificib. humilitas, quanta in hæreticis ſuperbia.

Olim ſanctimonia conſpicuum, pro Chriſti nomine nihil non paſſurum; Iam vano ſanctitatis titulo prætumidum, profanum.

POntifices quidem illi primi ſanctiſsimi fuere, martyrium ſub Tyrannis Principibus pro Fide Chriſti fortiter, & conſtāti animo ſubierunt; nec aliter putandum eſt, affectos fuiſſe noſtri temporis Pōtifices, quàm vt martyrium, ſi opus fuiſſet, quod habebāt in ipſa præparatione animi, ſubijſſent. Et ſi flagitioſi homines, ac Reipublicæ Chriſtianæ parricidæ tantū virium haberēt, quis ſit eorum in Pontificem animus, ex ſuperiori Epiſtola Mornæi ad Sereniſsimū Britannię Regem conſtat. Siquidē monſtrum hoc horrendum in vltimas terras deportandum, Pontificem Chriſtum Domini, appellat *Belluam Apocalypticā quæ ſunē Regia indagine, regijs plagis, venabulo demum regio digna ſit;* vt nunquam mihi perſuaſurus ſim, Regē Sereniſsimum, etſi Pontificiæ dignitati parùm æquum, & à Fide Sacroſancta S.R. Eccleſiæ alienum, quæ tamen eſt illius humanitas & animi candor, tam barbaras voces ſanguinariæ iſtius beſtiæ æquo animo tuliſſe, nec iudicaſſe, hanc errorum, & impoſturarum farraginē ab incendiario Reipublicæ Chriſtianæ ſibi dedicatam δῶρον planè ἄδωρον multum exiſtimationis apud Principes & populos Chriſtianos ſuæ Maieſtati attuliſſe. Quis.n. dubitet, apud alios Principes inde conflari inuidiam, & in eam ſuſpicionem eū adduci, quod, ſi poſſet, cæde atque ſanguine Chriſtianum Orbem complēret? cū tamen omnes norint, Sereniſsimi Regis animū ad pacem maximè eſſe comparatum, eâq; cum omnibus Principib. Catholicis arctiſsimè colere, nec voluiſſe patrociniū perduellium in Gallia hęreticorū contra Chriſtianiſsimū Regem, & illius Matrem ſuſcipere. Immò in ſuo Βασιλικῷ δώρῳ ad Sereniſsimum Principem filiū, monet in primis cauendum eſſe, ne ab eo bellorū cauſſa proficiſcatur, erga cæteros Principes tanquā fratres ſuos honeſtè, & beneuolè

Quis hæreticorum animus in Pontifice.

ſe

ſe gerat, quæ ſemel eis promiſerit, licet cũ detrimento ſuo, religioſè tenere oporteat, ſingulos eorũ humilitate, & grata animi ſignificatione in certando vincat, nullo modo aliorũ Principũ rebellibus, vel fidendũ, vel ſuccurrendũ eſſe, ſed Principes potiùs in tantis eorũ anguſtijs adiuuandos. Quibus certè præceptis ſapientiſsimus Salomon ſanctiora nõ potuiſſet Principibus ipſis præſcribere. Nec verò Pontifex ſanctitatis titulo prætumidus eſt, qui minimè ſe *Sanctiſſimum*, aut *Beatiſſimum* appellat, ſed à Chriſtianis, illi hæ appellationes tribuũtur, ratione muneris & officij, qd adminiſtrat, & quia Vicarius eſt Chriſti Domini Sancti ſanctorum. Ita *Chriſtianiſſimi* nomen, Regi Francorũ hęreditario quodam iure, ob magna prędeceſſorũ ſuorum in Religionem Chriſtianã, & in Sedem Apoſtolicam merita, tribuitur, ac *Catholici* Regi Hiſpaniarum, & ſcit ſummus Pontifex non tam perſonæ ſuæ priuatim, quàm dignitati hunc titulum deberi, & is titulus iam antiquitùs etiã reliquis Epiſcopis tributus eſt.

Sanctorum Chriſti ſanguine tinctum, ebrium.

ITa Calninus Põtificem vocat *crudeliſſimum Sanctorum omniũ mactatorem & carnificẽ.* Quia Huſsitas, Lutheranos, Caluiniſtas, Anabaptiſtas, adeòque omnes hæreticos ſacræ Religioni & Chriſtianæ Reipublicæ infeſtos, ac lęſæ diuinæ Maieſtatis reos perſequitur; ideò Sanguine Sanctorũ tinctus, ebrius; quemadmodum Elias Propheta Domini, quando ſacerdotes Baal interfecit, Morneo ebrius fuit ſãguine ſanctorũ. Cùm aperiens terra os ſuum deglutijſſet Chore, Dathan, & Abiron ſchiſmaticos cũ eorum ſequacibus, ac viuentes in infernũ deſcendiſſent, ſubiungit Scriptura, quòd ſequenti die murmurauerit omnis multitudo filiorũ Iſrael contra Moyſen, & Aaron dicens: *Vos interfeciſtis Populum Domini*; quemadmodùm Chore, Dathan, & Abiron, cum ſuis ſequacibus Populus erant Domini; ita gregales Mornæi ſunt Sãcti, & quemadmodum Moyſes interfecerat Populũ Domini, ita Pontifex Sanctorum ſanguine tinctus eſt, & ebrius. Quos verò nobis referebat multitudo illa murmurans contra Moyſem, & Aaronẽ, niſi Mornęum, & illius Symmiſtas contra ſummum Pontificem, in Moyſe nobis adũbratum murmurantes quòd ſchiſmaticos, & Hæreticos à Deo reprobatos, & ad tartara relegandos, quos *Sanctos* appellat Mornæus, iuſtiſsimè perſequatur, cum tamen omnem operam adhibeat, vt ad ſaniorem mentẽ redeant, & ſalubriora conſilia amplectantur.

Lib. 4. inſtit. c. 7. §. 26.

3. Reg. 19.

Num. 16.

Põtifex in Moyſe adũbratus.

Quæ hic, rogo, inter tam diuerſa, tam aduerſa aut ratio, aut commenſuratio?

SCilicet Philippum Mornęum Pleſsiaci Marliani &c. Dominum, hoc eſt, nobilem Gallum Chriſtianum nomen profeſſum, & tamen hæreticum, & incendiarium Reipublicæ Chriſtianæ. (*Quid enim hæreticis, & Chriſtianis*, vt ſcribebat Tertullianus) Chriſtianiſsimi Regis ſacro Conſiſtorio Conſiliarium, Cathaphractorum turmæ Ductorem Salmurieñſis ditionis Præſidem, Domus Regiæ Nauarrenæ Præfectũ (ita enim amplisſimis dignitatibus, & Præfecturis in Regno auctus, & ornatus eſt) & tamẽ Regni perniciem machinantem. An quæſo inter tam aduerſa, & diuerſa, ratio aliqua, aut commenſuratio? Quæ enim firmiſsima Regni baſis, quòdue ſtabilimentum, niſi ſacra Religio? quam cum euertere nititur, quid aliud, quã florentiſsimum Regnum ſtudet exſcindere? Nec prius Caluiniſtę (quorum nunc anteſignanus eſt Mornæus) religioni, quam Chriſtianiſsimorum Regum, Regij ſanguinis Principũ, ac Procerum Regni vitæ ſunt inſidiati, nec in tantum periculum ab externis vnquam Regnum adductum: Quãta rabie ferocierint iſti, ſacrarũ ædium ruinæ, Templorum expilationes, ac tot ſacrilegia ab illis commiſſa abundè teſtãtur: ſcilicet ratio, aut commenſuratio inter nobiles Gallos, & Regni Galliarum profligatores, inter Chriſtianos, & rerum ſacrarum prædones, ac ſacrilegos.

Lib. de præſcri. c. 7.

Et quid non hic attoniti exclamemus; Myſterium Babylon magna?

VBi quęſo auguſtiſsimũ illud Templum incenſum? Nonne Hieroſolymis? & indè Vaſa ſacra aſportata Babylonẽ, ac in profanos vſus conuerſa. Noſtra igitur Eccleſia, in qua tot auguſtiſsima Templa, in Hieruſalẽ magis quã in Babylone adumbrata. At Eccleſia hæc nupera, quam *reformatam*, & *puriorem* appellant, ſiquidẽ illius ſectatores ſacras ędes ſolo æquant, atque incendunt, & ſacra vaſa in profanos conuertunt vſus, rectè per Babylonẽ in Myſterio ſignificata. Sed hactenus de primo articulo, hoc eſt, mole Papatus, quẽ Catholici tanquam μορμολυκεῖον aliquod, vt loquebatur Mornæus, obtẽdunt, vbi nemo non videt iſtius impoſturas, & calũnias. Sint vera, quæ de Pontificibus tam ſplendidè mentitur Mornæus; an ideò Papa Antichriſtus? *Cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet*, ait D. Auguſtinus, & in qua hodie ſedet Paulus quint⁹? *Quare appellas Cathedrã peſtilentiæ, Cathedram Apoſtolicam? ſi propter homines, quos putas legem loqui, & non facere, nunquid Dominus Ieſus Chriſtus propter Phariſæos, de quibus ait; Dicunt et non faciunt, Cathedra in qua ſedebant, vllam iniuriam fecit? Hæc ſi cogitaretis* (inquit) *non propter homines, quos infamatis, blaſphemaretis Cathedram Apoſtolicam, cui non communicatis.*

Lib. 2. con. lit. Petiliani c. 51.

Iam ad aliud caput nobis progrediendum. Nam contra Mornæũ, & aduerſarios reformatæ Eccleſiæ parente & patronos, meritò antiquitatem Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ opponimus, vt inde certiſsimo argumẽto cùm Patribus oſtendamus hanc vnicã eſſe, & veram Chriſti Eccleſiam. Hæc eſt domus Iacob,

Antiquitas Eccleſiæ Catholicæ nouatoribus oppoſita.

ſob, in qua Chriſtus regnat in æternum: hæc eſt mons domus Domini in nouiſsimis diebus, per quos apud prophetas tempus aduentus Meſsiæ ſignificatur, præparatus in vertice Mōtium. Hæc, inquam, domus eſt ædificata à viro ſapiēte Chriſto Domino ſuper Petram, deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt vēti, & irruerunt in domum illam & non cecidit. at Eccleſia reformata Mornæi domus eſt à viro ſtulto ædificata ſuper arenam, deſcendit pluuia, & venerūt flumina, & flauerunt Venti, & irruerunt in domum illā, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Verùm omnibus argumentis ex ſcriptura, ex ſacris Cōcilijs, ex patribus euincatur Mornæus, excipiet ſe ſuo iure vti, nam & hæretici ſuperiores, altare contra altare erexerunt, & de Eccleſiæ titulo, & poſſeſſione ſemper contenderunt. Donatiſtę, vt dictum eſt, *apoſtataſſe Eccleſiam de orbe terrarum, & in ſola parte Donati in Africa remanſiſſe* cōtendebant obſtinatiſsimè. Hoc ſinguli hęretici docuerūt ab initio, hoc Lutherani, Caluiniſtæ, & alij Sectarij nūc docent; dum enim ſinguli volunt ſuam ſectā eſſe veram Dei Eccleſiam, cumq́; ſingulorum ſecta, ab ipſis neceſſariò inchoata ſit, à quibus denominatur: omnes & ſinguli docēt Eccleſiam de reliquo orbe perijſſe, & apud ſe tantùm remanſiſſe. *Quæſtio certè inter nos verſatur*, ait D. Auguſtinus. *vbi ſit Eccleſia, vtrùm apud nos, an apud illos. Quæ vtiq; vna eſt, quam maiores noſtri Catholicam nominarunt, vt ex ipſo nomine oſtenderent, quia per totum eſt. Secundum totum enim* καθ' ὅλον *Gracè dicitur. Hæc autem Eccleſia corpus Chriſti eſt, ſicut Apoſtolus dicit. pro corpore eius, quæ eſt Eccleſia.* poſt. *Inter nos autem, & Donatiſtas quæſtio eſt, vbi ſit hoc corpus, id eſt vbi ſit Eccleſia. Quid ergo facturi ſumus? in verbis noſtris eam quæſituri, an in verbis capitis ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti? puto quòd in illius potius verbis eā quærere debemus, qui veritas eſt, & optimè nouit corpus ſuū.* tam in verbis Chriſti reperimus Eccleſiam noſtrā. Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiā meam, & portæ inferi non præualebūt aduerſus eam, & tibi dabo claues Regni cælorū. Ibi ergò eſt Eccleſia, vbi claues Regni cælorum, vbi poteſtas ligādi, & ſoluendi Petro conceſſa in ſucceſſore illius perpetuò continuata. & *Petre amas me paſce oues meas.* Eccleſia igitur Chriſti eſt illud ouile, quod paſcit Petrus in ſuo ſucceſſore, Eccleſia autem reformata, & purior non niſi in phantaſia, ac verbis inanibus Mornæi, & gregalium illius reperietur. Ita D. Auguſtinus ad Donatiſtas. *Vos dicitis propter traditores, quos non oſtenditis, remāſiſſe Eccleſiā Chriſti in ſola Africa partis donati, quod non de lege, non de prophetia, non de pſalmo, nō de Apoſtolo, non de Euangelio, ſed de corde veſtro, & de parentum veſtrorum calumnijs recitatis. Chriſtus autem dicit prædicari in nomine ſuo pęnitentiam, & remiſſionē peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hieruſalem, cui Eccleſiæ ex ore Chriſti manifeſtè vos non creditis, & alios in veſtram perditionem trahentes liberari non vultis.* An non & noſtri temporis ſectarios alloqui videtur, qui, reiecta veteri per omnes gētes diffuſa Eccleſia, nouam ſibi de corde ſuo, & calumnijs ac impoſturis in ſanctam Romanam Eccleſiam confingunt? Maiores noſtri (ait idē D. Auguſtinus) *Catholicam eam nominarunt, quo ſcilicet à reliquis ſectis voluerunt eam diſcerni*, & alibi idem ſcribebat *Catholicæ nomen non ſinè cauſa inter tam multas hæreſes ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, vt cum omnes hæretici ſe Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui vbi ad Catholicā conueniatur, nullus hæreticorum, vel Baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtēdere.* Cum igitur iſti velint, nolint, non aliā in orbe terrarum Eccleſiam, præter eā cui præeſt Romanus Pontifex, Catholicam nominare audeāt, & ſuæ, noua, ac inſolita nomina imponant, argumento eſt apud nos, non apud illos vnā eſſe Chriſti Eccleſiam. At Mornæus. *Eccleſiæ nomen*, inquit, *ne vobis doloſè reponant, Catholicæ vtique vt Romanā ſupponant.* Nō ſatis iſte intelligere videtur, qua ratione Catholicæ Eccleſiæ Romanā ſupponamus, vt nuſquam non à noſtris Catholica, Apoſtolica, Romana Eccleſia, nominatur. Id ex patribus ipſis intelligere licet. Tertullianus. *Eccleſias* (inquit) *Apoſtoli apud vnamquamque ciuitatem condiderunt, à quibus radicem fidei, & ſemina doctrinæ cæteræ deinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidiè mutuātur, vt Eccleſię fiant, ac per hoc, & ipſæ Apoſtolicæ reputantur, vt ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum omne genus ad originem ſuam, cenſeatur neceſſè eſt. Itaq; tot ac tantę Eccleſię, vna eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes.* Maxima autem, & antiquiſsima, & omnibus cognita, vt ſentit Irenæus, à glorioſiſsimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundata eſt & conſtituta Eccleſia: eatenus vnaquæq; Eccleſia Apoſtolica, quatenus illius ſoboles, & Catholica, quatenus cum illa in eadem fidei doctrina conſentit. *Eccleſia Catholica eſt* (ait Cyprianus) *quę Domini luce perfuſa, per totum orbem radios ſuos porrigit: vnum tamen lumen eſt quod vbiq; diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur: ramos ſuos in vniuerſam terrā copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos largiùs expandit, vnum tamen caput eſt, & origo vna, & vna mater fœcunditatis ſucceſſibus copioſa.* At verò caput, originem, matricem, & radicem omniū Eccleſiarum Romanam eſſe idē paſsim ſcribit. Indè vnitatem Eccleſiæ petit, *Vnam Cathedram*, inquit, *Chriſtus conſtituit, & vnitatis eiuſdem originē ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit.* Poſt. *Primatus Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia, & cathedra vna monſtretur.* Ibidem. *Hāc Eccleſię vnitatē, qui nō tenet, tenere ſe fidem credit? qui Eccleſię renititur & reſiſtit, qui Cathedram Petri, ſuper quem fundata eſt Eccleſia, deſerit, in Eccleſia ſe eſſe confidit?* Idem Epiſt. ad Iubajanum. *Nos Eccleſiæ vnius caput & radicem tenemus, nam Petro primùm Dominus ſuper quem ædificat Eccleſiam, & vnde vnitatis originem inſtituit, & oſtendit, poteſtatem iſtam dedit* & infra. *Eccleſia, quę vna eſt & ſuper vnum, qui claues eius accepit, voce Domini fundata eſt.* Optatus. *Cathedra vna eſt, & negare non audes ſcire te, Petro primùm in Vrbe Roma Cathedra eſſe collatam, vbi ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus, inde Cephas appellatus, in quo vno Cathedrę vnitas ab omnibus ſeruaretur, nec cęteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderent, vt iam ſchiſmaticus, & peccator eſſet, qui contra ſingularem cathedram, alteram, collocaret.* Patres non aliter iudicarunt aliquem rectam, & Catholicam fidem habere, quàm ſi Romanæ Eccleſię fidē amplecte

Matth. 7.

Li. de vnit. Eccleſ. c. 2.

Coloſ. 1.

Epiſt. 166.

Lib. cont. Epiſt. fundamenti c. 4.

Lib. de præſcrip. c. 20

Lib. 3. c. 3.

Li. de vnit. Eccleſię.

Li. de vnit. Eccleſiæ. c. 3.

Cap. 44.

Cap. 33.

Digitized by Google

Catholicus is patriòus, qui cum Romano Pontifice communicat.

Epiſt. 10.

retur. Ita Hieronymus ad Pammachium & Marcellum apologia aduerſus Ruffinũ,& ſi cum Epiſcopo Romano cõmunicaret. D. Ambroſ. lib. de obitu fratris, qui & ſcribẽs ad Syricium Papam, *Quos ſanctitas tua*, inquit, *dãnauit, ſcias apud nos quoque ſecundum tuum iudicium eſſe damnatos*. Teſtatur Proſper in Chronico, quòd cũ Papa Zozimus Synodalia Concilij Africani decreta probaſſet cõtra Pelagium, per totũ mundum hęreſim Pelagianam eſſe damnatã; ſcilicet quia Catholicos ſe reputabant, ſi cum Pontifice Romano in eadẽ fide cõicarent. D. Gregorius cum formam præſcriberet, qua ſchiſmaticus Epiſcopus in abiurãda hæreſi vteretur, hæc adhibuit verba. *Comperto diuiſionis laqueo ad vnitatẽ ſedis Apoſtolicæ reuerſus. promitto me ſemper in vnitate ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, & communione Romani Pontificis per omnia permanſurũ. Qui Dei ſunt*, (ait D. Bernardus,) *libenter iunguntur Innoc. Papæ: qui ex aduerſo ſtat, aut Antichriſti eſt, aut Antichriſtus.* Ex quib. cõſtat, quã rectè Catholicę Eccleſię Romanã ſupponamus, hoc eſt Chriſti Eccleſiã Catholicã Apoſtolicã, Romanã paſsim appellemus; ſiquidẽ ſuper Cathedram Petri, qui Romæ primus ſedit, fũdata eſt, cuius ſucceſſores Romani Põtifices doctrinã fidei vbiq; diſſeminarũt, Eccleſias conſtituerũt, ac Epos ordinarunt.

Lib. 10. indict. 5. Epiſto. 30.

Epiſt. ad Hiedebertũ Turonenſẽ Archiepiſcopum.

Non Romana Eccleſia, Eccleſia Vniuerſalis tota Catholica.

NOn certè vocantur à Philoſophis Deus & Sol, cauſę vniuerſales, quòd particulares excludãt, ſed quòd iſtæ ſint illis ſubordinatæ, illarũ concurſum ad agendum neceſſariò requirant, vis præterea illarũ ad producendos quoſcumq; effectus latiſsimè ſeſe diffundat: ita Romana Eccleſia nõ eo ſenſu vniuerſalis eſt, quòd reliquas Eccleſias excludat, ſed quòd omnes ſunt illi ſubordinatæ, omnibus iura præſcribat, omnibus prælata ſit, & in oẽs ex Chriſti inſtitutione habeat ampliſsimam authoritatem. Hoc videtur docuiſſe inter cæteros optimè doctiſsimus Innocentius tertius ſcribẽs ad Ioannem Patriarcham Conſtantinopolitanũ. *Dicitur* (inquit) *Eccleſia vniuerſalis, quæ de vniuerſis conſtat Eccleſiis, quæ Græco vocabulo Catholica nominatur, & ſecundum hanc acceptionem vocabuli, Eccleſia Romana nõ eſt vniuerſalis Eccleſia, ſed pars vniuerſalis Eccleſiæ, prima ſcilicet, & præcipua velut caput in corpore; quoniam in ea plenitudo poteſtatis exiſtit, ad cæteros autẽ pars aliqua poteſtatis deriuatur, & dicitur Vniuerſalis Eccleſia illa vna, quæ ſub ſe continet Eccleſias vniuerſas: & ſecundum hanc nominis rationem Romana tantùm Eccleſia vniuerſalis nuncupatur; quoniam ipſa ſola ſingularis priuilegio dignitatis cæteris eſt prælata: ſicut & Deus, vniuerſalis Dominus appellatur, non quaſi iam diuiſus in ſpecies, aut ſpecialiſſimas, aut etiã ſubalternas, ſed quoniam vniuerſa ſub eius Dominio cõtinentur. Eſt enim vna generalis Eccleſia, de qua veritas, inquit ad Petrum: Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam; & ſunt multæ particulares Eccleſiæ, de quibus Apoſtolus ait, inſtantia mea quotidiana ſolicitudo omnium Eccleſiarum, ex omnibus vna conſiſtit, tanquam ex particularibus generalis, & vna præeminet omnibus: quoniam cum vnum ſit corpus Eccleſiæ, de quo dicit Apoſtolus: omnes vnum corpus ſumus ĩ Chriſto, illa velut caput cæteris mẽbris excellit.* Obtuſiori ingenio, meo iudicio, eſt Mornæus quã vt huiuſmodi diſtinctionẽ doctiſsimi illius Pontificis capiat, ex qua optimè eluceſcit, quo ſẽſu Romana Eccleſia, vniuerſalis appellet.

Romana eccleſia quo ſenſu vniuerſalis.

Innoc. III.

Pars illa huius olim aliquanta, dum ſtetit.

QVando verò primùm collapſa eſt? nam idem dicebant Donatiſtæ, idem & reliqui hæretici, qui nõ communicabant cũ Romana Eccleſia, & ſibi interim ſolis, poſſeſsionem, ac titulum Eccleſiæ vindicabant. Stabãt tẽpore Irenęi, Tertulliani, Optati Mileuitani, D. Auguſtini, qui Põtifices Romanos à D. Petro ad ſua tempora numerabant, eámq; notam certiſsimã veræ Eccleſię iudicabant, & nos item eos ad Paulum V. nunc ſedentem recenſemus, vt nunquam continua illa ſucceſsio in Cathedra Petri interrupta ſit: & quemadmodum Eccleſiæ toto orbe diffuſæ, antiquitùs ſemper Pontificem Romanũ profeſſæ ſunt ſupremum Paſtorem, & Epiſcoporũ Epiſcopum, & in controuerſijs fidei dijudicandis, ac definiẽdis illius authoritatem agnouerũt, ac ſedis Apoſtolicæ iudicio quicquid eſſet decretum, ratũ, & tãquam ex ore Dei prolatum habuerunt: Oecumenica Concilia non niſi authoritate Romani Pontificis congregari, & cõfirmari poſſe iudicarunt: ita nunc illum ſupræmum Eccleſiæ Paſtorẽ, Reges, Principes, Magiſtratus, Chriſtianæ nationes longè, lateq; diffuſæ agnoſcunt, illius eſſe de fidei, & Religionis controuerſijs ſtatuere non inficiãtur, omnes Chriſtiani orbis Epiſcopi, qui Chriſtiano veteri ritu conſecrantur, & legitimam habent ſucceſsionem, ab illo iuriſdictionẽ, & authoritatẽ ſuam repetunt. quando igitur collapſa, & quomodò nunc non ſtat? Patres Romanæ Eccleſię fidẽ tantoperè commendant. Tertullianus lib. de præſcript. c. 36. *Status felix Eccleſię, cui totam doctrinã Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt.* D. Cyprianus Epiſt. 55 ad Romanos. Quorũ fides Apoſtolo prædicãte laudata eſt, perfidiam habere non poſſe acceſſum disertè ſcribit. Greg. Nazianz. *Vetus Roma ab antiquis temporibus habet rectam fidem, & ſemper eã retinet, ſicut decet Vrbẽ, quæ toti Orbi præſidet.* Ruffinus in Symbolũ. *Hæreſis nulla in Eccleſia Vrbis Romæ, ſumpſit exordium.* S. Hieronymus Apologia 3. contra Ruffinũ. *Scito Romanã fidem Apoſtolica voce laudatã huiuſmodi præſtigias non recipere, etiã ſi Angelus aliter annũciet quàm prędicatum eſt, Pauli authoritate munitã non poſſe mutari.* Eadẽ ſcribit, & in epiſtola ad Pammachiũ & Oceanum. Quando igitur hanc fidem adeò celebratam à Patribus & Concilijs Roma perdidit? quando eſſe deſijt, quod ante fuit? quo tempore, quo Pontifice, qua via, qua vi, quibus incrementis fidem Romanam ab Apoſtolo laudatam Romanus Pontifex, & Clerus, & Populus ſimul, & totus Chriſtianus orbis, qui cum Pontifice, in eadẽ fidei doctrina conſentit, abiurauit? Non poſſe Eccleſiarum matrem eſſe, quæ non ſit Eccleſia, non poſſe Epiſcoporum Principẽ eſſe, qui non ſit Epiſcopus. non poſſe ſedis honorẽ ſtare, vbi nulla eſt ſe-

Romana Eccleſia à patribus plurimùm commendata.

Digitized by Google

ſedes nullo argumẽto. Tam impiè,& ſacrilegè q̃ nunc Mornæus,ſcripſerat olim Caluinus. Verùm ſi quę quõdam erat vera Chriſti Eccleſia Romana,adeoq; Catholica toto orbe diffuſa in eadem fidei doctrina cum Romana conſentiens, deſijt eſſe,quò tandem trãslata eſt,& ad quos redacta Chriſti Eccleſia? *Narrat Euſebius,* (ait Caluinus.) *Deum,vt vindictæ ſuæ locus fieret,Eccleſiam quæ Hieroſolymis erat,Pellam trãſtuliſſe.*vnde infert.*quod ſemel factum fuiſſe audimus,fieri ſæpius potuit.* Verùm ijdem fideles,ex quibus Hieroſolymis primũ Eccleſia ipſa conſtabat,Pellæ poſteà eandem cõſtituebant,eandem fidei doctrinam profitebantur, ijſdem ſacramentis vtebantur, ijſdem viuebant legibus,vt nulla niſi loci eſſet mutatio:ita ſi Pontifex Romanus aliò ſedem transferret,vt factum eſt,quãdò tot Pontifices Auenione per ſeptuaginta circiter annos ſederunt, cum Romani Pontificis authoritas nullo loco ſit coarctata, Apoſtolicus Vicarius Chriſti, ſucceſſor Petri ſedes quidẽ mutaret,non tamen noua inde Eccleſia cõſurgeret. Fortaſsè cũ Geneua Farelli primùm, deinde Caluini artibus ſeducta eſt, & relicto vero Dei cultu hæreticæ perfidiæ ſeſe addixit;tum qui cõſtantes in fide maiorum perſtiterunt,ex Orci faucibus erepti,aliò ſe tranſtulerunt,atq; ita quæ Geneuæ erat Eccleſia ex Epiſcopo, Clero & fidelibus Populis cõpoſita,ſedes mutauit, minimè tamen Religionem,nec nouam Eccleſiã, reprobatã veteri inſtituerunt,qualem Geneuę,& alijs locis ſacris templis euerſis,dirutis altaribus,ne vlla antiquæ Religionis monumenta extarẽt,abrogato ſãcroſancto Miſſæ ſacrificio, excluſis indè, & abdicatis ſacramentis,inſtituerunt. Non alitèr quàm Hieroboamus vitulos aureos in Dan,& Bethel,reprobato veteri templo,erexit.non niſi igitur impudentiſsimè iſti aſſerunt, Romanam Eccleſiam non ampliùs ſtare.

Lib.4. inſt. ca.7. §.23. 26.

Romana Eccleſia aliquanta,at cum cæteris,at non præ cæteris.

ROma antiquitus nõ erat totũ Romanum Imperiũ,ſed pars dumtaxat illius Imperij,quod longè latèq; per Aſiam,Africã, & Europam protendebatur. Verùm quia Roma Vrbs erat,quæ tot gentes ſuis legibus ſubiugauerat,Imperatoris præterea ſedes,Senatus ampliſſimi domiciliũ, vndè leges in omnes Prouincias latiſsimi illius Imperij dimanabant,indè meritò Romanũ Imperiũ dicebatur. Quia igitur Romana Eccleſia matrix eſt,& radix Catholicæ Eccleſię,vt eã vocat Cyprianus:& in Romana Eccleſia, ait D. Auguſtinus,ſemper Apoſtolicę Cathedrę, viguit Principatus:& quia p Apoſtolici ſacerdotij Principatũ,ait Proſper, amplior facta eſt arce religionis,quã ſolio poteſtatis,& ſedes Roma Petri,quę Paſtoralis honoris facta caput mũdi,quicquid non cõtinet armis,religione tenet:& minus erat,quod illi labor bellicus ſubdiderat, ait Leo Papa,quã quod pax Chriſtiana ſubiecit,indè Catholica Eccleſia per orbem terrarũ longè latèq; patẽs,Romana,item Eccleſia rectè,& meritò appellatur:& falſum illud Mornęi.*At cum cæteris,at nõ præ cæteris;*ſemper enim Romana Eccleſia habita eſt matrix,& radix,& caput omnium Eccleſiarum,id ideò manifeſtè conſtat, ex ſacris Concilijs, & antiquis Patribus, vt id velle alijs argumentationibus probare,nihil ſit aliud quàm Soli velle lumen inferre.

Vt in eius ſeu labe, ſeu interitu, non pereat grex Chriſti, licet depereat, non eius defectione deficiat, deficere poſſit.

QVemadmodũ corpus non poteſt ſinè capite conſiſteret, & reliqua membra illo indigent, ſicut & illud reliquis mẽbris, ita certum Eccleſiam viſibilem in terris,quæ eſt corpus Chriſti myſticũ,non poſſe conſiſtere ſinè capite viſibili;illius eſt,prę cęteris Religioni proſpicere,ad illud cauſę fidei deferũtur,illius,præeſſe in Concilijs.*Curam,*inquit Leo Papa,*vniuerſis Eccleſiis principaliter ex diuina inſtitutione debemus. Hæc ſedes Romana,* inquit Gregorius,*ſpeculationem ſuam toti orbi indixit*. Ambroſius Damaſum vocat *Rectorem domus Dei,& Syricium ianuæ,& ouilis cuſtodem:*Chalcedonenſis Synodus affirmat *Vineę,* id eſt,*Eccleſiæ cuſtodiã à Saluatore Pontifici Romano commiſſam eſſe.* Quomodo ergò nõ in eius labe pereat Grex Chriſti? Robur exercitus (aiunt) eſt in Duce, vt illo ſublato profligari exercitũ ſit neceſſè:*Hãc viam itaq; Chriſti aduerſarius,& Eccleſiæ eius inimicus adinuenit. ad hoc Eccleſiæ propoſitum ſua infeſtatione perſequitur,*ait Cyprianus, *vt gubernatore ſublato, atrocius, atque violentiùs circa Eccleſiæ naufragia graſſetur.*

Epiſt.82.

Epiſt.55.

Fuit & Romana olim caſta, ſponſæ pars non minima, dum ſponſi voci adhæret, & alienam auerſatur.

QVandò verò primùm tanta rerum cõuerſio facta eſt, vt reiecta voce ſpõſi vocem alienorũ ſequeretur, abiurata fide Chriſti à beatiſsimis Apoſtolis Petro,& Paulo, vt Patres omnes teſtantur,tradita,& quæ iam tùm annunciabatur in vniuerſo mũdo,hęreticorum nugas amplexata eſt? quis primus Pontifex errores in illã Eccleſiam induxit,& quod conſequẽs eſt, in vniuerſum Chriſtianũ Orbẽ,vt quæ erat Chriſti Eccleſia,de toto orbe terrarũ perierit, vt nouam inducẽre,aut fingere fuerit neceſſe? quandò verò (quod ſubiungit Mornæus) *Tabularum Dotalium immemor,*cui dictum:*Deſpõſabo te mihi in ſempiternum,& ſponſabo te mihi in iuſtitia, & in miſericordia,& miſerationibus;& ſponſabo te mihi in fide,& ſcies quia ego Dominus?* hæc eſt noua nupta,ſponſa agni Iohanni in Apocalypſi oſtenſa:quòd ſi tabulæ dotales,ſi dos,matrimonium igitur contractũ inter Chriſtum,& Eccleſiam,nam ſinè matrimonio dos eſſe non poteſt, & vbicunque matrimonij nomen non eſt,nec dos eſt. Quãdo igitur *ſacramentum illud magnum*, quod vocat Apoſtolus, hoc eſt matrimonium contractum inter Chriſtũ, & Eccleſiam, diſſolutum eſt? fœdere æterno ſibi Chriſtus quam acquiſiuit Eccleſiã, ſanguine ſuo copulauit, non erat eam repudiaturus quemad-

Oſea 2.

Lib.3. §.de iure dotiũ.

modùm Synagogam. An non iudicabimus in eo matrimonio omnia bona concurriſſe, fidem, quę ad caſtitatem, prolem, quæ ad fœcunditatem, ſacramentum, quod ad ſtabilitatem refertur? Spōſus etiam Romanæ Eccleſiæ Pontifex eſt, qui habet ſponſam ſponſus eſt. *An non ego ſponſus ſum;* ait Innocentius 3. *& quilibet veſtrum amicus ſpōſi? vtique ſpōſus, quia habeo nobilem, diuitem, & ſublimē, decoram, caſtam, gratioſam, ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, quæ diſponente Deo cunctorum fidelium Mater eſt, & Magiſtra, cum hac mihi cōmercium nuptiale, illius vocem audit Romana Eccleſia, pro qua Dominus orauit in Petro, vt non deficeret fides illius, non audit vocem alienorū.* Alieni ſunt hęretici, vt ſchiſmatici, quos Eccleſia Romana nō ſequitur, ſed perſequitur, & fugat, quo fit vt tanto eam odio Mornæus hæreticus cū omnibus ſuis gregalibus inſectetur. Quandò verò, *Obrepſit adulteratis clauibus adulter thalamo?* Certè non de Eccleſia nupera & reformata Mornæi, ſed de antiqua Catholica, cuius matricem, & radicem vocabat Eccleſiā Romanam, ſcribebat Cyprianus, *illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu eius animamur: adulterari non poteſt, ſponſa Chriſti incorrupta eſt, & pudica: vnā domum nouit, vnius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit. Hæc nos Deo ſeruat, hæc filios regno, quos generauit, aſſignat.* Fuit iā olim caſta, vt fatetur iſte, Romana Eccleſia, ſponſæ pars non minima; nec dubium tū temporis Pontificem Romanum fuiſſe illius ſponſum, vt antea dictū eſt, nam Epiſcopus ſponſus eſt Eccleſiæ, & matrimonium quoddam ſpirituale contrahitur inter Epiſcopum, & Eccleſiam, quandò igitur primùm ſubintrauit adulter? nam Eccleſia Romana nō poteſt eſſe ſine Epiſcopo, & Eccleſia apud D. Cyprianū, plebs eſt ſacerdoti adunata, & paſtori ſuo grex adhærens. *Vndè ſcire debes*, inquit, ſcribens ad Florentiū Pupianū, *Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiā in Epiſcopo, & ſi quis cum Epiſcopo non ſit, in Eccleſia non eſſe.* Vndè verò, & quandò tāta rerum commutatio, vt antiquitùs ex conſenſu totius orbis, immò, & aduerſariorū, Eccleſia Romana eſſet Eccleſia Chriſti, & Epiſcopus Romanus verus illius ſponſus ac legitimus, nunc verò ſit adulter, qui adulteratis clauibus thalamo obrepſerit, illa ſit Babylō, hic Antichriſtus? Non dubium quin Antipapę contra legitimos Pontifices authores ſchiſmatum, & alienam ſedem inuadere conati, adulteri fuerint, nō legitimi viri: ita Cyprianus Nouatianum, qui auſus fuerat aduerſus Cornelium aſſerere ſe Pontificem Romanum. *Adulterum, & contrarium caput* appellat epiſt. 42. *Item adulterum, & extraneum Epiſcopum* epiſt. 52. Et ſcribebat Petrus Damianus lib. 7. epiſt. 10. ad Gothofredū Ducem, & Marchionem Tuſciæ qui Cadalonū Pſeudo-Pontificem exceperat. *Quomodò ſublimitas tua illi communicare non timuit, qui ſponſam Chriſti ſanctam ſcilicet Eccleſiam quaſi per obſceni lenociniŋ ſtuprum violare præſumpſit?* Verùm illos Romana Eccleſia nō admiſit. *Tantam fidem*, inquit. Innocentius III. *Romanus Pontifex, & Romana Eccleſia ſibi ſemper ſeruauerunt, vt eis congruè valeat coaptari, quod veritas*, inquit, *in Euangelio: Cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ, alienum non ſequuntur, ſed fugiunt, quia non nouerūt vocem alienorum, alieni autem ſunt Pſeudo-Pontifices, & Antipapæ: ſuum cognoſcunt, & audiunt, non Apoſtaticum ſed Apoſtolicum, non catarū, ſed Catholicum recipiens, & reddens debitum coniugale, recipiens ab eo debitum prouidentiæ, & reddens debitum reuerentiæ.* Nunquam igitur admiſit perpoſticum adulterum, (vt impoſtor ſcribit) ſed legitimum virum. Quandò Macedonius & Neſtorius hæreſiarchæ, quandò item Pyrrhus, & Sergius ſedem Conſtantinopolitanam occuparunt, quādò Alexandrinam Lucius, & Georgius Arriani, legitimo ſponſo Athanaſio expulſo, & quādò poſtea Dioſcorus hæreſiarcha, certum eſt non fuiſſe veros ſponſos Eccleſiæ, ſed adulteros, qui nō legitimis filijs, ſed adulterinis generandis, nec legitimæ doctrinæ, ſed adulterinæ ſeminandæ ſtudebant: & quidem nemo verè Chriſtianus diſputat quin illi hæretici fuerint, à ſacris generalibus Concilijs, hoc eſt à toto Chriſtiano orbe condēnati; quis vero Pontificum Romanorum à ſacro aliquo generali Concilio hæreſeos vnquam damnatus eſt? *ego non facilè crediderim* (ait Innocentius III. tam ſanctus, & Doctus Pontifex, quam iſti impuri Gnoſtici, ſunt meri aſini, *vt Deus permitteret Romanum Pontificem contra fidem errare, pro quo ſpeciali tèr orauit in Petro. Ego* (inquit) *pro te rogaui Petre.* Non igitur pigmentis ſuis natiuū colorē, figmentis germanā doctrinā infecit, immutauit, vt in fucum illa tota & mendacium ferè abierit.

Serm. 3. in conſecrat. Pontificis.

Li. de vnit. Eccleſia c. 5.

Epiſt. 69.

Serm. 3. in conſecratione ſūmi Pontificis.

Et occlamatum fortiter à cæteris Eccleſiis, Africana, Gallica, Germanica, Græca, Orientalibus alijs.

QVot verba, tot mendacica. Quantum ſpectat ad Eccleſiā Affricanā, certū eſt Africę Eccleſias ſēper agnouiſſe Primatū Romani Pontificis, id cōſtat ex Tertull. Cypriano, Optato Mileuitano, D. Auguſtino, & Epiſcopis Africę, qui ad Romanos Pōtifices ſuper fidei cōtrouerſijs ſcripſerunt, & illorū iudicium, & ſententiā deſiderarūt, vt quicquid illi ſtatuiſſent de fide, pro rato habendū exiſtimarent, quin & concilia Africana celebrata contra Donatiſtas, vel contra Pelagianos Romanum Pontificem nō vt adulterū, ſed vt legitimū Eccleſiæ ſponſum agnouerunt. Refert Victor Vticenſis, Eugeniū Carthaginenſem Epiſcopū Catholicum, Hunerico Vandalorū Regi Arriano, rationem fidei Catholicæ poſcenti reſpōdiſſe, *Se ſcripturum fratribus ſuis vt in Africam veniant, & præcipuæ Romanæ Eccleſiæ, quæ* (inquit) *caput eſt omnium Eccleſiarum.* Neſcio igitur quam Eccleſiam Africanam intelligat, niſi fortaſſe Donatiſtarum, quę primò, aut Arrianorum, quæ poſtremò Africam ipſam inuaſit.

Eccleſia Africana primatum Romani Pōtificis agnouit.

Lib. 2. de perſecutione Vandalica.

Quantum ad Gallicam, miror certè ignorantiam, aut magis impudentiā Mornæi, qui in Gallia natus, educatus, & in rebus Gallicis meo iudicio optimè inſtructus, tāta audacia ſcribat, & tā apertè mentiatur Eccleſiam Gallicam occlamaſſe Pontifici, quæ parentem fidei Chriſtianæ Romanum Pontificem agnoſcit. Galliarum epiſcopi ad Leonem Papam ſcripſerunt, ſe gratias Domino agere, quòd tantæ fidei Antiſtitem dediſſet

Ita Eccleſia Gallicana.

ſct

ſet Apoſtolicæ ſedi, *vnde*, (inquiunt) *religionis noſtræ propitio Chriſto fons, & origo manauit*. Innocentius Papa, docet nullos inſtituiſſe Epiſcopos per Eccleſias in omnem Galliam, & Hiſpaniam, niſi quos Petrus, aut Petri ſucceſſores conſtituerunt ſacerdotes; & Gregorius magnus ſcribens Virgilio epiſcopo Arelatẽſi. *Quia cunctis (inquit) liquet, vnde in Galliarum Regionibus fides ſancta prodierit, cũ priſcam conſuetudinem ſedis Apoſtolicæ fraternitas veſtra repetit, quid aliud quàm bona ſoboles ad ſinum matris Eccleſiæ recurrit?* Si repetamus ab initio quis fuerit antiquus Eccleſiæ Gallicanæ ſtatus, non alius à præſenti fuiſſe deprehendetur: cum Romano Pontifice communicarunt Chriſtianiſsimi Galliarum Reges: & populi Romanos Pōtifices, ac ſedis Apoſtolicæ dignitatem contra hoſtes egregiè tutati ſunt: à Pontifice Romano coronā Imperiali aliquando fuerunt ornati. Carolus Magnus vbi de ſummo Pontifice verba facit, *in memoriam* (inquit) *Beati Petri Apoſtoli honoramus ſanctam Romanam Eccleſiam, ſedem Apoſtolicam, vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, Eccleſiaſticæ eſſe debeat Magiſtra rationis. Quarè ſeruanda eſt cũ manſuetudine humilitas, vt licet vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur iugum, tamen feramus, & piâ deuotione toleremus.* Nicolaus Papa ſcribens ad Carolum Caluum: *cum vos tantâ humilitate, tantaque deuotionis incuruatione ſub potenti manu Dei ad reuerentiam præcipuorum ipſius Apoſtolorum flecti conſpicimus, impletum videmus quod S. Iob, de Domino loquitur, ſub quo incuruantur, qui portant orbem.* An nō hucuſque eadem mẽs Regum poſteriorum? quid aliud in religione ſentiunt, quàm eorum prædeceſſores? Nunc omnes Galliarum Epiſcopi vt antiquitùs Primatu Romani Pontificis agnoſcunt; ab illo inſtituuntur, & ritu Catholico conſecrantur, ſed Eccleſiam Gallicanam Vualdenſium, Albigenſium, & nunc Caluiniſtarum intelligit. Idem fuerat propoſitum Vualdenſibus, & Albigenſibus, quod nunc Caluiniſtis ſibi nomen Eccleſiæ vindicare; exploſi ſunt, hæreticæ prauitatis condemnati, armis profligati perſiſtente conſtanter Regno in fide maiorum, prout nunc, etſi perduellibus iſtis ferro, flammâque Regno vaſtitatem inferre conatis, quos ita apertè mentiri non pudet, vt dicant Eccleſiam Gallicanam Pōtificibus aliquandò fortiter tanquam adulteris occlamaſſe. Quod Concilium habitum in Gallia, qui Galliarum Antiſtites, quis Chriſtianiſsimorum Regum, quis Senatus vnquam Pontifici Romano legitimè electo occlamauit?

Lib. 4. indict. 13. ep. 50.

Germanica Eccleſia.

Quantum ad Germanicam Eccleſiam. Vndè quæſo Germania niſi ab Eccleſia Romana Chriſti fidē accepit? Vndè inſtitutæ in Germaniā Cathedrales Eccleſiæ, niſi Romani Pontificis authoritate? qui ibidē creati Epiſcopi niſi à Romano Pōtifice? Gregorius ſecũdus Pōtifex sāctiſsimus miſit in Germaniā Bonifaciũ Monachũ, qui eam gentem ad fidem conuerteret: Vndè meritò Germaniæ dictus Apoſtolus, qui ad Zachariam Pontificem Gregorij tertij ſucceſſorem ſcribens congratulabatur ei, primùm de Pontificatu, deinde, *optantes*, inquit, *Catholicam fidem, & vnitatem Romanæ Eccleſiæ ſeruando dilatare, & quantoſcunque audientes, vel diſcipulos in iſta legatione mihi Deus donauerit, ad obedientiam Apoſtolicæ ſedis inuitare, & inclinare non ceſſo.* Quin & Epiſcopos tres per Germaniam, & tres Epiſcopales ſedes ordinauerat, petit à Pontifice, vt eos confirmet. *Hæc tria loca*, inquit, *propriâ charta authoritate Apoſtolatus veſtri roborari, & confirmari diligenter poſtulamus: & ſi Dominus voluerit, per authoritatem, & præceptum ſancti Petri iuſſionibus Apoſtolicis fundatæ, & ſtabilitæ ſint tres in Germania Epiſcopales ſedes, & vt præſentes, vel futuræ generationes non præſumant, vel parrochias corrumpere, vel violare præceptum Apoſtolicæ ſedis.* ex quo conſtat non aliundè quàm Romani Pontificis authoritate primũ fundatas Eccleſias, & Epiſcopales ſedes in Germania conſtitutas fuiſſe. Idem ſcribebat ad Stephanum tertium Papam, *ſe ſub tribus prædeceſſoribus ſuis Gregorijs duobus, & Zachariâ ſedi Apoſtolicæ inſeruiuiſſe & legatione eorum in conuerſione illius gentis pluſquam triginta annis functum eſſe.* In Epiſtola ad Buggam Abbatiſſam cupientem ire ad limina Apoſtolorũ nuncians de Germaniæ ſtatu ait. *Fidem antiquam inter nos nunquam deficere ſcias.* Quòd fidem antiquam vocet fidem Eccleſiæ Romanæ conſtat ex epiſtola ad Guidbertum Archiepiſcopũ Angliæ, vbi ſic ait, *Decreuimus in noſtro ſynodali conuentu, & confeſſi ſumus catholicam fidem, & vnitatē, ac ſubiectionem Romanæ Eccleſiæ fine tenus vitæ noſtræ velle ſeruare ſancto Petro, & Vicario eius velle ſubijci, ſynodũ per omnes annos congregare, Metropolitanos pallia ab illa ſede quærere, & per omnia præcepta ſancti Petri canonicè ſequi deſiderare, vt inter oues ſibi commendatas numeremur.* Certè præcepta Romani Pōtificis intellexit, cui qui canonicè obediuit, ſācto Petro obediuit. An eò iſti venient impudētiæ, vt S. Bonifacium à Pontifice cōſecratum primum Archiepiſcopum Maguntinum, & Epiſcopos ab eo creatos, gẽtes ad Chriſtum conuerſas, dicant tum profeſſas eſſe obedientiā Antichriſto? Percurrant omnes ab initio fundatas Eccleſias Germaniæ, non niſi à Pontificibus Romanis ſedes Epiſcopales inſtitutas facilè intelligent. An non poſtquā Imperium ad Germanos tranſlatũ eſt, omnes Imperatores Romanum Pontificem vt Petri ſucceſſorē, Chriſti in terris Vicariũ agnouerunt? & quamuis ex illis aliquot, Pontificibus fuerint infenſi, in gratiā tamen redire, & Pontificibus reconciliari voluerunt, quin, & à cenſuris, quibus à Pōtificibus innodati fuerant, ab eiſdem abſolui, quod argumēto eſt eos Pōtificis Romani agnouiſſe authoritatem, immò & à Pontificibus Imperatores fuere coronati. Epiſcopi in Germania veri ſucceſſores Epiſcoporum; qui primitùs, conſecrati ſunt, & Eccleſias illas rexerunt, non niſi authoritate Romani Pontificis ordinantur: Eccleſiam itaq; Germanicam, quæ ſummo Pontifici occlamauit, Lutheranorum Eccleſiam ab hereſiarcha Luthero fundatam intelligit; ſi quidem ille, quod ſolenne fuit omnibus hæreticis, deſertis Catholicæ Eccleſiæ ſignis, & abiurata Romani Pontificis obedientia ſcholam mēdaciorum aperuit, ſeque ac ſuos Eccleſiam Chriſti eſſe contendit. Verùm vt ſcribebat Tertullianus *fauos faciunt & veſpæ, faciunt & Eccleſias Marcionitæ.*

Lib. 4. Adv. Marcion. cap. 5.

Digitized by Google

De Græca Eccleſia.

Quod attinet ad Græcam Eccleſiam, & alias orientales, antiqui Patres Græci illi, Athanaſius, Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Chryſoſtomus, Cyrillus, Theodoretus, & alij, Romani Pontificis primatum, & Romanæ Eccleſiæ dignitatẽ agnouerunt. Athanaſius Alexandrinæ ſedis Antiſtes, vt author eſt Liberatus in Breuiario, ad Romanum Pontificẽ, appellauit, & tam ille quàm Paulus Conſtantinopolis, itemque Marcellinus Ancyræ, Aſclepas Gazæ, & Lucius Adrianopolis Epiſcopi Eccleſijs ſuis ſpoliati, cum Romam confugiſſent, Iulius Pontifex Romanus eriminationibus eorum intellectis, *cum propter ſedis dignitatem cura omnium*, ait Sozomenus, *ad ipſum ſpectaret, ſingulis ſuam Eccleſiam reſtituit*: Et Athanaſius in Apologia 2. & Theodoretus teſtantur Iulium Papam cum Euſebianis expoſtulaſſe, quòd ipſo inconſulto de epiſcopo iudicium ferre auſi eſſent, & cum Iulio Pontifici Romano reſpondent Orientales epiſcopi, fatentur Eccleſiam Romanam primas apud omnes ferre, vtpotè, quæ Apoſtolorum ſchola, & pietatis Metropolis ab initio fuiſſet. Athanaſius, & Aegyptij ſcribentes ad Marcum Pontificem Romanum Iulij prædeceſſorem, *Optamus*, inquiunt, *vt à veſtra ſanctæ ſedis authoritate, quæ eſt mater, & caput omnium Eccleſiarum, ea capitula percipere per præſentes legatos mereamur*. Nicenæ Synodi capitula intelligunt, quæ per Victorem, & Vincentium Presbyteros Apoſtolicæ ſedis apocriſanos ad Silueſtrum Papam miſſa fuerant, quæ fortaſsè ab Arrianis in oriente aut corrupta, aut ſuppreſſa fuerant. Cum Petrus Alexandriæ Epiſcopus, qui Athanaſio ſucceſſerat, Romam confugiſſet, atque ex vrbe Roma cum literis Damaſi Epiſcopi Romani, quæ creationem Petri confirmabant, reuerſus eſſet, populus Alexandrinus Damaſi literis confiſus expulit Lucium, & Petrum in eius locum introduxit. Ioannes etiam Chryſoſtomus in Synodo Epiſcoporum iniuſtè depoſitus ad Innocentium Papam prouocauit, & ſedi ſuæ reſtitutus eſt. Cũ Neſtorius Patriarcha Conſtantinopolitanus iam de hæreſi ſuſpectus, nec tamen adhuc depoſitus fuiſſet, Celeſtinus Papa in hãc formam ad Cyrillum ſcripſit. *Tu Eccleſiæ ipſius curam, prouidentiámq; ſuſcipias*. Leo Primus Põtifex Marciano Auguſto ſcribens, pœnas minatur Conſtantinopolitano Epiſcopo à fide Catholica deuianti. Vigilius itẽ Pontifex Theodorum Epiſcopũ Ceſareæ Cappadociæ, qui authoritate nominis Epiſcopalis abuſus, vniuerſali Eccleſiæ ſcandala generare nõ ceſſabat, ſacerdotio, & communione priuat. Menam Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui non diſſimili culpà conſtringebatur, & reliquos Epiſcopos tamdiu à ſacra communione ſuſpendit, donec culpam propriam competenti ſatisfactione diluerent. *De Eccleſia Conſtantipolitana, quod dicunt*, ait D. Gregorius, *quis eam dubitet ſedi Apoſtolicæ eſſe ſubiectam? Quod & pyſſimus Dominus Imperator, & frater noſter Euſebius eiuſdem ciuitatis Epiſcopus aſſiduè profitentur*. Concilia etiam Oecumenica Romani Pontificis authoritatem agnouerunt; atque in primis Nicænum illud celeberrimum Romanæ Eccleſiæ ſupra reliquas omnes Eccleſias eminentiam oſtendit, cuius can. 39. aſſeritur Pontificem Romanum, primum omnium eſſe & maximum Epiſcoporum, *& vt à Principio Petrus Chriſti vicarius religioni, Eccleſijs, cæteriſque rebus ad Chriſtum pertinentibus præfectus, Principum Chriſtianorum, prouinciarum, & omnium Gentium, Dominus & Rector erat ita ille cuius Principatus Romæ eſt, Petro ſimilis, & authoritate par, Patriarcharum omnium Dominatum & Principatum obtinet*. Canon ille Eccleſiaſticus ab antiquis Græcorum hiſtoricis valdè laudatur, qui vetat præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari; nec ob aliud magis Ariminenſe Concilium iuſſu Conſtantij Imperatoris cõuocatum, illegitimum & irritũ fuiſſe declaratũ eſt, quam quòd Epiſcopus Romanus ei minimè conſenſiſſet, cuius ſentẽtia præ cæteris omnibus expectanda erat: & Dioſcorus Alexandrinus Epiſcopus inter cætera ob hoc crimẽ loco ſuo in Chalcedonenſi Synodo motus eſt, quòd Synodum conuocare auſus eſſet, ſine authoritate ſedis Apoſtolicæ, *quod nunquam*, (ait, act. 1. illius Cõcilij Lucentius Epiſcopus) *licuit, nunquã factum eſt*. Cum controuerſia hæc. An Spiritus Sãctus Patri filiòque ſit conſubſtantialis, in dies magis creſceret, Epiſcopus Romanus de ea certior factus, ſcripſit ad Eccleſias Oriẽtis literas, vt vnà cũ Sacerdotibus, & Epiſcopis Occidentis Trinitatẽ, & conſubſtantialem eſſe, & gloria æqualem exiſtimarent. Quo facto, ſinguli rebus ab Eccleſia Romana ſemel iudicatis acquieuerunt, hæcq; cõtrouerſia finem habere viſa eſt. Quid igitur eſt Græcam Eccleſiam, & Orientales, Pontificis Romani authoritati occlamare, quàm ſacrorũ Conciliorum authoritati, & toti antiquitati repugnare velle? Immò, & Imperatores omnes Orientis Catholici, Romani Pontificis authoritatem, & præeminentiam agnouerunt. Cum Ioannes Pontifex Romanus Conſtantinopolim perrexiſſet ad Iuſtinum Imperatorem, occurrerunt ei à milliario duodecimo omnis ciuitas cum cereis, & crucibus, in honorem Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quia veteres Græcorum hoc teſtificabãtur, dicentes à tempore Conſtantini, & à Beato Sylueſtro ſedis Apoſtolicæ Epiſcopo, vſque ad Iuſtini tempora non meruiſſe partes Græciarum, vicarium Beati Petri Apoſtoli ſuſcepiſſe cum gaudio & lætitia. Tunc Iuſtinus Auguſtus dans honorem Deo, humiliauit ſe pronus in terram, & adorauit B. Iohannem Papã. Iuſtinianus cod. de ſum. trinit. cap. inter Claras. *Romanam ſedem eſſe omniũ verè Eccleſiarum caput, & patrum regulæ, & principum*, inquit, *ſtatuta declarant*. In omnibus Concilijs eo celebratis, vt in vnionem redirent Græci cum Latinis, ipſi Græci poſt multas diſputationes errorem ſuum agnouerunt, & in eandem ſententiam cum Latinis de Primatu Romani Põtificis, & Romanæ Eccleſiæ dignitate, ipſà veritate conuicti, venerunt, & quia toties ad vomitum redierunt, ideò non modò multis erroribus implicati ſunt, immò & libertatem cum Imperio amiſerunt, in Barbarorum poteſtatem venerunt, ac duriſsimæ ſeruituti mancipati ſunt. Quòd ſi Græci Schiſmatici occlamarunt, non magis nos eorum, quam Lutheranorum, aut Caluiniſtarum remo-

Lib. 3. c. 7. lib. 2. c. 11.

Niceph. lib. 9. c. 8. Sozom. lib. 2. c. 11. Socrates li. 3. c. 7.

Hieronim. epiſt. 16. ad Principiã, & Socrates lib. 4. c. 30.

Lib. 9. indic. 2. epiſt. 64.

Socrates lib. 2. c. 13. Sozom. lib. 3. c. 9.

Theodoretus lib. 2. c. 22.

Sozom. lib. 6. c. 22.

Digitized by Google

remoratur authoritas, neque enim an occlama-
rint, ſed an iure, vel iniuria, conſiderandum eſt.

Nec defuerunt apud ipſammet canes fidi, qui & gliſcenti, & parietem fodienti, & perrumpenti, dum licuit, etiam vitæ periculo oblatrarent.

QVòd ſi in vitia, & mores hominum ob-
latrarunt aliquandò, at non primatum
Petri, vel in doctrinam Sanctæ Roma-
næ Eccleſiæ, quæ ex perſonis probanda non eſt;
nam alioqui in verbum Chriſti, & inſtitutionem
diuinam (quod iſti faciunt) oblatraſſent. Iſti ve-
rò ſunt de quibus D. Iohannes *foris canes, & vene-*
Apocal. 22 *fici, & impudici, & homicidæ, & Idolis ſeruientes et*
omnis qui amat, & facit mendacium, qui oblatrare,
atque obſtrepere veritati ipſi nunquam ceſſant.
Quòd ſi fidi illi canes adeò oblatrarunt; miror
certè qui fieri potuit, vt hoſtis Chriſti ſicut Pon-
tificem iſti appellant, potuerit Arcem Capitoli-
nam tamdiu occupare, Chriſtiano Orbi iam tot
ſæculis imponere. Anno ab V. C. 365. Gallis
Liuius li. 5 Capitolium occupare conantibus, parùm abfuit
quin eo potirentur, cum tanto ſilentio in ſummũ
euaſiſſent, vt non cuſtodes ſolum fallerent, ſed ne
canes quidem, ſolicitum animal, ad nocturnos
ſtrepitus excitarent; at iſti canes fidi gliſcenti,
parietem fodienti hoſti etiam vitæ periculo obla
trarunt, qui fieri igitur potuit, vt hoſtis ruinam
panderet, inuaderet, ad ſummum niteretur, An-
tichriſtus loco Chriſti, mendacium loco verita-
tis obtineret? tum clangore anſerum alarumque
crepitu, Romanis excitatis, ſeruatum Capitoliũ;
non potuerunt igitur fidi iſti canes ſuis latratibus
efficere, ne Romana Eccleſia, adeòque Catholi-
ca toto orbe terrarum diffuſa, quæ cum Pontifice
Romano communicabat, cuius longè maiorem
curam, quam arcis Capitolinæ Chriſtum gerere
putauimus, in poteſtatem Antichriſti veniret? hoc
2. reg. 4. certè myſterium eſt, quod nos minimè capimus.
Olim in Iſrael ſic loquebatur vnuſquiſque vadens
conſulere Deum. *Venite, eamus ad videntem*, ſed
1. Reg. 4. quis iſte nunc videns, niſi magnus Mornæus? vt
potè quem, vel ſuprà hominum ingenium erudi-
tio, nec non in tot tamque magnis, & arduis per-
ſpecta virtus, ait ille, extra communem doctio-
rum quorumcumque famam euexerunt: non alius
igitur nobis ad tantam myſteriorum difficulta-
tem explicandam conſulendus.

Donec tandem colludente Clero Romano, compos factus omnia pro libidine agens, ferens.

QVin & colludente toto Chriſtiano Orbe,
Imperatoribus, Regibus, Principibus,
ac Populis, Cum tantæ molis olim fue-
rit Romanam condere gentem, ſed longè diffi-
cilius negotium, Euangelicam legem orbi pro-
mulgare, Romanos Imperatores, Senatum atque
populum & Barbaras nationes ad fidem Chriſti
conuertere; longè maximum certè miraculum,
quòd pontifex, colludente Clero Romano, in tẽ-
poris momento potuerit antiquam illam Eccle-
ſiam ſponſæ Chriſti non minimam partem euer-
tere, reliquas ſimul in eandem perditionem,
quemadmodum Draco ille in cœlo tertiam par-
tem ſtellarum, trahere, tam ſubitæ mutationi cõ-
ſenſerint Principes, atque totus orbis terrarum,
Eccleſiæ Orientis, atque Occidentis, quæ Ro-
manum Pontificem, vt antiquitùs, primæ ſedis
Epiſcopum & Principem Sacerdotum agnoue-
runt, à libertate priſtina exciderit Eccleſia Ro-
mana cum omnibus Eccleſijs, quæ in illius com-
munione hucuſq. perſtiterint, & tamdiu in cap-
tiuitate iſta detineantur, Chriſtus non occurrat
Eccleſiæ ſuæ miſerijs, Antichriſtum illum non
tollat: certè captiuitas antiqui illius populi per
ſeptuaginta dumtaxat annos durauit, deinde re-
ſtituti ſuis ſedibus, reædificata ciuitas, inſtaura-
tum templum, quomodò igitur ſinit tamdiu ſub
Antichriſto captiuum detineri populum Chriſtia
num, lauacro aquæ in verbo vitæ regeneratum,
lotum in ſanguine ſuo, ac ſanctiſsimum illius no-
men profeſſum? Quis verò primus ille Pontifex,
qui colludente clero Romano, compos factus om
nia pro libidine egerit, tulerit? &c. fortaſſe iudi-
cio Mornæi, ille alter Piſiſtratus, qui dicendo tã-
tum valuerit, vt ei Regium quoddam Imperium,
aut magis Tyrannidem Romana Eccleſia, immò
Eccleſiæ omnes permiſerint, & licet Solon ciuis
patriæ amãtiſsimus ex contraria parte niteretur,
hoc eſt, fidi illi canes, & gliſcenti, & parietem
fodienti, & perrumpenti oblatrarint, cum tamen
diſertiores eſſent illius conciones, iſtorum ſalu-
briores, Eccleſia Romana cum cæteris, vt olim
ciuitas Athenienſium libertati ſeruitutem prætu-
lerit. Facilè mihi perſuadeo non aliud Mornæũ
intellexiſſe, at tyrannidem illam non diutius paſ-
ſa eſt Athenienſium ciuitas, acti in exilium Piſi-
ſtratidæ, ciues priſtinæ libertati reſtituti. quo-
modò igitur tamdiu non Eccleſia Romana tan-
tùm, ſed & Chriſtianus orbis paſſus eſt ſibi à Põ-
tifice imponi, iugum ſeruitutis non excuſsit, de
libertate recuperanda nihil cogitauit? hoc cer-
tè mihi mirum videtur.

Domum Domini, & Augiæ ſimul ſtabulum, & Caci ſpeluncam fecit.

HErcules iſte certè deſiderabatur qui Au-
giæ ſtabulum repurgaret; quod ſtrenuè
cum Symmiſtis ſuis præſtitit: tot ſacras
ædes Deo conſecratas euertens; non aliter quam
pſeudo prophetæ Baal altaria, ne auitæ Religio-
nis monumenta aliqua ſupereſſent: deſtiuens
Chriſtiana Sacramenta, vt Eccleſiam reforma-
tam & puriorem inſtituerent, abdicans, ſanctiſ-
ſimum Chriſti corpus pedibus conculcans, Sa-
cerdotes Domini quotquot occurrebant, hoſti-
liter perſequens atque interficiens, in Chriſtia-
niſsimorum Regum, & Regni procerum digni-
tatem conſpirans, omnia miſcens, faſque nefaſ-
que confundens, & nunc non ad arma Turcis in-
feren-

ferenda, vel ad dignitatem Chriſtiani Imperij aſſerendam Principes concitans, ſed ad Chriſtianum Orbem cædibus atque incendio complendum Sereniſsimum magnæ Britanniæ Regem, pacis inter Chriſtianos fouendæ cupidiſsimum, inuitans. Hæc Augiæ ſtabuli repurgatio, hic tanto Hercule dignus labor.

ὃς Αὐγείω πόλλην κόπρον ἐξεκάθηρεν. Vt exclamare iam liceat Iupiter, num hunc nobis Herculem alterum genuiſti?

Caci (inquit) *ſpeluncam.*

SCilicet Romæ, & in Latio Pontifex omnia cædibus, & latrocinijs vaſtat, nouus Hercules Mornæus iam neceſſarius eſt, qui Cacum ſtranguler. Quis ferre poſsit iſtius non ſemihominis, ſed horrendi monſtri in ſanctam Eccleſiã Romanam & Pontificem omnium Chriſtianorũ Paſtorem & patrem, horrendas blaſphemias, nõ verbis, aut argumentis, ita me Deus amet, ſed fuſtibus & armis à Chriſtianis omnibus ad quos tanta iniuria redit, inſectandas ac vindicandas?

Pios penè omnes, pietatem ferè vniuerſam miſerè oppreſſit.

QVemadmodum enim Caliſtus Papa ad Benedictum Epiſcopum ſcribebat, & Syxtus 2. ad Gratum Epiſcopum, fides Eccleſiæ Romanæ omnes hæreſes deſtruxit, & cum omnes hæreſes in Eccleſiam Romanam, & Petri primatum ſeſe armauerint, è medio ſunt ſublatæ, illa de omnibus ſuis hoſtibus mirabiliter triumphante: hoc ſcilicet eſt pios omnes, pietatem ferè vniuerſam oppreſsiſſe? non enim alia teſſera eſt pietatis Mornæo aut piorũ nota, quàm Pontifici Romano hoſtem eſſe infeſtiſsimum, & omnes ſuos conatus eò referre, vt Pontificis Romani Primatus, ac dignitas è medio tollatur; in eo rei cardo vertitur, non ſigno alio pius ab impio diſcernitur, non aliundè pietatis definitio petenda. *Pÿ apud Mornæum quinam ſint.* Pij Albigenſes, VViclefiſtæ, Lutherani, Caluiniſtæ, Huſsitæ, Anabaptiſtæ: neque enim quos Põtificios vocant, toto orbe diſperſos vtriuſque hemiſphærij incolas perſequitur Pontifex, neque quam fidem profitentur, cuius primarius eſt aſſertor, & vindex, cuius profeſſores filiorum loco habet, ad quam redeuntes non ſecùs, ac Pater ille filium prodigum libenter excipit. Conſtat igitur quos pios, & quam pietatem Mornæus intelligat.

Exinde tamen compreſſos bonorum gemitus, paſſim erumpere videas.

NImirum iſti perduelles Diuinæ & humanæ Maieſtatis rei, vbi omnia quantum in illis fuit, ferro & cædibus compleuerunt, atque opulentiſsimis prouincijs interitum adferre enixi ſunt, nec ipſi patriæ pepercerunt, hoſtes demùm meritò iudicati, quod amplius ſæuire non poſsint, gemere incipiunt. Quod ſi pij iſti, ac boni, animo repeterent quot turbas excitarint, in quæ pericula Chriſtianum Orbem coniecerint, quot crudeliſsimas cædes perpetrarint, quam fœdè, & ſacrilegè ſacramenta diuina conculcarint, res ſacras profanarint; aut certè cum immaniſsimis feris crudelitate comparandi eſſent, aut tot miſeriæ quibus cauſam dederunt, lachrymas illis excuterent; non ſecùs ac Baſsianũ Imperatorem, ferunt, quoties aut mentio fieret, aut imagines videret Getæ fratris, quem occiderat, lachrymari ſolitum. Narrat Athanaſius in vita Sancti Antonij Deum illi per viſionem reuelaſſe, quæ mala ab Arriana hæreſi impenderẽt; *D. Athan. in Vit. S. Antonij.* ob quæ cum gemeret, à diſcipulis quæ eſſet cauſa luctus, interrogatus, *magnum quiddam,* reſpondit, *& vniuerſis ſæculis inauditum imminet nefas, & magno fides Catholica turbine ſubuertetur, & homines iumentis ſimiles Chriſti ſacramenta deijcient. Vidi enim Altare Domini multorum circumdatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia diſſipabant, hæc eſt cauſa gemituum meorum, quos audiſtis:* & facta eſt vox Domini dicens. *Abominabitur Altare meum: nec mora viſionem ſequitur effectus, nam poſt annos duos, ſæua Arrianorum irrupit inſania, tunc Eccleſiarum fuerunt rapinæ, tunc diuinorum temeratio vaſorũ poſt; proh ſcelus, horret animus replicare quæ geſta ſunt; Virginum Matronarùmque ereptus pudor, ſanguis ouium Chriſti, in Chriſti templo effuſus veneranda reſperſit altaria: Baptiſterium pro voluntate Gentilium pollutum eſt; nihil defuit, viſionis veritatem monſtrat effectus, quod calcitrantium mulorum indiſciplinatio Arrianorum eſſet impietas.* Eadem Nicephorus lib. 9. cap. 33. & 34. Socrates lib. 2. cap. 34. & ſequent. Sozomenus lib. 4. cap. 9. 10. & 11. An non Spiritus Arrij, & furor ille Arrianorum in Mornæo, & illius Symmiſtis reuixiſſe videtur? an non eadem mala Galliæ, & alijs Regnis à modernis hæreticis illata, quæ tunc temporis ab Arrianis impendere, Deo reuelante, cognouerat S. Antonius? *Arrianorũ furor innouatoribus reuixit.* Aegyptij Epiſcopi epiſt. ad Marcum Papam pro accipiendis Niceni Concilij decretis. *In tantum,* inquit, *Arriani noſtra vaſtauerunt, vt nec libros, nec veſtimenta Eccleſiaſtica, aliàque ornamenta, atque vtenſilia nobis dimitterent, libros vero noſtros vſque ad minimum incendentes, nec Iota relinquentes, propter veritatis fidem etiam Nicænam Synodum (quà modò clerus & populus imbuebantur, & maximè iam imbuti erant) in contumeliam noſtram & omnium Chriſtianorum incenderunt.* Idem conqueruntur factum, & Patres Concilij Sardicenſis epiſtola miſſa ad omnes Epiſcopos ſub eodem tempore, & Baſilius magnus orat. in Gordium martyrem. *Domus orationis profanorum manibus vaſtabantur, aræ ſanctiſſimæ euertebantur, nec erat oblatio vlla, nec tymiama, diuinæ rei nullus erat iam locus amplius relictus, cuncta mœror ingens velut diffuſa caligo occupabat, Sacerdotum Collegia fugabantur, ſacer omnis conuentus cladem inſolitam expaueſcebat, Dæmones verò tripudiabant, & ardore, ac ſanguine victimarum infecta cuncta dabant.* Eadem deſcribit patrata facinora Chryſoſt. orat. in Iuuentium, & Maximum Martyres; altaria ſubuerſa,

Tom. 6. c8 uerſa, clauſas Eccleſias; ſacerdotes fugatos, fideles omnes in exilium actos. Legi poteſt, & Gregorius Nazianzenus, orat. 23. in laudem Heronis, & orat. 25. de Arrianis, & de ſeipſo. Conferantur illa tempora cum noſtris, an non eadem prorſus rediiſſe videntur, & Arriani in Mornæo, ac ſuis Gregalibus reuixiſſe: nonne iſti ſacerdotibus Domini, ſacroſanctis Eccleſijs, ſanctiſsimis altaribus, ſacroſanctæ Euchariſtiæ, quã Angeli ipſi tremebundi adorant, irreconciliabile bellum indixerunt? An non Donatiſtarum ſimiles, quos ita alloquebatur Optatus ille Mileuitanus? *Quid eſt tam ſacrilegum, quam altaria Dei, in quibus, & vos aliquando obtuliſtis, frangere, radere, remouere, in quibus vota populi, & membra Christi portata ſunt, quo Deus omnipotens inuocatus ſit, quo poſtulatus deſcendit Spiritus ſanctus, vndè à multis pignus ſalutis æternæ, & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt?* Poſt. *Quid eſt altare niſi ſedes corporis, & ſanguinis Christi? Quid vobis fecerat Deus qui illic inuocari conſueuerat? Quid vos offenderat Chriſtus, cuius illic per certa momenta, corpus, & ſanguis habitat? Ergò, & fregiſſe vos, & raſiſſe conſtat altaria. Quid eſt quod in hac re veſter quaſi languere viſus eſt furor? Videmus enim vos poſtea mutaſſe conſilium & altaria à vobis iam non frangi, ſed radi tantummodo, aut remoueri: ſi hoc ſufficiebat, illa quæ prius facta ſunt, ex his iudicatis, quia minimè debuerunt fieri à vobis. Hoc tamen immane facinus geminatum eſt, dum fregiſtis etiam Calices Chriſti corporis portatores, quorum ſpecies reuocaſtis in maſſas, mercedem nefarijs nundinis prouocantes, ad quam nec emptores eligere voluiſtis ſacrilegi, dum inconſideratè vendidiſtis.* Pòſt. *Emerunt forſan in vſus ſuos ſordidæ mulieres, emerunt pagani, facturi vaſa, in quibus incenderent Idolis ſuis, O ſcelus nefarium; ò facinus inauditum, Auferre Deo, quod Idolis præſtes, ſubducere Chriſto, quod proficiat ſacrilegio.* Atque hæc quidem fuſiùs, vt quàm mirificè conſpirent boni iſti, quorum compreſſos gemitus paſsim erumpere videas, cum antiquis illis hæreticis, faciliùs intelligas. An non enim & ſacrilegia Donatiſtarum æmulati ſunt egregiè in pleriſque Europæ prouincijs Eccleſiæ iſtius reformatæ, ac purioris primi authores, magni iſtius Mornæi Symmiſtæ? Si reformata hæc Eccleſia, & Arrianorum vtique erat Eccleſia reformata, & Donaſtitæ meritò ſibi nomen Eccleſiæ vindicabant; hæretici illi Patres, qui ſeſe ſtrenuè Arrianis & Donatiſtis oppoſuerunt; hæretica illa Concilia, quibus Arriani, quibus Donatiſtæ toties proſcripti ac condemnati, ita & nunc hæretici Pontifices, Epiſcopi, Diuinarum literarum, ac ſacræ Theologiæ profeſſores, qui ſeſe Lutheri, Caluini, Mornæi, nefandis ac ſacrilegis dogmatibus oppoſuerunt.

lib. 3. c. Parmenianum.

Inter hæc, mulieris, à Dracone fugientis, columbæ noſtræ, purioris Eccleſiæ, querulos accentus audias.

IN manifeſtiſsimis ſcripturarum teſtimonijs Eccleſiam toto Orbe diffuſam iſti non vidět, vt ex obſcuro ſcripturæ teſtimonio ſuam confingant. An verò ſi mulier illa à Dracone fugiens Eccleſia Chriſti eſt, ideò Eccleſia, quam nobis fingit Mornæus, venit intelligenda? An non & noſtra Eccleſia rectè intelligitur, quæ nonnunquam ob ſæuas perſecutiones in aliquot locis latitare cogitur, & ſub finem ſæculi regnante Antichriſto grauiſsimam paſſura eſt perſecutionem, vt ſolitudines, & latibula ſit quæſitura? Columbæ etiam nomine Eccleſiam in Canticis Canticorum ſignificari non diffitemur, & certè Patres, & ſcripturæ illius interpretes ſub nomine ſponſæ, quæ columba dicitur, Eccleſiam volunt intelligi, quibus tamen hæc purior, & reformata Eccleſia nunquam innotuit, atque ſi notas illas ſpectemus vnde veram Chriſti Eccleſiam dignoſci voluerint, nulla planè eſt, quæ in iſtam puriorem, quam vocant, quadret penitùs: Verùm quemadmodùm Hebræi fingunt habere ſe quoddam in Aethiopia imperium, aut intra Montes Caſpios, quod tamen omninò commentitium eſt, ne ſibi videantur eſſe ſine Regno, & quod conſequens eſt, ne Prophetias de Regno Dauidis æterno ad Spirituale Chriſti Regnum referre cogantur, ita neceſſe habent iſti perfidi magis quàm Iudæi, ne veram eam eſſe, & vnicam Chriſti Eccleſiam fateri cogantur, quæ toto terrarum Orbe diffuſa eſt, & ſi conuincantur manifeſtiſsimis ſcripturæ teſtimonijs, fingere ſine vllo fundamento puriorem quandam, & reformatam Eccleſiam.

quo inſtituto Nouatores, fingant ſuam reformatã eccleſiam.

Veſtigia nonnunquam auolantis, licet à perſecutorum facie, agnoſcas.

SCilicet ruinæ ſacrarum ædium, profanationes ſacrorum locorum, euerſiones altarium, conculcatio ſacramentorum, pluribus locis ablatio iugis ſacrificij, purioris illius, reformatæ eccleſiæ ſunt veſtigia, & quod de perſecutione conqueritur, quam paſſa eſt iſta reformata eccleſia, occurrit hoc loco, quod aliquandò Parmeniano de iniuſto ſuorum ſupplicio expoſtulanti reſpondit Auguſtinus. *Quid non iſti,* inquit, *iuſtè patiuntur, & meritò criminum, & ordine poteſtatum? priùs enim probent ſe non eſſe hæreticos, vel ſchiſmaticos, tum demum de indignis pœnis ſuis liberam emittant vocem, tum demum ſeſe audeant, cum mali aliquid patiuntur, nouitatis martyres dicere.* Hoc idem certè, & aduerſus querulas, atque inanes voces iſtorum reformatorum licet vſurpare, qui cum totius Chriſtiani Orbis authoritate majeſtatis diuinæ, atque humanæ rei manifeſtiſsimè conuincantur, audent tamen ſe iniuſtè à perſequentium turba inarari, proſcindi, ſemiobrui, ſubinde vociferari.

lib. 1. cont. epiſt. Parmeniani cap. 7.

Hos inter Salmonea Paparum tonitrua ægrè exaudiendos, & crepitantibus vndique flammis interceptos, & tanquam in Phalaridis tauro, in Monachorum ſcriptis, in aduerſariorum ore (ne piorum ſupplicijs ingemiſcas) in mugitum verſos.

Matth. 16. SCilicet excommunicationes latæ in hæreticos, & ſchiſmaticos pro poteſtate Petro & ſucceſſoribus tradita, Salmonea ſunt tonitru a: à Chriſto ipſi Petro dictum eſt: *Tibi dabo cla nes Regni Cælorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cælis*. An verò hanc ligandi poteſtatem dumtaxat Petro, & non etiam illius ſucceſſoribus quamdiu duratura erat Eccleſia, commiſſam dicemus? Fulmen cæleſte eſt, & non imitatio quædam illius fabuloſa Pontificis in perduelles ſacræ Religionis excommunicatio; nec verò deridenda, aut contemnenda tanquam Salmoneum quoddam tonitru, *ſup. epiſt. ad hebr.* 2. part. decret. Cauſ. 11. queſt. 3. Capit. Nemo citantur verba Chryſoſtomi: *Nemo contemnat Eccleſiaſtica vincula, non enim homo eſt qui ligat: ſed Chriſtus, qui hanc poteſtatem dedit, & Dominos fecit* *Auguſt. de verbis Ap.* *homines tanti honoris*, & verba Diui Auguſtini. *Omnis Chriſtianus, qui à Sacerdotibus excommunicatur, Sathanæ traditur, quomodo? quia ſcilicet extra Eccleſiam Diabolus eſt, ſicut in Eccleſia Chriſtus, ac per hoc quaſi Diabolo traditur, qui ab Eccleſiaſtica communione remouetur, & nihil ſic debet formidare Chriſtianus, quàm ſeparari à corpore Chriſti, ſi enim ſeparatur à Corpore Chriſti, non eſt membrum eius, non vegetatur Spiritu eius. Quiſquis autem* (inquit Apoſtolus) *Spiritum Dei non habet, hic non eſt eius*. Non modo Pontifices, ſed & ſacra Concilia ſententiam Anathematis in Hæreticos pronunciarunt. Quod ſi hæreticus non eſt Mornæus, ſed temerè talis iudicatur, quid fruſtra de ſententia excommunicationis in omnes hæreticos lata, conqueritur? eadem Cauſa, & quæſt. C. temerarium. recitan- *Auguſt. de ſerm. Domini in monte.* tur verba D. Auguſtini. *temerarium iudicium plerùmque nihil nocet ei, de quo temerè iudicatur, ei autẽ qui temerè indicat, ipſa temeritas neceſſe eſt, vt noceat, &* C. Quid obeſt. *Quid obeſt*, inquit, *homini quod ex illa tabula vult eũ delere humana ignorantia, ſi de libro* *Idem ad Clerũ Hipponen.* *viuentium non deleat iniqua conſcientia?* neque enim nominatim vnquam aut in Mornæum, aut illius Symmiſtas ſententia lata excommunicationis. Si verò Mornæo Papa ipſe Iupiter eſt Capitolinus, quomodò ergo Salmoneus, qui flammas Iouis, & ſonitus imitetur Olympi? An non magis iſte iuxta Heſiodum Σαλμωνεὺς ἄδικος καὶ ὑπέρθυμος περὶ κῆρι. Plenus faſtu, ac neſcius æqui, qui præ nimia ſuperbia Iouem ipſum, ac illius fulmen contemnat, Pontificem vt traditas illi claues Regni cælorum, ac ligandi poteſtatem præ nimia arrogãtia deſpiciat, ſed vidit Virgilianus ille Aeneas *Aeneid. 6.* apud inferos *crudeles dantem Salmonea pœnas*, quæ ſcilicet & ſacrilegum iſtum cædem maneant. Monachorum ſcripta in ſe, & Miniſtros reformatæ ſuæ Eccleſiæ Phalaridis tauro comparat, in quem immiſſi damnati igneque ſubiecto bouis mugitum edebant: at certè niſi pia eſſet Mater Eccleſia, & Chriſtiani Principes, vt olim Reges Iſrael, clementes eſſent, aut iuxta criminum atrocitatẽ, & mala quæ per hæreſes in Rempublicam inuehuntur, pœnas de facinoroſis exigerent, iſti Chriſtianæ Reipublicæ parricidæ, in Phalaridis taurum potius inijciendi, quam Monachorum ſcriptis reuincendi eſſent, quorum tamen in ſcribendo, ac iſtos confutando animus à Phalaridis atrocitate tantùm diſtat, quantùm à ſanguinario hoſte vitæ crudeliter inhiante, medicus qui ægrotum ſanare velit.

Rogas tu igitur, tot retrò ſeculis, vbinam Eccleſia noſtra? vbi paſcat, vbi cubare faciat in meridie?

QVAE ſit reformata hæc Eccleſia, & vnde prodierit, ex quo mari emerſerit, ex *origo reformatorum Euangelicorũ quæſita.* qua terra germinarit, meritò quærimus, ex quibus præterea hominibus cõſtata: nec enim Eccleſiæ nomine intelligendum quid imaginarium, velut Reſpublica quædam Platonis, quæ magis animo concipiatur, quàm in rerum natura exiſtat: aut quoddam ens rationis fabricatum ab intellectu: neq enim Chriſtus Dominus deſcẽdit in terras, aut *Verbũ caro factum eſt*, vt fabricaret entia rationis. intelligenda igitur collectio hominum ſub vno eodemque Paſtore ex toto orbe congregatorum, vt ſit vnum Ouile, & vnus Paſtor, in vnam, & eandem fidei doctrinam conſpirantium, ijſdem præterea ſacramentis initiatorum, ac ſanctificatorum. Si verò detur reformata iſta & purior Eccleſia, ex hominibus reformatis & purioribus certè conſtabit, ſed apoſtatis ab eccleſia, quam Catholicam, Apoſtolicam, Romanam, dicimus. An verò Chriſtus quemadmodum repudiata olim Synagoga, & reprobatis Iudæis, Eccleſiam in terris ex omnibus gentibus, prout eloquia prophetarum futurum præſignificabant, ædificauit: ita nunc reprobata veteri, quæ Pontificem Romanum Paſtorem vniuerſalẽ agnouit, & ex varijs chariſmatibus, vt Epiſcopis, Sacerdotibus, & Diaconis conſtabat, ac repudiato orbe terrarum nouam ſuperinduxerit ex Mornæo, & illius Symmiſtis conflatam? An decepti Prophetæ, Apoſtoli, Sacroſancta Concilia, tot Paſtores, & Doctores eccleſiæ, quibus ſemper perſuaſum ſit eccleſiam Chriſti conſpicuam & illuſtrem fore toto orbe terrarum, nullis locis, aut temporibus circumſcribendam, æternum fore illius Regnum, Portas inferi non præualituras aduerſus eam, ſuper Petrum ædificatam, nec fore alterum illius ſtatum ab eo quem ab initio ordinauit Chriſtus? aut certè duplicem Eccleſiam ſtatuant, neceſſe eſt; veterem quidem, ſed in quã irrepſerint multi errores & vitia, & quæ non modo ex iuſtis, ſed ex peccatoribus conſtet, alteram verò reformatam, & puriorem, quæ ſit ſine macula, & ruga, ac conſtet dumtaxat ex hominibus

bus iuſtis, & prædeſtinatis, & quidem non communi cum cæteris,ſed eximia quadam prædeſtinatione, vt illis etiam certò de illa conſtet: vt quemadmodùm varia ſunt Religioſorum in Eccleſia inſtituta, vt alij laxiorem, alij ſtrictiorem viuendi rationem ſequantur: ita de Eccleſia ſit ſentiendum: cum tamen Chriſtus dicat, vnum fore ouile, & vnum Paſtorem,vocet eam Regnũ cælorum: quòd ſimile ſit decem Virginibus, quinque prudentibus, & quinque fatuis: eam comparet ſagenæ miſſæ in mare ex omni genere piſcium congreganti: eam magnam domum vocet Apoſtolus, in qua ſunt vaſa aurea & argentea, lignea, & fictilia; quæ certè loca Eccleſiæ reformatæ,& puriori ex hominibus dumtaxat iuſtis, & electis conſtatæ, accommodari non poſſunt, ſed rectè noſtræ, noſtra igitur, non illorum Chriſti eſt Eccleſia. Vocat eam Chriſtus vnicam dilectam ſuam, vnicam columbam ſuam. Vnde rectè Cyprianus epiſt. ad Magnum. *Eccleſia*, inquit, *vna eſt*, vt cantic. 4. & 6. demonſtratur, *quæ vna, & intùs eſſe, & foris non poteſt. Si enim apud Nouatianum eſt, apud Cornelium non fuit: Si verò apud Corneliũ fuit, & qui Epiſcopo Fabiano legitima ordinatione ſucceſſit, & quem, præter Sacerdotij honorem Martyrio quoque Dominus glorificauit, Nouatianus in Eccleſia non eſt: nec Epiſcopus computari poteſt, qui Euangelica, & Apoſtolica traditione contempta,nemini ſuccedens, à ſeipſo ortus eſt. Habere namque, aut tenere Eccleſiam nullo modo poteſt,qui ordinatus in Eccleſia non eſt*,& lib.2.epiſt.21. ad Cornelium.*Hoc vel maximè, Frater,& laboramus, & laborare debemus, vt vnitatem à Domino, & per Apoſtolos nobis ſucceſſoribus traditam, quantum poſſumus obtinere curemus: & quod in nobis eſt,palabundas, & errantes oues, quas,quorundam peruicax factio,& hæretica tentatio à Matre ſecernit, in Eccleſiam colligamus, illis ſolis foris remanentibus, qui in obſtinatione ſua, vel furore perſeuerarunt, & ad nos redire noluerunt, diſcretionis, & ſeparationis à ſe ſactæ,& Eccleſiæ derelictę ipſi rationem domino reddituri*. Ex quibus Cypriani locis conſtat, ſi apud Mornæi Symmiſtas eſt Chriſti Eccleſia, quam reformatam, & puriorem appellant, minimè apud nos eſſe, neque maiores noſtros, quibus in eadem fidei doctrina ſuccedimus, Eccleſiæ Chriſti mẽbra fuiſſe. Verùm ſi quæ credita eſt ab omnibus Chriſtianis ſuperioribus ſeculis Chriſti Eccleſia, conſpicua illa, & celebris toto orbe, non erat tamẽ, ſed communis error, omnes,qui Chriſtianum nomen profitebantur, occupauit, vt putantes ſe in luce ambulare, palparẽt in tenebris. Apud quos quæſo, erat Chriſti Eccleſia aut vbi nam tot retrò ſeculis illa reformata? quæ certè non aliter intelligi, aut definiri poteſt, quàm per apoſtaſiam, & defectionem ab Eccleſia Romana. Vndè conſtat nos Cypriani Epiſcopi, & Martyris Sanctiſsimi conſilium ſequi, qui in ea Eccleſia perſiſtamus,quam noſtri maiores vnicam Chriſti Eccleſiam agnouerunt, & cum qua, de ſuo titulo, & poſſeſsione reformata iſta & purior Eccleſia contendit. Mornæum verò, & reliquos huiuſce temporis ſectarios notat Cyprianus, qui in obſtinatione ſua & furore perſeuerent,& ad nos redire nolunt, ideòque ſeparationis à ſe ſe factæ & Eccleſiæ derelictæ, rationem ſint reddituri.

Ioan.10. Matth.25. Matth.13. 2.Thim.2.

Epiſtola LXXV de Nouatiano Hæretico.

Audi ſodes, dicitur à Ioanne Euangeliſta mulier illa Eccleſia à facie Draconis in eremum, in ſolitudinem fugiſſe, vbi locus ei à Deo paratus, in quo paſceretur diebus mille ducentis ſexaginta, Propheticis nempe definito ſpatio, nec eo quidem breui.

QVemadmodum refert Ioſephus, Onias Oniæ Pontificis filius, qui profugus Alexandriæ degebat apud Ptolomæum Philometorem, videns Iudæam vaſtatam à Macedonibus, eorumque regibus,& ſibi æternam memoriam parare volens, decreuit à Rege Ptolomæo, & Regina Cleopatra per literas petere, vt ſibi liceret in Aegypto inſtar illius Hieroſolimitani templum ædificare, & in eo Leuitas & Sacerdotes ex ſuo genere conſtituere. Hoc autem conſilium cepit, fretus maximè Prophetæ Iſaiæ vaticinio, qui ante 600. amplius annos prænunciauerat fore, vt templum aliquandò Deo Maximo ædificaretur in Aegypto, idque hominis Iudæi opera, nam Iſaias vates prædixit, quòd erit Domino Deo ſacrarium in Aegypto. Certè Onias in prauum ſenſum detorquebat Iſaiæ locum,cùm expreſsiſsimè Deus per Moyſem præcepiſſet ne alibi quàm in loco, quem elegiſſet, liceret templum ædificare, ſacrificia offerre aut immolare, & longè alius erat ſenſus Prophetæ, quemadmodùm interpretatur D. Auguſtinus lib. de vnit. Eccleſ. cap. 14. de Eccleſia Chriſti, quæ fuit in Aegypto in multis millibus ſeruorum Dei, qui per eremum ſancta ſocietate viuebant, perfectionẽ præcepti Euangelici ſtudentes tenere, de qua dictum eſt: *ſi vis perfectus eſſe, vade*, &c. Euſeb. lib. 1. de Demonſtrat. Euang. cap. 4. hoc teſtimonio vtitur contra Iudæos, quòd Moyſes altare Domino, & ſacrificia nuſquam terrarum, niſi in ſola Iudæa fieri cauerit, adeòque in vna ſola Iudææ vrbe, templo Hieroſolimitano hæc prophetia altare Domino futurum dicit in terra Aegypti, nõ ergò hoc futurum docet legiſlatione Moyſis, qua id ne fieret, cautum erat ſed legiſlatione Chriſti; tranſlato igitur ſacerdotio, neceſſe erat legis tranſlationem fieri, ſi eſt altare Domino in Aegypto & ſacrificant Aegyptij, ſunt Sacerdotes Aegyptij. noua igitur legiſlatio hæc eſt,& nouum Teſtamentum. Idem argumentum perſequitur & lib. 1. cap. 35. & lib. 6. cap. 20. & lib. 9. cap. 2. hoc oraculo vehementèr vrget Iudæos. Non diſſimili conſilio ab Onia illo Mornæus contra expreſsiſsima ſcripturarum teſtimonia, quibus vnica futura Eccleſia in gentibus conſpicua, & illuſtris prædicebatur, extra quam nemini ſacrificiũ, oratio, aut etiam ſacramenta ipſa prodeſſent ad ſalutem, in ſententiam longè alieniſsimum, locũ detorquet Apocalypſeos, vt ſuam nobis reformatam, & puriorem Eccleſiam obtrudat. D. Ioan-

Lib. 13. Antiquit. cap 6.

Iſaia.19.

Ioannes eo loci ex conſenſu omnium interpretũ magnitudinem, & ſæuitiam perſecutionum Antichriſti prænunciauit, quatũ timore magna pars fidelium ad deſerta confugiet, donec finiatur regnum Antichriſti, atque id exemplo primorum martyrum, quos ad deſerti latibula ſe recepiſſe, mortemque ad tempus euaſiſſe conſtat. Illud enim cornu, eſt præuiſum à Daniele cap. 7. *Quod faceret bellum aduerſus ſanctos, & prævaleret eis, donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit ſanctis excelſi, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt ſancti.* Et de illo cornu ſubiungit. *Sermones contra excelſum loquetur, & ſanctos altiſſimi conteret. Et putabit quod poſſit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius vſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis*, quæ ſignificata à Ioanne ibidem *per dies mille ducentos ſexaginta*, per quos ſignificantur tres anni cum dimidio, quibus regnaturus eſt Antichriſtus. Et hanc perſecutionem ſignificauit Chriſtus Matth. 24. *Erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vſque modo neque fiet.* quam
Apocalyp. 12. & propter electos dicit fore breuiandam. Cum ergò mulier illa à dracone in ſolitudinem fugiẽs trium tantùm annorum cum dimidio perſecutionem paſſura eſſet, quomodò per eam intelligi poteſt reformata, & purior Mornæi Eccleſia, quam tot iam ſeculis in deſerto latuiſſe volunt à Romano (vt aiunt) Antichriſto, ſaltem à tempore Bonifacij tertij perpetuò conculcatam, & oppreſſam? poterit itaque *mulier* illa fortaſsè ſtatum Eccleſiæ ſub Antichriſto illiusque grauiſsimam perſecutionem, ſed paucorum annorum ſpatio duraturam, ſignificare. Verùm tot iam ſeculis Eccleſiam quandam reformatam, & puriorem in deſerto latitantẽ nullo modo ſignificare poteſt, ſi quidem id ex diametro apertiſsimis & luculẽtis Chriſti verbis repugnat, qui nos præmonuit, ne Eccleſiam in deſerto quæreremus. *Si dixerint vobis. Ecce in deſerto eſt nolite exire, ecce in pe-*
Matth. 24. *netralibus, nolite credere*. Mornæus mille ducentos ſexaginta dies propheticos interpretatur, nempe definito ſpatio nec eo quidem breui; verùm nos definitum illud tempus à Ioanne ad litteram & hiſtoricè interpretamur; ſiquidem re ipſa venturus eſt Antichriſtus, perſecuturus ſanctos, & Regnum illius breui duraturum. An verò, quia prophetico ſpiritu à Ioanne id prædictum, ideò non ad literam, & hiſtoricè complendum? verum vt ampliùs iſtos vrgeam, quo quæſo Dei verbo nituntur, aut vnde nobis probant Eccleſiam ſuam
Apocal. 12 reformatam eſſe illam *mulierem*, quæ in Apocalypſi dicitur *fugere à Dracone in ſolitudinem*? nam & nos rectiùs & veriùs noſtram Eccleſiam interpretamur, quæ tam ſæuam perſecutionem, ſub finem mundi, paſſura ſit, ſub Antichriſto, vt ideò in deſerta, & ſolitudines ſe receptura ſit, & quæ in aliquibus etiam Chriſtiani orbis partibus hæretica peſte infectis tot tantasque perſecutiones patitur, vt latibulis ſubindè opus habeat. An quandò ſub Chriſtianis, & Catholicis Imperatoribus Eccleſia, per totum Romanum Imperium, maxima libertate fruebatur, ac hęreſes perſequebatur, apud Perſas verò, illic præualente Idololatria, perſecutionem patiebatur, hæreſis Arriana, vel alia quæuis erat Eccleſia Chriſti ſignificata per mulierem illam Apocalypſeos, quæ in deſertum ſeſe reciperet, & non magis Eccleſia Chriſti, toto orbe etiam apud Perſas diffuſa, ſed quæ illic lateret, & in ſolitudines præ nimia perſecutione recipere ſe cogeretur? quomodò verò Mornæus vult Eccleſiam ſuam ſignificari per *mulierem* illam, quæ in ſolitudinem ſe receperit, vt ibi paſcatur à Deo, cum non priùs auditum ſit, in Gallia, aut alibi locorum, nomen reformatæ iſtius Eccleſiæ, quam exercitus potentiſsimi educti in aciem, diruta templa Deo dicata, altaria deſtructa, conculcata ſacramenta, direptæ vrbes, interfecti Sacerdotes & Monachi, conſpiratum in regem, & regni perniciem? Hæccine Chriſti Eccleſia reformata illa, & purior, quam Ioannes in ſacra Apocalypſi ſub nomine mulieris à dracone in deſertũ fugientis ſignificare nobis voluerit?

Non igitur illa nobis in Papatu, in luce mundi, inter luxum illum, & faſtũ inuenienda, inueſtiganda.

SCilicet apud Aegyptios in tenebris, nõ apud poſteros Abrahæ, in clariſsima luce nobis illa inueſtiganda. An non verò apertè contradicit locus Apocalypſeos ipſi Mornæo, quem tamẽ pro ſua Eccleſia reformata citat? nam Ioannes ſignum illud magnum, quod apparuit in cœlo, nempe *mulierem* illam, per quam Eccleſia ſignificatur, dicit *amictam Sole, & lunam habere pedibus ſubiectam*. Euſeb. Emiſſ. conc. de Dominica 3. poſt Paſcha. *Ea mulier ne errem, Eccleſia eſt, quę Sole amicta eſſe idcircò dicitur, quòd ad videndum tam clara ſit, tantoque ſplendore fulgeat, vt lucis ſuę radios in omnes terrę partes, atque oras diffundat, vt nemo ſit qui eam videre nequeat, niſi vltrò oculos claudat mentis, & clara atque aperta in luce caligare velit?* longè certè aliud docent Patres, quàm Mornæus. Orig. homil. 30. in Matth. *Eccleſia*, inquit, *plena eſt fulgore ab Oriente, vſque ad Occidentem*. Cyprianus lib. de vnit. Eccleſiæ. *Eccleſia Domini luce perfuſa, radios ſuos per orbem terrarum porrigit*. Chryſoſt. in cap. 4. Iſaiæ. *Facilius eſt ſolem extingui, quàm Eccleſiam obſcurari*. Auguſt. tract. 2. in epiſt. Ioh. *Quid ampliùs dicturus ſum? quàm cęcos, qui tam magnum montem non vident, qui contra lucernam in candelabro poſitam oculos claudunt.* lib. 2. contra epiſt. Parmen. cap. 3. *Palpant in meridie quaſi in media nocte, quodquidem omnium hęreticorum eſt, qui rem maniſeſtiſſimam*, (de Eccleſia loquitur) *in lucem omnium gentium conſtitutam videre non poſſunt.* Quomodò verò eſt ciuitas illa ſuper montem poſita, quæ abſcondi non poteſt ſi non in luce mundi inuenienda & inueſtiganda? Quod Auguſt. lib. de vnit. Eccleſiæ cap. 14. & alibi de Eccleſia exponit. quomodò ergò Chriſtus *poſuit in ſole tabernaculum ſuum*, hoc eſt, in manifeſto Eccleſiam ſuã? Ita enim interpretatur idem epiſt. 166. ad Donatiſtas, hortans illos ad vnitatem Eccleſiæ. *In ſole*, inquit, *poſuit tabernaculum ſuum: ipſa eſt Eccleſia in ſole poſita, hoc eſt in manifeſtatione omnibus nota, vſque ad terminos terrę*, & tract. 2. in epiſt. Ioh. *In ſo-*

le

le poſuit tabernaculum ſuum, ideſt in manifeſto. Tabernaculum eius caro eius, tabernaculum eius, Eccleſia eius, in ſole poſita eſt, non in nocte, ſed in die, in Pſal. 18. *in ſole poſuit tabernaculum ſuum, ideſt in manifeſtatione poſuit Eccleſiam ſuam, non in occulto, non quæ lateat velut operta, ne fortè fiat ſicut operta ſuper greges hæreticorum, quid tu hæretice fugis in tenebras? Quid latitare conaris?* lib. 2. contra lit. Petiliani capit. 32. Cum datus eſt Spiritus Sanctus in die Pentecoſtes vt illi, quos impleuerat, linguis omnium loquerentur. *Omnes*, inquit, *gentes credituras, ac ſic in omnibus linguis futurum Euangelium illud tunc miraculum portendebat, quod & in Pſalmo tanto antè prædictum eſt. Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum. Hoc propter eos dictum, qui Spiritu S. accepto, linguis erāt omnibus credituri, locuturi. Sed quia id ipſum in omnibus gentibus, & linguis futurum Euangelium & corpus Chriſti per totum orbem terrarum linguis omnibus perſonaturum ſignificabat, ſecutus ait. In omnem terrā exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* *Hinc fit*, inquit, *vt Eccleſia vera neminem lateat. Vnde eſt illud, quod in Euangelio ipſe dicit, non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem conſtituta. Ideoquè in eodem Pſalmo connectitur. In ſole poſuit tabernaculum ſuum: id eſt in manifeſtatione ſicut in regum libris legimus dictum. Quod tu in occulto feciſti, patieris in ſole.* Atque ſæpius contra Donatiſtas oſtendit Eccleſiam ita prænunciatam in ſcripturis, vt per totum orbem diffundenda eſſet; ſiquidem in ſemine Abrahæ; quod eſt Chriſtus, benedicendæ erant omnes gentes, hoc eſt ad gratiam Euangelij vocandæ. Quorſùm uerò illa ſpectant: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & Conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ. Ab Oriente adducam ſemen tuum, & ab Occidente vocabo te. Dicam Aquiloni da, & Aſtro, noli prohibere, & Deus Iſrael Deus vniuerſæ terræ vocabitur*, & alia innumera eiuſmodi loca. Quomodò ergò poterat latere, nec inueniri in luce mundi? quomodo nō Eccleſia Chriſti ea, quæ in omnibus gentibus paſtorem ſupremum Pontificem Romanum agnoſcit, ut Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſorem, & Chriſti uicarium? Quomodò purior & reformata, quam fingit Mornæus, Chriſti erit Eccleſia prædicta, ac præmonſtrata à Prophetis, (quorum oracula omnia eò conſpirant, ut Chriſtum, & illius Eccleſiam agnoſcamus) cum ea nupera, illius nomen hactenus inauditum, & præterea ne exteris quidem uicinis nota ſit, nullis autem nota, ut non eo damnata? Quis neget D. Auguſtinum & Patres Antiquos nouiſſe, & nos docuiſſe, quæ eſſet uera Chriſti Eccleſia, & tamen neque ex auctoritate Patrum, neque ex ſcripturis Prophetarum, aut Apoſtolorum, quandoquidem uerbum Dei ſemper habent in ore, unquàm oſtendent hanc reformatam & puriorem, quam comminiſcuntur Eccleſiam, aliquid cum ea, quam ex ſcripturis Prophetarum, & Apoſtolorum ueram eſſe Chriſti Eccleſiam Patres agnouerunt, habere commercij? At D. Auguſtinus, & Patres (dicent) multa ignorarunt. Ita enim Caluinus in præfat. ſuæ inſtitut. ad Regem Galliæ. *Cum multa præclarè ac ſapienter ab illis Patribus ſcripta ſint, in quibuſdam tamen ijs accidiſſe, quod hominibus ſolet, hoc eſt, vt multa ignorarint, ac ſubindè ſcribendo errauerint, noſque eorum tantum lapſus & errores adorare.* Pòſt, *multa ignorarunt ſancti viri illi, ſæpè inter ſe confligantur, interdum etiam ſecum ipſi pugnant.* Ibidem, *ſic in eorum ſcriptis verſamur, vt ſemper meminerimus omnia noſtra eſſe, quæ nobis ſeruiant, non dominentur.* Vbi hominis arrogantiam atque impudentiam notare licet; quid enim hoc aliud eſt, quàm uelle pro libitu de doctrina patrum ſtatuere, eoſque ſibi non ſe illis accommodare? unde uerò niſi ex ſcripturis ſacris, ubi, & apud quos inuenienda, inueſtiganda eſſet Eccleſia Auguſtinus, & alij Patres docuerunt? *Non audiamus hæc dico, hæc dicis*, (ut ſcribit contra Donatiſtas diſputans) *ſunt certè libri Dominici quorum auctoritati vtriq. conſentimus, vtriq. credimus, vtriq. ſeruimus: ibi quæramus Eccleſiam, ibi diſcutiamus cauſam noſtram.* Pòſt. *Nolo humanis documentis, ſed diuinis oraculis ſanctam Eccleſiā demonſtrari; ſi enim Sanctæ ſcripturæ in Africa ſola deſignarunt Eccleſiam, & in paucis Romæ Rupitanis & montenſibus, & in domo, vel patrimonio vnius Hiſpanæ mulieris*, Lucillam intelligit, cuius opibus plurimum adiuta ſecta Donatiſtarum) *quicquid de Chartis alijs aliquid proferatur, non tenent Eccleſiam niſi Donatiſtæ, ſi in paucis Mauris Prouinciæ Cæſarienſis eam ſancta ſcriptura determinat: ad Rogatiſtas tranſeundū eſt: ſi in paucis Tripolitanis & Byzacenis, & Prouincialibus, Maximianiſtæ ad eam peruenerunt. Si in ſolis orientalibus, inter Arrianos, & Macedonianos, & Eunomianos, & ſi qui illic alij ſunt, requirenda eſt. quis autem poſſit ſingulas quaſque hæreſes numerare gentium ſingularum?* Ita ſi in ſolis Europæ aliquot partibus, certè apud Lutheranos, Caluiniſtas, Mornæi gregales, Zuinglianos, Anabaptiſtas, Huſſitas inuenienda, inueſtiganda erit, *ſi autem Chriſti Eccleſia* (ut ſubiungit Auguſtinus) *Canonicarum ſcripturarum diuinis, & certiſſimis teſtimonijs in omnibus gentibus deſignata eſt, quidquid attulerint, & vndecumque recitauerint, qui dicunt, ecce hic Chriſtus, ecce illic, audiamus potiùs, ſi oues eius ſumus, vocem paſtoris noſtri dicentis, nolite credere. Illæ quippe ſingulæ in multis gentibus, vbi iſta eſt, non inueniuntur: hæc autem quæ vbique eſt, etiam vbi illæ ſunt, inuenitur. Ergò in ſcripturis ſanctis Canonicis eam requiramus.* Quæ ſi expendantur; an apud nos, an uerò apud Mornæum, & ſuos Eccleſia Chriſti inuenienda, inueſtiganda, facilè conſtabit; ſi quidem noſtra Catholica, toto terrarum orbe diffuſa in luce mundi conſpicua, prout oraculis Prophetarum futura prænunciata erat. In qua uerò Eccleſia erat Auguſtinus? an in parte Donati, uel Pelagij, uel Arrij, aut ſi quæ aliæ tum temporis uigebant hæreſes? an uerò in ea Eccleſia, quę toto orbe terrarum diffuſa, cum Pontifice Romano communicabat, in qua erat conſenſus populorum atque gentium: & à ſede Petri uſque ad Anaſtaſium tum Romanum Pōtificem continua ſucceſsio Sacerdotum? An nō ſi nunc uideret Auguſtinus, Eccleſiam iſtam reformatam, & puriorem eodem loco haberet, quo tunc Donatiſtas qui utique cum Cæciliano, & Epiſcopis Catholicis communicare nolebant, Eccleſiam perijſſe de

D orbe

Pſal. 2.
Pſal. 21.
Iſaia 43.
Iſaia 54.

Caluini arrogātia, et impudētia notatur

Lib. de vnit. Eccleſiæ cap. 3.

orbe terrarum mentiebantur,& apud ſe ſolos remanſiſſe gloriabantur, quemadmodum & nunc Mornæus, & ante illum Heroes illi Lutherus, Zuinglius, Caluinus, ſibi ſolis Eccleſiæ nomen & poſſeſsionem vendicarunt? An non & nunc eam veram eſſe Eccleſiam Chriſti doceret, in qua à ſede Petri vſque ad Paulum quintum ſit continua ſucceſsio ſacerdotum, vt non alibi, quàm in Papatu, quàm in luce mundi, iuxta manifeſtiſsima Prophetarum oracula, inuenienda, inueſtiganda illa ſit?Rectè quidem Mornæus Eccleſiam ſuam non in Papatu, non in luce mundi inueniẽdam ſcribit, ſiquidem ille non veram, qualem nos ſuper Petrum à Chriſto ædificatam, nec alibi, quàm in Papatu inueniendam, ſed fictitiam atque nullam, qualem omnes apud ſe eſſe mentiuntur, ſibi inueſtigandam proponit.

Dicitur & Draco ille, πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην, qui ſeducit totum orbem habitabilem, irà intumeſcere, mulierem perſequi, quò totam deglutiat, ingens flumen effundere, datas verò tum mulieri duas alas ingentes aquilæ, vt in eremum volaret.

HOc eſt quod initio ſacræ Geneſeos legimus, Deum dixiſſe ſerpenti, *ponam inimicitias inter te, & mulierem* ſcilicet ſerpentem ſeu Diabolum, & Eccleſiam, verùm ipſa contritura erat caput illius. An non Sathan irreconciliabile bellum Eccleſiæ indixit, ideòque tot hæreſes vbique gentium in orbem induxit? & magnũ illũ Mornæũ (ſiquidẽ excellens in excogitandis impoſturis ingenium, ac præclara illa, quã in ſcribendis tot erroribus oſtendit eruditio, hoc illi cognomen apud ſuos pepererunt) quis impulit ad ſcribendum tam impium, & infame opus, & ad euomendas tot blaſphemias contra ſummum Pontificem, & Romanam Eccleſiam, niſi ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην? nam certè qui primis Eccleſiæ temporibus tot hæreſiarchas ſeductores, in perniciem Eccleſiæ ſuſcitauit, idem poſterioribus Ioannem Vuiclefum, Ioannem Hus, Lutherum, Zuinglium,Caluinum, & illius egregium ſectatorem Mornæum, quo ſeduceret orbem, & multos à Chriſto abduceret, excitauit. Quòd ſi Dominus ſeductor à Iudæis appellatus eſt; quidni & eandem iniuriam in Vicario ſuo à Chriſtianæ Religionis perduellibus impietate nihil Iudæis cedentibus patiatur? Si Papa ſeductor,vt vult iſte, Chriſtus vtique ſeductor,ſeductores Apoſtoli, & nunc ſucceſſores eorum per omnes Eccleſias Epiſcopi, ſeductus iam per tot ſecula orbis Chriſtianus; atque mirũ eſt, tantam fuiſſe Pontificis authoritatem, vt iam tamdiu Reges,ac integras tot nationes in fraudem induceret, vt non miratus ſit, nec agnouerit Chriſtianus Orbis ſe dumtaxat Pontificium, & non Chriſtianum eſſe, nec enim hæreſis vlla vnquam tantum præualuit; violentæ quidem fuerunt initio, & interdum magnam partem hominum ad ſe quam citiſsimè traxerunt, verùm quia, *omnis plantatio, quam non plantauit pater meus* (ait Chriſtus) *eradicabitur, & eſt ex hominibus hoc conſilium, & non ex Deo*, ideo, ſucceſſu temporis tãdem operante, & miſerante Deo, extinctæ ſunt, & prorſus euanuerunt: ſunt ergò illi ſeductores toties à ſede Apoſtolica, & ſacris Concilijs condemnati: tam verò certò nobis conſtat, eam eſſe veram Chriſti Eccleſiam, in qua ſub Romano Pontifice fidem Chriſti profitemur, quàm conſtet Chriſtum eſſe Deum & veritatem ipſam, vt eum liberè interpellare nobis liceat: Domine ſi decepti ſumus, à te decepti ſumus. An non ſeducere ille dicendus eſt, qui loco veritatis mendacium, peſtiferos errores, ſaluificæ fidei vice, obtrudit? qui nihil aliud habet in ore, quàm verbũ Dei, cum nihil minus: quàm verbo Dei credat, qui dicit pax, pax, & non eſt pax? At quia non ſatis cauſæ ſuæ fidit Mornæus, nec enim habent aduerſarij quid reſpondeant, quoties ſciſcitamur ex illis quandò & vnde cœperit illorum Eccleſia, quam *nuperam* non inficiantur,an Chriſtus aliquandò Eccleſiam non habuerit in terris, vbi priùs eorum reformata & purior Eccleſia, & apud quos ante hæc tempora, latuerit, Reſpondet igitur, vt putat, ex verbo Dei, *mulieri* ſcilicet *datas duas alas aquilæ, vt in eremum uolaret*. Sed quandò controuerſiam nobis mouet de Eccleſia, priùs oſtendendum illi fuiſſet ex ſcripturis *Eccleſiam illam nuperam reformatam* eſſe Eccleſiam Chriſti, per illam *mulierem* ſignificatam: vbi enim ex verbo Dei docuerit Eccleſiam ſuam eſſe illam toties in ſcripturis ſacris præoſtenſam, eſſe verè apoſtolicam, non verò (vt nos profitemur) Romanam Eccleſiam, tum illi concedam ſuam Eccleſiam eſſe illam *mulierem, cui data ſint duæ alæ, vt volaret in deſertum*. An verò non colligitur ex verbo Dei Eccleſia Mornæi? immò maximè. Nam per os Dauid ita Spiritus Sanctus locutus eſt. *Non ſedi cum Concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo, Odiui Eccleſiam malignantium, & cum impijs non ſedebo*. Pſal. 25. En nobis in ſcripturis expreſſa Eccleſia Mornæi; ſed nemo *mulierem* illam,quæ perſecutionem patitur à Dracone, & fugit in ſolitudinem, Eccleſiam malignantium,quæ eſt reformata nouorum Euangelicorum Eccleſia, præter Mornæum hactenus eſt interpretatus.

Geneſis. cap. 3.

Matth. 15.

Apocalyp. 12.

Pſal. 25.

Et volatus in aere nulla veſtigia, vt illa ſanè indagare, multò minus indicare teneamur, ſcripturæ ſacræ credere ſatis habentes: notos Deo ſuos: notam Deo, vt Eliæ tempore, Eccleſiam ſuam, Prophetæ licet ignotam, à nobis tot interiectis ſeculis, nullo iam iure repoſcendã.

SCilicet aliquandò Eccleſia Chriſti in terris eſſe deſsijt, cùm per aera volitaret. Nullo nõ tem-

Digitized by Google

tempore in terris conſpicua fuit Synagoga, etiam cùm in Babylone, ſub Nabuchodonoſore, perſecutionem pateretur, ac deindè ſub Antiocho, & alijs Syriæ Regibus, quomodò ergò nulla Eccleſiæ adeò in ſcripturis decantatæ, tot prophetarum oraculis præmonſtratæ veſtigia aliquandò, vt ea indagari non poſſet? quomodò verò non eã teneatur Mornæus indicare? vnicuique enim mandauit Deus de proximo. Noſſe Eccleſiam, vbi, & apud quos ſit inuenienda (ſiquidem extra eam nemini patet aditus ad ſalutem) plurimì omnium refert, & in id vnum ferè, contra omnes hæreticos, tantòpere Patres laborarunt, à quorum certè charitate longè diſtat Mornæus, eòque ſe parùm Chriſtianum eſſe prodit: ſi verò aliquandò volauit in deſertum, & nulla illius volatus veſtigia, quomodo illam iſti, nobis ignorãtibus, indagare, aut vnde nouiſſe potuerunt? ſi verò, vt ex ſcriptura producit, nouit Dominus ſolus, qui ſunt eius, vnde ergò Mornæus, & ſui norunt ſe ad Eccleſiam Dei, vel ad Chriſtum pertinere? Abrahamo quidem dictum eſt, in *ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes, & in Iſaac vocabitur tibi ſemen*, an verò Deus illis reuelauit ſe eſſe benedictũ illud ſemen Abrahæ? At indè colligimus ad Chriſtum, & illius Eccleſiam aggregandas omnes gentes. *Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes, & dicent: venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, quia de Syon exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem*: Iſaiæ 2. An verò illa domus Iacob Eccleſia hæc purior, & reformata, cuius nomen à ſæculo inauditum, & cuius nulla veſtigia aliquandò indagari, indicari poſsint? Et ipſi Scripturæ Sacræ credere nos profitemur, nec minimũ quidem errorem in ea deprehendi firmiter aſſerimus, & *Deo notos eſſe ſuos* ex illa edocemur. Quæ verò conſequentia? ſcripturis credendum, nouit Dominus qui ſunt eius: ergò Eccleſia reformata Mornæi eſt Chriſti Eccleſia ſignificata, in Apocalypſi, *per mulierem illã, cui data ſunt alæ duæ Aquilæ, vt volaret in deſertum*. Certum quidem eſt Chriſtum Eccleſiam ædificaſſe in terris, eam nullis perſecutionibus tyrannorum, aut hæreticorum ceſſuram vnquam fuiſſe eſſe illam nauem: quæ fluctuat in medio mari ventis vndique agitatam, minimè tamen vnquã aquis obruendam, adeòque vnicam quemadmodùm in Symbolo Apoſtolorum omnes verè Chriſtiani profitemur, *vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam*, an igitur illa Eccleſia, quæ hactenus toto orbe, Pontificem Romanum non modò noſtris, ſed & ſuperioribus ſæculis paſtorem ſupremum, & Chriſti vicarium agnouit, ad quem omnes religionis, & fidei controuerſiæ ſemper ſunt delatę, & cuius authoritate congregata, & confirmata ſacra Concilia, ſit vera Chriſti Eccleſia? an hæc purior, & reformata, quæ ex lacu Geneuenſi nuper prodijt? cum antea vbi, & apud quos lateret, omninò ignoremus. Nemo certè, ſi homines mente corruptos, & reprobos circa fidem excipias, quibus animus reſiſtere veritati ſicut Iamnes, & Mãbres reſtiterunt Moyſi, non ſtatim facilè indicabit. Quod verò ſubiungit, *notam Deo, vt Eliæ tempore, Eccleſiam ſuam, Prophetæ licet ignotam*, in hoc longè fallitur; nam & Elias, licet exiſtimaret omnes, in Regno Iſrael, ſub perſecutione illa Achab & Iezabel defeciſſe ad cultum Baal, nihilominus ſciebat, eſſe eam Dei Eccleſiam, quæ erat antiqua, & quæ tunc in tribu Iuda, & Beniamin ſub regibus Aſa & Ioſaphat Dei cultoribus adhuc vigebat, & florebat, vbi & ritus ſacri à Deo per Moyſem inſtituti celebrabantur, vbi & magnus Sacerdos præerat Religioni, & reliqui Sacerdotes, ac Leuitæ munia ſua in templo, per vices obibant; etſi verò, ſæuiente perſecutione, neſciret quot in Iſrael ſupereſſent Dei cultores (qnod poſteà nouit Deo reuelante) non ignorabat tamen, eos omnes, qui ſacras circumciſionis, & Paſchatis cæremonias, & reliqua antiquæ illius legis inſtituta obſeruarent, pertinere ad Eccleſiam Dei: nec enim dubium eſt multos tum in Iſrael conſtantes in fide maiorum, ac lege perſtitiſſe: quemadmodum de Tobia legimus, quòd non ibat ad vitulos aureos, quos fecerat Ierobòam, ſed pergebat in Hieruſalem ad Templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Iſrael, omnia primitiua ſua, & decimas ſuas fideliter offerens. Nec mihi certè conſtat, qui ſint Domini in illis regionibus, vbi perſecutionem patitur à Regibus, & Principibus ſacra Catholica Religio; mihi tamen certò conſtat, eos omnes, qui veterem Religionem colunt, ac primatum Romani Pontificis agnoſcunt, ad hanc eandem Eccleſiam pertinere, quæ à Domino fundata eſt ſuper Petrum, & quæ vna, & eadem eſt Catholica, Apoſtolica Romana, longè lateque per orbẽ terrarum diffuſa. Mornæum verò, & illius Symmiſtas non magis ad Eccleſiam Chriſti pertinere, quàm tunc Achab, & Iezabel, & Sacerdotes illi Baal, qui, reprobata veteri Religione, Idololatriam, cui affinis eſt hæreſis, in populum inuexerant. Quòd ſi *ſuos* Dominus ſolus *nouit ex ſcriptura*, hoc eſt, nota eſt Deo Eccleſia ſua, licet Eliæ Prophetæ ignota, meritò certè non vult Mornæus à ſe Eccleſiam ſuam repoſci, ſcilicet quia ſoli Deo nota Eccleſia ſua, Mornæo verò & ſuis ignota. Qua ergò temeritate ſibi illius notitiam aſſerit, quod ſoli Deo notum eſt? An ille pluſquàm Elias? aut pluſquam Prophet[illegible]? Quã audacia ſuam puriorem, & reformatam Eccleſiã nobis obtrudit? Papatum ipſum, hoc eſt omnes Chriſtianos ſanctæ Romanæ Eccleſiã fidem profitentes, adeoque totam antiquitatem damnat? Et nos vndè quæſo nouimus, quæ ſit Dei Eccleſia, multis illius titulum, & poſſeſsionem ſibi vẽdicantibus, & prætèrea nemini extra eam acceſſum eſſe ad Deum, niſi ex verbo Dei? ſed tamen qui ſint ſalutem conſecuturi, qui electi antè mundi conſtitutionem, quos prædeſtinauerit conformes fieri imagini Filij ſui, qui ſint vaſa in honorem, qui in contumeliam, Dominus ſolus nouit, hoc eſt *Deo notos* eſſe electos *ſuos*, non Eliæ Prophetæ, nec cuiquam hominum, vt cum timore & tremore ſalutem noſtram operemur, & per bona opera noſtram certam faciamus electionem & vocationem: vndè conſtat de temeraria & falſa iſtorum præſumptione, qui ſuam

Gen. 22.
Gen. 21.
Iſaiæ 2.
Apoc. 12.
Nec Eliæ tẽpore Dei Eccleſia incognita.

Digitized by Google

Eccleſiam ex iuſtis, & prædeſtinatis dumtaxat conſtare volunt, vt ſe eſſe iuſtos, & prædeſtinatos ſibi certò perſuadeant, vt non ſolus Dominus nouerit ſuos, ſed & Gnoſtici iſti, ſupra Eliam & Prophetas, à Deo illuminati nouerint, qui ſint Domini. His ſubiungo, Eliam non niſi Deo reuelante, ſciuiſſe ſeptem millia virorum, qui erant Domini, nec curuauerant genua ante Baal. Verùm Elias iſte Gallicus, qui in Colloquio Fontis bellaquæi anno 1600. 4. Maij habito, præſente Chriſtianiſsimo Rege, & Principib. ac proceribus Regni, in confirmationem ſuæ reformatæ, & purioris Eccleſiæ, adeò ſtupenda edidit miracula. Vnde quæſo nouit, aut quando Deus illi reuelauit Eccleſias, quæ in Gallia, & in alijs Europæ, Aſiæ, & Africæ locis, in alio præterea hæmiſphærio, Romanam Eccleſiam agnoſcunt matricem, & radicem Eccleſiarum, excidiſſe a Deo, defeciſſe à fide, ſe verò & ſuos Symmiſtas eſſe gentē ſanctam, & populum acquiſitionis, & Eccleſiam iſtam reformatam, ac puriorem eſſe vnicam illā *columbam* à Chriſto dilectam, eſſe illam mulierem Apocalypſeos, quæ fugiat in ſolitudinem, vt ibi à Deo paſcatur, &c.? Denique cum Eccleſia Dei, tum temporis, quandò tenebræ operuerant terram, & caligo populos, non ſeſe porrigeret extra regnum Iuda, & Iſrael, reuelauit Deus Eliæ numerum illum ſeptem mille virorum, ſed indefinitè, adeò vt qui eſſent illi, non ei conſtaret; ita cum tot ſectæ ſint, qui non eundem parentem agnoſcunt, nec eadem dogmata profitentur, ſibi verò omnes nomen Eccleſiæ Chriſti vendicent, an Mornæo reuelatum eſt non modò [illegible] Eccleſiam Chriſti eſſe eam, quæ ſignificetur per mulierem illam Apocalypſeos, quæ fugit in ſolitudinem, verùm & [illegible] non aliam Eccleſiam eſſe Chriſti ſignificatam per mulierem illā, quàm iſtam reformatam, & puriorē, cuius acerrimum ſe vindicem & aſſertorem oſtendit? facilè erit tanto viro, quem, vel ſupra hominum ingenium, eruditio, extra omnem doctorum quorumcumque famam euexit, nodos iſtos nobis diſſoluere. Sed videamus deinceps, quam non nobis diuinorum myſteriorum cognitionem inuideat Magnus Mornæus, nec ſummo iure nobiſcū agere velit, Ad Sacra Eleuſinia iam nos admittit. Author eſt Irænæus, Valentinianos non paſsim, neq. omnibus ſua myſteria, hoc eſt portentoſas nugas, communicaſſe: & Tertullianus ea vocat *ſancta ſilentio magno, ſola taciturnitate cæleſtia: ſi bona fide quæras cōcreto vultu, ſuſpenſo ſupercilio, Altum eſt aiunt*. Nec verò parum noſtra intererat tantū ſcire myſterium, vbi & quæ olim Eccleſia hæc, quæ nunc purior & reformata à ſuis appellatur. & periculum erat, ne quærentibus nobis, & illius exordium, primamq; originem ſcire volentibus conclamaret Vates, *Procul, ò procul eſte profani*: ſacrum ſi licet illud opertaneum, ad quod profanis aditus non eſt. Quid igitur Sacer iſte diuinorum que interpres?

Colloquiū Fontisbellaq. anno 1600. 4. Maij.

lib. contra Valētinianos cap. 1.

Vin tu ſcire, vbi, & quæ noſtra olim Eccleſia? noſtra erat primitiua Apoſtolica illa diuino Spiritu afflata, diuino verbo paſta, quæ nobis Sacrarum Scripturarum canonē, fidei, vitæque normam, ſymbolum Apoſtolicum, Chriſtianæ militiæ teſſeram, reliquit.

QVòd ſi Mornæo obijciamus nos eſſe, quos in Euangelio moneat Chriſtus: *ſi dixerint vobis, ecce hic eſt Chriſtus ecce illic, nolite credere, & ſi dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere*, ſcilicet vt caueamus à Mornæo, cuius Eccleſia in ſolitudinem ſe receperit, nec alibi, quàm in deſerto inueniri, & inueſtigari poſsit, nos inquam illic à Chriſto moneri; quid is nobis oppoſiturus eſt? Quòd ſi ſufficiat Mornæo, & illius Symmiſtis hæc aſſertio tam liquida, Eccleſiam ſuam reformatam eſſe primitiuam illam apoſtolicam diuino Spiritu afflatam, quis neget omnia hactenus cōuenticula hæreticorum fuiſſe primitiuam illam Apoſtolicam Eccleſiam? quæ enim ſecta non ſibi vendicauit nomen Eccleſiæ Chriſti, & non idem de ſua ſecta aſſeruit quod Mornæus? Lactantius lib. 4. cap. 30. *Singuli quique cœtus hæreticorum ſe potiſſimum Chriſtianos, & ſuam eſſe Catholicam Eccleſiam putant*. Rectè monebat Cyprianus, *non ea ſtatim ſuſcipienda, & aſſumenda, quæ iactantur in Chriſti nomine, ſed quæ geruntur in Chriſti veritate*. Non ſtatim itaque audiendi ſunt quicumque hominum cœtus, qui ſe Eccleſiā Dei eſſe dicūt. Hæc eſt prima, & benè verus omnium hæreticorum cantio. Aduerſus Mornæum, & illius Symmiſtarum fraudes nos inſtruit Chriſtus: *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium*. Quæ enim veſtis ouis, niſi Eccleſiæ nomen? Vis verò tecum, non ſummo iure, agamus? Eccleſia tua ſignificata eſt in ſcripturis, nemo de hoc dubitat; eſt enim illa Eccleſia malignantium, eſt illa ſedes, & Synagoga Sathanæ, eſt illa cathedra peſtilentiæ, & ſi eam ſcriptura ſimili alia phraſi notauit: quæ enim conuentio eſt Chriſti ad Belial, lucis ad tenebras, ea eſt Eccleſiæ iſtius reformatæ ad primitiuam illam apoſtolicam. An Eccleſia illa primitiua Apoſtolica, purior, & reformata vnquam dicta eſt? an non vnicam Eccleſiam Chriſti toto orbe Apoſtoli ædificauerunt? quòd ſi hæc reformata, & purior eſt Eccleſia, erit ergò alia quæ non erit reformata, & adeò pura, vt quemadmodum Carneades nouā Academiā inſtituit, ita Mornæus ſibi & ſuis nouam Eccleſiā inſtituere reformatam, & puriorē iudicauerit licere. Nam Eccleſia illa primitiua Apoſtolica conſtabat ex hierarchia Eccleſiaſtica id eſt, Epiſcopis, Sacerdotibus, Diaconis, & per Ciuitates Apoſtoli ordinabant Epiſcopos, ſicut Paulus Titum Cretæ, & Timotheum Epheſi. An nō Epiſcopi, ſucceſſores Apoſtolorum? Annon ex Canonibus Apoſtolorum conſtat Epiſcopum à tribus Epiſcopis ordinari debere? quomodò er-

Matth. 24.

Matth. 7.

Eccleſia Mornæi nō eſt primitiua illa Apoſtolica.

Can. 1.

gò

gò Eccleſia iſta primitiua Apoſtolica eſt, quæ neque Eccleſia eſt, neque Archiepiſcopis, Epiſcopis, Sacerdotibus, & alijs Eccleſiaſticis miniſterijs conſtat? An non Eccleſia ex Cypriano, *plebs eſt Sacerdoti adunata, & grex paſtori ſuo adhærens?* an non, vt ibidem ſcribit, *à Cathedra Petri, & eius Eccleſia principali vnitas Sacerdotalis exordium ducit?*

Epiſt. 66. ad floren- tinum.

Expendãtur quæ ſcribit D. Hieronymus contra Luciferianos. *Hilarius Diaconus, cum de Eccleſia receſſerit. ſolusque, vt putat, tuba ſit mundi, neque Euchariſtiam conficere poteſt, Epiſcopos, & Præsbyteros non habens, neque Baptiſma ſine Euchariſtia tradere, & cùm iam homo mortuus ſit, cum homine pariter interit & ſecta, quia poſt ſe nullum Clericum Diaconus potuit ordinare, Eccleſia autem non eſt, quæ non habet Sacerdotes.* Longè verò aliter iſti ſentiunt, nam Eccleſiam eſſe volunt, vnde Epiſcopos, & Sacerdotes ablegarunt, Miniſtros ſubſtituerunt: qui vt ibidem ſubiungit D. Hieronymus, *ipſi ſibi, & laici ſunt, & Epiſcopi.* Eccleſia erat Apoſtolica primitiua, congregata in ſacroſanctis illis Synodis, in ſanctis Epiſcopis, & Sacerdotibus, Nicęna, Conſtantinopolitana, Epheſina, Chalcedonenſi. Oſtendant ſimile quid in ſuis Eccleſiis, magis erat Eccleſia illa Arrianorum, Donatiſtarum, & aliorum ſectariorum, quæ habebant Epiſcopos, ac magis referebant primitiuam illam Apoſtolicam, quam ſit hæc nupera reformata, quæ nec Epiſcopos habet, nec Sacerdotes, nec ſacramentum ordinis, nec ſacrificium aliquod in Eccleſia Chriſti nouit; vnde certum eſt ex confeſsione aduerſariorum, apud eos Eccleſiam non eſſe, ſi quidem eam definiunt, *in qua ſit ſyncera verbi Dei prædicatio, & legitimus vſus ſacramentorũ;* ſacramenta verò pro arbitrio ſuo, admittunt & definiunt, ità & pro arbitrio ſibi Eccleſiam confingunt: vbi & maximè errant cum ex poſteriori priùs definiunt: ſiquidem prius ex verbo Dei inueſtigandũ, apud quos ſit vera Chriſti Eccleſia, quam viſibilẽ, ſanctam, Catholicam nunquam deſituram, in qua foret vnitas doctrinæ, & fidei, & ſumma conſenſio dogmatum, quàcunque diffunderetur, ſignificauit Deus in ſcripturis, & in ea quidem certũ eſt, quæ vera ſit Eccleſia, eſſe ſyncerã uerbi Dei prædicationem, & legitimum vſum Sacramentorum. Quapropter definire Eccleſiam ex ſyncera verbi Dei prædicatione, & legitimo vſu ſacramẽtorum, nihil aliud eſt, quàm petitio principij, nã incumberet primùm Mornæo, & aduerſarijs oſtẽdere, apud miniſtros Eccleſiæ ſuæ purioris, & reformatæ, eſſe ſynceram verbi Dei prædicationẽ, & legitimum vſum ſacramentorum, qualis in Eccleſia primitiua Apoſtolica; quod, quanta temeritate ab eis aſſeritur, tanta veritate, & æquitate à nobis negatur. Non licet quidem in dubium reuocare, quin ea ſit vera Chriſti Eccleſia, quæ Apoſtolica eſt, hoc eſt, quæ ſine interruptione, originem ſuam deducit ab Apoſtolis; quomodò verò originem ſuam ad Apoſtolos referet Eccleſia hæc reformata & purior Mornæi? cùm authores nõ alios agnoſcat, quàm, qui ante aliquot annos baptizati in Eccleſia Catholica, cui præeſt Romanus Pontifex, ab ea defecerunt, ac præter hæreſes antiquas toties damnatas reuocatas ex Orco, noua dogmata induxerũt; cum in illis prouincijs vnde prodierunt, non alia eſſet Chriſti Eccleſia, quàm, quæ Romanum Pontificem, vicarium Chriſti, & Paſtorem ſupremum Eccleſiæ Agnoſceret: paſtoribus vbique locorum greges eſſent ſuis adunati, qui partes eſſent vniùs Eccleſiæ Catholicæ, ac Petro, ſuper quem ædificata eſt una Eccleſia Catholica, & qui origo eſt eius unitatis, in ſuo ſucceſſore adhærerent? An uerò ſimile eſt primitiuam illam Apoſtolicam Eccleſiã tot ſæculis defeciſſe in terris? aut eam doctrinã, quam Apoſtoli tradiderunt, ignoratam fuiſſe? ut neceſſe fuerit, Chriſtum nouos in orbem Apoſtolos mittere, qui reuocarent doctrinam Apoſtolicam, & Eccleſiam illam, tot annis, collapsã, iterum ædificarent, ac ſynceram uerbi Dei prædicationem, & legitimum uſum Sacramentorum reſtituerent? Quàm profectò abſurdum iſtud eſt, tam eſt falſum, reformatos iſtos Euangelicos ad Eccleſiam primitiuam Apoſtolicam quidquam pertinere. Quòd ſi Catholicam Eccleſiam, quæ Romanam Eccleſiam matricem, & radicẽ agnoſcit, & cum illa communionem eiuſdem fidei, doctrinæ, & ſacramentorum habet, oſtendamus Apoſtolicam eſſe; Certè hæc purior, & reformata Mornæi, quæ non eſt pars Catholicæ illius, & Romanæ, nec cum illa communicat, non erit Apoſtolica. Id uerò Epiſcoporum continua ſucceſsione, & Doctorum, ac populorum, per quos doctrina ab Apoſtolis accepta, ad nos uſque, perpetua temporũ ſerie, peruenit, optimè probatur, Quemadmodum enim Aliquis optimè probat, ſe patrimonium aliquod, ſeu nobilitatem antiquam à maioribus ſuis, qui multò antè tempore uixerunt, accepiſſe, cum oſtendit, ſe accepiſſe à parente, & hunc rurſus à patre ſuo, illum item à ſuo, ſicque deinceps, donec ad familię caput perueniatur: ita nos rectè antiquitatem fidei & doctrinæ, quã in Eccleſia profitemur, ad Apoſtolos referimus, & Apoſtolicam eſſe profitemur, cùm euidenter oſtendimus hanc ipſam fuiſſe doctrinã eorũ, qui nos proximo ſęculo pręceſſerunt, & rurſus illos à maioribus ſuis qui ſimiliter proximè illos præceſſerũt, eãdẽ ipſam accepiſſe, ſicque deinceps, donec cõtinua illa ſucceſsionis ſeries ad Apoſtolos ipſos perducatur, qui Eccleſiã ipſam plãtauerũt. Miniſtri uerò iſtius Eccleſię reformatæ, doctrinã, quã orbi inuexerunt, deducãt, quæſo, ſi poſſunt ab Apoſtolis. An cõſentanea ſit primis illis ſæculis, antiquis Eccleſię Concilijs, oſtendãt; Ante tot annos, an eã à maioribus ſuis, acceperint; & non potius ab hæreticis, iudicio Chriſtiani orbis, dãnatis, cõſiderent; an cõſpiret cũ antiquis patribus, qui nihil tradiderũt alienũ à doctrina Apoſtolica, expẽdant; à quibus tamẽ non diffitẽtur, in præcipuis fidei articulis, ſe diſſentire, quorumq; authoritatẽ nihili faciunt; & ad ſolum Dei verbũ prouocãt; unde facilè cõſtabit Apoſtolicanè ſit, ân potiùs Apoſtatica doctrina illa, quã antea inauditam reformatæ iſtius Eccleſiæ Miniſtri orbi inuexerũt; ſic etiã D. Auguſtinus Epiſcoporum Romanæ Eccleſiæ continuam ſeriem ad Apoſtolum Petrum, cui Dominus poſt reſurrectionem, ſuas oues paſcendas com-

Præpoſtera Nouatorũ Eccleſiæ definitio.

 miſit

miſit, deducebat: cū .n. Rupitani, & Montenſes, Donatiſtæ, Romæ quidem (vt ex vrbis dignitate ſibi aliquam authoritatem compararent, cum non ignorarent omnes Catholicos Romani Pontificis primatum, & authoritatem in omnes Eccleſias agnoſcere, atque ex continua ſerie Epiſcoporum vrbis, indè ab Apoſtolo Petro contra eos firmiſsimum Eccleſiæ argumentum petere) Epiſcopum haberent, ſui tamen Epiſcopatus cōtinuam ſeriem ad Apoſtolum Petrum vel illius ſucceſſores deducere non poterant, vndè maniſeſtiſsimo argumento conſtabat, non partem Donati quæ in Africa erat, & in paucis Romæ Rupitanis, & Montenſibus, ſed Eccleſiam, in qua erat Auguſtinus, & communicabat cum Pontifice Romano, qui in Cathedra Petri ſedebat, eſſe Apoſtolicam, in qua Chriſtianis omnibus eſſet permanendum: cum igitur Eccleſia iſta reformata cum Cathedra Petri, cum Pontifice Romano nihil habeat commune, nec habeat ſucceſſores Apoſtolorum, hoc eſt Epiſcopos, quales per orbem conſtituti ſunt ab Apoſtolis, qui populis præeſſent, non magis erit primitiua illa Apoſtolica quam olim pars Donati. *Edant origines Eccleſiarum ſuarum* (ſcribebat Tertullianus) *euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerint, habuerit authorem, & anteceſſorem &c.* Arqui iſti ne Epiſcopos quidem habent, quid ergò illis commune cum primitiua Apoſtolica Eccleſia? Quamobrem Eccleſia illa quam puriorem, & reformatam vocat Mornæus, non magis eſt Eccleſia Chriſti, quàm cœtus ille idololatrarum in Iſrael ſub Hieroboamo, qui repudiatis tùm Sacerdotibus legitimis Aaronis ſucceſſoribus, tùm Leuitis in miniſterium templi diuinitùs ordinatis, Sacerdotes fecit de extremis populi, qui non erant de filijs Leui, cum quibus Proteſtantium Miniſtri, in quibus nulla ſacra ordinatio, nec legitima ſucceſſio, ſemen Chanāām, & non Iuda, meritò conferri poſſunt. Denique, cum non velit Mornæus, eum cœtum Chriſtianorum, cui præeſt tanquam Paſtor ouibus Pontifex Romanus, eſſe Eccleſiam Chriſti; ex eo quæro, an velit omnes ſectas, quæ nunc per Europam vagantur, & eodem ſpiritu impulſæ oppugnant Eccleſiam Romanam, & cum eo Pontificem Antichriſti loco habent, vnam, & eandem Chriſti Eccleſiam componere, itaut ea conſtet ex Lutheranis, Anabaptiſtis, Huſsitis, Zuinglianis, Caluiniſtis, qui etſi in dogmatibus religionis diſſentiant, vt ipſi non diffitentur, ſufficiat tamen ad hoc quòd ſint vna & eadem Eccleſia, eos in oppugnanda Eccleſia Romana, & Romani Pontificis autoritate cōſpirare. An potius velit, priuatim eam ſectam, quā in Gallia cum ſuis ante aliquot annos inauditam (cum ſcilicet terra labij eſſet vnius, & ſermonum eorumdem) profitetur eſſe puriorem illam, & reformatā Chriſti Eccleſiam? Quod ſi primū velit; mirum eſt, eam eſſe Eccleſiam primitiuam Apoſtolicam diuino ſpiritu afflatam, qui eſt ſpiritus veritatis, & vnionis, in qua nihil omnino certi creditur, & in qua tanta dogmatum varietas, ac inconſtantia reperiatur: quod ſi velit Caluini ſectā eſſe veram Eccleſiam, (nam oportet tandem aliquo nomine orbi innoteſcat) Quo verò argumēto ſibi magis poſſeſsionem, & titulum Eccleſiæ vendicat, quàm reliquæ ſectæ? nonne omnes profitentur, ſe habere puram Euangelij doctrinā, & legitimum vſum Sacramentorum, ſymbolum Apoſtolicum, Sacrarum Scripturarum Canonē? vnde conſtat eum nullo argumento ſuam ſingillatim reformatam, & puriorem Eccleſiam nobis obtrudere. D. Auguſtinus ſerm. 10. de verbis Domini. *Apud Idolorum cultores ſpiritus Iunonis, & ſpiritus Herculis diuiſi ſunt aduerſum ſe, & ambo pertinent ad regnum diaboli: Paganus, & Iudæus hoſtes Chriſti diuiſi ſunt aduerſum ſe, & ambo pertinent ad regnum diaboli: Arrianus, & Photinianus ambo hæretici, & aduerſum ſe ambo diuiſi Donatiſta, & Maximianiſta ambo hæretici, & aduerſum ſe ambo diuiſi: Pugnat Iudaiſmus cum Gentiliſmo* (inquit Baſilius) *& vtrique cum Chriſtianiſmo quemadmodum Aegyptij & Aſſyrij, & vtrique hoſtiliter, & vtrique Iſraeli infenſi erant*; ita Lutheraniſmus & Caluiniſmus non minùs inter ſe pugnant, quàm cum Dei Eccleſia, omnes certe iſti ad regnum diaboli, non ad Chriſti Eccleſiam pertinent: aut ſi pertinent quibus magis credendum, omnibus ſibi Eccleſię titulum, & poſſeſsionem vendicantibus? Quod ſcribit *ſuam Eccleſiam* habere *ſacrarum ſcripturarum Canonem*, id quidem verum eſt, ſcripturas cōmunes eſſe nobis & illis, & *omnes hæretici agūt ex ſcripturis* (ait Tertullianus) *vnde enim de rebus fidei niſi ex literis fidei agerent* falſum tamen, illis ab Eccleſia primitiua Apoſtolica traditum Canonem ſcripturarum, vel ad eos ius earum pertinere, Eccleſia enim, à qua iſti diceſſerunt, hæres eſt ſcripturarum ab Apoſtolis relictā, quid habet iuris in teſtamentum, qui hæres non eſt? an ſi quis contra tabulas teſtatoris hæreditatem inuadat, ideo legitimus hæres eſt, & non inde deiiciendus? Hac certè apoſtrophe cum Tertulliano licet nobis ad iſtos vti. *Qui eſtis? quando & vnde veniſtis? Quid in meo agitis non mei? Quo denique Marcion iure ſyluam meam cædis? quà licentia, Valentine, fontes meos tranſuertis? qua poteſtate limites meos commoues? mea eſt poſſeſſio. quid hic cæteri, ad voluntatem veſtram, ſeminatis, & paſcitis? Mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, habeo origines firmas ab ipſis authoribus, quorum fuit res. Ego ſum hæres Apoſtolorum: ſicut cauerunt teſtamento ſuo, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adiurauerunt, ita teneo, vos certè exhæredauerūt ſemper, & abdicauerūt vt extraneos, vt inimicos, &c.* Nō igitur quia Canonem præterius ſibi ſcripturarum vendicant, de quo item pro ſua authoritate, & arbitrio ſtatuunt ideò reformata iſta Eccleſia eſt primitiua illa Apoſtolica. An non habent, & Iudæi ſcripturas veteris Teſtamenti, quæ tamen Eccleſiæ Chriſtianæ ſunt, non ſynagogæ aut perfidiæ Iudaicæ? Negò præterea iſtos ſcripturas habere, *habent quidem ad ſpeciem, non ad veritatem*, ait D. Auguſtinus; habere quidem videntur, ſed non habent, cum ſcripturæ non in legendo, ſed in intelligendo conſiſtunt, intelligentia autem ſcripturarum non aliundè, quàm à ſpiritu Dei, quo editæ ſunt,

qui

Marginal notes: *Lib. 1. de præſcript. cap. 32.* — *3. Reg. 12.* — *lib. de præſcript. c. 15* — *lib. de præſcript. c. 37*

Digitized by Google

qui extra Eccleſiam non docet, petenda eſt. Symbolum Apoſtolicum hæc reformata Eccleſia ſibi aſſerit. Atqui ex Symbolo Apoſtolico credēdum *vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam*, quam Patres ex ſcripturis non obſcuris, ſed claris contra hæreſes, varijs in locis, exſurgentes oſtenderunt toto orbe diffuſam, & in eandem fidei doctrinam cōſpirantem; atqui Mornæus ne audet quidem ſuā Eccleſiam Catholicam nuncupare, cum *hanc appellationem, ne noſtræ quidem, inimici denegent*, ait D. Auguſtinus; & ridiculum ſanè quod iam ex Mornæi ſymmiſtis aliqui eò Catholicos diſtingunt, quòd alij ſint *Catholici Pontificij*, alij *Catholici proteſtantes*, cum ſi cœtus ille Catholicorum, qui ſubeſt Romano Pontifici, ſit ea Chriſti Eccleſia Catholica, quam in Symbolo Apoſtolico credere nos profitemur, conſequens ſit neceſſariò, foris eſſe, & extra Eccleſiam, qui ſe Catholicos Proteſtantes appellant; ſiquidem vna eſt ſancta Catholica Apoſtolica Eccleſia, nō duæ; nec certè id vnquam, meo iudicio, docturi ſunt Pontificios & Proteſtantes, qui in doctrina fidei, expoſitione & ſenſu ſcripturæ, numero & vſu Sacramentorum à ſe inuicem differunt toto cœlo, vnam eamdemque Catholicam Eccleſiam conſtituere, quæ igitur illa eſt Eccleſia Catholica, quam in Symbolo Apoſtolico credere nos profitemur? Pontificiorúmne, an Proteſtantium? Illi noſtram Catholicam eſſe, ſcilicet toto orbe terrarum diffuſam nullis locis, aut temporibus circumſcriptam, ipſa veritate conuicti meritò fatentur: nos verò nuperam iſtam reformatam in aliquot terræ angulis, vix latitantem, & cuius nomē orbi antea inauditum, Catholicam eſſe meritò inficiamur: & hic quidem articulus ſit vnus inſtar omnium, ex Symbolo Apoſtolicó nobis propoſitus: ſiquidem multis argumentis conuincerem Mornæum, & ſuos, ne vni quidem Symboli Apoſtolici articulo, ea certitudine, & firmitate, qua Chriſtianum decet, aſſentiri, vt non mirum, ſi ſubindè iſti fluctuent, & hæreſes in Atheiſmum tandem deſinant.

Hac qui reiectis hominum commentis amplectimur, alienam vocem longè amolimur, Eccleſiæ illi toto orbe diffuſæ ad extremum vſque mundi diem, Domino atteſtante, perduraturæ, quidni conſociemur?

An Nouatores toto orbi diffuſæ Eccleſiæ ſint ſociati.

QVo vero argumento oſtēdit Mornæus ſe, & ſuos, Eccleſiæ illi toto orbe diffuſæ ad extremum mundi diem duraturæ conſociari? quænam eſt illa *Eccleſia toto orbe diffuſa*, & nunquam peritura, niſi quæ ſuper Petrum fundata eſt, & agnouit ſemper vnum caput viſibile in terris? vt totum illud viſibile Chriſti corpus, quod eſt Eccleſia, non ſit ἀκέφαλον, *vt tamen caput non poſſit dicere pedibus* (ait Apoſtolus) hoc eſt reliquis Eccleſiæ Miniſtris, *non eſtis mihi neceſſarij*? (1. Cor. 12.) quod certè de capite Chriſto, cui inutiles, ac minimè neceſſarij ſumus, intelligere nō potuit Apoſtolus, ſed de ſubalterno capite viſibili in terris intellexit; qui ergò viſibile iſtud caput negant, nō poſſunt pars eſſe illius corporis, neque manere in vnitate illius Eccleſiæ Catholicæ, quæ per totum orbem à Deo Patre, ſecundum illius promiſſa, tanquam hæreditas Chriſto Domino eſt data. Quam verò ſocietatem habet hæc purior, & reformata cum cæteris Eccleſijs, quæ ſunt partes Catholicæ Eccleſię, quæ neque cū illis primā Cathedram tenet, ideſt, Cathedram Petri. Romanā Eccleſiam, quæ eſt radix, matrix, & origo, ex Cypriano, vnitatis Eccleſiarum; neque ſacramenta tenet Eccleſiæ Catholicæ *quæ viſcera illius ſunt*, vt Optatus vocat, quin potius Sacramentorū Miniſtros, hoc eſt Epiſcopos, & Sacerdotes à ſua Eccleſia valere iuſsit? *Eccleſia Catholica*, ait Cyprianus ad Florentium, *vna eſt, non ſciſſa, & diuiſa, ſed vtique connexa, & cohærentium ſibi inuicem Sacerdotum glutine copulata*. (*Epiſt. 66.*) Atqui hæc reformata Sacerdotes non habet, non ergò Eccleſiæ Catholicæ conſociatur, aut cum illa quidquam habet communionis. Et Optatus Mileuitanus contra Parmenianum, & Donatiſtas illius gregales ſcribens eo ſe, ſuoſque Catholicos eſſe oſtēdebat: *Siricius* (inquit) *hodie, Pōtifex Romanus Damaſi ſucceſſor, qui noſter eſt ſocius, cum quo nobis totus orbis commercio formatarum in vna communionis ſocietate concordat*. Liceat itaque mihi hiſce illius verbis Mornæum & illius gregales alloqui. Si vos pars Eccleſiæ Catholicæ eſtis, ideſt, ſi Eccleſiæ Catholicæ, per omnes mundi prouincias propagatę conſociamini; probate, quòd totus orbis commercio formatarum vobiſcum in vna communionis ſocietate concordat: probate, inquam, id, quod apud nos quotidiè fit literis pacificis ad omnes Eccleſias cuncti orbis à vobis datis, aut ab eis acceptis, eſſe vos in earum communione; aut ſi hoc facere non poteſtis, vt vos teſtes eſtis, quomodò vos Eccleſiæ Catholicæ, quæ vna eſt, partē tenere putatis? Vndè conſtat non magis iſtos, quàm Donatiſtas Parmeniani gregales, Eccleſiæ Catholicæ conſociari, quæ nam verò Eccleſia iſta eſt toto orbe diffuſa, & ex verbo Domini perpetuò duratura, cui ſociatur Eccleſia iſta purior, & reformata? nec enim alia eſt illa præter Catholicam, Apoſtolicam Romanam, cui certum eſt iſtam, quæ in antiquis omnibus Concilijs reprobata eſt, ac nouiſsimè in Concilio Tridentino, cui interfuere ex toto Chriſtiano Orbe Epiſcopi, eiuſdem cum Romano Pontifice communionis, minimè conſociari.

Omnes Eccleſiæ vnde habeant quod ſint vna Catholica.

Vndè verò omnes Eccleſię per Chriſtianum orbem ſunt vna Eccleſia Catholica, niſi vnius doctrinæ conſenſione, vnione membrorum inter ſe, & cum vno capite? *Omnes Synodi*, ſcribebat olim Trapezuntius, genere Gręcus, *anathema fecerunt eos, qui non credunt vnam ſanctam Eccleſiam* ὡρισμένως *non autem* ἀορίστως ideſt, vnam finitè & non infinitè, *quod eſt blaſphemum, quomodò enim*, inquit, *vnam credes, ſi neſcis quàm? an dices vniuerſam totius mundi? erit ergò tibi Orthodoxus Armenus, Aethiops, Indianus, Sergianus, Monothelita, ac Theopaſchita. Quarè cum dicimus vnam Catholicam Eccleſiam, ſcire oportet, quanam ex Eccleſia efficitur vna, ſiquidem omnis multitudo aliquo vno eiuſdem ſpeciei efficitur vna*, eſt igitur *Catholica Eccleſia*

vna

Digitized by Google

vna vnius Eccleſiæ Romanæ coniunctione, quæ ipſa cū Pontifice vno vnitur ita ſit, vt omnes Eccleſiæ Catholicæ cum Romana vniantur, & Romana cum Pontifice, ac proindè omnes cum Pontifice &c. Qui ergò nihil habēt commune cum Eccleſia Romana, & cum ſummo Pontifice, atque originem, & fundamentum vnitatis Eccleſiæ, id eſt Pontificem Romanum, negant, non pertinent ad Eccleſiam toto orbe diffuſam. *Eccleſia vna eſt & caput vnum, & origo vna*, ait Cyprianus, *vt licet partes ſint inter ſe diſtinctæ, non tamen diuiſæ ab iſta ſua vnitate*: hæ verò partes ſunt ſingulæ Eccleſiæ Catholicæ, id eſt ſingulæ plebes ſingulis Epiſcopis adunatæ, *ſiquidem Eccleſia*, ait idem Cyprianus, *eſt plebs Sacerdoti adunata, & Paſtori ſuo Grex adhærens*; vndè fit vt qui per Schiſmata deſinunt cohærere: & ſe ſacrilegè ab iſta vnitate, in capite vno, & vna origine ſeparant, quod Lutherani, Caluiniſtæ, & aliæ ſectæ, ante aliquot annos fecerunt, ſimul deſinant eſſe partes Eccleſiæ Catholicę, deſinant item eſſe & dici Eccleſiæ, vt idem Cyprianus *libro quarto, epiſt. 9. obſeruauit*, cum enim dixit Petro, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, nomine Eccleſiæ docuit non eſſe Eccleſiam, quæ non eſſet cum Petro & ſucceſſore eius cohærēs. Reformata igitur iſta Mornęi Eccleſia neque Eccleſia eſt, neque quod conſequens, Eccleſiæ toto orbe diffuſæ vllo modo ſociatur, *Ad Romanam Eccleſiam*, ſcribebat Irenæus, *propter potentiorem principalitatem neceſſè eſt omnem conuenire Eccleſiam, id eſt eos, qui ſunt vndique fideles, &c.* Quomodo igitur Eccleſia iſta eſt, quæ cum Romana nihil habere ſe commercij profitetur? Quomodò fideles, iſti ſacrilegi, qui Romanum Pontificem *adulterum*, Romanam Eccleſiam *meretricem, Augiæ præterea ſtabulum, & Caci ſpeluncam*, (nec enim poteſt progenies iſta viperarum bona loqui, cum mala ſit) appellant?

Epiſt. 66. ad Florentium.

Lib. 3. c. 3.

Quidni verò? interminante Paulo, Anathema tu ab illa, qui præter hoc Euangelium euangelizas: de quo ipſe: ſi nos, aut Angelus de cælo, præter illud, anathema eſto.

ITa ſcilicet Mornæus vult Eccleſiam ſuam puriorem, Eccleſiæ toto orbe diffuſæ ſociari, vt nos ab illa anathema ſimus, qui præter hoc Euangelium, de quo Apoſtolus: *Et ſi Angelus de cælo euangelizauerit vobis, præterquam quod accepiſtis, anathema ſit*, Euangelizamus. Nos quidem fatemur ab illa Eccleſia toto orbe diffuſa, quam iſte intelligit, & cui ſuam vult ſociari, anathema eſſe: quænam enim illa eſt, niſi colluuies quædam omnium hæreſeon, quæ per Chriſtianum orbem ſunt ſparſæ? Abutuntur verò ſectarij hoc loco Apoſtoli, vt & multis alijs ad ſuam ipſorum perditionem, vt indè omnes traditiones non ſcriptas, vti res cōmentitias, & Chriſtianæ doctrinæ adulteratrices reijciant; Cum tamen certum ſit, Apoſtolum neque damnare traditiones Eccleſiæ, neque quod dicit *Præter Euangelium*, intelligere illud, quod ad pleniorem legis Euangelicæ obſeruationem Pontifices, & Sacra Concilia Generalia, & Prouincialia obſeruari præcipiunt; verùm illud, quod Euangelicæ doctrinæ, quam certè prędicabat Paulus, repugnat: quod ex D. Auguſtino conſtat *tract.* 98. in Ioannem, *non dixit Apoſtolus: ſi quis vobis euangelizauerit plusquam accepiſtis, ſed præterquam quod accepiſtis: nam ſi illud diceret, ſibi ipſe præiudicaret, qui cupiebat venire ad Theſſalonicenſes, vt ſuppleret, quæ illorum fidei defuerant, ſed qui ſupplet, quod minus erat, addit, non quod inerat, tollit.* Atq; id è re ſubiecta & ex orationis atque argumenti circumſtantijs colligitur: nam in eos inuehitur, qui Galatas in legem inducebant, quod dicerēt Euangelium ſine legis obſeruantia minimè ſufficere ad ſalutem, quæ doctrina Euangelio aduerſatur, & anathema ijs, qui id vel credunt, vel docent. Quæ ergò aduerſantur doctrinæ à ſe traditæ condemnat, eaq́ue *præter Euangelium*, id eſt, contra Euangelium eſſe dicit. Id verò licuit Apoſtolo fidentius ſcribere, quippe qui ſciebat ſe à Deo vocatum, & edoctum. *Notum vobis facio, fratres, Euangelium, quod Euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem, neque enim ab homine accepi illud aut didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.* An idem Mornæo, & noui Euangelij præconibus ſcribere licet? Nos igitur non anathema, qui traditiones Eccleſiaſticas, & ſtatuta Patrum obſeruamus: ſed anathema Mornæus, & illius ſymmiſtæ, qui multa ex diametro pugnantia cum doctrina Euangelij ſcribunt & docent: An verò in Euangelio continetur, vel in doctrina Pauli, Papam eſſe *Antichriſtum*, Eccleſiam Romanam eſſe *ſedem Antichriſti*? aut elegans iſta expoſitio, *Myſterium iniquitatis, ſeu hiſtoria Papatus*? aut *reformata, & purior iſta Eccleſia* vllibi in Euangelio legitur, de qua in tota ſcriptura *ne gry* quidem? Verùm in Euāgelio nos monemur, quin & iubemur attendere à Mornæo & tanquam à Syrene ab eo, aures obſtruere, Matt. 7. *Attendite inquit Dominus à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*: Quem locum Tertullianus lib. de præſcript. cap. 4. ſic explicat. *Quæ ſunt iſtæ pelles ouium, niſi nominis Chriſtiani extrinſecus ſuperficies? Qui lupi rapaces, niſi ſenſus, & ſpiritus ſubdoli ad infeſtandum gregem Chriſti intrinſecùs deliteſcentes? qui Pſeudo Prophetæ ſunt, niſi falſi prædicatores? qui pſeudo Apoſtoli, niſi adulteri Euangelizatores?* & Vincentius Lirinenſis cap. 36. *Quid eſt veſtitus ouium, niſi Prophetarum, & Apoſtolorum præloquia, quæ quidem ouili quadam ſinceritate agno illi imaculato, qui tollit peccatum mundi, tanquam vellera quædam texuerunt? Qui ſunt lupi rapaces, niſi ſenſus hæreticorum feri, & rabidi, qui caulas Eccleſiæ ſemper infeſtant, & gregem Chriſti quaquà poſſunt, dilacerant?* vbi graphicè & ad viuum expreſſi tum in ſcriptura, tum a patribus illis Mornæus ac reliqui noui Euangelij Præcones; illud item Euangelicum eſt, *Si quis dixerit vobis, ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic, nolite credere, & ſurgent Pſeudo Chriſti & pſeudo Prophetæ, ſi dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere*; hoc eſt, à Mornæo vobis cauete, cum nouam Eccleſiam, quam reformatam, & puriorem appellat, non in

Quis ſenſus loci D. Pauli.

Matth. 25.

Papa-

Digitized by Google

Papatu, aut in luce mundi inueniendam, inueſtigandam, ſed in deſerto latentem obtrudit, eámque primitiuam Apoſtolicam eſſe impudenter æquè, ac mendaciter ſcribit, & aſſerit. Non diſſimiles pſeudoChriſtiani iſti Alcimo illi pſeudo-Iudæo, qui cum ambiret magnum Sacerdotium, ad Demetrium Regem ſe contulit, qui & eum in Sacerdotium conſtituit, & mandauit ei facere vltionem in filios Iſrael, qui eò facilius incautos decepit, quòd eſſet Sacerdos de ſemine Aaron. *Homo ſacerdos de ſemine Aaron venit, nō decipiet nos.* ita ſimplicioribus vix credibile videtur Philippum Mornæum nobilem Gallum, nihil aliud quā Euangelium, quàm Canonem ſcripturarum, quā ſymbolum Apoſtolicum, quàm primitiuam Apoſtolicam Eccleſiam concrepantem, quàm reformationem, & puritatem in ore habentem, in perniciem religionis, & Patriæ, conſpiraſſe latronē, & homicidam animarum eſſe. Vnde enim Reipublicę ſalus, niſi à ſacra religione? ſcribebat Gregorius ille magnus, *Pacem Reipublicæ ex vniuerſalis Eccleſiæ pace pendere.*

Lib. 1. Machab. c. 7.

Lib. 4. indict. 3 Epiſto. 32.

Noſtra illa huic continua, nedum contigua.

IMpudenter id quoquè, & nullo argumento aſſertum; nam ante perfidos illos apoſtatas Farellum, & Caluinum ſub Chriſtianiſsimis Regibus, omnes Eccleſiæ regni Galliarum cohærebant Eccleſiæ Romanæ, ac proindè omnibus cūcti orbis Eccleſijs, quæ idem Eccleſiæ Romanæ hodiè cohærent; quare vel perierunt omnes illæ Eccleſiæ, & tot tantique Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus deſierunt eſſe partes Eccleſiæ Catholicæ; vel nulla tum erat Chriſti Eccleſia apud maiores noſtros; aut hæc reformata falſi nominis dumtaxat eſt Eccleſia; aut, quæ ſit illa primitiua Apoſtolica toto orbe diffuſa, cui hæc *continua* ſit, *ne dum contigua*, neſcire me fateor. Videmus, equidem à Petro Apoſtolo continuam fuiſſe ſucceſsionem Epiſcoporum in Eccleſia Romana, in qua, vt ſcribebat D. Auguſtinus, *ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit principatus*. Vnde omnes Eccleſiæ tanquam à matrice, & radice ſuam vnitatem atque originem repetunt. Non eſt igitur dubium, noſtram illi, nedum contiguam, immò eādem eſſe, quæ illa primitiua Catholica, Apoſtolica Romana fuit; iſti verò noui Euangelij miniſtri vndè primùm prodierunt, aut quibus ſucceſſerunt? Primitiua Eccleſia Epiſcopos habuit, & Sacerdotes, & reliqua Eccleſiaſtica miniſteria; quomodo igitur illi *hæc continua, ne dum contigua*, quæ neque Sacerdotes habet, neque Epiſcopos? Legātur antiqua Concilia, ſancti Patres, ac Doctores Eccleſiæ, qui perpetuis ſeculis egregiè tutati ſunt fidem Catholicam, ex quibus quæ continua fuerit maiorum noſtrorum ab Apoſtolis ipſis tradita, & perpetuò in Eccleſia ſeruata integra fidei doctrina, facilè intelligimus, vt indè conſtet, noſtra ne, an hæc reformata, & purior (quā vocant) ſit primitiuæ illi Apoſtolicæ continua, & an eadem miniſtri iſti nuperæ Eccleſiæ doceant, quæ Apoſtoli, & eorum ſucceſſores docuere; ſiquidem ab vnitate doctrinæ vna Eccleſia eſſe intelligitur, vt illa nunc ſit primitiua Apoſtolica, in qua, quæ ab Apoſtolis conſignata eſt eorum ſucceſſoribus, ac deinceps continua ſerie temporum, per manus tradita, fidei doctrina, ſarta tecta retinetur, & integra. Non Apoſtolicæ certè, ſed apoſtaticæ illi primitiuæ cōtinua eſt hæc deformata, ac impurior Eccleſia: nā à Simone Mago primo hæretico ad noſtra vſq; tēpora, nūquā defuere qui Petro, & ſucceſſoribus eius, & fidei ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, (quę iam tum annunciabatur in vniuerſo mundo) reſiſterent, quibus iſti valdè affines: hæreſes hæreſibus ſubindè aliæ ſucceſſerunt, nec defuerunt ante hæc tempora, qui eadē docerent, qualia nūc noui iſti Euangelici, ſed dānati à ſacris Concilijs, ac toto Chriſtiano orbe hæretici. Sicut igitur non ſolùm continuam ſeriem generationum à Seth, in quibus iuſti, verùm etiam à Cain, in quibus reprobi, ad diluuium vſque ſcriptura commemorat: ſicut item vtraque Ciuitas, Dei & diaboli ab exordio mundi ad finē vſq; curſum ſuum continuè peragit, illa quidē peregrinans in ſpe, hæc terrenis defixa cupiditatibus; ita Chriſti Eccleſia noſtra eſt primitiua, Apoſtolica, vt ab Apoſtolis ipſis ſuam originem repetens, ac continuè ad nos per omnia ſecula perſeuerans, & de hoſtibus ſuis triumphans, hæc verò Eccleſia malignantium non nunc primum cœpit; cum ab Apoſtolorum temporibus hæreſes cœperint, ac per omnes ferè ætates aliæ alijs ſucceſſerint, quibus cum iſta ſit contigua, & per eas primitiuæ illi Apoſtaticæ Eccleſiæ, contigua erit iudicanda.

Epiſt. 162.

Eccleſia Mornei primitiua, neque continua, neque contigua.

Mornæi Eccleſia Apoſtatica primitiuæ contigua.

Tot (inquit) miraculis coruſca.

HAec igitur Eccleſia reformata, & purior illa eſt, in cuius gremio D. Auguſtinum iuſtiſsimè retinebat auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata: immò nè hæc ſola quidem, verùm etiā conſenſio populorum, atque gentium, & ab ipſa ſede Petri, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſsio ſacerdotum; tùm ipſum Catholicæ nomen, quod non ſine cauſa, inter tā multas hæreſes ſola iſta Eccleſia ſic obtinuit; vt, cum omnes hæretici ſe Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum, vel baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtendere. Atqui Eccleſiam ſuam non audet Catholicam Mornęus appellare; ſed reformatam, & puriorem vocat, nec ipſum credo adeò impudentem, vt dicat in eam conſentire populos, atque gentes; nō enim eſt in Eccleſia iſta puriori ſucceſsio Sacerdotum; cùm iſta Eccleſia, nec Epiſcopos, nec ſacerdotes habeat, nihil habeat commune cùm ſede Petri, hoc eſt, cùm Eccleſia Romana, origine vnitatis, matrice, & radice omnium Eccleſiarū. neq; igitur illa Eccleſia eſt, in qua ſit auctoritas miraculis cōfirmata, aut vetuſtate firmata. *Noſtra Eccleſia* (ait Mornæus) *primitiua illa eſt Apoſtolica,*

D. Aug. li. contra Epiſtolam fundamenti c. 4.

Digitized by Google

tot miraculis coruſca, noſtra doctrina illa ipſa eſt doctri na Chriſti, & Apoſtolorum, tot ſignis olim confirmata. Eadem Caluinus præfat. ad Regem Galliæ. *Quod miracula à nobis poſtulant, improbè faciunt; non enim recens aliquod Euangelium cudimus, ſed illud ipſum retinemus, cuius confirmandæ veritati, ſeruiunt omnia, quæ vnquam & Chriſtus, & Apoſtoli ediderunt.* Non minus igitur improbè Caluinus faciebat, cùm nouo miraculo ſtuderet Geneuę confirmare ſui veritatem Euangelij; Et quidem longè anteà Tertullianus miraculum illud ſtupendũ Caluini prȩuidit. *Volo* (inquit) *virtutes eorum proferre, niſi quòd agnoſco maximam virtutem eorum, qua Apoſtolos in peruerſum æmulantur. Illi enim de mortuis viuos faciebant, iſti de viuis mortuos faciunt.* An verò non eſt hæc petitio principij? Quid enim hic in quæſtione eſt, niſi id ipſum, quod iſti homines pro confeſſo obtendunt? nunquid non & Marcion, & Apelles, & Valentinus, ac reliqui ſectarij, quos & ipſi pro hæreticis habent, idem cauſari poterãt? An Chriſtus, & Apoſtoli diuinitùs ad eãdem doctrinam Prophetarum repetendam, interpretandam, & complendam miſsi, hoc tantum Iudæis occinebant? Nos orthodoxi ſumus, Moyſis, & Prophetarum doctrinam aſſerimus, legem ſtabilimus &c. verùm, vt fidem ſibi compararent, vocationem ſuam, & Euangelij prædicationem ſtupendis miraculis aſſerebant, & Prophetarum interpretationem obſignabant. Vos igitur ita compello, diſformatæ, ac impuræ ſathanæ ſynagogæ impuriores vindices, & defenſores, ſacrę religionis, & Chriſtianæ Reipublicæ incendiarij, & ſacrilegi: Cum incredibili furore Eccleſiaſticos profligaſtis, in Sacerdotes Domini longè crudeliùs quam Saul, ſæuiiſtis, multos iugulaſtis, virginitati ſanctimonialium Deo conſecratæ non peperciſtis, ſacratas Deo ædes, atquè altaria deſtruxiſtis, & euertiſtis, ſacras imagines, quæ nobis Chriſti in nos beneficia, & ſanctorum merita, & vitam, vt eos nobis vitæ exemplar proponamus, referunt, confregiſtis, ſacroſanctam Euchariſtiã (*horret animus referre*) ſacrilegis pedibus protriuiſtis, Eccleſias, Monaſteria, ſacella, clauſtra, vſque ad fundamenta demoliti eſtis, omnia ſacræ antiquæ religionis monumenta euertiſtis, in quo ſigno hæc feciſtis? hoccine Euangelium ab initio tot miraculis confirmatum, quod Chriſtus, & Apoſtoli, per orbem, prædicauerunt? Nonne Chaldæos templi Hieroſolimitani euerſores, in hoc, æmulati eſtis? quin & Antiochum illum Epiphanem radicem peccati imitati? Ille templum Dei viui, ac veri in templum Iouis commutauit, vos verò ſacras ædes in loca profana, & equorum ſtabula conuertiſtis. Hęc iſtius nouę Eccleſię reformatę miracula. Olim per Imperatores Chriſtianos toto Romano orbe euerſa ſunt templa Dęmonum, Idola comminuta, ſubtracta ſacrificia, nunc diabolus, per vos fideliſsimos miniſtros, ſuas iniurias vltus eſt.

Videntur ꝑ cæteris, Hieronym. Bolſec in vita Caluini c. 13.

Lib. de præſcrip. c. 30.

Miracula monaſtorũ.

Tot, tantorùmque martyrum ſanguine purpurata.

HAec itaque Mornæi purior, & reformata Eccleſia, ſimia erit in purpura, & rectè quidem; nec enim minus de Mornęo, & ſui ſimilibus, quod ſcribebat ad Iubajanum de Nouatiano Cyprianus, intelligi poteſt. *Nouatianus ſimiarum more, quæ cùm homines non ſint, homines tamen imitantur, vult Eccleſiæ Catholicæ authoritatẽ vendicare, quando ipſe in Eccleſia non ſit, immò adhuc inſuper contra Eccleſiam rebellis, & hoſtis extiterit.* Sic iſta Eccleſia, tam verè Apoſtolica primitiua eſt, ſanguine martyrum purpurata, quam verè ſimia eſt homo, quę tamen hominem imitatur. Quid quęſo tam ridiculum, quam ſimia veſtita purpurea veſte? atqui magis ridiculum, quòd iſte nuperam ſuam Eccleſiam tot miraculis coruſcã, tot tantorumque martyrum ſanguine purpuratã tanta impudentia ſcribit. Refert Epiphanius, natum eſſe aliquandò ſchiſma inter Petrũ Archiepiſcopum Alexandrinum, & Meletium Epiſcopum in Thebaide, quòd Petrus eos, qui lapſi eſſent, & à martyrio excidiſſent, & coacti Idolis ſacrificaſſent, pœnitentes, ſuſcipiendos conſuleret, & ordinandam illis pœnitentiam, vt aſsiderent Eccleſię, ne fortè, qui ſemel ad confuſionẽ prę imbecillitate, ac infirmitate à diabolo concuſſi, ac conquaſſati fuerant, etiam propter temporis moram, perfectè ſubuerterentur, & non ſanarentur, prout ſcriptum eſt, *non debere claudum ſubuerti, ſed curari*: Meletius verò omninò refragaretur huic conſilio, ne, propter talem veniam, ita facilè, & citò datam, alij pręuaricarentur, & ad Dei abnegationem, & idololatriam laberentur, & Chriſto renunciarent. Hinc factum eſt, vt alij Petri, alij Meletij ſententiæ adhęrerẽt, qui ſe orſim preces fundebant, & ſacrificia perficiebant. Atq; cum Meletius Clericos, Presbiteros, Epiſcopos, & Diaconos conſtitueret, & proprias ędificaret Eccleſias, qui Meletio adhęrebant cũ Alexandrino Epiſcopo Petri ſucceſſore minime cõmunicabant: inſcribebant verò ſinguli in propria Eccleſia, & ita qui Petro, veteres habentes Eccleſias. *Eccleſia Catholica*, qui verò Meletio adhęrebant *Eccleſia Martyrũ*. Idẽ certè videtur eſſe Morneo conſilium, diſtinguere *Eccleſiam Martyrium* ab *Eccleſia Catholica*: nam certum eſt, ſuam non eſſe Catholicam neque Apoſtolicam, vt oſtẽſum eſt. Si igitur eſt illa *Eccleſia Martyrum ſanguine purpurata*, certum eſt aliam eſſe *Eccleſiam Catholicam, & Apoſtolicam*, aliam verò *Martyrum*; quod cùm fateri ſit abſurdum (nec enim extra *Eccleſiam Catholicam*, quam in ſymbolo profitemur, eſt vera fidei confeſsio, aut verum Martyrium) tàm verum eſt, Eccleſiam Mornęi eſſe tot tantorumque Martyrum ſanguine purpuratam, quàm verum, eam eſſe Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam.

Epiſt. 70.

Hæreſ. 68.

Schiſma Petri Alexandrini & Meletij.

Mira-

Digitized by Google

Miracula quandoquidem illa, Euangelij huius fidem atteſtantur; Martyria Chriſto vnigenito Dei Filio, ſoli generis humani Redemptori, Mediatori, Saluatori, ſoli noui fœderis verè Sacerdoti, teſtimonium perhibent.

CErtò quidem conſtat, ſtupendis miraculis, tanquam diuinis teſtimonijs, confirmatum eſſe Chriſti Euangelium, quod, per Apoſtolos, & Apoſtolicos viros eſt orbi annunciatum, *Impleti ſunt Spiritu Sancto Apoſtoli*, ait D. Auguſtinus, *loquuntur repentè linguis omnium gentium, arguunt fidenter errores. prædicant ſaluberrimam veritatem. cohortantur ad pœnitentiam præteritæ culpabilis vitæ, indulgentiam de diuina gratia pollicentur, prædicationem pietatis veræque religionis, ſigna congruentia, & miracula conſequuntur*. Aut igitur miraculis mundus perſuaſus fuit, vt crederet tam ſublimia myſteria, Chriſti diuinitatem, illius incarnationem, reſurrectionem ex mortuis, & aſcẽſionem ad cælum; aut ſine vllis miraculis credidit. *Et hoc nobis vnum grande miraculum ſufficit*, vt ait idem Auguſt. *quòd ea terrarum orbis ſine vllis miraculis credidit*. (Lib. 22. de Ciuit. c. 5.) At quod illud Euangelium, cuius fidem tot miracula ſunt atteſtata? de quo ſcilicet Chriſtus: *Prædicate Euangelium omni creaturę* (Matth. 28.) de quo Apoſtolus; *In verbo veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos ſicut & in vniuerſo mundo eſt, & fructificat, & creſcit, ſicut & in nobis*, (Coloſſ. 1.) vt intelligamus, illud eſſe Chriſti Euangelium miraculis confirmatum, quod Eccleſia Catholica Apoſtolica Romana, quę in vniuerſo mundo eſt, credit, & prædicat, non Mornæi Euangelium, cuius magna laus eſt per omnes pſeudo Euangelicorum Eccleſias in Euangelio, quod ſibi, priuatim damnato Orbe terrarum, iſti aſſerunt. Quod cõtendebat apud D. Hieronymum Orthodoxus contra Luciferianum: non ſine cauſa Chriſtum mortuũ fuiſſe nec, ob Sardorum tantum Maſtrucam Dei Filium deſcendiſſe, & nos item contendimus Euãgelium, quod *virtus Dei eſt, in ſalutem omni credenti, Iudæo primùm, & Græco*, eſſe illud, quod Catholica credit, & prædicat Eccleſia: non quod ſibi nupera ſecta, & hæretica perfidia priuatim aſſerit. Quod ad reliqua attinet, quæ ſubijcit Mornæus, venit in mentem illud Chriſti. (Matth. 7.) *Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum*: profitetur Mornæus Chriſtum vnigenitum Dei Filium, ſolum generis humani Mediatorem, Redemptorem, Saluatorem, ſolum noui fœderis verè Sacerdotem, de quo, niſi ſubdolus eſſet homo (vt ſolent eſſe omnes hæretici) nulla nobis cum illo contentio; ſed ſub verbis iſtis, vt à fraudulento homine prolatis, occultum certè latet venenum, (Fraus aduerſarij cauenda.) vult enim excluſa ſanctorum merita, opera ſupererogationis, nihil nos eorum precibus iuuari, iniuriam fieri Chriſto, ſi eos nobis apud Deum interceſſores fore confidamus: vult etiam excludi Sacerdotium, & ſacrificium noui teſtamenti, atq; cũ plurimum putat ſe Chriſto tribuere, illius merito maximè derogat, & detrahit pergit homo fanaticus.

Quod nos ſolum vrgemus, impugnatis cæteris, ſanguine noſtro obſignare parati ſumus.

AN verò, ſi ſanguine ſuo obſignabit doctrinã Eccleſiæ purioris, & reformatæ, ideò doctrina illa vera erit? an, etſi pro confeſsione nominis Chriſti, quòd ſit vnigenitus Dei filius, vnus Dei, & hominum Mediator, ſanguinem profuderit, non ideò pſeudomartyr erit habendus? (Hæretici pſeudoMartires) *Quam ſibi pacem promittunt* (ait Cyprianus) (Li. de vnit. Eccl. c. 10.) *inimici fratrum? quæ ſacrificia celebrare ſe credunt æmuli Sacerdotum? an ſecum eſſe Chriſtum, cum collecti fuerint, opinantur. qui extra Chriſti Eccleſiam colliguntur? Tales etiamſi occiſi in confeſſione nominis Chriſti fuerint, macula iſta nec ſanguine abluitur (inexpiabilis & grauis culpa diſcordiæ) nec paſſione purgatur: Eſſe Martyr non poteſt, qui in Eccleſia non eſt, ad regnum peruenire non poteſt, qui eã, quæ regnatura eſt, derelinquit. Pacem nobis Chriſtus dedit: concordes, atque vnanimes eſſe præcipit, dilectionis, & charitatis fœdera incorrupta, atque inuiolata ſeruari mandauit: exhibere ſe non poteſt martyrem, qui fraternam non tenet charitatem. Ita enim Apoſtolus: ſi tradidero corpus meum ita, vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil ſum.* (Paulus 1. Corin. 13.) An verò charitatem habere cenſendi ſunt iſti noui Euangelij promulgatores, qui auſi ſunt eam pacem, quæ in Eccleſia vigebat anteà, perturbare? illam inconſutilem Chriſti tunicam, à quo facinore etiam impij milites abſtinuerũt, varias in partes diſcindere? florentiſsimas Europæ prouincias ſanguine, ac cædibus compellere? An charitatem habeat Mornæus, ſpirans minarum, ac cædis in Catholicos? ferro flammâq; Chriſtiano orbi vaſtitatem inferre exæſtuãs? Ibidem Cyprianus. (Cypri. loco citato.) *Cum Deo manere non poſſunt, qui eſſe in Eccleſia Dei vnanimes noluerunt: ardeant licet flammis, & ignibus traditi. vel animas ſuas beſtijs obiecti ponant, non erit illa fidei corona, ſed pœna perfidiæ, nec religioſæ virtutis exitus glorioſus. ſed deſperationis interitus. Occidi talis poteſt, coronari non poteſt. Non ex paſſione certa eſt iuſtitia*, ait D. Auguſtinus, (Lib. 1. cõt. epiſ. Parmeniani c. 7.) *ſed ex iuſtitia, paſſio glorioſa eſt. Ideoque dominus, ne quiſquam in hac re nebulas offunderet imperitis, & in ſuorum damnatione meritorum laudem quæreret martyrum, non generaliter ait: Beati qui perſecutionem patiuntur ſed addit magnam differentiam, qua vera à ſacrilegio pietas ſecernatur ait enim: Beati qui perſecutionem patiuntur, propter iuſtitiam.* Epiſt. 50. ad Bonifacium: *Veri Martyres illi ſunt, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: non ergò, qui, propter iniquitatem, & propter Chriſtianæ vnitatis impiam diuiſionem. ſed propter iuſtitiam, perſecutionem patiuntur: hi Martyres veri ſunt.* Ibid *& ipſe Dominus cum latronibus crucifixus eſt, ſed quos paſſio iungebat, cauſa ſeparabat. Ideo in Pſalmo, vox illa intelligenda eſt, verorum Martyrum volentium ſe diſcerni à falſis Martyribus: Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta;* (Pſal. 42.) *non dixit diſcerne pœnam meam, ſed diſcerne cauſam meam, poteſt enim eſſe impiorum ſimilis*

lis

Digitized by Google

lis pœna, ſed diſſimilis eſt Martyrum cauſa &c. An non multi tollerauerunt tormenta, vitio non virtute, pertinacia non conſtantia, diabolo poſsidente non perſequente? Nihil igitur ſimile habet conſtantia Martyrum, & iſtorum pertinacia, vt enim ſcribit D. Bernardus. *Mortis contemptum in illis pietas, in iſtis cordis duritia operatur.* Neque igitur ſi purioris ſuæ Eccleſiæ doctrinam proprio ſanguine obſignet Mornæus, aut illa erit Eccleſia Chriſti, aut ideò ipſe verus Dei Martyr erit habendus; non magis quàm Donatiſtarum Circũcelliones, qui per mortes varias, maximè præcipitiorum, aquarum, & ignium ſeipſos necare conſueuerunt, vt teſtatur D. Auguſtinus; & in ipſum furorem alios ſeducunt, vt ſeipſos occidant; quod ſi facere illi contemnunt, mortem illis minantur, dicentes hoc modo illos Martyres fieri. Verè dixit Optatus Donatiſtis. *Nolite putare, vos eſſe, quales non eſtis, & perire tales, quoniam non vos hæc fides ſed veſter malus error hortatur, vt non libenter pro Deo, ſicut dicitis, in iſta perſecutione moriamini, ſed nequiter pro Donato factis veſtris perſecutionem patiamini.* Sic pertinaces iſti, non fidem in Chriſtum, ſed perfidiam ſunt proprio ſanguine obſignaturi.

Ser. 66. ſuper cantica.

Hæreſi 69.

Optatus Mile.

Noſtra proinde miracula, & Martyria illa quatenus eius commilitones, concorpores ſumus.

Honores habiti martyribus.

QVantus honos habitus ſit ſemper, in Eccleſia ipſis Martyribus, & quanta celebritate eorũ memoriam coluerint Chriſtiani, conſtat non modo ex patribus, verùm & ex ipſiſmet templis, in eorum memoriam Deo magnificè conſtructis, & conſecratis, quæ qui eã euerterunt eorumdemque cultum impugnarunt memoriam illorũ prorſus extinctam voluerũt: neſcio qua impudentia ſibi nunc illos vendicent. Noſtra certè Martyrologia ab iſtorum Martyrologijs longè differunt; hi enim non antiquos Martyres, ſed nouos ſacrilegos apoſtatas, & perditiſsimos nebulones habent loco Martyrum. At quid mirum? *Habent veſpæ ſicut & apes*, inquit Tertul. lib. 4. cap. 5. contra Marcionem *fauos ſuos.* Tã verè itaque iſtorum ſunt miracula, & Martyria ſanctorum, quàm Eccleſiæ Chriſti cõmilitones, qui ab ea extorres ſunt, reprobi, ac æternæ damnationis ignibus deputati.

Vide Alanum copũ dialogo 6. c. 16.

Cedo verò; nùm traditiones tuas illis miraculis confirmatas; nùm pro Papatu, pro Papali doctrina, imaginum adoratione, ſanctorum cultu, purgatorij nundinatione, miſſæ ſacrificio, Tranſubſtantiatione, Martyrium illos ſubijſſe, dicere ſuſtineas.

EGo verò id Doctori Mornæo reſponderim, neminem vnquam Chriſti fuiſſe Martyrem, niſi qui in Eccleſia Catholica Apoſtolica Romana pro his omnibus, quæ ex multis fidei dogmatibus profert, mortem ſubierit; neminem vnquã in lege Euangelica vel ſalutem conſecutum, aut ſaluatũ iri, niſi qui hæc omnia dogmata, & quæcumque docet Sancta Romana Eccleſia, explicitè, atque disertè, aut ſaltem implicitè (cum non omnes fideles ex æquo ad omnia explicitè credenda teneantur) crediderit ac confeſſus fuerit; qui enim pertinaciter errauerit vel circa vnicum dogma fidei, etſi reliquis aſſentiatur, hunc hæreticum eſſe conſtat, cùm fides illius, non reuelatione diuina nobis per Eccleſiam propoſita, quæ eſt ratio formalis fidei verè Catholicæ & diuinæ, cui falſum ſubeſſe non poteſt; ſed priuata tãtùm, & ſpeciali credentis authoritate nitatur. Et quẽadmodum charitas ipſa, per vnumquodque mortale peccatum cuicumque Diuino aut Eccleſiaſtico præcepto oppoſitum, tollitur: ita fides, per quamlibet hæreſim cuicumque dogmati Eccleſiæ oppoſitam, omninò extinguitur. An Nouatianus non fuit hæreticus, niſi fortaſsè impoſtor ſit, ſanctiſsimus Martyr Cyprianus? & tamen ipſum conſtat, de ſanctiſsima Trinitate, de Incarnatione, ac præcipuis fidei dogmatibus rectè ſenſiſſe, eòque ſchiſmaticum, & hæreticum eſſe iudicatũ, quòd ab Eccleſia ſe ſubtraxiſſet, & nullam ſpem veniæ lapſis pœnitentibus ſupereſſe doceret: An non Donatiſtæ ab initio aſſentiebãtur omnibus dogmatibus fidei, quibus & ipſi Catholici? eo tamen errabant, quòd dicerent, Eccleſiam in ſola parte Donati remanſiſſe, qui deindè, vt abyſſus abyſſum inuocat, alios multos errores ſunt profeſsi. Verùm hanc Theologiam magnus Doctor Mornæus ignorauit, ideoque tàm præcipitanter, & nullo iudicio ſcribit, pro illis fidei dogmatibus, nullos Martyrium ſubijſſe. Verùm libenter ex illo quærerem, quinam Martyres ex antiquis illis, quos ſolenni ritu colit Eccleſia, & quorum Martyrijs confirmata eſt, per mundum, fides Euangelij, Martyrium paſsi ſint pro doctrina, quam in reformata ſua Eccleſia noui iſti Euangelici profitentur? an vllus vnquam pro his propoſitionibus ſanguinem profudit, quòd Papæ ſit adulter, & non legitimus Eccleſiæ ſponſus, & quòd Eccleſia Romana ſit adultera, & quòd Myſterium Iniquitatis ſit hiſtoria Papatus (quæ ſunt vulgatæ iſtorum blaſphemiæ) aut quòd miſſa nõ ſit ſacrificium à Chriſto Domino in memoriam paſsionis ſuæ inſtitutum, in quo verè, realiter, & ſubſtantialiter offeratur in altari ſub ſpeciebus panis, & vini, verum, & reale corpus Chriſti; aut quòd ſacræ imagines non ſint adorãdæ, quas Iudæi iſti, & Ethnicis peiores, vt omnẽ pietatem, & religionem, ac ſanctorum memoriã ex fidelium mentibus eradicarent, euerterunt; aut quòd non ſit purgatorium, cuius pœnas perfidi iſti, quibus ignis inferni cum diabolo, & angelis eius paratus eſt, numquam ſunt experturi: aut denique quod nullus ſanctis cultus debeatur? Sed non eſt inſtituti mei hoc loco, pluribus argumentis horum dogmatum veritatem, contra doctorem Mornæum, confirmare; id alterius eſt loci: An verò nõ ſanctiſsimi Martyres omnes

Nouatianus hæreticus indicatus. quarè?

Error Donatiſtarũ.

illi

illi Romani Pontifices, qui pro fide Chriſtiana, vſq; ad tempora Cōſtantini magni fortiſsimè, & conſtantiſsimè Martyrium paſsi ſunt ? ex horum verò epiſtolis annon euidenter cōſtat eos credidiſſe, ſibi curam omnium Eccleſiarum, hoc eſt, totius Dominici gregis quacūq. diſpergeretur, cōmiſſam eſſe? An non etiam eorum nonnullos inter celebrandum ſacra à ſatellibus interceptos fuiſſe (vt noſtro ſeculo in aliquot Europe locis, vbi hæreſes præualent) Pontificum ipſorū hiſtoriæ multò veraciores, quam hiſtoria Papatus perfidi, & ſacrilegi Mornæi referunt? Quot verò noſtro hoc ſæculo, pro Papatu paſsi Martyriū? Nonne, inter cæteros, in Anglia, Thomas Morus, Ioānes Roffenſis Cardinalis, alijq; multi ex ſingulis ordinibus religioſiſsimi viri ? Huc etiā accedit, quòd de Papatu diù diſputatum eſt in Concilio Florentino, & quoties Græci Concilijs interfuerunt, toties in eandem cum Latinis ſententiā de Primatu Romani Pontificis, Patrum auctoritate conuicti, deſcenderūt. Quæ igitur iſtius bardi audacia, vt ſeſe ſacris Concilijs Occidentalibus, & Oriētalibus Eccleſijs audeat opponere? Quot verò ſub Leone Iſaurico, Conſtantino illo infami Copronymo, & alijs Græcis Imperatoribus pro defendendo cultu ſacrarum Imaginum mortem intrepidè ſuſtinuerunt? Nonnè Mornæum pudebit pios appellare iſtius modi generis humani monſtra? an non ij perſecuti ſunt Dei Eccleſiam? an non conſtat miraculis ſæpe confirmatū ſacrarum Imaginum cultum? Ioanni etenim Damaſceno ſanctitate, & doctrina eximio, quod ſcripſiſſet pro cultu ſacrarum Imaginum, manū abſciſſam diuinitùs, & miraculosè fuiſſe reſtitutam, poſtquā ad Imaginem Deiparæ virginis preces fudiſſet. Multa item miracula in confirmationem ſacratiſſimæ Euchariſtiæ, & veritatis illic corporis Chriſti referunt authores fide digniſsimi, vt nonnunquā Iudaicam ipſam perfidiam conuicerint; quæ certè miracula reformata iſta Eccleſia ſibi arrogare nunquam audebit, quorum verò Martyrum fidei ſe hæredes eſſe affirmant, niſi illorum, quos in Martyrum Canonem Foxus, & Beza alijq; retulerunt, quos non pro Chriſti fide, ſed pro perfidia, alijſque criminibus ſupplicio conſtat eſſe affectos.

Noſtra demùm illa Eccleſia, quæ hæreticos olim peruicit Arrium, Macedonium, Neſtorium, Eutichem, Pirrhū, addamus et Papam Honoriū; Qui vnigeniti filij, et ſpiritus ſancti Diuinitatem, vtramq; etiam tùm naturā, tum voluntatem Chriſti controuertebant.

ATqui & noſtram eam eſſe nos dicimus quam nullo argumento Mornæus oſtendit eſſe ſuam Eccleſiam. An non diuinitatem Chriſti contra Arrium, Spiritus Sancti cōtra Macedonium, incarnationem verbi, & vnitatem perſonæ in duabus naturis in Chriſto, cōtra Neſtorium, diſtinctionem naturarum, etiam poſt verbi incarnationem, contra Eutichem, & voluntatum, contra Monothelitas in ſexta ſynodo condemnatos, aſſerimus? quæ igitur occaſio illis diſcedendi ab Eccleſia Romana, in qua, quicquid in antiquis illis Concilijs definitum, nullo modo in dubiū reuocare liceat? Si igitur antiquam illā Eccleſiā reformatores iſti Euangelij, & puriores Chriſtiani; ſibi vendicant, quòd vnigeniti filij, & Spiritus Sancti Diuinitatē, diſtinctionem itē naturarū, & voluntatum in Chriſto credunt: quo iure quoq; non liceat eandem Eccleſiam nobis aſſerere? neq; enim vllus vnquā in Eccleſia Romana, vel minimùm dubitauit de his dogmatibus fidei, quæ in ſacris illis Concilijs à ſanctis Patribus ſunt definita. An verò de ſanctiſsima Trinitate, de Diuinitate Chriſti, de illius incarnatione & merito, rectè, ſentiāt Mornęi Symmiſtę: aliorū eſto iudicium; ego enim facilè oſtenderē, quod & alij iā fecerūt, doctores primarios iſtius Euangelij, de præcipuis illis noſtrę religionis myſterijs perperàm ſentire, ac ferè in atheiſmum vergere. An verò quod idem ſentiant cum ſacris illis Concilijs de Diuinitate Chriſti, & Spiritus ſancti &c. rectè infertur hanc puriorem, & reformatam Eccleſiam illam eſſe, *quæ peruicit Arriū, Macedonium &c.* Rectè ſentiebant Donatiſtæ de Diuinitate Filij, & Spiritus Sācti, item de incarnatione verbi, de duabus naturis, & volūtatibus in Chriſto, eratne ideò pars Donati Eccleſia illa, quæ peruicit Arrium, Macedoniū, Neſtorium, Eutichem, Pyrrhum, & cæteros? Luciferiani quoq; idem credebant, quin & Nouatus ipſe, *apud quem ſi erat Eccleſia, non erat apud Corneliū*, vt argumentabatur D. Cypr. An fides noſtra ad eos articulos reducitur, vt ſi quis erret in reliquis, tamen in fidelium, & Chriſtianorum numero ſit habendus? An ſi quis non eſt Arrianus, neq; Macedonianus, Neſtorianus, aut Eutichianus, ideo non hæreticus? An apud Schiſmaticos illos Chore, Dathan, & Abiron erat Eccleſia Dei, & nō magis apud Moyſem & Aaronem ac reliquū populum? & tamen illi eundem verum Deum Abrahā, Iſaac, & Iacob, quem iſti, colebāt; ſic itaq. de ſacrilegis iſtis apoſtatis iudicandum ſed Auguſtinum ipſum, cui non niſi impudenter refragabūtur aduerſarij, loquentem audiamus, ex quo conſtabit, nouos Euangelij præcones, etſi de Chriſto rectè ſentiant, tùm quatuor illa celeberrima Cōcilia admittāt, Arrium, Macedoniū, Neſtorium, Eutichem, Pirrhum, condēnent, eſſe tamen à corpore Eccleſiæ auulſos. *Totus Chriſtus caput & corpus eſt. Caput vnigenitus Dei Filius, & corpus eius Eccleſia. ſponſus, & ſponſa, duo in carne vna. Quicūq; de ipſo capite ab ſcripturis ſāctis diſſentiunt, etiamſi in omnibus locis inueniātur in quibus Eccleſia deſignata eſt, non ſunt in Eccleſia. Et rurſus, quicumq; de ipſo capite ſcripturis ſanctis conſentiunt, & vnitati Eccleſiæ non communicant, non ſunt in Eccleſia quia de Chriſti corpore quod eſt Eccleſia, ab ipſius Chriſti teſtificatione diſſentiunt. v. g. qui non credunt Chriſtum in carne veniſſe de virgine Maria ex ſemine Dauid, quod apertiſſimè ſcriptura Dei loquitur, aut non in corpore ipſo reſurrexiſſe, in quo crucifixus & ſepultus eſt, etiamſi per omnes terras inueniantur, per quas eſt Eccleſia, non vtiq; ſunt in*

Li. de vnit. Eccleſ. 4. c.

Eccleſia, quia ipſum caput Eccleſiæ non tenent, quod eſt Chriſtus Ieſus. Nec in aliqua diuinarum ſcripturarum obſcuritate falluntur, ſed notiſſimis, & apertiſſimis earum teſtimonijs contradicunt. Item, *quicumq; credunt quidem, quòd Chriſtus Ieſus, ita vt dictum eſt, in carne venerit; & in eadem carne in qua natus, & paſſus eſt, reſurrexerit, & ſit ipſe Filius Dei, Deus apud Deum, & cum patre vnũ, & incommutabile verbum patris, per quod facta ſunt omnia, ſed tamen ab eius corpore quod eſt Eccleſia ita diſſentiunt, vt eorum communio non ſit cum toto quacumque diffunditur, ſed in aliqua parte ſeparata inueniatur, manifeſtum eſt eos non eſſe in Catholica Eccleſia &c.* Non potuit magis dilertè, & expreſsè reformatam iſtam Eccleſiam Auguſtinus condemnare, vt etſi Morneus rectè de Chriſto capite ſentiat, & doctrinam quatuor illorum Conciliorum amplectatur; quia tamen nõ communicat cum ea Eccleſia, quæ perpetuis temporibus pro Eccleſia Chriſti habita eſt, cum nullã aliam Chriſtianus orbis agnoſceret, quæ ſectas omnes condemnauit; quæ toto terrarum orbe diffuſa eſt, & notiſsima eſt appellatione Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ: certè nõ eſt in Eccleſia Chriſti Mornæus, etſi de capite Eccleſiæ quod eſt Chriſtus, cum filijs Eccleſiæ, idem ſentiat Quod verò *Papã Honorium* hæreticis illis connumerat, id non niſi per ſummam iniuriam facit, egregie enim eũ ab hæreſi Monothelitarũ damnata in 6. Synodo vindicant Albertus Pighius lib. 4. Eccleſ. Hierarch. Hoſius Cardinalis lib. 2. contra Brentium. Ioan. à Louanio lib. de perpetua Cathedræ Petri protectione, & firmitate cap. 11. Onuphrius annot in Plat. in vita Honorij, ac poſt alios Card. Bellarm. lib. 4. de Romano Pontifice c. 11. & Baron. ad annum Chriſti 633. & 681. ſed de eo plura ſcribendi, & ab hæreſi Monothelitarum vindicandi, alibi erit locus.

Noſtra Concilia illa vniuerſalia, Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Chalcedonenſe, alia, in quibus damnati illi cum ſuis, & profligati.

AT nos potiori iure Concilia illa nobis vẽdicamus, qui ea cum Gregorio magno, & ſuis ſucceſſoribus Romanis Pontificibus, totius Dominici gregis Paſtoribus, nõ ſecus ac quatuor Euangelia veneramur. An nõ verò trecenti octodecim Epiſcopi ſacro Concilio Nicæno interfuerunt, qui hæreſim Arrij condemnarunt? centum quinquaginta Epiſcopi Cõſtantinopolitano, qui hæreſim Macedonij? ita in Concilio Epheſino, & Chalcedonenſi? quomodò igitur Eccleſia iſta reformata, quę anguſtis adeò limitibus reſtringitur, neq; Epiſcopos habet aut Sacerdotes, antiquam illa refert, in qua celeberrima illa Concilia celebrata? An non, & tùm temporis, Eccleſia caput, & ſupremum Paſtorem, agnouit Romanum Pontificem? ſiquidem loco Celeſtini Romani Pontificis, Cõcilio Ephæſino præfuit Cyril. Alexandrinus, qui ſententiam contra Neſtorium dictaturus, ad eam ferendã, tùm neceſsitate Canonum, tum Celeſtini literis coactum ſe profitetur, & tota Epheſina ſynodus datis ad Neſtoriũ literis, eum admonet, vt intra deliberandi tempus, per literas Celeſtini, illi datum, maturè reſipiſcat, & Proſper ipſe ſcripſit, Cyrilli induſtria, ſed Celeſtini auctoritate Neſtorij errores fractos. In Concilio item Chalcedonẽſi *Romana Eccleſia caput omnium Eccleſiarum appellatur.* In eadẽ Synodo, Leo Pontifex Romanus. *Vniuerſalis Archiepiſcopus, vniuerſalis Eccleſiæ Papa, vniuerſæ Eccleſiæ Epiſcopus:* appellatur: & Dioſcorus, à Patribus illis exautoratus, & anathemate percuſſus, quòd auſus fuiſſet anathematis ſententiã in Leonem Pontificem dictare, & Synodum, ſine ipſius conſenſu, cogere. Totaque Synodus Leonẽ B. Petri interpretem, omnibus conſtitutum, eumq; licet abſentem, per Vicarios tamen & adfuiſſe, atque adeò, vt caput mẽbris præfuiſſe, ingenuè profitetur. Hæc igitur noſtra, quæ vbiq; terrarum diffuſa eſt, quę habet Diaconos, & Sacerdotes, Epiſcopos, & Archiepiſcopos, & Romanum Pontificem, ſupremum Paſtorem agnoſcit (ſiquidẽ vna, eademq; eſt, per omnia tempora, & loca Chriſti Eccleſia) erit eadem illa antiqua, in qua celebrata illa Concilia, & quæ hæreticos illos peruicit, Mornæus verò magna fretus audacia.

Cedò (inquit) rurſum, nunquid idem audeas?

AN verò nos Romanę Eccleſię ſectatores, quos ita compellat, veteribus illis hæreticis in celeberrimis illis Concilijs condemnatis, conſentimus? immò & errores omnes, circa fidem, in alijs hæreticis iam exploſos deteſtatur Eccleſia Romana: hæc verò purior Mornæi eoſdem amplectitur. Nonne alter Aerianus iſte publicè ab Eccleſia damnatus, qui neget orandũ pro mortuis, ideoq; doctrinam Catholicã de purgatorio. *purgatorij nondinationem* appellet? An non Berẽgarianus, qui veritatem corporis Chriſti, in ſacratiſsimo Euchariſtiæ ſacramẽto, tanta impudentia inficietur? an non Iconoclaſta, Iudæus magis, quàm Chriſtianus, qui ſacris Imaginibus adeoque ſanctis ipſis (ſiquidem earum honor ad prototypum, vt patres docent, refertur) tàm cruentum bellum, cum ſuis, indixerit? videamus verò, quàm concluſionem, & ex quibus præmiſsis deducat.

Et ſi præ pudore fortè audere videri vis; an non Papam tuum in ordinem cogendum vides? An non Papatum illicò ruiturum.

NEceſſaria certè conſequentia. Iſti reformatę, & putioris Eccleſiæ vindices, aſſerunt ſuam eſſe illam Eccleſiam, *quæ peruicit Arrium, Macedoniũ, Neſtorium &c.* ſua itẽ eſſe *illa prima Concilia:* quod nos tam verè, & cõſtanter negamus, quàm illi falſo, & pertinaciter affirmant, ergo *Papa noſter in ordinem eſt cogendus, & Papatus illicò ruiturus.* Facilè intellexit Moyſes, nõ

cre-

Digitized by Google

credituros ſibi Hebræos, quandò ſe ad eos liberandos miſſum à Deo Patrum ſuorum affirmaret, niſi aliquo ſigno id probaret: eos autem certiores facere potuit, quòd viſuri eſſent Dei miracula, circa Pharaonem, & totam Aegyptum. At quo ſigno nos iſte inducit, vt credamus Papatum illicò ruiturum? quando id à Deo per reuelationem accepit? quam libertatem nobis pollicetur? prædictum quidem eſt futuras hæreſes quæ Eccleſiam Dei plurimum infeſtarent, & ſub Chriſti nomine deciperent, idq; noſtris temporibus cõpletum videmus. Et ſanè, ſi vt Prophetã Dei Mornæum haberemus, iſq; aliqua prædixiſſet quæ videremus impleta, & de ruina Papatus, quam ſibi adeò pollicetur audacter, illi fortaſsè credẽdum iudicaremus; ſic enim nobis certò perſuademus ea quæ à ſanctis Prophetis fuere prædicta, complenda, quod multa ab eiſdem prophetata iam completa videmus; eodem ſpiritu arreptus aliquandò Lutherus idem ſibi pollicebatur quod Mornæus. *Dogmata mea*, inquit, *ſtabũt*, & *Papa cadet inuitis omnibus Portis inferi*, & *poteſtatibus aeris terræ*, & *maris*. Cuius Prophetię vanitatem, ac mẽdacium, rerũ euentus oſtendit. Mornæus Propheta qualis ille Ananias Hieremiæ 28. & qualis Sedechias filius Chanaana 3. Reg. 22. cornutus ſcilicet, & Prophetia illius tã vera, quàm illa, quadringentorum circiter vatum. *Aſcende in Ramoth Galaad*, & *dabit eam Dominus in manus Regis*. Hãc vanam Mornæi aſſertionem cum ſtultiſsimo mẽdacio Paganorum meritò contulerim, cuius meminit D. Auguſtinus, qui cum viderent religionem Chriſtianam, tot tantiſque perſecutionibus non potuiſſe conſumi, ſed his potius mira incrementa cepiſſe: finxerunt Dæmonũ reſponſis quos tanquam Deos colebant, definitum eſſe, quanto tempore manſura eſſet Religio Chriſtiana: totũque illud tempus 365. annis circumſcribebãt: & cum tantoperè à Religione Chriſtiana abhorrerent hoſtes diabolico ſpiritu ſeducti, iſtiuſmodi inanibus vaticinijs ſe conſolabantur. Ita iudicandum ab Apolline, aut quadam Hecate, reformatæ, & purioris iſtius Eccleſiæ ſectatoribus, qui nõ minus Papatum oderunt, quam Pagani illi Chriſtianam religionem: reſponſum quo inde ſe cõſolentur, Papatum illico ruiturum, idq; Deorum reſponſum, nouus iſte Porphyrius orbi publicare voluit. Verum vt eleganter Chryſ. homil. de ſui expulſione, *Licet mare inſaniat, Petram non poteſt commouere: inſurgant quantũlibet fluctus, nauis Ieſu obrui non poteſt*: paulò poſt: *Durum tibi erit aduerſum ſtimulum calcitrare, quia non ſtimulum retundes, ſed pedes calcitrans vulnerabis, neq; fluctus qui ſaxo illiduntur, amplius aliquid proficiet, quàm vt ſemetipſos fracti diſſoluant.* & *in ſpumas extenuati depereant: Chriſti Eccleſia nihil fortius: ſi quis eam impugnare proponit, vires atterat neceſſe eſt. tale eſt enim velut ſi cœlo bellum meditetur inferre*, Ibidem. *fortior Eccleſia multo, quã terra, immò* & *fortior cœlo. Cœlũ* & *terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt, quæ verba? Tu es Petrus,* & *ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meã,* & *porta inferi non præualebunt aduerſus eam.* An verò Chryſoſtomus hanc reformatam vnquam agnouit, vt de ea loqueretur? Leo Papa ſerm. 2. de ſua aſſumptione ad Pontificatum. *Firmitas fundamenti cui totius Eccleſiæ ſuperſtruitur altitudo, nulla incumbentis ſibi templi mole laſſeſcit, ſoliditas enim illius fidei, quæ in Apoſtolicorum Principe eſt laudata, perpetua eſt,* & *ſicut permanet quod in Chriſto Petrus credidit, ita permanet quod in Deo Chriſtus inſtituit.* Itaque tam facilè Mornæo & ſuis Papatum diruere, quàm inſtituta Chriſti conuellere, & promiſſiones diuinas irritas facere.

In reſponſione cõtra Henric. 8.

Lib. 18. de Ciu. Dei c. 53. & 54.

Inuentis verò illis tuis, num in illis probatiſſimis, et antiquiſſimis Concilijs vſquam locus? et tamen hæc ad ſexcenteſimum vſque à Chriſti natali annum, nos perducunt.

INuenta noſtra quæ vocat Mornæus, dogmata ſunt Eccleſiæ Catholicæ, non à nobis excogitata, ſed à patribus tradita, neque enim aliquid nobis adijcere, aut nouam fidei doctrinam cudere licet; & quia præ cæteris meminit Papatus, Mornæus, ac Papalis doctrinæ, adorationis Imaginum, cultus ſanctorum, doctrinæ purgatorij, quam *nundinationem vocat*, miſſæ ſacrificij, trãſubſtantiationis: an quæſo definierũt vnquam ſacra illa Concilia, doctrinam Lutheranorum, & Caluiniſtarum cõtra Papatum? cõtra vſum imaginum, cultum ſanctorum, purgatorium, contra miſſæ ſacrificium, & tranſubſtantiationẽ? Nec. n. de illis dogmatibus tùm orta erat vlla cõtrouerſia: & ſi iſti reformatæ Eccleſię aſſertores tùm orbi innotuiſſent, non dubium, quin eos ſacra illa Concilia damnaſſent, quemadmodũ nouiſsimè ipſos damnauit Concilium Tridentinum, nõ minoris auctoritatis apud nos, quàm illa ſuperiora; & prout variæ hæreſes inter Chriſtianos obortæ ſunt, ita opus fuit illis ſubindè occurrere, vt proinde non omnia noſtræ fidei dogmata in primis illis Concilijs definita fuerint, in quibus quemadmodum ſuperiores illæ hæreſes profligatæ, & ab illis aſſerta fides Catholica: ita ſubſequentibus Concilijs, quæ poſterius emerſerunt hæreſes cõdemnatæ, ac certè ſacra illa Concilia non minus deteſtãdos iſtorum, quàm ſuperiorum hæreticorum errores condemnaſſent, & Mornæo non minus anathema dixiſſent, quam tùm Arrio, Macedonio, Neſtorio, Eutycheti. Quòd ſi Patres Concilij Chalcedonenſis, Dioſcorum anathemate percuſſerunt, quod in Leonem Pontificem Romanũ ſententiam anathematis dictare, & Synodũ ſine ipſius conſenſu cogere auſus fuerat; quid quæſo cõtra iſtos acturi, aut pronunciaturi fuiſſent, qui Pontificem Romanum *Antichriſtum*, Romanã Eccleſiã *ſedem Antichriſti*, tã impudenter appellant? & quidem cũ habita ſunt in Eccleſia, prima illa Concilia nihil de dogmatibus, quæ iſte profert & reijcit, fuiſſe dubitatum ex patribus, qui primis illis ſeculis vixerunt, procliue eſſet oſtendere.

Digitized by Google

Quo uniuerſo temporis ſpatio, ſi quæ nos affirmamus dogmata, ſcripturis ſacris, ſymbolis, miraculis, Martyrijs, Conciliorum decretis paſſim obſignãtur; quæ nos negamus contrà, nuſquam comparent, nedum vt aſſerantur, an non meritiſſimo iure profitemur noſtram fuiſſe Eccleſiam illam?

QVod ſi de dogmatibus, quæ contra illos hæreſiarchas, in primis illis Concilijs, definita sũt, de Diuinitate Chriſti, & Spiritus Sancti, & de incarnatione verbi intelligat, etiam nos iiſdẽ ſubſcribimus, eaq; Scripturis Sacris, ſymbolis, miraculis, Martyrijs, Conciliorum decretis obſignata, non diffitemur. Quid igitur aliam Eccleſiam à noſtra opus erat iſtos erigere, aut ab eadẽ illa, quę antiqua illa Concilia, & eorum dogmata ſanctè veneratur, recedere? eodem enim argumento, & potiori iure (ſi quidem illi à nobis receſſerunt, non nos ab illis) noſtram illam Eccleſiã eſſe profitemur. Quæ verò præterea dogmata iſti affirmant contrà Papatum, contrà cultum ſanctorum, venerationẽ ſacrarum imaginũ, propitiatorium miſſæ ſacrificium, tranſubſtãtiatione̅, ſi non aſſeruntur in illis Concilijs, cum in dubium tum non reuocarentur: at negari oſtendant; qua igitur temeritate, aut quorũ Conciliorũ freti auctoritate, iſta negant, quę nec illa Concilia reprobarunt, & præterea in poſteriorib. Cõcilijs fuere definita? quocirca fidei Eccleſię Catholicæ, non minus iſti, quàm illi primi hæreſiarchæ, ſeſe opponunt; ſimiles populis à Rege Aſſyriorũ in Samariam trãſlatis, qui cum Dominum colerent, Dijs quoq; falſis more gentiũ ſeruiebãt; [4. Reg. 17.] ſic enim iſti profiteri ſe dicũt dogmata antiquorum Conciliorũ, quæ ſunt ipſius Eccleſiæ Catholicæ, quibus tamen multos errores ab Eccleſia dãnatos admiſcẽt. Nec verò illa dogmata affirmãt eo modo quo ſcripturis ſacris, ſymbolis, & Conciliorũ decretis obſignãtur; ſic enim fide Catholica & infallibili illis aſſentiri neceſsè, quib. Mornæus, & ſui qui fidem Eccleſiæ Catholicæ non habent, non niſi perſuaſione humána aſſentiuntur.

Vt nobis lõgè æquius regerere vobis liceat totis illis ſexcentis annis, veſtra Eccleſia vbinam gentium? eleganter parentheſim ſubnectens *(& ſanè gentium) paſcebat, vegetabat.*

AN verò, vt ſcribit Apoſtolus, *Deus Iudæorũ tantùm?* [Rom 3.] hoc eſt, Mornæi, & Symmiſtarum illis longè deteriorum, qui Eccleſiã Romanam oderunt pluſquàm Iudæi, qui diuina ſacramenta, ſacrilegis pedibus conculcant: qui altaria Dei, vt Iudæi quondã Idololatræ, deſtruũt, qui tẽpla, ritu Chriſtiano, Deo conſecrata, demoliuntur, ſacras præterea Imagines, comminuunt? An non *& gentium?* immò *& gẽtium*; ſiquidem & gratiam Spiritus Sancti gentibus communicandã, intellexit in viſione Petrus. [Act. 10.] Noſtra igitur illa Eccleſia, quæ iam tum ex omnibus gẽtibus collecta erat, magis quã Mornæi, & ſuorũ. Diſcat Mornęus ex patribus, vbi primis illis ſæculis, Eccleſia Chriſti *paſceret, & vegetaret*, an ignota eſſet & lateret. quemadmodùm Eliæ tempore Eccleſia Iſrael ipſi Prophetę, ſic, & nobis vult iſte ſuã aliquot ſæculis ignotam, & ſoli Deo notã obtrudere. Oſtẽdat nobis, & probet ex Scripturis Sacris, vel ex primis illis Concilijs, ſuam Eccleſiã, quam fingit reformatam & puriorem, nunc eſſe Chriſti Eccleſiam, vel cum antiqua illa aliquid habere cõmercij, quemadmodùm oſtendimus in noſtra Eccleſia, poſt ſexcentos annos à Chriſto, celebrata fuiſſe contra ſubſequentes hæreſes, multa Concilia, eò conuenientibus, vt in illis prioribus, omniũ Eccleſiarum Epiſcopis: in eadem eſſe Hierarchiam Eccleſiaſticã, ex Epiſcopis, Sacerdotibus, & alijs miniſterijs Eccleſiaſticis conſtantem, qualis erat in antiqua illa Eccleſia, in qua prima illa Cõcilia celebrata fuere. Subijcit iudiciũ ſuum Mornæus de noſtra Eccleſia.

Quæ cum non in monte Sion, certè in collibus, & lucis Gariſim, in Montanis Seir, in paſcuis Ethnicorum.

AN Eccleſia noſtra, an verò iſtorum ſit in monte Sion, conſtabit ex verbis Auguſtini contra Donatiſtas ſcribentis. [Lib. 2. contra lit. Petiliani c. 104.] *Non eſtis in montibus Sion, quia non eſtis in ciuitate ſuper mõtem conſtituta, quæ certum ſignum hoc habet, quod abſcondi nõ poteſt, nota eſt ergò omnibus gentibus. Pars autẽ Donati ignota eſt pluribus gentibus. Non eſt ergò ipſa &c.* Atqui noſtra Eccleſia in luce mundi cõſpicua, & in omnibus gentibus manifeſta, iſtorũ ſæpiùs occulta, & latens: noſtra igitur non illorũ Eccleſia in monte Sion. An etiam noſtra, vel illorũ Eccleſia, ſit *in collibus, & lucis Gariſim*, conſtabit ex his quæ ſcribit Ioſephus. Apud Alexandriã inter [Lib. 13. antiq. c. 4.] Iudæos, & Samaritas qui ſub Alexandro Magno, Garizitani templi Religionem induxerant, ſeditio eſt exorta de ſacris ipſorum, ita vt res ad Regis Ptolomæi Philometoris cognitione̅ perueniret, Iudæis contendentibus iuxta Moyſis præſcripta, Hieroſolymitanum templum eſſe legitimũ, Samaritis verò Garizitanũ, prouocatũ itaq; eſt ad Regem, & amicorum eius cõſeſſum, vt ab his cauſa audiretur, & vtrius partis cauſidici qui victi ſuccumberent, morte mulctarẽtur: Patrocinabatur Samaritis, Sabbæus, cum Theodoſio: Hieroſolymitanis Iudæis, Andronicus Meſſalani filius, iurauerunt q; per Deum & Regem, quòd ex lege probationes, allaturi eſſent, & rogauerũt Regem, vt necaret eum, qui iuſiurandum nõ ſeruaſſe deprehẽderetur. Itaque Rex multis amicis in conſilium adhibitis, conſedit cauſam auditurus; Iudæi verò qui Alexandriam habitabant, valdè erant ſolliciti pro tuentibus iura templi Hieroſolymitani, ægrè ferentes antiquitatẽ antiquiſsimi, & nobiliſsimi in vrbe templi, vocari in diſcrimẽ. Sed cum Sabbæus, & Theodoſius conceſsiſſent Andronico, vt prior diceret, orſus ex lege approbare

[Controuerſia de tẽplo Hieroſolymitano. & Garizitano.]

bate

bate eius ſanctitatē & religionem, oſtendēſq; per continuas Pontificum ſucceſsiones, Sacerdotij, vſq; in ſua tempora propagationem, & ab omnibus Aſiæ Regibus maieſtatem eius loci honoratam donarijs, Garizitani verò nullam eſſe vnquā ab his habitam rationem, his, & talibus rationibus perſuaſit Regi, vt decerneret Hieroſolymitanum eſſe, ex ſententia Moyſis, conditum, Sabbęū verò, & Theodoſium addiceret ſupplicio. An nō indè conſtat Catholicam Apoſtolicam Romanam Eccleſiam in *monte Sion*, vt quæ conſpicua ſit, & toti orbi manifeſtiſsima, ædificatam eſſe; iſtam verò, cui puriorıs, & reformatæ nomen indidit ſagaciſsimus Mornæus, in collibus, & lucis *paſcere Gariſim*? Nonne, ſicut Andronicus ex veteri lege, ſic nos ex lege noui teſtamenti, & ex prophetijs ad Euangelium pertinentibus, atque ex ſucceſsionibus ordinarijs Epiſcoporum clarè, & euidenter demonſtramus, tenere nos Sacerdotium, quòd à Chriſto inſtitutum eſt, & ab omnibus Regibus, & Imperatoribus Chriſtianis, ſumma Religione cultū, & magnificētiſsimè honoratū, quod à D. Petro Principe Apoſtolorū, tāquam à capite ordinis Sacerdotalis ac ſūmo Pontifice, cepit exordium, cuius ſucceſſores, vſq; in hodiernum diem, nominatim in ſede Romanæ Eccleſiæ numeramus, nouos verò iſtos Samaritas aliud templum & falſi nominis Eccleſiam contra legē Euangelij & ſcripturarum ſacrarum auctoritatē ædificaſſe? Neque igitur *in montanis Seir*, quæ poſuerat Dominus in ſolitudinem, noſtra Eccleſia, ſed hæc purior occulta, & latens, quæ in ſolitudinem ſe recepit. *Dicunt iſti, deſtructi ſumus, ſed reuertentes ædificabimus, quæ deſtructa ſunt. Hęc dicit Dominus exercituum. Ipſi ædificabunt, & ego deſtruam, & vocabuntur termini iniquitatis, & populus cui iratus eſt Dominus vſque in æternum.*

Malach. 1.

Vnde corraſum à vobis, quicquid aut in Synagogam ſuperciliosa Phariſæorum ſchola, aut in Academiam inanis Græcorum Philoſophorum ſuperſtitio contulerat.

Nouatores Phariſæis comparat.

MVltò certè melius iſti quàm nos Phariſæos referunt, hi erant à reliquo populo ſeparati, ſic iſti à reliquis Chriſtianis ſeiuncti ſunt, ſuumque cętū, reformatam, & puriorem Eccleſiam appellant; hoc ſibi vult iſte. Traditiones Eccleſiaſticas, quas ſacra Concilia probarunt, & ſancti Patres plurimū commendarunt, Phariſaicis comparat, quaſi & Dei præceptum transgrediamur, propter traditiones noſtras; cùm tamen multa per traditionē, & non per ſcripturam Eccleſia ab Apoſtolis acceperit, multa itē à Spiritu Sancto edocente, quæ tùm ad doctrinam, tum etiam ad inſtitutionem morum pertinent, Scripturis ſacris minimè comprehēſa, inſtituerit. Quid verò corraſum à nobis, quod in Academiam inanis Græcorum ſuperſtitio contuliſſet? ſcilicet, quæ inuenta noſtra vocat, Catholicæ fidei, quæ cōtra aduerſarios iſtos profitemur dogmata, de ſacrarum Imaginum adoratione, ſanctorum cultu, purgatorio, hæc ex Philoſophorum Academijs in Eccleſiam à nobis tranſlata? item doctrina de miſſæ ſacrificio, de tranſubſtantiatione, & reali præſentia corporis Chriſti in ſacramento Euchariſtiæ, vbi vnum, & idem corpus in pluribus locis, vbi accidens ſine ſubiecto, vbi quantitas ſine extenſione; hæc ſcilicet ex inani ſchola Græcorum Philoſophorum accepimus? cum iſtorum interim, quod ſcripſit Tertullianus, Patriarchæ ſint Philoſophi, vt qui de omnipotentia Dei perperam ſentiant, ideoq; veritatem ſacrorum dogmatum in dubium reuocent, immò negent apertè. Minimè tamen cum Luthero, & Melāthone Philoſophiam Ariſtotelis diabolicam dicimus, aut Academias publicas dānamus, neq; diſciplinas humanas, retia diaboli, aut inuenta Dæmonum appellamus, ſed ipſam Philoſophiam ſacræ Theologiæ ancillari, argumēta ex ratione naturali petita, ipſi fidei cedere volumus.

Iam igitur inualeſcente, vnius hominis in Eccleſia Romana per diuini verbi contemptum authoritate.

QVæ ſubijcit Mornæus, omnia ſplendida ſunt & apertiſsima mendacia; ſed qui loquitur mendacium, de ſuo loquitur. Interim quod de Parmeniano ſcribit D. Auguſt. *ipſe ſine documētis loquitur, & vult, nihil probans, credi ſibi* idē de Mornæo dicimus. Vnde enim probabit, *per contemptum verbi diuini, inualuiſſe in Eccleſia Romana vnius hominis authoritatem*? proferat, ſi poteſt verbum Dei, quòd contemptui habitum ſit, & reiectum à nobis. An contemnunt verbum Dei, qui non niſi ex verbo Dei Pontificis Romani authoritatem docent, & oſtendunt? An contempſere verbum Dei Patres ipſi antiquiſsimi, qui Petro, & in eo ſucceſſoribus illius ouium Chriſti regendarum, & paſcendarum curam commiſſam fuiſſe docuerunt? An non verbum Domini eſt. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiā meā. & ſi diligis me, paſce oues meas?* Immò nōniſi per ſūmum nefas, & verbi diuini cōtemptum iſti à corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia ſubtraxerūt ſe, ac ſicut quondam Chore, Dathan, & Abiron ſchiſmatici à Moyſe ſe ſegregarunt; ſic iſti à communione Romani Pontificis, contra expreſſum Dei verbum ſe ſepararūt. Quomodò verò potuit tot annis præualere contra Dei verbum in Eccleſia Romana homo vnus, cum nulla hæreſis, nullus alius homo vnquam præualuerit, ſed omnes abierint in fumos, & euanuerint?

Matth. 16 Ioan. 20.

Principibus etiam, quod prædictum erat, potentiam ſuam ei certatim accommodantibus.

HOc ſcilicet ſenſu, quòd iuxta Prophetarum vaticinia, Reges ad Chriſtum debebant cōuerti, & ſic Romano ſubeſſe Pōtifici, tanquā ſacræ oues

oues Paſtori: ac propterea videmus ab initio, vbi primùm Reges cum populis Chriſti fidem ſunt amplexati, ac nomen Eccleſiæ dederunt, eos agnouiſſe Pontificem Romanum caput Eccleſiæ; immò ab ipſo tanquam à fideli ſeruo, *quem conſtituerat Dominus ſuper familiam ſuam* admiſſos in Eccleſiam fuiſſe; vt non magis conſequi ſalutem, extra Eccleſiam ipſam, quàm extra communionem Romani Pōtificis, ſit poſsibile.

Leges ille pro arbitrio figere refigere, commenta humana Diuinis oraculis, decreta ſua Conciliorum Canonibus, noua veteribus, profana ſacris, vndecumquè mutuata proprijs & germanis, adulterata genuinis, ſuperſtitionem Religioni, Helleniſmi apparatum Chriſtianæ ſimplicitati anteferrē.

QVemadmodum in qualibet Republica poteſtas eſt penes Principem ferendi leges in vtilitatem, tùm ipſius Reipub. tùm ſingulorum priuatim: ita non dubium quin in Eccleſia, quæ ſupernaturalis eſt Reſpub. diuinitùs inſtituta, & ordinata, pœnes illum ſit poteſtas ſſe rendi leges, quem Dominus ad illius regimen loco ſui reliquit in terris, qui tamen nouit poteſtatem datam ſibi, ad ędificationem, & non ad deſtructionem, ideoque ferendi leges non pro arbitrio, ſed quæ ſint toti Reipub. Chriſtianę, & ſingulorum ſaluti, qui illius curæ commiſsi ſunt, vtiles, aut etiam neceſſariæ. In quibus Romano Pōtifici liceat nouas leges condere; docet Vrbanus Papa 25.q.1.c. Sunt quidam. *Sciendum ſummopere eſt, quia indè nouas leges cōdere poteſt* (Romanus Pōtifex) *vnde Euangeliſta aliquid, & Prophetæ nequaquam dixerūt. Vbi verò apertè Dominus, vel eius Apoſtoli, & eos ſequuti ſancti Patres ſententialiter aliquid definierūt, ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, ſed potius, quod prædicatum eſt, vſque ad animā, & ſanguinem, confirmare debet, ſi enim quod docuerunt Apoſtoli & Prophetæ, deſtruere* (quod abſit) *nitere tur, non ſententiam dare, ſed magis errare conuincere tur: ſed hoc procul ſit ab eis, qui ſemper Domini Eccleſiā, contra luporum inſidias, optimè cuſtodierunt.* Non igitur ille pro arbitrio leges figere, non commenta humana diuinis oraculis anteferre: immò quæ iſti dogmata in orbem inuexerunt, commenta ſunt humana, non aliundè, quàm à cerebro ceruicoſorum hominum primùm nata. Iſti, quod alijs imponunt, decreta ſua Conciliorum Canonibus anteferre, qui omnia ſacra Concilia in Eccleſia, celebrata, poſt ſexcenteſimum à Chriſto annum, vt ipſi fatentur, reijciunt, ſicque hæreſes in eis vnanimi Patrum conſenſu damnatas profitentur. Fuiſſe ſacrorum Canonum Pontifices obſeruantiſsimos ex eo conſtat, quod D. Gregorius ſcribebat ad Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum. *Si Canones non cuſtoditis, & maiorum vulgis ſtatuta conuellere, non cognoſco qui eſtis*, vt intelligamus eos, qui ſacros Canones non cuſtodiūt, ab Eccleſia Romana non agnoſci. In Decreto, quod farraginem Gratiani vocat Caluinus 25.q.1.c. confidimus recitantur verba Gelaſij Papę ex Epiſtola illius ad Epiſcopos Dardaniæ. *Cōfidimus quòd nullus iam veraciter Chriſtianus ignoret vniuſcuiuſque Synodi conſtitutum, quod vniuerſalis Eccleſiæ probauit aſſenſus, nullam magis exequi ſedem, præ cæteris, oportere, quàm primam, quæ & vnamquamque ſynodum ſua authoritate confirmat, & continuata moderatione cuſtodit.* & c. violatores, referuntur verba Damaſi Papæ. *Violatores Canonum voluntarij grauiter à ſanctis Patribus iudicantur, & à Sancto Spiritu (inſtinctu cuius, ac dono dictati ſunt) damnantur; quoniam blaſphemare Spiritum ſanctum non incongruè videntur, qui contra eoſdem ſacros Canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter, vt præmiſſum eſt, aliquid, aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſtè vnum eſt genus blaſphemantium Spiritum Sanctum, quia contra eum agit, cuius nutu, & gratia, ſancti Canones editi ſunt.* & cap. contra ſtatuta, referuntur verba Zoſimi Papæ. *Contra ſtatuta Patrum condere aliquid, vel mutare, ne huius quidem ſedis poteſt auctoritas. Apud nos enim inconuulſa radicitùs viuit auctoritas, cui decreta Patrum ſanxere reuerentiam.* En igitur quantam reuerentiam Romani Pontifices Canonibus Conciliorum, & Patrum ſtatutis deferant; cum iſti nihil, niſi purum Dei verbum, extra quod ſunt ſacri Canones, admittere ſe profiteantur: *Noua* (inquit) *veteribus*, ſi aliàs vnquàm, noſtro certè hoc ſeculo, quo tot hæreſes emerſerūt, id veriſsimū eſſe experimur, quod ſcribebat Vincentius Lirinenſis, *hoc apud omnes fere hæreſes quaſi ſolenne eſſe, ac legitimum, vt ſemper profanis nouitatibus gaudeant, antiquitatis ſcita faſtidiant, & per oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, à fide naufragent. Contrà verò Catholicorum hoc ferè proprium, depoſita ſanctorum Patrum, & commiſſa ſeruare, damnare profanas nouitates, & ſicut dixit, & iterum dixit Apoſtolus, Si quis annunciauerit præterquam quod acceptum eſt, anathematizare.* An verò iſtorum dogmata antiqua ſunt, niſi fortaſsè à veteribus hæreticis toties ab Eccleſia damnatis ea repetas? Nam legimus olim Donatiſtas vocaſſe Eccleſiam Romanam Cathedram peſtilentiæ: Aerium hęreticum negaſſe purgatorium: infamem & impium Conſtantinū Copronymum prohibuiſſe cultum ſanctorum, & ſacratum Imaginum venerationem: Arrianos, & Donatiſtas ſacram Euchariſtiam pedibus conculcaſſe: non igitur ſunt noua dogmata, quæ docet Mornęus, quæ antiquitùs iam ab Eccleſia cōdemnata; Cœnæ verò illius Caluinianæ ſcilicet plurima mentio apud Patres, & in ſacris Concilijs ab Eccleſia celebratis. Ità verū quod ab iſto ſpiritu mendacij proficiſcitur, Pontificem *Religioni ſuperſtitionem, Helleniſmi apparatū Chriſtianæ ſimplicitati anteferre.* Nam illi omnia ſacramenta pręter Baptiſmū, cuius doctrinæ multos errores inſerunt, reijciunt; ita cultum Dei in ſacramentis, ſuperſtitionis loco habēt: ſacrum Chriſma, ſacræ ordinationes, ſacrificiū Miſſæ Ethnicis iſtis inuēta ſunt hominū, & quidē ſuperſtitioſa; hæc enim

Lib. aduerſus hæreſes c.34.

po-

potuit homo vnus contra verbum Dei Chriſtianis omnibus, loco religioſi cultus, obtrudere; ita ſacratum Imaginum adoratio, & cultus ſanctorum ſunt iſtis Copronymi hæreſeos fautoribus, qui Chriſti diuinitatem, & Mariæ virginitatem negabat, ſuperſtitio loco Religionis.

Et hinc porrò in labem, in tabem paulatim dilabi, diffluere. Ita tamen vt in media illa, & oppreſſione, & confuſione, pars adhuc noſtri, & duplici quidem ratione extet adhuc, & ſubſiſtat. Pars noſtri, Eccleſia illa, corrupta licet, ligno, fœno, ſtipula inuoluta, tantùm non obruta, dum θεμέλιον illud, fundamentum vnicum Chriſtus Ieſus in ea ſtetit; dum in eo ſolo conſtituta hominis ſalus, in eius merito, in ſanguine crucis eius, non in operibus, ſeu noſtris, ſeu alienis; non in papalibus aut abſolutionibus, aut indulgentijs, aliiſque eius generis blaſphemis nugamentis.

IN tanta oppreſſione, & confuſione quomodò Eccleſia ſua reformata extet, & ſubſiſtat, duplici ratione docet: primùm dùm θεμέλιον *illud fundamentum vnicum Chriſtus in ea ſtetit: dum in illo ſolo conſtituta hominis ſalus*, non in operibus ſuis, vel alienis. An verò aliud fundamentum præter Chriſtum, Eccleſia Romana, quæ eadem eſt Catholica, Apoſtolica agnouit? *fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus* 1. *Cor.* 3. An verò huic contrarium eſt; ſi & Apoſtolos Eccleſiæ fundamenta nominemus? nam eadem ſcriptura docet fideles *ſuperadificatos eſſe ſuper fundamentum Apoſtolorum, & prophetarum.* Epheſ. 2. & Apocal. 21. nominantur *duodecim fundamenta Ciuitatis cœleſtis Hieruſalem, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum agni.* ſunt itaque fundamenta, ſed ſub Chriſto primario fundamento, in quo proximè ipſi nituntur, & cuius gratia, & virtute ipſi ſubſiſtunt, ita qui in ſede Apoſtolica Petri ſucceſſor eſt, cui dominus dixit *ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, fundamentum eſt ſub Chriſto. Leo Papa ſerm. 3. in anniuerſario die ſuæ aſſumptionis ad Pontificatum. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus &c. id eſt, cum ego ſim immobilis Petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum, ego fundamentum, præter quod nemo poteſt aliud ponere; tamen tu quoque Petra es, quia mea virtute ſolidaris, vt quæ mihi poteſtate ſunt propria, ſint tibi mecum participatione communia &c.* Neque fundamentum habet ipſum Chriſtum, qui non eſt in Eccleſia ſuper ipſum Petrum ædificata. An verò contrarium ipſi Chriſto fundamentum ſtatuimus, cum aliud ſub ipſo, quod illius virtute nitatur, aſſerimus? An non in ſolo Chriſto, in illius merito, in ſanguine crucis illius ſalutem hominis conſtituimus? an non illi omnia dona gratiæ accepta referimus? vndè meritum aliquod operibus noſtris, niſi ex gratia Chriſti tribuimus? Quamquam verò nō ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo ſit; Dei tamen cooperatores nos vult eſſe Apoſtolus, qui cum & ipſe plus omnibus laboret, *Non tamen ego* (inquit) *ſed gratia Dei mecum*. Vndè verò remiſsiones, aut abſolutiones peccatorum, aut indulgentiæ, aliaque eius generis, quæ vocant iſti blaſphema nugamenta, vim habent, niſi ex merito Chriſti, & ſanctorum meritis, quæ in ipſo Chriſto fundantur, ex quibus, Theſaurus conſtat Eccleſiæ? Vt negare indulgentias ſit detrahere Chriſto ipſi, & ſanctis; tantùm enim abeſt vt per indulgentiarum aſſertionem merito Chriſti aliquid detrahamus, vt maximè illud ſtatuamus, qui omnem peccatorum remiſsionem, aut etiam pœnarum ipſis debitarum, omnia item, quæ eò ſpectant, vt iuſtificemur apud Deum, & ſalutem conſequamur, Chriſti merito tribuimus.

Et vt mutante vento, nutantibus nubibus contingit, pependit aliquandiu res quaſi in æquilibrio, donec præponderante impietate, prono ex Philautia, in humana figmenta hominis animo, vera pietas tolleretur.

QVandò verò ità præponderauit impietas, vt vera pietas tolleretur, vt toto orbe, ad imperium vnius hominis Romani Pontificis, quaſi ad literas Mitridatis, tam ſubitò ſuperſtitio, & idololatria, loco Chriſtianę Religionis, & antiquæ fidei, introduceretur, ac, conſentientibus Regibus, & Populis, in Chriſti conſpiraretur? Imperatores ipſi potentiſsimi Chriſtianam Religionem nunquam potuerunt extinguere, quomodò ergò vnus homo, Pontifex Romanus potuit ita Religionem Chriſtianam euertere, & Idololatriam, ac ſuperſtitionem toto orbe ſtabilire, Principes, ac populos in tantam fraudem inducere? Quo Pontifice factum eſt, *vt ita tenebræ operirent terram, & caligo populos?* nec enim defuerunt, qui hiſtorias temporum, & quæ continua ſerie per annos ſingulos, aut etiam ſæcula contigerint, ſcriptis mandarint. Mirum, quòd nullus hiſtoricus tantam rerum conuerſionem, & mutationem tàm repentinam in ſuos cōmentarios retulerit. Nam reformationis Eccleſiæ, hoc eſt, tot nouarum hæreſeon, in Chriſtianum orbem per iſtos inuectarum, & antiquatum, quæ toties damnatæ ſunt, per eoſdem ex inferis reuocatarum, non defuerunt hoc tempore multi ſcriptores, qui fusè meminerint, & ſtrenuam eorum operam in perturbanda Republica Chriſtiana, in Catholica Religione, quæ, apud omnes, vna, eademque colebatur, quantum in ipſis

fuit,

fuit conuellenda, in diruendis, aut etiam ſolo æquandis ſacris ædificijs, pietate regum, ac principum, extructis, & Deo conſecratis; literis ad poſteros mandarint. Iſtis perduellibus veram pietatem euertere Gregorius II. & Gregorius III. vterque ſanctiſsimus, & doctiſsimus Pontifex, quòd anathemate percuſſerint impios illos Imperatores Leonem Iſauricum, & Conſtantinũ Copronymum Iudaiſmi magis, quàm Chriſtianiſmi aſſertores, eò quòd ſacras Imagines per totũ Imperium Romanum confringi, & comminuĩ iuſsiſſent, quòdq; ſanctos inuocari, & coli prohibuiſſent.

Pars itidem noſtri, & purior multò, quatenus emergunt, & caput attollunt, identidem inſigniores pietate, & doctrina, in ſingulis ferè nationibus, viri: Cœtus interdum aut Epiſcoporum, aut vniuerſitatum integri, qui rapidiſſimo huic flumini velis, remiſque obnatant, nouum opus ſubindè nuntiant.

QVi verò illi, quos ſupprimit Mornæus, qui caput attollunt inſignes pietate, & doctrina in ſingulis fere nationibus viri? Si enim ſæcula omnia percurramus, occurrunt nobis viri magna pietate, vt plurimi miraculis claruerint & doctrina eximij, quos omnes conſtat Eccleſiam Romanam, matrem, & Pontificem Romanum, Vicarium Chriſti in terris, & caput Eccleſiæ militantis agnouiſſe, neque aliam fidem, quàm nos, eorum ſucceſſores fuiſſe profeſſos; qui igitur ſint illi, qui contra impietatem prò vera pietate introductam, hoc eſt, vt impij iſti interpretantur, qui dicunt *bonum malum*, & *malum bonum*, *qui ponunt tenebras lucem*, & *lucem tenebras*, contra doctrinam Romanæ Eccleſiæ ſcripſerunt, diuinare nequeo. Qui verò cœtus Epiſcoporum integri, in quibus Concilijs, aut generalibus, aut prouincialibus, aut nationalibus Romanæ Eccleſiæ condemnata doctrina, aut iſtorum approbata? Cœtus quidem Arrianorum Epiſcoporum, & Donatiſtarum aliquandò damnarunt doctrinam Eccleſiæ Catholicæ, ſed ideòne reijcienda illa erat, & in Arrij, aut Donati ſectam tranſeundum? at iſti ne habent quidem Epiſcopos. Qui item vniuerſitatũ cœtus integri, qui rapidiſsimò huic flumini, hoc eſt (ſi mentem illius authoris aſſequor) tàm præcipiti Eccleſiæ Dei, & ſacræ Religionis ruinæ obnatant, vt interim præualuerit impietas? Cum pauci Apoſtoli, fremente mundo, rabientibus principibus, ac populis, orbem terrarũ ad Chriſtum conuerterint; tot principes, ac nationes, quæ ſe illis oppoſuerũt, nihil promoueſint, imò Religio ipſa Martyrijs maiora incremẽta ſumpſerit, vt ſanguis Martyrum fuerit ſemen Eccleſiæ. Qui igitur, & quandò factum eſt, vt tot tantaſque vires vnus homo habuerit, vt *impietatem* inducere pro vera *pietate*, *ſuperſtitionem* pro *Religione*, potuerit? Inſerit etiam magnus iſte Theologus verbum Iuriſconſultorum. *Nouum* (inquit) *opus ſubindè nuntiant*. Certè qui opus nouum facit, per nunciationem inhibetur, & vetatur in ea pergere, etſi ius faciendi habeat l. 1. ff. de operis noui nunciatione; ita Apoſtoli inhibebantur, ne prædicarent in nomine Chriſti, an verò illi cederent iuri ſuo? *Oportet* (inquiunt) *magis Deo, quàm hominibus obedire*. Ita inhibita, pluribus locis, quaſi nouum opus, Catholicæ fidei confeſsio, & prædicatio: *opus nouum facit, qui, aut ædificando, aut detrahendo aliquid, priſtinam faciem operis mutat*. d. l. 1. §. opus. verùm ſi quis ædificium fulciat, *iam, non opus nouum facit, ſed veteri ſuſtinendo remedium adhibet*. d. l. 1. §. ſi quis ædificium. Ita Romani Pontifices Concilia Epiſcoporum congregando, in controuerſiis fidei definiendo quid ſit omnibus credendum, ac hæreſes condemnando, & oues ſuas à luporum rapacitate cuſtodiendo, nõ opus nouum faciunt, ſed fulciunt antiquum. *Nũciare nouum opus, eſt denunciare ne opus nouum fiat, vnde ad futura, non ad iam facta opera hoc remedium nunciationis noui operis pertinet* d. l. 1. §. 1. Ita Pontificis eſt, cui cura totius dominici gregis incumbit, & Epiſcoporum, qui aſſumpti ſunt in partem ſollicitudinis, nunciare nouum opus hæreticis, ita Arrio, Macedonio, Neſtorio, Euticheti, & Dioſcoro per celeberrima illa quatuor prima Concilia, nunciatum nouum opus, condemnatæ eorũ hæreſes, ſicut etiam reliquorum hæreticorum in ſequentibus Concilijs, ita per Concilium Tridentinum Lutheranis, Zuinglianis, Caluiniſtis, Huſſitis, Anabaptiſtis nunciatum nouum opus, anathematizando eos, ſi ſacrilegos errores profiterentur, aut diſſeminarent, nec prætor eſt aliquis, qui huiuſmodi nunciationem valeat remittere; hinc principes ac populi, qui ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidem inſectantur, ac hæreſes ab Eccleſia damnatas fouent, & noui operis nunciationem nihili faciũt, non ſecus, quàm hæreſiarchæ, ab Eccleſia, hoc eſt à ſalute æterna, niſi reſipiſcant, iam ſunt proſcripti.

Nunciare nouũ opus quid ſit.

Hereticis antiquis, et Modernis nunciatum nouũ opus.

Vt fruſtra ſunt in gemitus, in clamores, in obteſtationes ſtrenuè erumpunt; Teſtes cælum et terram in Papas eorumque aſſeclas cient.

AN verò quòd ſuperſtitio, & Idololatria in Eccleſiam toto orbe diffuſam, quæ Romano Pontifici ſubeſſet, loco ſacræ Religionis introducta eſſet? An fieri potuit, vt totus Chriſtianus orbis, tot Concilia in Eccleſia Dei celebrata poſt ſexcenteſimum à Chriſto annum aberrarent à fide; vt Epiſcopi & Doctores Eccleſiæ in eandem ſimulationem ducerentur, neque interim vnquam miratus ſit, aut ingemuerit orbis terrarum, ſe loco fidei ab Apoſtolis traditæ inde ad 500. vel 600. à Chriſto annum, integræ, & inuiolatæ cuſtoditæ, ſuperſtitionem,

tionem, & Idololatriam ab vno homine inductam, fouere, & amplecti?

Qui profectò, cum tàm clarè, tàm ſonorè loquantur, tot numero, tot in locis. (Atque de Elia, & de ſeptem millibus illi reuelatis) qui non cruauerant genua ante Baal, *& plures ſanè* (inquit) *ſepties ſeptuaginta mille, innumeri inquam toto orbe, quandò ſerior hic quàm illic tyrannis, aut corruptio; quandò ſolus falſo cultui obnititur in Iſraele Elias.*

ID ſibi vult Mornæus, quòd, quemadmodùm tùm in Iſrael ſub Achab, & Iezabele, vigebat Idololatria, & vnus quidem Elias falſo cultui obnitebatur: ita nunc in Eccleſia Catholica ſub Pontifice Romano, vigeat Idololatria, & ſuperſtitiò: verùm, quemadmodum hæc ſæuior tyrannis, ita plures numero, pluribus locis reclament, & obnitantur: noui ſcilicet iſti Euangelici Prophetę domini, qui quemadmodū Elias Sacerdotes, & Prophetas Baal occidit, ita ſibi ius eſſe, ſacerdotes Eccleſiæ Romanæ trucidādi, non diſpari zelo, quo id fecit Elias, iudicant. Caluinus ſcilicet alter Elias in Gallia, non minùs enim feriò laborauit, in nouo Euangelio cudendo, & reformata Eccleſia ſtabilienda, hoc eſt euertendis ſacris ædibus, diruendis altaribus, in quibus ſacroſanctum Chriſti corpus requieſcebat, ſanctorum reliquijs Vulcano conſecrandis, ſacris Imaginibus deijciendis, Turciſmo, immò Atheiſmo introducendo, quā fecerit in Germania, paulò ante, Lutherus, dictus à ſuis Elias Germanicus, atque illius Eliæ Spiritus duplex requieuit in Eliſæo Diabolodoro Beza: Mornæus verò de filijs eſt prophetarum. Verùm Elias ſe eſſe Prophetam Domini, coram omni populo, inſigni miraculo oſtendit: probent igitur, & iſti, qui ſe Eliæ conferri volunt, ſe eſſe à Deo miſſos, nos verò, loco veritatis, mendaciū, loco Religionis, ſuperſtitionem; & Idololatriā, loco Dei Iſrael, qui Deus vniuerſæ terræ vocandus erat, Baal aliquod Idolum colere, aut falſos Deos, hoc eſt, falſa dogmata amplecti. Quod ſi dicant non opus eſſe miraculis, quia eam fidē, quæ iam antiquitus ab Apoſtolis cōfirmata fuit tot miraculis, tenent, & non aliam. Atqui Elias non alium Deum prædicabat, quàm verum Deum, qui tot ſignis, & miraculis præſentiā ſui, Moyſi, & populo manifeſtarat, non aliam legem, aut alias cæremonias populo obtrudebat: cui tamen non credidiſſet populus, vt diceret *Dominus Deus, ipſe eſt Deus, Dominus Deus, ipſe eſt Deus,* nisi Sacerdotes, & Prophetas Baal, inſigni illo miraculo, euocato igne è cœlo ad conſummandum ſacrificium, conuiciſſet. Et quidem Elias de Pſeudoprophetis illis Baal conquerebatur, *3. Reg. 18.* quòd altaria Dei deſtruxiſſent; nos ſcilicet altaria Dei deſtruximus non noui iſti prophetæ: nos ſacrificium miſſæ, tanquam ſuperſtitionem aut Idololatriam reiecimus, nos corpus Chriſti, quod in altari requieſcit, toties conculcauimus: nos, inquā, non Mornæus, cum filiis Prophetarū Eliæ, & Eliſei Caluini, & Bezæ; vnde conſtat quàm rectè conferantur iſti multi, cum vno Elia in Iſrael. Et quidem tùm erat latens, & abſcōdita Eccleſia Dei, apud decem tribus, cum omnes ferè, ſub impio Achab, & Iezabel, ad Idololatriam deflexiſſent, & pauci ex tanto numero relicti eſſent, qui non curuauiſſent genua ante Baal; non tamen Elias nouam ſynagogam, vel Eccleſiam inſtituit, non ſe à reliqua multitudine, quæ in tribu Iuda, & Hieroſolymis remanſerat, vbi templum, & locus adorationis, vbi Sacerdotes de ſtirpe Aaron, & Leuitæ, religione, & fide ſe ſeparauit. *Deus enim* (ait D. Auguſtinus) *illas tribus iuſſit ſeparari, non vt Religio, ſed vt regnū diuideretur.* *Lib. de Vnitat. Eccleſiæ c. 12.* Cū ergo iſti nouum Euāgeliū, nouam reformatam Eccleſiam inſtituerint, quid ſimile habent, iſti numero multi, cum Elia Prophetā? *Elias ille ignem ſpirans auriga*, (ait Damaſcenus) *Lib. 4. fidei orthod. ca 25.* *ac cœlipeta, an non cœlibatum amplexus eſt? eiusque virtutem humana conditione præſtantior euectio comprobauit? Quis cælos clauſit? quis mortuos ad vitam reuocauit? quis Iordanem ſcidit? An non cœlebs Elias? quid ipſius diſcipulus Eliſæus, an cùm eiuſdem virtutis ſpecimen edidiſſet, ſpiritus gratiam, quam duplam petiuerat, eſt conſecutus?* Annō igitur cū Elia, & Eliſæo rectè conferentur innumeri iſti Mornęi conſociales, qui teſtes cœlum, & terram, in Papas & eorum aſſeclas cient? An verò conferendi videntur duo illa proſtibula, duo inquam Sodomæ, & Gomorrhæ ſpurij, Caluinus, & Beza præcipui reformatæ, & purioris Eccleſiæ Mornæi in Gallia authores, cum duobus illis Prophetis Elia, & Eliſæo, quorum Caluinus Nouiodunenſis, ob præpoſteram libidinem cœleſtibus flammis olim vindicatam, è Gallia fugere coactus eſt, vt ex publicis Nouioduni tabulis conſtat; alterum verò non puduit ſuas nefandas libidines, libris à ſe editis, euulgare? quis æquus rerum æſtimator non ſtatim iudicet iſtiusmodi homines, non eſſe quos Deus mentibus hominum illuminandis deſtinarit, ac per quos Idololatriam, & ſuperſtitionem diſpelleret, tenebras infidelitatis diſcuteret, ac Eccleſiam illam primitiuam Apoſtolicam, tot ſeculis, mortuam in vitam reuocaret.

Quan-

Digitized by Google

Quando non alij nobis ſuperſunt teſtes, quàm aduerſarij, quàm Paparũ mancipia, quos quæ ad purioris fidei ſeriem pertinebant, partim reticuiſſe, partim interpolaſſe, vel Ieſuitarum hodiernorum exemplo, & argumento, dubitet iam nemo.

Paparum mancipia qui nàm iudicio Mornai.

DOctores Catholicos, qui zelo zelati ſunt pro Domino Deo exercituum, & hæreſiarchas ſuis ſcriptis confoderunt, iſte, Paparum mancipia appellat. D. Irenæum iſte Papæ mancipium appellauerit, qui ſcripſit, *ad Eccleſiam Romanam, propter potentiorem principalitatem neceſſè eſſe omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper conſeruata ſit ab his, qui ſunt vndique, ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio.* Iſti, Cyprianus, Papæ mancipium, qui ſcripſerit, *matricem, & radicem Eccleſiæ Romanam eſſe Eccleſiam, ad quam perfidia acceſſum habere non poſſit.* D. Hieronymus, Papæ Damaſi mancipium, qui ad eum ſcribit, *ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, id eſt, cathedræ Petri, communione conſocior. ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in Arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio* & ad eundem. *Si quis Cathedræ Petri iungitur, meus eſt.* Mancipium Papæ D. Auguſtinus cùm *Melchiadem Papam Patrem Chriſtianæ plebis* appellat, & *in Romana Eccleſia ſemper viguiſſe Apoſtolicæ Cathedræ principatum* ſcribit: cum Romanorum Pontif. ſucceſſione continua, ad ſua tempora ſe retineri in Eccleſia Catholica profitetur; immò ſucceſsionem illam, vt ingentis virtutis molem, Schiſmati Donatiſtarum opponit; cum deſiderat, cum alijs Africanis Epiſcopis, quæ definita erant, contra Pelagium, & Celeſtium, in Concilio Mileuitano, Innocentij Papæ auctoritate confirmari, & hæreſim illam reprimi, & cohiberi? Mancipium Papæ magnus ille Athanaſius, cũ totius Aegypti Epiſcopis: *qui Marcum Romanũ Pontificẽ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedis, atque vniuerſalis Eccleſiæ Papam* nominant, ſanctamque eius ſedẽ, matrem, & caput omnium Eccleſiarum agnoſcunt, cui cum omnibus ſibi commiſsis, perpetuò ſe futuros obedientes, pollicentur? Mancipium Papæ, Baſilius ille magnus cum optat petitque *Romanum Epiſcopum Epiſt. 52. res Orientis conſiderare, iudicij ſui decretum interponere, & ſua auctoritate vſum, Orientem viſitare, diligenti illius examini ſemetipſum ſiſtere paratus?* Ac, ne cæteros commemorem, mancipia Papæ Patres Chalcedonenſis ſynodi, quæ, ſedis Romanæ decreto, coacta eſt, qui omnes, ne reclamante quidem vno, *Romanam Eccleſiam caput omnium, dictitantem Paſchaſium Leonis Papæ legatum,* audiunt, eiuſque mandata capeſſunt. act. 1. in qua & Leo *vniuerſalis Archiepiſcopus, vniuerſalis Eccleſiæ Papa, vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus* omnium conſenſu appellatur. act. 3.? Atque ita oſtenderem patres Concilij Nicæni, Conſtantinopolitani, Epheſini, iſti, eſſe Papæ mancipia. Ita, poſt ſexcenteſimum, à Chriſto, annum omnes Theologi, partim reticuerunt, partim, interpolarunt, quæ ad purioris fidei ſeriem pertinebant? omnibus Cõcilijs in Occidente celebratis contra hæreſes emergentes, non niſi patres interfuerunt qui eſſent Papæ mancipia, cum authoritate illius, habita & confirmata fuerint? Quis hæc aſſerat niſi Mornæus, & illius ſodales è diaboli ſodalitio, Diaboliquè mancipia?

Epiſt. 57.

Epiſt. 162.

lib. contra epiſt. fundamenti cap. 4.

Epiſt. ad Marcum.

Epiſt. 52.

Et hæc in ſeptimum, octauum, nonum ſæculum incurrunt, quibus, & Oriens cum Occidente, ex diametro pugnat, & in Occidente ipſo, Concilia alternant, & in eodem Concilio, dubia ſæpe ſubſellia.

QVandò errores primùm irrepſerint in Eccleſiam, & perfidia loco fidei ſucceſſerit, non omnes vno modo docent aduerſarij. Caluinus ipſe fatetur vſque ad Irenæi, Tertulliani, Origenis, immò & Auguſtini ætatẽ, nihil à principio mutatum fuiſſe in doctrina Eccleſiæ, ſed Apoſtolicam conſtanter, & vnanimi conſenſu retentam eſſe: inſuper quingentis annis à Chriſto adhuc floruiſſe religionem, & ſinceriorem doctrinam viguiſſe, Alij, annis ab hinc circiter quadringentis, doctrinam Apoſtolicam, in Eccleſia, palàm corruptam eſſe; Alij ab hinc ferè ſexcentis, alij paſsim, ab hinc ferè mille, circa tempora ſcilicet D. Gregorij, in qua ſententia videtur eſſe Mornæus: hac interim opinionum varietate, dum quiſque in ſuo ſenſu abundat, ſatis oſtendunt, ſe de ea re nihil certi habere: ſexcẽtis itaque primis illis annis à Chriſto, ex ſententia iſtorum, Eccleſia Chriſti erat conſpicua, per orbem terrarum diffuſa, nihil doctrinæ Apoſtolicæ admixtum externum; poſtea verò Apoſtolica doctrina adulterari cœpit, corruptelæ verbi Dei introductæ, ſuperſtitio, & Idololatria in Eccleſiam Romanam inducta: eundem errorem ſubſecutus orbis terrarum, vt Eccleſia eſſe deſierit, vel adeò oppreſſa latuerit, vt penitus forma, facieſque illius non appareret. Iſti Donatiſtis non diſsimiles, qui toties de nefario crimine conuicti, vt author eſt D. Auguſtinus, omnis excuſationis, ac defenſionis loco nullis argumentis innixi, contra euidentiſsima teſtimonia ſcripturarum, vociferabantur, Eccleſiam toto orbe aberraſſe, ac ſic defeciſſe, vt tantum eſſet in parte Donati; ita Sacramentarij iampridem Eccleſiam de toto orbe perijſſe, apud paucos manſiſſe occultam, quos neceſsè eſt intelligant, qui ab Eccleſia Romana, & communi totius Chriſtiani orbis conſenſu hæreticæ prauitatis damnati ſunt, quorum perfidiam ſequitur, & incautis vult obtrudere Mornæus. Quid verò Donatiſtis reſpondit aliquandò Auguſtinus? *O impudentem vocem illa non eſt, quia tu*

Vide Sommam pletonum controuerſ. 1. lib. 3. c. 4.

Nouatores Donatiſtis ſimiles.

in

Digitized by Google

Lib. 3. cōt. epiſt. Parmeniani cap. 2.

in illa non es? vide ne tu ideò non ſis; nam illa erit etſi tu non ſis: & alibi de iiſdem Donatiſtis. *Quid ſe ipſi iactant, quod habeant aliquam Eccleſiam, ſi iam illis temporibus ſuperioribus eſſe deſiterit? dicant vnde natus eſt Maiorinus, aut Donatus; vt per eos naſceretur Parmenianus, atque Primianus.* Ita vndè quæſo natus eſt Lutherus, aut Caluinus, aut Beza, vt per eos Mornæus naſceretur? Quandò verò perijt illa Eccleſia aut euerſa eſt, cum ſit Ciuitas, *quam Deus fundauit in æternum?* quomodò Apoſtolica doctrina, quæ, prioribus ſexcentis annis, incorrupta manſit, ſeptimo ſæculo adulterari cœpit, per eam doctrinam, quam hodiè Romana Eccleſia profitetur, idque auctoritate, & decreto Pontificum, & communi eius cœtus conſenſu, qui vera Chriſti Eccleſia antea fuerit, quique proinde defecerit à fidei doctrina, ſicque Chriſti Eccleſia eſſe deſierit? & cum primi Pontifices Chriſtiani, & pij fuerint, & magna pars pro Chriſti fide, Martyres, quomodò poſtea reliqui ſucceſſores eorum impij, ſuperſtitioſi, Idololatræ? Bonifacius ſanè III. in quo primùm iſti ſacrilegi, Romanam Eccleſiam à Chriſto defeciſſe, & Antichriſti ſedem factam eſſe ſcribunt, & clamant, nunquam legitur, vel in Concilio aliquo generali congregato, vel decreto aliquo, fidem, & doctrinam communem Eccleſiæ, ſub Gregorio magno, & prædeceſſoribus ſuis, probatam corrupiſſe, vel damnaſſe, aut nouam aliquam doctrinam, quæ antea non eſſet, apud omnes Chriſtianos recepta, tum primùm induxiſſe. Quoties verò hæreſis aliqua oborta eſt, conſtat nobis de authore, loco, & tempore. Quomodò igitur tàm altum ſilentium, apud authores, de doctrina fidei ab Apoſtolis tradita, per orbem terrarum ſenſim, vel vno quaſi impetu, abdicata, de tot corruptelis loco illius introductis? Vndè conſtat, quicquid deliret Mornæus, quæ ſex prioribus ſæculis, id eſt, ſexcentis, poſt Chriſtum, annis, fuit doctrina Apoſtolica, & fides Catholica in Eccleſia Romana, & toto Chriſtiano orbe (nam tùm Eccleſia Romana cum reliquis Eccleſiis communicabat in eadem doctrina, & vſu eorundem ſacramentorum) eandem, ſeptimo, octauo, nono ſæculo ab omnibus Chriſtianis creditam, & deinceps ad nos propagatam fuiſſe.

Mendaciū aduerſario rū. ſuo Bonifacio tertio, Romanā. Eccleſiam defeciſſe.

Quibus & Oriens (inquit) *cum Occidēte, ex diametro pugnat.*

ATqui hæreſes cùm Eccleſia ſemper pugnauerunt ex diametro, & hoc ſenſu vel prioribus ſæculis nedùm ſeptimo, octauo, nono ſæculo, Oriens cum Occidente, ſed & Oriens cum Oriente, & Occidens cum Occidente κατὰ διάμετρον pugnauit. Ante ſeptimum, octauum, nonum ſæculum Patriarchæ Conſtantinopolitani, reclamātibus ſummis Pōtificibus, ſibi vniuerſalis Epiſcopi nomen, præter fas, tribuebant, freti Imperatorum authoritate; & longè antea D. Hieronymus ſcribebat ad Damaſum. *Profligato à ſobole mala patrimonio, apud vos ſolos incorrupta Patrum ſeruatur hæreditas. Ibi ceſpite terra fæcundo Dominici ſeminis puritatem Centeno fructu: refert: hic obruta ſulcis frumenta in lolium, auenaſque degenerant: nunc in Occidente ſol iuſtitiæ oritur: in Oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat, poſuit Thronum ſuum. Vos eſtis lux mundi. vos ſal Terræ, vos aurea vaſa, & argentea, hic teſtacea vaſa, vel lignea, virgam ferream, & æternum operiuntur incendium.* An non etiam Iulio Pontifice Romano, Ruffino, & Euſebio Coſſ., anno decimo, poſt mortem Conſtantini, ita diſſentiebant à ſe Occidentis, & Orientis Epiſcopi, poſt Cōcilium Sardicenſe, cui præfuit Oſius, in quo cōuenere, ex Occidentalibus Epiſcopis, numero circiter trecenti, ex Orientalibus autem ſeptuaginta ſex, vt neque conſuetudine deinceps vti mutua, vt hi ſolent, qui ſunt eiuſdem opinionis, neque communicare inter ſe vellent. Eccleſia tamen verſus ſolem Occidentem ſita, quoniam, Patrum decretis ritè gubernata erat, omnino à contentione, & captioſis verborum argutijs, quæ inde naſci ſolent, libera, & vacua fuit. In partibus verò Orientis, etſi multi decretis Concilij Nicæni, hoc eſt fidei Catholicæ mordicùs adhæreſcerent, multi tamen etiam palam diſſentiebant; non dubium tamen quin hi qui in Occidente, & qui in Oriente in eandem fidem conſentiebant, & doctrinam Concilij Nicæni, ad eandem Eccleſiam pertinerent. Quanta verò tùm eſſet Romani Pontificis authoritas, indè conſtat, quod cùm Orientales Epiſcopi Sardicen profecti, affirmarent, ſe minimè in eam ingreſſuros Eccleſiam, in qua ſimul illi conuenerant, quos ipſi abdicauerant, ſcilicet Athanaſius Alexandriæ, & Paulus Cōſtantinopolis Epiſcopus, ad ea reſcripſerunt Epiſcopi Occidentis, ſe nunquam ab eorum communione refugiſſe, neque iam velle ab ea refugere, præſertim cum Iulius Epiſcopus Romanus, cauſa eorum accuratè cognita, illos neutiquam condemnaſſet. Et cum Patres Sardicæ coacti aliam fidei formulam edidiſſent pluribus quidem verbis ſcriptam, quàm quæ in Concilio Nicæno edita fuiſſet, ſed tamen eamdem complectentem ſententiam, eam miſerunt ad Iulium Pontificem, teſtati, ſe rata habere decreta Concilij Nicæni; ſed, quò faciliùs intelligerentur, ea pluribus verbis explicaſſe, eo conſilio, ne Arrianis, qui breuitate formulæ fidei, in eo Concilio, editæ abutebantur, facultas ex verbis daretur, imperitos in abſurdam aliquam opinionem rapiendi; & Orientales quidem Epiſcopi, Imperatores, & populi, qui fidem orthodoxam, exemplo maiorum, coluerunt, Pontif. Romanum caput Eccleſiarum agnouerunt, tantùm abeſt, vt cùm Eccleſia Romana pugnarint ex diametro; & quoties habita ſunt Concilia, in quibus cōuenerint Græci cum Latinis, toties, agnitis ſuis erroribus, aggregarunt ſe ad Eccleſiam Romanā, & quod toties ad vomitum redierunt, inde factum eſt, vt imperij dignitatem amiſerint, & grauiſſimas perfidiæ ſuæ pœnas dederint, ſed Mornæus intelligit. fortaſſe, tum Orientem cum Occidente, ex diametro, pugnaſſe cum Leo Im-

Epiſt. 57.

Sozom. Lib. 3. c. 10. 11. 12.

id à multis obſeruatū

Imperator à quodam Beſer fidei refuga ſeductus, vel etiam à Iudæis, ſacris Chriſti, & ſanctorum imaginibus bellum indixit, eaſque vbique deponi & incendi edixit, cuius erroris eum Gregorius III. Pontifex redarguit, & cum nihil proficeret, Italiam ei vectigalia pendere prohibuit: ſicque tota Italia Pontifici, contra impium Imperatorem, aſſenſa eſt;& Gregorius Pontifex Synodum 903: Epiſcoporum Romæ coegit, in eaq; ſacrarum imaginum venerationem, contra Imperatoris inſaniam, confirmauit, & earum violatores generali ſententia, anathematizauit. Quod ſi tùnc *Oriens cum Occidente ex diametro* pugnabat: an ideò *Eccleſia in tenebras*, quod iſte ait, *demerſa erat?* An ideò deſtitit eſſe caput Eccleſiarum Romana Eccleſia? Verùm iſti tanto odio Romanam Eccleſiam proſequuntur, vt etſi Occidentalem Eccleſiam interijſſe, in Oriente tamen apud Græcos remanſiſſe affirment. Nàm Lutherani confeſsionem ſuæ fidei, Hieremię Patriarchæ Conſtantinopolitano, non Pontifici Romano probandam miſerunt, & ſacrilegus ille Petrus martyr in locis communibus reſpondens obiectioni, quæ poterat à Catholicis moueri, An omnes qui hactenus vixerunt ſub Romanæ ſedis obedientia, perierint, cùm iſti noui Euangelici, nuperi ſint, & recentes, inquit. *Nunquam toto illo ſpatio defuiſſe homines, qui mendacijs, & impoſturis Papatus, reclamarint. Deindè Orientales, & Græcos, iſti tyrannidi reſtitiſſe, neque adhuc dominatum Eccleſiæ Romanæ agnoſcere, vndè non totus orbis Chriſtianus ea cauſa* (inquit) *perijt*. Itaque iſti Apoſtatæ, Eccleſia deſijt eſſe in Occidète; nemo Occidentalium à Papatu Bonifacij III. ſalutem conſecutus; Orientis finibus coarctata fuit Eccleſia: Romana Eccleſia, præ Græcia ſchiſmatica, & Oriente orbe Barbarico, illis ſordeſcit. Videamus quid quondam reſponderit D. Auguſtinus Iuliano Pelagiano, ab Occidétalium ſententia, ad Orientales prouocanti. *lib. 1. contra eundē c. 4.* *Non eſt Iuliane, cur prouoces ad Orientis antiſtites, quia & ipſi vtique Chriſtiani ſunt, & vtriuſquè partis terrarum fides iſta vna eſt, ſed te Occidentalis terra generauit, Occidentalis regenerauit Eccleſia: Quid ei quæris inferre, quod in ea non inueniſti, quando in eius membra veniſti?* Sic iſti, quid nobis Orientem objiciunt? an non eos terra Occidentalis protulit, & in Occidente, ipſi Chriſto, eos Catholica, Apoſtolica, Romana Eccleſia regenerauit, cuius ſunt Apoſtatæ?

In Occidente ipſo, Concilia ſæpe alternãt, & in eodem Concilio, ſubſellia ſæpè dubia.

QVæ Concilia generalia in Occidente ſunt celebrata, omnia Romani Pontificis auctoritate coacta ſunt, & confirmata, quibus veritas ipſa Catholica definita, & hæreſes ſubindè exſurgentes condemnatæ, quibus vt præeſt ſpiritus ſanctus, ita non dubium, neque alternare ea, neque ſibi vlla ex parte repugnare: quo enim iure, cum ſe iſti probare dicant quatuor illa prima generalia in Oriente celebrata, reijciunt quæ in Occidente aliquandò pluribus Epiſcopis conuenientibus, ſunt celebrata? Quod ſi eiuſdem authoritatis, cuius Romana Eccleſia: habent illa quatuor Concilia, quòd in eis à Patribus definitam Catholicam, & orthodoxam fidem eſſe contendunt; non niſi certè ex aſsiſtentia ſpiritus ſancti, quem Eccleſiæ ſuæ Doctorem omnis veritatis Chriſtus promiſit, dogmata fidei definiuiſſe, quæ remota omni dubitatione eſſent omnibus credenda, certiſsimè tenendum eſt. An verò illa promiſſio Chriſti non ſe porrigebat vltra ſexcentos annos? an deſtitit eſſe Eccleſia Chriſti, vt non poſſent deinceps in illa congregari legitima Cõcilia? Itaque quæ in Occidente ſunt habita, nõ legitima fuerint, non eò conuenerint Epiſcopi, & ſacerdotes, qui eandem auctoritatem legitimam haberent ſtatuendi de fidei controuerſijs, quemadmodùm prioribus illis ſæculis: non fuerint iſti Epiſcopi ſucceſſores Apoſtolorum, quemadmodùm priores illi, exciderint Chriſti promiſsiones, irritum fuerit verbum Domini, *Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*. Quę quàm abſurda ſint, quis non videat?

Crepuſculum quaſi Eccleſiæ in tenebras paulatim deuergentis, demergentis, Nox illunis, raræ ſtellæ, & quæ rutilant errabundæ.

HAec certè verbis præcedentibus repugnare videntur, nam ex iſtis intelligitur, per ſexcentos illos annos, adhuc fuiſſe Eccleſiam, cùm nondùm Concilia illa alternaſſent, aut ſubſellia dubia eſſent; quod verò ſcribit *Eccleſiam paulatim in tenebras demerſiſſe*: vt intelligamus, ſcilicet ex iſtorum ſententia, tùm penitùs extinctam, cùm iſti noui reformatores ex illa, tanquam reliquiæ quædam, prodierunt qui nouam inſtituerunt Eccleſiam, nõ ſecus ac olim Apoſtoli ex Synagoga, qua reprobata, Deus voluit, per eos nouam Eccleſiam ex omnibus nationibus ædificare; vt non mirum ſit, ſi iſte Regem magnæ Britanniæ, tanquam alterum Veſpaſianum & Titum, ad bellum Papatui inferédum, ad exſcindendum veterem illam Romam, arcem antiquæ Religionis, quemadmodum olim Hieruſalem, & templum illud auguſtiſsimum antiquæ illius arx erat, tam animosè ſtudeat inducere; & quemadmodùm tùm templum illud antiquum funditùs euerſum, tranſlato ſacerdotio, & tranſlatione legis facta: ſic iſti, extincto ſacerdotio Euágelico, abrogato Miſſæ iugi ſacrificio, demoliendis, aut ſolo æquandis templis, euertendis altaribus, vt ne veteris Religionis vlla ſuæ pereſſent monumenta, tàm ſtudioſè incubuerint. Quod ſi nunquam, per interpretes, aut alios quoſcumque, potuit, à tot annis, doctrina Hippocratis, Platonis, & Ariſtotelis obſcurari, quin & ſcholæ eorum Philoſophorum adhuc locum ſuum obtineant; miror, quomodò Chriſti do-

Digitized by Google

doctrina, per Apoſtolos, orbi tradita, tot miraculis confirmata, à tot ſanctis Patribus egregiè defenſa, in ſacris Concilijs, contra hæreticos, propugnata, contrarijs erroribus ita obſcurari potuerit, fidei loco, perfidia, vice Religionis, ſuperſtitio, & idololatria, apud Chriſtianos, vnius hominis auctoritate inducta fuerit? Eccleſia ipſa adeò conſpicua, & illuſtris, primùm in tenebras demerſa, cùm contra eam, vel naſcentem, & ab angulo terræ emicantem, nec perfidi Iudæi, nec potentiſsimi Imperatores, nec tot hæreſiarchæ, nec Philoſophi ipſi proficere, vel minimùm, potuerint. An in tenebras demerſa erat tempore Arrianorum, cum profana ipſa nouitas, velut quædam Bellona, aut furia, capto priùs omnium Imperatore, cuncta denique Palatij culmina legibus nouis ſubiugaſſet? Hac hæreſi Eccleſiam deuaſtante, ſcribit Hilarius, rarùm fuiſſe apud Orientales, Catholicæ fidei vel ſacerdotes, vel populum inuenire, ſed vbique ſcandala, ubique ſchiſmata, ubique perfidias eſſe. Hac hæreſi graſſante, ſcribunt Hiſtorici, diuiſionem factam fuiſſe totius Orientis, ab Occidente, non abſimilem illi, quæ erat decem tribuum Iſraelis à regno Iuda: idque ſub Conſtantio Conſtantini Magni, Salomonis noſtri, filio, ſicut illa alia diuiſio ſub Roboam erat Salomonis altero filio. Scribit S. Baſilius, tantam Eccleſiarum deſolationem, ac quaſi ſolitudinem ex hac Arriana hæreſi inuectam fuiſſe, quam aliquot epiſtolis depinxit ad viuum, ut ualdè dubitauerit, an illa futura eſſet nouiſsima hora, uel defectio, quæ ſemel facta, ueniret filius ille perditionis Antichriſtus; Tum tamen illuſtris *Eccleſia non in tenebras deuergit, demerſit, nec nox illuminaræ quidem aliquādò ſtellæ*, ut, tempore Arrianorum, pauci Epiſcopi, qui fidem orthodoxam propugnarent, *Sed nō errabundæ, & quæ plurimùm rutilarent.* Longè aliud docet D. Auguſtinus quàm Mornæus, cum Vincentio Donatiſtæ reſpondet obijciēti uerba Hilarij ſuperiùs citata: *Eccleſia* (inquit) *aliquandò obſcuratur, & tanquam obtenebratur multitudine ſcādalorum; ſed etiam tunc, in ſuis firmiſſimis, apparet, qui ſunt quaſi ſtellæ cœli in ſemine Abrahæ, in multitudine illa infirmorum, atque carnalium fidelium (quæ quaſi arena maris eſt) aliquandò, tranquillitate temporis, libera, & quieta apparet, aliquandò autem tribulationum, & tentationum fluctibus operitur, atque turbatur: Tale tunc tempus erat, in quo ſcripſit Hilarius, vnde putaſti inſidiandum contra tot diuina teſtimonia, tanquam perierit Eccleſia de toto orbe terrarum &c.* Sic & Hieronymus, *Periclitabatur nauicula Apoſtolorum, vrgebant venti, fluctibus latera tundebātur, &c.* Itaque tùm ille turbatus Eccleſię ſtatus erat, non ſublatus; ſub Cruce militans, nihilominùs tamen ſuper mōtem poſitus: Nempè, ut caput Eccleſiæ, Chriſtus, cum maximè affligebatur, tunc maximè emicuit, & in cruce exaltatus omnia ad ſe traxit; ſic corpus ipſius, Eccleſię utcumque uētis, & fluctibus agitetur, cuneis, & arietibus impellatur; non deſinit tamen eſſe *Ciuitas ſuper mōtem poſita, quæ abſcondi non poteſt, & domus ſupra petram ædificata, aduerſus quam portæ inferi nunquam præualebunt*: Nunquam certè magis quam

lib. de ſinodis

Socrates li. 2. c. 16. Niceph. lib. 9. cap. 12.

Epiſt 61. 69. & 70

Epiſt. 48.

Lib. cō. Luciferianos.

Stapletonus contrōuerſia 1. li. 20. 18.

tunc, afflictè res Eccleſiæ, aut hæreſis ulla tantùm penè prædominata; quandò igitur poſteà crepuſculum quaſi Eccleſiæ in tenebras deuergit, demerſit?

Pleræque noſtro firmamento, verbo Dei minimè affixæ.

QVi de ſcripturis ſacris nunquam, pro ſuo arbitrio, ſtatuerunt, neque eas ſuo ſenſui accommodarunt, & quas antiqui Patres, ſacra Concilia pro Canonicis probarūt, eas itidem admiſerunt, & ne minimum quidem mendacium ſcripturis in eſſe, profitentur, eas à ſpiritu Sancto dictatas certiſsimè credunt, atque in definiendo, qui ſint libri ſacri & Canonici, priuatum iudicium non ſequuntur, ſed Eccleſię, quæ columna eſt & firmamentum ueritatis: hi an non uerbo Dei affixi? Iſti uerò cum auctoritatem Eccleſiæ nullam eſſe uelint, eam errare poſſe affirment, pro ſuo ſenſu, & priuatò iudicio, de ſcripturis ſacris, & Canonicis, & quæ ſit earum auctoritas, ſtatuant; & quod de Marcione ſcribebat Tertullianus: *ad materiam ſuam cædem ſcripturarum conficiant*; (nonnullos enim libros Canonicos, iam antiquitùs ab Eccleſia probatos iſti nō admittunt) àn uerbo Dei affixi? Nec ſanè dubito hanc præfationem magni, arte, & marte, Mornæi, quæ tantæ eſt grauitatis, & ueritati ita conſonat, ut pater ille mendacij, qui magnum Mornæum impulit ad ſcribendum, uerax eſt, in Conſiſtorijs Euangelicorum breui in Canonem ſacrarum ſcripturarum adſcribendam, eadem auctoritate, qua, ex Canone ſacrarum ſcripturarū ab Eccleſia probato, licuit illis aliquas, pro arbitrio, expungere: fas erit, & quas uelint, addere. Et id quidem parum erit, niſi idē exordium præfigant huic operi, quod olim Manichæi ſuæ epiſtolæ fundamenti, Manichæo in Mornæū transformato; Mornæus *Apoſtolus Ieſu Chriſti, prouidentia Dei Patris. Hæc ſunt ſalubria verba de perenni, ac viuo fonte, &c.*

Lib. de præſcript. c. 38

D. Aug. li. cōtra Epiſt. fundamēti cap. 5.

Vt ſupremam illam, ſeu doctrinam, ſeu mores ſpectes, occumbere verè exiſtimes, tranſuerberato Eccleſiæ pectore, transfixo penè corde, ſecato verè iugulo.

ATquè de doctrina quidē Eccleſiæ, quod incorrupta ad nos propagata ſit, hactenùs multa. An uerò licuit aduerſarijs, ob deprauatos hominum mores, à Chriſto, & illius Eccleſia diſcedere? An Cyprianus ob crimina Collegarum (quorū meminit ſermone de lapſis, receſsit ab Eccleſia? *Non cōmunicabat ille eorū peccatis, & tamen* (ait D. Auguſtinus) *in eorundē ſacramentorum communione perſiſtebat, quia ea ſacramenta non ipſi inſtituerant moribus ſuis, ſed ad pęnā ſibi valere faciebant moribus malis*: An ideò Eccleſia non erat ante perſecutionē Diocletiani; quia

Lib. 3. cont. Creſconiū cap. 36.

ſtatum illius deſcribit Euſebius, quòd Chriſtiani alij alijs inuidere, maledictis inſectari, & propè inter ſe petulantibus linguis, tanquam mortuis armis oppugnare, & caſu aliquando verborum contumelijs, velut haſtas vnus in alium intorquere, & Præſides Eccleſiarum alter alterius vires infringere, & populus in populum ſeditionem concitare cœperat: an ideo ab illa Eccleſia, cuius tùm is erat ſtatus, adeò corruptus, non modò ſubditorum, ſed & Præſulum moribus, deficiendum erat? An ideò noua quædam reformata Eccleſia, in doctrina, differens & ſacramētorum communione, instituenda? An igitur & nunc, ſi mores ſpectes, occubuiſſe vere Eccleſiā dixeris, vt antiquæ, noua reliqua, maximè à Phariſæis iſtis, quorum adeò probati ſunt mores, ſit inſtituenda?

Lib.8 hyſt. cap.2.

Doctrina de vnico Mediatore, Redemptore, Seruatore Chriſto, de vnico eius ſacrificio propitiatorio, pene extincta, apud paucos, ſi rerum faciem ſpectes, reſeruata.

AN verò, mediatores alios, ſeruatores, & Redemptores, præter vnum Chriſtum Eccleſia Romana vnqnam agnouit ab Apoſtolo Paulo edocta: *Vnus Dei, & hominū mediator, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus?* quod aliud ſacrificiū propitiatorium, præter illius vnicum, profeſſa eſt aut inſtituit? Iſti magis ſunt, qui ſaluberrimam doctrinam orthodoxam ſuis prauis erroribus commaculant, dùm Chriſto mediatoris officiū, contra expreſſam doctrinam Apoſtolicam, & ſanctorum Patrum, quatenus verbum eſt, & filius Patri conſubſtantialis, tribuunt. Cōtra quos ita ſcribit D. Auguſtinus lib. 10. confeſſ. cap. 43. *In quantum homo, in tantum mediator; in quantum autem verbum, non medius, qui æqualis eſt Deo,* & lib. 1. de Trinit. cap. 7 *Ieſus, vt homo, mediator eſt Dei Patris, & hominum: nam, vt Deus, eſt æqualis Patri, hoc eſt Deus cum Deo, & vnus cum Patre, & Spiritu ſancto, non mediator.* Iterùm, *Ieſus Chriſtus, ſecundum formam ſerui, mediator eſt Dei & hominum:* & lib. de pec. orig. cap. 28. *Non, per hoc, mediator, quòd æqualis eſt Patri, per hoc enim quantum Pater, tantum dicitur à nobis, & quomodò erit medietas, vbi eadem ipſa diſtantia eſt? Ideò Apoſtolus non ait. Vnus Dei, & hominum mediator Chriſtus Ieſus, ſed homo Chriſtus Ieſus. Per hoc ergò mediator, per quod homo, & inferior patre, per quod nobis propinquior, ſuperior nobis, per quod Patri propinquior.* lib. 1. de conſenſu Euang. cap. 3. & lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 20. idem tradit. Atque hæc fides eſt Eccleſiæ Romanę, & doctrina Theologorum communis. Cùm tamen Caluinus, in epiſtolis duabus ad Polonos, in cuius, ſchola educatus eſt Mornæus, & alij Euangelici, doceant, Chriſtum exercere officium mediatoris ſecūdùm vtramque naturam diuinam, & humanam: quod nō intelligunt tantùm ratione ſuppoſiti diuini: ſed & ratione formalis principij, vt oſtendit Cardinalis Bellarminus lib. de Chriſto mediatore cap. 3. Fatentur enim, ſe, in hoc, diſſentire à magiſtro, & alijs ſcholaſticis, qui aiunt Chriſtum eſſe mediatorem ſecundum humanam naturam dumtaxat, licet debuerit eſſe Deus homo, vt perfectè mediatoris officium compleret: quæ ſanè doctrina Caluini ſapit Arrianiſmum. Quid? quòd idem lib. 2. inſtit. cap. 16. §. 12. docuit ſanguinem Chriſti non ſatis fuiſſe ad redemptionem hominū, niſi etiam pertuliſſet pœnas inferni, quas homo, ob peccatum, debebat ſoluere: cum tamen non alia ratione obnoxius ſit homo pœnis inferni, quàm quod non poſsit ſoluere debitum, quo ſe ob peccatum obligauit. Nos verò Chriſtum docemus hoc debitum ſoluiſſe, & patri reſtituiſſe honorē, ſicque non tenebatur vllam aliam pœnam ſubire. Sicut Si quis, ob debitum aliquod pecuniæ, damnatus eſſet ad perpetuos carceres, qui eum vellet liberare, non neceſsè eſſet, vt ſe in carcerem conijceret, ſed ſatis eſſet, vt ſolueret pecuniam debitam: & hoc fecit Chriſtus noſtro nomine. An non igitur doctrina noſtra de Mediatore, & Redemptore vnico Chriſto, orthodoxa eſt, & conſentanea doctrinæ Patrum, & Theologorum? iſtorum autē erroribus, & blaſphemijs an non eadem corrumpitur, & euertitur? Neq; verò quòd alios conſtituamus mediatores, ſub Chriſto; id quidquam illi detrahit: An non Chriſtus *lux illa vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum?* tamen Apoſtolis dixit, *Vos eſtis lux mundi & vnus eſt pater veſter, qui eſt in cælis, & vnus eſt magiſter veſter:* nonne tamē extant alij patres & magiſtri verum non eo gradu, quo ille. Sic verò iſti Chriſtum vnicū ſeruatorem volunt, vt nihil prodeſſe velint bona opera ad ſalutem, quod quid aliud eſt, quàm ad omnia ſcelera viam aperire? quid ergo habent iſti, quod hic nobis obijciant? quem alium ſupremum redemptorem, & ſaluatorem, præter Chriſtum, Eccleſia Romana vnquam agnouit? aut per cuius alterius meritum nobis ea omnia pollicemur, quæ ad ſalutem conferunt? De vnico vero ſacrificio Chriſti propitiatorio, hoc ſcilicet iſti volunt, nullum eſſe aliud Chriſti ſacrificiū præter illud cruentum, quo ſe in ara Crucis Patri obtulit. Sacerdotium vero Chriſti *ſecundū ordinem Melchiſedech:* ſacrificium illud iuge, quo in Eccleſia quotidiè incruentè offertur, illi pernegant, vt qui omnē memoriam paſsionis Chriſti, quam nobis refert incruentum illud ſacrificiū, extinctam vellent: negant verò Chriſtum aliquod inſtituiſſe ſacrificiū in noua lege perpetuò duraturum; quaſi indè inferatur ſacrificium Crucis fuiſſe imperfectum, & inſufficiens; ita vt Chriſtiana Religio careat ſacrificio, quo, publico ritu, & nomine totius populi, Deum colat: vt eò ſit imperfectior, vel Synagoga, vel Eccleſia, quæ fuit ſub lege naturæ; Cùm tamen nulla religio ſine ſacrificio conſtare poſsit, quod natura docet ſatis. Philoſophi intellexerūt. Plato 10. de Rep. & 8. de leg. Ariſt. 3. & 6. Polit. c. Sacrificiū n. cuiuſq; Relig. neceſſe eſt, vt tādiu permaneat, quādiu Religio ipſa: id quod etiā cōſtat ex D. Paulo Heb. 7. *Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt legis tranſlatio fiat.* Igitur & ſublato neceſſe eſt ex

quo-

Timoth. 2.

Chriſtus mediator vt homo.

Error Caluini de Chriſto mediatore.

Nulla Religio ſine ſacrificio.

Digitized by Google

quoque tollatur, & ſublato ſacrificio tollitur ſacerdotium; iſta enim ſunt interſe adeò connexa, vt vnum ſine altero conſtare non poſsit; Igitur & ſublato ſacrificio, lex item tollatur neceſſe eſt; vt proinde qui ſacrificiū Chriſtianæ legis, quod in altari perficitur, tollere conantur, ſimul & Religionem Chriſtianam e medio tollant. Quod ſi obſtaret, vt volunt aduerſarij ſacrificium crucis, quò minùs eſſet aliquod ſacrificium in noua lege, obſtaret etiam, ne in lege ſcripta, vel in lege naturæ vllum fuiſſet ſacrificium: cum beneficio illius ſacrificij, non modò qui ſunt ſub noua lege, conſequuntur remiſsionem peccatorum, verùm etiam omnes, quotquot ab origine mundi extiterunt. An non perpetuus ille vſus ſacrificiū Miſſæ offerendi, ab initio Eccleſiæ, & ex traditione Apoſtolica, perpetuo durauit? quod ex liturgijs Iacobi, Baſilij, Chryſoſtomi, & ex Clemente lib. 2. Conſt. Apoſtol. cap. 61. Dionyſio lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. 3. Cyrillo Hieroſolimit. catech. 4. myſtag. Ambroſio lib. 5. & 6. de Sacramentis, conſtat. An non eodem argumento ſequeretur, nullum eſſe in Eccleſia ſacramentum, quo nunc conſequi poſsimus remiſsionem peccatorum, ne baptiſmum quidem ſiquidem Chriſtus *vna oblatione conſummauit in æternū ſanctificatos*: Concedimus quidem, vnicum eſſe ſacrificium crucis, cuius vi, & efficacia quotquot ſancti extiterunt, vel futuri ſunt, conſequuntur remiſsionem peccatorum, vt propterea minimè opus ſit in eū finem, vllam aliam hoſtiam offerri (ſic enim fieret Chriſto iniuria, quaſi aliquid illius ſacrificio deeſſet) verùm in eum finem ſacrificium Euchariſtiæ peragitur in Eccleſia, vt vis, & efficacia mortis Chriſti, & ſacrificij, quod obtulit in cruce, nobis applicetur. Nec opus Patrum omnium congerere teſtimonia. Nam Caluinus ipſe libro de reformatione Eccleſiæ apertis verbis fatetur, *Patres omnes agnouiſſe oblationem Euchariſtiæ, quamuis ea ratione non nihil deflexerint à verbo Dei, & Chriſti mortem obſcurarint*: Vbi Caluinus, velit nolit, cogitur condemnare vniuerſam Eccleſiam; nihil enim aliud docet Patres, quàm, quod, ſuis temporibus, tota Eccleſia profitebatur. Vnde conſtat quàm bene conſpiret Eccleſia hæc reformata, & purior, cum antiqua Eccleſia, quàmque ſolidiùs verbo Dei innitatur: Hoc etiam eſt accuſare omnes Patres, aut ignorantiæ, quòd verbum Dei non ſatis intellexerint, aut etiam malignitatis, quòd, ex profeſſo, verbo Dei, in re tanti momenti, aduerſari, & nobis imponere, quin & ſuperſtitionem, & idololatriam ſuo calculo cōfirmare voluerint, adeoque Chriſtum dediſſe Eccleſiæ ſuę Paſtores & Doctores, qui nos inducerent in errorem: non autem quod ait Paulus, *In opus miniſterij, in conſūmationem ſanctorum ne circumferamur omni vento doctrinæ*: Iſti veri ſunt Antichriſti pręcurſores, qui iuge illud ſacrificium ab Eccleſia, quod tollere conabitur Antichriſtus, iam ſublatam vellent.

Heb. 10.

Caluini cōfeſſio, et impugnatio.

Epheſ. 4.

Tempus haud dubiè illud, quo mulier illa, purior Eccleſia à Dracone fugata, alis aquilæ ſubuecta, eremum petere cogitur, aquilæ illius, vtique Iehouæ omnipotentis, qui Eccleſiam ſuam cū opus, vt pullitiem ſuam aquila ſeruaturus circumfert.

SEptimum, octauum, nonum ſæculum Mornæus interpretatur *tempus illud, quo mulier illa purior Eccleſia à Dracone fugata, alis aquilæ ſubuecta eremum petijt*, *Aquilam Iehouam omnipotentem* exponit. Quàm rectè hæc interpretatio cum verbo Dei conſpiret, non ſecus, ac mendacium cum veritate, facilè conſtabit. Nam ex ſcripturis veteris, & noui Teſtamenti colligitur, Eccleſiam fuiſſe diffundendam per omnes gentes, quæ benedicendæ erant in ſemine Abrahā, quod eſt Chriſtus; eam eſſe fundatam à Chriſto ſuper petram, aduerſus quam portæ inferi non eſſent præualituræ: Eccleſiam præterea toto orbe conſpicuam, & illuſtrem fore, eſt enim *Mons ille domus Domini eleuatus ſuper omnes colles, ad quem confluunt populi multi*, Iſ. 2. *eſt ciuitas illa ſuper mōtem poſita, quæ abſcondi non poteſt*. Quæ in Symbolo, non reformata, & purior, ſed vna ſancta Catholica Apoſtolica Eccleſia nuncupatur; quam omnes Chriſtiani credere ſe profitentur, vt tam à credendo Symbolo Apoſtolico, quàm à fide ſanctæ vnius Chriſti Eccleſiæ diſtet Mornæus; quandò verò illa ex oculis hominum tollitur, aut inuiſibilis redditur, ex quo Dei verbo illud docetur? Sed apud quos quæſo ſeptimo, octauo, nono ſæculo reſidebat illa purior Eccleſia? ſi quidem Eccleſia non eſt aliquid re abſtractum à ſingularibus, ſed eſt *cœtus fideliū Chriſto credentium, & in eamdem orthodoxam fidem ad ſalutem neceſſariam conſpirantium*; qui ergò illi fideles tum paſsi perſecutionem ab Antichriſto tam diram, vt in ſolitudines ſe recipere coacti fuerint? vt his demonſtraris, credamus illam, quæ ignota erat, cuius nulla apud ſcriptores probatos memoria, fuiſſe piorum cœtum, & Eccleſiam Chriſti; hanc verò in cuius gremio, à ſexcēteſimo Chriſti anno, Epiſcopi, & ſacerdotes populos docuerunt, omnes nomen Chriſtianum profeſsi; in qua Reges, Principes, ac tot gentiū examina vixerūt, tot Cōcilia celebrata ſunt, tot egregij ſcriptores claruerunt, in quā tot nouę gentes aggregatę ſunt, hāc, inquā, toto orbe illuſtrē: non eſſe Chriſti Eccleſiā. Nō video certè qua ratione quis homini prudenti, & oīs paſsionis experti, ac veritatis rātùm cognoſcendæ ſtudioſo, id facilè quiſquā perſuadeat. Quomodò verò Deus tamdiu paſſus eſt, latere ſuā Eccleſiā, etſi in ſolitudine commorantē, qui nec ſanctos homines etiam in deſerto delitéſcentes paſſus eſt diutiùs orbi ignotos manere? Nam magnū illum Antoniū in ſolitudinibus Aegypti procul ab hominum conſortio degentem, mundo celebrem adeò fecit, vt & Conſtantinus ille magnus, propter nominis illius, & famæ

Eccleſia Dei latere non poteſt.

Matth. 7.

Nec ſanctos Latere Deus permittit.

celebritatem ac virtutis ſplendorem, eum ſibi amicum fecerit, literas honorificè ſcriptas ad eùm dederit. S. Athanaſius in vita illius, *Hoc in eo viro(inquit) mirabile eſt, vt hominem in extremo mundi limite conditum, & fauor Principum, & omnis celebraret aula regalis*: At longè magis gloriæ Dei, & ſalutis fidelium intererat cognoſcere Eccleſiam illam in ſolitudine latentem: quam priuatos homines toti mundo celebres reddere. Probabile quidem eſt per *mulierem illam* in deſertũ fugientem, ſtatum Eccleſiæ ſub, Antichriſto, ac ſæuam perſecutionem, ſed quæ breui duratura ſit, ſignificari; ſed tamen, vt docet D. Augusti-
Lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 8. nus, qui vnus nobis pluris eſt quàm mille Mornæi, nè tunc quidem obſcura futura Eccleſia, ſed ita illuſtris, vt ad eius gremium, etiam ſub ipſo Antichriſto, aliquę gentes ſe recepturæ ſint, & ad Chriſtum conuertendæ. Deindè hic locus
Cant. 1. Ioannis valdè obſcurus eſt, quo iſti oſtendunt ſuam Eccleſiam reformatam, quę in ſolitudinem aliquandò fugerit, & aliquot ſæculis illic latuerit, quemadmodùm erat locus ille Cantic. quo vtebantur Donatiſtæ, *Dic mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie*: vt probarent Eccleſiam perijſſe de orbe terrarum, & in ſola parte Donati in Africa remanſiſſe: Nam ſi & pars Donati fuiſſet in partibus Aquilonis, quæ contrariæ ſunt partibus
Pſal. 47. Meridianis, dixiſſet de ſe illud dictum, *Montes Syon, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni*: nam vtrique *Ciuitas Regis magni*, non eſt niſi *Eccleſia*, & hoc potius indubitanter ſonat Eccleſia, quam illud *Vbi paſcas, vbi cubes in meridie*: Et ſi in Occidente eſſet pars Donati, diceret de ſe eſſe di-
Pſal. 67. ctum, *Iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen illi*: Fortaſsis enim ſublimius eſſe diceret: Aſcendit ſuper occaſum quàm cubat in me-
lib. de vnitate Eccleſiæ cap. 24. ridie. *Hæc (inquit Auguſtinus) myſtica ſunt, operta ſunt, figurata ſunt, aliquid manifeſtum, quod interprete non egeat, à vobis flagitamus*: Sic iſti non habent alium locum, quo doceant Eccleſiam ſuam, per aliquot ſæcula, in deſerto quærendam, quàm obſcurum ſacræ Apocalypſeos; cum econtrà ſint tot loca ſcripturæ ita manifeſta, vt nullo egeant interprete, illuſtrem nobis, & conſpicuã per omnes gentes diffuſam, & nullis perſecutionibus vnquam de orbe perituram Eccleſiam de-
Libro de vnit. Eccleſ. ca. 16. monſtrantia. *Perſcrutemur, ſcripturas*, ait idem D. Auguſtinus contra Donatiſtas, *& contra tam multa teſtimonia, qui bus oſtenditur Eccleſia Chriſti, toto orbe terrarum diffundi, vel vnum proferant tam certum, & manifeſtum, quàm illa ſunt, quo demonſtrent Eccleſiam Chriſti perijſſe de cæteris gentibus, & in ſola Africa remanſiſſe*. Sic iſti nobis oſtendant ex aliquo loco ſcripturæ manifeſto, apud ſe ſolos Eccleſiam eſſe, & de orbe terrarum perijſſe, quæ in ſolitudines, & latibula aliquot ſæculis ignota ſe receperit. Nec procul abeſt à vero, quod inſinuat Mornæus, Eccleſiam iſtam puriorem, ſeptimo ſæculo, habuiſſe quoddam ſuũ initium, ſi quis mente repetat Mahometem illo ſæculo, ſcilicet circa annum Domini 640. ex Iudaica ſuperſtitione, & Arriana perfidia, nouam ſectam condidiſſe; ſi quis prætereà doctrinam Saracenorum cũ doctrina Mornæi, & Caluiniſtarum, conferat: Nam Mahometani crucem abominantur, & Chriſtianos eam adorãtes idololatriæ criminis accuſant. Mahometes Deum *Cedrenus in vita Heraclij.* authorem omnis mali eſſe docuit, latrones, veneficos, aliosque cuiuſuis facinoris conuictos à Deo ad hoc dixit certo conſilio deſtinatos, vt ſic morerentur, vt Eccleſia hęc purior, & doctrina Caluiniſtarum, quorum princeps Mornæus à Mahometiſmo manaſſe, aut certè magnam cũ illo affinitatem habere videatur, non ſecus ac cum hæreticis antiquitùs damnatis, quorum errores, noui iſti Euangelici, fuſtibus, & armis, in orbem reuocarunt.

Et quam miſer perijſſe putas, prouolat, exinde duodecimo ſæculo ineunte, in planitiem promouente, præeunte Deo, in Aquitaniam, Galliam Narbonenſem, Tranſalpinam ſe affatim effundit, inter Alpes, & Pyrenæos, omnia Euangelij præconio complet.

VValdenſium, & Albigenſium ſectas intelligit, ſæculo illo duodecimo exortas, quæ cum opera potiſsimùm Romani Pont. religione, & armis, debellatæ ſint & extinctæ, volunt iſti tunc reformatã ſuam Eccleſiam, à Pontificum Romanorum tyrannide oppreſſam; cũ alioqui niſi tam violento furori obuiam itum fuiſſet, totã Europam perfidia corruptura videbatur; adeò enim pullulare, & excreſcere cœpit in Comitatu Tholoſano primùm, vt omne triticũ fidei generis illius in lolium erroris verſum videretur, & intantum error ille inualuit, vt breui tẽporis interualo, infecerit mille propemodũ ciuitates. Philippus Auguſtus Chriſtianiſsimus rex, monente eum Innocentio III. ſui officij in Religionem Chriſtianã. Ludouicus item VIII. illius filius: & Ludouicus IX. Rex ſanctiſsimus, in eos ſumpſerunt arma, ac peſtem illam, tandẽ extinxerunt, vt ne nomen quidem ſupereſſet Albigenſium. Verùm quandò Mornæo placet Eccleſiam reformatam, & puriorem ſuorum gregaliũ fuiſſe tum temporis cętum Albigenſium, vt hæc ſua Eccleſia reformata, in Albigẽſibus à Põtifice Romano paſſa ſit perſecutionẽ, vultque hanc puriorem Eccleſiam, cum veteri Apoſtolica, cõuenire, quandoquidẽ Apoſtolica primitiua, quocunque terrarum diffuſa eſſet, velut os vnum, & animam vnam habens, eãdem prorſus doctrinã profitebatur: conſpirat igitur in eadem doctrina fidei & morum, Mornæi & ſuorum gregaliũ Eccleſia, cum illa Albigenſium. Atqui Albigẽſes, cũ Ma- *Prateolus verbo Albigenſes.*
nichæis primùm docebãt duo principia, ſcilicet Deũ bonum, & malũ, id eſt Diabolũ, quem dicebãt creare corpora, vt Deũ bonũ, omnes animas, 2. Corporum reſurrectionem cũ iiſdem Manichęis, negabãt, exiſtimabãt enim animã hominis *Albigenſiũ errores, & blaſphemia.*
ſic, cum corpore interire, vt nuſquam poſtea redeat. 3. Baptiſmũ prorſus abijciebant, velut inutiiẽ, & ſuperuacuum. 4. Matrimonia damnabãt,

pro-

Digitized by Google

promiſcuos verò concubitus, eoſq; nefarios, ſanctos dicebant. Adeò creuit Albigenſium furor, & amentia, vt, cum vrbs Bitterenſis, quam occupauerant, à Catholicorum exercitu obſidione vallaretur, & expugnaretur, ſacrum Euangelij codicem arripientes, & ſuper illum mingentes de muro contra Chriſtianos proijcerent, & ſagittas in eundem, detorquentes, in hunc modũ clamarent, *Ecce lex veſtra miſeri*. Quin & ſceleſti illi, Dei matrem ſanctiſsimam Virginem, voce impuriſsima, meretricem dicere ſoliti, vt Gulielmus Nangiacus, qui proximo ſæculo vixit in Gallia teſtatum reliquit; Chriſtnm Deum, turpi conſuetudine (quod horror eſt cogitare) cum Magdalena iunctum fuiſſe affirmabant, ſic refert Petrus Ciſtertienſis Monachus, qui viſa in hiſtoriam contulit Innocentio Pontifici dicatã, & multa iſtiuſmodi, inſigni procacitate, in vulgus affirmabant. Quare Aut non eſt quòd Mornæus, & ſui gregales defendant latitantem ſuã Eccleſiam, & à Pont. Romanorum tyrannide oppreſſam calunnientur, cum ſectam Albigenſium religione, & armis perſecuti ſunt, ac tandem eam penitùs extinxerunt; aut certè cum Albigenſibus neceſse eſt fateantur, ſe profiteri iſtiuſmodj horrendos errores, & blaſphemias in Deum eructare; aut negent, quod ſcriptores illorum temporum affirmant: Albigenſes hos errores palàm profeſſos fuiſſe, quo eodem argumento omnis hiſtoriæ antiquæ detrahetur auctoritas. In multis verò certum eſt, conſpirare Caluiniſtas, hoc eſt Mornæum, & illius gregales cum Albigenſibus. Nam vt refert Paulus Aemilius, Pontifices noſtros, Epiſcopos ſceleratorum, Eccleſiam noſtram: cœtum infernorum vocitabant: Preces pro mortuis, & vota, fruſtra ſuſcipi: cæleſtibus etiam patrocinium, ſacerdotibus remittendi peccata, poteſtatem detrahebãt: neque in Euchariſtia Chriſti corpus in eſſe exiſtimabant: traditur illorum quendam Tholoſæ, in odium Chriſti, & confuſionem fidei, iuxta altare maioris Eccleſiæ, ventrem ſuum purgaſſe, & palla altaris ſuam fœditatem deterſiſſe: alios rurſus ſuper altare ſcortum poſuiſſe in conſpectu crucifixi, cumque eo abuſi fuiſſent, ſacram imaginem inde detraxiſſe, eique brachia præcidiſſe, & collo fune alligato illam per vrbis plateas, intolerandis cum blaſphemijs, traxiſſe, quę certè omnia inſignia ſunt, & tragediæ gregalium Mornæi, & cum eorum doctrina, mirificè conſpirant. Ea ſecta, à primis incunabulis, exortuque, non populi multitudine tantùm, ſed fauore etiam principum, armata fuit, Comitis Tholoſani, Fuxenſis, Biterenſis, Conuenarum, quibus accedebat Petri Regis Aragonij patrocinium: Ita nonnullos iſti, impietatis miniſtri Principes, & ex præcipua nobilitate, quam plurimos traxerunt in ſuas partes, qui religioni, & Reip. pluribus locis, magnas clades attulere. Memelinum Marochi Regem ex Africa, cũ tanto Saracenorum, & Maurorum exercitu in auxilium, Albigenſes acceſsiuerunt, vt gloriarẽtur, ſe poſſe vniuerſam Europam ſubuertere, ac eò venerunt inſaniæ, vt mitterent ad Innocentiũ III. Pontificem, qui dicerent, ſe cuncta Romana templa in equorum ſuorum ſtabula conuerſuros: inſuper ſalutiferũ crucis ſignum à pinnaculo tẽpli. D. Petri ſe detracturos, eiuſque loco impuri Mahometis vexilla ſuffecturos. Eandem pietatem, non abſimilem zelum in nouis iſtis Albigenſibus obſeruare licuit. Anno 1565. cum princeps Condæus profligatus è Gallia Baſileam ſe recepiſſet, atque illic de ratione belli patriæ inferendi, cum ſuis conſultaret, conſuluerunt miniſtri, quando alię rationes cauſam Euangelicã tuendi viderentur impeditiores, vt Turcarum Principi ſe ſubmitteret, ſubſidiumque ab eo impetrans belli flammam perpetuò aleret, & ſub Turcarum auſpicijs, ad Reipublicæ Chriſtianæ Principum ruinam, atque internecionem, totis viribus incumberet. Quod verò ſcribit Mornęus. *Promouente, præeunte Deo in planitiem, tum affatim, Eccleſiam iſtam ſe effudiſſe*. Atqui conſtat peſtem illam Albigenſium profligatam magis diuina ope, quàm bellica fortitudine aut viribus humanis. Nam cùm circiter centum millia armatorum in acie, aduerſus Simonem Comitem à Mõte forti Catholicorum Ducem, ne decima quidem parte hoſti parem, conſtitiſſent, ipſe Dux, & milites confeſsioni prius, ac ſacræ communioni operati, ſe cæleſti ope muniere, Pontifices Tholoſatium, Agatenſium, Lodouenſium, Conuenatum, quos populares ſedibus exegerant, vna cum ſancto Dominico tum in exercitu erant: hi non gerebant arma, non ſtringebant enſes: dum committitur, dùm trahitur prælium, Deum Optimum Maximum precabantur, vt pro cauſa ſua ſtet: Ducem ſe ſuis militibus præſtet. Crucem quam pro militiæ inſigni accepiſſent, inuictam velit: qui hoſtes viribus, ope omni humana ſnperiores ſint, eos ne fineret etiam de his triumphare, qui omnem ſpem ſuam in numine collocaſſent. Moueretur cauſa, precibus, obſecrationibus, votis, & certè valuerunt lachrymæ, vicit Religio, fuſa, fugata multitudo à paucitate, furor à Religione: Comites effugere, Rex Taraconenſium cecidit, Tholoſates maximè cladem ſenſere, nulla propè domo cladis experte, gladio multi, flumine plures, dùm omnia minuſquam hoſtem timent, dum per medios gurgites euadere conantur, abſumpti: pluſquam viginti millia deſiderata, cœteri armis exuti: è nobilitate noſtra vnus omninò interijt, cum paucis admodũ atque his neque ſanguine, neque virtute inclytis. Quis igitur dubitet, tam inſignẽ victoriam à paucis Chriſti militibus pręſentia diuini numinis de tot hoſtibus reportatã? Addo tum & miraculis confirmatam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidem, & perfidiam Albigenſium coufutatam; vt enim refert Viccentius libro 30. ſpeculi Hiſtorialis, ex hiſtoria B. Dominici & ex geſtis Simonis Comitis à Monte forti, cum apud fanum Iouis quoddam caſtrum, frequentes inter Catholicos, & hæreticos diſputationũ conflictus fierent, ad quas vtriuſq; ſexus populi multitudo confluebat, factũ eſt ex edicto, vt die quadã fieret ſolemnis diſputatio, ſub iudicibus deputatis, & cũ altercatione verborũ diu protracta

In Philippo Auguſto.

Nefandũ, & Scurrile Albigẽtium facinus.

Concilium miniſtrorũ, principi Cõdæo datum

Albigenſes ope diuina profligati.

Miraculis confirmata catholica fides cõtra Albigenſes

Vide Antoninum 3. p. Chro. tit. 19. c. 1. § 4.

hæretici ſubtili calliditate diabolica, etſi rationibus, & auctoritatibus ſufficienter confutati, vt murænula de manibus ſtringentium, elaberentur, decretum eſt, vt ab vtraque parte, ſcripto præſentari deberet ipſa aſſertio fidei, quam docebant. D. Dominicus, qui vnus, præ cæteris, fidem Catholicam propugnabat, illius præcipua capita contra Albigenſes, in libellum redegit, quem iudicibus præſentandum omnes Catholici decreuerunt: coram omni multitudine Vtriusque partis libelli, id eſt, B. Dominici, & hæreticorum Albigenſium, in medium proferũtur, & iudicibus inter ſe diſcrepantibus: hæc tãdem fuit communis ſententia, vt vtrumque libellum in flammas ignis iacerent, & quem contingeret ab igne non comburi, ille veram fidem procul dubio contineret. Accenſo itaque magno igne, in medium libelli proiiciuntur, & partis quidem hæreticorum ſine mora comburitur, libellus verò à ſeruo Dei Dominico oblatus Catholicæ, Apoſtolicæ, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, doctrinam continens, omnino ab igne illæſus, foras proſiliit in longinquum, iterum, atque tertiò iniectus, æquè incombuſtus; Ita inſigni miraculo Deus oſtendit, qui ſui eſſent, ita error hæreticorum vincitur, & Catholica fides extollitur. Sicque, quoniam purior Eccleſia Mornęi, & gregalium illius eadem eſt, quæ duodecimo ſæculo prodiit in Albigenſibus, hanc certè iam tùm miraculis à Deo reprobatam fuiſſe conſtat, tantùm abeſt, *Vt in planitiem promouente, præeunte Deo, ſe affatim effuderit.*

Deſæuientibus demùm ſuis hoſtibus, Põtificibus tuis poſt multiplicem ſtragem, tota Europa non tam diſſeminatur, quàm proſeminatur.

NAm hoſtes Euangelij Chriſti, fuerunt, iſtius iudicio, Chriſtianiſsimi illi Reges, Philippus Auguſtus, Ludouicus VIII. Ludouicus IX. ſanctitate, & miraculis clarus, in catalogum ſanctorum relatus, Gallorum Gentis, immò & Regum omnium gloria, ac decus. Deſæuiit ſcilicet in Eccleſiam puriorem, Põtifex ille ſanctiſsimus Innocentius III. qui, cum videret furorem illum Albigenſiũ audaciùs procedere, ac, niſi tempeſtiuè remedium eſſet allatum, grauiſsimum inſtare periculum Reipublicæ Chriſtianæ, ſui eſſe muneris iudicauit, occurrere tanto periculo, & rationem inire, qua incẽdium illud, quòd in dies augebatur, extingueretur: Miſſus itaque in Galliam Didacus Epiſcopus Oxomenſis, & cum eo Dominicus nobiliſſimæ Prædicatorum familiæ fundator, duodecim Abbates Ciſtercienſes eis adiuncti: additus & Legatus Pontificius Gualo S. Mariæ in Porticu, Diaconus Cardinalis iuriſperitus, & magnæ prudentiæ vir, penes quem ſuprema auctoritas, & totius adminiſtrationis ſumma eſſet. Cum pacis, conſilijs, & diſputationibus parùm proficeretur; quin & hæreticorum artibus, populi multitudo corrumperetur, tum demum crux in eos ſuſcepta, arma à fidelibus ſumpta, & in militum ſtipendium, pecunia, pro pietate cuiusque animi, collecta. Quid? an impunè eam peſtem graſſari, Chriſtianum orbem corrumpere, incendium illud totam Europam corripere, Pontifex, ac Chriſtiani principes permitterent? An non prętabat perditiſsimos homines, infructuoſos palmites, antequam vineam Domini demolirentur, materiali gladio amputare? exſcindi ſiquidem ferro debent, quæ ſanari non poſſunt; nihilque tempeſtiua ſeueritate ſalutarius, & opportunius aduerſus id genus mali, ſic etiam è corpore noſtro iubemur & propria membra amputare, quæ nobis ſunt ſcandalo. Cum verò, ad internecionem, deleti ſint Albigenſes, vt ne eorum quidem nomen ſupereſſet in Gallia; neſcio quo ſenſu iſte intelligat Eccleſiam ſuam puriorem *poſt multiplicem illam ſtragem tota Europa: non tam diſſeminatam, quam proſeminatam*: niſi forte Vuicleſiſtas, Huſsitas, & alias profligatiſsimas hæreſeon peſtes, cum Albigenſibus confundat, quæ tamẽ ſectæ, vt ex dogmatum varietate conſtat, longè à ſe differunt. D. Auguſtinus epiſt. 50. ad Bonifacium Comitem, oſtendit hæreſim Donatiſtarum cum Arriana nihil habere commune, ex diuerſitate dogmatum. *Nam Arriani Patris, & Filij, & Spiritus ſancti diuerſas eſſe ſubſtantias dicunt, Donatiſtæ autem hoc non dicunt, ſed vnam Trinitatis ſubſtantiam confitentur; etſi aliqui ipſorum minorem eſſe filium dixerunt, quam Pater eſt, eiuſdem tamen ſubſtantiæ non negarunt; plurimi verò in eis hoc ſe dicunt credere de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, quod Catholica credit Eccleſia*, & paulò pòſt *Aliquando autem ſicut audiuimus, nonnulli ex ipſis volentes ſibi Gothos conciliare, quando eos vident aliquid poſſe, dicunt, hoc ſe credere, quod & illi credunt: ſed maiorum ſuorum auctoritate conuincuntur; quia nec Donatus ipſe ſic crediďiſſe aſſeritur, de cuius parte ſe eſſe gloriantur.* Eodem modo igitur ex erroribus Albigenſium, quos hiſtoriæ referunt, articulis Vuicleſi, & Ioannis Hus damnatis in Concilio Conſtantienſi, & articulis Lutheri condemnatis à Leone X. & nouis dogmatibus, quę Mornæus, & illius gregales profitentur; conſtat non vnam, & eamdem, ſed longè diuerſas eſſe à diabolo ſectas introductas. Non igitur eſt quod in illis Eccleſiam ſuam proſeminatam, ac propagatam, iſti affirment. Nec mirum quod ait, *Iſtos in colonias propagatos*: nã vt ſcribebat D. Hieronymus lib. 3. in epiſt. ad Galat. in c. 5. *Scintilla res parua eſt, & penè, dum cernitur, non videtur, ſed ſi fomitem comprehenderit, & nutrimenta ſui, quamuis paruus ignis inuenerit, vrbes Mœnia, latiſſimos ſaltus, regionesque conſumit.* An non Arrius ſcintilla fuit, & eius hæreſis orbẽ terrarũ populata eſt?

Aug. Epiſt. 50.

Diuerſæ ſectæ ex diuerſitate dogmatũ eſſe probãtur.

Apo-

Apoſtolicæ vtique illius primigeniæ ſortem experta, quæ Hieroſolymis à furentibus ſacerdotibus pulſa, in omnes mundi plagas ſumma Dei prouidentia peruolitans, Euangelij vocem, toto orbe omnibus exaudiendam circumgerit.

SEd quid habet commercij cum verbo Dei, comparatio illa primogeniæ Eccleſiæ Chriſti ſub Apoſtolis, ac purioris, & reformatæ iſtius, quàm vocant, ſub Albigenſibus, duodecimo ſæculo, emergentis? nam de Eccleſia Chriſti ab Hieroſolymis Euangelij prædicationem inchoatura, deindè in omnes mundi plagas diffundenda, ex verbo Dei conſtabat: ita enim Chri-
Act. 1. ſtus Apoſtolos alloquẽs ait. *Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in Iudæa, & in Samaria, & vſque ad vltimum terræ.* & Luc. 24 *Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, & dixit eis, quia ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat pati Chriſtum & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius, pænitentiã, & remiſſionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem:* quod longè prius ab Iſaia prænunciatum. *De Syon exibit lex, & verbum Dei de Hieru-*
Iſaia 2. *ſalem.* Et ex eodem verbo Dei conſtabat, Chriſti Eccleſiam, duodecimo illo ſæculo, & reliquis ſeculis illuſtrem & conſpicuam omnibus fore: non ad ſolitudines anteà coarctatam, nec anteà latẽtem: cum primùm, *promouente, præeunte Deo, in planitiem ſeſe diffundere debuiſſe:* vbi enim ſeptimo, octauo, nono ſeculo, erat illa Eccleſia, quæ ab Hieruſalem incipiens orbem terrarum erat impletura? An eadem exiſtimanda Eccleſia iſta purior, quæ duodecimo ſæculo in planitiem ſeſe diffudit, cum Apoſtolica illa primigenia? quòd ſi diuerſa erat illa: nec certè erat Eccleſia Chriſti, quę vna & eadem eſt, vnitate fidei, & ſacramentorũ, ab exordio ſui, vſque ad finem mundi. Porrò non
Longè diſcrepabant Albigenſes, à primigenia Eccleſia. eandem fuiſſe indè conſtabat, quod longè diuerſa erant dogmata iſtius Eccleſiæ, duodecimo ſæculo, emergentis, & in planitiem ſeſe diffundentis, à dogmatibus primogeniæ illius Apoſtolicæ Eccleſiæ, vt iam præoſtenſum eſt. Non aduerſus furorem Iudæorum, aut Gentilium armauit ſeſe primigenia illa Apoſtolica Eccleſia: non principum fauore armata, tot millia hominum, tamq; potentem exercitum in aciem eduxit: nõ caſtra,
1. Corin. 1. oppida, ciuitates, quibus ſe tueretur, occupauit: *Non multi potentes, non multi nobiles, vt non euacuaretur crux Chriſti.* Baptizabant Apoſtoli omnes gẽtes. *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Verùm, Albigenſes baptiſmi aquam, nullam vim habere ad expiandum peccata, exiſtimabant; Euangelium Chriſti in ſalutem omni credenti, Iudæo primùm, & Græco, promulgarunt primùm Hieroſolymis, deinde toto orbe terrarum Apoſtoli; Albigenſes, in ſacrum Euangelij codicem mingebant ac Biterris, à Catholicis obſeſsi, illum è muro proijcientes, his verbis ad Catholicos vtebantur: *En lex veſtram, miſeri:* non diſsimili impietate, qua poſtea Turcæ, expugnata Conſtantinopoli, Chriſti Seruatoris noſtri imaginem circumgeſtantes, per opprobrium, & deriſionem, in has voces erumpebant; *En Deus Chriſtianorum.* Chriſtum filium Dei æternum, ſanctum ſanctorum, conceptum de Spiritu ſancto, natum ex ſanctiſſima Virgine, Iudæis, & Gentibus, prædicabant Apoſtoli. Verùm Albigẽſes, vt antea dictum eſt, Dei matrem, impuriſsima voce meretricẽ: Chriſtum Dominum, turpi cõſuetudine cum Magdalena iunctum fuiſſe (horreſco referens) impiè affirmabant: quę igitur conuentio profligatiſsimorum hominum ſectæ, aut purioris iſtius Mornæi Eccleſiæ, cum Apoſtolica illa primigenia? potuiſſet itẽ, & ab Arrio primordia ſuæ Eccleſiæ repetere, qui ſcintilla fuit; & eius hæreſis orbem terrarum populata eſt; Atq; etiã Arriani ipſi, ſuã ſectam, puriorem, & reformatam Eccleſiam, æquo iure nuncupare poterant: quàm in ſolitudinem primùm fugiſſe, ac tùm demum, quarto ſæculo ineunte, in planitiem ſeſe diffudiſſe, ipſa Palatij culmina occupaſſe, & multorum Epiſcoporum fauore ſubnixam, integras nationes corripuiſſe, potuiſſent oſtendere: & cùm à paruis initijs in tantam creuiſſet molem, rectiùs poterat conferri cum illa Apoſtolica primigenia: Immò & Albigenſium ſecta, quæ duodecimo ſæculo è ſolitudine erupit, & è tenebris emerſit: tùm hæc recẽtior gregalium Mornæi, quæ noſtro hoc infelici ſæculo, ſeſe prodidit: vel hoc nomine, cum Arriana perfidia rectè conferatur: quę vbi magnas clades *Ho. Via l. 1*
trecentis ferè annis Chriſtiano orbi intulit, & quod ait Homer' [illegible] penitùs extincta eſt: ſic & nuperæ iſtæ non dubiũ, quin breui abiturę in fumos. Quòd verò ſcribit Eccleſiam puriorem *duodecimo ſæculo*, ſcilicet *in Albigenſibus*, *Apoſtolicæ primigeniæ ſortem eſſe expertam*; de mendacio facilè conſtabit; Nec enim modò Romani Pontifices contra Albigẽſes, pios concitarunt, ſed & Chriſtianiſsimi Reges, quos perduelles iſti inficiari non poſſunt fuiſſe Chriſti Religioſiſsimos cultores, armis eos ſunt perſecuti, & è prouincijs ſuis exegerunt: qui verò Eccleſiam Apoſtolicam primigeniã perſecuti ſunt, non Chriſti, ſed Diaboli cultores, & idololatræ fuerunt. Nec potuerunt Chriſtianorum nomen è terris extinguere: immò, quò magis perſecutio ſæuiebat, eò maiora incrementa religio capiebat: vbi Albigenſium ſecta ſtudio Pontificum, ac piorum Regum armis prorſus deleta, & extincta, vt nec nomen quidem ſupereſſet. Quàm igitur diſsimilem ſortem primigeniæ illi experta? ſed præſtat nos quæ ſubijcit, paulò accuratiùs expendere.

Lege

Imperatore audebat conqueri,quòd Donatiſtas ad Campum, ideſt, ad ſupplicium duci iuſsiſſet, conqueratur & Mornæus de Chriſtianiſsimis Regibus Philippo Auguſto,Ludouico VIII.& Ludouico IX. quorum pietas in Deũ,& deuotio in ſacram Religionem tantoperè ab omnibus commendatur: quòd Albigẽſes armis ad internecionem ſint perſecuti. Sint Albigenſes martyres,& nunc Mornæi gregales Hugonotti (Deus bone)
Hō.Odyſſ.α' ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων,iuſtiſsimis legib⁹ cum ab inſania reuocari minimè poſſent,ad mortem adacti.Si Donatiſtæ, & eorum circumcelliones martyres erant:martyres cenſeantur Albigẽſes, & nunc temporis Caluiniſtæ purioris iſtius Eccleſiæ ſectatores. Quod de Donatiſtis ſcribebat D.Auguſtinus. *Si quid temporalis moleſtiæ paſſi fuerint,per certiſſimum,atque rectiſſimum ordinem poteſtatum, cum ipſi priuatis furioſorum agminibus multa grauiora paſſim,atque quotidiè,nulla Regia,nulla Eccleſiaſtica lege, committant, nos corporum perſecutores vocant, ſe animarum interfectores non vocant cùm priuata licentia,nec corporibus parcant.* Hoc de nouis Albigenſibus (quandò Mornæo,& ſuis,ſe Albigenſes eſſe placet) ſi quis eorum ſacrilegia,immanitatem, & crudelitatem ſacrilegã in Principes, Epiſcopos, & ſanctos defunctos, in Chriſti ſacerdotes pluſquam Tartaricam, mente repetat,longè veriùs aſſeri poteſt. *Sed nimirum ita audent,ſacrilega ſchiſmata, vel hæreſes impiæ: ſi quando in flagellis,vt ſe corrigant,admoneantur,pœnas furoris ſui etiam inter martyria deputare:* Quod ſi ſufficienter probat Mornæus ſectam Albigenſium fuiſſe veram Eccleſiam Chriſti,quia illi à Romano Põtifice perſecutionem paſsi, à Chriſtianis principibus,vel iudicum ſententia cæſi,vſti,vſtulati: probaſſet eodem argumento Iezabel & idololatræ, qui remanſerant in Iſrael, prophetas Baal fuiſſe veros martyres, in illis fuiſſe veram Synagogam, qui ad vnum omnes, ab Elia fuerant interfecti; cui certè non magis licuerat Prophetas Baal interficere, quàm pijs Chriſti cultoribus,Albigenſium ſectam ferro,flammaque perſequi, quod illius temporis hiſtoriæ referũt. Quæ & iuſtiſsime id factum volunt armis Chriſtianiſsimorum Regum, non ſecus ac factum Eliæ,laudat ſcriptura ſacra.

At enim annoſam illam, & pannoſam,&c.

NVnc eleganter confert Mornæus ſuam Eccleſiam reformatam,& puriorem ad noſtram, & qua ratione inter ſe opponãtur,dilucidè exponit: noſtram *Babylonicam meretricem,quæ tota,coccus merè,& fucus:*more hæreticorum appellans. *quaſi apud lapſos, & profanos, & extra Eccleſiam poſitos*(vt verbis Cypriani vtar) *de quorum pectoribus exceſſerit Spiritus ſanctus, eſſe aliud poſſit, niſi mens praua, & fallax lingua, & odia venenata,& ſacrilega mendacia,quibus qui credit,cũ illis neceſſè eſt inueniatur,cum iudicij dies venerit.*ſubiungit Mornæus.

Vineam Domini ſelectam, maleferiatus vinitor,arboreſcentem, & in pampinum luxuriantem,tibi proponis,in labruſcas abeat,an in vuas, parum ſollicitus.

FVimus itaque aliquandò vinea Domini ex ſententia Mornæi, de qua Dominus ipſe conquerebatur, quod expectauit vt faceret vuas, fecit autem labruſcas: itaque Dominus,malos nos malè perdidit,& vineam ſuam locauit alijs agricolis,qui fructum reddiderunt tẽporibus ſuis. Verùm cum D.Auguſtino *Credo illa quæ in ſcripturis ſanctis leguntur: non credo illa. quæ ab hæreticis vanis dicuntur*. Non ſumus domus Iſrae ,de qua Iſaiæ 5. *Vinea Domini exercituum, de qua expectauit, vt faceret vuas, & fecit labruſcas:* non ſumus Iudæi ex ſemine Abrahæ ſecundum carnem, de quibus parabola Domini perſpicuè intelligitur: quod malos malè perderet,vt vineã ſuam locaret alijs agricolis,vt Mornæus, & illius gregales ſint illi agricolæ. Vnde igitur probat iſte,Eccleſiam Romanam,à Deo reprobatam vineã eſſe,quæ abierit in labruſcas: ſuam reformatam Eccleſiã illam eſſe quæ maturiores vuas in generoſiſsimum vinum exprimendas producat? Nihil certè aberrabit à verò,qui illo ſcripturæ loco,Mornæi Eccleſiam intelligi affirmabit. *De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de ſuburbanis Gomorrhæ, vua eorum vua fellis, & botri amariſſimi.* Nonne primi ſatores iſtius vineæ,duo illa proſtibula,duo illi Sodomæ,& Gomorrhæ ſpurij, Caluinus,& Beza?quorum ille,vt iam ſupra indicaui, propter horrendam libidinem flammis cæleſtibus olim vindicatam, ſolum vertere coactus ſit; iſte verò ſuos impudicos amores elegantiſsimis verſibus decantauerit, & euulgauerit, vt intelligas quales vineæ iſtius agricolæ,& Coloni. Si noſtra vinea abijt in labruſcas, iſta quas vuas produxerit,paucis accipe. Incredibili furore Eccleſias iſti vaſtarunt, in loca profana conuerterunt: altaria deſtruxerunt, ſacerdotes Domini profligarunt, & multos, omnem prorſus exuentes humanitatem, iugularunt: pretioſiſsimum Chriſti Corpus, ſacrilegis pedibus conculcarunt, ſacras imagines confregerunt,ſacra Monaſteria, clauſtra, vſque ad fundamenta, demolientes, bona Eccleſiarum inuadentes, ac diripientes, ferro, igneque graſſantes, in Principum vitam conſpirantes, nobiliſsimis Europæ prouincijs ingens damnum attulerunt. En quas vuas vinea iſta produxit.

Iſaiæ 5.

Li. de vnit. Eccl. c.13.

Digitized by Google

At hanc, inquit, *& in ſe humilem, & in humilitate continendam ſubinde deputat Agricola optimus.*

EX his, quæ ſcribebat ad Puppianũ Cyprianus, quàm ſit humilis iſte, cum ſuis ſymmiſtis, facilè conſtabit. Cùm enim Cyprianũ criminaretur Puppianus, & ſacerdotes humiles eſſe debere diceret, quia & Dominus & Apoſtoli eius humiles fuere: *Quis noſtrum*, ait Cyprianus, *longè eſt ab humilitate. vtrùmne ego, qui quotidiè fratribus ſeruio, & venientes ad Eccleſiam ſingulos benignè, & cum voto, & cum gaudio ſuſcipio: an tu, qui te Epiſcopum Epiſcopi, & iudicem iudicis ad tempus à Deo dati conſtituis? cum Dominus Deus in Deuteronomio dicat: & homo quicumque fecerit in ſuperbia, vt non exaudiat ſacerdotem, aut iudicem, quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus, cum audierit timebit, & non agent impiè etiam nunc*: Et iterum ad Samuelem loquitur, & dicit: *non te ſpreuerunt, ſed me ſpreuerunt. Et adhuc Dominus in Euangelio, cum ei dictum eſſet: Sic reſpondes Pontifici? Cuſtodiens, & docens ſacerdotalem honorem ſeruari oportere contra Põtificem nihil dixit, ſed innocentiam ſuam tantummodò purgans reſponderit dicens: Si malè loquutus ſum, exprobra de malo ſi autem benè, quid me cædis?* An non verò iſte iudicem ſe Epiſcoporum conſtituit: qui condemnet omnes errores, qui ſupra Concilia ſacroſancta ſe efferat, quos illa, perfidiæ, & impietatis condemnarunt, defendat: ſe vnum, cum ſuis gregalibus, piè ſentire, omnes Chriſtianiſsimos Galliarum Reges, cum ſuis ſubditis, & maiores ſuos perperam credidiſſe, loco religionis, ſuperſtitionem coluiſſe, affirmet, & nunc omnes vbique gentium Epiſcopos, & ſacerdotes, cum Pontifice Romano, idololatriæ criminis nefariè poſtulet, ſanctorum Patrum, & omnium Theologorum auctoritatem ne tantilli quidem faciat? An non igitur iſte diuino oraculo morte centies dignus? *Inde enim ſchiſmata, & hæreſes*, ait ibid. Cyprianus, *obortæ ſunt, & oriuntur dum Epiſcopus, qui vnus eſt, & Eccleſia præeſt, ſuperba quorundam præſumptione, contẽnitur, & homo, dignatione Dei honoratus, indignus hominibus iudicatur.* An non iſtorum ſatis perſpicuè ſuperbiam expreſsit? Subiungit: *Quis enim hic eſt ſuperbiæ tumor, quæ arrogantia animi, quæ mentis inflatio ad cognitionem ſuam, præpoſitos, & ſacerdotes vocare, ac niſi apud te purgati fuerimus, & ſententia tua abſoluti, ecce iam ſex annis, nec fraternitas habuerit Epiſcopum, nec plebs præpoſitum, nec grex paſtorẽ, nec Eccleſia gubernatorem, nec Chriſtus antiſtitem, nec Deus ſacerdotem?* Quãta igitur iſtorum hominum ſuperbia, qui non à ſex annis quemadmodum ille Puppianus, ſed iam à mille velint Eccleſiam ſupremo gubernatore, ac legitimis Epiſcopis caruiſſe; immò nec Deum vnquam habuiſſe ſacerdotes, cum nullum externum ſacrificium in Eccleſia admittant, & Chriſtianos omnes, nulla clericorum, & laicorum facta diſtinctione, promiſcuè confundãt? *Annue aliquandò, & dignare pronũciare de nobis* (verba ſunt eiuſdẽ Cypr. quæ in Mornæũ torquere licet) *& Epiſcopatum noſtrum cognitionis tuæ auctoritate firmare, vt Deus, & Chriſtus eius agere tibi gratias poſſint, quod per te ſit antiſtes, & rector altari eorum pariter & plebi reſtitutus. Apes habent Regem, & ducem pecudes, & fidem ſeruant latrones, mancipi. obſequio pleno humilitatis obtemperant: quanto ſimpliciores, & meliores vobis ſunt bruta pecudes & muta animalia, & cruenti licet, ac furentes inter gladios, atque inter arma prædones? & præpoſitus illic agnoſcitur, & timetur, quem non ſententia diuina conſtituit, ſed in quem factio perdita & nocens caterua conſenſit.* Quæ omnia in iſtos mirificè quadrant, qui ſacro principatui diuinitùs ordinato ſubeſſe recuſant, Pontificem Antichriſtum appellant, Epiſcopos, & ſacerdotes ab Eccleſia ſua proſcripſerunt; vt indè conſtet, quàm ſit humilis, & quanta in humilitate ſe contineat, ex qua (ſi ex ſpinis vuæ, & ex tribulis ficus colliguntur) maturiores vuas in generoſsimum vinum exprimendas expectare licebat. Subijcit.

Epiſ. 69. ad Florent.

Deut. 17.

Et Eccleſia ergò noſtra, vbi toto illo tempore, ſedes habuerit iam tenes.

TEneo vtique primò ex Luthero, nunc ex Mornæo: Nam, vt auctor eſt Thomas Stapletonus: Eccleſiæ auctoritatem lectori commendante Eraſmo in diatriba, de lib. arbitrio, & aſſerente incredibile eſſe, vt Deus Eccleſiæ ſuæ errorem diſsimularet tot ſæculis; Reſpondet Lutherus, Errorem hunc non eſſe à Deo toleratum in Eccleſia ſua, aut in vllo ſuo ſancto, nos autem, quos ille vocat Eccleſiam Dei, non eſſe Eccleſiam; talem enim ſemper fuiſſe ſtatum Eccleſię Dei toto mundi curſu ab origine ſua: vt alij dicerentur populus Dei, qui non eſſent, alij verò inter illos, vt reliquiæ eſſent, & non dicerentur populus Dei; ideoque, ſub Patribus, & Pontificibus, cæteraque multitudine Chriſtianorum, quã Catholicam dicimus, ſeruare Deum Eccleſiam ſuam, ſed ſic vt non diceretur Eccleſia, ſed dicerentur, & vocarentur hæretici: & exemplum valdè accommodatum adferebat de Iohãne Hus, condemnato in Concilio Conſtantienſi, quem cum aliquot pijs ſui ſimilibus eius tempore Eccleſiam fuiſſe dicit. Itaque Lutheri ſententia eſt, omnium ætatum hæreticos, veram Dei Eccleſiã fuiſſe: quod idem eſt, ac ſi quis dicat Eccleſiam Dei, ab ex ortu mundi, non in poſteris Seth, ſed Caini vſque ad diluuium: & deinceps, nõ in Sem, & Iaphet, ſed poſteris Chanam: non in Abrahamo, illiuſq; familia, ſed in Chaldæis; non in Moyſe, & Hebræis, ſed Aegyptijs, Amorrhæis, Iebuſæis, ſedes ſuas habuiſſe. Et certè tam verùm eſt quod ſcribit Mornæus, Eccleſiam Chriſti ſedes ſuas in Albigenſibus, Huſsitis, & nunc Lutheranis, & Caluiniſtis habere, quàm verũ illud, quod docebat inter cætera Marcion Ponticus, verè os diaboli accipiens, & omnia contraria dicens veritati: *Cã, & eos qui ſimiles ſunt ei, & Sodomitas, & Aegyptios, & ſimiles eis, & omnes omnino gentes,* quæ

Controuer. 1. li. 1. c. 3.

Sententia Lutheri de Eccleſ. Dei quanã illa fuit omni tempore.

Digitized by Google

quæ in omni permixtione malignitatis ambulauerunt, ſaluatas eſſe a Domino, cum deſcendiſſet ad inferos, & occurriſſent ei, & in ſuam aſſumpſiſſe regnum Abel autem, & Enoch & Noe, & reliquos iuſtos, & eos qui ſunt erga Abraham, Patriarchas, cum omnib Prophetis, & his qui placuerunt Deo, non participaſſe ſalutem, &c. Vt quo tunc ſpiritu actus Marcion, eodem, & Patrum noſtrorum memoria Lutherus, & nunc Mornæus, ac illius gregales in tam horrendas blaſphemias euomendas præcipitati videantur. Verùm quemadmodum Eccleſia Marcionis, hoc eſt, ciuitas diaboli non alibi, quàm in illis reprobis ſedes ſuas habuerat; ita nunc non quidem Eccleſiam Chriſti, ſed malignantium, qualem iſti fingunt, in illis hæreticis iuſtiſsimè, condemnatis, ſedes ſuas habuiſſe certò iudicandum. Immò quis dubitet, eandem in Donatiſtis ſedem habuiſſe, qui Eccleſiam de toto orbe perijſſe, & in parte Donati tãtùm remanſiſſe impudenter affirmabant? cum & iſti velint Eccleſiam iam à mille annis perijſſe, quæ toto orbe diffuſa erat, & in ſolitudine latitaſſe in paucis, ac deinceps in eis tantum, quos Chriſtianus orbis hæreticos condemnauit, ſedes ſuas habuiſſe. Quis itẽ dubitet in Manichæis cum liberũ arbitrium tollant, & Deum mali auctorem faciant? In Nouatianis, cum peccata tollendi poteſtatem ab Eccleſia tollant? In Pelagianis, cum infantibus parentum Chriſtianorum, vitam æternam, abſque baptiſmo, promittant? In Eunomianis, cum ſolius fidei, quam, pro arbitrio, interpretantur, ſufficientiam ad ſalutem aſtruant? in Pepuſianis, cum ſacros ordines in Eccleſia confundant. Adeòque nulla hæreſis antiqua eſt, ex qua non iſti peſtiferum aliquem errorem hauſerint: Rectè itaq; Mornæus. *Eccleſia noſtra in toto illo tempore, vbi ſedes habuerit, iam tenes.* Nam certè illud tenemus, Eccleſiam, quàm is fingit, habitaſſe in colluuie omniũ hæreticorum, &, nunc temporis, in Lutheranis, Zuinglianis, Caluiniſtis, Anabaptiſtis, & omnibus ſanctæ Romanæ Eccleſię hoſtibus, in quibus ſedes eſt Sathanæ: reſidere.

Irenæus.

Marcionis blaſfemia.

Superiora verò triplici exemplo valdè accommodato demonſtrare Mornæus aggreditur, primò Solis occidui.

Solem tibi occiduum cùm Oceano ſe tingere videtur, Barbarus tu extinctum putas. At ille vniuerſo orbi natus, & datus, alijs gentibus, ad teſtato tempore, reuerſurus enaſcitur, facem præfert.

Videte quæſo, in quantis ignorantiæ tenebris Catholici verè Barbari verſamur, non aliter ignari motus diurni Solis, quàm quondam Nicias Athenienſium Imperator, cauſæ defectùs luminarium, vnde veritus claſſem portu educere, opes eorum afflixit: quàm Alexandri milites defectionis Lunæ, quæ eos aliquando turbauit plurimùm, malum iſtud augurium arbitrati. Nos certè non aliter barbari, quã illi, qui Chriſtophoro Columbo rerum omnium penuria laboranti, cum eis eclipſim futuram minaretur, cuius cauſam ignorabant, omnia neceſſaria abundè ſuppeditarunt. Barbaros certè nos, qui Solem occiduum, cùm Oceano ſe tingere videtur, extinctum putauimus: cùm tamen vniuerſo orbi natus, & datus alijs gentibus, ad nos, ſtato tempore, reuerſurus enaſcatur, facem præferat. Hoc myſterium naturæ haud alio modo, quam conſiliorũ illius particeps primus prodidit Mornæus: in hoc non minùs ſuſpiciendus, quàm Sulpitius Gallus, qui rationem defectus Solis, & Lunæ primus Romani generis in vulgus extulit: quàm Thales Mileſius, qui primus apud Græcos eam cauſam inueſtigauit. Viri ingentes, ſupraq; mortalium naturam macti ingenij, eſtote cæli interpretes. Te magne, arte, & marte Mornæe, tuoſque gregales compello, rerumque naturæ capaces, argumẽti repertores, quo Deos hominesſque viciſtis. A Mornæo quomodo illud Homeri intelligendum, primum didicimus,

Plin. lib. 2. c. 12.

Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην,
Οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον, ἵν' ἀθανάτοισι φαείνοι
Καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.
Sol verò ſurrexit relicto pulcro lacu,
Cœlum ad firmum, vt immortalibus illuceſceret,
Et mortalibus hominibus ſuper fertilem terram.

Hõ. Odoſ. 7.

Demergi enim ſub pulcro lacu illo, ac extingui nos Barbari Solẽ putabamus, & quod de Aiace ἕτιν ἀτόν τῶν ἐπῶν, ſcripſit idem Hom. Αἴας δ' ἐξαπόλωλεν ἐπεὶ πίεν ἁλμυρὸν ὕδωρ. id eſt Aiax interijt poſtquam bibit ſalſam aquam: de Sole itidem occiduo nos Barbari interpretabamur. Verùm ſacer ille myſtes Mornæus, naturæ myſteriorum interpres, ab iſto errore totam Barbariem, hoc eſt, Catholicos toto orbe diffuſos, nunc primùm liberauit. Soli quidem noſtram Eccleſiam rectè Mornæus contulerit, quæ viſibilis eſt, & cõſpicua, & vtrumque hemiſphærium, quemadmodùm Sol, ſua luce, ita, ſalutifera ſua doctrina, illuſtrat. Quàm longè latèque patere deberet Eccleſia Chriſti, iam ſignificauerat Iſaias: *Ab Oriente adducam ſemen tuum; dicam Aquiloni da, & Auſtro, noli prohibere:* & Pſaltes Regius: *A Solis ortu vſque ad occaſum laudabile nomen Domini;* & Malachias, *Ab ortu Solis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus:* vt quàm latè Sol orbem percurrit, quamque conſpicuus eſt, & viſibilis, tam latè pateret Eccleſia Chriſti, tamque manifeſta eſſet, & viſibilis. Quod olim ſcripſit Irenæus: *Sicut Sol creaturæ Dei in vniuerſo mundo, vnus & idem eſt, ſic & lumen, prædicatio veritatis vbique lucet, & illuminat omnes qui volunt ad cognitionem veritatis venire.* Et Cyprianus, *quomodò Solis multi radij, ſed lumen vnum: ſic & Eccleſia, Domini luce perfuſa, per orbem totum, radios ſuos porrigit, vnum tamen lumen eſt, quod vbique diffunditur:* Quæ non de alia, quàm de noſtra Eccleſia intelliguntur: quàm verò latentem, & in ſolitudine inuenien dam, inueſtigandam fingit Mornæus: quomodò cum Sole conferat, non video. Sol tamen continuè orbem percurrit, nec vllo vnquam loco conſiſtit. *Oritur Sol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibique renaſcens gyrat per meri-*

Eccleſia rectè Soli comparata.

Iſai. 43.

Pſal. 112.

Malach. 1.

Lib. 1. c. 3

De vnit. Eccl. c. 4.

Eccleſ. 1.

Digitized by Google

meridiem, & flectitur ad Aquilonem: non ita certè Catholica Eccleſia, quæ vbique terrarum diffunditur; neque vt illuſtret inferius hemiſphærium, neceſsè eſt à nobis abſcedat: niſi quod per Lutheraniſmum, & Caluiniſmũ multis prouincijs, quæ priùs vocatæ fuerant ad gratiam Euangelij, à Chriſto deficientibus, & ab illius hæreditate cadentibus, aliæ gentes ſubſtitutæ ſunt, quæ vix, aut nunquam, nomen illius audierant. Altero exemplo Rhodani vtitur.

Rhodanum tu, cùm in Lemanum lacum ſeſe condit, obrutum cogitas: At aqua illa viua, & perennis ſtagnantem, & emortuam findit, viam ſibi, per gurgites facit, Eccleſia vtique noſtra per ſæculorum volumina ſibi aperit: infuſus ille & ἀσύγχυτος inconfuſus permanet.

Li. 2. c. 105 HOc inter aquarum miracula recenſet Plinius, quod quædam aquæ dulces inter ſe ſupernatant alias; vt in Fucino lacu inuect' Amnis, & in Lemano Rhodanus: & Strabo lib. 4 de Rhodano flumine ὅς γε καὶ διὰ λίμνης ἐξιὼν τῆς μεγάλης meliùs τῆς Λεμάνης, vt obſeruauit Caſaubonus, φανερὸν δείκνυσι τὸ ῥεῖθρον ἐπὶ πολλοὺς σταδίους, vbi Lemanum lacũ exit alueum ſuum, ad multa ſtadia conſpicuum exhibet. Ammianus Marcellinus etiam de Rhodano ita ſcribit: *A Panis Alpibus effuſiore copia fontium Rhodanus fluuius, & procliui impetu ad planiora digrediens proprio agmine ripas occultat. & paludi ſeſe ingurgitat Lemano, eamque intermeans nuſquam aquis miſcetur externis, ſed altrinſecus ſummitates vnda prætérlabens, ſegniores quæritans exitus viam ſibi impetu veloci molitur.* An quod de Rhodano ſcribit Mornæus, obſeruarit, neſcio: nam vt Caſaubonus ad illum locum Strabonis ſcribit: Lemani lacus accolæ, hoc negant eſſe verum: qui ibidẽ teſtatur, ſe id diligenter obſeruaſſe, & vidiſſe, rem non eſſe tam miram, quàm volunt videri plerique veterum: cum tamen inſigne aliquod miraculum in aſſertionem ſuæ Eccleſiæ producere ſe putaret Mornæus. *Ac ſi aqua illa viua, & perennis ſtagnantem, & emortuam findit, viam ſibi, per gurgites, facit,* minimè tamen ſignificat Eccleſiam Chriſti, quæ per ſæculorum volumina, ſibi viam aperiat; cùm omnes ſectæ hactenùs extinctæ ſint & mortuæ: niſi fortaſsè quòd hydra, ſit hæreſis, cuius exciſis capitibus totidem continuò renaſcuntur.

Indè ſuperbior triumphabundus Rhodanus, terras latè peruagatur, vndequaque occurrentibus fluuijs, turgidus in Oceanum, (Eccleſia Chriſti in Deum omnium bonorum pelagus deuoluitur) tandem, & demergitur.

SEd quandò tam ſuperbos triumphos, hæc Eccleſia purior, quæ cum Rhodano ita eleganter confertur, reportauit? an ſtrenuè dimicando, cùm tam potentes exercitus in aciem eduxerunt? an verò in diſputationibus cum Romanæ Eccleſiæ ſectatoribus aliquando habitis, vt & armis, & ingenio præualuerint? quando nimirùm in acie Pharſalica inuictiſsimus iſte Cæſar Mornæus: in Cannenſi pugna idem vaferrimus Annibal: apud Zamam Scipio Africanus: in campo Marathonio iſte Milciades: apud Salaminem idem Themiſtocles: in pugna Leuctrica & Manthinæa idem alter Epaminondas: apud Arbellas iſte Magnus Alexander triumphum de hoſtibus reportauit? quis enim illos omnes triumphos à præſtantiſsimis illis ſuorum temporum Ducibus de hoſtibus ſuis renectos, cũ triumpho illo celebri conferat, quem Philippus Mornæus in collatione illa memorabili apud fontem Bellaquęum habita in conſpectu Chriſtianiſsimi Regis Henrici IIII. Principũ regij ſanguinis, & Procerum totius regni; cum Epiſcopo, tùm Ebroicenſi, nunc Archiepiſcopo Senonenſi, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Perronio, reportauit? Tunc certè ſibi triumphare viſus eſt, cùm, etſi vinci, nunquam tamẽ perſuaderi potuit, vt à prauis opinionibus, quas ſemel animo fixas haberet, dimoueretur. Ita quidem ſe geſſerunt etiam animoſiſsimi illi Donatiſtæ, in collatione habita cum Epiſcopis Catholicis: Gerit ingentes ſpiritus Mornæus, nunquam deſpondet animum: nũquam cum Annibale, fateretur proteſtantibus collegis ſuis, quod res ipſa habet, ſe non modò prælio, ſed & bello victum; ſibi potius mortem conſciſceret, quàm pateretur, ſe in triumphum duci. Terras latè peruagatur Rhodanus, hoc eſt, Eccleſia Mornæi, vndequaque occurrentibus fluuijs, hoc eſt Lutheranjs, Huſsitis, Anabaptiſtis, Sacramentarijs; turgidus in Oceanum demergitur. Expediret ſanè, vt, qui ſcandalizant puſillos, qui in Chriſtum credunt, tot ſimplices ſeducunt, ac tot animarum ſunt interfectores, ſuſpenderetur illis in collo mola aſinaria, & demergerentur in profundum maris. Neſcio verò quo ſenſu Rhodanum, qui in Lemanum ſe abſcondit, ſuam Eccleſiam, Oceanum, Deum omnium bonorum pelagus, ſignificare velit: An litteralis ſit iſte ſenſus, à quo ſumitur argumentum fidei, an myſticus, non ita certus, & exploratus ad faciendam fidẽ, non video: vbi equidem de ſenſu aliquo myſtico nobis, per ſcripturam, conſtat; vt quando D. Paulus nobis interpretatus eſt duos filios Abrahæ duo teſtamenta; & petram illam ex qua Moyſes aquam populo eduxit, Chriſti figuram geſsiſſe docuit,

Nouatorũ quales triũphi.

Mornæi ouatio apud fontem Bellaquæum.

Explicata verba Mornæi.

Galat. 4.
1. Cor. 10

Digitized by Google

docuit,& quandò Chriſtus ſerpentem exaltatum à Moyſe in deſerto exaltationē filij hominis in cruce præſignificaſſe docuit:tum nobis ex huiuſmodi ſenſu licet argumētari. Verùm ex quo ſcripturæ loco, nam Mornæo, ſine verbo Dei, non credimus, vt vulgatiſsimum eſt apud ſuos axioma, *nihil credendum niſi quod ſcriptum*: oſtendat nobis, per Rhodanum in Lemanum lacum ſe abſcondentem, ſignificari puriorem Eccleſiam, quæ in Oceanum, hoc eſt, Deum bonorum omnium pelagus deuoluitur tandem, & demergitur: Vbi ſcriptura Rhodani, aut Lemani lacus, aut Oceani expreſſo nomine meminit? Hæc itaque quàm futilia ſint, cuiuis perſpicere licet. Deinde quo ſenſu magnus iſte Theologus vult Eccleſiam in Deum demergi? ita enim flumina demerguntur in Oceanum, & à mari abſorbentur, vt nomen, & rationem amittant fluminum, & ſint iam mare ipſum; an Eccleſia ipſa amittit aliquandò rationem, & nomen Eccleſiæ? An in Deum abſorberi dicenda eſt eo ſenſu, quo docebat Eutyches hæreticus; *naturam humanam aſſumptam à verbo ita ab eo abſorptam, & demerſam, vt in diuinitatem ipſam eſſet conuerſa?* An cùm tradiderit Chriſtus regnū Deo, & Patri, & erit Deus omnia in omnibus, & exhibuerit ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, neque rugam, ideò tunc demerſa erit, & abſorpta in Deum, vt triumphantis Eccleſiæ rationem, & nomen amittat? aut certè ſapientiſsimus iſte Salomon exponat nobis parabolas ſuas.

Ioan. 3.

Quando à ſenſu myſtico liceat argumentari.

Tertio exemplo vtitur Mornæus. *Ionam*, inquit, *attende corporis Dominici in ſepulchro proinde & Eccleſiæ figuram.*

AN non in mucronem ſuum incurrit? nōne hoc eſt addere verbo Dei? Ita enim figuram Ionæ expoſuit Chriſtus, vt ſignificaret filium hominis fore in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. D. Auguſtinus epiſt. 49 ad Deo gratias quæſt. 6. de hac figura Ionæ loquens: *Quid figurauerit*, inquit, *quod Prophetam bellua illa deuoratum tertio die viuum reddidit, cur à nobis quæritur, cum hoc Chriſtus exponat.* & ſub finem quæſtionis, *liceat ſanè cuilibet* (inquit) *quamlibet aliter dum tamen, ſecundum regulam fidei, cætera omnia quæ de Iona Propheta myſterijs operta ſunt, aperire: illud planè quod in ventre cæti triduo fuit, fas non eſt aliter intelligere, quàm ab ipſo cæleſti magiſtro in Euangelio commemorauimus reuelatum.* Quomodò igitur interpretatur Mornæus fuiſſe & Eccleſiæ figuram? An omnia quæ ſignificarunt Chriſtum caput Eccleſiæ, & quæ circa eum contigerunt in veteri Teſtamento, præfigurarunt item corpus illius myſticum; quod eſt Eccleſia? Adamus ex cuius latere formata eſt Eua, ſignificauit Chriſtum ipſum, nō Eccleſiam; Eua Eccleſiam ipſam, non Chriſtum præfigurabat: An verò Eccleſia ipſa fuit in ſepulchro tribus diebus, & tribus noctibus? Quis igitur aperuit iſti ſenſum, vt ſic intelligeret & exponeret ſcripturas? Deindè Ionas fuit figura Chriſti, & Eccleſiæ; ergò quàm fingit Mornæus reformatam & puriorem Eccleſiam, eſt vera Chriſti Eccleſia illa primitiua Apoſtolica. Non magis certè indè probatur, quam ex illo loco Cantic. *Dic mihi vbi cubes, vbi paſcas in meridie* probabant Donatiſtæ Eccleſiam eſſe in ſola parte Donati. In quos ſcribens Diuus Auguſtinus: *Quis*, inquit, *non impudentiſſimè nitatur aliquid in allegoria poſitū, pro ſe interpretari, niſi habeat, & manifeſta teſtimonia, quorum lumine illuſtrentur obſcura.* Ex aliquo igitur manifeſto teſtimonio ſcripturæ prius neceſſe eſt nobis, Mornæus probet ſuam Eccleſiam puriorem, quàm eam ſignificatam eſſe in Iona, quam Papatus abſorpſerit, deindè inuitus euomuèrit (ſenſus enim iſte allegoricus pro libito fingitur) nobis perſuadeat.

Epiſ. 48. ad Vincentiū Donatiſtā.

A cæto illo immani, quia abſorptum vides, deuoratum protinus credis.

IMmò verò illud credimus, quod ſcriptura facta refert, neque enim pagani ſumus, qui illud ἀπίθανον, & incredibile tranſuoratum cū veſte hominem fuiſſe in corde piſcis iudicemus, neque cachinno irridemus: *aut enim omnia diuina miracula credenda non ſunt*, ait D. Auguſtinus loco citato, *aut hoc cur non credatur, cauſa nulla eſt*. Verùm eadem auctoritate ſcripturæ, eodem verbo Dei, quo adducimur, vt illud credamus, iubemur & credere, ſatrapam Euangelicorum Mornæum, & illius gregales hæreticos eſſe, & quam fingunt Eccleſiam, eſſe Synagogam Sathanæ, quæ nihil commercij habeat cum Ionæ figura; etiamſi alioqui ea non modò Chriſtum, triduo in corde terræ iacentem, deindè reſurgentem in gloria, ſed & Eccleſiam, ob perſecutiones atrociſsimas, aliquandò latitantem, deindè reſuſcitantem in triumpho ſignificarit. Atque vbi ſuam Eccleſiam ſibi probaſſe ſufficienter videtur: recriminatione in nos vtitur.

Rogo verò te viciſſim, toto illo tanti temporis tractu, vbinam Eccleſia tua? & reſponde ſodes. Totis illis à Chriſto Domino ſexcentis annis, toto orbe, nùm vlla tua?

HAnc certè conſuetudinem omnium peſſimam iudicabat Aeſchines, vt qui cauſam dicunt, eos, à quibus accuſantur, iidem ſimul accuſent. *Totis illis à Chriſto Domino ſexcentis annis*, nullam fuiſſe toto orbe noſtram Eccleſiam impudenter affirmat. An non verò totis illis ſexcentis annis Eccleſia habebat Epiſcopos, & ſacerdotes? an non diffuſa erat vbique terrarum? an non celebrata in ea celeberrima Concilia? confutatæ hæreſes? ſedes Apoſtolica Romana Eccleſia ab omnibus iudicata eſt? ad Epiſcopum Romanum controuerſiæ fidei deuolutæ? vndique ad eum prouocatum? An non

Orat. con. Timarchū.

Succeſſio Romanorum Pontificum nota veræ Eccleſiæ.

denique ex ſucceſsione Romanorum Pontificum, tanquam nota certiſsima argumentati ſunt Patres, ad oſtendendam veram Eccleſiam? Ita Irenæus libro 3. cap. 3. enumerat Epiſcopos Romanos, à Petro, vſque ad Eleutherium, qui ſuo tempore ſedebat, ac dicit; *per hanc ſucceſſionem confundi omnes hæreticos*. Idem facit Tertullianus lib. de præſcript. Cyprianus lib. 1. epiſt. 6. Optat. lib. 2. contra Parmen. Epiph. contra hæreſim 27. Auguſt. epiſt. 165. ad Generoſum, & lib. contra epiſt. Fundamenti cap. 4. *Tenet me in gremio Eccleſiæ Catholicæ ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas, poſt paſſionem, Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotum.* & libro de vtilit. credendi cap. 17. *Dubitabimus*, inquit, *nos illius Eccleſiæ condere gremio, quæ ab Apoſtolica ſede, per ſucceſſiones Epiſcoporum, fruſtra hæreticis circumlatrantibus, culmen auctoritatis obtinuit?* Quòd ſi illi tanti fecerunt ſucceſsionem non interruptam Pontificum Romanorum, vſque ad ſua tempora, & eo argumento vſi ſunt contra hæreticos ad veram Eccleſiam ab alijs ſectis diſcernendam; atqui eandem nos ſucceſſionem, vſque ad noſtra tempora, ſine vlla interruptione, oſtendimus: noſtra igitur eadem Eccleſia à ſexcentis illis annis, quæ erat à Chriſto ad ſexcentos illos annos, vt in qua eadem facies conſpicitur, eadem forma regiminis agnoſcitur, quæ habet ſacerdotes, & Epiſcopos, in qua multa Concilia, vt in primitiua illa; ita poſt ſexcentos illos annos, auctoritate Romani Pontificis, celebrata ſunt: quæ omnia cum apud iſtos Euangelicos, per antiphraſim ita nuncupatos, quòd ab Euangelio Chriſti ſint Apoſtatæ, minimè reperiantur; quid quæſo commercij cum illa, quæ poſt ſexcentos annos à Chriſto fuit vera illius Eccleſia, quam comminiſcuntur iſti Eccleſiam, habere putanda eſt? An verò Eccleſia Chriſti totis illis ſexcentis annis reformata, & purior appellata eſt? Oſtendant id ex formatis litteris Epiſcoporum, ex Concilijs ipſis generalibus, ſi quandò id ſibi nomen impoſuit, quo diſtingueretur à cœtu Arrianorum, Donatiſtarum, & aliorum ſectariorum, quibus non deerant Epiſcopi, & ſacerdotes; vt tùm difficilius eſſet diſcernere veram Eccleſiam ab illis, quàm nunc à fœdifragis iſtis apoſtatis; nonne Catholicæ nomen ſemper inter cæteras obtinuit? Ita Cyrillus Hieroſolymit. cathec. 18. *Quòd ſi fortè veneris in ciuitates, non quæras ſimpliciter, vbi ſit Eccleſia, ſed vbi Catholica Eccleſia. Hoc enim proprium eſt nomen ſanctæ huius, & matris omnium noſtrum, quæ eſt ſponſa Domini noſtri Ieſu Chriſti vnigeniti filij Dei &c.* De qua ibidem: *Regum poteſtas certis locis, & gentibus terminos habet, Eccleſia autem Catholica, per vniuerſum orbem, indefinita eſt potentia*: & ſupra Catholicam ita definierat, *quæ per vniuerſum ſit orbem terrarum diffuſa, à finibus terræ, vſque ad extrema.* & D. Auguſtinus lib. contra epiſt. fundament. cap. 4. *Tenet*, inquit, *poſtremò ipſum Catholicæ nomen, quod, non ſine cauſa, inter tã multas hæreſes, ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, vt cum omnes hæretici ſe Catholicos dici, velint, quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum, vel baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtendere.* Quæ verò nunc Eccleſia Catholicæ nomen obtinet, noſtra ne, an purior, & reformata, quam fingunt aduerſarij? Immò nec nos audent negare Catholicos, nec noſtræ Eccleſiæ, Catholicæ nomẽ detrahere; nec illud eo ſenſu, quo Patres interpretati ſũt, & quo intelligitur in Symbolo Apoſtolico, cum ſanctam Eccleſiam Catholicam credere nos profitemur, vſurpare. Vnde illud vt ſibi accommodent, quia alias vident ſuam Eccleſiam ſatis confutari, ſi nõ vocetur Catholica; vt olim Donatiſtæ; ſic nunc, pro more ſuo, Catholicæ nomen intepretantur, & valdè ſubtiliter aliqui *Catholicorum Pontificiorum, & Catholicorum proteſtantium* diſtinctionem excogitarunt; quaſi diuiſus ſit Chriſtus, & in Symbolo Apoſtolico iubeamur credere *Catholicam Eccleſiam, vnam* quidem *Pontificiorum*, & alteram *Proteſtantium*: & eo certè argumento, quo noſtra Eccleſia, vel ex confeſsione aduerſariorum, Catholica eſt, neceſſario concluditur, ſuam non eſſe Catholicam; ideoque nec Eccleſiam, cùm vna ſit ſancta Chriſti Eccleſia, quæ & Catholicæ nomen obtineat, eoque, ſexcentis illis annis à Chriſto, & deinceps à reliquis ſectis diſcreta eſt, vt cum illa veteri, nec nominè, nec ratione conueniat nupera iſta reformatorum Euãgelicorũ Eccleſia: nec magis Eccleſia fuerit Chriſti peſtifera illa profligatiſsimorum Albigenſiũ ſecta, quæ duodecimo ſæculo ex Orco emerſit; & nunc perditiſsimorum hominum ſectæ; Huſsitarum, Anabaptiſtarum, Lutheranorum, Caluiniſtarum, quàm tunc temporis: vel Arrianorum, qui condemnati ſunt in Concilio Nicæno; vel Macedonianorum, qui in Concilio Conſtantinopolitano; vel Neſtorianorum, qui in Concilio Epheſino; aut Eutychianorum, qui in Concilio Calcedonenſi, vel Donatiſtarum, aut Pelagianorum, qui in tot Cõcilijs Prouincialibus, & à ſede Apoſtolica, hoc eſt, à Pontificibus Romanis condemnati ſunt; cum & Albigenſes in Concilio Lateranenſi, & ab Innocentio III. Huſsitæ in Concilio Conſtantienſi; Lutherani, & Caluiniſtæ in ſacroſancto Concilio Trid. condemnati ſint, & anathemate percuſsi. Vnde conſtat Eccleſiam, quę 600. annis à Chriſto, Catholicæ nomen obtinuit; tot Concilia celebrauit, tot hæreſes condemnauit, eſſe eandem noſtram, quæ poſterioribus ſæculis idem effecerit, cum qua, vt nihil antiquæ hæreticorum ſectæ, ita nec modernæ quidquã habent affinitatis. Qua igitur audacia, & impudentia auſus eſt, tot euidentiſsimis argumentis conuictus Mornæus, tanquam recriminatione quadam ita nos aggredi? *Reſponde ſodes. Totis illis à Chriſto ſexcentis annis toto orbe num vlla tua?* Reſponde, & tu ſodes. Tua erit illa Eccleſia, totis illis ſexcentis annis à Chriſto, quæ tot perſecutiones paſſa eſt à tyrannis, quibus tamen non ceſsit, & tunc magis ædificabatur cum cędi videbatur, & tempore Apoſtolorum, iam ferè ſui fama orbem impleuerat, ita Apoſtolus: *Nunquid non audierunt: & quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*: Rom. 10. & ad Romanos ſcribens, Rom. 1. *Fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo*: quomodò verò illa Eccleſia, quæ inter tot, tamq; atroces per-

Digitized by Google

perſecutiones,tanta cœpit incrementa,vt per orbem terrarum diffunderetur,vt quod promiſerat Geneſ.12. Deus Abrahæ impleretur: *Patrem multarum gentiũ conſtitui te ; & in ſemine tuo benedicentur omnes gentes*:& illud Patris æterni ad filium. Pſal.2. *Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuã terminos terræ*: Et Prophetarum vaticinia de multiplicatione Eccleſiæ,electæ, & vocatæ ex gentibus manifeſtè viderentur completa: & aduerſus quàm eandem Eccleſiam *non præualituras portas inferi Chriſtus prædixit, & promiſit*: quomodò, inquam poſt ſexcentos illos annos, ceſſit perſecutioni vnius hominis, aut ſibi imponi paſſa eſt: vt, fide Chriſti in ſingulis ſemel gentibus abiurata, idololatriam & ſuperſtitionem coleret; vt nulli, aut vix pauci fideles,hique ſoli Deo noti,ſupereſſent,quorum cœtus Eccleſiam conſtitueret, quæ in ſolitudines, & latebras compelleretur ſe recipere: vt exciderent promiſſiones Chriſti,vaticinia Prophetarũ:non eſſet amplius arca illa Noè, in qua ſaluarentur animæ,Eccleſia conſpicua, & viſibilis,nomen Chriſti anteà,per totum orbem, profeſſa, & perſonans; alteram arcam fabricare Lib.2.vita D.Ber. c.6. oporteret, quemadmodum D.Bernardus, in diſputatione illa habita,coràm Rogerio Rege Siciliæ argumentabatur: *Arca quam regit Petrus*, hic erat Anacletus Antipapa,*ſi ex Deo eſt, neceſſè eſt, vt arca quam regit Innocentius*, hic erat legitimùs Pontifex,*obruatur*. Quod multò magis conſequetur,ſi Eccleſia illa inuiſibilis in ſolitudine inueſtigãda,ſoli Deo cognita (qualem fingit Mornæus) erat Chriſti Eccleſia; ſic enim perierit totus orbis Chriſtianus,inferebat ibidem D.Bernardus, cùm contra ſchiſmaticos: & nos contra iſtos ſacræ fidei perduelles: *Peribit ergò Orientalis Eccleſia, peribit Occidens totus, peribit Francia, peribit Germania,Iberi,& Angli, & Barbara regna in profundum Pelagi demergẽtur,Religio Camaldulenſis, & Carthuſienſis & Cluniacenſis, & Grandimontenſis. & Ciſtercienſis & Præmonſtratenſis aliáq; innumera ſeruorum, & ancillarum Dei collegia,neceſſe eſt,vt ſub vno turbine,corruãt in abyſſum. Epiſcopos, & Abbates,& reliquos Eccleſiæ principes, collo præcipiti mola aſinaria alligata,Pelagus vorax excipiet*. Quænam igitur tempore D.Bernardi,lõgè poſt ſexcentos,immò poſt mille annos, paulò antequam furor ille Albigenſium,reformata ſcilicet Eccleſia Mornæi, erumperet: erat Eccleſia Chriſti? an illa,quam regebat Põtifex Romanus? an illa purior inuiſibilis,cuius nemo ſcriptorum illius tẽporis meminit? Quod ſi non erat Chriſti Eccleſia,quam eſſe profitebantur Chriſtiani Reges, Principes,ac populi,tot ſacræ Religiones,in qua tot præclari Doctores,tot Epiſcopi & ſacerdotes:cùm pro Eccleſia inuiſibili reformata, nullũ auctorem citare liceat: nõ aliud concludendum,quàm Chriſti Eccleſiã,tùm periiſſe in terris:irrita fuiſſe oracula Prophetarũ: promiſſiones Dei,in veteri Teſtamẽto,& Chriſti ipſius,in nouo,excidiſſe. At ſi erat Eccleſia Chriſti,quam regebat Innocent.II.Pontifex,& quam ſtrenuè contra ſchiſmaticos defendebat S. Bernardus; non erat igitur alia, quam primitiua illa Apoſtolica; atqui noſtra eſt Eccleſia illa quã ſanctitate vitæ,& doctrina illuſtrauit D.Bernard. & pro quã tot labores ſuſtinuit,in qua nunc adhuc tot collegia Dei ſeruorũ,& ancillarum,& tot Religiones,quarum illic meminit, & quã regit Romanus Pontifex Paulus V. Innocentij ſucceſſor: noſtra igitur eſt illa primitiua, quæ totis illis ſexcentis annis à Chriſto vnica,& vera fuit Chriſti in terris Eccleſia. Reſponde ſodes. Illa Chriſti Eccleſia intra ſexcẽtos annos:an nõ habuit vbiq; gentiũ Eccleſias Deo,& Chriſto ſeruatori conſecratas,quandò eas impij illi Imperatores Diocletianus,& Maximianus dirui mandarunt? An non habebat altaria,cum magnus ille Antonius,referente ſancto Athanaſio, priuſquã emergeret Ariana hęreſis,ſecundum quietẽ,mulos altaria inſultantes calcibus,& ſacram menſam euertentes viderit:& Optatus Mileuitanus de Donatiſtis,cõqueratur,quod altaria Dei fregerunt,raſerũt,remouerunt? Lib.2.contra Parmenianum. Chryſoſ.lib.contra gentes,quod Chriſtus ſit Deus: *Cogita,inquit,tecum quid ſit,in tã breui tempore,omnem ſub Sole,terram tantis Eccleſiis impleri,tantas gentes ad fidem transferri,populos perſuaderi,vt excitent altaria vbique gentium in regione Romanorum Perſarum, Scytharum, Indorum, & vltra orbem noſtrum: ſunt enim in Britannicis inſulis extra hoc mare ſitis fundata Eccleſia,et erecta altaria*. Quo argumento docet, Chriſtum vbique coli, & Eccleſiam illius vndequaq; diffuſam. An igitur iſta Eccleſia reformata, cuius ſectatores, maiori rabie, quàm Dioclctianus, & Maximianus ſacras ædes,aut ſolo æquarũt,aut diruerunt, aut in profana loca conuerterunt,erat primitiua illa Eccleſia Apoſtolica? cùm certè,ſi eam deducamus ad illa tẽpora,facilius ſit in Paganis, quàm in Chriſtianis reperire,vt poſtea in Donatiſtis, quorum rabiem imitati altaria Dei fregerunt, raſerunt, remouerunt,qui ſibi ſpecialem ſanctitatem de ſuperbia vendicare contendebant; vt nunc iſti ſpecialem puritatem, vt vbi vellent, ibi eſſet Eccleſia,& non eſſet vbi non vellent.

Quæ imagines coleret,veſtiret, perfumigaret,adoleret, adoraret, inuocaret.

DE vſu imaginum;an ſcilicet ſexcentis illis annis depictæ fuerint, aut ſculptę in templis Chriſtianorum,non videtur mouere controuerſiam,cum tamen Caluinus impudenter affirmet; *Quingentis circiter annis,quibus magis adhuc florebat religio, & ſincerior doctrina vigebat: Chriſtiana templa fuiſſe communiter ab imaginibus vacua*: quod,quàm manifeſtè ſit falſum,ex patribus antiquis facilè eſſet oſtendere verum de cultu earundem;cum tamen conſtet, non alia ratione habuiſſe tum Eccleſiam imagines, quàm, vt eas coleret; neque poſteà Iconomachos alia ratione imaginibus bellum indixiſſe, quã, quòd nullum eis cultum vellent deferri; neq; ſub Leone Iſaurico,& Conſtantino Copronymo, tot ſanctos paſſos eſſe martyrium,eo ſolo nomine,quod imagines nõ vellent cõminui; ſed quod earũ cultum ſtrenuè, cõtra perfidiã,& impietatẽ illorum principum,defenderent;neque tùm recenter inſtitu-

Digitized by Google

ſtitutus erat cultus imaginum in Eccleſia; vnde conſtat antiquiſsimũ eſſe, & vt ait Damaſcenus, *traditionem eſſe Apoſtolicam*. Quod etiam attinet ad ornatum ſacrarum imaginum; vt quòd veſtibus, monilibus, & id genus alijs ſoleãt ornari: id maximè decet deuotionem fidelium erga Chriſtum, Deiparam, & ſanctos: cum conſtet Moyſen tabernaculum fœderis, & Salomonem in primis templum aurò, argento, & gemmis, mirũ in modum, exornaſſe: & hodie etiam Principes, ac nobiles cubiculorum ſuorum parietes aulæis veſtiunt, & equos purpura, auroque, & argento inſternunt. Cur igitur id facere non liceat in honorem Chriſti, & ſanctorum, quod ad honorem hominis parietibus fit, & iumentis? Agit verò impoſtorem Mornæus, cùm ſcribit *nos imagines inuocare*; neque enim imagines ipſas, ſed prototypa, hoc eſt, ſanctos, quorum ſunt imagines, inuocamus, & in illis ſpem, & fiduciam noſtram collocamus.

Cultus imaginum antiquus.

Niſi tu fortè illam inter Ethnicos quæris Simonis Magi, ſaltem non Petri prolem.

NOn quærimus, quia iam inuenimus inter Ethnicos Eccleſiam Mornæi. Ethnici enim, tunc temporis, Eccleſias Chriſtianorũ demoliebantur: præ cæteris, qui in Chriſtianos crudeliores, fuerunt Diocletianus, & Maximianus, qui edictum illud anno Chriſti 302. imperij ipſius Diocletiani 19. propoſuerunt menſe Martio, cum ſalutaris paſsionis Dominicæ feſtũ iam pro foribus eſſet, vt deturbarentur Eccleſiæ Chriſtianorum, ſolòque æquarentur; hoc idem præſtiterunt egregiè ἀλάστορες iſti reformatæ, & purioris Eccleſiæ ſectatores: igitur Eccleſia iſta non alibi, quàm inter Ethnicos inueſtiganda, & illo ſeculo reperienda erit; noſtra enim Eccleſia nunc habet ſacras ædes precibus dicatas: quemadmodum tunc referunt ſcriptores Eccleſiaſtici, habuiſſe vbique Chriſtianos: de eis demoliendis, & ſolo æquandis, non alij quàm ſacrilegi Imperatores Eccleſiæ Dei, & ſacræ Religionis hoſtes infeſtiſsimi edixerunt. Qui igitur nunc eadẽ væſania laborant, & ſacras ædes demoliuntur, Eccleſiæ illius veteris, & diuini cultus ſunt planè hoſtes iudicandi.

Eccleſ. Mornæi inter ethnicos quærenda.

Euſeb. li. 8. c. 2. & 3. Niceph. l. 7. c. 3.

Simonis Magi ſaltem non Petri prolem. Non aliunde quàm à Simone Mago iſtos prodijſſe conſtat ex Irenæo. *Omnes*, inquit, *qui quoquomodo adulterant veritatem, & præconium Eccleſiæ lædunt, Simonis Samaritani Magi diſcipuli, & ſucceſſores ſunt, quamuis non confiteantur nomen magiſtri ſui, ad ſeductionem reliquorum; attamen illius ſententiam docent, Chriſti quidem Ieſu nomen tanquam irritamentum præferentes, Simonis autẽ impietatem variè introducentes, mortificant multos, per nomen bonũ, ſententiam ſuam malè diſpergentes, & per dulcedinem, et decorẽ nominis amarum, & malignum Principis Apoſtaſiæ ſerpentis venenũ porrigentes eis:* Nec modò illic Irenæus, verùm & Clemens vterq; Cyrillus vterque, Epiphanius, Philaſtrius, Auguſtinus docent, omnes hæreticos Simonis Magi diſcipulos eſſe; licèt id non fateantur. Simon Magus ſuis præſtigijs multos ſeducebat, Petro reſiſtebat; quemadmodùm Elymas magus Paulo, Iamnes, & Mambres Moyſi: ita & iſti nunc Romano Pontifici, Petri ſucceſſori, & ſuis præſtigijs, hoc eſt, falſa interpretatione ſcripturarum, multos in perditionem præcipitant. Igitur Simon Magus Mornæus, Simonis Magi proles Eccleſia hæc reformata gregalium Mornæi. Teſtis eſt Theodoretus eos qui à Simone proceſſerunt, appellatos eſſe γνωστικοὺς quaſi dicas cognitione, aut ſcientia præditos. An non iſti, ſpreto iudicio Eccleſiæ, contemptis patribus, ſibi ſolis aſſerunt ſcientiam ſcripturarũ, & myſteriorum omnium notitiam? Vt idẽ alibi teſtatur; id Simon Magus docuit, per gratiam tantũ ſaluari homines, & nihil ad ſalutem opera iuſta conferre, & liberos eſſe ſibi credentes, vt quæ velint, poſſent agere. Hęccine eſt doctrina Eccleſię Romanæ? an non verò id docent Eccleſiæ iſtius reformatæ ſectatores? quemadmodùm igitur noſtra Eccleſia ſoboles eſt Petri, & Apoſtolorum immò Chriſti Domini; ita non dubitandum, Eccleſiam reformatam à nouis Euangelicis confictã, Simonis Magi, immò Diaboli eſſe ſobolẽ. Quòd verò Petrus Princeps Apoſtolorum, & totius Dominici gregis paſtor eius præſtigias detexit, tam potenter eum profligauit, per aera volantem depreſsit; hoc certè ſignificabatur, Pontificum Romanorum officium eſſe: in Eccleſia aduerſus Catholicam fidem, inſurgentes hæreſes, condemnare; hæreſiarchas profligare; neque vnquam præſtigias hæreticorum quidquam aduerſus doctrinam ſanctæ Catholicæ, Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, cui præeſt ſucceſſor Petri, præualituras. Deinceps infeſtiſsimum iſte ſe hoſtem ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramenti, & ſacrificij oſtendit.

Li. 1. c. 30.

Hæreticorũ omnium parens Simon Magus.

In c. 6. prioris ep. ad Thim.

Lib. 2. hær. fabular.

Totis mille annis, quæ hoſtiolam illam tuam Dominum appellaret, Deum putaret, adoraret; totis mille ducentis, quæ includeret, circumgeſtaret, officium ei proprium deſtinaret, populo obſtipis oculis ſpectandam, theatrica pompa, exhiberet.

SCribebat magnus Baſilius: *Improbus, cum improbis dogmatibus ſit enutritus, ex corde eructat improbatæ prorſus verbũ doctrinæ, videsne qualia eructat os impudens hæreticorũ? quàm perplexa, & graueolentem ſpirãtia mephitinẽ planè non hæc mediocrem arguũt morbũ quemdam, in immò receſſu pectoris delitеſcere, nã malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert malũ.* Hoc quàm verũ ſit, confirmant abundè, quæ hic adeò impudenter ſcribit Mornæus; non fuiſſe totis mille annis Eccleſiã, quę Chriſtũ Dominũ in Euchariſtia ſubſpecieb. panis & vini, *Hoſtiolã illam tuam* (ait ſacrilegus homo) *adoraret;*

In Pſal. 44

totis mille ducentis includeret, circumgeſtaret, officium et proprium deſtinaret, populo obſtupis oculis ſpectandam theatrica pompa. (Ita enim de ſacroſancto hoc myſterio, & auguſtiſsimo ſacramento per deriſionem Ethnicus iſte, cum ſuis loquitur) *exhiberet*: ſcilicet nos iſta, tanquàm Samothracia, aut Eleuſina quædam myſteria excogitauimus; vel vt dicat Mornæus, cum gentibus, nos Cererẽ, & Bacchum colere. Veniſſet ſcilicet cuiquam hominum vnquàm in mentem, tantum, & tam ineffabile myſterium, in quo tot ſupra naturam ſimul concurrunt miracula, niſi à Deo ipſo, à quo inſtitutum eſt, & traditum, de cuius verbis dubitare nefas, edocti eſſemus? non magis certè, quã Platoni, Ariſtoteli, & alijs gentilium Philoſophis, venit in mentem ſacroſanctæ Trinitatis myſteriũ, aut Incarnationis Dominicæ ſacramentum: nõ magis quàm iudicauiſſemus vnquàm in baptiſmo tantam eſſe vim aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat: aut in alijs ſacramentis virtutem in eſſe ſanctificandi; niſi nos id in ſacro Euangelio edocti eſſemus, Negant iſti veritatem corporis Chriſti in Euchariſtia, contra expreſſum Chriſti verbum, *Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus.* τοῦτ' ἐστι τὸ σῶμά μου, τοῦτ' ἐστι τὸ αἷμά μου: vbi articul⁹ Græcus, apud Græcos, magni momẽti eſt; ad aſtruendã hanc veritatem. Conſtat de inſtitutione huius ſacramenti apud Euangeliſtas, & apud D. Paulum. Expendens verba Chriſti Cyrillus Hieroſol. catech. 4. myſtag. qui viuebat anno Domini 350. *Cum Chriſtus ipſe ſic affirmet, atque dicat de pane. Hoc eſt Corpus meum: quis deinceps audeat dubitare? ac eodem quoque confirmante, & dicente, Hic eſt ſanguis meus: quis,* inquam, *dubitet, & dicat, non eſſe illius ſanguinem? Aquam aliquandò mutauit in vinum, quod eſt ſanguini propinquum, in Chana Galileæ, ſola voluntate: & non erit dignus cui credamus, quòd vinum in ſanguinem tranſmutaſſet? Si tùm ad nuptias corporeas inuitatus ſtupendum miraculum operatus eſt, & non multò magis corpus, & ſanguinem ſuum filijs ſponſi dediſſe illum confitebimur? Quare, omni cum certitudine, corpus & ſanguinem Chriſti ſumamus; nam ſub ſpecie panis datur tibi corpus, ſub ſpecie vini datur ſanguis: vt ſumpto corpore, & ſanguine Chriſti,*
Math.26. *efficiaris, & particeps corporis & ſanguinis, ſic* χριστοφόροι γινόμεθα, *hoc eſt Chriſtum ferentes, cum eius corpus, & ſanguinem in membra noſtra receperimus*. paulò poſt, *in lege noua, panis cæleſtis, poculumquè ſalutis animam, & corpus ſanctificauit, ſicut enim panis corpori, ſic verbum animæ conuenit. Ne ergò conſideres tanquàm panem nudum, & vinum nudum: corpus enim eſt, & ſanguis Chriſti ſecundum ipſius Domini verba: quàmuis enim ſenſus hoc tibi ſuggerit, tamen fides te confirmet; ne ex guſtu rem iudices, quin potius habeas ex fide pro certiſſimo, ita vt nulla ſubeat dubitatio, eſſe tibi donata corpus, & ſanguinem.* Eadem & Chryſoſtomus homil. 83. in Matth. *Credamus,* inquit, *vbique Deo, nec repugnemus ei, etiamſi ſenſui, & cognitioni noſtræ abſurdum eſſe videatur, quod dicit; ſuperet & ſenſum, & rationem noſtram ſermo ipſius, quod in omnibus, & præcipuè in myſterijs faciamus; non illa, quæ ante nos iacent, ſolummodò aſpicientes, ſed verba quoque eius tenentes, nam verbis eius defraudari non poſſumus, ſenſus verò noſter deceptu facillimus eſt: illa falſa eſſe non poſſũt: hic ſæpius atque ſæpius fallitur: quoniam ergò ille dixit. Hoc eſt corpus meum: nulla teneamur ambiguitate, ſed credamus, & oculis intellectus id perſpiciamus:* Vbi & multa alia in hanc rem: Atquè ita omnes ad vnum Patres, verba Chriſti interpretati ſunt, ſicque ab initio Eccleſia intellexit. Quòd ſi neget tantùm ſacramentum Mornæus, hoc eſt præſentiam corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini, poſt conſecrationem: ideò fortaſſe quia iudicio illius, non potuit Chriſtus conuertere ſubſtantias panis, & vini, in corpus, & ſanguinem ſuum: atqui id eſſet negare omnipotentiam Chriſti, & quod conſequens eſt, diuinitatem: vt enim argumentatur Lib. de his
Diuus Ambroſius: *De totius mundi operibus legiſti,* qui myſte
quia ipſe dixit & facta ſunt, mandauit, & creata ſunt: rijs initiã-
ſi ergò ſermo Chriſti potuit ex nihilo facere, ea quæ tur c.9.
non erant: non poteſt ea quæ ſunt, in id mutare quod non erant? non enim minus eſt nouas rebus dare quàm mutare naturas: Atque illic multa Ambroſius, in confirmationem iſtius veritatis; vt quid ſenſerit, reuocare in dubium, ſit hominis impudentiſsimi: vbi concludit in Euchariſtia non eſſe quærendum naturæ ordinem: *quia*, inquit, *hoc quod conficitur corpus, ex virgine eſt; quid quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore?* Vbi apertè docet illud idem corpus, quod natum eſt ex Virgine, eſſe in Euchariſtia; vt illic oſtendat non modò potuiſſe à Chriſto inſtitui, ſed & re vera inſtitutum eſſe tam ineffabile hoc ſacramentum; quod & docet libro de Sacramentis cap. 4. Et certè timeo ne Mornæus in eum errorem impingat, vt neget Deum creauiſſe cælum & terram: nam tam clare Chriſtus (cuius ſermo adeò efficax eſt, & operatorius ad conuertendas ſubſtantias, quàm ad producendas ex nihilo) inſtituendo hoc ſacramentum docuit, illud quod porrigebat diſcipulis, eſſe corpus ſuum, quàm alioqui ſcripſerit Moyſes, Deum creaſſe cælum, & terram. Quid eſt, quòd Auguſtinus, & alij Patres, quoties de hoc ſacramento loquuntur, vtuntur periphraſi. *Sacramentum, vel ſacrificium, quod norunt fideles*: Cauebant enim ſibi diligentiſsimè Chriſtiani, ne tantum myſterium proderent Gentilibus; ita vt aliqui legantur mortem oppetijſſe, quod noluerint illis Euchariſtiam prodere: & à gentilibus, qui tãntum myſterium non capiebant, traducebantur Chriſtiani, quaſi Thyeſtæas cœnas, & cyclopicas, *aſtruerent*. Quòd ſi *hoſtiola illa* (vt vocat Mornæus, in quo ſpiritus Porphirij reuixit, qui deridens hoc myſterium, *Chriſtum, Deum paſtæ* appellabat) fuiſſet tantùm panis communis, etiam ante ſumptionem: non erat, cur Chriſtiani tantopere hoc myſterium occultarent. Cathecumenis etiam, non modò non licuiſſe ſumere Euchariſtiam, ſed neque etiam intueri teſtis eſt Baſilius libro de Spiritu ſancto cap. 27. vbi, vt ex illo loco patet, loquitur de Euchariſtia, dum toti populo proponebatur, conſpicienda & adoranda. Id conſtat & ex Clemente lib. 8. conſtit. ex Dionyſ. cap. 3. de Eccleſ. hierarch. Cyrillo Alexandrino, libro duodecimo in Ioannem capite 52. Auguſtino tractatu 11. in Ioann. Gregorio 2.

Digitized by Google

Dialog.cap.28.Adorari etiam ſolitam à Chriſtianis Euchariſtiã, conſtat ex D.Auguſtino in Pſalmum 98.ad ea verba. *Adorate ſcabellum pedum eius: ſuſcepit enim de terra terram, quia caro de terra eſt, & de carne noſtra carnem accepit, & in ipſa carne hic ambulauit, & ipſam carnem nobis, ad manducandum, ad ſalutem dedit, & nemo hanc carnem manducat, quin prius adoret. Ecce inuentum eſt quomodò adoretur ſcabellum pedum eius. vt non ſolùm nõ peccemus adorando, ſed peccemus non adorãdo.* Idem lib. 20. contra Fauſtum cap. 13. ſcribit *exiſtimaſſe Gentiles, Chriſtianos colere Cererem, & Bacchum propter adorationem ſacræ Euchariſtiæ.* Idem docent Baſilius, Ambroſius, Chryſoſtomus, Cyrillus, Theodoretus: vt conſtet, noſtram Eccleſiam non aliud de tanto myſterio, in eoque Chriſto Deo, & homine adorando ſentire, quàm quod ab eodem inſtitutum, traditum ab Apoſtolis, & ab omnibus creditum, intra ſexcentos illos annos.

Quos verò æmulatur Mornæus tanti myſterij irriſor, niſi illius ſæculi Philoſophos, qui abhorrentes ab hoc myſterio non aliter quàm Capharnaitæ à verbis Chriſti, Chriſtianos ſubſannabant? id teſtatur his verbis D. Cyprianus. *Quàm præclarus eſt calix iſte? quàm religioſa huius potus ebrietas? per quam accedimus Deo, & quæ retrò ſunt obliti, ad interiora extendimur non habentes ſenſum huius mundi, ſed diuinitùs, præparati delicias contemnentes cruci hæremus, ſanguinem ſugimus, & intra ipſa redemptoris noſtri vulnera figimus linguam, quo interiùs, exteriuſque rubricati, à ſapientibus huius ſæculi iudicamur amentes. qui religionis huius abhorrentes mandatum, vſque adeò retrò abeunt, & à ſecretis diuinis omnium intra ſe myſteriorum continentibus, ſummam diffugiunt, & recedunt.* Nonne iſti Capharnaitæ, auditis Chriſti verbis retrò eunt dicentes: *Durus eſt hic ſermo, quis poteſt capere eum?* at nos cum Petro dicimus. *Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes*: Et quemadmodùm conuitia & mendacia Gentilium, & Philoſophorum nihil à veritatis confeſsione. Chriſtianos deterruerunt; ita nec nos Mornæi, ac nouorum iſtorum Capharnaitarum cachinni, & deriſiones, à confeſsione iſtius veritatis, & ab adoratione tanti myſterij nos deterrebunt. Durus eſt iſtis Capharnaitis neſcientibus ſcripturas, neque virtutem Dei, Chriſti ſermo de manducatione carnis ſuæ, & potu ſui ſanguinis: nobis verò verba illius, verba ſunt vitæ æternæ. Vt autem intelligamus, apud quos antiquitus fuerit Eccleſia, quàm fingit Mornæus: ex probatis auctoribus conſtat non niſi hæreticos tanti ſacramenti, & ſacrificij fuiſſe hoſtes infeſtiſsimos. Reſponde ſodes Mornæe. An non hæretici Donatiſtæ? quid verò de illis ſcribit Optatus lib. 2. contra Parmenianum: *Vt omnia ſacroſancta veſtri Epiſcopi violarent, iuſſerunt Euchariſtiam canibus fundi, non ſine ſigno diuini iudicij: Nam ijdem cães accenſi rabie ipſos Dominos ſuos quaſi latrones, ſancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos, & inimicos, laniauerunt:* & libro ſexto; *quid eſt aliud altare, niſi ſedes corporis & ſanguinis Chriſti? Hæc omnia furor veſter aut raſit, aut fregit aut remouit:* poſt, *Quid vos offenderat Chriſtus, cuius illic per certa monumenta, corpus, & ſanguis habitabat? & hoc modo Iudæos eſtis imitati; illi iniecerunt manus Chriſto in cruce, à vobis percuſſus eſt in altari:* poſt, *Hoc tamen immane facinus geminatum eſt, dum fregiſtis etiam calices Chriſti ſanguinis portatores.* Hos certè ſacrilegi iſti egregiè ſunt æmulati. Reſponde ſodes. An non hæretici Arriani illi Vandali, de quorum perſecutione in Africa ſub Genſerico, hoc inter cætera ſcribit Victor Vticenſis lib. 1. *Tempore quo ſacramenta Dei populo porrigebantur, introeuntes maximo furore, corpus Chriſti, & ſanguinem, pauimentis ſparſerunt, & illud pollutis pedibus calcauerunt, &c.* Eccleſia igitur iſta ſæculis illis non in alijs, quàm in Donatiſtis & Arrianis, Doctrinam Dæmoniorum (ſicut omnes hæreſes vocat Apoſtolus) eſſe hanc Mornæi, contra ſacroſanctam Euchariſtiam, indè conſtat, quòd Berengarius ſacramentariorum omnium noſtri temporis parens, homo parùm eruditus, inanis mundi gloriæ captator, animo elatus, conuitiator, vt eum in Mornæo reuixiſſe putes, aſsiſtentem circumferebat Dæmonem. Vt enim refert Gulielmus Bibliothecarius lib. 3. de geſtis Anglor (referũt etiam Lantfrancus, Guitmundus, Algerus, Antoninus, Sabellicus) cum in extremis poſitum Epiſcopũ Carnotenſem Fulbertum, multi viſitarent, & ædium capacitas vix confluentibus ſufficeret, ille inter oppoſitas cateruas oculo longè cõſpicatus Berengarium niſu, quo valuit, expellendum cenſuit, proteſtatus immanem Dæmonem, propè ipſum conſiſtere, multoſque ad eum ſequendũ blandiente manu, & illice anhelitu corrumpere. Refert item Vincentius Belluacenſis in ſpeculo hiſtoriali, horribilem ac ingentem Dęmonem inter ipſum Berengarium, & auditores eius frequenter apparuiſſe, dum ille de ſua aduerſus Euchariſtiam hæreſi diſſerebat. Lutherus inducit Diabolum ſecum loquentem de Miſſæ ſacrificio, & multa argumenta contra illud proferentem, vt quàm diabolica ſit iſta doctrina, & quis ſpiritus ſit in Mornæo habitans, & purioris, ac reformatæ Eccleſiæ inſtitutor, & præſes: inde facilè conijcias.

Lib. de cœna Domini

Ioan. 6.

Bereng. ſacramentariorum parens aſſiſtẽtem circũferebat dæmonem.

Quæ (inquit) *circumgeſtaret.*

Aegrè fert iſte, tanto honore à Chriſtianis diuinum hoc ſacramentum affici, vt quòd publicè interdum proponatur, vel circumferatur per vias, & loca publica cum ſolemni pompa, cultu, & veneratione. Extat huiusrei figura 2. Reg. 6. & 7. vbi Dauid ludebat coram Arca Domini, quandò populus ſolemni pompa illam circũducebat. Laudabilis huius conſuetudinis rationes adfert Cõcil. Trid. ſeſſ. 13. cap. 5. & Can. 6.

Officium ei proprium deſtinaret.

Feſtum Corporis Chriſti, piè, ac religioſè, Vrbanus IIII. Pontifex inſtituit quotannis celebrandum, vt maiori deuotione à fidelibus frequentaretur tantum ſacramentum: & quidem occaſionem feſto inſtituendo dediſſe videtur miraculũ, quod Vulſinijs in Diœceſi, & ditione Vrbeuetana contigit: dum enim ſacerdos quidam, confecto Euchariſtiæ ſacramento, de tranſubſtantiatione, & præſentia illic Corporis Chriſti dubitaret, ſanctiſsimam præ manibus habens hoſtiam, viuus ex ea ſanguis manauit, & totam mappam,

quàm

quam corporale vocant, tinxit. Diuinitùs igitur inductus Pontifex, vt hoc feſtum inſtitueret, & ab eodem officij componendi cura, Thomæ Aquinati ſanctiſsimo, & doctiſsimo Theologo demandata: An non verò, & noua feſta aliquandò in veteri lege inſtituta? quidni & idem in Eccleſia, ad recolenda magis diuina beneficia liceat?

Inter Præsbyteri manus ſiſteret.

QVid? quod de manu ſacerdotis Chriſtianos Euchariſtiam accipere ſolitos, ſcribit Iuſtinus martyr Apologia 2. pro Chriſtianis, & Tertull. lib. de corona militis ca. 3. *Euchariſtia*, inquit, *ſacramentum non de aliorum manu, quàm præſidentium ſumimus.* Subiungit

Imo crearet.

An verò quia ineffabili modo ibi incipit eſſe filius Dei, nempe per conſecrationem myſticam, & ex vi quidem verborum, corpus & ſanguis Chriſti, ac per concomitantiam etiam ipſa diuinitas, ideò creari dicitur? Non magis certè, quam quandò Virgo ſanctiſsima Chriſtum concepit, & geſtauit in vtero, & habuit in ſe ſpeciali modo inhabitantem filium Dei, eum creaſſe dicitur.

Sacrificium eius ſingulis momentis ſexcenties iterandum certo pretio addiceret.

ATqui ex antiquiſsimis Patribus conſtat, valdè religioſum, & laudabile eſſe opus magiſque conſulendum, vt ſacerdotes miniſtri altaris quotidie hoc ſacrificium ſacroſanctum, & immaculatam hoſtiam offerant. S. Andreas Apoſtolus, tyranno de ſe dicebat. *Quotidiè immolo Deo agnũ immaculatum.* S. Hypp. martyr orat. de conſummatione ſæculi, ſic iudicem Chriſtum introducit ad Euangelicos ſacerdotes loquentem. *Venite Pontifices, qui purè mihi ſacrificiũ die, noctuque obtuliſtis, ac pretioſum corpus, & ſanguinem meum quotidiè immolaſtis.* Cypr. epiſt. 54. *Epiſcopatus noſtri bonor, gradus, & gloria eſt pacem dediſſe martyribus, vt ſacerdotes, qui ſacrificium Dei quotidie celebramus, hoſtias, & victimas præparemus.* Vbi de his loquitur, qui inſtante noua perſecutione, præparabantur ad martyrium. Chryſoſt. homil. 3. in epiſt. ad Epheſ. ſcribit, *quotidianam oblationem ſuo tempore fieri ſolitam.* D. Hieronymus in cap. 1. ad Titum dicit, *Sacerdotes quotidie, pro peccatis populi, ac ſuis, ſacrificare.* D. Auguſtinus epiſt. 23. ad Bonifacium Epiſcopũ, *Nonne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſe ipſo, & tamen in ſacramento non ſolum per omnes Paſchæ ſolemnitates, ſed omni die populis immolatur?* S. Gregorius homil. 37. in Euangelia narrat, S. Caſsio Narnienſi Epiſcopo morem fuiſſe quotidianas Deo hoſtias offerre, ita vt penè nullus dies vitæ eius abſcederet, quo non omnipotenti Deo hoſtiam placationis eius immolaret, quàm conſuetudinem Deum ſpeciali reuelatione approbaſſe inferiùs narrat ſcribens *nocte quadam, cuidam eius Presbytero Dominum per viſum adſtitiſſe, atque dixiſſe, vade & dic Epiſcopo, Age quod agis, operare quod operaris, non ceſſet pes tuus, non ceſſet manus tua, natali Apoſtolorum venies ad me, & retribuam mercedem tuam, &c.* Valdè igitur religioſum illud opus & ad cultum Dei pertinens. Si totis mille annis non fuit Eccleſia noſtra, quæ ſacrificium Chriſti ad altare offerret; non igitur erant in Eccleſia ſupra citati patres, non ſanctus ille Caſſius, cui cum ſacrificio valdè etiam concordabat vita, vt ibidem ſcribit Gregorius: *Nam cuncta, quæ habebat in eleemoſinis tribuens, cùm ad horam offerendi ſacrificij veniſſet, velut totus in lachrymis defluens, ſemetipſum, cum magna cordis contritione, mactabat.* Non erat intra mille annos, magnus ille Gregorius Pontifex, ſed qui fortaſſe in ſcribẽdo ſpiritu Dei deſtitutus fuerit, cum tamen Petrus Diaconus, contra illius æmulatores, de ſanctiſſimi Pontificis exurendis libris cogitantes, proteſtatus fuerit; immane ſacrilegium eſſe, tanti Patris, tot, & tales libros exurere, ſuper cuius caput ipſe Spiritum ſanctum in ſimilitudinem columbæ tractantis frequentiſsimè perſpexiſſet, ac illius morte Deus, id quod de libris Gregorij aſſeruerat, teſtatum facere voluit; de quo & Damaſcenus orat: de fidelibus defunctis. *Gregorius Dialogus Antiquioris Romæ Epiſcopus, vt omnes norunt, tùm vitæ ſanctitate, tùm eruditione clarus, & celebris, quem cum ſacris operaretur, cæleſtem, ac diuinum Angelum ſacroſancti muneris ſocium habuiſſe narrant.* Quòd verò certo pretio Mornæus aſſerit nos ſacrificium addicere; hoc certè eſt hominis non niſi mendacijs, ſacram Religionem traducere ſoliti; neque enim, quòd ſacerdoti offerenti ob vitæ ſuſtentationem, datur ſtipendium, naturali lege miniſtris debitum; ideò certo pretio ſacrificium addicimus, cuius tantam eſſe dignitatem nouimus, vt nullo pretio ſit æſtimandum? An quandò dicebat Paulus, *Spiritualia vobis ſeminauimus, vtique & temporalia metemus:* 1. cor. 9. uolebat res ſpirituales addicere pretio rerum temporalium? certè grauiſsimo ſimoniæ peccato laboraſſet D. Paulus, & in fraudem induxiſſet omnes Chriſtianos, ac peccato ſimoniæ ſubieciſſet: atque id docet diſertis verbis D. Auguſtinus lib. de Paſtoribus cap. 2. illud citans ex Paulo 1. Cor. 9. Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non percipit? *Inuenimus*, inquit, *eſſe lac gregis quicquid à plebe diſtribuitur præpoſitis, ad eorum ſuſtentandum victum temporalem:* & poſt, *Vndè viuitur, neceſſitatis eſt accipere, charitatis eſt præbere, non tanquam venale ſit Euangelium, vt iſtud ſit pretiũ eius, quod ſumunt, qui annunciant, vnde viuant ſi enim ſic vendunt, magnam rem vili pretio vendunt. Accipiant ſuſtentationem neceſſitatis à populo, mercedem diſpenſationis à Domino. Non eſt enim idoneus populus reddere mercedem illis, qui ſibi in charitate Euãgelij ſeruiunt, non expectent illi mercedem, niſi vndè & iſti ſalutem, &c.* Aliud igitur eſt ſtipendium, pro ſuſtentatione vitæ miniſtros quò ſpirituali miniſterio vacare poſsint, accipere, aliud ſacrificium, ſeu rem ſpiritualẽ, pretio addicere. Alioquin enim Miniſtri Eccleſię reformatæ dicentur

pretio

Vide librũ paſſionis ſancti Andreæ ab ipſius diſcipulis conſcriptũ

ſacrificiũ miſſæ offerendi, quotidianus vſus.

pretio Chriſti Euangelium addicere, quibus tamen de pretio miniſterij ſui paciſci magis licere, quam Catholicæ Eccleſię miniſtris, non imus inficias. Laici ſiquidem ſunt, quibus nullum ſpirituale officium conuenire poteſt, quod venditioni exponant. Deindè quòd conſtet eos non Euangelium Chriſti, quæ res ſpiritualis eſt, pretio nullo æſtimanda, ſed doctrinam dæmoniorum animabus peſtiferam, loco ſaluificæ doctrinæ, populis obtrudere.

Eliminata antiqua & Domini inſtitutione, & Chriſtianorum ſynaxi.

IMo qui hoc ſacramentum tollunt, Antichriſti præcurſores, quid aliud, quàm Chriſtianam religionem, & Chriſti Domini inſtitutionem ſublatam velint? hoc enim ſacrificium Corporis, & ſanguinis ſui, Chriſtus inſtituit, & legem perpetuò duraturam de illo in Eccleſia offerendo, tradidit his verbis. *Hoc facite in meā commemorationem.* Ita Irenæus lib. 3. cap. 34. Eccleſiæ vocat oblationem, quam Dominus docuit offerri in vniuerſo mundo, Cyprianus libro 2. epiſt. 3. dicit, Chriſtum ſummum ſacerdotem Deo Patri hoc ſacrificium obtuliſſe, & hoc fieri, in ſui commemorationem, præcepiſſe; vbi & Chriſtum vocat huius ſacrificij authorem, & doctorem. Legi poſſunt Dionyſ. Areopagita Eccleſ. hierarch. cap. 3. Clemens Rom. lib. 6. conſtitu. Apoſtolic. cap. 29. D. Auguſtinus conc. 2. in Pſal. 33. *Ipſe de corpore, & ſanguine ſuo inſtituit ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech.* Atque ea omnia, quibus oſtenſum eſt ex Patribus, illic offerri in ſacrificium, Corpus, & ſanguinem Chriſti: ſatis etiam docent, non ab alio, quàm à Chriſto inſtitui potuiſſe: ſiquidem modus ille exiſtendi corporis Chriſti ſacramentalis, & modus oblationis, omninò ſupernaturalis eſt, & quemadmodum Chriſtus author eſt nouę legis, ita illius erat omnia inſtituere, quæ de eiuſdem ſunt ſubſtantia: cuiuſmodi ſunt ſacramenta, & ſacerdotium, ad ſacrificium iſtud ſacroſanctum, quo ſublato & nouam legem, ac religionem eliminari prorſus conſequens eſt. non itaque nos, ſed iſti, tollendo hoc ſacrificium, Chriſti inſtitutionem eliminant. Quod de Chriſtianorum ſynaxi iſte loquitur. Dicitur ſynaxis, & communio à Patribus, non eo ſenſu, quo volunt aduerſarij, quòd non rectè celebretur hoc ſacramentum, niſi plures ad communicandum conueniant: nominatur enim communio, vel ſynaxis, vt docet D. Thomas, quia ſignificat Eccleſiaſticam vnitatem, cui homines aggregantur, per hoc ſacramentum. Et vt docet Damaſcenus: *quia per ipſam Euchariſtiam Chriſto communicamus, vt quia participamus eius carne, & deitate, & quia communicamus, & vnimur ad inuicem per ipſam:* vnde & Cyprianus, ſæpè hoc ſacramentum vocat *pacem*, ſic apud illum: *dare pacem lapſis*, idem eſt, quod, ad communionem eos admittere, vt conſtat ex epiſt. 10. & 29. ad Clerum Romanum, & 30. Cleri Romani ad ipſum: & olim mos fuit Romanis Pontificibus in ſignum pacis, & charitatis, mittere Euchariſtiam ad Epiſcopos Romam venientes: & in Cōcilio Tridentino vocatur. *Signū vnitatis, vinculum charitatis, pacis & cōcordiæ ſymbolum.* Denique quia populus in eius celebratione maximè congregari ſolet religionis & diuini cultus cauſa. Cœna verò Caluiniana cum ſynaxi Chriſtianorum eam habet affinitatem, quam Belial cum Chriſto, mendacium cum veritate, & tenebræ cum luce.

3. p. q. 73. art. 4.

Niceph. li. 4. cap. 39. Euſeb. lib. 5. cap. 24.

Solitarias Miſſas pro viuis, & mortuis in angulis demurmurandas.

EX antiquo vſu Eccleſiæ, & doctrina Patrū conſtat, hoc ſacrificium offerri ſolitū pro viuis, & defunctis. Ex Cyrillo Hieroſolymitano catech: 5. myſtag. *Poſtquàm confectum eſt illud ſpirituale ſacrificium. & ille cultus incruentus, ſuper ipſa propitiationis hoſtia, obſecramus Deum. pro communi Eccleſiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro regibus, pro militibus, pro ſocijs, pro ægrotis, & afflictis, & in ſumma pro his omnibus, qui egēt auxilio. Rogamus te, inquam, nos omnes, & hoc ſacrificium tibi offerimus, vt meminerimus etiam eorum qui ante nos obdormierunt: primùm Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, vt Deus orationibus illorum, & deprecationibus ſuſcipiat præces noſtras. Deinde pro defunctis ſanctis patribus, & Epiſcopis. Denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi ſunt, maximum credentes eſſe animarum iuuamen, pro quibus offertur precatio, ſancti illius, & tremendi, quod ſcilicet altari propoſitum eſt, ſacrificij.* Non poſt ſexcentos aut mille à Chriſto annos, ſed trecentos vixit Cyrillus. Chryſoſtomus lib. de Sacerdotio. *Sacerdos*, inquit, *pro vniuerſo orbe legatus intercedit, eſtque apud Deum deprecator, vt omnium, & viuentium modò, ſed etiam mortuorū peccatis fiat propitius.* Id conſtat & ex liturgijs ſanctorum Patrum Iacobi, Clemētis Romani, Dionyſij Areopagitæ, Baſilij, & Chryſoſtomi. Oblationum pro defunctis meminit Tertullianus libro de corona militis cap. 3. ad quem locum Pammelius alia citat eiuſdem Tertulliani loca. Cyprianus epiſt. 66. ſcribens ad Clerum, & plebem Furnitanorum refert, ſtatutum in Concilio Epiſcoporum, ne quis frater excedens ad tutelam, vel curam Clericum nominaret; & ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur. *Neque enim*, inquit, *apud altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes, & miniſtros ſuos Leuitas voluit auocare.* Orandum, & ſacrificandum eſſe pro defunctis vniuerſæ Eccleſiæ auctoritate docet D. Auguſt. lib. de cura pro mortuis agenda cap. 1. & vlt. & ſerm. 34. de verbis Apoſtolicis, *Eccleſia vniuerſa in ſacrificio Miſſæ pro defunctis orat.* Immò contraria hæreſis damnata in Aerio, qui negabat, pro mortuis ſacrificandum, teſte Epiphanio, & D. Auguſtino libro de hæreſi-

Sacrificiū miſſæ pro defunctis antiquiſſimum.

Digitized by Google

hæreſibus, hæreſi 53. Eadem fuit hæreſis Vualdenſium, Henricianorum & Petrobruſsianorũ vt conſtat ex D. Bernardo ſerm. 63. & 66. in Cantica, & Petro Cluniacenſi, & nunc ſectariorum noſtri temporis. Atqui cum conſtet hanc eſſe traditionem Apoſtolicam; & ab initio ſemper in Eccleſia receptam, mirum eſt, qui audeat aſſerere Mornæus *totis mille annis ſolitarias Miſſas non eſſe pro viuis & defunctis oblatas*. Murmura vocat; ſed nihil remorantur nos hæreticorum blaſphemiæ.

Fruſtrato populo adempto etiam ſacro Calice.

AN non verò Miſſa publicum miniſteriũ eſt? an non ſacerdos legatus ad Deũ; nomine Eccleſiæ? *omnis enim Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur*
Heb.5. *in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis*: etſi ſolitaria; ac priuatim Miſſa celebretur; an non verò in qualibet Miſſa viuentium, & defunctorum, tùm eorum, qui iam in cœlo cum Deo viuunt, mentio habetur? Nec verò id nouum eſt inſtitutum, *Miſſas in angulis* vt vt iſte loquitur, ſeu in locis priuatis celebrari; vt ex multis ſanctorum Patrum exemplis, & teſtimonijs docet Card. Bellarm. lib. 2. de Miſſa cap. 9. quæ, ne actum agerem, repetenda non iudicaui.

Quod attinet ad ſacrum Calicem: neque perpetuò id in Eccleſia obſeruatum, vt laici ſub vtraque ſpecie communicarent, neque id cum ſcripturis ſacris aut Chriſti inſtitutione pugnare oſtendit fuſiùs Card. Bellarm. lib. 4. de ſacramento Eucharistiæ capit. 24. & Eccleſiam iuſtis de cauſis, præcepiſſe communionem ſub vna ſpecie, docet capit. 28. de quo etiam argumento fusè Claudius de Sainctes, de rebus Euchariſtiæ controuerſis, repetitione 10. & Gregorius de Valentia in libro de legitimo vſu Euchariſtiæ per totum: ex quibus conſtat, quàm falſa ſint, & contra manifeſtiſsimam veritatem adducta; quæcumque contra ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum, & ſacrificium ſcribit Mornæus: & cum veritatem ipſam Catholicam ex vſu primitiuæ Eccleſiæ, & ex ſanctorum Patrum auctoritate multi aſſeruerint & confirmarint: & nos aliqua in eandem rem adduxerimus, Quæ tamen iſte ſcribit nullo comprobata teſtimonio, ſola ſua auctoritate niti voluit. Ad alia pergamus.

His abuſuum portentis vt porta pateret, qua ſemel data ingruerent, ſcripturam inſufficientiæ, aut imperfectionis, libris in eam rem ſcriptis, argueret, eius lectione periculoſa quippe, & lethali, fidelibus, indictis, grauiſſimis pœnis, publico decreto interdiceret?

SCilicet Chriſti inſtitutio, Apoſtolica traditio, vſus Eccleſiæ primitiuę, vbique gẽtium, quacumque religio Chriſtiana ſeſe diffundebat, obſeruatus & inde ad nos deriuatus, dogmata item ſanctorum Patrum, hæretico homini ſunt abuſuum portenta. Quis verò ex noſtris, libros de inſufficientia, aut imperfectione ſcripturæ ſacræ edidit? Equidem id profitemur, nos non id tantùm credere, quòd ſcripturis ſacris continetur, ſed prætereà multa, quæ ex traditione habemus; neque id ſolum credendum, quod in ſcriptura ſacra continetur, ex ipſa ſcriptura oſtendent aduerſarij. Patres quoquè contra hæreticos, non modò ex ſcriptura, ſed ex traditione etiam ſunt argumentati, nec ideò dicimus eos ſcripturam inſufficientiæ, aut imperfectionis arguiſſe. Vetus item Synagoga non modò, cum Saducæis hæreticis, admittebat libros Moyſis, ſed etiam Prophetarum, & alios ſacros libros: nec tamen ideo libros Moyſis inſufficientiæ, aut imperfectionis arguebat: nec vetus Teſtamentum inſufficientiæ, aut imperfectionis hoc ſenſu accuſamus, quòd cum eo nouũ admittimus: nec generale Concilium Nicænũ, ideò imperfectum, aut inſufficiens dicimus, quia cum illo Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Chalcedonenſe, & alia poſteriùs in Eccleſia celebrata admittimus. Non igitur, quia multa ex traditione credimus, ideò inſufficientem, aut imperfectam ſcripturam docemus. Impoſtura hæc eſt manifeſta, noſtros in hanc rem edidiſſe libros, vt ſcripturam ſacram inſufficiẽtiæ, aut imperfectionis arguerent. Scimus quidem hanc eſſe veterem fraudem hæreticorum, vt hæreticos libros, ſanctis Patribus, aut Catholicis Doctoribus, abſcriberent, vt de Apollinaris hæretici libris factum conqueritur Martianus Imperator in epiſtola quadam ſcripta pro Concilio Chalcedonenſi: ideò aut librum quendam ab hæretico homine ita inſcriptum, aduerſarij Catholico Doctori tribuerunt; aut certè libro alicui Catholico peruersè hunc titulum præfixũ ab eiſdem conſtat: Quòd verò ſacrarum ſcripturarum lectio nec vulgati lingua, nec paſsim omnibus permittatur; id conſulto, & prudenter fecit Eccleſia; ne ſcilicet earum praua interpretatione (nec enim adeò faciles ſunt intellectu quàm fingunt aduerſarij) eorum ſenſus corrumpantur, vnde enim mel apes, inde & veſpæ venenum conficiunt: & vnde veritatem ſalutiferam Catholici depromunt, inde & ſuas hæreſes hauriunt,

Digitized by Google

hauriunt, prauis interpretationibus ſectarij: & apud Hebræos, principium, & finis Ezechielis, cum principio Geneſeos tantis inuoluta difficultatibus, ante triginta annos non legebantur: nec tamen prohibuit vnquam Eccleſia ſcripturæ ſacræ lectionem, ſed ne vulgari lingua editæ ipſæ ſcripturæ, aut etiam ab hæreticis tranſlatæ, ſeu potius corruptæ circumferantur, & paſsim permittantur: ne quod ſcribebat Cyprianus: *Pro luce tenebras, pro die noctem, pro cibo famem, pro potu ſitim, venenum pro remedio, mortem pro ſalute ſumant.* Epi. l. 40.

Rurſum: Nunquam vſquam toto orbe, totis ſexcentis annis Papam Romanum vniuerſalem Epiſcopum, principem terrenum, vtroque gladio ſuccinctum crederet.

IMmò ab initio, totis illis ſexcentis annis nemo Catholicorum dubitauit Petro, in Euãgelio, commiſſas eſſe oues Chriſti, & ſucceſſorem illius in omnes Eccleſias, & Epiſcopos, ius, & auctoritatem habere. Nec modò id ex epiſtolis ipſorum Pontificum, quos ſanctiſſimos fuiſſe conſtat, ſed ex alijs Patribus Tertulliano, Cypriano, Optato Mileuitano, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Athanaſio, Baſilio, Chryſoſtomo, & alijs conſtat. Item ex Concilijs, tùm generalibus, tum prouincialibus habitis, quæ, vel auctoritate Romani Pontificis indicta, vel etiam ab eo confirmata fuere. Id etiam confeſsi ſunt Imperatores Catholici. Valentinianus III. epiſt. ad Theodoſium Iuniorem. *Romanæ,* inquit, *ciuitatis Epiſcopo, principatum ſacerdotij ſuper omnes, antiquitas contulit.* Marcianus Imperator epiſt. ad Leonem Papam: *Tuam ſanctitatem,* ait, *principatum in Epiſcopatu fidei obtinentem, inuitamus atque rogamus ad celebrandam Synodum te authore.* Iuſtinianus Imperator, *Summi,* inquit, *Pontificatus apicem, apud Romanum Pontificem eſſe, nemo eſt qui dubitet.* Conſtantinus IIII. in ſcripto ad Romanam Synodum, Agathonem Papam vocat *Vniuerſalem Principem Paſtorum* Concil. general. 6. act. 18. In Concil. Chalcedonenſi celebrato anno Domini 470. omnium Epiſcoporũ vox, omnem primatum, & honorem Epiſcopo Romano deberi, quin & ei titulum vniuerſalis Epiſcopi tribuit. In qua etiam Synodo Dioſcorus Alexandrinus Epiſcopus damnatus eſt, eò quòd Synodum auſus eſſet conuocare, ſine auctoritate ſedis Apoſtolicæ, quod nunquàm licuit, nunquàm factum. Cum Euſebius hæreticus egiſſet, vt in Antiochia Syriæ, Synodus contra Athanaſium fieret, *Neque Iulius adfuit maximæ Romæ* Præſul, ait Nicephorus lib. 9. cap. 9. & Caſſiodorus lib. 4. tripart. cap. 19. *Neque aliquem in locum ſuum deſtinauit: cum vtique Eccleſiaſtica regula iubeat, non oportere præter ſententiam Romani Põtificis Concilia celebrari:* & Iulius I. ad Epiſcopos Orientales pro cauſa Athanaſij ſcribens: *Ipſi primæ ſedi Apoſtolicæ,* inquit, *conuocandorum generalium Conciliorum iura, & iudicia Epiſcoporum ſingulari priuilegio Euangelicis & Apoſtolicis atque Canonicis conceſſa ſunt inſtitutis; quia ſemper maiores cauſæ ad ſedem Apoſtolicam multis auctoritatibus referri percepta ſunt:* & Pelagius II. anno 581. Pontifex electus ad Epiſcopos qui Conſtantinopolim conuenerant, de non celebrando Concilio ſine Romani Pontificis auctoritate: *Relatum eſt,* ait, *ad Apoſtolicam ſedem, Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum vniuerſalem ſe ſcribere, vosque, ex hac ſua præſumptione, ad Synodum conuocare generalem; cùm generalium Synodorum conuocandarum auctoritas Apoſtolicæ ſedi Beati Petri, ſingulari priuilegio, ſit tradita, & nulla unquam Synodus rata legatur, quæ Apoſtolica auctoritate non fuerit fulta. Quapropter quicquid in prædicto veſtro conuenticulo (quia Synodus taliter præſumpta eſſe non potuit) ſtatuiſtis, ex auctoritate ſancti Petri Apoſtolorum principis, & D. Saluatoris voce, qua beato Petro poteſtatem ligãdi, atque ſoluendi ipſe Saluator dedit (quæ etiam poteſtas in ſucceſſoribus eius indubitanter tranſiuit) præcipio & uana, & caſſa eſſe, ita vt deinceps nuſquàm appareant, ſed ventilentur.* Quia non erat Ioannes ille Conſtantinopolitanus Antiſtes vniuerſalis Epiſcopus, ſed eum titulum ſibi, vana præſumptione, arrogabat: ideo Concilij indicendi penes eum non erat auctoritas. Cum igitur certò conſtet, intra ſexcentos annos, penes Romanum Pontificem fuiſſe ius, & auctoritatem indicendi Concilia: indè concluditur neceſſariò, Romanum Pontificem vniuerſalem Epiſcopum ab omnibus habitum fuiſſe. Nec verò de ratione ſummi Pontificatus, & vniuerſalis Epiſcopatus, vt iam alibi dictum eſt, docemus eſſe principatum terrenum, aut ei ex inſtitutione ipſa Pontificatus conuenire: ſed neque inſtitutioni ipſi, aut verbo Dei aduerſatur. Nam videmus Moyſem ſimul ſacris & religioni præfuiſſe, & inſtituiſſe Aaronẽ ſummum ſacerdotem, & ex mandato Domini quæ ad ſacrificia, & cultum Dei pertinebant, ordinaſſe, & ſimul in regimine temporali præfuiſſe populo. Machabæi Pontificatum adminiſtrarunt, & Reipublicæ ſimul præfuerunt: & poſteà Hircanus, & Ariſtobulus fratres concordiã inierũt, vt vnus regno potiretur, alius ſacerdotio fungeretur. Apud Romanos, ipſi Reges initio rebus ſacris præerant, & Romulus ac Numa Pompilius omnia conſtituebant, quæ ad religionẽ, & Deorum cultum pertinere uidebantur. Multò certè magis decet Pontificem Chriſtianorum eſſe etiã terrenum Principem; & laudati ſunt plurimum à pietate erga Deum, & obſeruantia erga Eccleſiam Pipinus, Carolus Magnus. & alij Principes, qui Eccleſiam ipſam ditarunt. Quomodò verò vtroque gladio ſuccinctus ſit, non aliud affero quam quòd ſupra citaui ex D. Bernardo, qui vitæ ſanctitate, & doctrinæ magis diuinitùs infuſæ, quàm labore, & ſtudio comparatæ præſtantia, Galliam ante 400. annos illuſtrauit lib. 5. de conſideratione ad Eugenium Papam cap. 3. & epiſtola 256. ad eundem.

Totus

Totis mille, extra Romam, Papam ſimul & Cæſarem, orbis Dominum, verum Eccleſiæ ſponſum agnoſceret?

ET Papam quidem verum Eccleſię ſponsũ, non tamen ſimul Cæſarem, & orbis temporalem Dominum agnoſcimus: neque ipſi Pontifices ſe vnquam Cæſares, aut Imperatores, aut orbis Dominos inſcripſerunt, & iudicarunt. Oſtendat verò iſte, in quo Concilio vnquam definitum ſit; aut Pontificem ſimul Cæſarem eſſe, & Imperatoriam habere poteſtatem; eiſdemque orbis Dominum; aut quis Pontifex id tandem definierit. Dicimus quidem, Pontificiã auctoritatem diuinam eſſe, & ſupernaturalem, in animas ipſas, quauis tẽporali longè digniorẽ, habere item in omnes Chriſtianos, etiam Imperatores, ac Reges, ſpiritualem poteſtatem, cum ſit ipſe Paſtor, illi oues; & quandò dixit Chriſtus Rex Regum, & Dominus dominantium, *Petre paſce oues meas*, non excepiſſe Imperatorem ipsũ aut Reges. Dicimus de neceſsitate ſalutis eſſe, ſubijci Romano Pontifici, non aliter quàm eſſe ouem Chriſti, aut membrum Eccleſiæ.

Totis mille & ducentis; Concilijs Oecumenicis, Eccleſia vniuerſa: ſcriptura ipſa ſacra, ſuperiorem aſſereret.

EX his, quàm ſibi parum cõſtet Mornæus, cõſiderare licet; nã ſuperiùs Eccleſiã tãtùmmodò 600. à Chriſto annis, quæ viſibilis eſſet, & manifeſta, & toto orbe diffuſa, & talis crederetur, aſſeruit. Septimo verò, & ſequentibus ſæculis penes paucos fuiſſe, ac in ſolitudinem ſe recepiſſe, vt ſoli Deo, non hominibus ipſis, cognita eſſet, docuit: nunc autem ad 600. alios annos eam porrigere videtur. Ita enim loquitur de Eccleſia vniuerſa; quaſi eadem ad 1200. annos durauerit, in qua multa Concilia Oecumenica, non modò intra 600. à Chriſto annos, ſed & deinceps ſint celebrata. Nec verò nunc Pontifici plus tribuimus auctoritatis, quam intra 1200. annos illi vniuerſa Eccleſia tribuerit. Conſtat ex ſuperiùs adductis, Concilia Oecumenica non modo poſt, ſed etiam intra illos 600. annos, non niſi auctoritate Romani Pontificis congregari potuiſſe, illum eis præfuiſſe, illius fuiſſe partes ea vel probare, vel improbare. Patres Concilij Chalcedonenſis ita ad Leonem Pontificem ſcribebant: *quibus tu ſicut membris caput præeras*: vbi agnoſcunt Pontificem Romanum caput Cõcilij, & ab eodem petunt confirmationem decretorũ eiuſdem Cõcilij: & nomine Cæleſtini Papæ præiuerat antea Cyrillus Alexãdrinus Cõcilio Epheſino. Neſcio verò, quo zelo iſte impulſus, ita certat pro Cõcilijs Oecumenicis intra 1200. annos habitis, cùm tantùm quatuor illa prima admittat, quæ verò poſt 600. annos ſunt celebrata, quibus non aliter quàm ſuperioribus præfuit Romanus Pontifex, reijcienda putet: præſertim cùm neque Romano Pontifici, nec Cõcilijs Oecumenicis iſti vllam auctoritatẽ deferunt. Quomodò igitur egrè ferunt nos Romanum Pontificem Concilijs ſuperiorem aſſerere? & Romano Pontifici, & Concilijs Oecumenicis in Spiritu ſancto legitimè congregatis, tantum deferimus, vt nec illum, nec iſta in definiendis, quæ ad fidẽ, & mores, ac regimen Eccleſiæ ſpectant, errare poſſe aſſeramus: nec quidquam toti Eccleſiæ proponere credendum, quod ſit erroneum, vt hæreticus, aut temerarius ille ſit nobis, qui vel Romani Pontificis, vel Oecumenicorum Conciliorum ſtatutis, ac definitionibus refragari audeat. An verò Papa ſit ſupra Concilium vel contra: nec aliquid eſt ab Eccleſia definitũ: nec deſunt Catholici Doctores, nunquã ideò damnati, qui Concilium ſuperius aſſerant Pontifice. Ita tamẽ ſtatuẽdum, ſupremam auctoritatem ſpiritualem, non Collegio Apoſtolorum, aut vniuerſitati Epiſcoporum, ſeu Concilio generali; ſed Petro, & ſuis ſucceſſoribus à Chriſto eſſe collatam: vnde meritò damnatus eſt libellus quidẽ, qui nuper prodijt ſine nomine auctoris, quo ille contendebat docere contrariũ: & inter articulos Ioannis Vuiclefi damnatos in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 8. hic 37. eſt, quòd Papa non ſit proximus Vicarius Chriſti. Nec verò Eccleſia vniuerſa ſuperiorẽ facimus Pontificem, cum illa intelligatur, quæ ſuis omnibus membris conſtat, & ipſum etiam caput Pontificem complectitur; vt in corpore naturali reliquis quidem membris caput ſuperius, non tamen toto corpore ipſo, quod & capite tanquam parte ſingulari conſtat, aſſerimus; nec Eccleſiã ipſam eſſe propter Pontificem: imò Pontificem propter Eccleſiam à Deo ordinatum eſſe, & poteſtatem illi non propter ſe, ſed propter ſalutem fidelium traditam dicimus: imponit verò nobis quòd ſcriptura ipſa ſacra, ſuperiorem Papã aſſeramus: nec enim eũ docemus poſſe, pro arbitrio, de ſcripturis, vel earũ ſenſu ſtatuere, nec hos, vel illos libros reijcere vt apocryphos, vel admittere vt Canonicos iudicamus prout faciunt hęretici, qui eo ſe ſuperiores ſcriptura ſacra, ſeu verbo Dei faciunt, quòd, ſpreto Eccleſiæ iudicio; quæ columna eſt, & firmamentum veritatis, de ſacris libris decernunt, & quos ſibi videtur, admittunt; neque ſuum iudicium ſcripturæ ſenſui accommodant; ſed ſcripturas ipſas in ſuum ſenſum detorquent, indeque non ſecus quàm Iudæi, ſuam perfidiam probare contendunt. Nos quidem dicimus Põtificem, ſupremum Eccleſiæ Paſtorẽ, nunquam ſine matura conſultatione, quin & ſpecialiter ei aſsiſtente Spiritu ſancto, de libris ſacris ſeu Canonicis iudicaturum, vt in hoc minimè ſit erraturus; & ſedis Apoſtolicæ eſſe, non priuati cuiuſque, iudicare de ſenſu ſcripturarũ. Nec tamen id eſt facere ſedem Apoſtolicam ſcripturis ſuperiorem; alioqui cùm velint aduerſarij ex priuato teſtimonio cuiuſque hominis Chriſtiani, qui fidei lumine imbutus ſit, cognoſci an ſcriptura ſacra ſit Canonica vel apocrypha: & ita doceat Caluinus lib. 1. Inſtitut. cap. 1. 2. & 3. certè, Chriſtianum vnumquemque faciunt ipſa ſcriptura ſuperiorem, qui turpiſsimus error eſt nouatorum.

inconſtans ſibi & Mornæus.

Et

Et porrò de animarum ſtatu, pro Indulgentiarum ſuarum modo, ſtatuere, Purgatorium claudere, Cœlum aperire, hos, aut illos, pro libito, aut in ſanctorum numerum referre, aut inferno addicere, Angelis imperitare, leges Dei ſuo arbitrio, an libidine reuellere poſſe: Deus proinde & ſupra Deum ipſe aut crederet, aut credi iuberet?

HAec omnia ſunt meræ impoſturæ. Quis enim Pontificum hoc credidit, aut credi iuſsit, ſe poſſe ſtatuere de animarum ſtatu, pro Indulgentiarum ſuarum modo: penes ſe eſſe ſaluare animas, & in cœlo collocare, ac bonorum illorum, *quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ Deus præparauit, diligentibus ſe*, participes efficere? Quis Pontificum vnquam plus ſibi arrogauit quàm Chriſtus Dominus, qui filijs Zebedæi petentibus in illius regno prima loca, reſpondit ſedere *ad dexteram, vel ad ſiniſtram in regno meo, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo*. An Pontifex nouit ſtatum animarum poſt mortem, qui in gratia, qui in peccato, qui vaſa miſericordiæ, aut qui vaſa iræ hinc decedant? (*Matth. 20.*) Indulgentias quidem concedit, nec de ſuo tamen, ſed de theſauro Eccleſiæ, hoc eſt, de Chriſti & ſanctorum meritis, ſumptas, quæ decedentibus hinc, in gratia, & in Purgatorio exiſtentibus animabus valeant, per modum ſuffragij: quemadmodùm & orationes quæ pro illis ab Eccleſia funduntur, & Miſſæ ſacrificium, quod pro eiſdem offertur: & eleemoſynæ, quæ à pijs fidelibus parentibus, aut amicis pro eis erogantur. Vbi tamen certum eſt, eos qui orationes, aut ſacrificium pro illis Deo offerunt, vel etiam eleemoſynas erogant; vt cum eis miſericordiùs agatur à Domino, quàm peccata illorũ meruerunt. Pro illarum modo de animarum ſtatu non ſtatuere: neque Purgatorium item claudere, aut inde animas, prout velit, educere, vel quas ſibi videatur; eò mittere indicat Pontifex in ſua eſſe poteſtate; neque vllus Pontificũ quicquam iſtiuſmodi definiuit de ſua iuriſdictione; neque Theologi Catholici id docent; neque illius iuriſdictionem ad Purgatorium porrigi tradunt, cui dictum ſit. *Quæ ligaueris ſuper terram, & quæ ſolueris ſuper terram*, vt Eccleſiæ militantis in terris, non illius, quæ in cælo triumphat, aut quæ patitur in purgatorio, paſtorem eum agnoſcamus. Cælum quidem aperire aut claudere illius eſt, ſed indirectè; quos enim in communionem Eccleſiæ recipit, his cælùm aperit: quos indè excludit, his item cælum claudit; & quibus à ſacerdotibus ipſis peccata remittuntur, his cælum aperitur, quibus verò tanquam indignis nõ relaxantur, his cælum claudi dicitur. (*Pontifex cælum aperit vel claudit ſed indirectè.*) Omnibus hæreticis extra communionem Eccleſiæ conſtitutis, certum eſt clauſum eſſe cælum. Neque pro libito Pontifex hos, aut illos in ſanctorum numerum refert, aut inferno addicit. Id quidem aſſerimus non eſſe priuatæ alicuius Eccleſiæ, ſed ſolum Pontificis Paſtoris vniuerſalis, in catalogũ ſanctorum aliquos referre. Nõ quidem quòd indè ſancti efficiantur, qui ab æterno electi erant ad gloriam, & qui iam antea in cælum, ob merita, recepti ſunt; ſed vt feſtis ſolemnibus, & publico cultu in Eccleſia honorentur, quorum ſingularem ſanctitatem multis miraculis in vita, & poſt mortem Deus teſtatam eſſe voluerit; vt certum ſit in canonizatione ſanctorum, Pontificem errare non poſſe, neque proponere toti Eccleſiæ aliquem ſolemni, ac publico cultu venerandum, qui iam ſanctus & in cælum receptus non ſit; vt nec definire poteſt aliquid tanquam de fide credendum ipſi Eccleſiæ, quod erroneum ſit: hæc doctrina vera eſt, & Catholica: cachinnetur, cum ſuis, Mornæus, quantùm velit. An verò quos in ſanctorum numerum non refert, ideò addicit inferno, cum multi ſint in cælo, quos ab Eccleſia in ſanctorum numerum conſtat nunquam eſſe relatos? An ideò, quia propter perfidiam, blaſphemias in Deum & ſanctos, in Eccleſiam, & Vicarium Chriſti, & pertinaciam in hæretica prauitate, Mornæus cum ſuis gregalibus, eidem addictus eſt: ideò eo à Pontifice, quem tot iniurijs proſcidit, tot impoſturis, & contumelijs laceſsiuit, addictum dicemus: cum certum ſit hæreticum hominem non ab alio, quàm à ſe ipſo damnatum eſſe? quomodò verò Angelis imperitat, cum eum, qui minor eſt in regno cælorum maiorem ſe, & in excelſiori ſtatu conſtitutum norit? cùm Chriſtum Dominum æternum Dei filium, quòd propter nos homo paſsibilis factus eſſet, paulò minus ab Angelis minoratum legat; ſe verò infinitis partibus Chriſto inferiorem, etiã prout homo paſsibilis erat, profiteatur? Qua verò ratione leges Dei, pro arbitrio, an libidine reuellat, qui non ſecus, ac quilibet Chriſtianorũ minimus, ſe Dei legibus ſubditum, nec in minimo præcepto diuino naturali, ſeu poſitiuo diſpẽſare ſe poſſe, non ignorat? An verò non iſti Dei leges reuellunt pro libidine, qui de ſacramentis à Chriſto Domino inſtitutis ſtatuunt, quod ſibi videtur; partim ea admittunt, partim reijciunt, & Eccleſiam per quam Deus nobis loquitur, audire contemnunt? An quando dixit Chriſtus, Apoſtolis: *Qui vos audit me audit, & qui me audit, audit eum, qui miſit me*, (*Luc. 10.*) de Apoſtolis tantùm, & nõ de ſucceſſoribus eorum, qui ſunt in Eccleſia Epiſcopi, cum Romano Pontifice Petri ſucceſſore loquebatur? Non audit Apoſtolos, neque Chriſtum, neque Patrem, à quo ille miſſus, Mornæus, qui pſeudoprophetis, & non Eccleſiæ Paſtoribus aures accommodat. Verùm quas Dei leges reuulſit Romanus Pontifex? an Decalogum, vel aliquam eius partem reiecit? aut quam Chriſti inſtitutionem, ſeu præceptum de fide, ſiue de ſacramentis ab Eccleſia excluſit? Inſignis igitur Impoſtoris omnia iſthæc mendacia, & calumniæ.

Digitized by Google

Adde, ſi vis, ad extremum apparatum, quæ Monachorum tot tantaque examina, quæ Mendicantium ordines quæ Cardinales purpuratos, quæ totam illam Pontificum pompam, Ianizeros adeò, & Mammalucos, ſuos tandem Ieſuitas, papalis exercitus quaſi Triarios vſquam noſſet.

Monachorū inſtitutio diuinitùs inſpirata, & ab apoſtolis fundata.

CIrca ſingula neceſsè eſt pauliſper immoremur. Ac primùm Monaſticam vitam à Deo inſpiratam eſſe, ab ipſis Apoſtolis fundatam, & à ſanctiſsimis Patribus excultam, ex antiquorum Patrum teſtimonijs facilè demonſtrari poteſt. Dionyſius Areopagita lib. de Eccleſiaſt. hierarch. par. 1. capit. 6. vocat *Initiandorum omnium excellentiorem, & ſublimiorem ordinem Monachorum*; & quo ritu, diuino cultui conſecrarentur, ibidem docet, vbi & iſta leguntur *Sancti præceptores noſtri (hoc eſt Apoſtoli) diuinis eos appellationibus ſunt proſequuti; partim θεραπευτὰς, id eſt cultores à ſincero Dei famulatu, atq; cultu, partim monachos ab indiuidua, & ſingulari vita appellantes, vtque illos ſanctis diuiſibilium complicationibus, in diuinam, & Deo gratam mouendam perfectionem promoueas.* Marcum Euangeliſtam Petri diſcipulum primum in Aegypto, & Alexandria, Euangelium quod conſcripſit, prædicaſſe, Eccleſias ordinaſſe, ibique Chriſtianorum Monachorum ſolitariæ vitæ leges dediſſe, docent Euſeb. lib. 2. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 15. & 16. & Nicephorus lib. 1. cap. item 15. & 16. & lib. 8. cap. 39. qui & volunt, ea, quæ ſcribit Philo libro de vita ſupplicum, de exercitij, ſtudijque eorum Philoſophiæ inſtituto, moribus, vita, rationeque conuerſationis omni, de primis Chriſtianis, qui remoti à cæteris in communi viuebant, & vitam Monaſticam profitebantur, intelligi: idque oſtendunt precipuè ex verbis ipſis Philonis, quæ citant. Clemens Romanus inſtituti Monachorum meminit Epiſtola 5. ad diſcipulos Hieroſolymorum. De Monachorum examinibus in Galatia, Capadocia, Bithynia, & ad Pontum Euxinum, & quomodò ſanctitate corū moti plurimi ex Gentilibus Chriſtianiſmum amplexati fuerint: legi poteſt Nicephorus libro 11. hiſtor. Eccle. cap. 41. qui & qualis ſit vita Monaſtica, quid ea profiteatur, & vnde initium ſūpſerit, ſcribit lib. 8. cap. 39. & Caſsiodorus item lib. 1. tripart. cap. 11. Sozomenus lib. 1. cap. 12. An non Monaſticæ vitæ cultor, & propagator fuit magnus ille Antonius, cuius nominis, & virtutum fama, non modò magnum illum Conſtantinum Imperatorem mouit, vt ad eum ſcriberet, & per litteras ſe eius orationibus commendaret; ſed etiam fere totum orbem impleuit; cuius vitam deſcribens magnus ille Athanaſius Alexandrinus, hæc inter cætera ait:

De Sancto Antonio Monacho.

Erant in monaſterio tanquam tabernacula plena diuinis choris pſallentium, legentium, orantium tantumque ieiunandi, & vigiliarum ardorem cunctorum mentibus ſermo eius afflauerat, vt futuræ ſpei auiditate ad charitatem mutuam, & miſericordias indigentibus exhibendas, iugi ſtudio laborarent, qui infinitam regionem quandam, oppidum, à mundana conuerſatione ſeiunctum plenum pietatis, & iuſtitiæ videbantur incolere. Quis tantum Monachorum agmen aſpiciens, quis virtutum illum concordiæ cœtum cernens, in quo nullus nocens, nulla detractio ſuſurronis, ſed multitudo abſtinentium, & certamen officiorum erat, non in hanc ſtatim erumperet vocem, quam bona domus tuæ Iacob, & tabernacula tua Iſrael?

Vide Athanaſ. in vita S. Ant.

At per totam illam hiſtoriam diuerſorum monachorum meminit, & eorum ſummè miratur inſtitutum, propoſitū, & profeſsionis votum. An non Baſilius ille magnus, Græciæ ſingulare ornamentum, vitæ monaſticæ cultor fuit, monaſticas leges edidit? vt teſtatur Amphilochius Iconij in eius vita, regulam, & formam viuendi Monachis dictauit, & numerum infinitum aggregauit. Gregorius Nazianzenus oratione in S. Athanaſium Monachorum priſcorum in partibus Aegypti commorantium meminit, & ſacra illa, ac diuina monaſteria appellat, in quibus homines à mundo ſe diſtrahentes, ac ſolitudinem amplectentes Deo viuunt, magis, quàm cæteri homines, qui in corpore verſantur: Monachorum etiam exercitia ita deſcribit oratione 12. *Vigiliæ, ieiunia, preces, lachrymæ, calloſa genua, pectoris conuerberationes, ſuſpirium ex imo manans, pernox ſtatio, mentis ad Deum peregrinatio, tenuis inter orandum fletus, audientium animos ad compunctionem incitans, pſallentes, Dei gloriam celebrantes, legem Domini, diu, noctuque meditantes, exaltationes Dei in gutturibus ferrentes &c.* paulò pòſt: *qui delicijs minimè ſtudere, pro delicijs habent; qui regni cœleſtis cauſa, humiles ſunt, qui in mundo nihil habent, & ſupra mundum exiſtunt, qui etiam in carne extra carnem viuunt, qui pro portione Dominum habent, qui propter regnum inopia laborant, & propter inopiam regnant.*

Grego. deſcrib. exercit. monache.

Diuus Auguſtinus lib. 1. de moribus Eccleſ. cap. 3. *Quis non illos miretur & prædicet, qui, contemptis, & reiectis huius mundi illecebris, in communem vitam caſtiſſimam, ſanctiſſimamque congregati, ſimul ætatem agunt, viuentes in orationibus, in Lectionibus, in diſputationibus, nulla ſuperbia tumidi, nulla pervicacia turbulenti, nulla inuidentia liuidi, ſed modeſti?* Diuus Chryſoſtomus tres libros ſcripſit aduerſus vituperatores vitæ Monaſticæ. D. Hieronymus epiſtola 4. Ruſtico Monacho viuendi formam præſcribit; vbi & filios Prophetarum in veteri Teſtamento monachos fuiſſe ſcribit, qui ædificabant ſibi caſulas, prope fluenta Iordanis, & turbis vrbium derelictis, polenta, & herbis agreſtibus victitabant. Ioannes Caſsianus probatiſsimus auctor de cœnobiorum inſtitutis ſcripſit; vbi omnium votorum, quæ Monachi emittunt, rationem reddit, atque eorum viuendi normam ita ſcitè depingit, vt non niſi diabolico ſpiritu agitentur, qui monaſticum ordinem perſequuntur, illique detrahunt. Quid verò in inſtituto vitæ monaſticæ reprehendendum? quid verbo Dei contrarium, aut ſincero Dei cultui, ac legi Euangelicæ repugnans? Suos Druidas,

Digitized by Google

Gymnoſophiſtas, ac Brachmanas celebrant Gẽtiles, qui à reliquis remoti viuebant, vt faciliùs rerum naturalium, ac cæleſtium contemplationi vacarent. Vnde igitur tantum odium Mornæo, & illius gregalibus in Monachos? ſcilicet quia ex patre Diabolo ſunt omnes hæretici, & deſideria patris ſui volunt facere. Vt monebat ſuos Monachos magnus ille Diuus Antonius apud S. Athanaſium: *Hoſtile illis dæmonibus, contra omnes Chriſtianos, maximè verò contra Monachos, & virgines Chriſti, odium eſt*: Atque ita omnes hæretici monaſticum ordinem ſunt perſecuti. D. Auguſtinus id teſtatur de Petiliano Donatiſta: *Deinceps*, inquit, *perrexit ore maledico in vituperationem monaſteriorum; & Monachorum, arguens etiam me, quod hoc genus vitæ à me fuerit inſtitutum*. Valens Arrianus Imperator, monachos varijs afflixit tormentis, lege etiam lata vt militarent, nolentes, fuſtibus iuſsit interfici: ſed hanc legem probat maximè quidam modernus ſcriptor in Apologia quadam pro Zoſimo, Chriſtianorum Impyſedulo obtrectatore. *Hac de cauſa Valentem*, inquit, *immeritò reprehenſum arbitror, nec deſunt, qui ea lege putant in vſum reuocata, redactiſque militares ad annonas ampliſſimis facultatibus, quas ignauæ pecudes* (ita Monachos honorificis titulis ſacrilegi iſti nebulones exornant) *abſumunt, & agmina cogi maxima poſſe contra Barbaros, & in armis perpetuo ſine Reipublicæ ſumptu aliquo, cuius ipſe quaſi ſanguis, & ſuccus vana maiorum ſuperſtitione* (ita monaſticum ordinem à ſanctis Patribus excultum impius ille appellat) *ventribus illis ceſſerit*. Idem ſcriptor proœmio in hiſtoriam Muſulmanam Turcarum, ad electores imperij, Chriſtianam religionem præ Turcica deprimit, *Ne Deruiſtaros quidem*, inquit, *qui ſolitarij ſunt à vita, quæ in actu conſiſtit, abſtinere videas, ſecus atque fieri, conſtat apud nos Chriſtianos, qui monachorum greges infinitos, graui cum onere Reipublicæ, nec vllo fructu, vel in togata, vel armata militia ventres nimirum pigros alimus*. Vt intelligas Mahumethi, an Chriſto, Turcicæ ſuperſtitioni, an Chriſtianæ religioni magis ſint addicti, Lucius ille Arrianus hæreticus Orthodoxos perſecutus eſt & varijs gladibus afflixit, vt ea ab eo geſta ſint, quæ nec in perſecutionibus Gentilium memorantur. Sed maximè in Monachos arma furoris ſui conuertit: vnde conſtat noſtram Eccleſiam, que tot ordines habet monaſticos, cum antiqua illa primitiua, & Apoſtolica, in qua ab initio tot ſanctiſſimorum monachorum agmina, vnam eandemque eſſe; hanc verò reformatam, & puriorem cum antiquis hæreticis maiorem habere affinitatem. Et in immenſum opus excreſceret: ſi omnia quæ ſancti illi Patres in laudem monaſticæ vitæ ſcripſerunt, hoc loco colligerem.

Omnes hæretici Monaſticum ordinẽ ſunt perſecuti.

Lib. 3. con. eundem cap. 40.

Ioãnes Leũclauius.

Poſt Monachos, Mendicantium ordines attigit; qui quatuor præcipui ſunt, inſtituti à ſanctiſsimis illis Patribus. Ordo quidem Eremitarum à D. Auguſtino magno Eccleſiæ Doctore: Carmelitarum ab Elia, & Eliſæo, & filijs Prophetarum ſuam primam originem repetens, de quibus in Concilio illo magno Lateranenſi; *Ordinem Eremitarum D. Auguſtini, & Carmelitarum in antiquo ſuo ſtatu manere volumus*: Prædicatorum vero à ſancto Dominico, Minorum à ſancto Franciſco inſtitutus: quos non immeritò oderunt noſtri aduerſarij, & ex omnibus Prouincijs quas occuparẽt, exegerunt: cum illi magno ſẽper vſui fuerint Eccleſiæ, & egregiam operam propugnandæ fidei Catholicæ, & oppugnandis, ac confutandis hæreſibus nauarint. An verò non inſtitutio horum Ordinum inſtituto primitiuæ Eccleſiæ, in qua omnia in commune conferebantur, & ad pedes Apoſtolorum adferebantur, & nemo ſuum aliquid eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia, maximè conſentanea eſt? etſi non eſſent iam tùm temporis quatuor illi Ordines mendicantes, & alij poſteà ſub eodem titulo ab Eccleſia approbati; an ideò ſcriptura ſacra prohibet huiuſmodi vitæ inſtitutum, cum è contra Chriſtus ſuis id maxime cõmendarit: *Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus*? Quid aliud profitentur, præter præcepta, quibus omnes Chriſtiani obſtringuntur; niſi ſe Conſilia Euangelica obſeruaturos, vt, per paupertatem, bonis externis renuncient, per obedientiam, animum, per caſtitatem, corpus ipſum Deo tradant? in quo quid tandem peccati eſt, quod Euangelicæ legi aduerſetur? de loco verò Matthæi ſupra citato ita Caluinus. *Fateor*, inquit, *hunc locum fuiſſe à quibuſdam ex Patribus malè intellectum, atque hinc natam eſſe voluntariæ paupertatis affectationem*: Scilicet Ariſtarchus ille cenſor eſt, & iudex à Deo datus cuius ſit ferre ſententiam, quandò, & vbi Patres rectè, aut perperam ſcripturas intellexerint; vbi & mendicantes, ſophiſtas cucullatos *appellat*, & quot ſunt hodiè monaſteria, tot ſcilicet eſſe ſchiſmaticorum conuenticula, qui turbato Eccleſiaſtico ordine à ſocietate, fidelium legitima, ſint execti, & varia factionum nomina ſibi indidiſſe, dum pro Chriſtianis, alios Benedictinos, alios Franciſcanos, alios Dominicanos vocari audimus. An verò quia vario habitu diſtincti incedunt, & alij ſub regula ſancti Auguſtini, alij ſub regula ſancti Benedicti, aut ſancti Franciſci militant: cùm in doctrina S. R. E. omnes conueniant, & cum omnibus Chriſtianis in eandem prorſus fidem conſpirent, ac omnes vnum & idem dicant; ideo ſchiſmatici ſunt? Hoc quidem diſtincti ſunt à reliquo Chriſtianorum cætu; quòd, cùm lex Euangelica præceptis conſtet, & conſilijs, omnes Chriſtiani præceptis ipſis obligentur, iſti verò ſibi & aliud iugum ſponte impoſuerint obſeruandorũ conſiliorum Euangelicorum; vt rerum temporalium depoſita ſarcina, ſeipſos prætereà Deo totos conſecrando, faciliorem, & expeditiorem viã ad rerum cæleſtium contemplationem, & comparandam gloriam æternam, ſibi pararent. Sed nimirum iſti cum Vvicleſo, meritò condemnati ſunt in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 8. cuius articulus 20. eſt. *Si quis ingreditur religionem priuatam*

De ordinibus mendicantium.

Ord. Auguſt. & carmelit. Approb. in concil. Lat.

Matth. 19.

Li. 4. Inſtio c. 3 ſect. 13

qua

qualemcumque, tam poſſeſſionatorum, quam mendicantium, redditur ineptior, & inhabilior ab obſeruantiam mandatorum Dei. 22. Sancti inſtituentes religiones priuatas ſic peccauerunt. 25. Religioſi viuentes in religionibus priuatis, non ſunt de religione Chriſtiana. De hoc argumento legi poteſt Card. Bellarm. lib. de Monach. cap. 45. Nec verò diffitebor Eccleſiam illam primitiuam, ab exordio ſui; & deinceps, hoſtes habuiſſe Lutheranos, Zuinglianos, Anabaptiſtas, Caluiniſtas, & ſuos Mornęos: ſiquidem habuit etiam ſectatores Simonis Magi, Ebionis & Cerinthi, Valentinianos, Marcionitas, & alias eiuſmodi peſtes, quæ erant tum ſectæ variarum hæreſeon, opera diaboli in mundũ inuectæ, Eccleſię Chriſti doctrinam corrumpentes, quos noſtrorum temporum ſectarij probè imitantur; cùm tamen nomina variorum ordinũ in Eccleſia Dei non ſint nomina diuerſarum ſectarum ſeu hæreſeon; ſed vnius inſtituti vitæ Apoſtolicæ, quod ad varia ſtudia operum charitatis referri poteſt. Neque D. Auguſtinus, Diuus Benedictus, & alij religioſorum ordinum fundatores in Eccleſia nouas doctrinas, quas ſui diſcipuli ſequerentur, inſtituernnt. Tertio loco Mornæus inſectatur purpuratos Cardinales.

De Cardinalium Collegio.

Totam illam Pontificum pompam, & vt loquitur *Ianizeros, & Mammalucos*: Ex quo cuiuis colligere licet, quàm Turcicum ſit Mornæi pectus magis, quam Chriſtianum: *Nam & loquela illius, manifeſtum eum facit*. Quæ atrocior iniuria excogitari poteſt, quàm ſacrùm illum ordinem S. R. E. Cardinalium, ad quos præcipua negotia Reipublicæ Chriſtianæ, cui præeſt ſummus Pontifex, deuoluuntur, Ianizeris & Mammalucis Chriſtianæ religionis iuratis hoſtibus, ex Chriſtianis parentibus in diaboli mancipia aſſumptis, conferre? nec tàm graue, & moleſtum eſt Mornæo, ab Amurathe II. Turcarum principe inſtitutum ordinem Ianizerorum, quorum opera adeò creuit Turcicum illud imperium, ſubiugatis tot Chriſtianorum regnis, & Prouincijs: quàm ſummum Pontificem Chriſti in terris Vicarium, euocare, & adſciſcere ſibi, exemplo Moyſis ex Chriſtiano orbe, ſapientiſsimos illos Patres, quorum opera in regimine Eccleſiæ vtatur. Etſi verò nõ adeò antiquum ſit nomen Cardinalium; dignitatem tamẽ & officium (quod maxime ſpectandum eſt) conſtat eſſe antiquiſsimum: Illud enim certum, qui nunc Cardinales vocantur, eos olim Presbyteros, vel Diaconos vrbis Romæ, vbi arx erat Chriſtianæ religionis, appellari ſolitos: Idque communi ſenſu receptum eſt; ſanctum Petrum, cum Romæ ſedem poſuiſſet, ex omnibus Chriſtianis probatiſsimos quoſdã elegiſſe, quos manuum impoſitione partim Presbyteros, partim Diaconos ordinauit: diſtributis vtrique ordini ſuis muneribus; nec dubium quin eorum opera, in adminiſtratione Eccleſiæ, vteretur: Sed cum adhuc exiguus, & incertus eſſet Presbyterorum numerus. Clerus Pontifex à ſancto Petro tertius, eos ad quinque & viginti redegiſſe ſcribitur. Euariſtus qui Pontificatum geſsit anno Domini 96. parochias diuiſit, vt ſuam quiſque Diœceſim noſſet, & in eam excolendam incumberet, quæ parochiæ deinde tituli dictæ ſunt: & quidem tam antiqua origo Cardinalium, licet nomen non ſit adeò antiquum. Ad Concilium Nicænum Silueſter Papa miſit Oſium Cordubẽſem Epiſcopum, Victorem, & Vincentium Presbyteros vrbis Romæ. Ad Concilium Africanum, cui interfuit Auguſtinus, Zoſimus Papa miſit Fauſtinum Epiſcopum Potentinum, Philippum, & Aſellum Presbyteros vrbis Romæ. In cauſa appellationis ſuper depoſitione Epiſcopi, decreuit Concilium Nicænum: Papam committere cauſam Epiſcopis vicinis debere, aut è latere ſuo Presbyterum mittat, vbi legati à latere tempore Concilij Nicæni ante 1200. annos. Silueſter miſit ad Cõcilium Arelatenſe, Claudium, & Habitum Presbyteros, Eugenium, & Quartũ Diaconos Eccleſiæ Romanæ. De his iam ſuo tempore loquitur D. Hier. *Eccleſia, Senatum habet Presbyterorum, ſine quorum conſilio nihil monachis agere licet. Senatum quoque Romani habebant, cuius conſilio cuncta agebant; & nos habemus Senatum noſtrum catum Presbyterorum.* Non dubium equidem, non fuiſſe ab initio tantum dignitatis illius ſplendorem, vt cùm poſtea ſoli, tùm ad Pontificum conſilia, tum ad Pontificis electionẽ, adhiberi cœpti, atque etiam ex his ferè ſolis, Põtifex eligi. Idque ſcribit Sigonius; cum Rom. Pont. creatio, Cardinalibus præcipuè permiſſa eſt, quod fuit anno Domini 1059. eorum nomẽ cœpiſſe in Eccleſia magis, ac magis celebrari. De his Petrus Damianus, qui viuebat anno Domini 1050. *Romani*, inquit, *Cardinales, Romanum Pontificem principaliter eligunt, & quibuſdam alijs prerogatiuis non modò quorumlibet Epiſcoporum, ſed etiam Patriarcharum, atque Primatum iura tranſcendunt, ſaluo quippe vniuerſalis Eccleſiæ ſacramento, iſti ſunt oculi vnius capitis, ipſi lucerna huius candelabri.* Antiquiſsima igitur inſtitutio Cardinalium, immò ipſi Eccleſiæ coæua, licet nomẽ, aut ſplendor dignitatis, non ita antiquus; nec verò, ſacrilegis iſtis, mirum eſt, exoſam adeò eſſe hanc dignitatem, vt qui Pontificem Antichriſtum, Eccleſiam Romanam ſedem Antichriſti appelant: quos meritò cum Ianizeris, & Mammalucis conferre liceat: ſiquidem iſti ex Chriſtianis parentibus renunciato Chriſto, in militiã Turcarum aſſumpti, multò crudeliores ſunt Chriſtiani nominis hoſtes, quàm Turcarum reliqui. Ita perduelles iſti ab Eccleſia Catholica Apoſtatæ, multò crudelius ipſam inſectantur, & perſequuntur, quàm vel Saraceni ipſi. Vltimo loco Ieſuitas aggreditur,

in c. 3. Eſa.

de Ieſuitis.

Papalis exercitus, inquit, *quaſi Triarios*: Equidem ex illa ſocietate, tanquam ex equo quodam Troiano, prodierunt multi Patres doctrina valdè inſignes, qui operam ſuam Eccleſiæ Chriſti, in defendenda fide Catholica, & confutandis hæreſibus; valdè vtiliter accommodarunt: vndè verò illis Mornæus inuidiam, vel odium concitare ſe putat, indè magnã gloriam comparat; quod enim maioris gloriæ ſignum eſt, quam ab iſtis, Triarios Pontificis, hoc eſt exercitus Dei viuentis, formidabilem hoſtibus, & inexpugnabilem quandam phalangem appellari? Qui eſſent

Digitized by Google

ſent triarij, conſtat ex Liuio, lib. 8. vbi rationem, & modum componendi Romani exercitus deſcribit. De eiſdem Vegetius lib. 2. de re milit, vt inde conſtet, nihil vetare *ridentem dicere verũ*, nec incongruum Triariorum nomen Patribus iſtis, hoſtibus ipſis formidoliſsimis aptari; Nec modò ex Patribus Societatis, ſed ex alijs ordinibus compoſitus eſt Dei exercitus, vndè in diès prodeunt viri doctrina, & pietate eximij, ex quibus & robuſtiſsimi quique milites in Triarios eligi valeant, vt omnes Diaboli acies proſternere, ac penitùs fundere nullo negocio poſsint.

Et in his tamen iam Eccleſiæ veſtræ cardo, quæ de neceſſitate ſalutis credi oporteat, à quibus vel tantillum diſcedere nefas. In his Bellarminus & Baronius toti: vt qui de apicibus illis ſuis vel apiculum decuſſerit Ethnicus, & publicanus habeatur. His (præcipuè quæ Papam ſpectant) qui acquieuerit, quod cuiuis notum, hæreticus aliàs licet, profanus, Atheus, Catholicus, & Orthodoxus audiat.

IN quibus noſtræ Eccleſiæ cardo, & quæ de neceſsitate ſalutis in ea credenda eſſe doceamus, à quibus vel tantillum diſcedere nefas, fingit pro arbitrio Mornæus, neque enim monachos, aut mendicantes, aut Cardinales, aut Ieſuitas ad articulos vel concluſiones fidei referimus; aut in his quæ de neceſsitate ſalutis ſunt credenda, directè ponimus; indirectè tamen nemini dubium eſt, ea à nobis credi oportere. Dicimus enim Eccleſiam à Chriſto inſtitutam, terribilem eſſe, & velut caſtrorum aciem ordinatam, Reginam eſſe, quæ à dextris Chriſti aſsiſtat circumdata varietate: id eſt varijs ordinibus ſanctiſsimè inſtitutis, venuſtiſsimè ornata: eſſe inſtar ciuitatis illius cœleſtis Hieruſalem ordinatam, in qua ſunt Angeli aſsiſtentes, & miniſtrantes in miniſterium miſsi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis: Cardinales S.R.E. eſſe velut Angelos aſsiſtentes Pontifici; Epiſcopos per diuerſas regiones ac prouincias inſtitutos à Pôtifice, velut Angelos miniſtrantes: Vtroſque (quod docet. In lib. de poteſtate Eccleſiaſt. quæſt. 102. art. 2. Auguſtinus Anconitanus. 3. parte tit. 21. cap. 1. & 2. D. Antoninus, & lib. 1. ſummæ de Eccleſia cap. 80. Turrecremata) duplicem Apoſtolorum ſtatum, duplicemque reſpectum ad Chriſtum referre. Alterum, cum adhuc viuenti, & in terris verſanti aſsiſtebant, & ad omnia præſtò erant, veluti à latere illi eſſent: Alterũ verò, cum recepto Spiritu ſancto, & induti virtute ex alto, profecti ſunt in omnes terras ad diſſeminandum Euangelium, & populos in fide inſtituendos. Cum igitur Romanus Pontifex Chriſti vices ſuſtineat in terris, ac perſonam referat; Ita Cardinales qui illi continuò aſsiſtunt *Seniores populi, orbis Iudices, Collaterales, coadiutores*, vt eos vocat D. Bernardus, priore illo modo Apoſtolos referunt; Epiſcopi verò, qui ſinguli ſingulis præſunt, vel ciuitatibus, vel prouincijs, ab eo inſtituti: poſteriorem. Qui itaque ſacrum illud Collegium improbat, nihil dubium, quin ordinis à Chriſto Domino inſtituti, pro regimine Eccleſiæ, hoſtis ſit iudicãdus. Quod ad monachos, mendicantes, & Ieſuitas pertinet; vt id certa, & indubitata fide tenendum eſt, Eccleſiam in his, quæ ad fidem, aut mores pertinent, definiendis nulli errori eſſe obnoxiam: ita, in approbandis nouis ordinibus, non ab alio, quam à Spiritu ſancto dirigi: Conſtat autem Monachorum, mendicantium, & Societatis Ieſu ordines, à Pontificibus ipſis, & à ſacris Concilijs eſſe approbatos, adeò vt, quod hæreticorum eſt, Pontificis, & Conciliorum authoritatem euertat, qui iſtos ordines improbat. Quemadmodùm itaque de neceſsitate ſalutis eſt directè credere, vnam eſſe Chriſti Eccleſiam, cui præſit vnus ſupremus Paſtor Romanus Pontifex; credere item Concilijs legitimè congregatis, præeſſe Spiritum ſanctum, nec ea poſſe aliquid toti Eccleſię proponere credendum, quod ſit erroneum, nec Eccleſiam poſſe aliquem nouum ordinem probare, qui non ſit inſpiratione quadam diuina inſtitutus, & alicui beneficio, aut ſubſidio Eccleſiæ, ad hominũ ſalutem, futurus: ita qui hos ordines ſubſannat, & improbat, quæ de neceſsitate ſalutis credenda ſunt, indirectè, & ex conſequenti inficiatur, & improbat. Ab his verò quæ de neceſsitate ſalutis ſunt directè, vel indirectè credenda, tantillũ diſcedere nefas iudicamus. Hoc enim priuilegium ſingulare eſt reformatæ Eccleſiæ ſectatorũ, quicquid libet, licere credere: vt ex hominum voluntate ſacrorum dogmatum fides æſtimetur. Verùm Catholici, & maximè, qui ſunt in ſacris libris eruditi, quales Illuſtriſsimi Cardinales, Baronius, & Bellarminus, dicebat Baſilius magnus Præfecto Valentis Modeſto: *ne vnam quidem ſyllabam diuinorum dogmatum prodi ſinunt: ſed pro iſtorum defenſione ſi opus ſit, nullum non mortis genus libenter amplectuntur*. Neque verò noſtrum fidem in hoc totam docemus conſiſtere, ut, in his, quæ ad Papam ſpectant, quis acquieſcat; ſed eo potiſsimum nunc temporis Catholici ab hæreticis diſcernuntur, quod Catholici ſubſunt Romano Pontifici, illum Vicarium Chriſti, & ſucceſſorem Principis Apoſtolorum agnoſcunt, eandem cum illo fidem, per totum Chriſtianum orbem diſperſi, profitentur: nec licere ſibi putant, pro arbitrio, fidem nouam confingere, aut tantillum à communi fide Eccleſiæ diſcedere. Hæretici verò nouam Eccleſiam, & nouam fidem ſibi comminiſcuntur, Romanum Pontificem Antichriſti, ſeu hoſtis Chriſti loco habent. Nemo igitur hęreticus, aut Atheus, Orthodoxus, aut Catholic9 apud nos audit.

Et

Et in Eccleſia igitur iſta tua, ex Patribus, Concilijs, hiſtorijs etiam veſtris, probanda, (neminem recuſo) eſt quod iam deſudes nobis.

EX ipſa ſcriptura, ſanctis Patribus, & Concilijs, quin & ex hiſtorijs ſatis probatur noſtra Eccleſia: ſiquidem Eccleſia noſtra eſt illa, de qua Chriſtus Petrum alloquens: *Tu es Petrus*, inquit, *& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*: Eccleſia noſtra eſt, in qua ſunt chariſmata illa quæ enumerat Apoſtolus, *Alios dedit Apoſtolos, alios Prophetas, alios Euangeliſtas, alios Paſtores & Doctores*. Eccleſia noſtra eſt, in qua tot ſanctiſsimi Patres fidem Catholicam contra hæreticos adeò ſtrenuè propugnarunt, & in fidei controuerſijs ſedem Apoſtolicã, Romanum, inquam Pontificem conſuluerunt, eoſque iudicarunt Catholicos, qui cum Romano Pontifice communicabant. Eccleſia noſtra ex quatuor illis primis Cõcilijs generalibus probatur, ad quæ ex toto orbe conuenerunt Epiſcopi, eiuſdem cum Romano Pontifice, communionis. Ex hiſtorijs antiquis item conſtat, hanc regulam fuiſſe obſeruatam, vt nullum in Eccleſia Concilium, ſine Romani Pontificis auctoritate, celebraretur, neque oportere abſq; ſentẽtia Epiſcopi Romani decreta Eccleſijs ſancire. Socrat. lib 2. cap. 5. & 13. Theodoret. lib. 2. cap. 22. & lib. 5. cap. 10. Sozomenus lib. 3. cap. 9. Iulius Põtifex Romanus ad Epiſcopos, qui Antiochiæ conuenerant, ſcribens, eos incuſat, quòd contra leges Eccleſiæ, eum ad Concilium non vocarent. *Nam legem eſſe ad ſacerdotij dignitatem ſpectantem, quæ pronunciat acta illa irrita eſſe, quæ præter ſententiam Epiſcopi Romani conſtituuntur.* De auctoritate Rom. Pontif. in Concilijs generalibus, adeòque in tota Eccleſia, quid ſenſerit Cõcilium Chalcedonenſe, legi poteſt actio 2. & Euagrius lib. 2. cap. 4. Quæ verò Concilia vnquam non ſunt celebrata Romani Pontificis auctoritate? Non igitur alia eſt Eccleſia, præter noſtram, quæ ex Concilijs probari poſsit. Hiſtorias verò noſtras appellat, ex quibus, qui fuerunt antiquitùs conſtituti Canones, quę ratio celebrandorum Conciliorum, quæ Romani Pontificis auctoritas ſupra cæteros orbis Epiſcopos, facilè colligimus: & meritoquidem; nec enim Eccleſia antiqua, quam ex ipſis hiſtorijs probamus, cum hac nupera iſtorum Euangelicorum habet aliquid affinitatis. Ex quibus verò Patribus, Concilijs, aut hiſtoriis iſti ſuam probant? ex quibus ſcripturis, niſi valdè obſcuris perperàm intellectis, & interpretatis. Illius certè veſtigia aliquot non diffiteor in hiſtorijs antiquis, & in Patribus oſtendi: Cum de Donatiſtarum, Arrianorum, & aliarum ſectarum Eccleſiis loquuntur; *Quarum ſi ſenſum requiras* (ait Tertullianus) *facilius Apoſtaticum inuenias, quam Apoſtolicũ, Marcione ſcilicet conditore vel aliquo de Marcione examine*: Ita Luthero, Caluino, vel de illo examine Mornæo. Et certè non entis nulla demonſtratio, nec probatio, nec ſcientia poteſt dari; falſum autem, & non ens, æquè, vt verũ, & ens, conuertuntur. Cùm ergò Eccleſia hæc purior Mornæi falſa ſit Eccleſia, & ſolo nomine ad placitum, ab iſtis impoſito; non eſt quòd exigamus a Mornæo probationem ſuæ Eccleſiæ, niſi recipiat ſe probaturum, & Belzebuth eſſe Chriſtum, & tenebras eſſe ipſam lucem, & mendacium ipſam veritatem: *Iſti ſimiarum more* (quod de Nouatiano ſcribebat Cyprianus) *quæ cùm homines non ſint, homines tamen imitantur, volunt Eccleſiæ ſibi auctoritatem, & veritatem vindicare, quandò ipſi in Eccleſia non ſint, imò adhuc inſuper contra Eccleſiam rebelles, & hoſtes extiterint.*

Matth. 16.

Cõcilia generalia Romani Pontificis autoritate celebrata.

Lib. 4. contra Marcionem cap. 5.

Epiſtol. 73 ad Iubaianum.

At pergis tu interrogare contra diſputandi rationem, Eccleſiam noſtram erraſſe; & ita quidem, vt Chriſti hoſtem pro Chriſti Vicario exceperit, cui fiat veriſimile? & lues illa porrò, quam dicis, quandònam, & quà parte obrepſit?

CVm fateantur aduerſarij ipſa veritate cõuicti, Eccleſiam Romanam fuiſſe aliquandò veram Chriſti Eccleſiam, & Epiſcopum Romanum legitimum fuiſſe illius ſponſum, eam item fuiſſe Chriſti Eccleſiam, quæ toto orbe terrarũ eſſet diffuſa, ſed poſtea à Chriſto apoſtataſſe, ac loco religionis ſuperſtitionẽ, & idololatriam amplexatam fuiſſe, adeòque deſijſſe eſſe veram Chriſti Eccleſiam, *quæ Chriſti hoſtem pro Chriſti Vicario exceperit*: veſani iſti impudenter affirment, meritò ex illis quærimus, *cui id fiat veriſimile*: Nec enim certè in minori cæcitate verſaremur, quã Iudæi, qui vero Meſsia negato, alium in dies præſtolantur, ita nos hoſtem Chriſti, Antichriſtum exceperimus, ſicque tamdiu Chriſtianus orbis inductus ſit in tantam fraudẽ; ſiquidem omnes hæreſes quandò, vbi, & quibus auctoribus exortæ ſint, & quandò ab Eccleſia damnatæ, hiſtoriæ, ſeu Annales temporum notarunt. Quando igitur perfidia loco fidei, ſuperſtitio loco religionis, in Eccleſiã noſtrã, obrepſit? Hiſtoriæ tùm Græcorum, tùm Romanorum, qua Olympiade, quibus Conſulibus, aut quo anno ab orbe condito aliquid geſtum ſit, quod dignũ eſſet, vt illius memoria ad poſteros propagaretur, obſeruarunt. Cum igitur omnium intereſſet, ſcire in quo verus Dei cultus conſiſteret, quid religionis, quid ſuperſtitionis, aut idololatriæ loco habendum eſſet, & vbi, & apud quos eſſet vera Eccleſia, id meritò quærimus ab aduerſarijs, quandò Antichriſtus intruſit ſe in Eccleſiam, quæ eum pro Chriſti Vicario exceperit, & quandò tantùs error primùm in Eccleſiã obrepſit. Reſpõdet primũ magnus iſte Dialecticus, id eſſe contra diſputãdi rationem: quaſi verò cũ iura partiũ obſcura ſunt, nõ reo potiùs fauendũ ſit, quam actori; & probatio actori incumbat,

non reg: Nos uero in magnũ crimen vocamur ab illo, vt qui ſimus idololatriæ, & ſupſtitioſi, immo Eccleſia noſtra, quæ Antichriſtum, pro Chriſti Vicario, exceperit; non igitur contra diſputandi rationem, ſi actorem Mornæum interrogemus, quando primùm Eccleſia noſtra errauerit, & cui fiat veriſsimile, vt, pro Chriſti Vicario, hoſtem illius exceperit, & quandò lues illa primũ, hoc eſt ſuperſtitio, & idololatria, vel etiam Antichriſtus ipſe obrepſerit. Tandem ne videatur Mornæus ſubterfugere, reſpondet, & quidem valdè ſubtiliter, & ingenioſè.

Audi mi homo, ne te hæc præpoſtera fiducia decipiat, errauerunt Angeli in cælo, errauit primus parens in Paradiſo: errauit Iacob, inter ipſas Dei viſiones: Iſrael inter quotidiana miracula in deſerto; Errauit Eccleſia Dei ſponſa, ſub Iudicibus, ſub Regibus in conſpectu Arcæ Domini, increpantibus, licet Prophetis, in terra illa ſacra, ſub primo ſæpiſſimè templo, nec minus ſub ſecundo.

QVæ verò conſequentia: ergò errauit Eccleſia quæ ſuper Petrum ædificata eſt à Chriſto, quam in Symbolo fidei vnam ſanctam Catholicam Apoſtolicam profitemur: Multò certè magis; indè colligitur nouos iſtos Euangelicos errare: nàm primum Satanæ, & aliorum Angelorum peccatum fuit ſuperbia, ex communi ſententia ſanctorum Patrum, & Theologorum, quæ *inordinatus eſt appetitus propriæ excellentia*: cum enim ſe viderent in tanta creatos eſſe dignitate, de hac cœperunt gloriari, ac ſi à ſemetipſis, & non à Deo omnia eſſent conſequuti, neque eam in Deum authorem retulerunt, eique ſubijci recuſarunt, vt docet D. Auguſtinus li. 11. de ciuit. Dei cap. 13. & concione 2. in Pſal. 70. & Greg. lib. 34 moral. cap. 14. ita hæreſes non aliundè quam ex ſuperbia, naſcuntur: *Quis hæreticorum non in ſuperbiam extollitur?* ait D. Hieronymus in cap. 1. Abdiæ, *Eccleſiæ ſimplicitatem paruipendens & fidem, imperitiam reputans?* & in cap. 16. Eſaiæ: *Quis hæreticorum non ſuperbus eſt, qui Eccleſiaſticam deſpiciens ſimplicitatem, ita habet Eccleſiæ homines quaſi bruta animalia, & in tantum ſuperbiæ iniuriæque tumorem erigitur, vt contra ipſum Creatorem armet os ſuum, detrahens Prophetis eius.* Et D. Auguſtinus lib. de Paſtor. cap. 8. *Diuerſis locis*, inquit, *ſunt diuerſæ, ſed vna mater ſuperbia omnes hæreſes genuit, ſicut vna mater noſtra Catholica Eccleſia, omnes Chriſtianos fideles toto orbe diffuſos.* Nonne quemadmodùm *Lucifer, ſua ſuperbia, velut priuata poteſtate elatus*, vt ſcribit idem *ſuo recuſauit eſſe ſubditus creatori, & à ſocietate ſanctorum Angelorum* ſe ſeparauit, *cæteriſque Angelis author fuit à Deo deficiendi*: ſic iſti per ſuperbiam, Chriſto ſubeſſe nolunt, dum miniſtris ab eo ordinatis ſubijci recuſant, & ab Eccleſia Catholica, à ſocietate, inquam, ſanctorum recedunt, quotquot poſſunt in eandem ſecum perditionem conijcientes; idem alio loco: *Lucifer qui mane oriebatur, & cecidit, poteſt intelligi Apoſtatarum genus vel à Chriſto, vel ab Eccleſia: quod ita conuertitur ad tenebras amiſſa luce quam portabat, quemadmodum qui conuertuntur ad Deum à tenebris ad lucem tranſeunt, id eſt, qui fuerunt tenebræ, fiunt lux.* An defecimus ab eorum Eccleſia? an non iſti à noſtra? non igitur nos; ſed illi reprobos Angelos in cælo imitatur, cum de cælo, hoc eſt de Chriſti Eccleſia quæ etiã Regnum cælorum in ſcriptura dicitur, ſeſe in barathrum inferni miſerè præcipitant.

peccatũ Angelorum ſuperbia.

Hereſes ex ſuperbia nata.

Lib. 11. de ciuit. Dei cap. 13.

Lib. 11. de Geneſi ad lit. ca. 24.

Errauit quidẽ primus parẽs in Paradiſo,

NOn tamen peccato infidelitatis, aut hæreſeos, vt aliquem haberet errorem in intellectu: *ſicut enim Aaron erranti populo ad idolum fabricandum, non conſenſit inductus, ſed ceſſit obſtrictus* (vt ſcribit D. Auguſtinus) *Nec Salomonem credibile eſt errore putaſſe idolis eſſe ſeruiendum ſed blandicijs fæmineis ad illa ſacrilegia fuiſſe cõpulſum: ita credendam eſt illum virum ſua fæmina vni vnum, hominem homini, coniugem coniugi, ad Dei legẽ transgrediendam, non tanquam verũ loquenti credidiſſe ſeductum, ſed ſociali neceſſitudine paruiſſe.* Ita certè errare poteſt quilibet in Eccleſia exiſtens, quę nõ ex iuſtis dumtaxat, ſed & ex peccatoribus cõſtat, nec ideò dicitur ſancta: quod omnes in Eccleſia ſancti ſint, immunes à peccato; ſed & à ſãctitate doctrinæ, à ſanctitate itẽ morum, eo ſenſu quòd nemo extra illam ſanctus; quodque, quemadmodùm in ea peccatores, ita perpetuò ſint aliqui iuſti, & ſit inſtar magnæ domus, in qua ſunt vaſa aurea, & argentea, lignea item, & fictilia. Si igitur errauit Eccleſia, vt Adam in Paradiſo: non certè in ſuperſtitionis, aut idololatriæ, aut etiam hæreſeos crimen; ſed in aliud peccatum, contra diuinum aliquod præceptum magis lapſa fuerit; cum tamen ita vnquam erraſſe totam Eccleſiam ſine temeritate aſſeri minimè poſsit, vt cui nũquam defuerint homines ſanctitate vitæ valdè inſignes & ambulantes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini, qui ſint velut lilium inter ſpinas: lucerna lucens in caliginoſo loco, luminaria in mundo fulgentia.

D. Aug. li. 14. de ciuit. Dei ca. 11 & l. 11 de Geneſ. ad lit. c. 42

Errauit (inquit) *Iacob inter ipſas Dei viſiones.*

NOn certè quod ſuperſtitionis aut idololatriæ crimine laborauerit, aut diuinis promiſsionibus minùs credulus fuerit, aut diuinas apparitiones illuſiones quaſdã reputauerit, aut quid ſibi vellẽt viſiones illæ, & diuinę promiſsiones, minùs intellexerit; aut quod putauerit verũ eſſe, quod eſſet falsũ, aut falſum, quod eſſet verũ; ſed eo ſenſu errauit, quod pergẽs iuſſu parentum in Meſopotamiã Syriæ, aliquãdo à recta via deflexerit, quę propria eſt ſignificatio uerbi eo sẽſu quo Geneſis 37. dicitur, *Vir quidã inueniſſe Ioſeph errãtẽ in agro*, Mornæus quemadmodũ

quo ſenſu errauerit Iacob.

sub-

Digitized by Google

ſubtiliter, & ingenioſè paulò infrà probat, ex equo illo Troiano in vrbem recepto reclamantibus multis inſidias veritis, & ſubodoratis, in Eccleſiam noſtram Græcarum impietatum epitomē receptā: ita errores πολυτρόπου illius Vlyſsis. (Hō. Oδυσσ.) ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε; noſtræ Eccleſiæ poterat accommodare, indeque oſtendere eam erraſſe. Licet verò Iſrael errauerit; at non Moyſes, neque Aaron, neque Leuitæ, adeoque Synagoga ipſa, in his, quæ ad religionem, & Dei cultum ſpectabant, de quibus à Deo docebantur: *quod ſi quidam illorum non crediderint, an incredulitas illorum, fidem Dei euacuauit? Abſit: Eſt autem Deus verax; omnis homo mendax.* (Rom. 3.) Nunquid excidit illa promiſsio facta Abrahæ, *Ero Deus tuus, & Deus ſeminis tui poſt te?* (Gen. 17.) Nonne populo ferè ad idololatriam labente, Leuitæ, zelo Dei accenſi, magnam ſtragem fecerunt, & conſecrauerunt manus ſuas Domino, vnuſquiſque in fratre & proximo ſuo? (Exodi 32.) Ita ſub Iudicibus, ſub Regibus, ſub primo, & ſecundo templo non defuerunt vnquàm fideles in Iuda, qui cum Pontifice ex ſtirpe Aaronis, & Leuitis in doctrina fidei, & morum conſentirent. Templum illud Hieroſolymitanum venerarentur, legem ſtudioſiſsimè obſeruarent, cum nec deeſſent etiam tales in Iſrael, ſub Regibus idololatris. Quòd ſi ſub primo, ſub ſecundo Templo eſt erratum: non ideò tamen, quòd primum Templum à Salomone ædificatum, ſecundo ſub Zorobabele ſit reſtitutum; nec ideò quòd populus ſummo Sacerdoti obſequeretur, & cum ſacerdotibus, & Leuitis à Domino ordinatis in religione conſentiret. Iſti verò reformatæ pſeudoEccleſiæ Miniſtri, templa Domino conſecrata demoliuntur, ſacerdotum Domini, & Leuitarum hoſtes ſunt infeſtiſsimi: ſummo Pontifici à Deo ordinato, cuius vmbra erat magnus ſacerdos Synagogæ, tantum abeſt, vt obtemperent, vt eum atrociſsimis iniurijs inſectentur; vt non mirum ſit, eos, Deo ita iuſtè permittente, in tot tantoſque errores, prout *abyſſus abyſſum inuocat*, fœdiſsimè labi, ſpreta ſcilicet Eccleſiæ auctoritate, quæ, & columna, & firmamentum veritatis, contempto iudicio Summi Pontificis, cuius eſt confirmare fratres ſuos, & ſi quæ in rebus fidei controuerſiæ oriantur, quid tandem ſentiendum, definire?

Errauit denique legalis doctrinæ ſtudio tumida, in Chriſto Domino reijciendo, crucifigendo, proinde in ſalute ipſa: quidni iam, cum vtrumque ab eodem genio, ingenio, cum utrumque eiuſdem fidei, ab eodem ore profectum, in Antichriſto, in homine illo peccati, perditionis filio, admittendo, adorando.

AT longè diſpar ratio Eccleſiæ & Synagogæ: ſiquidem iam olim per Prophetas prædictus erat Synagogæ, illiuſque Principum, ſub Chriſti aduentum, lapſus à fide; vt illorum delicto ſalus eſſet Gentibus. Ita Iſaias, (Eſaias 6.) *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua &c.* quibus ſubijcit, *multiplicabitur, quæ derelicta fuerat in medio terræ, &c.* Quod de Eccleſia Gentium conſtat intelligi. De eodem tempore Daniel c. 9. *Non erit eius populus qui eum negaturus eſt*, & Ezechielis cap. 7. *Lex peribit à ſacerdote, & conſilium à ſenioribus.* Michæas cap. 3. *Nox vobis pro viſione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione.* Et quidem lex & Prophetæ vſque ad Ioannem. (Ioan. 7.) Non mirum igitur ſi in Chriſti perſona, & doctrina damnanda populus ferè ille Iudaicus, cum Pontificibus, & ſacerdotibus errauerit, cùm id totum ferè longè anteà prædictum eſſet, vt illorum delicto ſalus eſſet Gentibus, & vt delictum eorum diuitiæ eſſent mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium. Ibi myſterium eſt de quo Apoſtolus: *Nolo ignorare fratres myſterium hoc, quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, vt plenitudo Gentium intraret*: (Rom. 11.) Sed de Eccleſia Chriſti, quam ſupra petram ædificaturum ſe eſſe dixerat, cui promiſit, ſe adfuturum, vſque ad conſummationem ſæculi: cui Doctorē omnis veritatis promiſerat Spiritum ſanctum; ſuo aliquandò tempore ruitura, ac penitus defectura, oſtendant aduerſarij aliquas Prophetias, aut diuinas prædictiones: Immò eam perpetuò manſuram vſque ad finem ſæculi, nos certiores faciunt diuinā ipſa oracula, Eſaiæ cap. quinquageſimonono: *Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus: à modò & vſque in æternum*: Vbi eſt clariſsima deſcriptio noui fœderis cū populo Chriſtiano: tale id futurum eſſe, vt ſpiritus Chriſti datus Eccleſiæ, & verba eius Eccleſiæ prædicata, & ſcripta in cordibus fidelium à ſemine in ſemen, à generatione in generationem, à prima eius propagatione, per continuas ſucceſsiones, perpetuò ſit duratura. An non verò ſubſtituenda erat Eccleſia in locum Synagogæ? an non expectabatur Meſsias, qui nouam legem promulgaret, nouam Eccleſiam, nouum ſacerdotium, & ſacrificium, & alia ſacramenta inſtitueret? (Eccleſia ſubſtituenda in locū Synagogæ.) At nunc non alius Meſsias, non alia Eccleſia, non alia veritas aut fidei doctrina, quæ tradita ab Apoſtolis ſuccedat, expectanda nobis eſt. Et licet idem fundamentum, & caput haberet illa Synagoga, Chriſtum ſcilicet mediatorem, ſed venturum; & eundem ſpiritum fidei, eundem quoque finem propter eandem ſpem vocationis ſuæ: ita tamen diuerſus erat vtriuſque ſtatus, & conditio, vt non eaſdem dotes, nec parem firmitatem haberet cū Eccleſia, propter ſingularem Chriſti iam manifeſtati gloriam; propter abundantiorem effuſionem Spiritus ſācti, & ipſius veritatis, ceſſantibus figuris, & vmbris, exhibitionem: longè ergò alia ratio Synagogæ, & Eccleſiæ, vt, ſi illa errauerit in Chriſto reijciendo, crucifigendo, conſequens nō ſit, Eccleſiam erraſſe, *in Antichriſto* (vt iſte ait) *admittendo, adorando.* Nos verò longè firmioribus argumentis, ex ſcriptura ſacra oſtendemus, toto cęlo, Mornæum, cum omnibus reformatæ, & purioris Pſeudo-Eccleſiæ ſectatoribus, à veritate aberrare. (Retorta Mornai rationes in auctorem ſuū.) Errauerunt Angeli in cælo, præ ſuperbia,

bia, quòd Deo ſubijci renuerint, & à ſocietate ſanctorum Angelorum nimia elatione ſeſe diſtraxerint: errant igitur & iſti, cùm ei ſubijci recuſant, quem Dominus conſtituit ſuper familiam ſuam, & Paſtorem ouibus ſuis præpoſuit. Errauit Pharao cum Aegyptijs, cùm indurauit cor ſuum, & Deo, per Moyſem, loquenti, obedire recuſauit; nec tot ſignis diuinæ veritatis, ac voluntatis teſtimonijs adduci vnquam potuit, vt reſipiſceret; ſic iſti errant ſcilicet indurati, & excæcati à malitia ſua, vt in apertiſsima luce ſcripturarum caligent; nec veritatem ipſam intueri poſsint, atq; tot ſanctorum Patrum, qui per omnia ſæcula, Eccleſiam doctrina ſua illuſtrarunt, teſtimonijs, & ſacrorum Conciliorum decretis, ac definitionibus, quæ tanquam diuina oracula iudicari debent, reluctentur. Errarunt Chore, Datan, & Abiron, cùm aduerſus Aaronem ſacerdotem à Deo vocatum, & ordinatum, auſi ſunt ſuperbire, & ceruicem ſuam extollere, & ſacerdoti præpoſito ſe adæquare: vnde hiatu terræ abſorpti, & deuorati pœnas ſtatim ſacrilegæ audaciæ perſoluerunt: Nec illi ſoli, ſed & cæteri 250. qui eis comites ad audaciam fuerunt, prorūpente à Domino igne, conſumpti ſunt. Errant igitur & iſti cum præ nimia ſuperbia Pontifici diuinitùs ordinato non modò ſubeſſe recuſant, ſed & eum tam atrocibus iniurijs perſtringunt, quas Dominus tandem pœnis inferni vindicaturus eſt. Errauerunt Pſeudo-Prophetæ, qui currebant, & Dominus non mittebat eos; qui, cùm mendacia loquerentur, & populum deciperent, ſe tamen diuinò Spiritu afflatos loqui, & verbum Domini proferre iactabant. Errant igitur & iſti, qui cùm ſomnia ſua, & errores peſtiferos populis obtrudant, ſe tamen veritatis Doctores, & verbi diuini acerrimos vindices videri volunt. Errauit Ieroboamus ille ſacrilegus, cum populum in idololatriam induxit, eique factus eſt auctor, auitæ religionis deſerendæ; & altare contra altare erexit, prohibuitque, ne deinceps pergerent in Hieruſalem Dominum adoraturi, prout lege conſtitutum, & à Deo ordinatum erat, vbi & ſummus Sacerdos præerat Templo, & reliqui ſacerdotes ſacrificia quotidiana, per vices, Deo offerebant, & Leuitæ munia ſua obibant. Errāt igitur & iſti Hieroboami imitatores, qui populum à ſacra religione, & ab Orthodoxa fide auertunt, nouos Deos exigunt, hoc eſt noua dogmata inducunt, ad eaque colenda, fraude, aut etiam vi deceptas animas adigunt. At cui fiat veriſimile, magnum illum Mornæum arte, & marte inſignem, Mineruam illam Gallicam, hominem omnibus legibus, & ſcientijs ornatum, armis decoratum, non veritate illuſtratum, ſed erroribus implicatum, habere intellectum?

Cypr. epiſt. 65. ad Rogatianum.

Audi mi homo (ne te hac præpoſtera fiducia decipiat.)

Quid ſcribat Vincentius Lirinenſis de magno illo Origene, qui fama nominis ſui totum orbem compleuit, cùm Mornæus Chriſtiani orbis incendiarius, non aliter quàm de celebri illo certamine, quo apud fontem Bellaquæum occubuit, ſit notus. *Hic Origenes tantus, ac talis, dum gratia Dei inſolentiùs abutitur; dum ingenio ſuo nimium indulget, ſibique ſatis credit; cùm parui pendit antiquam Chriſtianæ religionis ſimplicitatem; dum ſe plus cunctis ſapere præſumit; dum Eccleſiaſticas traditiones & veterum magiſteria contemnens, quædam ſcripturarum capitula nouo more interpretatur*, (Vt Mornæum ad viuum exprimi intelligas, qui tamen ad Origenē comparatus ſit culex ad elephantem) *meruit vt de ſe quoque Eccleſia Dei diceret. Si ſurrexerit in medio tui Propheta, & dixerit: Eamus, & ſequamur Deos alienos quos ignoras, & eis ſeruiamus, non audies verba Prophetæ illius, &c.* Monemur igitur, vt neq; pſeudoProphetam iſtum vana ſomnia fingētem, inani ſcientiæ opinione inflatum, nouam Eccleſiā, nouum Euangelium obtrudentem, nouos Deos, hoc eſt, noua dogmata, fingentem, hæreticalium errorum compilatorem, audiamus; nobiſq; perſuadeamus, ſi Origenes errauit tantus, ac talis vir, columna primùm Eccleſiæ, vt vnum è multis producamus, nihil abſurdi eſſe, ſi errant & iſti rabulæ. Sed quomodo reijciat noſtræ Eccleſiæ errorem Mornæus: pauliſper attendamus.

Cap. 24. aduerſus hæreſes.

Deut. 13.

Et verò errauit, verbo Dei neglecto, errabit porrò quotieſcunque pixidem hanc nauticam omittet, incerto illi protinus cœlo, ſalo, ſolo, vt iam, quòd errauerit, quòd erret ſuis cogitationibus permiſſa nihil mirum ſit; mirum ſit & ſupra miraculum, ſi abſque illa, vel momentum curſum teneat ſuum, non illicò aut ſcopulis allidatur, aut in malè fidum littus, defixa prora, ſoluta puppi impellatur potius quàm adpellatur.

HAec planè digna ſunt, quæ expendantur à magno illo vate Mornæo, ὡς ἐκ τρίποδος dicta: ſed de veritate oraculorum Apollinis parùm conſtabat, cum vt plurimum ambigua eſſent aut falſa, & Pythia illa φιλιππίζειν diceretur, quod oracula, ad mentem Philippi Macedonis, aliquandò proferret; ſed longè maius ſacrilegium cum oracula verè diuina, ſacræ inquā ſcripturæ teſtimonia coguntur φιλιππίζειν, ſcilicet ab iſto Philippo, ad mentem ſuam accommodantur, quæ eò negligimus, quòd in eundem cum illo ſenſum non conſpiremus: nam quomodò alijs verbum Dei negligimus: qui Deum, per ſcripturas ſacras, nobis loqui, nihil ambigimus, & de earum veritate, vel minimum dubitare, nefas eſſe iudicamus? Vndè verò contra aduerſarios probamus ſacrificium Miſſæ, realem exiſtentiam corporis Chriſti in ſacramento Euchariſtiæ, tot eſſe ſacramenta nouæ legis, reliquaque fidei præcipua dogmata, auctoritatem præterea Romani Pontificis, Eccleſiam viſibilem Catholicam, omnis erroris expertem: niſi ex ſcriptura ſacra? Non ergò errauit noſtra Eccleſia, quòd neglexerit Dei verbum. Quid potuit ſanctius de ſcriptura

ſacra

Digitized by Google

Decretum Cõc. Trid. de ſcriptura ſacra.

ſacra definiri, quam quod decreuit ſacroſancta Tridentina Synodus ſeſſ. 4. vbi primum cõtexuit canonem ſacrorum librorum, deindè ſtatuit, *Vt ipſa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot ſæculorum vſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus pro authentica habeatur; & vt nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel præſumat*; prætereà ad coercenda petulantia ingenia, cuiuſmodi eſt Mornæi, & gregalium illius, decreuit; *vt nemo ſuæ prudentiæ innixus in rebus fidei, & morum, ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram ſcripturam ad ſuos ſenſus contorquens, contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſcripturarum ſacrarũ, aut etiam contra vnanimem conſenſum patrum, ipſam ſcripturam ſacram interpretari audeat, &c.* Idem ſtatuit, & decreuit, vt ſacræ ſcripturæ lectio, in Eccleſijs maximè cathedralibus, inſtituatur, *ne cæleſtis ille ſacrorum librorum theſaurus*, aiunt Patres, *quē Spiritus ſanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat.* Idem hortatur Epiſcopos, vt in ipſorum menſis, diuinarum ſcripturarum lectio, admiſceatur. In omnibus diuinis officijs apud nos ſcriptura ſacra legitur. Quomodò igitur errauit vnquam, aut errat Eccleſia noſtra, verbo Dei neglecto? Quia fortaſsis editiones Geneuenſium, aut alias ab hæreticis obtruſas, reſpuimus: ideò verbum Dei negligimus? quia docemus veritatem, & diſciplinam Orthodoxam contineri, non modò in libris ſcriptis, ſed in traditionibus etiam non ſcriptis, quæ prius Chriſti ore ab Apoſtolis acceptæ, aut ab ipſis Apoſtolis, Spiritu ſancto dictãte, per manus traditæ, ad nos vſque peruenerunt: ideò, Mornæi iudicio, verbum Dei negligimus? Quid igitur illud eſt, quod diſertè ſcribit Apoſtolus: *State & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram?* Sed de his infra paulò fuſius. An ideò verbum diuinum præſumenda negligere, Eccleſia noſtra, quòd multos præterea ſacros canones Apoſtoli ipſi, & ſacra Concilia, quæ & iſti profitentur ſe admittere, condiderunt, quæ ipſa Eccleſia velut diuina quædam oracula ſuſcipit, ac diuinitùs inſpiratos Patres condidiſſe, nullo modo ambigit? nobis pixis nautica eſt ſanctæ matris Eccleſiæ auctoritas: *Cuius*, vt aſſerit ſacroſancta Synodus Tridentina, *eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſcripturarum*: vnanimis præterea Patrum cõſenſus, quos, vbi in aliquo dogmate, aut ſcripturæ ſenſu conueniunt, minimè errare certum eſt. Denique ſedes ipſa Apoſtolica, quam, in controuerſijs Chriſtianæ fidei, ſemper Patres ipſi conſuluerunt: vt non mirum, ſi iſti, ſpreta Eccleſiæ, & ſanctorum Patrum auctoritate, contemptò ſedis Apoſtolicæ iudicio, in interpretandis ſcripturis ſacris, tot ſcopulis alliduntur, in tot errores, inquam, præcipitantur.

Sed quia Mornæus nunquam huic quæſtioni reſpondiſſe viſus eſt, quandò primùm tota Eccleſia errauerit, Antichriſtum primò exceperit, loco fidei perfidiam, & idololatriam amplexata fuerit: ideò ſubtiliter & ingenioſè nodum huiuſce difficultatis nunc diſſoluit.

Hoc amice, in tenebris peragebatur; & furi comparatur Antichriſtus, qui parietem intempeſta nocte fodit.

Haec certè ſine vllo fundamento dicuntur: nam & omnes hæreſes opera ſunt tenebrarum, quæ tamen, quibus temporibus, & locis, & auctoribus prodierint, & quando condemnatæ fuerint ab Eccleſia, ex ſcriptoribus probatis, & fide dignis conſtat. Quandò, & qua hora prodiderit Chriſtum Iudas, etſi in tenebris, non tacuerunt ſacri Euangeliſtæ: Quandò mundus ab initio apoſtatauerit, & omnis caro corrupèrit viam ſuam; quandò populus Iſrael ſub Iudicibus, ſub Regibus, in idololatriam deflexerit, & maximè ſub impio Hieroboamo: teſtantur ipſæ ſcripturæ. Quandò orbis Monarchię primùm cõditæ ſunt, & à quibus, & quando conciderint, omnibus vulgò conſtat. Dicant igitur iſti, quandò Eccleſia Romana, omneſque cũ ea Eccleſię, primùm errauerint, vt deſierit eſſe Chriſti Eccleſia, & facta ſit ſedes Antichriſti. Scimus enim quandò primùm fides Chriſti, & lex Euangelica promulgata ſit per orbē, quæ nationes, quibus tēporibus, religioni Chriſtianæ, nomē dederint: quomodò ergò ignoratur momentum illud, ſeu tempus, quo error, totum ferè orbem inuaſit? quandò facta meretrix ciuitas fidelis, dereliquit Dominum, & adhęſit idolis, Chriſto renunciauit, Antichriſto hoſte illius recepto, auctorem vitæ, cum Iudæis, interfeciſſe viſa eſt, & petijt virum homicidam dari ſibi? *Et quid veriſimile eſt*, (ſcribebat Tertullianus) *vt tot, ac tanta Eccleſiæ in vnam fidem errauerint, nullam reſpexerit Spiritus ſanctus, vbi eam in veritatem deduceret, ad hoc miſſus à Chriſto, ad hoc poſtulatus de patre, vt eſſet doctor veritatis, neglexerit officium Dei villicus, Chriſti vicarius, ſinens Eccleſias interim aliter intelligere, aliter credere quàm ipſe per Apoſtolos prædicauit?* Meræ itaque impoſturæ veſanorum hominum ſunt iſtæ. Subiungit.

Lib. de præſcript. c. 28.

Qua igitur vigilia opus aggreſſus ſit veſtrum propriè ſcire iudicare; quos tanto antè tempore à Domino præmonitos, quin & in excubijs collocatos fallere non debuit; quorum proinde, aut lata negligentia, aut malo dolo arcem Romanam, proinde & Eccleſiam veſtram inuaſit.

AN noſtrum propriè ſcire, aut iudicare, quod nuſquam contigiſſe contendimus? Id aſſerimus, eam eſſe Chriſti Eccleſiã, quæ toto orbe terrarum diffuſa, in eadem doctrina fidei conſpirat ſub Romano Pontifice, tanquam ſupremo paſtore: id ex ſcriptura ſacra ex Concilijs, ex patribus oſtenſuros nos recipimus, eam eſſe columnam, & firmamentum veritatis, quæ errare non poſsit; & doctorem illius eſſe Spiritum

Digitized by Google

ritum ſanctum, ſcripturæ ipſæ docent; hanc eſſe, non inuiſibilem latentem in deſerto; ſed viſibilem, & conſpicuam ex ijſdem ſcripturis probamus; Antichriſtum futurum ſingularem hominẽ, ſub finem mundi venturum ex ſcriptura, & ex traditione habemus; Eccleſiam verò noſtram totam erraſſe, Antichriſtum excepiſſe, qui in eam ſuperſtitionem, & idololatriam induxerit; tam noſtrũ ſcire, iudicare, quàm Belial eſſe Chriſtum, quàm tenebras eſſe lucem. Quapropter perindè agit nobiſcum Mornæus, ac ſi contendiſſent Arriani, Catholicorum eſſe ſcire iudicare, filium non eſſe patri conſubſtantialem, & coæternũ, ex ſubſtantia ipſius patris genitum, & eũdẽ, cũ eodẽ, à qua blaſphemia, plurimũ abhorrebant, ac ſcripturis contrarium omnino oſtendebãt: Ac ſi contendiſſent Donatiſtæ, Catholicorum tùm fuiſſe ſcire, iudicare, Eccleſiam in ſola Africa remanſiſſe, & ex orbe terrarum perijſſe: ſicque de cæteris hæreticis. Ita, quæ iſti ſacrilega tradunt dogmata, volunt, noſtra intereſſe ſcire & iudicare.

Catholici non præmonentur cauere à Rom. Pontif. & à Doct. S. Romana Eccleſia ſed à pſeudoProfetis cuiuſmodi Mor. & ſui Gregal.

Tam verò præmonemur à Domino, vt caueamus à Romano Pontifice, à doctrina S. Romanæ Eccleſiæ, quàm Romanus Pontifex eſt Antichriſtus, & quàm ſancta Romana Eccleſia ſedes eſt Antichriſti. Monemur quidem à Domino vigilare, more militũ excubias agere: *quia neſcimus quandò Dominus venturus ſit*; quandò nobis totius vitæ noſtræ ſit reddenda ratio: Monemur & ſurrecturos multos pſeudoProphetas, & ſeducturos multos, & ſi quis nobis dixerit, *Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic*, (ſicut Mornæus cum ſuis gregalibus ſibi Chriſtum, Eccleſiam, verbum Domini aſſerit, reprobato orbe Chriſtiano, poſt habitis omnibus vndique Epiſcopis, & Eccleſiæ doctoribus) *nolimus credere*. Monemur & ab Apoſtolo Paulo, qui ſpiritu Prophetico, fore multos ſeductores longè antè præuiderat: *vt profana, & vaniloquia deuitemus, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum, vt cancer ſerpit*. At qui veriſimile fiat, tàm latam negligentiam, quæ propè fraudem accedit, aut dolum malum, omnes ſimul Eccleſias, omnes Chriſtiani orbis antiſtites, & doctores ſimul occupaſſe, vt nemo tùm ſe murum oppoſuerit pro domo Dei?

Eph. 4.

Quomodò igitur ſcribit Apoſtolus, *Chriſtum dediſſe ſuæ Eccleſiæ, alios Apoſtolos, alios Prophetas, alios Euangeliſtas, alios Paſtores, & Doctores, ne circumferantur omni vento doctrinæ*; ſi ea Eccleſia, quæ illis conſtat chariſmatibus, & ordinibus, tota aberrauit? qui fieri potuit, cum, anteà exurgentibus hæreſibus, illis ſtatim opprimendis ſollicitè inuigilarint, non modò Antiſtites Eccleſiarum, quorum id præcipuè munus, ſed & Chriſtianiſsimi imperatores (vndè Concilia illa prima vniuerſalia, illorum opera, & ſummorum Pontificum auctoritate, indicta, & celebrata) tunc temporis, cùm arcem Romanam, proindè & Eccleſiam noſtram Antichriſtus inuaſit, omnes totius orbis Eccleſiæ in eandem fraudem inductæ ſint: nemo reclamauerit Epiſcoporum, tanta cæcitate ſint percuſsi, & eo ſomno oppreſsi, vt non ſenſerint, non quidem ſenſim, & pedetentim, ſed vno veluti impetu, ſacram religionem euerti, & ſuperſtitionem ac idololatriam induci? Hoc certè myſterium eſt, cui explicando nemo præter vnum Mornæum, idoneus ſit, ideoque ab eo tanti myſterij interpretationem expectabamus: hic nodus Gordius: cui ſoluendo, ſorte quadam, nõ niſi magnus aliquis, vt noſtro ſæculo, Mornæus, ex rerum bellicarum gloria, & ſacrarum literarum mirabili tractatione, à ſuis gregalibus hoc cognomẽ adeptus, diu deſideratus expectabatur.

Definitio doli mali.

Quis verò dolus ille malus, vt aliud ageret, aliud ſimularetur? ita. n. dolũ malũ definiebat C. Aquilius auctore Cic. 3. Offi. & in Topicis: *cum aliud agitur aliud ſimulatur*: & D. Auguſtinus Ser. 22. de Iacob & Eſau. *Dolus ergò quid eſt? quando aliud agitur, aliud ſimulatur.* Quandò itaque aliud eſt in intentione, aliud in factis, dolus dicitur. An igitur ſimulabãt religionem, ſuperſtitionem, & idololatriam inducebant? An Chriſtiani nominis profeſſores, in eã fraudem inducebant, vt putarent ſe Romanum Pontificem, tanquam Chriſti vicarium, & Petri ſucceſſorem, venerari, ac interim Antichriſtum, Chriſti (inquam) hoſtem exciperent? Certè non niſi ex magna cauſa, & euidenti caliditate datur actio de dolo malo, ff. de dolo malo l. & elegante. §. fin. & dolum ex indicijs perſpicuis probare conuenit. C. eod. tit. l. dolum; quam verò cauſam habet Mornæus, aut quæ indicia, vt in Eccleſiam noſtram agat de lata negligentia, aut de dolo malo? Nec certè ſufficit ad dolum imponẽdum, ſola doli conteſtatio, niſi probatio accedat, C. de dolo malo l. dolum. Notat etiam Vlpianus, hanc actionem de dolo malo paſsim indulgendam non eſſe, D. de dolo malo l. ſi oleum §. fin. & quibuſdam perſonis non dari, l. non debet dari, vt liberis, & libertis aduerſus parentes, & patronos, cùm ſit famoſa. Sed nec humili, aduerſus eũ, qui dignitate excellit, aut vili, aduerſus hominẽ vitæ emendatioris. An igitur perduellibus iſtis in Eccleſiam Romanam, omneſque, cum ea, Eccleſias, in omnes Chriſtiani orbis Epiſcopos, & Doctores indulgenda actio doli mali? Sed nos verius doli mali iſtos conuincimus: ſiquidem *dolus eſt*, vt definit Baſilius in Pſalm. 33. ad ea verba. *Labia tua ne loquantur dolum*: maleficium occultum proximo oblatum ſub prætextu, & ſimulatione rei melioris; & priùs in Pſal. 14. ad ea verba. *Qui dolum non egit in lingua ſua?* Quandocunque quod bonum eſt, prioris commixtione adulteratur, dolus dicatur, vt vinum, dolum ſuſtinet, dum ei admiſcetur peius, vt ſi aqua illi, præter modum, temperiemque infundatur; item aurum falſatur, dum cum argento, & ære coit. Sic & veritas dolum patitur, quandò, qui malè audiunt, ſermones inſerti fuerint, ac implexi ſanctis ſcripturæ eloquijs. Mornæus autem vinum verbi diuini vertit in abſynthium, & fel amaricans; Idem in regulis breuioribus, *dolus eſt, ea quæ ad inſidiandum adhibetur exquiſita ſolertia*; quotieſcunque videlicet quis, per ſimulationem alicuius boni, in eo, alicui, perindè vti eſca quadam, obiecto, quæ ad inſidias pertinent, exequitur; ſic iſti, pollicentur veritatem, & ſub illius nomine, interim peſtiferos ſuos errores ſpargunt in vulgus, verbum diuinum ſemper habent in ore, atque ita ſpecioſo nomine ſua tegunt mendacia.

Ri-

Digitized by Google

Ridiculus uerò hydropicus fortè tu es tibi ipſe iniquus, &c.

ILlud Horatij videtur imitatus lib 1. Epiſt. 2. *Vt teipſum ſerues non expergiſceris: Atqui ſi noles ſanus, curres hydropicus.* Verùm quò periculoſiores morbi animi, quàm corporis: eò hæreticū eſſe: vnde animæ pernicies, & ſalutis diſpendiū, longè pernicioſius, quàm hydrope laborare; ſed, qui ſibi nequam, cui bonus? In ſequentibus, quādò tandem, & qua arte Antichriſtus Eccleſiam inuaſerit, docere ſe putat Mornæus.

Vin ſcire ex quo Antichriſtus Eccleſiam, quam iam inſidet, cui pridem imminebat, inuaſerit? Surreptum ſanè ante Palladium Eccleſiæ oportuit, quàm equus ille fatalis admitti poßet; verbum Dei, ſcripturæ ſacræ candelabrum ſub modio ante abſcondi, quàm fur ille obrepere primùm, inde graßari auderet: quo ſtante circumſideat fruſtra Eccleſiam ſuperſtitionum colluuies, à Troia noſtra, vallo & pomærijs, nedum ab Atrio, Templo, adyto, procul faceßere iußa.

QVam ſubtilitèr, & ingenioſè ex verbo diuino oſtendat, à noſtra Eccleſia verbum Dei neglectum, indè in eam ſuperſtitionum colluuiem inuectam, facilè quilibet perſpiciat, ſcilicet ex allegorica expoſitione Troiani illius Palladij, de quo reſponderat aliquandò oraculum: *manſuram vrbem quamdiu in ea Palladium:* Nam Palladium illud iuxta ſubtilem expoſitionem Mornæi verbum diuinum eſt, Troia Eccleſia noſtra, quod probatu illi facile; ſiquidē Troia cœlitum egregius labor, ἔργον ἀθανάτων, opus immortalium, diuum domus, Ilium, equus ille Troianus receptaculum Græcarum ſuperſtitionum in vrbem non niſi ſublato Palladio introductus. Sed plurimū hallucinari mihi videtur Mornęus, ſiquidem, proprium eſt ſacræ ſcripturæ multiplices habere ſenſus, vt docet. D. Gregorius, lib. 20. moral cap. 11. *Sacra ſcriptura omnes ſcientias ipſo locutionis ſuæ more tranſcendit, quia vno eodemque ſermone, dum narrat geſtum, prodit myſterium:* & quemadmodùm ſcribit. D. Thomas 1. p. q. 1. art. 10. *Auctor ſacræ ſcripturæ eſt Deus, in cuius poteſtate eſt, vt non ſolùm voces ad ſignificandū accommodentur, quod etiam homo facere poteſt, ſed etiam res ipſæ: & ideò cùm in omnibus ſcientijs voces ſignificentur, hoc habet proprium iſta ſcientia: quod ipſæ rès ſignificatæ per voces, etiam ſignificant aliquid. Illa ergo prima ſignificatio, qua voces ſignificant res, pertinet ad primum ſenſum, qui eſt ſenſus hyſtoricus, ſeu literalis; illa verò ſignificatio, qua res ſignificatæ per voces iterum res alias ſignificant, dicitur ſenſus ſpiritualis.* Atque hæc eſt doctrina Theologorum communis. Quid igitur iſte nobis, in re tanti momenti, an aliquandò Eccleſia noſtra errauerit, an loco Chriſti Antichriſtum, loco religionis ſuperſtitionem, & idololatriam exceperit, profert allegoricam expoſitionem Palladij Trojani? an iſtud verbum diuinum eſt? Omnia quidem in figura contingebant patribus illis veteris teſtamenti, & quęcunque agebantur in illo populo, inſtituta erant in ſignificationem Eccleſiæ, & eorum, quæ futura erant in populo Chriſtiano: non ita certè aut Palladium illud, aut equus Troianus, aut decantatum illud ab Homero & alijs ſcriptoribus bellum Troianum. Deindè ex ſenſu ſcripturæ allegorico, non ita ducitur certum argumentum fidei, quemadmodùm ex ſenſu literali, niſi nobis ille ſenſus ſit declaratus ab Eccleſia, vel in alio loco ſcripturæ ſacræ, vel ex communi conſenſu ſanctorum patrum, aut ex traditione Apoſtolica conſtet eum eſſe ſenſum ſpiritualem ſcripturæ: Ita D. Dionyſius epiſt. 9. ad Titum ait. *Theologiam ſymbolicam ad Deum amandum valere quidem mētibus hominum, ſed non valere ad perſuaſionem, neque ad demonſtrationem.* Ideò D. Auguſtinus Epiſt. 48. ad Vincentiū Donatiſtam: Donatiſtas impudenter facere dicit, quod de ſe aliquid interpretentur in ſenſu myſtico, ſi non habeant aliquem alium locum, vnde confirment illum ſenſum myſticum: & D. Hieronymus in cap. 13. Matthæi, explicans illum locum de fermento à muliere abſconſo in farinę ſatis tribus, vbi quorundam recitauit expoſitionem, qui parabolam illam applicabant ad Trinitatem perſonarum, & vnitatem eſſentiæ, dicit: *hunc ſenſum eſſe quidem pium, ſed ex parabolis, & ænigmatibus non poſſe duci certum argumentum ad confirmandam fidem.* Quorſum igitur nobis iſte, in rè tanti momenti, quam ſcire omnium intereſt ad ſalutem, Palladij Trojani allegoricam expoſitionem obtendit? hoccine verbum eſt diuinum, de quo tantopere gloriari ſoleat, & quod neglectum à nobis ſubinde vociferatur. Nos etiam exagitat quod verbum non ſcriptum, hoc eſt, traditiones, verbo ſcripto, oraculis ſacris, adæquæmus.

Ingenioſa Mornæi allegoria.

Scrip. Sac. habet plures ſenſus.

Ex ſenſ. Alleg. non ducitur ita certū argumētum ex lit.

Draco ille antiquus, traditionem verbi, ἀγράφου, non ſcripti ſpecie, Eccleſiam tradituram proponere furtim, inſinuare; Hanc prudentia carnis carni affinem, philautiæ natiuæ congenerem gratanter excipere; verbo ſcripto, oraculis ſacris adæquare.

ATqui in hoc, ſanctorum Patrum, & Primitiuæ Eccleſiæ doctrinam ſequimur, D. Dionyſius libro de Eccleſ. Hierarch. cap. 1. *Primi illi noſtri ſacerdotalis muneris duces in ijs, quæ nobis ſunt familiaria ſumma illa, & ſuper ſubſtantialia partim ſcriptis, partim non ſcriptis inſtitutionibus ſuis (iuxta quod ſacræ definiunt leges) nobis tradiderunt.* D. Irenæus lib. 3. cap 2. veteres illos hæreticos notat, quod neque ſcripturis, neq; traditio-

De traditio. Eccleſ. ex patrib.

Digitized by Google

ditionibus conſentirent: Tertullianus lib. de corona militis, aliquot traditiones recenſet, quæ per vniuerſam Eccleſiam obſeruantur, nec ſcriptura continentur: *vt à baptiſmate*, inquit, *ingrediar, aquam adituri, ibidem, ſed & aliquanto prius in Eccleſia ſub Antiſtitis manu conteſtamur, nos renunciare diabolo, & pompæ, & angelis eius, dehinc ter mergitamur, amplius aliquid reſpondentes, quàm Dominus in Euangelio determinauit, indè ſuſcepti lactis, & mellis concordiam prægustamus, exque ea die lauacro quotidiano, per totam hebdomadam, abſtinemus. Euchariſtiæ ſacramentum, & in tempore victus, & in omnibus mandatum à Domino etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manibus, quàm de præſidentium, ſumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus, die Dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paſchæ in Pentecoſtem gaudemus*: ita de diligenti cuſtodia Euchariſtiæ, & de crucis ſignaculo à Chriſtianis vſurpari ſolito ſubiungit: *Traditionum, ac tandem harum*, (inquit) *& aliarum eiuſmodi diſciplinarum, ſi legem expoſtules ſcripturarum, nullam inuenies. Traditio tibi protenditur auctrix, conſuetudo conſeruatrix, & fides obſeruatrix*. Origenes ipſe, dum tabernaculi inſtrumenta cur velata humeris ſacerdotum portarentur in libro Numerorum, exponit: multa prodit, quæ in Eccleſia non ſcripto, ſed veterum ad nos venerunt traditione. Euſebius lib. 1. de demonſtrat. Euang. cap. 8, ſcribit, *partim literis, partim ſine illis multa ſeruanda commendaſſe Apoſtolos*. Baſilius lib. de ſpiritu ſancto. cap. 27. *Dogmata, quæ in Eccleſia prædicantur, quædam habemus è doctrina ſcripto prodita, quædam rurſus ex Apoſtolorum traditione in myſterio; id eſt, in occulto tradita recepimus. Quorum vtraque parem vim habent ad pietatem, nec his quiſquam contradicit, quiſquis ſanè vel tenuiter expertus eſt, quæ ſunt iura Eccleſiaſtica*: Vbi & enumerat aliquot traditiones non ſcriptas, *vt ſigno crucis eos, qui ſpem collocauerunt in Chriſtum, ſignemus quis ſcripto docuit? vt ad Orientem precemur, quæ nos docuit ſcriptura? Inuocationis verba, cùm oſtenditur panis Euchariſtiæ & poculum benedictionis, quis ſanctorum in ſcripto nobis reliquit? Nec enim his contenti ſumus, quæ commemorat* Apoſtolus, *aut Euangelium. Verùm alia quoque & antè, & poſt dicimus tanquam multum habentia momenti ad myſterium, quæ ex traditione, citra ſcriptum, accepimus. Conſecramus aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis: præterea ipſum qui baptiſmum accipit, ex quibus ſcriptis? nonne à tacita, ſecretaque traditione? Ipſam porro olei inunctionem, quis ſermo ſcripto productus docuit? Iam ter immergi hominem, vnde eſt traditum? Reliqua item, quæ fiunt in baptiſmo, veluti renunciare Satanæ, & Angelis eius, ex qua ſcriptura habemus? nonne ex doctrina, quam Patres noſtri in ſilentio, quod curioſos, & otioſos ſummoue ſeruarunt?* D. Hieronymus lib. aduerſus Luciferianos has eaſdem ferè, quas Baſilius, traditiones citat. Epiphanius hæreſi 61. contra Apoſtolicos: *Oportet & traditione vti; non enim omnia, à ſcriptura diuina accipi poſſunt, quapropter aliqua in ſcripturis, aliqua in traditione ſancti Apoſtoli tradiderunt*: quemadmodum dicit S. Apoſtolus: *Sicut tradidi vobis*, & alibi: *Sic doceo, & ſic tradidi in Eccleſiis*. Chryſoſt. hom. 4. in 2. caput poſterioris ad Theſſal. in hæc verba: *State, & tenete traditiones. Hinc patet*, inquit, *quod non omnia per epiſtolam tradiderint, ſed etiam multa ſine literis. Eadẽ verò fide digna ſunt, tã illa quã iſta. Itaq; traditionẽ quoq; Eccleſiæ fide dignam putamus, traditio eſt, nihil quæras amplius.* Baptiſmum paruulorũ traditionẽ eſſe Apoſtolicam docent Origenes in cap. 6. epiſt. ad Romanos, D. Auguſtinus lib. 10. de Geneſi ad lit. ca. 23. & lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 24. vbi & hanc regulam ſtatuit. *Quod vniuerſa tenet Eccleſia, nec Concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi Apoſtolica auctoritate traditum, rectiſſimè creditur.* Vnde verò Euangelium ſecundũ Matthæum, ab ipſo verè eſſe ſcriptũ contra Fauſtum Manichæum id inficiantem, docet niſi ex traditione, quæ ab Apoſtolicis ſedibus vſque ad præſentes Epiſcopos certa ſucceſſione peruenerat? Baptiſmum ab hæreticis collatum, repetendum non eſſe ex Apoſtolorum traditione, etſi in eorum litteris non inueniatur, lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 6. docet: Domini Paſſionem, Reſurrectionem, Aſcenſionem in cælum, & aduentum Spiritus ſancti de cælo, anniuerſaria ſolemnitate non ſcripta, ſed tradita obſeruatione celebrandam, epiſt. 118. cap. 1. ſcribit: & cap. 6. Euchariſtiæ ſacramentum Apoſtolos non accepiſſe ieiunos; placuiſſe tamen Spiritui Sancto, in honorem tanti ſacramenti à ieiunis ſemper accipi, moremque hunc, per vniuerſum orbem, ſeruari. Alijs D. Auguſtini & aliorum Patrum locis repetendis ſuperſedeo: ex his enim ſatis conſtat, quanti ſemper Patres etiam primitiuæ Eccleſiæ, intra ſexcentos annos à Chriſto, fecerunt verbum non ſcriptum, ſeu traditionem; æquarintque verbo ſcripto: vt quàm nihil ſit conſentanea doctrina nouorum Euangelicorum, cum doctrina primitiuæ illius Apoſtolicæ Eccleſiæ, & ſanctorum Patrum, indè quis intelligat. Et quoniam ad verbum ſcriptum, ad oracula diuina iſti prouocant: vbi quæſo ſcriptum, non niſi verbum ſcriptum recipiendum eſſe, & omnem eam doctrinam, ſeu ad fidem, ſeu ad mores ſpectet, quæ non expreſſis ſcripturis veteris, aut noui Teſtamenti contineatur, ſed viua voce ab Apoſtolis tradita ad nos vſque in populo Dei ſit ſeruata, reijciendam eſſe? Scribit Vincentius Lirinenſis: *hanc fuiſſe ſemper Catholicorum conſuetudinem, vt fidem veram duobus his modis approbent, primùm diuini canonis auctoritate: deinde Eccleſiæ Catholicæ traditione, non quia Canon ſolus non ſibi ad vniuerſa ſufficiat; ſed quia verba diuina pro ſuo plerique arbitratu interpratantes, varias opiniones erroreſque concipiat.* Hæc igitur potiſſima ratio, cur iſti traditiones Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas reijciant, quòd ſcripturas, pro ſuo arbitrio, velint interpretari, & ſi ſemel traditiones admittant, ſtatim cauſa cecidiſſe ſe videant. An verò ideò Romani, ius ſcriptum negligebãt, quia & non ſcripto vtebantur? An non apud Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, legum aliæ ſcriptæ, aliæ non ſcriptæ? Indè verò diſtinctio iuris in ſcriptum, & non ſcriptum, quod ius Romanorum à Græcis maximè ortum eſt. lib. 2. D. de orig. iuris. Maximè verò ab Athenienſibus, hoc eſt legibus Solonis d. l. 2. &

Lib. 28. contra eũdem cap. 2.

Li. aduerſ. hæreſ. c. 2.

Inſtit. de iure naturali gentium & ciuili.

ab

Digitized by Google

ab inſtitutis Lacedæmoniorum, quod teſtatur Athenæus lib. 6. & Dionyſius lib. 7. Athenienſes autem ſcripto iure; Lacedæmonij non ſcripto ferè vtebãtur, & id apud omnes ciuitates ferè obtinuit, vt partim iure ſcripto, partim nõ ſcripto regantur: nec contrarium eſt ius non ſcriptum iuri ſcripto, immò eiuſdẽ vtrumq; auctoritatis. Quid igitur habet iſte, quod noſtræ Eccleſiæ objiciat? an aliquid detrahit auctoritatis verbo ſcripto, ſi ei verbum ἄγραφον non ſcriptum, traditiones, inquam diuinas, & Apoſtolicas ei adæquet. Proſequitur.

Legem hanc ſæpius tentatam ſeptimo ſæculo in ſeptima illa. Claudite quæſo aures, qui audituri eſtis, ne tantæ impietatis vocibus polluamini, vt verbis magni illius Diui Hieronymi contra Luciferianos, dum blaſphemię Arrianorum in Chriſtum meminit, vtar.

Idololatrica ſynodo rogare, ſancire; Anteponere, demum ſupponere, opponere.

Septima illa Synodus, ſecunda eſt Nicæna, congregata anno octauo Irenes, & Conſtantini, vt ſcribũt Paulus Diaconus lib. 3. rerum Romanar. & Cedrenus in compendio hiſtoriarum; Paulus Diaconus refert in annum Chriſti 781. Cedrenus in annum 786. Cardinalis Baronius in annum 787. Nullo modo dubitari poſſe, quin illa Synodus generalis fuerit legitima, docet optime Cardinalis Bellarminus lib. 2. de imaginibus ſanctorum cap. 12. Nam habuit inprimis legatos Romani Pontificis, & trium aliorum Patriarcharũ, Alexandrini, Antiocheni, Hieroſolymitani, nec non & Taraſium Patriarcham Conſtantinopolitanum, omnes conſentientes. Adfuerunt, Epiſcopi 350. teſte Cedreno. Eidem conſenſerunt Catholici Imperatores, Irene mater, & Conſtantinus filius. In ea diſputatum eſt acriter, pro reſtituẽdis ſacris imaginibus, & earum veneratione, allatis in medium ſcripturis, Concilijs, & Patribus. Inter Patrum acclamationes, & anathematiſmos, quibus omnes ſubſcripſerunt, iſtę habentur: *Nos venerandas imagines recipimus, nos eos, qui ſic ſe non habent, anathematiſmo ſubijcimus. Nos ijs, qui aſſumunt dicta, quæ à diuina ſcriptura contra idola proferuntur, in venerabiles imagines, dicimus anathema. His, qui vocant ſacras imagines, idola, anathema. His qui dicunt, quia vt ad Deos, Chriſtiani ad imagines acceſſerunt, anathema. His, qui communicant ſcienter ijs qui iniuriam, & contumeliã venerabilibus imaginibus inferunt, anathema. His, qui dicũt, quia præter Chriſtum alius exemit nos ab idolis, anathema, &c.* Erat enim Iconomachis ejuſmodi iactatio, poſt Chriſtum, Leonem Iſauricum, & Conſtantinum Copronymum eius filium liberaſſe Chriſtianos ab idolis. Non mirum ſi ſacram illam Synodum dãnet ſacrilegus Mornæus, à qua dãnatus eſt, à qua ei, cũ omnibus ſuis gregalibus, toties anathema dictum. Latiſsima certè differentia eſt inter imagines Chriſti, & ſanctorum, quas venerandas definit ſancta illa Synodus, & idola gentium: inter cultum, quem ſacris exhibemus imaginibus, & eum quem idolis Gentiles exhibebant. Deinde ſi idololatria eſt venerari ſacras imagines, certè non tùm primũ loco religionis idololatria in Eccleſiam noſtram inuecta: nec enim in ea ſynodo inſtituta, ſed reſtituta veneratio ſacratum imaginum, quas ſuſtulerant Leo Iſauricus Imperator, ſuaſu quorundam Iudæorum, & Conſtantinus Copronymus eius filius, vt ſcribit Zonaras: *non Chriſtianus, non Iudæus, non Paganus. ſed colluuio quædam impietatis, inſtar Africanarum ferarum, quæ ex diuerſi generis coitu, multiformes, confuſaque ſpecie, & immanitate naſci perhibentur; de quo, dum interim ſacroſancta aqua baptiſmi immergeretur, cum ſtercus excreuiſſet: Germanum Patriarcham dixiſſe ferũt, id ſignum eſſe, quod is puer ſacra contaminaturus eſſet, & pietatis ſtudioſis magno malo futurus.* Quod ſi impij illi, & ſacrilegi imperatores ſacras imagines ſuſtulerunt, & venerari prohibuerunt; prius igitur erant in Eccleſia, & venerabantur. Et quidem Apoſtolicam eſſe traditionem cultum imaginum, docet Damaſcenus lib. 4. Orthodox. fid. cap. 17. *An verò ante hæreſes, quàm vera doctrina* (ſcribebat Tertullianus) *ſed enim in omnibus veritas imaginem antecedit, poſtremò ſimilitudo ſuccedit:* Si igitur ſacrilegi illi imperatores ſacras imagines ſuſtulerunt, & earum cultores crudeliter ſunt perſecuti; profectò doctrina Catholica eſt, & antiqua Eccleſiæ, ſacrarum imaginum veneratio, hæreſis earundem impugnatio: non certè inſtituit, ſed reſtituit cultum ſacrarum imaginum ſeptima illa Synodus, ab Idololatra Iudęo colluuię omnium hæreſeon Mornæo, Idololatrica nuncupata. Miror, qui non & primam illam ſynodum Nicænam, pro diuinitate filij, contra Arrium cõgregatam, Idololatricam appellet; item & Conſtantinopolitanam ſecundam ſynodum generalem, pro diuinitate Spiritus ſancti, contra Macedonium celebratam: an non & illis hæreſiarchis erant idololatræ orthodoxi, qui filium, & Spiritum ſanctum, vt diuinas perſonas, ſupremo latrię cultu adorandas profitebantur, quas illi ſacrilegi in creaturarum numero habendas exiſtimarent? eadem & par Mornæi impudentia, qui velit, quem Chriſto, beatiſsimę virgini, & ſanctis in eorum imaginibus honorem deferimus, idololatriam eſſe. Proſequitur ſuas expoſitiones allegoricas.

Septima ſynodus ſancta, & legitima.

Annal. To. 3.

Conſtant. Copronym. qualis.

Lib. de præſcrip. c. 29.

Simonis tum nomine magis quàm ſpecie, Sinon emergere, varijs artibus imponere, machinam illam Palladij loco recipiendam, Græcarum impietatum Epitomem ſuadere.

SI proditor ille Sinon, cuius aſtu Troianis perſuaſum eſt, vt equum illum in vrbem reciperent, Simonis æquè, ac Sinonis nomen obtinuiſſet, magnum certè inde momentum ad probandum, quod intendebat, Mornæus offendiſſet: ſi item machina illa, inſtar montis equus diuina Palladis arte ædificata, ſtatuarum receptaculum fuiſſet, & non fortiſsimorum hoſtilis exercitus principum, ac ducum, iam certè cauſam obtinuerat: ſi item Palladium verum, & non imaginarium, per fraudem primum ingreſsi: de-

Digitized by Google

indè facta in cuſtodes vi ſurripuiſſent, nos funditùs oppreſsiſſet Mornæus, faſsi cum eſſemus non modò prælio, ſed & bello nos victos.

Ex illo fluere, ac retrò ſublapſa referri
Spes Danaum, fracta vires.

Tum certè non fuiſſet opus allegorias confingere, vt per latentes in illa machina hoſtes, Græcarum impietatum epitomen exponeret; hiſtoria ipſa, ſeu literalis ſenſus certiſsimum argumẽtum Mornæo, contra nos, ſuppeditaſſet.

Capys certè tum, & plures alij, quorum melior ſententia menti, inſidias veriti, ſubodorati, comburendam inclamare, inſigniores Eccleſiæ toto orbe Patres, dira indè ominari, minari, reclamare, refragari, reluctari.

O Quàm ſplendidũ, quàm impudens mendacium; Qui quæſo inſigniores toto orbe Eccleſiæ Patres, Synodo illi ſeptimæ, in qua reſtituta eſt veneratio ſacrarum imaginũ, reclamarunt, refragati ſunt, reluctati ſunt, cùm, ante Leonis Cononis impietatem, totus Oriens, totus item Occidens ſacras imagines veneraretur? Cùm eo perſequente pietatem, in Oriente, Gregorius II. Pontifex Romanus coegerit Concilium multorum Epiſcoporum, cum quibus, & adſtantibus Presbyteris ſedis Apoſtolicæ, cum cuncto clero, nobilibus etiam Conſulibus, & reliquis Chriſtianis plebibus adſtantibus, vt ſcribit Anaſtaſius, decreuit vt *ſi quis deinceps antiquæ conſuetudinis, & Apoſtolicæ Eccleſiæ fidelem vſum contemnens, aduerſus venerationem ſacrarum imaginum, videlicet Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, & genitricis eius ſemper Virginis immaculatæ, atque glorioſa Mariæ, beatorum Apoſtolorum, & ſanctorum omnium, depoſitor, atque deſtructor, & prophanator, vel blaſphemus extiterit, ſit extorris à corpore, & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel totius Eccleſiæ vnitate, atque compage.* Cùm prius ſæpè dediſſet operam, auctore Zonara, vt Leonem per litteras ab odio Dei reuocaret, & ad cultum ſacrarum imaginum reduceret. Et quidem in Senatu Imperator Leo Conon, non rogatis Senatorum ſententijs, inconſultis præterea Epiſcopis, de abrogandis imaginibus ſententiam dixit, ac decretum ſanciuit, cui Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ac doctiſsimi quique viri reſtiterunt, ac ingens tumultus à plebe tum Conſtantinopoli excitatus. An Patres illi Eccleſiæ, toto orbe, inſigniores exiſtimandi, ſi qui Concilio Oecumenico, Epiſcopis totius orbis in vnum congregatis, de fide definientibus, reluctentur? ſic noſtro tempore Patres toto orbe inſigniores erunt Lutherus, Bucerus, Oecolampadius, Zuinglius, Petrus Martyr, Caluinus, Beza, ac cæteræ iſtiuſmodi peſtes, quibus & meritò magnum Mornæum nihil impietate, vel etiam audacia refragandi, reluctandi, concilijs Oecumenicis, & Eccleſiæ idololatriam imponendi cedentem accenſeas. Conſtat equidem, initio manu militari Iconoclaſtarũ hæreticorum, exturbatam fuiſſe ſeptimam Synodum, & Imperatorum Irenes, atque Conſtantini filij prudentia in tempus magis opportunum iuſſam differri: & illi quidem erant, qui Iconoclaſtarum hereſim, propinatore illius facto Conſtantino Copronymo, imbiberant, quibus calcaria addebant aliquot Epiſcopi Inoclaſtæ ad hoc conuenientes, vt quæ parabantur, exturbarent, ex illis qui ſub eodem Copronymo, Epheſinam pſeudoſynodum habuerant, de quibus teſtatur Anaſtaſius, conatos eſſe primùm ne cogeretur Synodus: quod cùm obtinere minimè potuiſſent, illud eniſos, vt eandem iam coactam exturbarent, exturbataque, eoſdem ſeptimam pſeudoſynodum acclamaſſe. Iſti nimirum ſunt, qui tanquam hæretici à Synodo vniuerſali condemnati, ſed eo nomine patres inſigniores Eccleſiæ toto orbe, à Mornæo proclamati. Iſti ſunt eidem, *Capys, & alij quorum melior ſententia menti.* An verò defuerunt Epiſcopi toto orbe, qui ſe definitionibus ſanctorum Patrum Concilij Niceni opponerent, ac diuinitatem Chriſti Domini, & cum patre conſubſtantialitatem pertinaciter oppugnarent: non defuerunt certè, & ij quidem Arrianis erant inſigniores Eccleſiæ toto orbe, patres. Quinetiam quotquot obſtinati hæretici vnquam ſe oppoſuerunt definitionibus ſacrorum Conciliorum, eorum etiam quæ iſti, etſi verbo tenus, admittere ſe profitentur, an non ipſiſmet hoſtibus fidei inſigniores Eccleſiæ toto orbe Patres extiterunt, eodẽ prorſus ſenſu, & merito, quò, qui ſeptimæ illi Synodo vniuerſali ſe oppoſuerint, Iconoclaſtæ tales à Mornæo impudenter appellantur?

At incauti vos, an malè cauti, ita ferentibus fatis, diuinis vtique vaticinijs, definito tempore, implendis. Diuidimus muros, & mœnia pandimus Vrbis.

LEgati vtique Romani Pontificis, Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus, omneſque illi Patres in ſeptima Synodo congregati, equum illum Troianum, hoc eſt omnẽ Græcanicam ſuperſtitionem in Eccleſiam admittunt, primuſq; Thymœtes, quem Pontificem Adrianũ tum ſedentem in cathedra Petri facilè interpretetur Mornæus, molem illam equi, Græcarum ſuperſtitionum epitomen,

Duci intra muros hortatur, & arce locari
Siue dolo ſeu iam Troiæ ſic fata ferebant.

Nam quemadmodum ordini fatorum, quibus & ipſum Iouem alligatum volunt, excidium Troiæ tribuunt Poetæ, ita, quod ſeptimo ſæculo, loco religionis toto orbe ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus propagatæ, tot martyrijs confirmatæ, ſuperſtitio irrepſerit in noſtram Eccleſiam, fatis illud tribuendum, quæ nec Chriſtus auertere potuerit, iudicat Mornæus: Quæ verò diuina vaticinia fatorum nomine intelligat, minimè capere me fateor. Nam Prophetarum oracula Chriſti Eccleſiam toto orbe ædificandam, fore

con-

Digitized by Google

conſpicuam, & viſibilem, ad quam confluerent omnes gentes, eamque nunquam interituram diſertis verbis expreſſerunt: In ſemine Abrahæ, quod eſt Chriſtus, benedicendas omnes gentes, Deum Iſrael, Deum vniuerſæ terræ vocandum, Patrem, daturum Chriſto gentes hæreditatem, longè anteà prædictum: Chriſtus ipſe ſe ſuper hanc petram, quæ eſt Petrus, ædificaturum Eccleſiam ſuam, & portas inferi non præualituras aduerſus eam: ſignificauit manifeſtiſsimè. Quomodò igitur, ſeptimo illo ſæculo, ſuperſtitio aduerſus religionem, Antichriſtus aduerſus Chriſtum, & portæ inferi aduerſus Eccleſiam præualuerunt: non aliter quàm Græci, ſic ferentibus fatis, tandem poſt decennium quo Troia obſeſſa eſt, eam euerterunt? Quemadmodùm olim finxerunt Gentiles oracula, vt alibi dictum, quibus religionem Chriſtianam finem breui accepturam prædiceretur; ac in terris deſituram eſſe; ita neceſsè eſt eius generis fingat Mornæus: quibus Eccleſiam de orbe perituram, in ſolitudinem ſe recepturam, inuiſibilem, ac ſoli Deo cognoſcēdam ſeptimo illo ſæculo anteà prædictum ſit: Nā certè huic Mornæi doctrinæ ſanctorum Prophetarum veteris Teſtamenti, quos Iudæi, & Chriſtiani in ſacrum canonem admiſerunt, nullo modo conſpirant vaticinia.

Verba Mornæi.

Et licet, *Vtero ſonitum quater arma dedere.*
Suis ſeſe indicijs inſidiæ illæ proderent, nil morati præmonitores Apoſtolos, monitores tot tantoſque Eccleſiæ proceres,
Inſtantes operi, immemores, cæcique furore,
Hoc monſtrum infœlix ſacrata ſiſtitis arce.

Valde certè ingenioſè in nos torquet, quæ ſeu dolo proditorum, ſeu fatis Trojæ id ferentibus, in perniciem propriam, admiſſa à Trojanis refert apud Virgilium Aeneas: Monſtrum verò illud infelix, vt in allegorica ſua expoſitione perſiſtat, omnia quæ præter verbum ſcriptum credit, aut etiam inſtituit Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana: Mornæus intelligit. Qui verò præmonitores illi Apoſtoli? qui monitores, tot tātique Eccleſiæ proceres? ſi, vt alias oſtendimus, multa Apoſtoli docuerunt, & inſtituerunt, præter ea, quæ ſcriptura ſacra continentur: in quo nec vllum diuinum præceptum violaſſe ſomniandi ſunt; ſiquidem præceptum quidem illis erat à Chriſto, *vt docerent omnes gentes*; non tamen vt aliquid ſcriptis mandarent: Poſtquàm igitur tot teſtimonia, citauimus, pro Apoſtolicis, & Eccleſiaſticis traditionibus, quæ extra ſcripturam habentur, poſtquam item ſacræ imagines, vt ex antiquis patribus, & Eccleſiaſticis hiſtorijs conſtat, toto orbe, in Eccleſia venerabantur, vnde conſtat eſſe traditionem Apoſtolicam: Certè non illarum reſtitutio in Eccleſia, per ſeptimam ſynodum, ſed magis euerſio, cum omni impietate per Iconoclaſtas Imperatores, decreto ſancita, in equo illo Troiano, monſtro infelici, longè verius repreſentabatur: Vt enim non antea vnquā à Troianis receptus ille equus, vnde excidium vrbis: ita nunquam antea ſancitum, per ſuperiores imperatores, qui Chriſti nomen profitebantur, euertendas eſſe ſacras imagines; nec vllus tantam impietatem, antea molitus erat, quantam Conon iſte: quē cùm ſanctiſsimus Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus deterrere conaretur, nihilque proficeret, ſubiunxit: *depoſitionem ſanctarum imaginum audiuimus quidem futuram, ſed non tempore imperij tui.* Cùm verò ille cogeretur dicere ſub cuius imperio, ait, *ſub Cononis*, At ille: *Reuera,* (inquit) *ex baptiſmo mihi Conon nomen eſt.* At ille, *Abſit* (inquit) *Domine, vt per imperium tuum iſtud malū perficiatur, Antichriſti præcurſor eſt, qui hoc adimpleturus eſt, & diuinæ incarnationis euerſor.* Hoc igitur erat vaticinium impietatis ab impuro, & ſacrilego Imperatore Conone, profanis Iudæis magis, quàm ſanctiſsimo Patriarchæ obſequente, promouendæ, à quo plurimum ſibi, vt præmoniti cauere debebant: non verò vllum diuinum vaticinium nobis iſte proferet, quo cauerent pij, & fideles, ne in Oriente aliquandò, per ſeptimam ſynodum, reſtitueretur veneratio ſacrarum imaginum. At verò quid in Trojanis culpæ, ſi amatore Phœbo irato, Caſſandræ, oraculis lex eſt addita, vt nemo illis crederet? Vnde factum, vt ea prędicente incommoda Trojæ futura ex Helenæ raptu, nulla illi fides ſit adhibita: ita quid habet, quo nos accuſet Mornæus, ſi fata ferebant, vt, cum excideret noſtra Eccleſia, ſuperſtitionē admitteret, Antichriſtum exciperet, nec crederemus monitoribus Apoſtolis; an fatis illis ſuperiores eramus? Valeant itaque veſani hominis ineptæ allegoriæ.

Indè igitur in Vrbem, in Eccleſiam igni ferroque graßari, ſacra omnia contemerare, ab Harpyarum ſuarum manibus nil intactum relinquere; ſuperſtitiones omnis generis ex equo illo effundere, non iam Argiuo, ſed quia ita libet iam Troiano, Catholicas, iam Orthoxas, quippe à Pontificibus (ſunt hæc veſtrorum verba) conſecratas, ſanctificatas.

Hoc ſibi vult ſubtilis Mornæus. Quamdiu ſteterat Hector,

Qui lux Dardaniæ, ſpes & fidiſſima Teucrum.

Columen patriæ, mora fatorum, tamdiu Trojam ſtetiſſe, id eſt, quamdiu imperarunt Leo Iſauricus Conon dictus, Conſtantinus Copronymus, Leo quartus, tādiu viguit religio & pietas; ſi quidem iſtis, Iudaiſmus, cultus Dei eſt: tādiu Troja, hoc eſt, Eccleſia ſtetit, vt Iudęus ſit Atheus, Chriſti diuinitatis, & ſacramenti incarnationis abnegator Mornæus: Verū ex iſtis verbis fortaſsè colligat aliquis Mornæum vatem eſſe, & non niſi diuinitùs afflatum ſcribere; nam Moyſes ille vnde nobis creationem mūdi ediſſerit, aut eam didicit? *Nunquidnam ibi fuit iſte Propheta, quandò fecit Deus cœlum, & terram? Non, ſed ibi fuit ſapientia Dei, per quam facta ſunt omnia, quæ in animas etiam ſanctas ſe transfert, amicos Dei, & Prophetas conſtituit, eiuſque* D. Aug. lib. 2. de ciuit. Dei cap. 4.

Digitized by Google

opera ſua, ſine ſtrepitu, intus enunciat. Loquuntur eis quoque Angeli Dei, qui ſemper vident faciem patris, voluntatemque eius, quibus oportet, annunciant: ex his vnus erat iſte Prophetarum, qui dixit, & ſcripſit: In principio creauit Deus cœlum & terram, &c. Et quidem vt docet D. Gregorius Papa: *Prophetia hac eſt de præterito. Sed quis crederet, quia verum de præterito diceret, ſi de futuro etiam aliquid non dixiſſet? & cur præteritis futura permiſcuit, niſi, vt dum implentur ea, quæ de futuro prædiceret, oſtenderet etiam quia de præterito vera dixiſſet?* Ita ſeptimo illo ſæculo nondùm prodierat è ſinu matris, magnus Mornæus; niſi fortaſsè μετεμψύχωσιν adſtruat, cum Pythagora; eoque ſæculo Euphorbum quemdam fuiſſe ſe affirmet: ſed neque ex hiſtorijs fide dignis illius temporis reſcire potuit, tum Pontificem in Eccleſiam ferro ignique graſſatum, ſacra omnia contemeraſſe, ab Harpyarum ſuarum manibus nil intactum reliquiſſe: vt nec Moyſes priores habuit ſcriptores, ex quibus diſceret creationem mundi; nec Deo creanti mundum præſens adfuerat; vndè ergò habuit, vt hæc ſcriberet Mornæus, niſi ſpiritu quodam afflatum fuiſſe dicamus, qui ater ſit, an albus, cordati homines iudicent: & vt de præteritis Mornæo crederetur, cõſultò, & dedita opera futurorum prædictionem permiſcuit, vt initio huius præfationis videre eſt, vbi Papatum grauiorem annis; vt in ventrem totus procumbat, hoc eſt breui finem accepturus ſit, ſcribit. Vt tam vera ſint, quæ de præteritis ſcribit, quàm, quæ futura prædicit. Quæ verò ſunt illæ *ſuperſtitiones omnis generis Catholicæ iam Orthodoxæ, quippe à Pontificibus conſecratæ, ſanctificatæ?* Nullæ enim ſuperſtitiones (vt loquar ex iſtius ſacrilegi hominis mente) aut ſeptimo illo ſæculo, aut etiam poſterioribus ſæculis, in Eccleſia obſeruatæ fuere, aut circa vſum ſacramentorum, aut circa ritus Eccleſiæ, aut cætera eius generis, quas non ſuperioribus ſæculis, aut etiam initio naſcentis Eccleſiæ, obſeruatas fuiſſe, ex antiquis illis, non ambigua fide, patribus conſtet. Et quidem in qualibet Republica non ſolùm ab illius exordio leges rogantur, feruntur, quibus conſtet illius adminiſtratio: verùm & deinceps ad illius ſalutem multa inſtituuntur; ita in populo Dei, in Eccleſia inquam, ipſa, longè omnium perfectiſsima Republica, non dubitamus, hanc fuiſſe ſemper poteſtatem penè ſupremos hierarchas potiſsimùm, multa inſtituendi, quæ ad ſacram religionem exornandam, & amplificandam ſpectarent. Conſecrationes miniſtrorum Eccleſiæ, hoc eſt, ſacras ordinationes, conſecrationes ſanctimonialium, Eccleſiarum deindè, altarium, ſacri Chriſmatis, olei ſancti, quorum alia à Chriſto Domino, alia ab Apoſtolis inſtituta, quæque antiquitùs in Eccleſia obſeruata conſtat, profani iſti loco ſuperſtitionum habent.

Homi. 1. in Ezechielẽ.

Temerariũ Mornai vaticinium.

Harpyarũ.

Et in hoc tu incendio, in hac rerum omnium confuſione, proximo iam ardente Vcalegone, οὐκ ἀλγοῦντος ſanè, conflagrante arce, adlambentibus iam ora tua flammis, oſcitaris tu, & pandicularis, cauillaris, argutaris; qua parte primùm immiſſus ignis anxius, cæterum ſecurus hæres hic concremandus, & ſtupes totus?

Quemadmodùm

In ſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector,
Viſus adeſſe Aeneæ, quærentem vana non moratur.
Sed grauiter gemitus immò de pectore ducens.
Heu fuge nate Dea teque his, ait, eripe flammis.

2. Aeneid.

Ita hic, & alter Hector Mornæus: *Argutaris,* inquit, *qua parte primum immiſſus ignis, anxius,* hoc eſt, tādiu vana quæris? Adeò ſtupes, non te incendio, nō te eripis flāmis? Iā proximus ardet Vcalegon, καὶ οὐκ ἀλγεῖς, ὡς ἐστιν ἄτοπον χρήματα μὲν προαρπάζειν, ὑγείαν δὲ ἀναβάλλεσθαι, καὶ σώματα μὲν προκαθαίρειν, ψυχῆς δὲ κάθαρσιν ταμιεύεσθαι, καὶ τῆς μὲν κατὰ δουλείας ἐλευθερίαν ζητεῖν, τῆς ἄνω δὲ μὴ ἐφίεσθαι, καὶ ὅπως μὲν οἰκήσεις μεγαλοπρεπῶς, ἢ ἀμφιέσῃ, πᾶσαν ποιεῖσθαι σπουδὴν, ὅπως δὲ αὐτὸς πλείστου ἄξιος ἔσῃ μηδὲ φροντίζειν, καὶ ἄλλους μὲν εὖ ποιεῖν πρόθυμον εἶναι· ἑαυτὸν δὲ μὴ βούλεσθαι.

Orat. 40.

Ita Gregorius ille Theologus tam recta, & ſalutifera ſuadens: quàm obliqua, & peſtifera Mornæus, qui tamen nos ſimilibus verbis aggreditur, magnamque ſe noſtræ ſalutis curam gerere, oſtendit; ſed homo ille Dei, cui auſcultandũ: hic filius Belial, cuius ne auribus quidem ſermones admittendi. At mirum certè, tot iam ſæculis tantum ſtuporem omnium Eccleſiæ Romanæ ſectatorum mentes occupaſſe, omnes, inquam Chriſtiani orbis Epiſcopos, quorum eſt attēdere gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit eos Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, inuaſiſſe. Belli quidem Troiani notiſsima hiſtoria, quandò euerſa à Græcis, quoto anno ab orbe condito, vel ab exitu filiorũ Iſraël ex Aegypto quo iudice in Iſraël, quot annis ante primam Olympiadem, vel ante Romam cōditam, quibus tùm, apud celeberrimas nationes, regnātibus, & *excidium illud vſquequaq; cantatum, puerisq; notiſſimũ* (ait D. Auguſtinus) *quod & magnitudine ſui, & ſcriptorum excellentibus linguis inſigniter diffamatum, atque vulgatum eſt.* Verum quandò incendiũ iſtud, cuius meminit Mornæus noſtram Eccleſiam corripuerit: quandò tanta rerum cōfuſio oborta ſit; quando Simon nomine magis, quàm ſpecie Sinō in Eccleſiam igne, ferròque graſſari, ſacra omnia contemerare, ſuperſtitiones omnis generis inducere, quæque alia impudenter iſte mentitur, cœperint: ex quibus fide dignis illorum temporum ſcriptoribus referat, neſcire me fateor; & tantam rem in orbe geſtam ante aliquot ſæcula à nobis ignorari, mirari ſatis non deſino.

Lib. 18. de ciuit. Dei cap. 16.

Non

Non ita prudens Antenor, non pius Aeneas; Perruptis illis Achiuorum globis, vrbe ſeſe cum ſocijs, partim porripiunt, partim prorumpunt; vt quiſque ignē ſemiambuſtus euaſit, manum faciunt, rates qua poßunt conſcendunt, ſedes nouas quærunt, inueniunt, conſtituunt. Troiani perpetuò illi quocumque migrent, quemcunque locum inſideant, qui penates, qui patria ſigna ſecum ferant, Chriſtiani, Orthodoxi, qui Verbum Dei à Græcorum ignibus intactum, Sacramenta Domini integra, illibata ſecum aſportent, venerantur, cuſtodiunt.

Hector in ſomnis viſus Aeneæ dixerat:

Sacra, ſuosque tibi commendat Troia penates,
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære,
Magna pererrato ſtatues quæ denique ponto.

Antenor itaque, & Aeneas ille cum ſocijs.

Ilium in Italiam portans victoſque penates.

Iuxta allegoricam Mornæi expoſitionem Chriſtiani ſunt Orthodoxi, qui Troia antiqua ruente multos dominata per annos, hoc eſt Eccleſia veteri, poſt ſexcentos annos à Chriſto Domino, labente, Antichriſtum excipiente, Græcanicas ſuperſtitiones admittente, indè ſeſe ſubduxerunt, Palladium, penates, patria ſigna hoc eſt verbum Dei à Græcorum ignibus intactum, ſacramenta Domini illibata integra ſecum aſportant, venerantur, cuſtodiunt. Mirabile Mornæi ingenium in excogitandis nouis allegorijs. Theologi noſtri in ſenſibus ſcripturæ eruendis: ſi de litterali ſeu hiſtorico agatur, Hieronymo palmam detulerũt; ſi de Anagogico, Auguſtino, ſi de morali ſeu tropologico Gregorio magno; ſi de Allegorico, Ambroſio: ſed quis Auguſtinus, aut quantus Ambroſius ad Mornæum collatus? Mihi tamen aliquot difficultates occurrunt, nec ſatis huic expoſitioni acquieſco. Si enim aliquandò oraculo reſponſum eſt tamdiu fore incolumem Troiam, quamdiu Palladium, quod verbum Dei eſt Mornæo, intra mœnia ſeruaretur, vndè impius ille

Tydides. ſed enim ſcelerumque inuentor Vlyßes,
Fatale aggreßi ſacrato auellere templo
a. Aeneid. *Palladium, caſis ſummæ cuſtodibus arcis,*
Corripuere ſacram effigiem, &c.

Quomodò capta Troia, verbum Dei à Græcorũ ignibus intactum à reliquijs illis Danaũ, aliò adſportatum? Deindè, nõne apud nos libri veteris, & noui Teſtamenti, ſacramẽtum item Baptiſmi, vt non diffitentur noſtri aduerſarij? quomodò ergo à Troia noſtra *Palladiũ*, hoc eſt verbũ Dei, *Dij penates*, hoc eſt ſacramenta aliò aſportata? Quomodò verò qui adeò abhorret ab idololatria Mornæus, vt nec Chriſti, & ſanctorum imagines probet, quod illas eodem loco habeat, quo idola: per Palladium illud, in quo omnis ſpes Danaum, vt qui idololatriæ toti addicti, & cœpti fiducia belli, vult verbum Dei, quod cum idolis nihil habet commercij, cum tamen ſigni ad rem ſignificatam debeat eſſe aliqua affinitas, per *Deos* item *penates* ſacramenta Eccleſiæ à Chriſto Domino inſtituta ſignificari? Monet Gregorius Na- *Orat. 42.*
zianzenus, in allegorijs mediocritatem eſſe tenendam, vt media via inter eos, qui craſsiore omninò ingenio ſunt, & eos qui nimio contemplationis, & allegoriæ ſtudio ducuntur, incedamus; vt nec prorſus inertes, ac torpidi maneamus, nec rurſus curioſiores ſimus, quam par ſit, *Cautiones in allegorijs adhibenda.*
τὸ μὲν γὰρ, inquit, Ἰουδαϊκὸν, πῶς καὶ ταπεινὸν, τὸ δὲ ὀνειροκριτικὸν, καὶ ὁμοίως ἀμφότερα κατεγνωσμένα. Atque ita ex Gregorio conſtat ſomniorum cõiectorem eſſe Mornæum, vt qui tanto fingendarum allegoriarum ſtudio ducatur. Idẽ orat. 3. quæ eſt 1. in Iulianum, irridet allegoricas expoſitiones fabularum Homericarum, etſi ad naturam rerum adumbrandam, non ad ſignificanda Chriſtianorum myſteria referantur: & ibidem allegoriarum noſtrarum, ac Gentilium diſcrimẽ hoc aſsignat: *Apud nos, inquit, abditi quidam, & abſtruſi ſermones ſunt, at nec externa ſpecies indecora, & inhoneſta eſt, & quod occultatur admirandum eſt, ipſique, qui in penetralia ipſa inducuntur, mirè ſplendidum, ac pulcherrimi cuiuſdam corporis inſtar, haud aſpernanda veſte contegitur. Rerum enim diuinarum mea quidem ſententia, ne indicationes quidem ipſas, externasq; ſpecies inhoneſtas eſſe conuenit, rebusque ſignificatis indignas.* Quid verò tenebris cum luce? quid Belial cũ Chriſto? quæ conuentio, inquam, Palladio cum verbo Dei, aut dijs penatibus cum Eccleſiæ ſacramentis? *Quę porrò prudentia eſt*, ait idem Gregorius, *per cœnum ad vrbem ducere, aut per ſaxa, & ſcopulos ad littus contendere?* Quid igitur abſurdius, quàm ex huiuſmodi gentium figmentis ſacroſancta noſtrę religionis myſteria eruere conari? Atq; vt ampliùs hoſtem hunc cõfundam. Ridebat olim D. Auguſ. *Epiſ. 48 & lib. de vnit.*
Donatiſtas, quod in clariſsima luce tot ſcripturarum veteris, & noui Teſtamenti non viderent *Eccl. c. 14.*
Eccleſiam Catholicam toto orbe diffuſam: & ex obſcuriſsimo loco. Cant. 1. *Vbi paſcas, vbi cubes, in meridie*, Eccleſiam apud ſe ſolos remanſiſſe contenderent; vnde tamen, vt ipſe illic oſtendit, &, vt alibi à nobis dictum, nihil concludebãt. *Hæc myſtica ſunt*, inquit, *aperta ſunt, figurata sũt, aliquid manifeſtum quod interpretatione non egeat, à vobis flagitamus.* Quantò igitur magis ridendus iſte, qui noſtram Eccleſiam excidiſſe, ſuperſtitiones Gręcas admiſiſſe, Antichriſtũ excepiſſe, verbum Dei indè tranſportatum, ſacramenta aliò tranſlata: reformatã ſuam Eccleſiam habere verbum Dei & vſum ſacramentorum, ex euerſione Trojæ, direpto Palladio, dijs penatibus, per Aeneam, & ſocios, indè euectis oſtendere ſe putat. Cum tamẽ, ſi allegoricas expoſitiones, pro libito fingere liceat, & Gentilium hiſtorias, aut etiam figmenta ad allegorias reuocare, & ſi dijs placet, miſcere ſacra profanis: quidni, per *vrbem Troiam*, per *regnum* (inquam) *Priami*, Synagogam interpretemur, per *Palladium*, legem, ſacerdotium, ver-

Retorta in Mornæi allegorica expoſitiones. bum Dei;per *penates* diuina ſacramenta à ſynagoga ad Eccleſiam, à Iudæis ad gentes tranſlata, per Aeneam, & ſocios incendio Troiæ ſuperſtites, quibus ſignificentur Apoſtoli ipſi, de quibus Iſaias: *Mittam ex his, qui ſaluati fuerint, ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam tenentes ſagittam, in Italiam, & Græciam, ad inſulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam, & cæt. & adducent gloriam meam gentibus*. Palladium Troia aſportatum, quia *de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem*: fata ferebant, tùm euerti Troiam, & nouiſsima illa tempora venerant,quibus ſacri vates fore prædixerant vt *vngeretur ſanctus ſanctorum, & non eſſet eius populus,qui eum negaturus eſſet*,& repellentibus Iudæis verbum Dei, conuerterentur Apoſtoli ad gentes: peritura Troia perdidit primùm deos; *Exceſſere omnes adytis ſacriſque relictis Dij,quibus imperiū hoc ſteterat.* Ita priuſquàm Hieroſolyma, arx quondam ſacræ religionis,caperetur,auditas voces,quæ teſtarentur,indè numen vrbis migrare,non modò Tacitus,cui parùm fides haberetur lib 5. Hiſtor. ſed & ipſe Ioſephus Iudæus lib.7.de bello Iudaico ca.13.& ex noſtris Nicephorus lib.3.hiſt.Eccleſ.cap.4.teſtantur. Quòd reprobato Saule & bellica clade proſtrato,eiuſque ſtirpe reiecta, ne indè reges orirentur, Dauid in regnum ſucceſsit, vnde exortus eſt *ſecundum carnem mediator Dei, & hominum, homo Ieſus Chriſtus*: id exponit D.Auguſtinus allegoricè, quòd *populi Iſrael perſonam figuratè gereret Saul, qui populos, regnum fuerat amiſſurus, Chriſto Ieſu Domino noſtro per nouum teſtamentum, nō carnaliter,ſed ſpiritualiter regnaturo, &c.* vt per regnū Saulis reprobati,ſynagoga reiecta; per regnum Dauidis electi,Eccleſia ex Gentibus electa intelligatur. An non quid ſimile apud Homerum, ſi nobis æquo iure cum Mornæo fingere liceat allegorias? Siquidem apud eum, Neptunus oſtendit fata, & Iouem ipſum ſeruatum Aeneā, quia iam exoſum eſſet illi genus Priami; reſeruari itaque Aeneam ad ipſum regnum,ex quo Priami genus deciderer.

Iſai.66.

Iſai.2.

Daniel.9.

Lib. 17. de ciuit. Dei cap.17.

Hō.Iliad. 7.

Ἤδη γὰρ Πριάμου γενεὴν ἤχθηρε Κρονίων.
Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Vt in *Priamo* tāquam in Saule populus Iſrael ſeu ſynagoga reprobata;in Aenea tanquam Dauide populus Chriſtianus,& Eccleſia ex gentibus electa nobis adumbretur, Et vt rectè Mornæus, ſuperſtites illi Troiæ incendio, *quocunque migrent, quemcunque locum inſideant, perpetuò Troiani*: Non enim Troiæ in Phrygia regnum reſtituit; ſed in Italia Troianorum regnum Lauino condito, fundauit Aeneas:indè & Romanorum Imperiū,qui ab Aenea Troiano,originem ducūt, vndè & Aeneadę dicti;& quemadmodum Troia mater Romæ, & indè egreſsi primi Romani illius imperij conditores; ita ſynagoga mater Eccleſiæ, & qui primi legem Euangelicam promulgarunt per orbem,& verbum Dei,ac ſacramenta gentibus cōmunicarunt, ex Iudæis fuere; & quemadmodum æternum fore illud imperium ſummus ille deorum,quos vana coluit antiquitas, pollicebatur apud Maronem. *His ego nec metas rerum, nec tempora pono, Imperium ſine fine dedi.* Ita aduerſus Eccleſiam ſuper Petrum ædificatam *portas inferi nunquam præualituras*, non fictus aliquis Deus,ſed æternus,& verus,Ieſus Chriſtus, ipſa veritas,cuius *verba non præteribunt, etſi cœlum & terra tranſibunt*, pollicetur:& licet imperium illud Romanum lōgè, lateque pateret; arx tamen, & ſedes imperij Romæ erat in Italia: ita licet ijdem futuri eſſent fines Eccleſiæ qui & orbis,Romana tamē Eccleſia à glorioſiſsimis duobus Apoſtolis Petro, & Paulo, (cum quibus nullo modo conferendi ſunt prudens Antenor,& pius Aeneas) conſtituta, & fundata, mater eſt, & princeps omniū Eccleſiarum, Roma arx religionis, Roma latius præſidet religione diuina,quàm dominatione terrena: Et licet Iuno Aeneæ,& ſocijs Danaū reliquis infenſa,Aeolum aduerſum eos irritet, concitet vētos, & tempeſtates,tot voluere caſus, tot adire labores impellat; nihil tamen proficit,manēt immota fata,Iouem illum ſententia non vertit. Ita licet principes,& poteſtates mundi rectores tenebrarum harum, ſignificatæ per Iunonem, quæ aeri preeſt,inſanirent, furerent, aduerſus Apoſtolos, Imperatores, ac principes concitarent; Iudæi, Philoſophi,tyranni, hæretici omnes vndique machinas adhiberent;hoc tamen erat contra ſtimulum calcitrare, hoc vere *θεομαχεῖν*: Atque ita concitati hoſtes ab aereis poteſtatibus, & cum eiſdem coniurati,efficere nō potuerunt, quin Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum radix, & matrix à glorioſiſsimis Apoſtolis Petro,& Paulo, ac reliquæ Eccleſiæ per orbem à cæteris Apoſtolis,& Apoſtolicis viris,conſtituerentur,& fundarentur:hoc regnum Chriſti;fremat,inſaniat Mornæus, ac reliqui Antichriſti præcurſores, æternū futurum eſt: Id enim teſtantur voces,& oracula Prophetarum,futuram Eccleſiā in omnibus gentibus, in ſemine Abrahæ, quod eſt Chriſtus, benedicendas omnes nationes terræ,regnum Chriſti fore æternum. An verò in iſtis allegoricis expoſitionibus, quales à nobis excogitatæ, fundamentum aliquod veritatis conſtituimus, aut illis inniti volumus? minimè gentium. Verùm,cùm ex tot locis ſcripturæ ſacræ perſpicuis,& manifeſtis contra ſectarios omnes Eccleſiam noſtram oſtēdamus, illi autem ad allegoricas expoſitiones figmentorum Poeticorum,quo ſuam oſtendant (in quo maximè ridendi ſunt) confugiant,viſum eſt,ſi quid myſterij ſub figmentis illis latere velint, potiori iure, licere nobis ad noſtra demonſtranda,quàm aduerſarijs ad ſua vſurpare, eòque allegoricas expoſitiones,quæ in figmenta illa poetica magis quadrent,confingere.

Aeneid. 1.

Non

Non Græci, Ilio licet potiantur, Ilio incubent, quoquo tandem titulo ſuperbiant, non tu ipſe iam dedititius, iam transfuga, iam patriæ deſertor.

GRæcorum nomine, Gentes in ſcriptura intelliguntur, & Iudæis opponuntur, præſertim apud D. Paulum Rom. 1. *Virtus Dei in ſalutem omni credenti, Iudæo primùm & Græco.* Rom. 2. *Gloria, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm, & Græco.* 3. *Cauſati ſumus Iudæos, & Græcos ſub peccato eſſe.* 10. *Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci.* 1. Corinth. 1. *Vocatis Iudæis, atque Græcis.* Galat. 3. *Non eſt Iudæus neque Græcus:* Gentes (inquam) vocatæ ad gratiã Euangelij reprobatis Iudæis; & quibus ab ipſis Apoſtolis promulgata lex Euangelica, verbum Dei prædicatum, tradita diuina ſacramenta: quomodò ergò non illa venerantur & cuſtodiunt? à Iudæis quidem ad gentes verbũ Dei, & diuina ſacramenta transferenda, vaticinia Prophetarum continebant; ſed à gentibus, deficiẽte veteri Eccleſia, verbum Dei, & diuina ſacramenta transferenda in ſolitudinem, quò fugitura eſſet reformata, & purior quædam Eccleſia inuiſibilis, & ſoli Deo nota, nuſquam à Prophetis prædictum, aut ab Apoſtolis ipſis traditum, vel ſcriptum: & mirum quidem, Troiam ipſam non ab ipſis Troianis, ſed Græcis hoſtibus, ſurrepto Palladio, paſſam excidium, & euerſam fuiſſe; noſtram verò Eccleſiam non ab alijs, quàm à ſuis, hoc eſt, à Pontifice Romano, & reliquis Eccleſiarum Antiſtitibus, qui idololatriam, & ſuperſtitiones omnis generis in eã admiſerint, in extremam ſui ruinam, vt omninò eſſe deſineret, adductã eſſe. Hæc itaque ſunt veſanorum, & vanorum hominum inania commenta. Non nos *dedititij*, ſed dedititius Mornæus, qui abiurata Chriſti Eccleſia, ſe in Satanæ famulitium dedidit: *Non nos ab illis*, ſcribebat Cyprianus, *ſed illi à nobis defecerunt, & cùm hæreſes, & ſchiſmata poſtmodum nata ſint, dum conuenticula ſibi diuerſa conſtituunt, veritatis caput, atque originem reliquerunt.* Quæ verò nos cauſa impellat, vt Eccleſiæ noſtræ, (quod certè eſſet à Chriſto ipſo deficere) nuncium remittamus? *Ioan. 6.* *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* S. Polycarpus, Præſidi impio inſtanti, vt conuicijs Chriſtum afficeret, reſpondit: *Octoginta ſex annis, illi iam inſeruiui, & nullo me hactenus affecit incommodo: quomodò igitur regem meũ, qui me ad hoc vſque tempus ſeruauit incolumem, contumelioſis verbis poſſem afficere?* Ille Præſidis illius impij, partes agit, transfugas, hoc eſt, proditores Dei, & ſacræ religionis eſſe ſuadet, ad defectionem ab Eccleſia nos ſollicitat, in qua, lauacro aquæ, in verbo vitæ regenerati ſumus, diuinorum myſteriorum participes effecti, tot bonis ditati, toties expiatis peccatis, Deo reconciliati. *Lib. 2. Reg. cap. 20.* Stabiliuit Dominus regnum Dauid, & veri Salomonis filij Dauid Chriſti in ſempiternum: quomodò ergò auſcultabimus ſermones iſtius Seba viri Belial, qui nos à verò Dauid Chriſto ſuadeat transfugere? rectè nos monet Cyrillus Hieroſol. *Catech. 6.* de hæreticis, loquens: *Quorum*, inquit, *blandis verbis ne attendas, neque humilitati fictæ, & ad opinionem compoſitæ. Serpentes enim ſunt progenies viperarum, & Iudas dicebat, Aue Rabbi, & prodebat: ne oſculis attendas, ſed venenum caue.*

Cùm hoſtis vbi Troia fuit, Antichriſtus vbi olim Chriſtus; furibundus. Vt olim in medio templo Antiochus, inter ipſa altaria, ipſas adeò vittas, & victimas ſacrilegus.

CVm multæ regiones, ac Prouinciæ Chriſtianæ religioni nomen dediſſent, & in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidem conceſſiſſent, vt ferè per Aſiam, & Africam, poſteà verò Chriſto renunciarint, & noſtro hoc infeliciſsimo ſæculo per Europam multi à Catholica fide defecerint, qui (vt ſcribit Cyprianus,) *ambulantes in tenebris habere ſe lumen exiſtiment, blandiente aduerſario atque fallente, qui ſecundum Apoſtoli vocem, transfigurat ſe velut Angelum lucis, & miniſtros ſubornat ſuos, velut miniſtros iuſtitiæ, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti, &c.* Cum tot Dei, fideiquę deſertores, verum iſtud eſt. *Hoſtis vbi Troia fuit, Antichriſtus vbi olim Chriſtus:* nam alioqui in Eccleſia noſtra, vbi olim Chriſtus, minimè Antichriſtus. Prioribus ſæculis, vt ex patribus, & ſacris Concilijs conſtat, Romanus Pontifex, ſupremam in ea habuit auctoritatem, & Pontificum Romanorum ſucceſsio non interrupta, veræ Eccleſiæ, patribus fuit nota certiſsima; & vbique gentium Epiſcopi, & ſacerdotes, ac reliqui Eccleſiaſtici ordines, quæ omnia, & in noſtra Eccleſia, quorum nihil apud iſtos profanos reperias: quomodò ergò tunc Chriſtus; nũc Antichriſtus in noſtra Eccleſia? An potuit Diabolus, vel Antichriſtus per tot ſæcula eſſe fortior ille ſuperueniens, qui omnia Chriſti arma ſurripuerit, occuparit orbem terrarũ, Chriſtum in deſertum fugarit, atque in vltimas terras deportarit, vt irritę fuerint Chriſti promiſsiones, quod portæ inferi nunquam præualituræ eſſent aduerſus illius Eccleſiam ſuper petram ædificatam, & Troiam ſuam à Græcanicis ſuperſtitionibus tutari minimè potuerit? Quis neget & Antiochum expreſſam fuiſſe figuram Antichriſti? D. Hieronymus in cap. 11. Dannielis. *Sicut Saluator habet & Salomonem, & cæteros ſanctos in typum aduentus ſui, ſic & Antichriſtus peſſimũ regem Antiochum, qui ſanctos perſecutus eſt, templumque violauit, rectè typum ſui habuiſſe credendus eſt,* & D. Cyprianus de exhortatione martyrij: *Rex Antiochus infeſtus, immò in Antiocho expreſſus Antichriſtus,* annò & idem fuit expreſsiſsima figura iſtorum perduellium, qui loca Deo ſacrata in profana conuertunt: *Ioſeph. l. 12 antiq. c. 7.* quemadmodum ille decreuit, vt templum Hieroſolymitanum eſſet Iouis Olympij, & Garizitanum, Iouis Hoſpitalis diceretur. Ille cõſtituit grauem pœnam ijs, qui Dei legem obſeruarent, & qui liberos circũciderent; ita nihil iſtis magis curæ, quàm ſacramenta Eccleſiæ violare, & ijs fideles

Digitized by Google

deles interdicere. An non ſummi ſacerdotes ex genere Aaron in illo templo, quandiu durauit illa ſynagoga antiqua, qui ex præſcripto Domini ſacrificia offerebant, & templo legitimè ad hoc ordinati præerant? quomodò igitur Antichriſti, ſummi Pontifices nouæ legis, quibus in Petro auctoritatem paſcendi oues ſuas, confirmandi fratres ſuos, ligandi atque ſoluendi commiſit Chriſtus? an verò ſeptimo ſæculo in templis Chriſtianorum nouum aliquod ſacrificium celebrari ab vllo Pontifice iuſſum, aut noua aliqua introducta ſacramenta? Quid ergò tunc, quod idololatriam ſpiraret?

Iam omnia ſibi obtinuiſſe videtur Mornæus, & id totum quod inſtituerat ita demonſtraſſe, vt nullus relictus ſit ambiguitati locus.

Ambigitis adhuc fratres, ac Domini. Audite Iohannem. Et datum eſt illi os loquens grandia, & blaſphemias: Paulum quoque. ſedet in templum Dei tanquam Deus, præ ſe ferens ſe eſſe Deum.

NOs quidem, & Ieſum nouimus, & illius Apoſtolos, Ioannem, & Paulum ſcimus; vos autem Iudæi incircumciſi cordibus & auribus, qui tentatis inuocare nomen Domini Ieſu, quem Paulus prædicabat; qui ſcripturis Apoſtolorum, cum quibus vobis nihil cõmercij, abutimini, qui tandem eſtis? Audimus Ioannẽ, & Paulum, illi tubæ Euangelij, quorum *ſonus in omnem terram exiuit:* vterque θεοδίδακτοι. *Iohannes ille tranſcendit nebulam, qua tegitur omnis terra, & peruenit ad liquidum cælum, vnde acie mẽtis acutiſſima atq; firmiſſima; videret in principio Verbum Deum apud Deum, per quod ſunt omnia, tanquam de pectore ipſius Domini ſuper quod diſcumbere in eius conuiuio ſolitus erat ſecretum diuinitatis eius vberiùs, & quodammodò familiariùs biberet:* Et D. Hier. *Ioannes noſter, quaſi aquila, ad ſuperna volat, & ad ipſum patrem peruenit dicens: In Principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Apocalypſim autem ipſius infinita futurorum myſteria continere ſcribit. Paulus verò raptus vſque ad tertium cælum audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Vterque igitur nobis audiendus. Et quia vtrumque audimus, ideò Morneum non audimus: Monet enim Paulus: *Si quis euangelizauerit vobis, præterquam quod accepiſtis, anathema ſit, &c. Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus.* At certè nemo vnquam hæreticus fuit, aut Mornæus eſt hæreticus; cùm omnes notæ, ex quibus aliquem hæreſeos, aut ſancti patres, aut ſacra Concilia condemnarunt, in Mornæum concurrant. Ioannes verò. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum; nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis.* Ait. Ioãnes. *Datum eſt illi os loquens grandia, & blaſphemias* (inquit Mornæus.)

Act. 19.

D. Aug. li. 1. de cõſenſu Euang. c. 4.

Lib. 1. aduer. Iouinianum.

Galat. 1.
Ad Tit. 3.

Epiſt. 2.

Quod ipſum de Antichriſto, & de illius præcurſoribus noſtri ſæculi hæreticis rectè interpretamur, quorum hæreſes ex omni genere blaſphemiarum ſunt conflatæ; Lege epiſtolam Mornæi dedicatoriam ad Sereniſsimum Regem Britanniæ, totamque iſtam præfationem, quid aliud quàm errorum, & blaſphemiarum congeriem appellaueris? Hunc equidem Apocal. locum, cum Patribus, & omnibus expoſitoribus de Antichriſto intelligi non diffitemur: locum item Diui Pauli; *Sedet in templo Dei, tanquam Deus*, omnes de Antichriſto exponunt; & alij quidem, vt nomine templi Dei, templa Chriſtianorum accipiant, in quibus Antichriſtus ſe faciet adorari tanquam Deum: cùm tamen adorationem illam latriæ ſupremam, vni Deo debitam, exhiberi ſibi nolit Pontifex, qui reputat *ſe conſeruum fratrum ſuorum habentium teſtimonium Ieſu*, & cum primo Anteceſſore ſuo Petro dicit: *& ego ipſe homo ſum*. Cõmunis verò opinio eſt, Antichriſtum reædificaturum templum illud Hieroſolymitanum, vt ſibi Iudæos conciliet, in eoque ſeſſurum tanquam Deum: at Pontifex Romanus, neque de templo Hieroſolymitano reædificando vnquam cogitauit, neque Iudaicæ legi, aut antiquis cæremonijs addictus eſt, neque in eo templo ſedet, tãquam Deus: ſed in Eccleſia ſuppliciter Deum adorat, & peccatorem ſe agnoſcit, ac profitetur: quomodò igitur ex Iohanne, vel Paulo, iſte colligit eum eſſe Antichriſtum? Subtiliter ſanè, & ingenioſè.

Apoc. 19.

Act. 10.

Audite iam, inquit, *& videte Paulum Quintum Pontificem huncce veſtrum.*

Noſter vtique eſt, quia Chriſtianorum omniũ Pontifex: quia Paſtor omnium ouiũ Chriſti: quia pater Chriſtianæ plebis; Mornæus itaque, qui Chriſtianus non eſt, neque ouis Chriſti, nihil mirum, ſi hunc Paſtorem ſuum nõ agnoſcat. Sequitur Mornæus.

Præfigitur ſuorum libris heri, aut nudius tertius excuſis ad viuum, quaſi in tabella depictus, hac inſcriptione. Paulo V. Vice Deo, Chriſtianæ Reipub. Monarchæ inuictiſſimo, & Pontificiæ omnipotentiæ conſeruatori acerrimo: Quo & pridem ſtylo Tolentini legitur, Paulo III. Opt. Max. in terris Deo.

AN libri aliqui extent excuſi, quibus iſta præfigantur; neſcire me fateor, ſiquidem ad manus meas non peruenerunt. An verò rectè indè concluditur; ergò Pontifex eſt Antichriſtus? non certè magis, quàm ſi ita arguas; Philippus Mornæus, hoc eſt Murcidus, Pleſsiaci, Marliani, &c. Dominus, Cataphractorum turmæ ductor, Salmurienſis ditionis præſes, in veſtibulo ſui myſterij iniquitatis, quaſi in tabella depingitur, hac inſcriptione *Arte, & Marte*: Ergò Philippus Murcidus, eſt Antichriſtus; ſed magis directa hæc concluſio: Ioannes de Antichriſto ſcribit, *& datum eſt illi os loquens*

Digitized by Google

quens grandia, & blaſphemias, at iſte loquitur grandia, & blaſphemias, ergò iſte eſt Antichriſtus. Nec verò inſcriptio illa etſi præfixa eſſet libris quorundam Catholicorum; aut errorem aliquẽ, aut blaſphemiam contineret, vt Pontificem argueret eſſe Antichriſtum. Quod ſi noſtris *Vice-Deus eſt*; non ergò Deus, neque colitur à nobis vt Deus, neque enim, qui Prorex eſt, eadem, qua Rex dignitate præeminet, aut eodem honore colitur: In quamcumque dignitatem homo aſſumatur, ſemper homo eſt, neque creaturæ limites excedit, licet ipſa dignitas, participatio ſit quædam ipſius diuinitatis, quo fit, vt honore quidem ſupra homines, non tamen diuinitati ipſi debito, colatur. *Vicarium ſe Chriſti Dei, & hominis in terris*, ex ipſa Dei inſtitutione profiteri, nunquid eſt præſe ferre, ſe eſſe Deum? Quod *Chriſtianæ Reipublicæ* dicatur *monarcha inuictiſſimus*: ne id quoq; tàm inuidioſum eſt, quam vellet Mornæus: Equidem Reſpublica dicitur, quæ eiſdem legibus continetur, & gubernatur: Etſi itaque ciues mundanæ ciuitatis, qui diuerſis legibus, per diuerſas regiones, & prouincias reguntur, diuerſas Reſpublicas conſtituant; quia tamen, quatenus Chriſtiani, iiſdem legibus, aut à Chriſto primùm latis, aut deinde ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus adminiſtrantur, icirco diuerſa regna, ac plures Reſpublicæ eandem Rempublicam Chriſtianam, cui præeſt ſummus Pontifex, longè ſuperioris ordinis, quàm ſint mundanæ Reſpublicæ, conſtituunt. Dicitur verò *Monarcha inuictiſſimus*, quia ſcilicet Eccleſia nullis vnquam machinis expugnari, nullis viribus ſuperari poterit, & quia Pontificatus à Deo inſtitutus; quæ verò Deus iuſtituit ab hominibus labefactari, aut euerti non poſſunt; & quidem hic titulus *Monarchæ inuictiſſimi*, & alijs magnis Principibus paſſim ab auctoribus tribuitur, quos tamen ſi indè Mornæus concludat eſſe Antichriſtos, ridiculus erit. Quod verò dicatur *Pontificia omnipotentia*: certè non dicitur diuina omnipotentia, quæ pro obiecto habeat omne poſſibile, & nullis limitibus reſtringatur; ſed dicitur omnipotentia quædam miniſterialis, quatenus ſummam in ſpiritualibus, pro regimine, & ſalute animarum, à Deo conſecutus eſt poteſtatem, quæ nullis locorum, aut temporum terminis cõcludatur, quodque in his quæ ſunt iuris Eccleſiaſtici, à nullo poſſit illius auctoritas reſtringi, & huius quidem auctoritatis, poteſtatiſq; conſeruatorem acerrimum eum eſſe decet: quemadmodùm enim Principi cuilibet ſuam dignitatem tueri maximè conuenit, ita multò magis decet ſummum Pontificem ſuam ipſius, ac Eccleſiæ dignitatem, contra quoſcumque aduerſarios, integram conſeruare. Et quidem quomodo, Reges, Iudices, Sacerdotes. Dei, in ſcriptura dicuntur, & illi, ad quos ſermo, Dei factus eſt, & Moyſes Deus Pharaonis: eodem non repugnat, & Pontificem Deum dici. Verùm Mornæe, Antichriſtus ipſe, vt ſcribis, *loquetur grandia, ſedebit in templo Dei, tanquam ſit Deus*, ſibi magnificos, & ſuperbos titulos ipſe tribuet: Atqui nemo Pontificum hos ſibi titulos vnquã tribuit, neque enim *Paulus V. Pontifex hicce noſter*, aut ſuperiorum Pontificum prædeceſſorum ſuorum aliquis in diplomatibus, aut Bullis Pontificijs, aut Breuibus ita præfatus eſt. *Paulus V. ViceDeus Chriſtianæ Reipublicæ Monarcha inuictiſſimus*, &c. Neque iubet vt aliquis huiuſmodi titulos illi tribuat; etſi nihil veritati fidei, aut doctrinæ Chriſtianæ repugnent; nõ igitur eſt Antichriſtus. Certè quòd à ſacrilegis hominibus ſectarijs iſtis, vocetur Antichriſtus, quæ eſt iniuria in Deum ipſum atrociſſima, non ideò eſt Antichriſtus. Ita quòd tituli aliqui illi tribuantur, qui perfidis iſtis non probantur, nec ideò eſt Antichriſtus.

Subſternuntur Principum, Regum, Cæſarum ſceptra, diademata circumſtant illum, vultu imperium portendentem (capiti imminet hæc inſcriptio) Principes, Reges, Cæſares ipſi cernui, fulguriti, attoniti, adorabundi.

ITa cauillatur hic Ethnicus impius, dum de Pontifice loquitur. Alexander ille Macedo, cum Iudęorum Pontificem Iaddum Tiaram in capite geſtantem cum præfixa aurea lamina inſculpto Dei nomine conſpexit, ſolus ad eum accedens, & nomen illud adorauit, & ſalutauit Pontificem; & cùm Parmenio rogaret familiariter, quid ita, cùm ipſe adoraretur ab omnibus, nunc adoraret Iudæorum Pontificem, ille: *non ſe hunc adoraſſe reſpondit, ſed Deo, cuius Pontifex eſſet, honorem hunc exhibuiſſe*; ita quem nos honorem Pontifici tribuimus, Chriſto ipſi deferimus, *Qui vos honorat, me honorat, & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Attila ille, flagellum Dei, Ethnicus, & barbarus Leonem Pontificem honorauit, & illius rogatu pedem retulit; paratus alioquin vrbem inuadere ferro, & flammis vaſtitatem inferre, longè iſtis religioſior, qui Pontificiam dignitatem pedibus conculcari optant: quam quidem quanti fecerũt ſemper Chriſtiani Imperatores, Reges, ac principes, notius eſt, quàm, vt in eo probando immoremur. Quod ſi Pauli V. Pontificis maximi, perbenigni, & humaniſſimi vultus, maieſtatem quandam præ ſe fert, *vt vultu portendat imperium*; Si ſpecies Priami digna imperio: an ideò Antichriſtus eſt Pontifex? An ideò, quod religioni, ſceptra ſua ſubmittunt principes, ille Antichriſtus? Nathan Propheta adorauit Dauid Regem, Abraham adorauit populum terræ: Iacob Deo dilectus fratrem Eſau exoſum, & Cornelius ipſe Centurio, etſi nondum Chriſtianæ religionis ſacramentis initiatus, Petrum Apoſtolum. An igitur ſi Pontificem adoramus, non quidem ea quæ vni Deo, ſed longe inferiori, quæ tantæ dignitati debetur, adoratione, ideò ille Antichriſtus?

Alexander Pontificem Iaddũ adorat.

Ioſephus li. 11. Antiquit. cap. 8.

Cir-

Digitized by Google

Circumſonat denique verbum Dei, at quàm præpoſtere vſurpatum, detortum. Gens, & regnum, quod non ſeruierit tibi, in gladio, & in fame & in peſte viſitabo gentem illam, ait Dominus. Ierem. 27. Quod de Nebuchodonozore Eccleſiæ deuaſtatore olim prædictum: alter Caiphas ipſe ſibi accommodat, in ſe ipſo Chriſtianæ Eccleſiæ alaſtore impletum vult. Item. Dedit ei Dominus poteſtatem, & regnũ, & omnes populi ipſi ſeruiẽt, poteſtas eius poteſtas æterna quæ nõ auferetur, et regnũ quod nõ corrũpetur. Dan. 7. Vultu in terram demiſſo puluerem pedum tuorum lingent. Eſai. 49. Quæ de vno Chriſto, nemini homini, citra blaſphemiam, communicantur.

HAec loca ex ſcriptura citata pauliſper ſunt expendenda. Ac primùm eo loco Hieremiæ ſermonem eſſe de Nabuchodonozore nõ diffitemur. Aperit verò os ſuum in blaſphemias iſte, cum Pontificem *alterum Caiphã* appellat, & *Chriſtianæ Eccleſiæ alaſtorem*: Caiphas Pontifex anni illius, non Pontifex legitimè inſtitutus, ſed in Pontificatum intruſus; at *Paulus V. vocatus à Deo, tanquam Aaron* legitimè inſtitutus Pontifex, quem vniuerſa Eccleſia, vnicum in terris ſummum Pontificẽ agnoſcit: nec remoramur ſacrilegos huiuſmodi homines: & tamen, in Caipha, ſacerdotali dignitati etiam multum tribuit Euangeliſta, *cum eſſet* (inquit) *Pontifex anni illius, prophetauit*, vt non perſonæ, ſed diuino ſacramẽto, Prophetia tribuatur; Etſi enim homo iniquus, ac ſceleſtus, dignitas tamẽ ſancta erat, quod obſeruauit D. Auguſt. tract. 49. in Ioannem, & D. Chryſoſtomus homil. 64. *Non tolli dignitatis ſanctitatem per vitam malam ea fungentis, & licet ſacerdos malè viuat, tamen ſacerdotium in eo ſanctum eſt*; at iſte non tam perſonam ipſam quàm Pontificis dignitatem inſectatur; ἀλάστορας verò incendiarios iſtos Chriſtianæ reipublicæ meritò quis vocarit: & certe poſt collationem apud Fontem Bellaquæũ habitam, Henricus quartus rex Chriſtianiſs. æterna memoria dignus, non modò tum de regni adminiſtratione cogitans, & ſed & Catholicæ religionis amplificandæ, ac in integrum, toto regno, reſtituendæ cupidiſsimus, peſtem quandam, & animarum perniciem, iſtum impoſtorem appellauit: quo teſtimonio nullum ualidius, aduerſus ſicarium iſtũ, adferri poſſet. Splẽdidè verò mentitur, cùm Pontificem ſcribit velle in ſe impletum illud Hierem. 27. quod de Nabuchodonozore olim prædictum. *Gens, & regnum, &c.* Neque enim, ſi loca aliqua ſcripturæ præpoſterè in Pontificem ipſum detorqueantur; ipſe ea vſurpare, ſibique accommodare dicendus eſt. Qui retulit locum illum Hierem. 27. vbi ſermo eſt de rege Nabuchodonozore, in ipſum pontificem, poterat vtique locum citare ſimilem ex Eſaię 60. qui propriè, & ad literã de Põtifice, & de Eccleſia intelligitur, quẽ ſuppreſsit Mornęus, *Gens, & regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit, & gentes ſolitudine vaſtabuntur*, & ſecundum ſeptuag. *Gentes, & reges, qui non ſeruient tibi, peribunt*, nec tamen quicquam abſurdi ſequitur, ſi & locus ille Hieremiæ Pontifici accommodetur; ſi enim Deus voluit plurimas gentes ditioni ſubijci Nabuchodonozoris, & ſi regis infidelis, comminatus ſe in eos, qui detrectarent illius imperium, animaduerſurum; quantò magis vltionem de illis ſumpturus eſt, qui reſilient ab obedientia Põtificis, *quem conſtituit ſuper familiam ſuam?* Vndè enim factum eſt, vt tot nationes prius liberas ac ſuis viuentes legibus, videamus duriſsimæ ſeruituti barbarorum ſubiectas; niſi quòd à Pontifice defecerunt, ac primatum illius in omnes Eccleſias negarunt? Nec verò quæ Chriſti ſunt, & de Chriſto in ſcriptura intelliguntur, cum blaſphemia, Eccleſiæ, aut Chriſti miniſtris tribuuntur: An non Chriſtus ipſe lux mundi? *Ego ſum lux mundi*, & tamen ſuos Apoſtolos alloquens, *Vos* (inquit) *eſtis lux mundi*. An nõ Chriſtus *paſtor bonus*, & tamen citra blaſphemiam ſcribit Apoſtolus, Chriſtum Eccleſiæ ſuæ dediſſe alios Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios paſtores, & Doctores: Quantum ad locum Danielis 7. *Dedit ei Dominus poteſtatem, & regnum, &c.* quis neget, niſi Iudæus de Chriſto, illiusque regno intelligi? quod regnũ Chriſti? an non Eccleſia? *omnes populi illi ſeruient*; ſiquidem amplitudine ditionis, & dominationis omnibus regnis mundi præcellit: ſiquidem *prædicabitur Euangelium omni creaturæ, & plenitudo gẽtiũ intrabit, & tunc reliquiæ Iſrael ſaluæ fient.* Quod ſi aliquandò in ſolitudines fugiſſet Eccleſia, ac in terris conſpicua, & viſibilis eſſe deſijſſet, quomodò vera prophetia Danielis? dicimus item, in regno ſpirituali Chriſti hoc eſt Eccleſia, ſummã poteſtatem ſpiritualem habere Pontificem Chriſti vicarium, &, hac ſpirituali dominatione, cunctis mundi principibus pręcellere, nec illius poteſtatem locis, aut temporibus limitatam eſſe; quotquot enim gentes dant nomen Chriſto, & in fidem illius concedunt, Pontifici, eiam Romano tanquam ſupremo hierarchæ à Deo, non ab hominibus, inſtituto, obedientiam pollicentur ac præſtant. Non quidem Pontifices æterni quemadmodùm Chriſtus, quia morte prohibentur manere, ea tamen ſuprema, & Monarchica ſpiritualis poteſtas, quæ reſidet in ſucceſſore Petri: latret, rabiat, diſrumpatur Mornæus: æterna erit, non niſi cum mundo in terris finem acceptura. Quod ſi Chriſti regnum aliquandò in terris, illudque viſibile; ergò & Prorex aliquis, qui illud adminiſtret, & illius vices gerat, ſiquidem reges, qui pluribus regnis dominantur, cùm certo loco conſiſtant, in alijs regnis ſuos habent Proreges: Chriſtus habet regnum in terris, quod acquiſiuit ſanguine ſuo, regimen illius vtique in terris, vt

Ioan. 11.

Regis Chriſtianiſſimi de Mornai iudicium.

Rom. 11.

non

non ſemper de cælo vocem Chriſti loquentis expectemus, Proregem certè aliquem in terris cõſtituiſſe putandus eſt, aut certè nõ ſatis ſuis ſubditis in his, quæ ſunt maximi momenti, vt quę ſpectant ad ſalutem animarum, conſuluerit; quod citra blaſphemiam nequit efferri. Quod attinet ad locum ex Eſai. 49. *Vultu in terram demiſſo puluerem pedum tuorum lingent*; operæ pretiũ huc referre, quod in illum locum Eſaię ſcribit Leo de caſtro, meminiſſe, ſe legere in codice peruetuſto ordinis D. Benedicti de moribus Eccleſiæ Chriſtianæ: *Reges olim cum adirent Epiſcoporum Synodũ, procumbere ſolitos toto corpore ante Epiſcopos, & terram exoſculari, neque prius humo ſe attollere quàm illi ſuis ſedibus ſurgerent, & illos brachijs attollerent, et ſella quadam regia, pro dignitate, collocarent. Dum tali pietate*, inquit, *præfulgebant reges, victricia aduerſus hoſtes ſuos videbant ſigna, hoc*, inquit, *puto ſignificari ab Eſaia*. Ita benè conſultum rebus ſuis putent reges, ac principes, quãdò pedes Pontificis exoſculabuntur, hoc eſt, ſummam illi reuerentiã & obſeruantiam exhibebunt. An verò quamdiu in terris Chriſtus noſtræ ſalutis myſteriũ operatus eſt, *vultu in terram demiſſo reges eum adorauerũt aut puluerem pedum linxerunt*? Hoc igitur completur, quãdò in Chriſti Vicario is honos, eaque reuerentia eidem defertur. Alexander Magnus, licet verę religionis expers, Pontificẽ Iudęorũ adorauit, teſtatus non hunc ſe adoraſſe, ſed Deo, cuius Pontifex eſſet, hunc honorem exhibuiſſe; ita nos in Pontifice, Chriſtum ipſum veneramur.

Hæc, inquit, *iuſſu ſuperiorum, Bononia, Neapoli, typis mandata; Nec temerè quidem, aut priuato quorumdam ſtudio, ſed ex ſenatuſconſulto Pontificio, re deliberata, ſolemni more in loco maiorum, in congregatione publica, in æde Mineruæ, in Pauli ipſius conſpectu, in celebri Cardinalium conſeſſu, magno populi concurſu, diſputata, definita.*

VAldè certè elegans, & accurata deſcriptio cum omnibus argumenti ipſius circumſtantijs. At paulò anteà ſcripſerat (*præfigitur ſuorum libris heri aut nudiuſtertius excuſis*: nunc verò *hæc, diſputata, definita*.) Atqui libri in æde Mineruæ non ſolent diſputationi ſubijci; verùm Romæ antequam typis mandentur, magna cautio adhibetur, ſit ne in eis aliquid cẽſura dignum, & expungendũ, aut expurgandum, cùm huiuſmodi librorum, qui errores cõtra fidẽ aut bonos mores continent, lectio ſit valde periculoſa; ſi quæ verò concluſiones ad diſputandum nonnunquam proponantur, & illis Pontificis effigies, aut loca aliquot ſcripturę ad ſupremam illius dignitatem commendandã ſpectantia, præfigantur, aut etiam aliquibus libris in lucẽ editis, non tamẽ iſta ſunt, quæ diſputantur, aut definiũtur, quæ, vt ſupra dictũ eſt, nihil contra Chriſtianæ religionis, aut Catholicę fidei veritatem in ſe continent, niſi hæreticorum iudicio, quibus nihil eſt cerebri. Et Cardinales quidem ipſi nonnunquam ſua præſentia honorare ſolent publicos, & ſolemnes actus diſputationum, ridiculum tamẽ eſt, quod de Pontifice in grauiſsimis negotijs Reipublicę Chriſtianæ continuè occupato, affirmat hæc in conſpectu illius, *diſputata, definita*.

Contrahis hic frontem (lector.)

ATqui non habet effrons iſte, quam contrahat frontem; & frons hæreticorum, non eſt frons, nec nos cõtrahimus, ſed explicamus frontem, qui videmus tantam noſtrorum aduerſariorum omnis conſpicuam impudentiam, vt indè apud omnes facilè mendacij conuincantur.

Non arcana loquor; Nouit hæc Roma, & proſtant hæc monſtra cuiuis monſtranda, oſtentanda; Et tu peregrinus verè in Eccleſia tua, ſi ignoras, cui proditor, ſi conſcius diſſimulas.

AC ſi ad ſalutem noſtram ea ſcire neceſſarium eſſet; vel etiam Eccleſia noſtra præſcriberet, nihil eorũ ignorare, quæ Romæ geruntur, ſi qui libri Pontifici dedicẽtur, ſi qui actus publici diſputationum, illic habeantur, aut in priuatis ſingulorum ordinum collegijs aliqua diſputentur, vel definiantur. Quod ſi multa quæ in Concilijs generalibus definiantur, licet ignorare; multò certè magis ea, quæ Romę in diſputationibus priuatis, aut publicis definiũtur, quæ nõ pluris facimus, quàm, ſi alibi in ſcholis Theologorum definirentur. Quod ſi deciſiones Rotę Romanæ non omnes omnium locorum Iudices ſcire tenentur, nec Theologi ipſi vbiuis locorum; multò minus omnes Chriſtiani, ea ſcire tenentur, quæ Romæ in æde Mineruæ, in priuato collegio diſputata ſunt, aut definita.

Et nobis inter hæc Agyrtæ iſti, Antichriſtum Babylone natum, libellis conſultò editis, nunciare non erubeſcunt.

ANtichriſtum fore quidem ſingularem hominem ſub finem mundi venturum, & Iudæum, ac circumciſum; quem pro ſuo Meſsia Iudæi ſunt excepturi, ex ſcripturis ipſis colligitur, & conſtat ex traditione Patrum, quorum & multi volũt naſciturum ex tribu Dan. Verùm Babylone naſciturum, etſi non deſint fortaſſe, qui probabiliter doceant; de hoc tamen nihil certum habemus, neque id ſcire ad fidem vllo modo ſpectat, & agyrta iſte, qui id nobis, & multa alia falsò imponit.

Audite verò vocem, non iam de cælo, quam

Ioan-

Digitized by Google

Ioannes excipiat; ſed ex orco quã intonet Mornæus, *ὃς τόσον αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα. Qui quinquaginta alios æquat clamore ſonoque:* vocem, inquam, impuram, os illud infame.

Vos itaque iam appello populi; Quid amplius cunctamini? toties deluſi, quin voci cæleſti intonanti actutum obtemperetis; Exite ex ea populi mi, ne de peccatis, plagisque eius participetis.

NOn dubitamus certè vocem iſtam eſſe cæleſtem prout à Ioanne prolata, in auribus noſtris inſonat; ſed interpretatio illius, & accommodatio, authore Mornæo, non aliundè, quàm ex orco emiſſa. Quòd ſi deluſi ſumus, qui notas Eccleſiæ Chriſti, non niſi in Eccleſia Chriſti, non niſi in Eccleſia Catholica Apoſtolica Romana conſpicimus; vtique ex ſcriptura, ipſo Dei verbo, à Concilijs, à patribus, Deo vtique ipſo, deluſos nos eſſe oportet, vt ei liberè & fidenter dicamus: *Si decepti ſumus, decepiſti nos Domine.* Væ vobis qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucẽ, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum, veſtram Sathanæ ſynagogã reformatam illam, quam fingitis Eccleſiam aliquandò inuiſibilem; poſteà mundo ſe prodentẽ Chriſti Domini Eccleſiam aſſerentes: hanc verò antiquam Catholicam à Chriſto in terris ædificatam ſuper Petram, Babylonis nomine, à quà iubetur populus Dei recedere, impiè, & ſacrilegè interpretantes. Verùm nihil eſt, quod vocem impuram, aut os infame iſtius miremur; ſiquidẽ hæ ſunt blaſphemiæ omnium hæreticorum ſolẽnes, qui non minus ſunt hoſtes corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, quàm fuerunt Iudæi ipſiuſmet capitis, illud iniurijs proſcindendo, blaſphemijs prouocando, quin & crucifigendo.

Proſequitur incẽdiarius iſte Reipublicæ Chriſtianæ rabidus, furens audacia, reges Catholicos ita compellans,

Vos itidem Reges, tamdiu inebriati.

PErfidorum Iudæorum perſonam nobis iſte refert, qui, cum Apoſtoli accepto ſpiritu Sancto linguis omnium gentium loquerentur magnalia Dei, muſto plenos eos eſſe calumniabantur: ad quos tum rectè Petrus. *Non enim ſicut vos æſtimatis, hi ebrij ſunt, ſed hoc eſt quod dictum eſt per Prophetam Ioel: & erit in nouiſſimis diebus, dicit Dominus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, &c.* Ita nos ad murcidum iſtum Iudæum magis, quàm Chriſtianum. Non enim inebriati ij reges, qui fidem Catholicã perpetuò coluerunt, & ſanctam Romanam Eccleſiam in omnes Eccleſias habere principatum crediderunt, ſupremæque Romani Pontificis ſpirituali poteſta- *Act. 2.*

ti, ſubditos ſe eſſe, tanquam oues ſacræ, numquã diffiſi ſunt; ſed hoc eſt, quod ſacra oracula præcinuerunt, Eſai 49. *Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ, vultu in terram demiſſo adorabũt te.* In quem locum D. Hieronymus. *Si caput Eccleſiæ Chriſtus eſt, caput adoratur in corpore, & ſi ad quoſdã dicitur, Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius, cur non adoretur Eccleſia, quæ totum Chriſti corpus amplectitur, &c.* An perſõ quod in omnibus membris ſuis, adorandum voluit, & nõ magis in Antiſtitibus ipſis, qui pro Chriſto legatione funguntur, Apoſtolorum ſucceſſoribus, maximè verò in eo, qui Chriſti vices gerit in terris? Iſaias item 60. *Ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum miniſtrabunt tibi, et ſuges lac gentium, & mammillã regum lactaberis; etc.* Vt cæteros reges, qui per orbem dominati ſunt, prætermittam, ex omnibus Galliæ regibus à Clodouco primo Chriſtiano ad Pipinum patrẽ Caroli magni, à Carolo magno ad Hugonem Capetum, & ab eodem Principe, tertiæ familiæ regum Franciæ, ad Ludouicum XIII. nunc fœliciter regnantem; an aliquis Eccleſiæ reformatæ, & puriori Mornæi quæ, ante aliquot annos, vbi gẽtium eſſet ignorabatur, nomen dedit? An non omnes, Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, fidem coluerunt? ab Archiepiſcopis, à Pontificibus maximis inſtituti, & eiuſdem cum illis cõmunionis inaugurati ſunt? vbi & reges ſanctiſſimè iurant, ſe Eccleſiæ Catholicæ, & fidei ſanctæ Romanæ Eccleſiæ perpetuò fore protectores. Quin & Epiſcopi, & laici ſacramentum fidelitatis præſtant, ſe, adiuuante Domino, conſilio & auxilio fideles futuros, vt regnum, quod Deus donauit, ad ipſius voluntatem, & ſanctæ Eccleſiæ, & debitum regiũ honorem, & ſuam, ſubditorũque ſaluationem habere, & continere poſſit. An verò iſti tamdiu inebriati fuerunt in iiſdem fidei dogmatibus ſecùm perpetuo, ac cum Eccleſia Romana & reliquo Chriſtiano orbe conſentientes? Iſti verò mutuò ſeſe confodiunt, & ſicut in die Madian mutua ſe cæde truncant; immò nec ſibi ipſis conſtant, in præcipuis fidei articulis hærent, modò aiunt, modò negant, Sequitur. *Omnes Reges fraude fidẽ Romanæ Eccleſiæ coluerunt.*

Quid circumſpicitis? quin omnipotentis conſilium, haud irritum, impletum accurritis.

ATqui Iohannes expreſsè dicit: *Deus dedit in corda eorum vt faciant quod placitũ eſt illi: vt dent regnum ſuum beſtiæ;* quod certè de regibus Catholicicis, & Pontifice Romano intelligi non poteſt; ſiquidem regna ſua non dederunt Pontifici: Nùm igitur vult Chriſtianos reges, qui Pontificem Romanum, in ſpiritualibus, ſuperiorem agnoſcunt, & reuerentur tanquam oues paſtorem, pugnare cum agno, eſſe hoſtes Chriſti? at reges illi, per decem cornua eo loco Apocalypſis ſignificati, dicuntur vnum conſilium habuiſſe, & virtutem, ac poteſtatem ſuam beſtiæ tradidiſſe; quod certè minimè quadrat in Catholicos reges, qui in ciuilibus, & temporali- *Apoc. 17.*

Digitized by Google

poralibus nullum ſuperiorem agnoſcunt, neque regna ſua, aut regiam poteſtatem, quæ ſuprema eſt in ſuo genere, in Pontificem tranſtulerunt. Quantùm verò ſit ſacrilégorum iſtorum in vicarium Chriſti odium, conſtat ex his quæ ſequuntur.

Quin belluam illam deſolatam & nudã facitis, carne deuorata, igni cõburitis.

VElit iſte Chriſtianorũ reges, quàm Læſtrigones, immaniores eſſe, aut etiam Cyclopes, *ἐν Διὸς Αἰγιόχου ἀλέγοντας οὐδὲ θεῶν μακάρων*. Audi Mornæe, quid Dominus tibi, & omnibus Eccleſiæ hoſtibus comminetur per Eſaiam, *Eos, qui iudicauerunt te*, (Eccleſiam colligendam ex gentibus alloquens) *ego iudicabo, & filios tuos ego ſaluabo. Et cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis, & quaſi muſto, ſanguine ſuo inebriabuntur, &c.* Vt ſanctæ Romanæ Eccleſiæ hoſtes non Pontificis, ſed ſua morte ſaturentur, & qui carnes ſunt, quia Dei ſpiritum perdiderunt, ſuis veſcantur carnibus. De Luciano Samoſatenſi impio atheo refert Suidas, *τελευτῆσαι αὐτὸν ὑπὸ κυνῶν ἐπεὶ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐλύττησεν, εἰς γὰρ τὸν περεγρίνου βίον καθάπτεται τοῦ χριστιανισμοῦ, καὶ αὐτὸν βλασφημεῖ τὸν χριστὸν ὁ παμμίαρος, διὸ καὶ τῆς λύττης ποινὰς ἀρκούσας ἐν τῷ παρόντι δέδωκεν· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι κληρονόμος τοῦ αἰωνίου πυρὸς μετὰ τοῦ σατανᾶ γενήσεται.* Quæ vero blaſphemiæ, aut quæ impietas Luciani, ſi cum impietate, & blaſphemijs ſacrilegi iſtius hominis in ſanctam Eccleſiam Catholicam, Apoſtolicam, Romanam, & in Chriſtum Domini conferantur? dignus itaque Luciani exitu, cuius præter cruciatus æternos illi cum Diabolo & Antichriſto præparatos, carnes, non à Cyclopibus, aut Læſtrigonibus, ſed à canibus, & feris diſcerpantur, ac deuorentur. Cui tamen meliora precamur, conuerſionem ad Deum, & reſcipiſcentiam à Laqueis Diaboli.

Eſa. 49.

Mornæus magis impius, & blaſphemus, quàm Lucianus.

Plancturi alias, inquit, *ſuper illa, pœnas cum illa luituri, qui cum illa tamdiu deliciati, fornicati eſtis.*

QVæ verò, deliciæ, aut fornicationes ſunt Chriſtianorum Regum cum Pontifice? quid aliud quàm Dei honorem, Chriſtianæ Reipublicæ ſalutem, ac tranquillitatem, et Chriſtiani nominis amplificationem, ac Eccleſię longè, latèque ſibi incrementa proponunt?

At tu Chriſte Domine, inter hanc cunctationem dicam, an ignauiam, euigila, exurge, deſcẽde, vide Sodomæ huiuſce ſpiritualis peccatũ גד׳ עשׂו׳ כלה *quia conſummatũ plenè, et cumulatũ.*

CVm iſtius hominis, & gregalium ſuorũ intelligimus blaſphemias, miramur quidem, & meritò, tantam Chriſti Domini patientiam, & quod non illi ſtatim tellus ima dehiſcat, & ego quidem cum Odyſſe illo apud Xenophontem, *κατὰ τῆς γῆς καταδύομαι ὑπὸ τῆς αἰσχύνης ἀκούων ταῦτα*. Hæ ſunt voces *βλασφήμου* iſtius *ἢ δυσφήμου, ἀθέου ἰσχὺν μᾶλλον*. Eccleſia Romana, purpurata meretrix, *Babylon magna*, *Sodoma ſpiritualis*: patiens eſt Dominus, tacet, at parturiens loquetur. Quomodò *Sodoma ſpiritualis*? in qua eſt ſanctiſsimæ Trinitatis, & Chriſti cõfeſſio, ſacramẽtorum adminiſtratio, verbi Dei prædicatio: in qua profitemur diligendum Deũ ex toto corde, & proximum, ſicut nos ipſos, nõ licere in negotio circumſcribere fratrẽ ſuum, non licere in mulierem oculos figere ad concupiſcẽdã eam, ac ne interno quidem actu Deum offendẽdum: in qua quotidiana ad populum, per Eccleſias, ad pœnitentiã exhortatio, peccatorum omniũ integra, & humilis confeſsio; cùm noſtræ Eccleſiæ doctrina ea ſit, vel per vnicum peccatum quod ſit lethale, ſalutis viã præcludi. Et quoniã argumentum à teſtimonio aduerſarij firmiſsimũ eſt: Lutherus ipſe fatetur, Sub Papatu multa eſſe bona Chriſtiana, immo omnia bona Chriſtiana; & inde ad ſuos defluxiſſe, eſſe in Papatu veram ſcripturã ſacrã, verum baptiſmum, eſſe veras claues ad remittenda peccata, verũ prædicãdi eſſe officium, verũ Cathechiſmũ, veluti orationẽ Dominicam, ac decem præcepta, & articulos fidei, inſuper ſub Papatu verã Chriſtianitatẽ, immò verum nucleũ Chriſtianitatis eſſe: quomodò ergò noſtra Eccleſia *Sodoma ſpiritualis*? immò id certò conſtat, quàm ſancta eſt noſtra Eccleſia, tàm impurã eſſe hanc, quã vocant reformatam, & puriorem; & ad id in promptu ex ſcriptura habeo argumentum. Regnum Iuda, reprobato Saule, & poſteris eius, in Dauid virum Deo acceptiſsimũ tranſlatũ eſt, & in poſteros illius multos, & quia radix ſancta, ideò in poſteris illius multos Reges reperias, de quib' ſcriptura teſtatur, quod ambulauerint in vijs Dauid patris ſui: in regno Iuda: prætereà ſemper viguit legitimũ ſacerdotiũ, ac religio templi, & cæremoniarũ; at Regnũ Iſrael, hoc eſt, decem tribuum, in Hieroboã translatũ eſt, qui ſubditis auctor factus eſt patriæ religionis deſerendæ, & ex Regibus, qui, poſt eũ, Regno potiti ſunt, nè vnus quidem Dei veri cultor extitit, vt de ſingulis dicit ſcriptura quod *fecerint malum coram Domino, ac ſecuti ſunt peccata Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael*, ita in Eccleſia noſtra à Chriſto Domino ſancto ſanctorũ in terris ædificata, à Petro Apoſtolo, cui Dominus ſuas oues paſcendas primùm commiſit, ad noſtra tẽpora multi ſanctiſsimi fuere Põtifices, & quia reliqui Epiſcopi aliorum item Apoſtolorum ſucceſſores, indè per Chriſtianum orbem tot innumeri ſanctitate vitæ mundum illuſtrarunt, immò nullo non ſæculo, & quidem ex omni genere hominum mirabili ſanctitate inſignes, quin & miraculis coruſcantes extitere, *vt Sodoma ſpiritualis* citra ſacrilegium, & ſine iniuria atrociſsima dici non poſsit; at hæc reformatã, & purior Mornæi & nupera eſt, & ante aliquot annos è tenebris emergẽs, à Iohanne Caluino perditiſsimo tenebrione ſua ferè primordia reperit; qui cùm No-

Eccleſia Romana, nullũ in ſe habet Sodomæ ſpiritualis indicium.

Argumentum efficaciſſimum ſumptũ ab Aduerſarij Teſtimonio

nioduni

Digitized by Google

Caluin flā-mis adiudi-catus. nioduni daret operam libidini præpoſteræ, in vincula coniectus, & publico iudicio flammis vltricibus eſt adiudicatus: verùm potentum quorumdã precibus ex his ereptus, & infami ſignatura in humeris notatus, exilioque perpetuo mulctatus, Geneuam profugit, arcem noui Euangelij, & Eccleſiæ iſtius reformatæ diabolicitùs deſtinatam: qualem quæſo vitam eſſe conijciemus monſtrorum, & profeſſorum noui iſtius Euangelij, & ſectatorum Eccleſiæ iſtius reformatæ, cuius author, & princeps tam impurus & infamis Apoſtata? Idololatra primus Rex Iſrael; ideò & illius ſucceſſores in regia dignitate prauum illius inſtitutũ ſecuti, ac totum ferè regnum ad idololatriam deflexit; quia igitur princeps iſtius Eccleſiæ reformatæ Mornæi Caluinus eſt profligatiſsimus, [illegible] nebulo, atq; tã nefandi criminis reus aliquãdo factus: potiori certè iure, nos Eccleſiam iſtam commentitiam ex impietate, blaſphemijs, & erroribus totam conflatam *Sodomam ſpiritualem* appellauerimus. An verò conſummata ſit malitia Sodomę iſtius ſpiritualis, an completæ ſint iniquitates iſtorum Amorrhæorũ, vtrũ עָשָׂה נְבָלָה וְאִם לֹא & quãdò ab hæreſibus modernis, quæ tot, tantaſque clades Chriſtiano orbi atulerunt, tot animabus exitiũ pepererũt, liberandi ſimus, nouit Dominus ipſe. Quẽ-
Pſal. 77. admodum *eſt excitatus tanquam dormiens, & tanquã potens crapulatus à vino, & percuſſit inimicos ſuos in poſteriora. & opprobrium ſempiternum dedit illis*, ita id futurum aliquando ſperamus.

Torcular calca ſolus, etiam ſi nemo ex populis, ex Regibus, nemo auxiliator tecum. Accingere romphæa tua, gladio tuo biſacuto, quo interficiendus impius ille, ſpiritu oris tui, verbo tuo.

VAldè ingenioſè ad ſuum inſtitutum, locum Prophetæ accommodat, vt torcular ſit noſtra Eccleſia, quam calcet, & pedibus premat Chriſtus; & quidẽ Athanaſius in quæſtionibus ex veteri Teſtamento q. 72. per torcularia, Eccleſias interpretatur, in quibus vinum funditur, veluti ſacroſanctus Chriſti ſanguis funditur, & ſanctum eius corpus immolatur: & quod
cap. 63. dicit Eſaias. *Torcular ego calcaui ſolus*, hunc (inquit) habet ſenſum, *Sicut torcular eſt receptaculum, & in eo calcantur botri: ſic etiam Chriſtus conculcauit inimicos ſuos tum intelligibiles tum ſenſibiles, dicimus autem & hoc, quod botrus, et vua Chriſtus eſt, qui ſeipſo cõminuto, voluntariè preſſus eſt, & ex morte ſua diſtillauit muſtũ diuinum ſuoq; ſeipſum ſanguine rubere fecit*, eſt vero omnino ſolus. *nam ſolus ipſe Chriſtus pro nobis mortuus eſt, non angelus, vel ſenex aliquis, ſed ipſe Chriſtus ſeruauit nos.* Cypr, Epi. 63. adducẽs illum locum Eſa. *Vini* (inquit) *mẽtio eſt, & ideò ponitur vt Domini sãguis, vino intelligatur; et quod in calice Dominico poſteà manifeſtatũ eſt, prophetis annunciãtibus prædiceretur: Torcularis quippe calcatio, & preſſura taxatur, quia quomodò ad potandũ vinũ veniri non poteſt, niſi botrus calcetur ante, & prematur; ſic nec nos ſanguinẽ Chriſti poſſemus bibere, niſi calcatus prius fuiſſet, & preſſus, & calicẽ prior biberet quẽ credentibus propinaret*; vt ex eo loco cõtra aduerſarios cũ Patrũ interpretatione, documenta fidei noſtrę deprobamus; & aliàs quidem poſſem ſubijcere Patrũ interpretationes; quarũ nulla cũ ſubtili accommodatione ſeu expoſitione Mornæi quadraret. D. Hier. eo loco docet iuxta ſcripturæ ſanctæ cõſuetudinẽ, *torcular*, ſumi interdũ pro *vltione, & ſupplicijs peccatorũ*, Thre. 1. *Torcular calcauit Dom. virgini filiæ Iuda*, & ſequitur apud Eſa. *Calcaui eos in furore meo, & calcaui eos in ira mea.* Quod de Iudæis & longè ſceleratioribus hæreticis blaſphemias contra Chriſtũ, & Eccl. illius, eructantibus intelligendũ. Quod verò ſcribit Paulus; *illũ iniquũ interficiendum ſpiritu oris diuini. Illum iniquum*, iſte ſacrilegè Papam interpretatur, *et ſpiritum oris Domini*, verbum Dei exponit. Atqui eo loco dicit Paulus: *iniquum illum aduerſari & extolli ſupra omne id quod dicitur Deus*, quod de Papa certè perperã exponitur, qui ſe peccatorem confitetur, humillimum ſeruũ ſeruorũ Dei inſcribit; vt cultus Dei in Chriſtianiſmo ſincerus cõſeruetur immò amplificetur; vt nationes infideles, ad diuinum cultum, conuertantur, & in ſacram religionem concedant, omnẽ adhibet operam: Romæ, aut alibi locorum, non ſibi templa extrui, aut conſecrari, aut diuinos honores deferri (quod fecere qui ſibi diuinitatem, præ nimia dementia, arrogarũt) ſtudet; quomodò ergò eſt impius ille, aut quomodò extollitur *ſuper omnę id, quod dicitur Deus, aut colitur?* Quod ſi ex ſcriptura ſacra, ex verbo Dei cõſtat impium illum, quem Papam interpretatur, interficiendum ſpiritu oris Domini, id eſt, verbo illius, & ſcriptura ſolui non poteſt: quomodò epiſtola ad Regem magnæ Britanniæ præcatur vt *nouus prodeat ex Britannia Conſtantinus, Maxentium, Pharaonem alterum in Ponte Miluio calcaturus, peſſumdaturus, qui Romam intrepidus nunquam fruſtra tentatam, rectà ducat?* Cum decem tribus, Hieroboamum Regem ſibi præfeciſent, atque id Roboamus ægrè ferens, conuentu duarum tribuum ſibi ſubditarum indicto, & delectu 180000. habito, conaturus eſſet eos ad officium retrahere: per Prophetam Deus interceſsit, admonens, nefas eſſe bellum ciuile mouere: ſiquidem, ſe auctore, populum à Roboamo filio Salomonis defeciſſe. Ita ſi Mornæi conſilium ſecutus, Sereniſsimus Rex, delectum haberet militum, copias vndique colligeret, ac Pontifici bellum inferret, vt (quæ phraſis eſt Mornæi) *Iouem Capitolinum, de ſede nũquam reponendum, excuſſis fulminibus, exturbaret*: puto certè, tùm interceſſurum Chriſtum; idem enim, qui per Ahiam Silonitem ſignificauerat Hieroboamo, ſe ſciſſurum regnum de manu Salomonis, ac decem tribus illi ſubditurum: ſignificauit, & per Eſaiam & per Paulum, *impium interficiendum ſpiritu oris ſui*; hoc eſt, vt interpretatur Mornæus verbo diuino Papam ipſum interficiendum: non igitur, *in Ponte Miluio calcandum, peſſumdandum.* Quid igitur aliud volebat quàm per Regem, irritum fieri conſilium, & verbum Domini?

Digitized by Google

Ac tandem dicant impij à longe ſtantes propter timorem tormentorum eius. Væ Væ ciuitas illa Babylon Magna, Ciuitas fortis, quoniam in vna hora venit iudicium eius.

SIt illa Babylon, illa ciuitas fortis, vrbs Roma, illam Ioannes intellexerit, quæ quondam omnium gentium ſeruiebat erroribus, & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem ſi nullam reſpueret falſitatem, quæ & extremis temporibus ab obedientia Pontificis diſceſſura ſit; & peccata peccatis accumulatura; an ideò Eccleſia Romana intelligenda? longè certè diſpar ratio, & Eccleſiæ Romanæ, quæ matrix eſt omnium Eccleſiarum, & vrbis Romæ; & Romanus Pontifex, non quatenus princeps temporalis vrbis Romæ, ſed quatenus Eccl. Romanę Pont., ac Petri in illa cathedra ſucceſſor, in omnes Chriſtianos habet ſpiritualem auctoritatem, & reges, ac principes, qui ſupremam habent, in ciuilibus, ac temporalibus, & à nullo dependentem, præterquam à Deo, poteſtatem, Pontifici tamen in ſpiritualibus ſubiectos ſe eſſe profitētur; & quandò ſcribebat Petrus, *Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone*; Eccleſiam ipſam à Babylone, (quam vrbem Romam ſub Principibus infidelibus & ipſius Eccleſiæ perſecutoribus intelligit) diſtinguit: Nec deſunt, qui nomine *Babylonis magnæ*, multitudinem impiorum ex reprobis omnibus, vt hoc tempore ex infidelibus Iudęis, paganis, hæreticis, nimirum Lutheranis, Zuinglianis, Caluiniſtis, Huſsitis, Anabaptiſtis conflatam, intelligant: deſcendet enim ignis de cœlo à Deo, & deuorabit eos, & diabolus, qui ſeducebat eos, mittetur in ſtagnum ignis, & ſulphuris; vbi & beſtia Antichriſtus, & pſeudo-Prophetæ cruciabūtur die, ac nocte, in ſæcula ſæculorum.

Concinant pij, & ingeminent, Halleluiah, ſalus, & virtus, & gloria Dei noſtri, quia vera, & iuſta iudicia eius, quia iudicauit meretricem magnam, quæ corrupit terram in fornicatione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manu eius.

ATqui pij illi nō alij intelligi poſſunt quā ſanctæ Romanæ Eccleſiæ alumni, non verò ſectatores reformatæ iſtius, & purioris Eccleſiæ, quibus nouum eſſet, & inſolitum concinere, & ingeminare, *halleluiah*: neque enim antyphonas iſtius reformatæ Eccleſiæ videre licet, & doctor Caluinus effrenem Papiſtarum licentiam appellat: *quod Apoſtolo Paulo reclamante, exotica lingua verboſiſſimas preces reboare nō formidant, in quibus nec ſyllabam vnam ipſi interdum aſſequuntur, nec alios intelligere volunt; vnde conſtat* (inquit) *non Græco inter Latinos, nec Latino, inter Gallos, & Anglos* (*vt hactenus paſſim factitatum eſt*) *ſed populari ſermone concipiendas eſſe publicas orationes, qui vulgo à toto cœtu intelligi poſſit, quandoquidem in totius Eccleſiæ ædificationem fieri conuenit, ad quam ex ſono non intellecto nullus penitus fructus redit, &c.* Cùm igitur Alleluiah, vox ſit Hebræa, cuius vim, & ſignificationem non omnes intelligunt, in iſta Eccleſia nunquam vtique concinetur; at in Eccl. Romana frequens illud eſt concini, & ingeminari, *halleluiah*; pios igitur concinentes, & ingeminantes, *halleluiah*, certum eſt intelligendos eſſe Romanæ Eccleſiæ ſectatores. Qui verò, *ſerui Dei, quorum ſanguis effuſus eſt?* Nonne qui pro fide Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ Eccleſiæ, mortem fortiter, & conſtanter ſubierunt, & primis illis ſexcentis à Chriſto annis, cum eam fuiſſe veram Eccleſiam iſti nō diſfitentur, & deinceps, & noſtra ætate, cùm in plurimis Chriſtiani orbis partibus multi pro eadē fide conſtanter & fortiter martyrium ſubierunt? nec enim magis iſti perduelles in perfidia hæretica morientes, martyres ſunt, quàm martyres eſſent Circumcelliones Donatiſtarum: & Diabolus res Dei æmulatur, & ſuos habet martyres, *Vindicabit ergo Dominus ſanguinem ſeruorum de manu meretricis magnæ*, ſiue ciuitatis impiorum, ſiue vrbis Romę, quę fideles & pios primis temporibus perſecuta eſt, &, extremis, ſuaue Domini iugum excutiet, & exigentibus ſuis peccatis, extremam ruinam paſſura ſit per reges licet impios, & Antichriſto adhærentes, *vt vindicet ſe Dominus de inimicis ſuis, per inimicos ſuos*; nec enim, non ideò Hieruſalem ciuitas erat ſancta, in ea templum, & locus adorationis, quòd per regem Chaldęorum, *virgam furoris Domini*, ſit euerſa, & templum illud dirutum, id exigentibus regum, & populi peccatis: & licet tunc hoſtes incenderint domum Domini, deſtruxerintque murum Hieruſalem, vniuerſas turres combuſſerint; & quicquid pretioſum erat, ſint demoliti; non tamen tum perijt aut ſynagoga antiqua, aut ipſum ſacerdotium, aut ſummus Pontificatus in poſteris Aaron; ſiquidē tunc, cum cæteris tranſlatus eſt Babylonem ſummus ſacerdos Ioſedechus, in vincula primùm coniectus; deinde à rege liberatus, qui & ſucceſſores habuit; qui ſecundo templo præfuerunt: *Quorum verò ſeruorum Dei ſanguinem effudit* Eccleſia Romana, *vt vindicet Dominus ſanguinem ſeruorum ſuorum de manu eius?* Iſti nimirum ſerui Dei, profligatiſsimi Chriſtianæ Reipub. hoſtes, qui cùm in caput regum conſpirant, & ſtatum Reipub. euertere moliuntur, omnia diuina, atque humana confundunt, ob idque iuſtiſsimas luunt pœnas, diuinæ atque humanæ maieſtatis rei, tū demum ſe ſeruos Dei, ſe reformatam Eccleſiam, ſe ſacri Euangelij cultores; ſe Chriſti martyres inſcribunt. Non magis certè illi ſerui Dei, quā Babylonij, qui incenderunt domum Domini, ſacra omnia vaſa religioni conſecrata ſuſtulerunt, eaque aut idolis ſuis conſecrarunt, aut certè in profanos vſus conuerterunt; quamquam longè deteriora ſerui iſti Dei, Eccleſiæ reformatæ, ſectatores, noui Euangelij præcones commiſere, onde ſi iuſtiſsimis legibus in eos Catholici Principes

Lib. 3. Inſtit. cap. 20. ſect. 33

cipes

Digitized by Google

opera ſua, ſine ſtrepitu, intus enunciat. Loquuntur eis quoque Angeli Dei, qui ſemper vident faciem patris, voluntatemque eius, quibus oportet, annunciant; ex his vnus erat iſte Prophetarum, qui dixit, & ſcripſit In principio creauit Deus cœlum & terram, &c. Et quidem vt docet D. Gregorius Papa: *Prophetia hæc eſt de præterito. Sed quis crederet, quia verum de præterito diceret, ſi de futuro etiam aliquid non dixiſſet? & cur præteritis futura permiſcuit, niſi, vt dum implentur ea, quæ de futuro prædiceret, oſtenderet etiam quia de præterito vera dixiſſet?* Homi. 1. in Ezechiele. At ſeptimo illo ſæculo nondùm prodierat è ſinu matris, magnus Mornæus; niſi fortaſsè μετεμψύχωσιν adſtruat, cum Pythagora; eoque ſæculo Euphorbum quemdam fuiſſe ſe affirmet: ſed neque ex hiſtorijs fide dignis illius temporis reſcire potuit, tum Pontificem in Eccleſiam ferro ignique graſſatum, ſacra omnia contemeraſſe, ab Harpyarum ſuarum manibus nil intactum reliquiſſe: vt nec Moyſes priores habuit ſcriptores, ex quibus diſceret creationem mundi; nec Deo creanti mundum præſens adfuerat; vndè ergò habuit, vt hæc ſcriberet Mornæus, niſi ſpiritu quodam afflatum fuiſſe dicamus, qui ater ſit, an albus, cordati homines iudicent: & vt de præteritis Mornæo crederetur, cõſultò, & dedita opera futurorum prædictionem permiſcuit, vt initio huius præfationis videre eſt, vbi Papatum grauiorem annis, vt in ventrem totus procumbat, hoc eſt breui finem accepturus ſit, ſcribit. Vt tam vera ſint, quæ de præteritis ſcribit, quàm, quæ futura prædicit. Quæ verò ſunt illæ *ſuperſtitiones omnis generis Catholicæ iam Orthodoxæ, quippe à Pontificibus conſecratæ, ſanctificatæ?* Nullæ enim ſuperſtitiones (vt loquar ex illius ſacrilegi hominis mente) aut ſeptimo illo ſæculo, aut etiam poſterioribus ſæculis, in Eccleſia obſeruatæ fuere, aut circa vſum ſacramentorum, aut circa ritus Eccleſiæ, aut cætera eius generis, quas non ſuperioribus ſæculis, aut etiam initio naſcentis Eccleſiæ, obſeruatas fuiſſe, ex antiquis illis, non ambigua fide, patribus conſtet. Et quidem in qualibet Republica non ſolùm ab illius exordio leges rogantur, feruntur, quibus conſtet illius adminiſtratio: verùm & deinceps ad illius ſalutem multa inſtituuntur; ita in populo Dei, in Eccleſia inquam, ipſa, longè omnium perfectiſsima Republica, non dubitamus, hanc fuiſſe ſemper poteſtatem penè ſupremos hierarchas potiſsimùm, multa inſtituendi, quæ ad ſacram religionem exornandam, & amplificandam ſpectarent. Conſecrationes miniſtrorum Eccleſiæ, hoc eſt, ſacras ordinationes, conſecrationes ſanctimonialium, Eccleſiarum deindè, altarium, ſacri Chriſmatis, olei ſancti, quorum alia à Chriſto Domino, alia ab Apoſtolis inſtituta, quæque antiquitùs in Eccleſia obſeruata conſtat, profani iſti loco ſuperſtitionum habent.

Temerarium Mornai vaticinium.

Harpyarum.

Et in hoc tu incendio, in hac rerum omnium confuſione, proximo iam ardente Vcalegone, οὐκ ἀλγοῦντος *ſanè, conflagrante arce, adlambentibus iam ora tua flammis, oſcitaris tu, & pandicularis, cauillaris, argutaris; qua parte primùm immiſſus ignis anxius, cæterum ſecurus hæres hic concremandus, & ſtupes totus?*

Quemadmodùm

In ſomnis ecce ante oculos mæſtiſſimus Hector, 2. Aeneid.
Viſus adeſſe Aeneæ, quærentem vana non moratur.
Sed grauiter gemitus immò de pectore ducens.
Heu fuge nate Dea teque his, ait, eripe flammis.

Ita hic, & alter Hector Mornæus: *Argutaris*, inquit, *qua parte primum immiſſus ignis, anxius*, hoc eſt, tãdiu vana quæris? Adeò ſtupes, non te incendio, nõ te eripis flãmis? Iã proximus ardet Vcalegon, καὶ οὐκ ἀλγεῖς, ὡς ἐστὶν ἄτοπον χρήματα μὲν προαρπάζειν, ὑγείαν δὲ ἀναβάλλεσθαι, καὶ σώματα μὲν προκαθαίρειν, ψυχῆς δὲ κάθαρσιν ταμιεύεσθαι, καὶ τῆς μὲν κάτω δουλείας ἐλευθερίαν ζητεῖν, τῆς ἄνω δὲ μὴ ἐφίεσθαι, καὶ ὅπως μὲν οἰκήσεις μεγαλοπρεπῶς, ἢ ἀμφιέσῃ, πᾶσαν ποιεῖσθαι σπουδὴν, ὅπως δὲ αὐτὸς πλείστου ἄξιος ἔσῃ μηδὲ φροντίζειν, καὶ ἄλλους μὲν εὖ ποιεῖν πρόθυμον εἶναι; ἑαυτὸν δὲ μὴ βούλεσθαι. Orat. 40.

Ita Gregorius ille Theologus tam recta, & ſalutifera ſuadens: quàm obliqua, & peſtifera Mornæus, qui tamen nos ſimilibus verbis aggreditur, magnamque ſe noſtræ ſalutis curam gerere, oſtendit; ſed homo ille Dei, cui auſcultandũ: hic filius Belial, cuius ne auribus quidem ſermones admittendi. At mirum certè, tot iam ſæculis tantum ſtuporem omnium Eccleſiæ Romanæ ſectatorum mentes occupaſſe, omnes, inquam Chriſtiani orbis Epiſcopos, quorum eſt attẽdere gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit eos Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, inuaſiſſe. Belli quidem Troiani notiſsima hiſtoria, quandò euerſa à Græcis, quoto anno ab orbe condito, vel ab exitu filiorũ Iſrael ex Aegypto quo iudice in Iſrael, quot annis ante primam Olympiadem, vel ante Romam cõditam, quibus tùm, apud celeberrimas nationes, regnãtibus, & *excidium illud vſquequaq; cantatum, pueriſq; notiſſimũ* (ait D. Auguſtinus) *quod & magnitudine ſua, & ſcriptorum excellentibus linguis inſigniter diffamatum, atque vulgatum eſt.* Lib. 18. de ciuit. Dei cap. 16. Verum quandò incendiũ iſtud, cuius meminit Mornæus noſtram Eccleſiam corripuerit: quandò tanta rerum cõfuſio oborta ſit; quando Simon nomine magis, quàm ſpecie Sinõ in Eccleſiam igne, ferròque graſſari, ſacra omnia contemerare, ſuperſtitiones omnis generis inducere, quæque alia impudenter iſte mẽtitur, cœperint: ex quibus fide dignis illorum temporum ſcriptoribus referat, neſcire me fateor; & tantam rem in orbe geſtam ante aliquot ſæcula à nobis ignorari, mirari ſatis non deſino.

Non

Digitized by Google

Non ita prudens Antenor, non pius Aeneas; Perruptis illis Achiuorum globis, vrbe ſeſe cum ſocijs, partim porripiunt, partim prorumpunt; vt quiſque igne ſemiambuſtus euaſit, manum faciunt, rates quà poßunt conſcendunt, ſedes nouas quærunt, inueniunt, conſtituunt. Troiani perpetuò illi quocumque migrent, quemcunque locum inſideant, qui penates, qui patria ſigna ſecum ferant, Chriſtiani, Orthodoxi, qui Verbum Dei à Græcorum ignibus intactum, Sacramenta Domini integra, illibata ſecum aſportent, venerantur, cuſtodiunt.

Hector in ſomnis viſus Aeneæ dixerat:

Sacra, ſuosque tibi commendat Troia penates,
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære,
Magna pererrato ſtatues quæ deniquè ponto.

Antenor itaque, & Aeneas ille cum ſocijs.

Ilium in Italiam portans victoſque penates.

Iuxta allegoricam Mornæi expoſitionem Chriſtiani ſunt Orthodoxi, qui Troia antiqua ruente multos dominata per annos, hoc eſt Eccleſia veteri, poſt ſexcentos annos à Chriſto Domino, labente, Antichriſtum excipiente, Græcanicas ſuperſtitiones admittente, indè ſeſe ſubduxerunt, Palladium, penates, patria ſigna hoc eſt verbum Dei à Græcorum ignibus intactum, ſacramenta Domini illibata integra ſecum aſportant, venerantur, cuſtodiunt. Mirabile Mornæi ingenium in excogitandis nouis allegorijs. Theologi noſtri in ſenſibus ſcripturæ eruendis: ſi de litterali ſeu hiſtorico agatur, Hieronymo palmam detulerũt; ſi de Anagogico, Auguſtino, ſi de morali ſeu tropologico Gregorio magno; ſi de Allegorico, Ambroſio: ſed quis Auguſtinus, aut quantus Ambroſius ad Mornæum collatus? Mihi tamen aliquot difficultates occurrunt, nec ſatis huic expoſitioni acquieſco. Si enim aliquandò oraculo reſponſum eſt tamdiu fore incolumem Troiam, quamdiu Palladium, quod verbum Dei eſt Mornæo, intra mœnia ſeruaretur, vndè impius ille

Tydides, ſed enim ſcelerumque inuentor Vlyſſes,
a. Æneid. *Fatale aggreßi ſacrato auellere templo*
Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis,
Corripuere ſacram effigiem, &c.

Quomodò capta Troia, verbum Dei à Græcorũ ignibus intactum à reliquijs illis Danaũ, aliò adſportatum? Deindè, nõne apud nos libri veteris, & noui Teſtamenti, ſacramẽtum item Baptiſmi, vt non diffitentur noſtri aduerſarij? quomodò ergo à Troia noſtra *Palladiũ*, hoc eſt verbũ Dei, *Dij penates*, hoc eſt ſacramenta aliò aſportata? Quomodò verò qui adeò abhorret ab idololatria Mornæus, vt nec Chriſti, & ſanctorum imagines probet, quod illas eodem loco habeat, quo idola: per Palladium illud, in quo omnis ſpes Danaum, vt qui idololatriæ toti addicti, & cœpti fiducia belli, vult verbum Dei, quod cum idolis nihil habet commercij, cum tamen ſigni ad rem ſignificatam debeat eſſe aliqua affinitas, per *Deos* item *penates* ſacramenta Eccleſiæ à Chriſto Domino inſtituta ſignificari? Monet Gregorius Nazianzenus, in allegorijs mediocritatem eſſe tenendam, vt media via inter eos, qui craſsiore omninò ingenio ſunt, & eos qui nimio contemplationis, & allegoriæ ſtudio ducuntur, incedamus; vt nec prorſus inertes, ac torpidi maneamus, nec rurſus curioſiores ſimus, quam par ſit, τὸ μὲν γὰρ, inquit, Ἰουδαϊκὸν, πᾶν καὶ ταπεινὸν, τὸ δὲ ὀνειροκριτικὸν, καὶ ὁμοίως ἀμφότερα καταγνωσμένα. Atque ita ex Gregorio conſtat ſomniorum cõiectorem eſſe Mornæum, vt qui tanto fingendarum allegoriarum ſtudio ducatur. Idẽ orat. 3. quæ eſt 1. in Iulianum, irridet allegoricas expoſitiones fabularum Homericarum, etſi ad naturam rerum adumbrandam, non ad ſignificanda Chriſtianorum myſteria referantur: & ibidem allegoriarum noſtrarum, ac Gentilium diſcrimẽ hoc aſsignat: *Apud nos, inquit, abditi quidam, & abſtruſi ſermones ſunt, at nec externa ſpecies indecora, & inhoneſta eſt, & quod occultatur admirandum eſt, ipſique, qui in penetralia ipſa inducuntur, mirè ſplendidum, ac pulcherrimi cuiuſdam corporis inſtar, haud aſpernanda veſte contegitur. Rerum enim diuinarum mea quidem ſententia, ne iudicationes quidem ipſas, externasq; ſpecies inhoneſtas eſſe conuenit, rebusque ſignificatis indignas.* Quid verò tenebris cum luce? quid Belial cũ Chriſto? quæ conuentio, inquam, Palladio cum verbo Dei, aut dijs penatibus cum Eccleſiæ ſacramentis? *Quę porrò prudentia eſt*, ait idem Gregorius, *per cœnum ad vrbem ducere, aut per ſaxa, & ſcopulos ad littus contendere?* Quid igitur abſurdius, quàm ex huiuſmodi gentium figmentis ſacroſancta noſtrę religionis myſteria eruere conari? Atq; vt ampliùs hoſtem hunc cõfundam. Ridebat olim D. Auguſt. Donatiſtas, quod in clariſsima luce tot ſcripturarum veteris, & noui Teſtamenti non viderent Eccleſiam Catholicam toto orbe diffuſam: & ex obſcuriſsimo loco. Cant. 1. *Vbi paſcas, vbi cubes, in meridie*, Eccleſiam apud ſe ſolos remanſiſſe contenderent; vnde tamen, vt ipſe illic oſtendit, &, vt alibi à nobis dictum, nihil concludebãt. *Hæc myſtica ſunt*, inquit, *aperta ſunt, figurata ſũt, aliquid manifeſtum quod interpretatione non egeat, à vobis flagitamus.* Quantò igitur magis ridendus iſte, qui noſtram Eccleſiam excidiſſe, ſuperſtitiones Gręcas admiſiſſe, Antichriſtũ excepiſſe, verbum Dei indè tranſportatum, ſacramenta aliò tranſlata: reformatã ſuam Eccleſiam habere verbum Dei & vſum ſacramentorum, ex euerſione Troiæ, direpto Palladio, dijs penatibus, per Aeneam, & ſocios, indè euectis oſtendere ſe putat. Cum tamẽ, ſi allegoricas expoſitiones, pro libito fingere liceat, & Gentilium hiſtorias, aut etiam figmenta ad allegorias reuocare, & ſi dijs placet, miſcere ſacra profanis: quidni, per *vrbem Troiam*, per *regnum* (inquam) *Priami*, Synagogam interpretemur, per *Palladium*, legem, ſacerdotium, verbum

Orat. 41.

Cautiones in allegorijs adhibendæ.

Epiſ. 48 & lib. de vnit. Eccl. c. 14.

Digitized by Google

Retorta in Mornæũ allegorica expoſitione. bum Dei; per *penates* diuina ſacramenta à ſynagoga ad Eccleſiam, à Iudæis ad gentes tranſlata, per Aeneam, & ſocios incendio Troiæ ſuperſtites, quibus ſignificentur Apoſtoli ipſi, de quibus Iſaias: *Mittam ex his, qui ſaluati fuerint,* *Iſai.66.* *ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam tenentes ſagittam, in Italiam, & Græciam, ad inſulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam, &cæt. & adducent gloriam meam gentibus*. Palladium Troia aſportatum, quia *de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem*: *Iſai.2.* fata ferebant, tùm euerti Troiam, & nouiſsima illa tempora venerant, quibus ſacri vates fore prædixerant vt *vngeretur ſanctus ſanctorum, & non eſſet eius populus, qui eum negaturus eſſet*, & repellentibus Iudæis verbum Dei, conuerterentur Apoſtoli ad gentes: *Daniel.9.* peritura Troia perdidit primùm deos; *Exceſſere omnes adytis ariſque relictis Dij, quibus imperiũ hoc ſteterat.* Ita priuſquàm Hieroſolyma, arx quondam ſacræ religionis, caperetur, auditas voces, quæ teſtarentur, indè numen vrbis migrare, non modò Tacitus, cui parùm fides haberetur lib 5. Hiſtor. ſed & ipſe Ioſephus Iudæus lib.7. de bello Iudaico ca.13. & ex noſtris Nicephorus lib.3. hiſt. Eccleſ. cap.4. teſtantur. Quòd reprobato Saule & bellica clade proſtrato, eiuſque ſtirpe reiecta, ne indè reges orirentur, Dauid in regnum ſucceſsit, vnde exortus eſt *ſecundum carnem mediator Dei, & hominum, homo Ieſus Chriſtus*: id exponit D. Auguſtinus allegoricè, quòd *populi Iſrael perſonam figuratè gereret Saul, qui populos, regnum fuerat amiſſurus, Chriſto Ieſu Domino noſtro per nouum teſtamentum, nõ carnaliter, ſed ſpiritualiter regnaturo, &c.* *Lib. 17. de ciuit. Dei cap.17.* vt per regnũ Saulis reprobati, ſynagoga reiecta; per regnum Dauidis electi, Eccleſia ex Gentibus electa intelligatur. An non quid ſimile apud Homerum, ſi nobis æquo iure cum Mornæo fingere liceat allegorias? Siquidem apud eum, Neptunus oſtendit fata, & Iouem ipſum ſeruatum Aeneã, quia iam exoſum eſſet illi genus Priami; reſeruari itaque Aeneam ad ipſum regnum, ex quo Priami genus decideret.

Ho. Iliad. 7.

Ἤδη γὰρ Πριάμου γενεὴν ἤχθηρε Κρονίων.
Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει.
Καὶ παῖδες παίδων τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Vt in *Priamo* tãquam in Saule populus Iſrael ſeu ſynagoga reprobata; in Aenea tanquam Dauide populus Chriſtianus, & Eccleſia ex gentibus electa nobis adumbretur. Et vt rectè Mornæus, ſuperſtites illi Troiæ incendio, *quocunque migrent, quemcunque locum inſideant, perpetuò Troiani*: Non enim Troiæ in Phrygia regnum reſtituit; ſed in Italia Troianorum regnum Lauino condito, fundauit Aeneas: indè & Romanorum Imperiũ, qui ab Aenea Troiano, originem ducũt, vndè & Aeneadę dicti; & quemadmodum Troia mater Romæ, & indè egreſsi primi Romani illius imperij conditores; ita ſynagoga mater Eccleſiæ, & qui primi legem Euangelicam promulgarunt per orbem, & verbum Dei, ac ſacramenta gentibus cõmunicarunt, ex Iudæis fuere; & quemadmodum æternum fore illud imperium ſummus ille deorum, quos vana coluit antiquitas, pollicebatur apud Maronem. *His ego nec metas rerum, nec tempora pono, Imperium ſine fine dedi.* Ita aduerſus Eccleſiam ſuper Petrum ædificatam *portas inferi nunquam præualituras*, *Aeneid. 1* non fictus aliquis Deus, ſed æternus, & verus, Ieſus Chriſtus, ipſa veritas, cuius *verba non præteribunt, etſi cœlum & terrá tranſibunt*, pollicetur: & licet imperium illud Romanum lõgè, lateque pateret; arx tamen, & ſedes imperij Romæ erat in Italia: ita licet iidem futuri eſſent fines Eccleſiæ qui & orbis, Romana tamẽ Eccleſia à glorioſiſsimis duobus Apoſtolis Petro, & Paulo, (cum quibus nullo modo conferendi ſunt prudens Antenor, & pius Aeneas) conſtituta, & fundata, mater eſt, & princeps omniũ Eccleſiarum, Roma arx religionis, Roma latius præſidet religione diuinà, quàm dominatione terrena: Et licet Iuno Aeneæ, & ſocijs Danaũ reliquis infenſa, Aeolum aduerſum eos irritet, concitet vẽtos, & tempeſtates, tot voluere caſus, tot adire labores impellat; nihil tamen proficit, manet immota fata, Iouem illum ſententia non vertit. Ita licet principes, & poteſtates mundi rectores tenebrarum harum, ſignificatæ per Iunonem, quæ aeri preeſt, inſanirent, furerent, aduerſus Apoſtolos, Imperatores, ac principes concitarent; Iudæi, Philoſophi, tyranni, hæretici omnes vndique machinas adhiberent; hoc tamen erat contra ſtimulum calcitrare, hoc vere θεομαχεῖν. Atque ita concitati hoſtes ab aereis poteſtatibus, & cum eiſdem coniurati, efficere nõ potuerunt, quin Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum radix, & matrix à glorioſiſsimis Apoſtolis Petro, & Paulo, ac reliquæ Eccleſiæ per orbem à cæteris Apoſtolis, & Apoſtolicis viris, conſtituerentur, & fundarentur: hoc regnum Chriſti; fremat, inſaniat Mornæus, ac reliqui Antichriſti præcurſores, æternũ futurum eſt: Id enim teſtantur voces, & oracula Prophetarum, futuram Eccleſiã in omnibus gentibus, in ſemine Abrahæ, quod eſt Chriſtus, benedicendas omnes nationes terræ, regnum Chriſti fore æternum. An verò in iſtis allegoricis expoſitionibus, quales à nobis excogitatæ, fundamentum aliquod veritatis conſtituimus, aut illis inniti volumus? minimè gentium. Verùm, cùm ex tot locis ſcripturæ ſacræ perſpicuis, & manifeſtis contra ſectarios omnes Eccleſiam noſtram oſtẽdamus, illi autem ad allegoricas expoſitiones figmentorum Poeticorum, quo ſuam oſtendant (in quo maximè ridendi ſunt) confugiant, viſum eſt, ſi quid myſterij ſub figmentis illis latere velint, potiori iure, licere nobis ad noſtra demonſtranda, quàm aduerſarijs ad ſua vſurpare, eòque allegoricas expoſitiones, quæ in figmenta illa poætica magis quadrent, confingere.

Non

Non Græci, Ilio licet potiantur, Ilio incubent, quoquo tandem titulo ſuperbiant, non tu ipſe iam dedititius, iam transfuga, iam patriæ deſertor.

GRæcorum nomine, Gentes in ſcriptura intelliguntur, & Iudæis opponuntur, præſertim apud D. Paulum Rom. 1. *Virtus Dei in ſalutem omni credenti, Iudæo primùm & Græco.* Rom. 2. *Gloria, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm, & Græco.* 3. *Cauſati ſumus Iudæos, & Græcos ſub peccato eſſe.* 10. *Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci.* 1. Corinth. 1. *Vocatis Iudæis, atque Græcis.* Galat. 3. *Non eſt Iudæus neque Græcus:* Gentes (inquam) vocatæ ad gratiã Euangelij reprobatis Iudæis; & quibus ab ipſis Apoſtolis promulgata lex Euangelica, verbum Dei prædicatum, tradita diuina ſacramenta: quomodò ergò non illa venerantur & cuſtodiunt? à Iudæis quidem ad gentes verbũ Dei, & diuina ſacramenta transferenda, vaticinia Prophetarum continebant; ſed à gentibus, deficiẽte veteri Eccleſia, verbum Dei, & diuina ſacramenta transferenda in ſolitudinem, quò fugitura eſſet reformata, & purior quædam Eccleſia inuiſibilis, & ſoli Deo nota, nullibi à Prophetis prædictum, aut ab Apoſtolis ipſis traditum, vel ſcriptum: & mirum quidem, Troiam ipſam non ab ipſis Troianis, ſed Græcis hoſtibus, ſurrepto Palladio, paſſam excidium, & euerſam fuiſſe; noſtram verò Eccleſiam non ab alijs, quàm à ſuis, hoc eſt, à Pontifice Romano, & reliquis Eccleſiarum Antiſtitibus, qui idololatriam, & ſuperſtitiones omnis generis in eã admiſerint, in extremam ſui ruinam, vt omninò eſſe deſineret, adductã eſſe. Hæc itaque ſunt veſanorum, & vanorum hominum inania commenta. Non nos *dedititij*, ſed dedititius Mornæus, qui abiurata Chriſti Eccleſia, ſe in Satanæ famulitium dedidit: *Non nos ab illis*, ſcribebat Cyprianus, *ſed illi à nobis defecerunt, & cum hæreſes, & ſchiſmata poſtmodum nata ſint, dum conuenticula ſibi diuerſa conſtituunt, veritatis caput, atque originem reliquerunt.* Quæ verò nos cauſa impellat, vt Eccleſiæ noſtræ, (quod certè eſſet à Chriſto ipſo deficere) nuncium remittamus? *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* (Ioan. 6.) S. Polycarpus, Præſidi impio inſtanti, vt conuicijs Chriſtum afficeret, reſpondit: *Octoginta ſex annis, illi iam inſeruiui, & nullo me hactenus affecit incommodo: quomodò igitur regem meũ, qui me ad hoc vſque tempus ſeruauit incolumem, contumelioſis verbis poſſem afficere?* Iſte Præſidis illius impij, partes agit, transfugas, hoc eſt, proditores Dei, & ſacræ religionis eſſe ſuadet, ad defectionem ab Eccleſia nos ſollicitat, in qua, lauacro aquæ, in verbo vitæ regenerati ſumus, diuinorum myſteriorum participes effecti, tot bonis ditati, toties expiatis peccatis, Deo reconciliati. (Lib. 2. Reg. cap. 20.) Stabiliuit Dominus regnum Dauid, & veri Salomonis filij Dauid Chriſti in ſempiternum: quomodò ergò auſcultabimus ſermones iſtius Seba viri Belial, qui nos à verò Dauid Chriſto ſuadeat transfugere? (Catech. 6.) rectè nos monet Cyrillus Hieroſol. de hæreticis, loquens: *Quorum*, inquit, *blandis verbis ne attendas, neque humilitati fictæ, & ad opinionem compoſitæ. Serpentes enim ſunt progenies viperarum, & Iudas dicebat, Aue Rabbi, & prodebat: ne oſculis attendas, ſed venenum caue.*

Cùm hoſtis vbi Troia fuit, Antichriſtus vbi olim Chriſtus; furibundus. Vt olim in medio templo Antiochus, inter ipſa altaria, ipſas adeò vittas, & victimas ſacrilegus.

CVm multæ regiones, ac Prouinciæ Chriſtianæ religioni nomen dediſſent, & in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidem conceſſiſſent, vt ferè per Aſiam, & Africam, poſteà verò Chriſto renunciarint, & noſtro hoc infeliciſſimo ſæculo per Europam multi à Catholica fide defecerint, qui (vt ſcribit Cyprianus,) *ambulantes in tenebris habere ſe lumen exiſtiment, blandiente aduerſario atque fallente, qui ſecundum Apoſtoli vocem, transfigurat ſe velut Angelum lucis, & miniſtros ſubornat ſuos, velut miniſtros iuſtitiæ, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti, &c.* Cum tot Dei, fideiquę deſertores, verum iſtud eſt. *Hoſtis vbi Troia fuit, Antichriſtus vbi olim Chriſtus:* nam alioqui in Eccleſia noſtra, vbi olim Chriſtus, minimè Antichriſtus. Prioribus ſæculis, vt ex patribus, & ſacris Concilijs conſtat, Romanus Pontifex, ſupremam in ea habuit auctoritatem, & Pontificum Romanorum ſucceſsio non interrupta, veræ Eccleſiæ, patribus fuit nota certiſsima; & vbique gentium Epiſcopi, & ſacerdotes, ac reliqui Eccleſiaſtici ordines, quæ omnia, & in noſtra Eccleſia, quorum nihil apud iſtos profanos reperias: quomodò ergò tunc Chriſtus, nũc Antichriſtus in noſtra Eccleſia? An potuit Diabolus, vel Antichriſtus per tot ſæcula eſſe fortior ille ſuperueniens, qui omnia Chriſti arma ſurripuerit, occuparit orbem terrarũ, Chriſtum in deſertum fugarit, atque in vltimas terras deportarit, vt irritę fuerint Chriſti promiſsiones, quod portæ inferi nunquam præualituræ eſſent aduerſus illius Eccleſiam ſuper petram ædificatam, & Troiam ſuam à Græcanicis ſuperſtitionibus tutari minimè potuerit? Quis neget & Antiochum expreſſam fuiſſe figuram Antichriſti? D. Hieronymus in cap. 11. Dannielis *Sicut Saluator habet & Salomonem, & cæteros ſanctos in typum aduentus ſui, ſic & Antichriſtus peſſimũ regem Antiochum, qui ſanctos perſecutus eſt, templumque violauit, rectè typum ſui habuiſſe credendus eſt*, & D. Cyprianus de exhortatione martyrij: *Rex Antiochus infeſtus, immò in Antiocho expreſſus Antichriſtus*, atnò & idem fuit expreſsiſsima figura iſtorum perduellium, qui loca Deo ſacrata in profana conuertunt: (Ioſeph. l. 12 antiq. c. 7.) quemadmodum ille decreuit, vt templum Hieroſolymitanum eſſet Iouis Olympij, & Garizitanum, Iouis Hoſpitalis diceretur. Ille conſtituit grauem pœnam ijs, qui Dei legem obſeruarent, & qui liberos circũciderent; ita nihil iſtis magis curæ, quàm ſacramenta Eccleſiæ violare, & ijs fideles

deles interdicere. An non ſummi ſacerdotes ex genere Aaron in illo templo, quandiu durauit illa ſynagoga antiqua, qui ex præſcripto Domini ſacrificia offerebant, & templo legitimè ad hoc ordinati præerant? quomodò igitur Antichriſti, ſummi Pontifices nouæ legis, quibus in Petro auctoritatem paſcendi oues ſuas, confirmandi fratres ſuos, ligandi atque ſoluendi commiſit Chriſtus? an verò ſeptimo ſæculo in templis Chriſtianorum nouum aliquod ſacrificium celebrari ab vllo Pontifice iuſſum, aut noua aliqua introducta ſacramenta? Quid ergò tunc, quod idololatriam ſpiraret?

Iam omnia ſibi obtinuiſſe videtur Mornæus, & id totum quod inſtituerat ita demonſtraſſe, vt nullus relictus ſit ambiguitati locus.

Ambigitis adhuc fratres, ac Domini. Audite Iohannem. Et datum eſt illi os loquens grandia, & blaſphemias: Paulum quoque. ſedet in templum Dei tanquam Deus, præ ſe ferens ſe eſſe Deum.

NOs quidem, & Ieſum nouimus, & illius Apoſtolos, Ioannem, & Paulum ſcimus; vos autem Iudæi incircumciſi cordibus & auribus, qui tentatis inuocare nomen Domini Ieſu, quem Paulus prædicabat; qui ſcripturis Apoſtolorum, cum quibus vobis nihil cõmercij, abutimini, qui tandem eſtis? Audimus Ioannẽ, & Paulum, illi tubæ Euangelij, quorum *ſonus in omnem terram exiuit*: vterque θεόπνευστος. *Iohannes ille tranſcendit nebulam, qua tegitur omnis terra, & peruenit ad liquidum cælum, vnde acie mẽtis acutiſſima atq; firmiſſima; videret in principio Verbum Deum apud Deum, per quod ſunt omnia, tanquam de pectore ipſius Domini, ſuper quod diſcumbere in eius conuiuio ſolitus erat ſecretum diuinitatis eius vberiùs, & quodammodò familiariùs biberet*: Et D. Hier. *Ioannes noſter, quaſi aquila, ad ſuperna volat, & ad ipſum patrem peruenit dicens: In Principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*. Apocalypſim autem ipſius infinita futurorum myſteria continere ſcribit. Paulus verò raptus vſque ad tertium cælum audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Vterque igitur nobis audiendus. Et quia vtrumque audimus, ideò Mornæum non audimus: Monet enim Paulus: *Si quis euangelizauerit vobis, præterquam quod accepiſtis, anathema ſit, &c. Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus*. At certè nemo vnquam hæreticus fuit, aut Mornæus eſt hæreticus; cùm omnes notæ, ex quibus aliquem hæreſeos, aut ſancti patres, aut ſacra Concilia condemnarunt, in Mornæum concurrant. Ioannes verò. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum; nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis.* Ait. Ioãnes. *Datum eſt illi os loquens grandia, & blaſphemias* (inquit Mornæus.)

Act. 19.

D Aug. li. 1. de cõſenſu Euang. c. 4.

Lib. 1. aduer. Iouinianum.

Galat. 1. Ad Tit. 3.

Epiſt. 2.

Quod ipſum de Antichriſto, & de illius præcurſoribus noſtri ſæculi hæreticis rectè interpretamur, quorum hæreſes ex omni genere blaſphemiarum ſunt conflatæ; Lege epiſtolam Mornæi dedicatoriam ad Sereniſsimum Regem Britanniæ, totamque iſtam præfationem, quid aliud quàm errorum, & blaſphemiarum congeriem appellaueris? Hunc equidem Apocal. locum, cum Patribus, & omnibus expoſitoribus de Antichriſto intelligi non diffitemur: locum item Diui Pauli; *Sedet in templo Dei, tanquam Deus*, omnes de Antichriſto exponunt; & alij quidem, vt nomine templi Dei, templa Chriſtianorum accipiant, in quibus Antichriſtus ſe faciet adorari tanquam Deum: cùm tamen adorationem illam latriæ ſupremam, vni Deo debitam, exhiberi ſibi nolit Pontifex, qui reputat *ſe conſeruum fratrum ſuorum habentium teſtimonium Ieſu*, & cum primo Anteceſſore ſuo Petro dicit: *& ego ipſe homo ſum*. Cõmunis verò opinio eſt, Antichriſtum reædificaturum templum illud Hieroſolymitanum, vt ſibi Iudæos conciliet, in eoque ſeſſurum tanquam Deum: at Pontifex Romanus, neque de templo Hieroſolymitano reædificando vnquam cogitauit, neque Iudaicæ legi, aut antiquis cæremonijs addictus eſt, neque in eo templo ſedet, tãquam Deus: ſed in Eccleſia ſuppliciter Deum adorat, & peccatorem ſe agnoſcit, ac profitetur: quomodò igitur ex Iohanne, vel Paulo, iſte colligit eum eſſe Antichriſtum? Subtiliter ſanè, & ingenioſè.

Apoc. 19.

Act. 10.

Audite iam, inquit, & videte Paulum Quintum Pontificem huncce veſtrum.

Noſter vtique eſt, quia Chriſtianorum omniũ Pontifex: quia Paſtor omnium ouiũ Chriſti: quia pater Chriſtianæ plebis; Mornæus itaque, qui Chriſtianus non eſt, neque ouis Chriſti, nihil mirum, ſi hunc Paſtorem ſuum nõ agnoſcat. Sequitur Mornæus.

Præfigitur ſuorum libris heri, aut nudius tertius excuſis ad viuum, quaſi in tabella depictus, hac inſcriptione. Paulo V. Vice Deo, Chriſtianæ Reipub. Monarchæ inuictiſſimo, & Pontificiæ omnipotentiæ conſeruatori acerrimo: Quo & pridem ſtylo Tolentini legitur, Paulo III. Opt. Max. in terris Deo.

AN libri aliqui extent excuſi, quibus iſta præfigantur, neſcire me fateor, ſiquidem ad manus meas non peruenerunt. An verò rectè indè concluditur; ergò Pontifex eſt Antichriſtus? non certè magis, quàm ſi ita arguas; Philippus Mornæus, hoc eſt Murcidus, Pleſsiaci, Marliani, &c. Dominus, Cataphractorum turmæ ductor, Salmurienſis ditionis præſes, in veſtibulo ſui myſterij iniquitatis, quaſi in tabella depingitur, hac inſcriptione *Arte, & Marte*: Ergò Philippus Murcidus, eſt Antichriſtus; ſed magis directa hæc concluſio: Ioannes de Antichriſto ſcribit, *& datum eſt illi os loquens*

quens

quem grandia, & blaſphemias, at iſte loquitur grandia, & blaſphemias, ergò iſte eſt Antichriſtus. Nec verò inſcriptio illa etſi præfixa eſſet libris quorundam Catholicorum; aut errorem aliquē, aut blaſphemiam contineret, vt Pontificem argueret eſſe Antichriſtum. Quod ſi noſtris *Vice-Deus eſt*; non ergò Deus, neque colitur à nobis vt Deus, neque enim, qui Prorex eſt, eadem, qua Rex dignitate præeminet, aut eodem honore colitur: In quamcumque dignitatem homo aſſumatur, ſemper homo eſt, neque creaturæ limites excedit, licet ipſa dignitas, participatio ſit quædam ipſius diuinitatis, quo fit, vt honore quidem ſupra homines, non tamen diuinitati ipſi debito, colatur. *Vicarium ſe Chriſti Dei, & hominis in terris*, ex ipſa Dei inſtitutione profiteri, nunquid eſt præſe ferre, ſe eſſe Deum? Quod *Chriſtianæ Reipublicæ* dicatur *monarcha inuictiſſimus*: ne id quoq; tam inuidioſum eſt, quam vellet Mornæus: Equidem Reſpublica dicitur, quæ eiſdem legibus continetur, & gubernatur: Etſi itaque ciues mundanæ ciuitatis, qui diuerſis legibus, per diuerſas regiones, & prouincias reguntur, diuerſas Reſpublicas conſtituant; quia tamen, quatenus Chriſtiani, iiſdem legibus, aut à Chriſto primùm latis, aut deinde ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus adminiſtrantur, iccirco diuerſa regna, ac plures Reſpublicæ eandem Rempublicam Chriſtianam, cui præeſt ſummus Pontifex, longè ſuperioris ordinis, quàm ſint mundanæ Reſpublicæ, conſtituunt. Dicitur verò *Monarcha inuictiſſimus*, quia ſcilicet Eccleſia nullis vnquam machinis expugnari, nullis viribus ſuperari poterit, & quia Pontificatus à Deo inſtitutus; quæ verò Deus iuſtituit ab hominibus labefactari, aut euerti non poſſunt; & quidem hic titulus *Monarchæ inuictiſſimi*, & alijs magnis Principibus paſsim ab auctoribus tribuitur, quos tamen ſi indè Mornæus concludat eſſe Antichriſtos, ridiculus erit. Quod verò dicatur *Pontificia omnipotentia*: certè non dicitur diuina omnipotentia, quæ pro obiecto habeat omne poſsibile, & nullis limitibus reſtringatur; ſed dicitur omnipotentia quædam miniſterialis, quatenus ſummam in ſpiritualibus, pro regimine, & ſalute animarum, à Deo conſecutus eſt poteſtatem, quæ nullis locorum, aut temporum terminis cōcludatur, quodque in his quæ ſunt iuris Eccleſiaſtici, à nullo poſsit illius auctoritas reſtringi, & huius quidem auctoritatis, poteſtatiſq; conſeruatorem acerrimum eum eſſe decet: quemadmodùm enim Principi cuilibet ſuam dignitatem tueri maximè conuenit, ita multò magis decet ſummum Pontificem ſuam ipſius, ac Eccleſiæ dignitatem, contra quoſcumque aduerſarios, integram conſeruare. Et quidem quomodo, Reges, Iudices, Sacerdotes. Dei, in ſcriptura dicuntur, & illi, ad quos ſermo, Dei factus eſt, & Moyſes Deus Pharaonis: eodem non repugnat, & Pontificem Deum dici. Verùm Mornæe, Antichriſtus ipſe, vt ſcribis, *loquetur grandia, ſedebit in templo Dei, tanquam ſit Deus*, ſibi magnificos, & ſuperbos titulos ipſe tribuet: Atqui nemo Pontificum hos ſibi titulos vnquā tribuit, neque enim *Paulus V. Pontifex hicce noſter*, aut ſuperiorum Pontificum prædeceſſorum ſuorum aliquis in diplomatibus, aut Bullis Pontificijs, aut Breuibus ita præfatus eſt. *Paulus V. ViceDeus Chriſtianæ Reipublicæ Monarcha inuictiſſimus*, &c. Neque iubet vt aliquis huiuſmodi titulos illi tribuat; etſi nihil veritati fidei, aut doctrinæ Chriſtianæ repugnent; nō igitur eſt Antichriſtus. Certè quòd à ſacrilegis hominibus ſectarijs iſtis, vocetur Antichriſtus, quæ eſt iniuria in Deum ipſum atrociſsima, non ideò eſt Antichriſtus. Ita quòd tituli aliqui illi tribuantur, qui perfidis iſtis non probantur, nec ideò eſt Antichriſtus.

Subſternuntur Principum, Regum, Cæſarum ſceptra, diademata circumſtant illum, vultu imperium portendentem (capiti imminet hæc inſcriptio) Principes, Reges, Cæſares ipſi cernui, fulguriti, attoniti, adorabundi.

ITa cauillatur hic Ethnicus impius, dum de Pontifice loquitur. Alexander ille Macedo, cum Iudęorum Pontificem Iaddum Tiaram in capite geſtantem cum præfixa aurea lamina inſculpto Dei nomine conſpexit, ſolus ad eum accedens, & nomen illud adorauit, & ſalutauit Pontificem; & cùm Parmenio rogaret familiariter, quid ita, cùm ipſe adoraretur ab omnibus, nunc adoraret Iudæorum Pontificem, ille: *non ſe hunc adoraſſe reſpondit, ſed Deo, cuius Pontifex eſſet, honorem hunc exhibuiſſe*; ita quem nos honorem Pontifici tribuimus, Chriſto ipſi deferimus, *Qui vos honorat, me honorat, & qui vos ſpernit, me ſpernit*. Attila ille, flagellum Dei, Ethnicus, & barbarus Leonem Pontificem honorauit, & illius rogatu pedem retulit; paratus alioquin vrbem inuadere ferro, & flammis vaſtitatem inferre, longè iſtis religioſior, qui Pontificiam dignitatem pedibus conculcari optant: quam quidem quanti fecerūt ſemper Chriſtiani Imperatores, Reges, ac principes, notius eſt, quàm, vt in eo probando immoremur. Quod ſi Pauli V. Pontificis maximi, perbenigni, & humaniſsimi vultus, maieſtatem quandam præ ſe fert, *vt vultu portendat imperium*; Si ſpecies Priami digna imperio: an ideò Antichriſtus eſt Pontifex? An ideò, quod religioni, ſceptra ſua ſubmittunt principes, ille Antichriſtus? Nathan Propheta adorauit Dauid Regem, Abraham adorauit populum terræ: Iacob Deo dilectus fratrem Eſau exoſum, & Cornelius ipſe Centurio, etſi nondum Chriſtianæ religionis ſacramentis initiatus, Petrum Apoſtolum. An igitur ſi Pontificem adoramus, non quidem ea quæ vni Deo, ſed longe inferiori, quæ tantæ dignitati debetur, adoratione, ideò ille Antichriſtus?

Alexander Pontificem Iaddū adorat.

Ioſephus li. 11. Antiquit. cap. 8.

Cir-

Digitized by Google

Circumſonat denique verbum Dei, at quàm præpoſtere vſurpatum, detortum. Gens, & regnum, quod non ſeruierit tibi, in gladio, & in fame & in peſte viſitabo gentem illam, ait Dominus. Ierem. 27. Quod de Nebuchodonozore Eccleſiæ deuaſtatore olim prædictum: alter Caiphas ipſe ſibi accommodat, in ſe ipſo Chriſtianæ Eccleſiæ alaſtore impletum vult. Item. Dedit ei Dominus poteſtatem, & regnũ, & omnes populi ipſi ſeruiẽt, poteſtas eius poteſtas æterna quæ nõ auferetur, et regnũ quod nõ corrũpetur. Dan. 7. Vultu in terram demiſſo puluerem pedum tuorum lingent. Eſai. 49. Quæ de vno Chriſto, nemini homini, citra blaſphemiam, communicantur.

HAec loca ex ſcriptura citata paulisper ſunt expendenda. Ac primùm eo loco Hieremiæ ſermonem eſſe de Nabuchodonozore nõ diffitemur. Aperit verò os ſuum in blaſphemias iſte, cum Pontificem *alterum Caiphã* appellat, & *Chriſtianæ Eccleſiæ alaſtorem*: Caiphas Pontifex anni illius, non Pontifex legitimè inſtitutus, ſed in Pontificatum intruſus; at *Paulus V. vocatus à Deo, tanquam Aaron* legitimè inſtitutus Pontifex, quem vniuerſa Eccleſia, vnicum in terris ſummum Pontificẽ agnoſcit: nec remoramur ſacrilegos huiuſmodi homines: & tamen, in Caipha, ſacerdotali dignitati etiam multum tribuit Euangeliſta, *cum eſſet* (inquit) *Pontifex anni illius, prophetauit*, vt non perſonæ, ſed diuino ſacramẽto, Prophetia tribuatur; Etſi enim homo iniquus, ac ſceleſtus, dignitas tamẽ ſancta erat, quod obſeruauit D. Auguſt. tract. 49. in Ioannem, & D. Chryſoſtomus homil. 64. *Non tolli dignitatis ſanctitatem per vitam malam ea fungentis, & licet ſacerdos malè viuat, tamen ſacerdotium in eo ſanctum eſt*; at iſte non tam perſonam ipſam quàm Pontificis dignitatem inſectatur; ἀλάστορας verò incendiarios iſtos Chriſtianæ reipublicæ meritò quis vocarit; & certe poſt collationem apud Fontem Bellaquæũ habitam, Henricus quartus rex Chriſtianiſs. æterna memoria dignus, non modò tum de regni adminiſtratione cogitans, & ſed & Catholicæ religionis amplificandæ, ac in integrum, toto regno, reſtituendæ cupidiſsimus, peſtem quandam, & animarum perniciem, iſtum impoſtorem appellauit: quo teſtimonio nullum validius, aduerſus ſicarium iſtũ, adferri poſſet. Splẽdidè verò mentitur, cùm Pontificem ſcribit velle in ſe impletum illud Hierem. 27. quod de Nabuchodonozore olim prædictum. *Gens, & regnum, &c.* Neque enim, ſi loca aliqua ſcripturæ præpoſterè in Pontificem ipſum detorqueantur, ipſe ea vſurpare, ſibique accommodare dicendus eſt. Qui retulit locum illum Hierem. 27. vbi ſermo eſt de rege Nabuchodonozore, in ipſum pontificem, poterat vtique locum citare ſimilem ex Eſaię 60. qui propriè, & ad literã de Põtifice, & de Eccleſia intelligitur, quẽ ſuppreſsit Mornęus, *Gens, & regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit; & gentes ſolitudine vaſtabuntur*, & ſecundum ſeptuag. *Gentes, & reges, qui non ſeruient tibi, peribunt*, nec tamen quicquam abſurdi ſequitur, ſi & locus ille Hieremiæ Pontifici accommodetur; ſi enim Deus voluit plurimas gentes ditioni ſubijci Nabuchodonozoris, & ſi regis infidelis, comminatus ſe in eos, qui detrectarent illius imperium, animaduerſurum; quantò magis vltionem de illis ſumpturus eſt, qui reſilient ab obedientia Põtificis, *quem conſtituit ſuper familiam ſuam?* Vndè enim factum eſt, vt tot nationes prius liberas ac ſuis viuentes legibus, videamus duriſsimæ ſeruituti barbarorum ſubiectas; niſi quòd à Pontifice defecerunt, ac primatum illius in omnes Eccleſias negarunt? Nec verò quæ Chriſti ſunt, & de Chriſto in ſcriptura intelliguntur, cum blaſphemia, Eccleſiæ, aut Chriſti miniſtris tribuuntur. An non Chriſtus ipſe lux mundi? *Ego ſum lux mundi*, & tamen ſuos Apoſtolos alloquens, *Vos* (inquit) *eſtis lux mundi*. An nõ Chriſtus *paſtor bonus*, & tamen citra blaſphemiam ſcribit Apoſtolus, Chriſtum Eccleſiæ ſuæ dediſſe alios Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios paſtores, & Doctores. Quantum ad locum Danielis 7. *Dedit ei Dominus poteſtatem, & regnum, &c.* quis neget, niſi Iudæus de Chriſto, illiusque regno intelligi? quod regnũ Chriſti? an non Eccleſia? *omnes populi illi ſeruient*; ſiquidem amplitudine ditionis, & dominationis omnibus regnis mundi præcellit: ſiquidem *prædicabitur Euangelium omni creaturæ, & plenitudo gẽtiũ intrabit, & tunc reliquiæ Iſrael ſalua fient.* Quod ſi aliquandò in ſolitudines fugiſſet Eccleſia, ac in terris conſpicua, & viſibilis eſſe deſijſſet, quomodò vera prophetia Danielis? dicimus item, in regno ſpirituali Chriſti hoc eſt Eccleſia, ſummã poteſtatem ſpiritualem habere Pontificem Chriſti vicarium, &, hac ſpirituali dominatione, cunctis mundi principibus præcellere, nec illius poteſtatem locis, aut temporibus limitatam eſſe; quotquot enim gentes dant nomen Chriſto, & in fidem illius concedunt, Pontifici, etiam Romano tanquam ſupremo hierarchæ à Deo, non ab hominibus, inſtituto, obedientiam pollicentur ac præſtant. Non quidem Pontifices æterni quemadmodùm Chriſtus, quia morte prohibentur manere, ea tamen ſuprema, & Monarchica ſpiritualis poteſtas, quæ reſidet in ſucceſſore Petri ſ latret, rabiat, diſrumpatur Mornæus: æterna erit, non niſi cum mundo in terris finem acceptura. Quod ſi Chriſti regnum aliquando in terris, illudque viſibile; ergò & Prorex aliquis, qui illud adminiſtret, & illius vices gerat, ſiquidem reges, qui pluribus regnis dominantur, cum certò loco conſiſtant, in alijs regnis ſuos habent Proreges: Chriſtus habet regnum in terris, quod acquiſiuit ſanguine ſuo, regimen illius vtique in terris, vel

non

Ioan. 11.

Regis Chriſtianiſſimi de Mornai iudicium.

Rom. 11.

Digitized by Google

non ſemper de cælo vocem Chriſti loquentis expectomas, Proregem certè aliquem in terris cõſtituiſſe putandus eſt, aut certè nõ ſatis ſuis ſubditis in his, quæ ſunt maximi momenti, vt quę ſpectant ad ſalutem animarum, conſuluerit, quod citra blaſphemiam nequit efferri. Quod attinet ad locum ex Eſai. 49. *Vultu in terram demiſſo puluerem pedum tuorum lingent*; operæ pretiũ huc referre, quod in illum locum Eſaię ſcribit Leo de caſtro, meminiſſe, ſe legere in codice peruetuſto ordinis D. Benedicti de moribus Eccleſiæ Chriſtianæ: *Reges olim cum adirent Epiſcoporum Synodũ, procumbere ſolitos toto corpore ante Epiſcopos, & terram exoſculari, neque prius humo ſe attollere quàm illi ſuis ſedibus ſurgerent, & illos brachijs attollerent, et ſella quadam regia, pro dignitate, collocarent. Dum tali pietate*, inquit, *præfulgebant reges, victricia aduerſus hoſtes ſuos videbant ſigna, hoc*, inquit, *puto ſignificari ab Eſaia*. Ita bene conſultum rebus ſuis putent reges, ac principes, quãdò pedes Pontificis exoſculabuntur, hoc eſt, ſummam illi reuerentiã & obſeruantiam exhibebunt. An verò quamdiu in terris Chriſtus noſtræ ſalutis myſteriũ operatus eſt, *vultu in terram demiſſo reges eum adorauerũt aut puluerem pedum linxerunt*? Hoc igitur complectur, quãdò in Chriſti Vicario is honos, eaque reuerentia eidem defertur. Alexander Magnus, licet verę religionis expers, Pontificẽ Iudęorũ adorauit, teſtatus non hunc ſe adoraſſe, ſed Deo, cuius Pontifex eſſet, hunc honorem exhibuiſſe; ita nos in Pontifice, Chriſtum ipſum veneramur.

Hæc, inquit, *iuſſu ſuperiorum, Bononia, Neapoli, typis mandata; Nec temerè quidem, aut priuato quorumdam ſtudio, ſed ex ſenatuſconſulto Pontificio, re deliberata, ſolemni more in loco maiorum, in congregatione publica, in æde Mineruæ, in Pauli ipſius conſpectu, in celebri Cardinalium conſeſſu, magno populi concurſu, diſputata, definita.*

VAldè certè elegans, & accurata deſcriptio cum omnibus argumenti ipſius circumſtantijs. At paulò anteà ſcripſerat (*præfigitur ſuorum libris ſtri aut nudiuſtertius excuſis*: nunc verò *hæc, diſputata, definita*.) Atqui libri in æde Mineruæ non ſolent diſputationi ſubijci; verùm Romæ antequam typis mandentur, magna cautio adhibetur, ſit ne in eis aliquid cẽſura dignum, & expungendũ, aut expurgandum, cùm huiuſmodi librorum, qui errores cõtra fidẽ aut bonos mores continent, lectio ſit valde periculoſa; ſi quæ verò concluſiones ad diſputandum nonnunquam proponantur, & illis Pontificis effigies, aut loca aliquot ſcripturę ad ſupremam illius dignitatem commendandã ſpectantia, præfigantur, aut etiam aliquibus libris in lucẽ editis, non tamẽ iſta ſunt, quæ diſputantur, aut definiuntur, quæ, vt ſupra dictũ eſt, nihil contra Chriſtianæ religionis, aut Catholicę fidei veritatem in ſe continent, niſi hæreticorum iudicio, quibus nihil eſt cerebri. Et Cardinales quidem ipſi nonnunquam ſua præſentia honorare ſolent publicos, & ſolemnes actus diſputationum, ridiculum tamẽ eſt, quod de Pontifice in grauiſsimis negotijs Reipublicę Chriſtianæ continuè occupato, affirmat hæc in conſpectu illius, *diſputata, definita*.

Contrahis hic frontem (lector.)

ATqui non habet effrons iſte, quam contrahat frontem; & frons hæreticorum, non eſt frons, nec nos cõtrahimus, ſed explicamus frontem, qui videmus tantam noſtrorum aduerſariorum eiuſis conſpicuam impudentiam, vt indè apud omnes facilè mendacij conuincantur.

Non arcana loquor; Nouit hæc Roma, & proſtant hæc monſtra vrbis monſtranda, oſtentanda: Et tu peregrinus verè in Eccleſia tua, ſi ignoras, cui proditor, ſi conſcius diſſimulas.

AC ſi ad ſalutem noſtram ea ſcire neceſſarium eſſet; vel etiam Eccleſia noſtra præſcriberet, nihil eorũ ignorare, quæ Romæ geruntur, ſi qui libri Pontifici dedicẽtur, ſi qui actus publici diſputationum, illic habeantur, aut in priuatis ſingulorum ordinum collẽgijs aliqua diſputentur, vel definiantur. Quod ſi multa quæ in Concilijs generalibus definiantur, licet ignorare; multò certè magis ea, quæ Romę in diſputationibus priuatis, aut publicis definiũtur, quæ nõ pluris facimus, quàm, ſi alibi in ſcholis Theologorum definirentur. Quod ſi deciſiones Rotę Romanæ non omnes omnium locorum Iudices ſcire tenentur, nec Theologi ipſi vbiuis locorum: multò minus omnes Chriſtiani, ea ſcire tenentur, quæ Romæ in æde Mineruæ, in priuato collegio diſputata ſunt, aut definita.

Et nobis inter hæc Agyrtæ iſti, Antichriſtum Babylone natum, libellis conſultò editis, nunciare non erubeſcunt.

ANtichriſtum fore quidem ſingularem hominem ſub finem mundi venturum, & Iudæum, ac circumciſum; quem pro ſuo Meſsia Iudæi ſunt excepturi, ex ſcripturis ipſis colligitur, & conſtat ex traditione Patrum, quorum & multi volũt naſciturum ex tribu Dan. Verùm Babylone naſciturum, etſi non deſint fortaſſe, qui probabiliter doceant; de hoc tamen nihil certum habemus, neque id ſcire ad fidem vllo modo ſpectat, & agyrta iſte, qui id nobis, & multa alia falsò imponit.

Audite verò vocem, non iam de cælo, quam Ioan-

Ioannes excipiat, ſed ex orco quā intonet Mornæus, *ὃς τόσον αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα. Qui quinquaginta alios æquat clamore ſonoque*: vocem, inquam, impuram, os illud infame.

Vos itaque iam appello populi; Quid amplius cunctamini? toties deluſi, quin voci cœlitùs intonanti actutum obtemperetis; Exite ex ea populi mi, ne de peccatis, plagiſque eius participetis.

NOn dubitamus certè vocem iſtam eſſe cœleſtem prout à Ioanne prolata, in auribus noſtris inſonat; ſed interpretatio illius, & accommodatio, authore Mornæo, non aliundè, quàm ex orco emiſſa. Quòd ſi deluſi ſumus, qui notas Eccleſiæ Chriſti, non niſi in Eccleſia Chriſti, non niſi in Eccleſia Catholica Apoſtolica Romana conſpicimus; vtique ex ſcriptura, ipſo Dei verbo, à Concilijs, à patribus, Deo vtique ipſo, deluſos nos eſſe oportet, vt ei liberè & fidenter dicamus? *Si decepti ſumus, decepiſti nos Domine*. Væ vobis qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucē, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. veſtram Sathanæ ſynagogā reformatam illam, quam fingitis Eccleſiam aliquandò inuiſibilem; poſteà mundo ſe prodentē Chriſti Domini Eccleſiam aſſerentes: hanc verò antiquam Catholicam à Chriſto in terris ædificatam ſuper Petram, Babylonis nomine, à quà iubetur populus Dei recedere, impiè, & ſacrilegè interpretantes. Verùm nihil eſt, quod vocem impuram, aut os infame iſtius miremur; ſiquidē hæ ſunt blaſphemiæ omnium hæreticorum ſolēnes, qui non minus ſunt hoſtes corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, quàm fuerunt Iudæi ipſiuſmet capitis, illud iniurijs proſcindendo, blaſphemijs prouocando, quin & crucifigendo.

Proſequitur incēdiarius iſte Reipublicę Chriſtianæ rabidus, furens audacia, reges Catholicos ita compellans.

Vos itidem Reges, tamdiu inebriati.

PErfidorum Iudæorum perſonam nobis iſte refert, qui, cum Apoſtoli accepto ſpiritu Sancto linguis omnium gentium loquerentur magnalia Dei, muſto plenos eos eſſe calumniabantur: ad quos tum rectè Petrus. *Non enim ſicut vos æſtimatis, hi ebrij ſunt, ſed hoc eſt quod dictum eſt per Prophetam Ioel: & erit in nouiſſimis diebus, dicit Dominus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, &c.* Ita nos ad murcidum iſtum Iudæum magis, quàm Chriſtianum. Non enim inebriati ij reges, qui fidem Catholicā perpetuò coluerunt, & ſanctam Romanam Eccleſiam in omnes Eccleſias habere principatum crediderunt, ſupremæque Romani Pontificis ſpirituali poteſtati, ſubditos ſe eſſe, tanquam oues ſacræ, nunquā diffiſi ſunt; ſed hoc eſt, quod ſacra oracula præcinuerunt, Eſai 49. *Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ, vultu in terram demiſſo adorabũt te.* In quem locum D. Hieronymus. *Si caput Eccleſiæ Chriſtus eſt, caput adoratur in corpore, & ſi ad quoſdā dicitur, Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius, cur non adoratur Eccleſia, quæ totum Chriſti corpus amplectitur, &c.* An verò quod in omnibus membris ſuis, adorandum velit, & nō magis in Antiſtitibus ipſis, qui pro Chriſto legatione funguntur, Apoſtolorum ſucceſſoribus, maximè verò in eo, qui Chriſti vices gerit in terris? Iſaias item 60. *Aedificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum miniſtrabunt tibi, et ſuges lac gentium, & mammillà regum lactaberis, etc.* Vt cæteros reges, qui per orbem dominati ſunt, prætermittam, ex omnibus Galliæ regibus à Clodouęo primo Chriſtiano ad Pipinum patrē Caroli magni, à Carolo magno ad Hugonem Capetum, & ab eodem Principe, tertiæ familiæ regum Franciæ, ad Ludouicum XIII. nunc fæliciter regnantem; an aliquis Eccleſiæ reformatæ, & puriori Mornæi quæ, ante aliquot annos, vbi gētium eſſet ignorabatur, nomen dedit? An non omnes, Catholicę Apoſtolicę Romanę Eccleſię, fidem coluerunt? ab Archiepiſcopis, à Pontificibus maximis inſtituti, & eiuſdem cum illis cōmunionis inaugurati ſunt? vbi & reges ſanctiſsimè iurant, ſe Eccleſiæ Catholicæ, & fidei ſanctæ Romanæ Eccleſiæ perpetuò fore protectores. Quin & Epiſcopi, & laici ſacramentum fidelitatis præſtant, ſe, adiuuante Domino, conſilio & auxilio fideles futuros, vt regnum, quod Deus donauit, ad ipſius voluntatem, & ſanctæ Eccleſiæ, & debitum regiū honorem, & ſuam, ſubditorūque ſaluationem habere, & continere poſsit. An verò iſti tamdiu inebriati fuerunt in ijſdem fidei dogmatibus ſecùm perpetuò, ac cum Eccleſia Romana & reliquo Chriſtiano orbe conſentientes? Iſti verò mutuò ſeſe confodiunt, & ſicut in die Madian mutua ſe cæde truncant; immò nec ſibi ipſis conſtant, in præcipuis fidei articulis hęrent, modò aiunt, modò negant, Sequitur.

Act. 2.

Omnes Reges fraude fidē Romana Eccleſiæ coluerunt.

Quid circumſpicitis? quin omnipotentis conſilium, haud irritum, impletum accurritis.

ATqui Iohannes expreſsè dicit: *Deus dedit in corda eorum vt faciant quod placitū eſt illi: vt dent regnum ſuum beſtiæ*; quod certè de regibus Catholicicis, & Pontifice Romano intelligi non poteſt; ſiquidem regna ſua non dederunt Pontifici: Nùm igitur vult Chriſtianos reges, qui Pontificem Romanum, in ſpiritualibus, ſuperiorem agnoſcunt, & reuerentur tanquam oues paſtorem, pugnare cum agno, eſſe hoſtes Chriſti? at reges illi, per decem cornua eo loco Apocalypſis ſignificati, dicuntur vnum conſilium habuiſſe, & virtutem, ac poteſtatem ſuam beſtiæ tradidiſſe; quod certè minimè quadrat in Catholicos reges, qui in ciuilibus, & temporali-

Apoc. 17.

Digitized by Google

poralibus nullum ſuperiorem agnoſcunt, neque regna ſua, aut regiam poteſtatem, quæ ſuprema eſt in ſuo genere, in Pontificem tranſtulerunt. Quantùm verò ſit ſacrilegorum iſtorum in vicarium Chriſti odium, conſtat ex his quæ ſequũtur.

Quin belluam illam deſolatam & nudã facitis, carne deuorata, igni cõburitis.

VElit iſte Chriſtianorũ reges, quàm Læſtrigones, immaniores eſſe, aut etiam Cyclopes, ὃν Διὸς Αἰγιόχου ἀλέγοντας οὐδὲ θεῶν μακάρων. Audi Mornæe, quid Dominus tibi, & omnibus Eccleſiæ hoſtibus comminetur per Eſaiam, *Eos, qui iudicauerunt te,* (Eccleſiam colligendam ex gentibus alloquens) *ego iudicabo, & filios tuos ego ſaluabo. Et cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis, & quaſi muſto, ſanguine ſuo inebriabuntur, &c.* Vt ſanctæ Romanæ Eccleſiæ hoſtes non Pontificis, ſed ſua morte ſaturentur, & qui carnes ſunt, quia Dei ſpiritum perdiderunt, ſuis veſcantur carnibus. De Luciano Samoſatenſi impio atheo refert Suidas, τελευτῆσαι αὐτὸν ὑπὸ κυνῶν ἐπεὶ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐλύττησεν, εἰς γὰρ τὸν περεγρίνου βίον καθάπτεται τοῦ χριστιανισμοῦ, καὶ αὐτὸν βλασφημεῖ τὸν χριστὸν ὁ παμμίαρος, διὸ καὶ τῆς λύττης ποινὰς ἀρκούσας ἐν τῷ παρόντι δέδωκεν, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι κληρονόμος τοῦ αἰωνίου πυρὸς μετὰ τοῦ σατανᾶ γενήσεται. Quæ vero blaſphemiæ, aut quæ impietas Luciani, ſi cum impietate, & blaſphemijs ſacrilegi iſtius hominis in ſanctam Eccleſiam Catholicam, Apoſtolicam, Romanam, & in Chriſtum Domini conferantur? dignus itaque Luciani exitu, cuius præter cruciatus æternos illi cum Diabolo & Antichriſto præparatos, carnes, non à Cyclopibus, aut Læſtrigonibus, ſed à canibus, & feris diſcerpantur, ac deuorentur. Cui tamen meliora precamur, conuerſionem ad Deum, & reſcipiſcentiam à Laqueis Diaboli.

Esa. 49.

Mornæus magis impius, & blaſphemus, quàm Lucianus.

Planctúri alias, inquit, *ſuper illa, pœnas cum illa luituri, qui cum illa tamdiu deliciati, fornicati eſtis.*

QVæ verò, deliciæ, aut fornicationes ſunt Chriſtianorum Regum cum Pontifice? quid aliud quàm Dei honorem, Chriſtianæ Reipublicæ ſalutem, ac tranquillitatem, et Chriſtiani nominis amplificationem, ac Eccleſię longè, latèque ſibi incrementa proponunt?

At tu Chriſte Domine, inter hanc cunctationem dicam, an ignauiam, euigila, exurge, deſcẽde, vide Sodoma huiuſce ſpiritualis peccatũ כִּי עָשׂוּ כָּלָה *quia conſummatũ plenè, et cumulatũ.*

CVm iſtius hominis, & gregalium ſuorũ intelligimus blaſphemias, miramur quidem, & meritò, tantam Chriſti Domini patientiam, & quod non illi ſtatim tellus ima dehiſcat, & ego quidem cum Odyſſe illo apud Xenophontem, κατὰ τῆς γῆς καταδύομαι ὑπὸ τῆς αἰσχύνης ἀκού-ων ταῦτα. Hæ ſunt voces βλασφήμου iſtius ἢ δυσφήμου ἀθέου εἰπεῖν μᾶλλον. Eccleſia Romana, purpurata meretrix, *Babylon magna, Sodoma ſpiritualis*: patiens eſt Dominus, tacet, at parturiens loquetur. Quomodò *Sodoma ſpiritualis*? in qua eſt ſanctiſsimæ Trinitatis, & Chriſti cõfeſſio, ſacramẽtorum adminiſtratio, verbi Dei prædicatio: in qua profitemur diligendum Deũ ex toto corde, & proximum, ſicut nos ipſos, nõ licere in negotio circumſcribere fratrẽ ſuum, non licere in mulierem oculos figere ad concupiſcẽdã eam, ac ne interno quidem actu Deum offendẽdum: in qua quotidiana ad populum, per Eccleſias, ad pœnitentiã exhortatio; peccatorum omniũ integra, & humilis confeſsio; cùm noſtræ Eccleſiæ doctrina ea ſit, vel per vnicum peccatum quod ſit lethale, ſalutis viã præcludi. Et quoniã argumentum à teſtimonio aduerſarij firmiſsimũ eſt: Lutherus ipſe fatetur, Sub Papatu multa eſſe bona Chriſtiana, immo omnia bona Chriſtiana; & inde ad ſuos defluxiſſe, eſſe in Papatu veram ſcripturã ſacrã, verum baptiſmum, eſſe veras claues ad remittenda peccata, verũ prædicãdi eſſe officium, verũ Cathechiſmũ, veluti orationẽ Dominicam, ac decem præcepta, & articulos fidei, inſuper ſub Papatu verã Chriſtianitatẽ, immò verum nucleũ Chriſtianitatis eſſe: quomodò ergò noſtra Eccleſia *Sodoma ſpiritualis*? Immò id certò conſtat, quàm ſancta eſt noſtra Eccleſia, tàm impurã eſſe hanc, quã vocant reformatam, & puriorem; & ad id in promptu ex ſcriptura habeo argumentum. Regnum Iuda, reprobato Saule, & poſteris eius, in Dauid virum Deo acceptiſsimũ tranſlatũ eſt, & in poſteros illius multos, & quia radix ſancta, ideò in poſteris illius multos Reges reperias, de quib⁹ ſcriptura teſtatur, quod ambulauerint in vijs Dauid patris ſui: in regno Iuda: prætereà ſemper viguit legitimũ ſacerdotiũ, ac religio templi, & cæremoniarũ; at Regnũ Iſrael, hoc eſt, decem tribuum, in Hieroboã translatũ eſt, qui ſubditis auctor factus eſt patriæ religionis deſerendæ, & ex Regibus, qui, poſt eũ, Regno potiti ſunt, ne vnus quidem Dei veri cultor extitit, vt de ſingulis dicit ſcriptura quod *fecerint malum coram Domino, ac ſecuti ſunt peccata Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael*, ita in Eccleſia noſtra à Chriſto Domino ſancto ſanctorũ in terris ædificata, à Petro Apoſtolo, cui Dominus ſuas oues paſcendas primùm commiſit, ad noſtra tẽpora multi ſanctiſsimi fuere Põtifices, & quia reliqui Epiſcopi aliorum item Apoſtolorum ſucceſſores, indè per Chriſtianum orbem tot innumeri ſanctitate vitæ mundum illuſtrarunt, immò nullo non ſeculo, & quidem ex omni genere hominum mirabili ſanctitate inſignes, quin & miraculis coruſcantes extitere, *vt Sodoma ſpiritualis* citra ſacrilegium, & ſine iniuria atrociſsima dici non poſsit; at hæc reformatã, & purior Mornæi & nupera eſt, & ante aliquot annos è tenebris emergẽs, à Iohanne Caluino perditiſsimo tenebrione ſua ferè primordia repetit; qui cùm No-

Eccleſia Romana, nullũ in ſe habet Sodomæ ſpiritualis indicium.

Argumentum efficaciſſimum ſumptũ ab Aduerſarij Teſtimonio

nioduni

Caluin flãmis adiudicatis.

nioduni daret operam libidini præpoſteræ, in vincula coniectus, & publico iudicio flammis vltricibus eſt adiudicatus: verùm potentum quorumdã precibus ex his ereptus, & infami ſignatura in humeris notatus, exilioque perpetuo mulctatus, Geneuam profugit, arcem noui Euangelij, & Eccleſiæ iſtius reformatæ diabolicitùs deſtinatam: qualem quæſo vitam eſſe conijciemus monſtrorum, & profeſſorum noui iſtius Euangelij, & ſectatorum Eccleſiæ iſtius reformatæ, cuius author, & princeps tam impurus & infamis Apoſtata? Idololatra primus Rex Iſrael; ideò & illius ſucceſſores in regia dignitate prauum illius inſtitutũ ſecuti, ac totum ferè regnum ad idololatriam deflexit; quia igitur princeps iſtius Eccleſiæ reformatæ Mornæi Caluinus eſt profligatiſsimus, οὐτιδανὸς nebulo, atq; tã nefandi criminis reus aliquãdo factus: potiori certè iure, nos Eccleſiam iſtam commentitiam ex impietate, blaſphemijs, & erroribus totam conflatam *Sodomam ſpiritualem* appellauerimus. An verò conſummata ſit malitia Sodomę iſtius ſpiritualis, an completæ ſint iniquitates iſtorum Amorrhæorũ, vtrũ עשו כלה ואם לא & quãdò ab hæreſibus modernis, quæ tot, tantaſque clades Chriſtiano orbi atulerunt, tot animabus exitiũ pepererũt, liberandi ſimus, nouit Dominus ipſe. Quẽadmodum *eſt excitatus tanquam dormiens, & tanquã potens crapulatus à vino, & percuſſit inimicos ſuos in poſteriora, & opprobrium ſempiternum dedit illis*, ita id futurum aliquando ſperamus.

Pſal. 77.

Torcular calca ſolus, etiam ſi nemo ex populis, ex Regibus, nemo auxiliator tecum. Accingere romphæa tua, gladio tuo biſacuto, quo interficiendus impius ille, ſpiritu oris tui, verbo tuo.

VAldè ingenioſè ad ſuum inſtitutum, locum Prophetæ accommodat, vt torcular ſit noſtra Eccleſia, quam calcet, & pedibus premat Chriſtus; & quidẽ Athanaſius in quæſtionibus ex veteri Teſtamento q. 72. per torcularia, Eccleſias interpretatur, in quibus vinum funditur, veluti ſacroſanctus Chriſti ſanguis funditur, & ſanctum eius corpus immolatur: & quod dicit Eſaias. *Torcular ego calcaui ſolus*, hunc (inquit) habet ſenſum, *Sicut torcular eſt receptaculum, & in eo calcantur botri: ſic etiam Chriſtus conculcauit inimicos ſuos tum intelligibiles tum ſenſibiles, dicimus autem & hoc, quod botrus, et vua Chriſtus eſt, qui ſeipſo cõminuto, voluntariè preſſus eſt, & ex morte ſua diſtillauit muſtũ diuinum. ſuoq; ſeipſum ſanguine rubere fecit*, eſt vero omnino ſolus. *nam ſolus ipſe Chriſtus pro nobis mortuus eſt, non angelus, vel ſenex aliquis, ſed ipſe Chriſtus ſeruauit nos.* Cypr, Epi. 63. adducẽs illum locum Eſa. *Vini* (inquit) *mẽtio eſt, & ideò ponitur vt Domini sãguis, vino intelligatur; et quod in calice Dominico poſteà manifeſtatũ eſt, prophetis annunciãtibus prædiceretur: Torcularis quippe calcatio, & preſſura taxatur, quia quomodò ad potandũ vinũ veniri non poteſt, niſi botrus calcetur ante, & prematur; ſic*

cap. 63.

nec nos ſanguinẽ Chriſti poſſemus bibere, niſi calcatus prius fuiſſet, & preſſus, & calicẽ prior biberet quẽ credentibus propinaret; vt ex eo loco cõtra aduerſarios cũ Patrũ interpretatione, documenta fidei noſtrę deprobamus; & aliàs quidem poſſem ſubijcere Patrũ interpretationes; quarũ nulla cũ ſubtili accommodatione ſeu expoſitione Mornæi quadraret. D. Hier. eo loco docet iuxta ſcripturæ ſanctæ cõſuetudinẽ, *torcular*, ſumi interdũ pro *vltione, & ſupplicijs peccatorũ*, Thre. 1. *Torcular calcauit Dom. virgini filiæ Iuda*, & ſequitur apud Eſa. *Calcaui eos in furore meo, & calcaui eos in ira mea.* Quod de Iudæis & longè ſceleratioribus hæreticis blaſphemias contra Chriſtũ, & Eccl. illius, eructantibus intelligendũ. Quod verò ſcribit Paulus; *illũ iniquũ interficiendum ſpiritu oris diuini. Illum iniquum*, ille ſacrilegè Papam interpretatur, *et ſpiritum oris Domini*, verbum Dei exponit. Atqui eo loco dicit Paulus: *iniquum illum aduerſari & extolli ſupra omne id quod dicitur Deus*, quod de Papa certè perperã exponitur, qui ſe peccatorem confitetur, humillimum ſeruũ ſeruorũ Dei inſcribit; vt cultus Dei in Chriſtianiſmo ſincerus cõſeruetur immò amplificetur; vt nationes infideles, ad diuinum cultum, conuertantur, & in ſacram religionem concedant, omnẽ adhibet operam: Romæ, aut alibi locorum, non ſibi templa extrui, aut conſecrari, aut diuinos honores deferri (quod fecere qui ſibi diuinitatem, præ nimia dementia, arrogarũt) ſtudet; quomodò ergò eſt impius ille, aut quomodò extollitur *ſuper omnę id, quod dicitur Deus, aut colitur?* Quod ſi ex ſcriptura ſacra, ex verbo Dei cõſtat impium illum, quem Papam interpretatur, interficiendum ſpiritu oris Domini, id eſt, verbo illius, & ſcriptura ſolui non poteſt: quomodò epiſtola ad Regem magnæ Britanniæ præcatur vt *nouus prodeat ex Britannia Conſtantinus, Maxentium, Pharaonem alterum in Ponte Miluio calcaturus, peſſumdaturus, qui Romam intrepidus nunquam fruſtra tentatam, rectà ducat?* Cum decem tribus, Hieroboamum Regem ſibi præfeciſſent, atque id Roboamus ægrè ferens, conuentu duarum tribuum ſibi ſubditarum indicto, & delectu 180000. habito, conaturus eſſet eos ad officium retrahere: per Prophetam Deus interceſsit, admonens, nefas eſſe bellum ciuile mouere: ſiquidem, ſe auctore, populum à Roboamo filio Salomonis defeciſſe. Ita ſi Mornæi conſilium ſecutus, Sereniſsimus Rex, delectum haberet militum, copias vndique colligeret, ac Pontifici bellum inferret, vt (quæ phraſis eſt Mornæi) *Iouem Capitolinum, de ſede nũquam reponendum, excuſſis fulminibus, exturbaret*: puto certè, tùm interceſſurum Chriſtum; idem enim, qui per Ahiam Silonitem ſignificauerat Hieroboamo, ſe ſciſſurum regnum de manu Salomonis, ac decem tribus illi ſubditurum; ſignificauit, & per Eſaiam & per Paulum, *impium interficiendum ſpiritu oris ſui*, hoc eſt, vt interpretatur Mornæus verbo diuino Papam ipſum interficiendum: non igitur, *in Ponte Miluio calcandum, peſſumdandum*. Quid igitur aliud volebat quàm per Regem, irritum fieri conſilium, & verbum Domini?

Digitized by Google

Ac tandem dicant impij à longe ſtantes propter timorem tormentorum eius. Uæ Uæ ciuitas illa Babylon Magna, Ciuitas fortis, quoniam in vna hora venit iudicium eius.

SIt illa Babylon, illa ciuitas fortis, vrbs Roma, illam Ioannes intellexerit, quæ quondam omnium gentium ſeruiebat erroribus, & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem ſi nullam reſpueret falſitatem, quæ & extremis temporibus ab obedientia Pontificis diſceſſura ſit, & peccata peccatis accumulatura; an ideò Eccleſia Romana intelligenda? longè certè diſpar ratio, & Eccleſiæ Romanæ, quæ matrix eſt omnium Eccleſiarum, & vrbis Romæ; & Romanus Pontifex, non quatenus princeps temporalis vrbis Romæ, ſed quatenus Eccl. Romanę Pont., ac Petri in illa cathedra ſucceſſor, in omnes Chriſtianos habet ſpiritualem auctoritatem, & reges, ac principes, qui ſupremam habent, in ciuilibus, ac temporalibus, & à nullo dependentem, præterquam à Deo, poteſtatem, Pontifici tamen in ſpiritualibus ſubiectos ſe eſſe profitētur; & quandò ſcribebat Petrus, *Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone*; Eccleſiam ipſam à Babylone, (quam vrbem Romam ſub Principibus infidelibus & ipſius Eccleſiæ perſecutoribus intelligit) diſtinguit: Nec deſunt, qui nomine *Babylonis magnæ*, multitudinem impiorum ex reprobis omnibus, vt hoc tempore ex infidelibus Iudęis, paganis, hæreticis, nimirum Lutheranis, Zuinglianis, Caluiniſtis, Hoſsitis, Anabaptiſtis conflatam, intelligant: deſcendet enim ignis de cœlo à Deo, & deuorabit eos, & diabolus, qui ſeducebat eos, mittetur in ſtagnum ignis, & ſulphuris; vbi & beſtia Antichriſtus, & pſeudo-Prophetæ cruciabūtur die, ac nocte, in ſæcula ſæculorum.

Concinant pij, & ingeminent, Halleluiah, ſalus, & virtus, & gloria Dei noſtri, quia vera, & iuſta iudicia eius, quia iudicauit meretricem magnam, quæ corrupit terram in fornicatione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manu eius.

ATqui pij illi nō alij intelligi poſſunt quā ſanctæ Romanæ Eccleſiæ alumni, non verò ſectatores reformatæ iſtius, & purioris Eccleſiæ, quibus nouum eſſet, & inſolitum concinere, & ingeminare, *halleluiah*: neque enim antyphonas iſtius reformatæ Eccleſiæ videre licet, & doctor Caluinus effrenem Papiſtarum licentiam appellat: *quod Apoſtolo Paulo reclamante, exotica lingua verboſiſſimas preces reboare nō formidant, in quibus nec ſyllabam vnam ipſi interdum aſſequuntur, nec alios intelligere volunt; vnde conſtat* (inquit) *non Græco inter Latinos, nec Latino, inter Gallos, & Anglos (vt hactenus paſſim factitatum eſt) ſed populari ſermone concipiendas eſſe publicas orationes, qui vulgo à toto cœtu intelligi poſſit, quandoquidem in totius Eccleſiæ ædificationem fieri conuenit, ad quam ex ſono non intellecto nullus penitus fructus redit, &c.* Cùm igitur Alleluiah, vox ſit Hebræa, cuius vim, & ſignificationem non omnes intelligunt, in iſta Eccleſia nunquam vtique concinetur; at in Eccl. Romana frequens illud eſt concini, & ingeminari, *halleluiah*; pios igitur concinentes, & ingeminantes, *halleluiah*, certum eſt intelligendos eſſe Romanæ Eccleſiæ ſectatores. Qui verò, *ſerui Dei, quorum ſanguis effuſus eſt?* Nonne qui pro fide Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ Eccleſiæ, mortem fortiter, & conſtanter ſubierunt, & primis illis ſexcentis à Chriſto annis, cum eam fuiſſe veram Eccleſiam iſti nō diffitentur, & deinceps, & noſtra ætate, cùm in plurimis Chriſtiani orbis partibus multi pro eadē fide conſtanter & fortiter martyrium ſubierunt? nec enim magis iſti perduelles in perfidia hæretica morientes, martyres ſunt, quàm martyres eſſent Circumcelliones Donatiſtarum: & Diabolus res Dei æmulatur, & ſuos habet martyres, *Vindicabit ergo Dominus ſanguinem ſeruorum de manu meretricis magnæ*, ſiue ciuitatis impiorum, ſiue vrbis Romę, quę fideles & pios primis temporibus perſecuta eſt, &, extremis, ſuaue Domini iugum excutiet, & exigentibus ſuis peccatis, extremam ruinam paſſura ſit per reges licet impios, & Antichriſto adhærentes, *vt vindicet ſe Dominus de inimicis ſuis, per inimicos ſuos*; nec enim, non ideò Hieruſalem ciuitas erat ſancta, in ea templum, & locus adorationis, quòd per regem Chaldęorum, *virgam furoris Domini*, ſit euerſa, & templum illud dirutum, id exigentibus regum, & populi peccatis: & licet tunc hoſtes incenderint domum Domini, deſtruxerintque murum Hieruſalem, vniuerſas turres combuſſerint; & quicquid pretioſum erat, ſint demoliti; non tamen tum perijt aut ſynagoga antiquā, aut ipſum ſacerdotium, aut ſummus Pontificatus in poſteris Aaron, ſiquidē etiam, cum cæteris tranſlatus eſt Babylonem ſummus ſacerdos Ioſedechus, in vincula primùm coniectus; deinde à rege liberatus, qui & ſucceſſores habuit, qui ſecundo templo præfuerunt: *Quorum verò ſeruorum Dei ſanguinem effudit* Eccleſia Romana, *vt vindicet Dominus ſanguinem ſeruorum ſuorum de manu eius?* Iſti nimirum ſerui Dei, profligatiſsimi Chriſtianæ Reipub. hoſtes, qui cùm in caput regum conſpirant, & ſtatum Reipub. euertere moliuntur, omnia diuina, atque humana confundunt, ob idque iuſtiſsimas luunt pœnas, diuinæ atque humanæ maieſtatis rei, tū demum ſe ſeruos Dei, ſe reformatam Eccleſiam, ſe ſacri Euangelij cultores, ſe Chriſti martyres inſcribunt. Non magis certè illi ſerui Dei, quā Babylonij, qui incenderunt domum Domini, ſacra omnia vaſa religioni conſecrata ſuſtulerunt, eaque aut idolis ſuis conſecrarunt, aut certè in profanos vſus conuerterunt; quamquam longè deteriora ſerui iſti Dei, Eccleſiæ reformatæ, ſectatores, noui Euangelij præcones commiſere, onde ſi iuſtiſsimis legibus in eos Catholici Principes

Lib. 3. Inſtit. cap. 20. ſect. 33

cipes ſæuiunt, quòd hæreſis exitium ſit non modò Religionis, ſed & Reipub., & quòd in hoc ſuam operam Deo, & Religioni debere ſe intelligant, quo ſenſu ideò Martyres? aut Eccleſia Romana eorum dicenda fundere ſanguinem?

Accinam et ego Domine, ſecli pertæſus, annorum ſatur, tui ſitiens, cum Simeone tuo. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace; Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, &c.

SCilicet κύκνειον ᾆσμα, immò Cygnæo canore vox dulcior; Aegyptij ſacerdotes, ſenem muſicæ ſtudioſum, per hieroglyphycam cygni effigiem ſignificare conſueuerunt; quippe quem omnes cò ſuauius modulari ferunt, quò magis in ſenium vergit. Cygnus ergò Mornæus; Socrates, apud Platonem in Phædone diuinandi quandam rationem, atque facultatem cygnis inesse ſcribit, qui quidem vbi ſentiunt ſibi eſſe moriendum, vt ſuperiori tempore canebant, ita, & ad illud tempus maximè canunt, gaudentes ſe ad Deum illum, cuius ſunt famuli, & Miniſtri, cõtinuò peruenturos. Τοῦ Ἀπόλλωνος ὄντες μαντικοί τε εἰσι, καὶ προειδότες τὰ ἐν ᾅδου ἀγαθὰ: ᾄδουσί τε καὶ τέρπονται ἐκείνην τὴν ἡμέραν διαφερόντως ἢ τῷ πρόσθεν χρόνῳ. Equidem certò mihi perſuadeo & nullatenus dubito Mornæum, & omnes illius gregales bonis, quæ apud inferos ſunt, non verò ijs, quæ in cælo præparauit Deus diligentibus ſe, niſi reſipiſcant quod faxit Deus, fruituros: Sed improbæ Syreni magis, quàm Cygno iſtum comparauerim, à qua nobis ſint aures obſtruendæ: Syrenes autem ferunt vbi mors imminet, vocem lamentatione plenam tanquam à multis pariter ægrotantibus hominibus editã, emittere, immò horrendos edere vlulatus: Certum quidem eſt pios, & fideles, qui in fide Chriſti conſtantes vixere, bonorum prætereà operũ ſibi conſcios, vt cũ Ezechia rege dicere poſſint; *Obſecro Domine, memento quæſo; quomodò ambulauerim coram te, in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum eſt coram te fecerim*, ſacramentis Eccleſiæ prætereà in ſpe melioris futuri ſtatus confirmatos, caducam hanc, ac tot miſerijs obnoxiam vitã cum immortali, & æterna commutaturos, libenter, & ſuauiſſimo cantu edito, hinc diſcedere, nec enim *hic habemus ciuitatem permanentem ſed futuram inquirimus*; iſtos verò viros Belial, plenos omni iniquitate, & dolo, toties perfidiæ in Deum conuictos, veritatem agnitam ex profeſſo impugnantes, blaſphemias horrendas in ſponſam Chriſti, & in vnctum illius eructantes, ardentes faces ad incẽdium Reipublicæ Chriſtianæ miniſtrantes, quis dubitet æterna manere ſupplicia? Simeon quidẽ ille ſenex, cùm Chriſtum in vlnas accepiſſet, lętus canebat; *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, &c. Quia viderunt ſalutare tuum oculi mei*: & eadẽ pariter expectatione tenentur infideles Hebræi, qui Meſsiam venturum in dies præſtolantur, ac ſperant, ſe lætos aliquando regis Meſsiæ aduentum decantaturos, ac celebraturos: ſiquidem obtuſi ſunt ſenſus eorum, & vſque in hodiernum diem, cum legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum, cùm autem conuerſi fuerint ad Dominum, auferetur velamen: quemadmodùm igitur perfidi illi Chriſti hoſtes *ſalutare Dei miſſum gentibus cum venit plenitudo temporis*, fruſtra, & incaſſum expectant, Antichriſtum pro Chriſto excepturi: ita damnationem pro ſalute reprobi iſti (non prædeſtinati niſi conuertantur ab hæretica prauitate ad fidem Orthodoxam, & Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ aggregentur) ſunt recepturi.

4. Reg. 20.

Heb. 13.

Salutem Eccleſiæ tuæ ab hoſtibus ſuis, Agnum victorem, triumphantẽ propediem cum ſponſa immaculata, prædeſtinatorum cœtu celebraturum, Cui cum Patre, & Spiritu Sancto, honor, & gloria in æternum. Amen.

TAm certò mihi perſuadeo viſurum Mornæum inueteratum dierum malorum ſenem, ſalutare Dei, ſalutem Eccleſiæ ſuæ reformatæ, & purioris ab hoſtibus ſuis, quàm verum eſt, Eccleſiam Mornæi eſſe Eccleſiã Chriſti, & tam Mornæum in prædeſtinatorum cętum aſſumendum, cum ſuæ Eccleſiæ ſectatoribus, quã diabolum aliquandò ſalutem conſecuturum, qui nunquam plus, quàm per os Mornæi deprehenditur blaſphemaſſe. Si ex præteritis, & de futuris conijcere licet, hoſtes Eccleſiæ Romanæ, tyranni, hæretici, nunquam aduerſus eam præualuere: dedit eam Dominus in ciuitatem munitã, & in columnam ferream, & in murum æneum ſuper omnem terram, bellabunt aduerſus eam, & non præualebunt, toties periculum fecerunt irrito conatu hoſtes illius. Hæc promiſsio Domini certiſsima eſt, & firmiſsima per Euangelicum illum vatem facta ad Eccleſiam. *Omne vas quod fictum eſt contra te, non dirigetur, & omnem linguam reſiſtentem tibi in iudicio iudicabis*. Si igitur Mornæus ſalutem Eccleſiæ Chriſti ab hoſtibus ſuis videre geſtiat; hoc certè conſequens eſt, eũ profiteri debere non aliam quam Romanam Apoſtolicam Catholicam eſſe Chriſti Eccleſiã: alioqui certè ſua ſpe excidet, ſi quidem hæc ſua reformata, vt ante paucos annos e tenebris emerſit, & per homines tenebrarũ mũdo inuecta eſt, ita propediẽ, vt omnes hæreſes ſuperioribus ſeculis euanuere, in tenebras, & in fumũ habitura eſt.

Iſa. 45.

FINIS.

ANTI-

ANTIDOTA FIDEI ORTHODOXÆ CONTRA PROGRESSVS ET OPPOSITIONES MYSTERII

Iniquitatis, ſiue Hiſtoriæ Papatus Philippi Mornæi.

Auctore

F. Leonardo Coquo Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Sacræ Theologiæ Doctore.

MYſterium iniquitatis, ſiue Hiſtoriam Papatus Philippi Mornęi, magni inter Caluiniſtas (vt regnat Strabus inter luſcos) Theologi cõfutare mihi conſilium, atq; inde palam facere, per omnes ætates ab initio naſcentis Eccleſię omnium Chriſtianorũ conſenſu cognitam, & veneratam fuiſſe Romani Pontificis authoritatem, neq; illius authoritati (quod intẽdit iſte ſacræ veritatis hoſtis) vnquam ſeſe pios oppoſuiſſe, ſed tantũmodo hæreticos, diuinæ inſtitutionis violatores, & Chriſtianæ Reip. perturbatores. Quod verò Mornæus ſuum hanc librum inſcripſit *Myſterium iniquitatis*, ſiue, vt ſacrilegè interpretatur, *Hiſtoriã Papatus*: eundem nos veriùs *Farraginem mendaciorum, & fabularum*, inſcripſerimus. Et quidem, vt ſcribebat Ioſephus lib. 1. contra Appionẽ, *verę hiſtoriæ indicium eſt, ſi de iiſdem rebus omnes eadem dicant, atque conſcribant. Horum verò, quæ ab ipſo conſcripta ſunt* (quod idẽ Ioſephus de Appione Grãmatico lib. 2.) *alia quidẽ ſimilia ſunt dictis aliorum, alia verò frigida, plurima, quædam tãtummodo detractionem habentia, & multam, vt ita dixerim, ineruditi probationem; tanquam ab homine compoſita & moribus prauo, & totius vitæ tẽporibus importuno.* Quomodo igitur ſcribenti *Hiſtoriam Papatus* Mornæo, Pontificum, & Pontificiæ dignitatis hoſti acerrimo fides adhiberi poterit? Nõ magis certè, quã Philino de Romanis, aut Fabio de Carthaginenſibus ſcribenti; cũ longè acerbius odium inſitum ſit illi aduerſus Pontifices, quàm fuerit vnquam vel Romanis in Carthaginenſes, aut Carthaginenſibus in Romanos.

Indicia veræ Hiſtoriæ.

Polib. lib. 1.

Et quidem videre licet initio operis, quàm ſacrilega ſit mens iſtius Authoris, cùm *Myſterii iniquitatis progreſſum* deſcribere ſibi cõſilium eſſe monet, *quòd ab Apoſtolo Paulo prædictum, à Diuo Ioanne in Apocalypſi aliquot capitibus ſigillatim expreſſum.* Vnde etiam vtriuſque loca citata homo iſtę reprobus, hæreticus peruerſus, ſentina omnium hæreſeon eò detorquet, vt quod dicit D. Paulus, diem Chriſti non expectandam, *niſi venerit illa diſceſſio primùm, Apoſtaſia, niſi reuelatus fuerit Homo peccati Filius ille perditionis*, defectionem illam, & Hominem peccati quoddam Imperium interpretetur ex corpore conſtans, & capite; ita ſcilicet,

Intentio & finis Operis Philippi Mornæi.

Pag. 1.

Vt defectio illa ſit corpus; Paparum factio à vera Chriſti doctrina, & degener ipſa, & ſequaces ſuos, ſuperſtitione & idololatria faſcinatos, ſubducens; At caput Homo peccati, Papa ipſe ſeu Pontifex Romanus, in quem vniuerſa illa potentia ſeſe quaſi

Pag. 2.

con-

contrahit, eiuſque ſub nomine ſuas illas facultates exerit, exporrigit.

VAlde ſubtilis, & ingenioſa interpretatio, quæ nemini vnquam Patrũ, aut ſacræ Scripturæ Interpretum venit in mentem, ſed primùm à Philippo Mornæo, *Myſterium iniquitatis* quale ſit, nobis reuelaturo excogitata. Ipſe nimirum ex eorũ numero eſt, qui, vt prædicebat Apoſt. 2. Timoth. 4. *a veritate quidem auditũ auertent; ad fabulas autem conuertentur*; nos verò ab eodem monemur, ne intendamus Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auertentium ſe à veritate: *Inquinatæ ſunt eorum mentes, & conſcientiæ: confitentur ſe noſſe Deum factis autem negãt, cum ſint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.*

Citato loco Ioannis de ſecũda Beſtia, & Meretrice magna, ita ſentit, vt Beſtiam, *Hierarchiã Romanam*; Meretricem plenam nominibus blaſphemiæ, *Papam* interpretetur.

Pag. 2. *Quæ enim blaſphemia atrocior* (inquit) *quàm cum ſe Deum dicit, ſupra Deum, ſupra ipſius verbum & aſſurgit & inſurgit?*

IDololatriam illi impingit, Sathanę præterea & Dæmoniorum doctrinam imponit: atq; ita væſanus homo execrandas nugas, & confabulationes, & ea, quæ ne per ſomnium quidem homini Chriſtianum nomen profitenti in mẽtem deberent venire, impudenter obtrudit: in quibus refellendis & multi hactenus eo nomine de Chriſtiana Religione quàm optimè meriti, ſuam operam collocarunt; & ego ipſe aliquando pro mea tenuitate aſſerui, quàm ridiculæ ſint aniles illæ hæreticorum, quas loco genuini ſenſus Scripturæ adferũt, fabulæ. Ne itaque actum agere videar, iſtis amplius confutandis ſuperſedebo; ita tamen, vt circa quæſtiones aliquot, quas in ipſo limine ſui *Miſterij iniquitatis* proponit, non nihil immorandum putem, vbi etiam: quàm perperam, & inique citet Patres in ſuam ſententiam, demonſtrabo.

Ad primam igitur (inquit) *quæſtionem;*

Pag. 4. *Nũ Antichriſtus ſit certus homo, an hominum cætus.* *Antichriſtus nùm Homo an hominũ cætus; Tertullianus vocat, Ciuitatẽ proſtitutam, Spiritualem fornicationem intelligens, idolorum cultum.*

Falſatus à Mornæo Tertulliani locus. LOcus eſt lib. de Reſurrectione carnis c. 25. prout etiã ab iſto Authore citatur in margine, vbi proſtitutam illam Ciuitatem à decẽ Regibus dignos exitus referentẽ (de qua Apocal. 17.) Tertullianus diſtinguit à Beſtia Antichriſto, cũ ſuo Pſeudopropheta certamen Dei Eccleſiæ inferente. Imponit ergo Tertulliano, cùm eũ ſcribit nomine Antichriſti intelligere *Ciuitatem proſtitutam*. Quid, quod Tertullianus ipſe manifeſtè lib. de anima c. 28. *Cæterum* (inquit) *morituri reſeruãtur* (Enoch, & Elias) *vt Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant*; An verò vt hominum cætum, an vt Pontificem? quem tãdem & quando? Igitur ſingularem quendam hominem nomine Antichriſti ſignificat Tertullian. Lib. 5. c. 16. aduerſus Marcionem ex Epiſt. 2. ad Theſſalonicenſes 2. locum proferens, *Quis* (inquit) *eſt homo delicti, filius perditionis, quem reuelari prius oportet ante Domini aduentum, extollens ſe ſuper omne quod dicitur Deus, & omnem Religionem conſecuturus eſt in Templo Dei, & Deum ſe iactaturus? Secundum nos quidem Antichriſtus, vt docent veteres ac nouæ Prophetiæ, vt Ioannes Apoſtolus, qui iam Antichriſtos dicit proceſſiſſe in mundum, præcurſores Antichriſti ſpiritus, negantes Chriſtum in carne veniſſe &c.* quos hæreticos planè ſuperiores, & ſui temporis intelligit; ſicut nos certè Mornæum Diaboli membrum, & illius ſymmiſtas noſtri temporis Sectarios, Antichriſti præcurſores intelligimus. Quod ſi eos Antichriſti præcurſores nominat Tertullianus; certò igitur conſtat ex illius ſentẽtia, Antichriſtum futurum hominem ſingularem; quemadmodum Chriſtus, cuius præcurſores fuere ad Ioannem Baptiſtam iuſti & Prophetæ, ſingularis homo futurus erat. Quis enim cætus ille hominum, Ciuitas, inquam, proſtituta, aut qua ratione præcurſores erat habitura?

Ex Ambroſio itẽ interpretatur Antichriſtũ,

Ciuitatem Diaboli Romam fornicariam, Pag. 4.

& citat in margine locum ex commentarijs in Apocal. cap. 17. vbi quidem Ambroſius ad ea verba: *Veni oſtendam tibi damnationem Meretricis magnæ: Meretrix iſta magna* (inquit) *in aliquibus locis Romam ſpecialiter, quæ tunc Eccleſiam Dei perſequebatur, in quibuſdam verò generaliter Ciuitatem Diaboli, id eſt, omne reproborum corpus demonſtrat.* *Sic & S. Ambroſii.* Atque ibidem loci longè Antichriſtum ab illa Meretrice magna diſtinguit, vbi initio meminit paſſionũ, quas in fine mundi ſub Antichriſto paſſura eſt Eccleſia. Et ad illa verba: *Beſtia quam vidiſti fuit, & non eſt, & aſcenſura eſt de abyſſo; Aſcenſura* (inquit) *eſt de abyſſo, quia temporibus Antichriſti ſoluetur Sathanas de carcere ſuo.* vbi certè nomine Antichriſti ſingularem hominem certum eſt deſignare. Et ad illa verba: *Alius nondum venit, & cum venerit oportet illum breue tempus manere; Alius* (inquit) *nondum venit, quia Antichriſtus, qui in ſupremo loco ponitur, nondum venit; & cùm venerit, oportet illum breue tempus manere, quia Dominus Ieſus interficiet illum ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui; ſicut ipſe dicit in Euangelio: Et niſi Dominus breuiaſſet dies iſtos, id eſt, dies perſecutionis Antichriſti, non fieret ſalua omnis caro.*

Cõmentarij in Apocalypſim non ſunt Ambroſii. Et horum quidem commentariorum in Apocalyp. certus non eſt author Ambroſius: immò ex eodem loco potius contrarium conſtat; cùm illic citet beatum Hieronymum, & Sarracenorum meminerit, qui Aſiam ſubegerunt; Vuandalorum, qui Africam ſibi vendicarunt, Gothorum, qui Hiſpaniam, Longobardorum, qui Italiam: quæ certè omnia in Orbe cõtigerunt poſt tempora D. Ambroſij. Quamquam ipſemet etiam Diuus Ambroſius apertè docet, Antichriſtum fore ſingularem hominem ſub finem mundi Eccleſiæ perſecutorem, vt libro de benedictionibus Patriarcharum

Digitized by Google

c.7.& in Pſal.40.ad ea verba; *Magnificauit ſuper me ſupplantationem*, Antichriſtum docet futurum de Tribu Dan.Idem l.10. Comment.in Lucam c.20. *Antichriſtos* Hæreticos appellat, vt Arriũ, Sabellium; *immò omnes* (inquit) *ſunt Antichriſti qui praua nos interpretatione ſeducunt*. Mornæum itaq; & eius ſimiles, à Sede Apoſtolica non ſecus ac ſuperiores illos hæreticos cõdemnatos eiuſdem generis, Ambroſio iudice, eſſe cõſtat, An verò per Ciuitatẽ Diaboli, & Romam fornicariam, Eccleſiam Romanam, Põtificatum Romanum, Sedem, inquam, illam Petri, & ſuorũ ſucceſſorum, ſeu Apoſtolicã intellexiſſe putandus eſt Ambroſius? apud quem Epiſt.4. quæ eſt Concilij Aquileienſis, illius opera coacti & terminati, ad ipſos Imperatores Gratianũ, Valentinianum, Theodoſiũ, dicitur *totius orbis Romani caput Eccleſia Romana, vnde in omnes venerandæ communionis iura dimanant*. & Epiſt.7. quę eſt eiuſdem ad Siricium Papã, dicitur Eccleſia Romana ſemper intemeratũ cuſtodire, & ſeruare Symbolum Apoſtolorum. & Epiſt.9. Theophilo ſcribens Alexandrino Epiſcopo, cui contẽtionis de Epiſcopatu Antiochiæ inter Flauianum & Euagrium cauſſa à Capuana Synodo commiſſa erat, quærenti; quid eſſet agendum, quia Flauianus ad Imperatorẽ confugerat, Flauianum grauiter culpans reſpondet, vt ipſe qđ pacis, & vnionis eſt, decernat, & ad Romanam deferat Eccleſiam, vt, quod ab ea fuerit comprobatum, omnes læti ſuſcipiant. Vnde conſtat, quàm perfidè citet ipſe Ambroſium in ſuã ſententiam. Ex D.Hieronymo

D. Ambroſius quanti fecerit Eccleſiã Rom.

Babylonem, nec modo Romam, ſed & Eccleſiam Romanã, ſignificari ſcribit.

Pag. 4.

CItat verò Hieronymum in margine ad Marcellam viduam; vnde conſtat, eum aut oſcitanter legiſſe D. Hieronymũ Epiſt.17. & 18. ad Marcellã, aut certè de induſtria impudenter voluiſſe mentiri. Illic ſiquidem longè diſtinguit Romanam Eccleſiam à Babylone, cuius nomine Vrbem Romam intelligit. *Eſt ibi* (inquit) *Sancta Eccleſia, ſunt trophæa Apoſtolorum, & Martyrum, eſt Chriſti vera confeſſio, & ab Apoſtolis prædicata fides, Gentilitate calcata, in ſublime ſe quotidie erigens vocabulum Chriſtianum*. Non igitur illic *Antichriſtum*, *aut Babylonem* vocat Eccleſiã Romanam. Deinde quæſt.11. ad Algaſiam Epiſt.151. ſatis oſtendit, qualis ſit futurus Antichriſtus, & quo modo ſub finem mundi venturus. *Homo* (inquit) *peccati, in quo fons omnium peccatorũ, & filius perditionis, id eſt Diaboli. Iſte eſt enim vniuerſorum perditio, qui aduerſatur Chriſto, & ideo vocatur Antichriſtus; & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, vt cunctarum gentium Deos, ſiue probatam omnem & veram Religionem ſuo calcet pede: & in Templo Dei, vel Hieroſolymis, vt quidam putant, vel in Eccleſia, vt verius arbitramur, oſtentans ſe, tanquam ipſe ſit Chriſtus, & filius Dei. Niſi* (inquit) *fuerit Romanum Imperium ante deſolatum, & Antichriſtus præceſſerit, Chriſtus non veniet*. Ex quibus conſtat ex ſententia Hieronymi, eum futurum ſingularem hominem, qui Chriſti aduentum ſub finem Mundi præceſſurus ſit. Quid verò ſentiat D.Hieronymus de Pontifice Romano, & Eccleſia Romana, melius ex ipſo, quàm ex Mornæo diſcimus. Epiſt.37. ad Damaſum Papam, *Mihi* (inquit) *Cathedram Petri, & fidem Apoſtolico ore laudatam, cenſui conſulendam, inde nunc meæ animæ poſtulans cibum, vnde olim Chriſti veſtimenta ſuſcepi.* Ibidem: *Cum ſucceſſore Piſcatoris, & diſcipulo Crucis loquor. Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, Beatitudini tuæ, id eſt Cathedræ Petri communione conſocior: ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicunque extra hanc domum* (ſcilicet Eccleſiam Romanam) *agnum comederit, prophanus eſt* Poſtea: *Non noui Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum. Quicunque tecum non colligit, ſpargit, hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt*. Apologiæ aduerſus Ruffinum lib.1. ad Pammachium, & Marcellinum ſcribens ferè initio, Catholicum eum definit, qui Romanæ Eccleſiæ fidem profitetur. Et Apol.2. aduerſus eundem, *Scito* (inquit) *Romanam fidem Apoſtolica voce laudatam iſtiuſmodi præſtigias non recipere; etiamſi Angelus aliter annunciet, quàm ſemel prædicatum eſt, Pauli authoritate munitam non poſſe mutari*. Quid igitur veriſimile habet, quod Hieronymus *Babylonem* non modò Romam, ſed & Eccleſiam Romanam vocet. Citat & Auguſtinum Homil.10.11. & 13. in Apocal. quas tamen Homilias rectè iudicarunt Louanienſes eſſe nothas, & Auguſtino falsò adſcribi. Neque tamen ex illis locis aliquid colligitur, vnde ſuam de Antichriſto ſententiam, & interpretationem confirmet Mornæus; adeòque impudens mendacium eſt, ab illo Authore

Hieronymus perperã pro Mornæi ſententia citatus.

Romam ſecundam Babylonem, Eccleſiã hæreticam, ſub nomine populi Chriſtiani; populum infidelem, appellari.

Pag.4.

CErtè hæretici ſub nomine Chriſtiano decipiunt, Eccleſiam ſibi vendicant, & ideo author earum Homiliarum nominat illic hæreticam Eccleſiam, *quę Chriſtianitatem fingit, quò ſecuriùs decipiat incautos. Propterea Dominus dicit: Cauete à Pſeudoprophetis*. Et de ſentẽtia quidem Auguſtini conſtat ex lib.20. de Ciuit. Dei cap. 19. Antichriſtum fore ſingularem hominem ſub finem mundi venturum: & ſuperius cap.9. dixit, non abhorrere à fide recta, vt Beſtia illa Apocalypſis ipſa impia Ciuitas intelligatur, & populus infidelium contrarius populo fideli, & Ciuitati Dei, quæ Ciuitas omnes hæreſes ab initio ad finem Mundi, omnes item reprobos complectitur. An verò propterea intelligit D. Auguſtinus Pontificem Romanum, & Chriſtianos, quotquot eum caput Eccleſiæ profitentur? Annon paſsim Romanam Cathedram *Apoſtolicam Sedem* vocat? Et Epiſt. 162. dicit in Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguiſſe principatum. Epiſt. 165. texit Cathalogum Romanorum Epiſcoporum à Petro ad Anaſtaſium: *in quo ordine succeſſionis* (inquit) *nullus Donatiſta Epiſcopus* (addamus & nos, nullus Caluiniſta, qualis Mornęus) *inuenitur*. Libro contra Epiſt. fundamenti cap. 4. in Catholicæ Eccleſiæ gremio teneri ſe ſcri-

Sententia D. Auguſtini de Antichriſto.

De Romana Eccleſia.

bit ſucceſsione Sacerdotum, ab ipſa ſede Petri, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum. Quid de dignitate Romani Pontificis ſentiat, inde conſtat, quòd Epiſt. 162. ad Epiſcopos Donatiſtas, Melchiadem, *Patrem Chriſtianæ plebis* appellat. Lib. 1. cõtra duas Epiſt. Pelagianorum cap. 1. ad Bonifacium Romanæ Vrbis Epiſcopum ſcribens, *Quamuis* (inquit) *altius præſideas*. Ibidem: *Qui fungimur Epiſcopatus officio, quamuis ipſe in eo præemineas celſiore faſtigio, ſpeculæ Paſtoralis*. Ibidem Romani Pontificis examini ſua ſcripta ſubijcit, *Quæ iſtis* (inquit) *duabus Epiſtolis illorum* (Pelagianorum) *iſta diſputatione reſpondeo ad tuam potiſſimùm dirigere Sanctitatem non tàm diſcenda, quàm examinanda, &, vbi forſitan aliquid diſplicuerit, emendanda, conſtitui*. Idem cum cæteris Patribus Concilij Carthaginenſis ad Innocẽtium Pont. Romanum ſcribit de actis aduerſus Pelagium, & Cæleſtium, quæ eſt Epiſt. apud eundem 90. vbi non ſatis damnatam eſſe indicarunt hæreſim Pelagianam, niſi & Apoſtolicæ Sedis authoritate damnaretur. Siquidem ſententia damnationis lata in Pelagium, & Cæleſtium, *Hoc* (inquit) *geſtum charitati tuæ intimandum duximus, vt ſtatutis noſtræ mediocritatis etiam Apoſtolicæ Sedis adhibeatur authoritas, pro tuenda ſalute multorum, et quorundam peruerſitate etiam corrigenda*. Ad eundẽ ſcribit cum cæteris Epiſcopis Mileuitani Concilij de cohibendis Pelagianis, eſtque Epiſt. apud eundem 92. Exiſtimauit ergo Auguſtinus, in fidei controuerſijs Romanum Pontificem conſulendum eſſe, illam eſſe Sedem Apoſtolicam, illius eſſe hæreſes contra Fidem Catholicam exortas condemnare. Quæ ergo tanta eſt iſtius impudentia, vt Auguſtinum velit Romã, ſecundam Babylonem, *Eccleſiam hæreticam, ſub nomine populi Chriſtiani populum infidelem*, interpretatum eſſe?

De Pontif. Rom.

Citat vltimò Gregorium ex Patribus, quod Antichriſtum interpretetur,

Pag. 4. *Multitudinem prædicantium Antichriſtum;*

Gregorius Mornæo cõtrarius.

Cum tamen ex illo conſtet multis in locis, Antichriſtum fore ſingularem hominem ſub finem mundi ſæuiſsimum Eccleſiæ perſecutorem. lib. 12. Moral. cap. 22. de Antichriſto loquens, *Quia eius membra* (inquit) *ſunt omnes iniqui, hoc, quod in fine mundi, ille tunc ſingulariter acturus eſt vnus, videamus modo, qualiter à malis agatur ſingulis*. lib. 13. cap. 5. *Sicut incarnata Veritas prædicatione ſua pauperes, idiotas, & ſimplices elegit; è contrario damnatus iſte homo, quem in fine mundi Apoſtata Angelus aſſumit, ad prædicandam falſitatem ſuam, aſtutos, ac duplices, atque huius mundi ſcientiam habentes electurus eſt*. Vbi certè Chriſto ſingulari homini ſingularem hominem Antichriſtum opponit. lib. 14. cap. 11. ſcribit, electos in fine mundi reperiendos in morte carnis, ab eo proſternendos eſſe; quin & Enoch, & Eliam in mundum reuocandos, & crudelitatis eius ſæuitiam in ſua adhuc mortali carne paſſuros eſſe. lib. 31. Moral. cap. 10. de Tribu Dan futurum docet. Atque hæc pauca ex illis Patribus ſeligenda iudicaui, vt oſtenderem paulò fuſiùs, quàm impudenter væſanus iſte homo illos citet in ſuã ſententiam, & vt, quàm apertè illi doceant, Antichriſtum illum, de quo Ioannes & Paulus, fore ſingularem hominem, non hominum quẽdam cætum, omnibus conſtaret; immò, licet etiam hoc Mornæus obtineret, nihil tamen minus eos intellexiſſe, quàm Romanam Eccleſiam, cuius caput, & ſupremum Paſtorem contendimus Romanum Pontificem, membra verò ac oues, reliquos fideles.

Ex Neotericis Thomam primo loco citat, cuius tamen nomen, & doctrinam omnes Hæretici auerſantur, cane peius, & angue.

Thomas; Corpus, inquit, & non homo. Pag. 4.

IN margine citat locum ex commentarijs in cap. 12. Apocal. cùm tamen dubium ſit, an commentarij illi ſint D. Thomæ, qui ferè nuper prodiere ſub eius nomine; cum alioquin certò ex eodem conſtet 3. par. quæſt. 8. artic. 8. Antichriſtum fore ſingularem hominem, *cui Diabolus ſuam malitiam eminentius influet ſuggerendo, quàm omnibus alijs*. Citat & ibidem Gloſſam Ord. vnde conſtat tamen, Antichriſtum fore ſingularem hominem, Principem omnium malorum, qui cum eo in Infernum detrudentur: & ex eadem in 2. ad Theſſal. 2. *Naſcetur Antichriſtus in Babylonia de Tribu Dan, iuxta quod Iacob ait: Fiat Dan Coluber in via, ceraſtes in ſemita. & cum venerit Hieroſolymam circumcidet ſe, dicẽs Iudæis: Ego ſum Chriſtus vobis promiſſus. Tunc confluent ad illum omnes Iudæi, & reædificabunt Templum à Romanis deſtructum, ſedebitque ibi dicens ſe eſſe Deum*. Ibidẽ loci ad ea verba, *Niſi venerit refuga primum*, citantur verba D. Auguſtini ex 20. de Ciuitate Dei cap. 19. *Nulli dubium eſt, eum de Antichriſto iſta dixiſſe, quem refugam vocat, vtique à Domino Deo. Si enim hoc de omnibus impijs meritò dici poteſt quantò magis de illo?* vbi nomine Antichriſti ſingularis homo intelligitur: & illic multa habet Gloſſa, ex quibus conſtat, Antichriſtum ſub finem mundi venturum, paulò ante, quam Chriſtus veniat ad iudicium. Quæ quidem tàm aliena ſunt à Pontifice, vel Eccleſia Romana, quàm à forte Sanctorum alienus eſt Mornæus cum ſuis. Etſi verò Gloſſ. Ordinaria Antichriſtum integrum exponat caput, & corpus; vtique, quia ob perfectionem malitiæ ille caput eſt malorum, id facit; quia etſi ad literam vnus Antichriſtus in fine mundi ſuper omnes, qui præceſſerunt, futurus ſit ſæuiſsimus Eccleſiæ perſecutor; miſticè tamen & omnes reprobi, Tyranni, Hæretici, qui Chriſto aduerſantur, & Eccleſiam eius impugnant, Antichriſti meritò appellantur.

Sic & D. Thomas.

Quomodo Antichriſtus aliquãdo deſcribatur caput & corpus.

Vltimò citat Hugonem Cardinalem, qui Antichriſtum *vniuerſitatem* interpretetur.

QVæ ſit ſententia Hugonis Cardinalis colligi poteſt ex illius gloſsis in capit. 11. Danielis, & 2. Theſſal. & alibi paſsim; vt nihil aliud velit iſte, quàm, quod aiunt, Cornicum oculos configere.

Ad

Digitized by Google

Ad ſecundam Quæſtionem. *Quandonam reuelandus? ſub Romani Imperij occaſum* (aiunt) *cuius ruderibus ſit inædificandus.*

Antichriſtus quando reuelandus.

NAm volunt iſti, decreſcente paulatim Imperio, creuiſſe Pontificum authoritatem, atque eum eſſe Antichriſtum, qui ex ruinis Imperij inædificatus ſit, & qui, cadente Imperio (prout docent Patres, ex quibus aliquot loca hic congerit, vt ex Tertulliano, Hieronymo, Auguſtino, Chryſoſtomo) reuelandus eſſet, quæ omnia vana ſunt omninò. Nec enim ex ruinis Imperij creuit Pontificum authoritas, quæ ſpiritualis eſt, & quæ potiſsimùm ſpectatur in Pontifice: neque quod ſummus ſit Pontifex, & ligandi, ac ſoluendi in terris habeat authoritatem, ab Imperio, vel ab hominibus, ſed à Chriſto Domino, diuinitus obtinuit: neque Imperialem dignitatem, ſeu authoritatem inuaſerunt Pontifices. Nàm ex ruinis vnius Imperij, quod tam longè, latèque patebat, multa Regna ſunt conſtituta; non autem quod contendit væſanus homo, Pontificatus inædificatus. Et cum Patres doceant, deſtructo Romano Imperio, venturum Antichriſtum; multæ quidem nationes iam olim Romano Imperio ſubiectæ, ſeſe in libertatem aſſeruerunt, aut ſibi proprios Reges conſtituerunt non tamen inde concidit penitùs, aut collapſum eſt imperium. Extat Imperator Romanorum, qui à ſeptem viris eligitur: extant Principes Imperij: tota Germania ſupremum Principem Romanorum Imperatorem agnoſcit; omnes Chriſtiani Principes illi, loco, & dignitate cedunt: ſtante igitur Imperio, ex Patrum ſententia, quos citat Mornæus, nondum venit Antichriſtus. Deinde cùm Theſſalonicenſes iam tempore Apoſtolorum putarent inſtare diem Domini, id eſt aduentum illius ad iudicium, monet Paulus 2. Theſſal. 2. ne citò moueantur à ſuo ſenſu, neque terreantur, quaſi inſtet dies Domini, *quoniam niſi venerit diſceſſio primum, et reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſuper omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur &c.* Quo nomine Patres Antichriſtum intelligunt, & ea verba ita interpretantur; vt non ſolum velit Apoſtolus ſecundum Chriſti aduentum non eſſe futurum prius, quàm Antichriſtus veniat; ſed etiā vbi fuerit reuelatus homo ille peccati, filius perditionis, ſtatim venturum. Non modo igitur ſub Romani Imperij occaſum, quod tamen nedùm occidit, ſed & ſub finem mundi, & paulo ante Chriſti diem, id eſt, aduentum ad iudicium, reuelandus, ſignificatur Antichriſtus. Deinde concedamus Mornæo, iam Romanum Imperiū occidiſſe; quia magna ex parte collapſum viribus attritum eſt: An ideo Pontifex Romanus Antichriſtus? non certe Pontifices ipſi, ſed Vandali, Gothi, & ad extremum Turcæ Chriſtiani nominis hoſtes infeſtiſsimi (quibus tamen Turſico Caluiniſta Mornæus æquior eſt, quàm Pontificibus) qui imperium Romanum, & Rempublicam Chriſtianam, magna ex parte, labefactarunt. Cur ergo eorum cœtum, & vniuerſitatem, qui tantum præualuerunt, & quorum ditiones, & Regna ex ruderibus Imperij inædificata ſunt, nō interpretatur eſſe Antichriſtum? Quod ſi Antichriſtus, ex ſententia Mornæi, cœtus quidem, & vniuerſitas, non ſingularis homo reuelandus ſub finem mundi; nos certè multò rectiùs tot hæreſes, quæ, ſtante, & collabente Imperio, tot cladibus Chriſti Eccleſiam afflixerunt, multiſque Prouincijs ruinam attulerunt, & nouiſsimè fœces illas Lutheranorum, Caluiniſtarum, ſacramentariorum, & aliorum iſtiuſmodi, Beſtiam Antichriſtum, prout & ipſi Patres expoſuerunt, interpretabimur.

Non creuit ex ruinis Imperij Pōtificum Authoritas.

Deſtructo Romano Imperio veniet Antichriſtus: illud autem necdum deſtructū eſt: necdum igitur Antichriſtus venit.

Sub finem mundi venturus Antichriſtus.

Si Antichriſtus e quidā hominum cœtus, cū certè Caluiniſtæ, cæteriq; ſectarij potius, quam nos confiarunt.

Ad Tertiam (inquit) *Vbinam illius ſedes, quam nos cum Apoſtolo, in Eccleſia viſibilis eminentiori loco, ſeu vmbilico.*

Pag. 4.

Sedes Antichriſti.

QVod ſcribit Apoſtolus 2. Theſſal. 2. niſi *reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus,* omnes de Antichriſto interpretantur: templum autem illud, in quo ſeſſurus eſt, nonnulli templum Hieroſolymitanum ab eo reædificandum, intelligunt; alij Eccleſiam ipſam: quam interpretationem præfert Mornæus, & pro ea, citat aliqua Patrum loca. An vero ideò quia Antichriſtus dicitur à Patribus ſeſſurus in Eccleſia, Pontifex Romanus erit Antichriſtus? ſedent in Eccleſia omnes alij ſub eo, quocunquè terrarum diffunditur Eccleſia Catholica, Epiſcopi. At ex loco quem citauit Hilarij contra Auxentium, quis putet ab eo reprobari templa Deo conſecrata? Illud obiter cum Cardinale Bellarmino lib. 3. de cultu ſanctorum. capitu. 6. notandum, Hilarium eos reprehendere, qui in templo hæreticum Epiſcopum, ſcilicet Auxentium Arianum audiebant, eò quod exiſtimarent, ibi tantùm eſſe veram Eccleſiam, & verum Epiſcopum, vbi erat templum Dei ſacrum; nec conſiderabant templa ab hæreticis occupari, & veros Catholicos, vel in cryptis, vel in deſertis ſæpe verſatos. Quot Arianæ factionis? quot Donatiſtæ Epiſcopi olim in Eccleſiis ſederunt? quot loca ſacra hæretici multis in partibus Europæ, vel Turcæ, in ſuæ perfidiæ, aut ſacrilegæ ſuperſtitionis vſum conuerterunt? Quàm verò ſolidum argumentū Mornæi? Antichriſtus, ex ſententia, & interpretatione Patrū, ſeſſurus erat in Eccleſia Dei, Pōtifex ſedet in Eccleſia Dei, ergo Pōtifex eſt Antichriſtus: vbi ſilogiſmi in ſecunda figura propoſitio vtraque affirmans, vtraq; particularis. Verùm, quia aliquis obijcere potuiſſet non in Eccleſia latina, ſed in græca, & orientali ſeſſurum Antichriſtum, Pontificem verò in latina ſedere, non itaque eſſe Antichriſtum; ideo ſubtiliſsimus Mornæus hanc obiectionem præuidit, illique occurrit. An Mornæo diuiſus eſt Chriſtus? inconſutilis eius tunica? illius Eccleſia, non alia latina, alia græca, alia orientalis, alia occidentalis, licet ritibus aliquot differant,

Non ideo Pontifex Romanus eſt Antichriſtus, quia is ſeſſurus dicatur in Eccleſia.

Senſus. Hilarij.

Ineptiſſimū itaque eſt Mornæi argumentū.

Digitized by Google

una tamen eſt, & Pontificis Romani authoritas in omnes Eccleſias ſeſe porrigit, & extendit, vt qui non colligit cum eo, diſpergat, Non erat opus Mornæo tanta cautione. Suprà cùm de ſede Antichriſti quæſtio eſſet, dedita opera non citauit Irenæum, quòd apertè ſcribat Antichriſtum in templo Hieroſolymitano, non autem in Eccleſiis Chriſtianorum ſeſſurum; nunc verò eum citat.

Nomen. λατεῖνος

Pag. 5.

Et vero cum Iræneus in voce λατεῖνος numerum illum Beſtiæ 666. Scrutatur, & ſi in re obſcura (inquit) *nihil affirmet, non obſcurè tamen ſe de ea* (Latina Eccleſia) *cogitaſſe indicat nobis.*

NOmen id futurum ne ſit Antichriſti, ſcribit Iræneus ſe non affirmare, nam & in alijs nominibus æquè numerum hunc nominis Antichriſti reperire licet. Subiungit præterea. *Quoniam nouiſſimum Regnum hoc habet vocabulum. latini enim ſunt qui nunc regnant:* verùm, aliud eſt ferre nomē λατεῖνος quod reddit numerum nominis Antichriſti 666. aliud verò in Eccleſia Latina ſedere. Pontifices in Eccleſia latina ſedent, ſed nemo haſtenus Pontificum λατεῖνος dictus eſt. Deinde ex Hebræis naſciturum Antichriſtū ex Tribu Dan diſertè ſcribit Irenæus lib. 5. cap. 30. Regnaturum præterea annis tribus, & menſibus ſex, in quam ſententiam omnes concedunt: & ſeſſurum in Templo Hieroſolymis; Quæ certè omnia nihil minus, quàm Pontifici Romano cōueniunt. Quæ verò conſequentia: Babilonis nomine in ſcripturis Roma ſignificatur, vt quæ caput erat illius Imperij, quod toto orbe fidem Chriſti perſequebatur, ergo Romana Eccleſia eſt ſedes Antichriſti, & Pontifex Romanus Antichriſtus? ſed iſtas nugas refellere pluribus ſuperuacaneum eſt; ſiquidem elleboro magis indiget Mornæus, quàm argumentis vt confutetur; præſertim, cùm toties iā reſponſum ſit à multis.

Iren. ſententia de Antichriſto.

Regnabit tribus annis, & ſex menſibus.

Verum, quia non modo dicitur Antichriſtus ille homo filius perditionis ſeſſurus in Templo, hoc eſt (vt interpretatur ingenioſè, & ſubtiliter, prout ſolet omnia) in Eccleſia latina; ſed præterea extolletur ſupra omne, quod dicitur Deus aut quod colitur, & oſtenſurus eſt ſe, tanquam ſit Deus: obieciſſet verò aliquis Pontificē ſeſe Deum nūquam dixiſſe, præſentit igitur, qua eſt ſagacitate in his rebus, hanc obiectionem, & reſpondet.

Pag. 6.

Et ſeſe quidem in terris Deum ſatis liberè profatur, & hunc ipſi titulum Canoniſtæ non illiberaliter tribuunt, qui & diuinæ naturæ participem volunt, & Cælo, Inferisq; cum omnimoda poteſtate imperare profitentur.

Pontificem ſe facere Deū, Mornæus turpiſſimè mētitur.

QVis vero Pontificum ſe Deum Profatur? Id quidem veriſsimè ſcriptum ſerm. 2. in cōſecratione Pont. Maximi ab Innocentio 3. *Videte quis, iſte ſit ſeruus, qui ſuper familiam conſtituitur profectò Vicarius Ieſu Chriſti, ſucceſſor Petri, Chriſtus Domini, Deus Pharaonis, inter Deum, & hominem medius conſtitutus, citra Deum, ſed vltra hominem, minor Deo, ſed maior homine, qui de omnibus iudicat, & à nemine iudicatur. Apoſtoli voce pronuncians: Qui me iudicat Dominus eſt: verùm officium ſeruitutis humiliet* (inquit) *quem faſtigium ſublimitatis exaltat; vt humilis ſublimitas ſit, et ſublimis humilitas.* Hoccine eſt ſe Deum profari, aut extolli ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur? Nabuchodonoſor nolebat olim alium Deum in Babilone coli, præter ſuam ſtatuam. Daniel. 2. & alter Nabuchodonoſor, Iudith. 3. iubebat omnes alios Deos exterminari, & ſe ſolum coli. Ezechiel, 28 Regis Tiri ſuperbia deſcribitur. *Eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti: Deus ego ſum*; At Pontifex, vt volunt aduerſarij, non ſolum ſanctos, ſed, & imagines vult coli, Sanctiſsimam Trinitatem, Patrem, filium, & Spiritum ſanctum adorat, Chriſtum Deum, & hominem veneratur, eiuſque humillimum miniſtrum ſe profitetur, quomodo ergo Deum ſe dicit? Neque hūc titulum, vt iſte fingit Canoniſtæ illi tribuunt: citat in margine ext. de Conceſſ. prębendę Cap. propoſuit; vbi gloſſa. *Etſi in multis doceat Papam diſpenſare aſſerit tamen contra vniuerſalem Eccleſiæ ſtatum diſpenſare non poſſe; nec poſſe diſpenſare, quod Monachus habeat proprium, nec contra quatuor Euāgelia, nec contra præceptum Apoſtoli ſunt quidam* 25. quaſt. 1.
quod intelligit in ijs, quæ ſpectant ad articulos fidei. Quomodo verò Canoniſtæ Deum Papam appellant, qui Epiſcopum, & Vicarium Chriſti, & Dei Miniſtrum eum agnoſcunt? quod diuinæ naturæ participem velint, atqui, & de quolibet ſancto id ſcripturæ affirmant: Per *quem maxima, & pretioſa vobis promiſſa donauit; per quæ diuinæ efficiamini conſortes naturæ.* 1. Petri 2. & *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Ioann. 1. etſi illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt. Ioann. 10. & *videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus.* Nemo verò Catholicorum, Papam, Cælo, Inferiſque, cum omnimoda poteſtate imperare profitetur, cui poteſtatem ligandi, & ſoluendi ſuper terram conceſſam aſſerunt: nec verò Cælo aliquem donare, aut ab inferis liberare, volunt in illius ſitum eſſe poteſtate, quin, & minimum in Regno Cælorum maiorem eſſe eo docent, quod ſit in ſuperiori ſtatu, & longè altioris ordinis.

Pontifex Chriſtum Deum, & hominem veneratur eiuſque humillimum miniſtrū ſe profitetur.

falſum eſt Canoniſtas Deū papā appellare.

Atque vbi protulit locum Origenis: *Solum nomen Chriſti Antichriſtus ſuſcipit*, quia Meſsiam ſe in lege promiſſum, vt Iudæis imponat, aſſerit, *Ipſe eſt*, inquit, *qui aduerſatur, & ſuper cathedram ſcripturarum ſedet, & ſuper ædificationem earū oſtendet ſe quaſi Deum.* Hoc de Papa intelligi ita probat.

Antichriſt. Chriſti nomen ſuſcipiet.

Num non hic rogo Papam, ſuum illud, tibi dabo, paſce oues meas, oraui pro te Petre, &c. crepantē audimus? Pag. 6.

AN verò Pontifex ſe Meſsiam in lege promiſſum profeſſus eſt? an verò quia Pontifex citat ſcripturas, ideo Antichriſtus? An non ille ſucceſsor Petri, cui præ cæteris Apoſtolis, iſta à Chriſto dicta ſunt; quemadmodum

Quàm longè ab eiuſmodi nomēclatura diſtēt Romani Pontif.

dum

Digitized by Google

dum reliqui Epiſcopi ſucceſſores ſunt Apoſtolorum? nec modo Pontifices ex iſtis verbis auctoritatem in omnes Chriſti fideles ſibi demandatam agnouerunt, ſed & Patres, & ſacra Concilia ita verba Chriſti intellexerunt, vt ampliſsimam Romani Pontificis in omnes Chriſtianos auctoritatem agnouerint: vnde verò melius, quàm ex ſcripturis, quæ fuerit Chriſti Domini inſtitutio, aut quæ D. Petro, & illius ſucceſſoribus conceſſa auctoritas, rimari poſſumus? Philippus Mornæus Pleſsiaci Marliani, &c. Dominus Salmurienſis ditionis Præſidem ſe inſcribit; quod ſi quis illi inficietur aut præfecturam illi in dubium reuocet; Vnde quæſo auctoritatem ſuam, aut iuriſdicendi poteſtatem aſſeret, niſi ex diplomate Regio? Quod ſi Chriſtianus eſt Mornæus; & Euangelio credit, an non quæſo hæc verba ſunt Chriſti ad Petrum *Tibi dabo claues Regni Cœlorum, paſce oues meas, oraui pro te Petre &c.* Quando Chriſtus reliquos Apoſtolos, ſacerdotes, & Epiſcopos inſtituit, illiſque poteſtatem ligandi, ſoluendi, ac remittendi peccata conceſsit, an non eandem Epiſcopis ſucceſſoribus Apoſtolorum conceſsiſſe putandus eſt? neque enim Apoſtolis propter Apoſtolos, ſed propter Eccleſiam, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, tantam poteſtatem in terris conceſsiſſe putandus eſt. Rectè enim D. Auguſtinus lib. 1. de Paſtoribus cap. 2. *Quòd Chriſtiani ſumus, propter nos, quòd præpoſiti ſumus, propter vos eſt.* Cum igitur peculiariter hæc Petro dicta ſunt, quem Principem Apoſtolorum omnes Patres appellant; certè regimen aliquod Monarchicum, & ſupremam aliquam in Eccleſia ſpiritualem auctoritatem inſtituiſſe iudicandus eſt. Succeſſorem verò Petri non alium Eccleſia, perpetuis temporibus, quàm Pontificem Romanum agnouit: Aut igitur Euangelium in dubium reuocet Mornęus, & ea à Chriſto Domino dicta Petro inficietur; aut certè, quis ſit ſenſus illorum verborũ, & quorſum tendant, nobis exponat, & oſtendat quomodo non niſi iniuria Papam iſta *negantē* (vt loquitur) audiamus. Subijcit Mornæus verba D. Cypr.

Matth. 16. Ioan. 10. Luc. 22.

Quæ Chriſtus Apoſtolis conceſſit poteſtatem nõ propter ſe ipſos, ſed propter Eccleſiam cõceſſit.

Pag. 6.

Cyprianus (inquit) *eodem ſenſu; Aſſerẽtes noctẽ pro die, interitum pro ſalute; Antichriſtũ ſub vocabulo Chriſti, &c.*

VErba truncata ex Diuo Cypriano libro de vnitate Eccleſiæ cap. 2. quæ in Romanum Pontificem ſacrilegè detorquet, cum longè aliò pertineant: illic enim de hæreticis, & Miniſtris Diaboli loquitur. *Quos,* inquit, *ſubornat velut miniſtros iuſtitiæ aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti, vt dum veriſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrentur.* Quinetiam ex eo loco conſtat Cyprianum deſignare Mornæum, & ſuos, tãquam hæreticos, & miniſtros Sathanæ, qui Romani Pontificis adeò ſunt hoſtes infeſti. Ita enim ſequitur. *Hoc eò fit, fratres dilectiſſimi, dùm ad veritatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec magiſtri Cœleſtis doctrina ſeruatur. Quæ ſi quis cõſideret & examinet, tractatu longo, atque argumentis opus non eſt. Probatio eſt ad fidem facilis, compendio veritatis: loquitur Dominus ad Petrum; & dico tibi,* inquit, *quia tu es Petrus, & ſuper iſtam petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam, & tibi dabo claues Regni Cœlorum &c. & iterum eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit: Paſce oues meas. Super illum vnum ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas,* & multa ibidem eodem ſpectantia. Sed hoc Mornæo, illiſque ſimilibus familiare eſt ſcripturarum, & Patrum loca ex parte citare. *Corruptores Euangelij, & interpretes falſi, extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt partis memores & partem ſubdolosè componentes.* Aſſerũt certe iſti noctẽ pro die, interitum pro ſalute, dum peſtifera dogmata, & virulenta loco ſalutiferæ fidei, Chriſtiano orbi obtrudunt, *peſtis, & lues fidei* ait ibidem Cyprianus, *Serpentis ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices venena lethalia linguis peſtiferis euomentes Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti, quando ſibi Eccleſiam à qua ſunt alieni, & verbum Dei vindicant.*

Verba Cypriani malitioſè truncata.

Mornæus cũ ſuis Cypriani verbis deſcribitur vt hæreticus, & ſathanæ miniſter.

Hæreticorũ vſus in citandis ſcripturæ Patrumuè teſtimonijs.

Cypr. lib. de vnit. Eccl. cap. 7.

Citat & locum Auguſtini Homil. 11. in Apocal. de beſtia duo cornua ad ſimilitudinem Agni habente.

Sub nomine Chriſtiano, Agnum præfert, vt Draconis venena latẽter infundat. Pag. 6.

ATque hoc quidem Diabolus, Angeli, & miniſtri eius, qui ſe transfigurant in Angelos lucis, & miniſtros iuſtitiæ. Subiungit Auguſtinus: *hæc eſt hæretica Eccleſia. Agni enim ſimilitudinem nõ imitaretur, ſi apertè loqueretur: nunc Chriſtianitatem fingit, quò ſecurius incautos decipiat,* quę, vt ex ſequẽtibus conſtat, de hæreticis intelligit: at neque Papa, neque qui illum vt paſtorem venerantur, ſoli, & veri Chriſtiani, hæretici ſunt; ſed Mornæus, & ſui ſimiles, quos ab Eccleſia apoſtataſſe conſtat.

Citat & locum D. Hieronymi primo in cap. 11. Daniel *ſermones contra excelſum, loquetur ſiue, vt interpretatur Symmachus, ſermones quaſi Deus loquetur, vt qui Dei aſſumit potentiam, verba quoquè diuinæ ſibi vindicet Maieſtatis, Leges Dei, & cærimonias mutare, & Religionem omnem ſuæ ſubijcere poteſtati conabitur &c.* At nihil illic tale apud D. Hieronymum reperi, vbi & Catholicorum ſententiam de Antichriſto ſub finem mundi venturo aſſerit, cuius figura fuerit expreſſa Antiochus Epiphanes, qui ſanctos perſecutus ſit, & Templum Dei Hieroſolymis violauerit. Iterũ 2. Ex Cõmentarijs eiuſdẽ 2. Theſ. 2. *Mutabit, & augere tentabit ſacramenta Eccleſiæ.* Atqui neque illi Commentarij (vt notarunt viri doctiſsimi) ſunt D. Hieronymi. & illic ad ea verba, qui *aduerſatur, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus,* ita habetur, *ſupra omnem potentiam, & æternitatem ſe iactabit, vt ſacramenta mutare, corrigere, vel augere ſe dicat; & templum Hieruſalem reficere tentabit, omneſque legis ceremonias reſtaurare, tantum vt veritatis Chriſti Euangelium ſoluat, quæ res Iudæis eum pro Chriſto ſuſcipere ſuadebit, in ſuo non in Dei nomine venientem;* Quæ certe tam in Pontificẽ quadrant, quàm verax eſt miniſter iſte mendacij. Subiungit ergo.

Malè citatus Hieron.

Cum ſe Pontifex Sanctiſſimum Patrem nuncupari iubet; Reges, pro libidine, Pag. 6.

ſolio

Digitized by Google

ſolio exturbat, Religionem, præceptaque diuina, ſacramenta à Deo inſtituta, pro arbitrio, fingit, & refingit: An non hic Hier. prophetaſſe dixerimus.

Redarguũtur Mornai mendacia, & impoſturæ.

EQuidem nos Sanctiſsimum Pontificem appellamus quod hic titulus tantæ dignitati conueniat, quod ſit Vicarius Chriſti Sancti Sanctorum: Verum quis Canon editus, aut quæ decretalis extat Pontificum, qua decreuerint, aut iuſſerint ſe ſanctiſsimos Patres appellari? quis Pontificum in reſcriptis, aut diplomatibus ita nomen ſuum præfixit, v.g. Paulus Quintus ſanctiſs. Pater? Qui Pontifices, Reges pro libidine, ſolio exturbarũt, aut qui Theologi, ſeu Canoniſtæ tantam Pontificibus auctoritatem concedũt, vt pro libidine, Reges ſolio exturbent? Quando Religionem, præcepta diuina, ſacramenta à Deo inſtituta, pro arbitrio, finxerunt, & refinxerunt? Quę enim alia præcepta diuina induxerunt Pontifices, præter decem præcepta iuris naturæ, aut ea, quæ in lege, & Euangelio continentur? Quæ alia ſacramenta, præter ea, quæ inſtituta à Chriſto, ab Apoſtolis initio edocta eſt Eccleſia, fingit, aut refingit Pontifex? Nullus vnquam nouum aliquod ſacramentum gratiæ diuinæ ſignum efficax in Eccleſia inſtituere ſe poſſe iudicauit, aut aliquot ex inſtitutis à Chriſto abrogauit; cũ alioquin pduelles iſti de Religione ipſa, & de ſacramentis, pro libidine, ſtatuãt, & ſentiãt, & pręcepta diuina, prout volunt, interpretẽtur. Pergit Mornæus.

Nullus Pontifex ſanciuit ſe ſanctiſs. Patrẽ appellari oportere.

Pag. 6.

Myſterium igitur illud iniquitatis, cuius Patres noſtri faſtigium viderunt, iam pridem operabatur, Pauli adeo ipſius tẽpore, iã tũm monſtrũ illud ſuperbiæ, cõcipiebat animo Sathã, &c.

In quib. Sathan operaretur myſteriũ iniquitatis iamtũ tempore D. Pauli.

MYſterium certè illud iniquitatis iam Pauli tempore Sathan operabatur in miniſtris ſuis, præcurſoribus Antichriſti, Simone Mago parente omniũ hæreticorum, Ebione, Cherinto, & alijs deinceps, qui non aliunde, quàm ex ambitione, & ſuperbia ab Eccleſia diſceſſerunt, & nouas hæreſes inuexerunt; & nunc, qui partis Lutheri, qui Sacramentarij, qui Caluini, infauſta propago, myſterium illud iniquitatis egregie operãtur, atque inter cæteros Mornæus in tantum ſuperbiæ elatus, vt ſuum iudicium Patribus, & oecumenicis Concilijs præferat, qui iugi ſacrificio atrocius cæteris Hugonotis bellum indixerit, adeo ſtupidus, & bardus, vt putet ſe Hierarchiam Eccleſiaſticam euertere, Chriſti Domini inſtituta conuellere poſſe. Monſtrum verò ſuperbiæ, vt qui plus cæteris ſapere ſe putet, cum rudimentorũ fidei Chriſtianæ alioqui ſit ignarus, & quicquid profert, aut ſcribit, non niſi à Patre mendacij, ſit edoctus. Priores hæretici miniſtri Sathanę perſonam Chriſti Domini, aut diuinitatem illius aut humanitatem, aut incarnationis myſterium impugnando ſunt aggreſsi, & myſterium iniquitatis operando, Sathanæ ipſi ſtrenuam operam nauarunt; nec deſtitit vnquam Sathan; per ſuos, myſterium iniquitatis operari: at moderni hæretici, ipſi Eccleſiæ Chriſti, & capiti illius viſibili bellum atrociſsimum indicendo, hierarchiam Eccleſiaſticam, ac regimen Eccleſiæ à Chriſto inſtitutum euertendo, iuge ſacrificium, Sacramẽta ipſa, & reliqua, quæ ad cultum diuinum pertinent, & in quibus conſiſtit Chriſtiana ipſa Religio, emedio tollendo, quid impietati reliquum fecerunt? vt certè iam myſterium iniquitatis cõpletum, & ſuis omnibus numeris abſolutum reddiderint, viamque Antichriſto, ſub diabolo capiti omnium, malorũ occupandis hominum mentibus facillimam parauerint.

Locus Pauli

Pergit Mornæus, & aliqua loca ſcripturæ refert, ex quibus ſibi videtur ſubtiliter impugnare primatum ipſius Petri, vt quod Galat. 2. ſcribit Paulus ſibi creditum Euangelium preputij, ſicut Petro circumciſionis.

Vbi nulla prærogatiua Petri, nedum ſuperioritatis.

Pag. 7.

Quomodo Apoſtoli ſuerint Petro pares, et impares poteſtate.

QVod argumentum ſumpſit ex magiſtro Caluino lib. 4. Inſtitut. cap. 6. & 7. ad quod reſpondet, præter cæteros, fuſè Stapletonus controuer. 2. lib. 6. c. 7. & 14. oſtendens qua ratione Apoſtoli omnes pares in Apoſtolatu, reſpectu tamen Epiſcopalis, ſeu Paſtoralis ordinariæ poteſtatis, Petro erant inferiores, idque ex ſententia Patrum oſtendit; & Petrus ipſe ſic caput erat omnium Chriſtianorum, vt etiam Apoſtolorum eſſet caput: neque ille locus epiſt. ad Galatas ita intelligitur, vt Petrus tantum Iudæorum eſſet Apoſtolus; cùm Act. 10. prædicauerit Cornelio & gentibus; tùmque primum intellexit, non modò Iudæos, ſed & gentes vocatas eſſe ad gratiam Euangelij; & Act. 15. *Vos ſcitis*, inquit, *quoniam ab antiquis diebus Deus elegit, per os meum, gentes audire verbum Euangelij, & credere*: ſimiliter Paulus ipſe non modo gentibus, ſed & Iudæis in ſynagogis prædicabat. Act. 15. de quo Dominus Act. 9. *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filijs Iſrael.* Verùm cum diſtributio Prouinciarum facta eſſet in Apoſtolos, cui genti, cuique ex Apoſtolis incumberet munus prædicandi Euangelium, altera diſtributio inter Petrum, & Paulum facta eſt, vt Petrus præcipuam operam in conuerſione Iudæorum poneret, nec tamen à gentilium conuerſione prohiberetur: Paulus e contrario gentilium conuerſioni potiſsimum incumberet, nec tamen à prædicando Iudæis omnino abſtineret. Satis etiam fuſè reſpondet ad hoc argumentum Cardinalis Bellarminus lib. 1. de Romano Pont. cap. 16. Vt mirer qui non pudeat vęſanos homines toties iſta repetere.

Locus Petri.

At cum Presbyterum ſe nominat Petrus, *Presbyteros, qui inter vos ſunt, precor ego vna presbyter* συμπρεσβύτερος *paſcite Dei gregem, qui penes vos eſt, neque ſicut dominantes in clero, ſed ſicut forma facti gregis.*

Hoc certè ad Petri modeſtiam pertinet, non contra illius auctoritatem facit, alioqui Chriſtus Dominus, quia Apoſtolos, & diſcipulos fratres vocat, Mornæi iudicio non illorum caput eſt, & magiſter: quod conſiderauit Chryſoſt. Homil. 3. in

Digitized by Google

in Acta Apoſt. *Si Dominus*, inquit, *ſuos diſcipulos fratres appellauit, multò magis conuenit, vt Petrus ſuos condiſcipulos appellaret &c.* Subijcit Mornæus verba Chriſti.

VerbaChriſti 20. 23. 26.

Pag. 7.

Scitis quia Principes gentium κατακυριεύουσιν αὐτῶν *dominantur ipſis; verùm non ita erit inter vos, in Eccleſiam in hæreditatem, in ſortem meam.*

Pontif. dominium lōgè differt à Principū ſæculariū dominio.

QVis verò dubitat, aliud eſſe dominiū, quod in gentibus Principes exercent, ſeu deſpoticum, ſeu politicum illud ſit: aliud verò, quod in Eccleſia Chriſtus conſtituit; vt alij alijs præſint, in vtilitatem animarum, & magis officio conſulendi, quàm libidine dominandi: hoc certè miniſterium eſt in ſalutem animarum inſtitutum, magis quàm dominium: & Pontifex non ſe dominū Regem aut Cæſarem, ſed ſeruum ſeruorum Dei appellat, in ſe verbum Chriſti Domini adimplens. *Qui maior eſt inter vos ſit ſicut Miniſter veſter:* alioqui velint iſti in Eccleſia omnia confundere, & negare quod ſcribit Apoſtolus, Chriſtum alios Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios Epiſcopos, & doctores in Eccleſia conſtituiſſe, vt certè præeſſent, & ſuperiores eſſent cæteris, quod docent, & verba Petri, q̄ citat Mornæus; *paſcite qui in vobis eſt, gregē:* ſiquidē grex ſubeſt paſtori, & prælationem quamdam, ac dominium habet Paſtor in gregem: hoc docuit eleganter Gregorius Naziãzenus: Orat. 17 *Imperium enim nos quoquè gerimus; addo etiam præſtantius, ac perfectius, niſi verò æquum eſt: ſpiritum faſces carni ſubmittere & cæleſtia terrenis cedere*, quem tamen nihil verbis Chriſti aut Apoſtoli Petri contrariū conſtat docere voluiſſe. Indè Baronium exagitat Mornæus, quod Tomo 1. ann. 34. art. 275. ann. 57. art. 39. ab vmbra Petri, quæ ægros ſanaret, argumentum ducat ad oſtendendum *Chriſtum ſtatim ab ipſa reſurrectione Sacerdotium, & Regnum,* (ita enim fingit Mornæus, cui familiare eſt ſemper de ſuo aliquid addere) *ad Papas tranſtuliſſe.* & iſte quidem impoſtor eſt egregius, neque eò loci Baronius ab vmbra Petri probat illius auctoritatem in Eccleſiam; ſed quòd, cùm per alios Apoſtolos etiam fierent ſigna, & prodigia, ſicut inter eos Petrus à Chriſto primatu in omnes eſt auctus, ita etiã præclariora quædam, & inſigniora ab eo miracula edi conceſſit, ſic enim Lucas Act. 5. *ita, vt in plateis eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis, & grabatis, vt veniẽte Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam illorū, & liberarentur à languoribus ſuis.* Hinc ſolius Petri fuiſſe curare languentes vmbra corporis trãſeuntis, ſatis Euangeliſta declarat, nam ſi id cæterorum Apoſtolorū vmbra præſtitiſſet; quid tanta compreſsio in exponendis infirmis, quos Petri tranſeuntis vmbra curaretur? nec id citra myſterium, geſtum rectè docet Baronius, typice expreſſum. *ſed quod cum eandem Deus virtutem vmbræ Petri, quàm corpori Petri indiderit, id typicè expreſſum eſſe videtur, tantam à Deo Principi Apoſtolorum gratiarum copiam eſſe collatam, vt eadem dona Petri perſonæ conceſſa, ſic in vmbram tranſtulerit vt eadem in ſucceſſoribus, qui referunt perſonam Petri, fæliciter propagari voluerit: nimirum, vt quamuis non omnes æquè ſancti, ac Petrus, ſed ex ipſis aliqui moribus futuri diſſimiles; tamen quia eiuſdem gererent perſonam Petri, eandem etiam retinuerint à Deo illi traditam poteſtatem, ſcirentque omnes reſpectu Petri in honore habendos eſſe, qui vmbram ſaltem Petri hac ex parte referrent.* Vbi certe non ex vmbra Petri auctoritatem oſtendit illius ſucceſſorum, verū cum de inſtitutione Chriſti euidenter conſtet ex ſcriptura, id myſticè ſignificatum in vmbra Petri interpretatur, neque enim myſterio vacare putandum eſt, quod præ cæteris Apoſtolis etiam vmbræ ipſius Petri tantam gratiam, & vim faciendorum miraculorum Dominus conceſsit. Subiungit Mornæus.

Pontif. ſeruum ſeruorum Dei ſe appellat.

Epheſ. 4.

Vt grex ſubeſt Paſtori, ſic gregi p̄eſt Paſtor.

Baro. impoſitū à Mor.

Quæ ſit Baronij ſimilitudo traducta ab vmbra Petri ad Pontif. Rom.

Act. 5.

Papatum non alia, ab hinc mille annis miracula, quàm vt Reges, quàm vt Regna perdant. Pag. 7.

NEc tamen quos Reges, aut quæ Regna perdiderint, recenſere poteſt; & mirum certè eſt, iam per tot annos tantam viguiſſe Paparum potentiam, vt Reges, & Regna perderent, nec potuiſſe tamen coerceri, immò ſuccubuiſſe, ac ceſſiſſe tandem Imperatores Orientis, & Occidentis infeſtiſsimos aliquando ſedi Apoſtolicæ: Pontifices ipſos ſtrenuè ac fortiter ſuam dignitatem tutatos fuiſſe, Principum potentiſsimorum vires, & audaciam fregiſſe, contra Lattatus tot hæreticorum inuictos perſtitiſſe: hæc certe omnia miraculi loco habemus, & omnipotēti verbo Chriſti adſcribimus. *Tu es Petrus, & ſuper hāc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Demùm ex Hegeſippi ſententia apud Euſeb. lib. 3 cap. 26. & lib. 4. cap. 21. oſtendere contendit labē Eccleſiæ, ab exitu Apoſtolorum ex hac vita, cæpiſſe ab ambitione, vbi non aliam ambitionem quàm Paparum intelligit, vt inde ſuam hiſtoriam Papatus, in qua Miniſter iſte Sathanæ myſterium iniquitatis quòd ſuis omnibus numeris abſolutum reddit, fœliciter auſpicatur Hæc itaque citat ex Hegeſippo.

Miraculoſum eſt. Eccleſiā Chriſti, contra tot ſtatoſq; aduerſarios, ſemper integram perſtitiſſe.

Ad tempora vſque Traiani, Eccleſia integra, & incorrupta permanſerat; at poſtquam ſacer Apoſtolorum chorus, varium vitæ exitum, & diuerſa mortis genera pertulerat, tùm certe falſa, & veteratoria impij erroris conſpiratio exordium cæpit; idq; illorum fraude, & aſtutia, qui doctrinam à veritate penitus alienam diſſeminare laborarent: quique, cùm nemini Apoſtolorum vita ſuppeteret, iam nudo capite, ſincero veritatis ſermoni, falſam & commentitiam doctrinam, ex aduerſo opponere, pro viribus niterentur.

Locus Hegeſippi.

Pag. 7.

ATqui Hegeſippus non notat ibi Romanos Pōtifices, quos tum hæreſes ſeminaſſe nemo di-

xerit,

Digitized by Google

xerit, ſed varios hæreſeon auctores, qui, loco veritatis, mendacium conati ſunt obtrudere, vt ex eodem conſtat apud eundem Euſeb. lib. 4. cap. 22. vbi enim de Simeone Cleophæ filio, ſecundo Hieroſolymorum Epiſcopo creato verba fecit, ſubiungit: *Et quoniam Eccleſia nondum erat falſa peruerſæ hæreticorum doctrinæ inanitate corrupta; idcirco virgo appellata fuit.* Varias deinde ſectas eorum recenſet, qui adulterina, & corrupta peruerſæ doctrinæ contagione, contra Deum, & contra Chriſtum eius inducta, concordiam, & vnitatem Eccleſiæ tanquam membratim diſcerpſerunt: An verò tùm hæreſes ex ambitione Pontificum exortæ fuerunt? An Pontifices Romani tunc temporis aliquas hæreſes induxerunt? quo auctore aliquem Pontificum Romanorum tum hæreticum fuiſſe probabit Mornæus? Omnes, ad Conſtantinum vſque, pro fide Chriſti martyrio coronati ſunt: niſi mentiri velit Mornæus, cum Artemone hæretico, & illius aſſeclis, de quibus Euſeb. lib. 5. cap. 27. & alij ſcriptores, qui dicebant ipſos Apoſtolos ea, quæ ipſi afirmarent, non modo à Domino accepiſſe, verum etiam alios eadem docuiſſe, & veram prædicationis rationem vſque ad Victoris tempora, qui decimus tertius, à Petro, Romæ Epiſcopus fuit, integrè ſeruatam illam quidẽ, ſed à Zepherino illius ſucceſſore penitus corruptam, & deprauatam fuiſſe, quod ſi ita ſentiat Mornæus, docebit vtique, & cum eiſdem hæreticis, Chriſtum ſeruatorem ſolum hominem fuiſſe.

Hegeſippus non notat Pontif. vt Mornæo videtur; ſed varios hæreſeon Auctores.

Artemonis error.

Pag. 7. *Quæ periodus* (inquit) *incidit in annum Domini circiter centeſimum.*

LAbis autem huiuſcè progreſſum ex his, quæ hiſtoria ſuppeditat, deinceps perſequuturũ ſe pollicetur. Tota verò hiſtoria Papatus Mornæi conflata ex ſexaginta quinque progreſsibus, totidemque oppoſitionibus, ſiquidem illi conſilium eſt oſtendere,

Quibus gradibus ad id faſtigij Papatus eniſus ſit, quàmq; acriter omni tempore vbique à pijs contra interceſſum.

HAnc elegantẽ inſcriptionẽ ſumpſit ex impio Caluino, apud quẽ lib. 4. Chriſt. Inſtitutionis ſumma cap. 7. *Hæc eſt de exordio & incrementis Romani Papatus, donec ſe in hanc altitudinem extulit.* Etſi verò nec docere me indocilem poſſe, nec impium Religione comprimere, nec furentem lenitate cohibere (vt verbis Cypriani ad Demetrianum vtar) facilè intelligam, & labor irritus, nullius effectus offerre lucem cæco, ſermonem ſurdo, ſapientiam Bruto, cum nec ſentire Brutus poſsit, nec cæcus lucem admittere, nec ſurdus audire; & ineptum videatur cũ iſto congredi, quando faciliùs ſit, & leuiùs turbulenti maris concitos fluctus clamoribus retundere, quàm illius rabiem tractatibus coercere; ne tamen diffidentiæ eſſe incipiat quòd tacemus, & dum criminationes falſas contemnimus refutare, videamur crimen agnoſcere, & calumnias perfidorum hominum in Pontifices, aut probare, aut certè nos eas refellere non poſſe, videamur vtcumque fateri; idcirco iſtius imperitiam ſilentio ſpernendam non exiſtimaui. Mihi itaque conſilium eſt, qua fieri poterit diligentia, & quantum vires Deus ſuppeditarit, *myſterium iniquitatis Mornæi* percurrere, ineptias, & inſanias rabidi hominis examinare, & refellere, totidemque Antidota Orthodoxæ fidei, confictis progreſsibus, & oppoſitionibus virulentis hæretici iſtius opponere.

Intentio & totius operis finis.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum Primum.

AVſpicatur Mornæus ſuum *Myſterium iniquitatis*, ſeu vt interpretatur, *hiſtoriam Papatus* ab anno 195. longè diuerſa ab alijs methodo, qui hiſtoriam Põtificum nobis ſcripto tradiderunt. Siquidem illi, aut à Chriſto Domino Sãcto Sanctorum, Sacerdote in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech, Pontificatus auctore; aut certè à Sancto Petro, cui Dominus ipſe, poſt reſurrectionem ſuam, paſcendas oues ſuas commẽdauit, hiſtoriam Pontificum exorſi ſunt: verum cõſilium fuit Mornæo, non tàm Pontificum vitas deſcribere, quàm in eoſdem calumnias ſtruere, & ſacroſanctam dignitatem, non ab hominibus, neque per homines, ſed diuinitus inſtitutam, etiam Angelis ipſis venerandam, odioſam reddere: nec enim antiquitùs tam exoſum fuit nomen Regis ipſis Romanis, quàm perduellibus iſtis inuiſum eſt nomen Pontificis, à quo condemnatas omnes hæreſes, & fratres ſemper in fide cõfirmatos probè norunt; cui ſciunt, ſe non poſſe imponere, nec ſuam perfidiam ad eum acceſſum habituram intelligunt. Videamus igitur, quid in primo progreſſu habeat, quem ſic exorditur.

Quàm diuerſa à cæteris Hiſtoricis methodo, Morn. conſcripſerit hiſtoriã Rom. Pont.

Diuerſum etiam Mornæi Conſilium, ſed tamẽ impiũ.

Anno igitur 195. de Paſchate controuerſum. Num decima quarta luna iudaico more, an dominica ſequente celebrandum, &c. Pag. 7.

HVius controuerſiæ meminit Euſeb. lib. 5. hiſtor. Eccleſ. cap. 22. *Concilia*, inquit, *& Conuentus Epiſcoporum in vnum cogebantur, & omnes vna ſententia, decretum Eccleſiaſticum, nempe vt non alio die aliquando, quàm dominico myſterium Domini reſurrectionis à mortuis celebraretur: & vt in hoc ſolo ieiuniorum, quæ circa Paſcha fieri ſolẽt, finem faceremus, per literas ad omnes Eccleſias ſcriptas ratum faciebant. Aſiaticæ verò Eccleſiæ cenſebant, decima quarta die lunæ, in quamcumque diem hebdomadæ incidiſſet, feſtum Paſchatis eſſe celebrandum,* cam-

Controuerſia de Paſchatis celebratione.

Digitized by Google

eamque dicebant eſſe traditionem antiquam à Ioanne ipſo, qui Aſiæ Eccleſias rexerat, & Epheſi morte conſopitus occubuerat, acceptã: meminit Nicephorus lib. 4. c. 36. & ſequentibus. Iam hic ſe mendacem fatetur Mornæus: ſcribit enim plures Eccleſias Dominicam prætuliſſe, quomodo ergo ſcribebat, vbique à pijs omni tempore interceſſum? Sed mendacem oportet eſſe memorem. Hanc controuerſiam vult fuiſſe,

Mornæ⁹ ex ſui ipſius dictis conuincitur mendacij.

Pag. 8.

Diſcrimen omnino ſine crimine, quandoquidem non de fide; non proinde eius generis, quod Eccleſiæ vnionem & concordiam turbare debuiſſet.

Controuerſia de tēpore celebrandi Paſcha nō eſt diſcrimē ſine crimine.

REm *nihili* vocat Caluinus lib. 4. Chriſt. inſtit. c. 7. §. 7. Inter laqueos conſcientię, & commentitios cultus falſi meriti referunt Magdeburgenſes; cum tamē Euſebius loco citato teſtetur, eam eſſe Apoſtolicam traditionem, ſeruatam à ceteris Eccleſijs per vniuerſum Orbē terrarum diſperſis: & extat apud Clementem Conſtitutio hæc Apoſtolica lib. 5. c. 16. Nec verò, *diſcrimen fuiſſe ſine crimine*, iudicarunt Epiſcopi, quorum ſuper ea quæſtione per Prouincias multa conuocata ſunt Concilia; neque poſtea Patres Nicænæ ſynodi, quos ſcribit Ruffinus lib. 1. Hiſt. c. 6. de obſeruatione Paſchę antiquũ Canonem, per quem nulla de reliquo varietas oriretur, Eccleſijs tradidiſſe, qui ſcribentes ad Alexandrinos, & Aegyptios, vt referunt Theodor. lib. 1. c. 9. Tripart. lib. 2. c. 12. *Euangelizamus* (inquiunt) *vobis & de conſonãtia ſanctiſſimi Paſchę, quia veſtris orationibus eſt correctum etiam hoc opus, ita vt omnes Orientales fratres qui cum Iudæis primitus celebrabant, conſonè cum Romanis, & vobiſcum, & cum omnibus ab initio Paſcha cuſtodientibus ex hoc tēpore debeant cuſtodire.* Recitat Turrianus lib. 5. pro Epiſt. Pontificum c. 17. Decretum ipſum de Paſcha, decerptum ex Actis ſynodi Nicænæ à Ioãne cognomēto [illegible] Patriarcha Conſtantinopolitano, qui, Imperatore Iuſtiniano, Decreta Synodorum collegit, & in vnũ volumen conſuit ex vetuſtiſsimo Codice, qui eſt in Bibliotheca Vaticana. Quod ſi *res nihili, & diſcrimen ſine crimine*, quid opus erat 318. Patrũ Synodũ haberi Nicænam, non modò ob condemnandam Arij hæreſim, verùm etiã ob controuerſiam de Paſchate, quãdo celebrandum eſſet? Non exiſtimauit *diſcrimen eſſe ſine crimine*, aut *rem nihili*, Cõſtantinus ille Magnus religioſiſsimus Imperator, vt ſacratiſsimũ Paſchatis feſtum vno eodemque die à Chriſtianis celebraretur, prout author eſt Gelaſius Cyzicenus in Commentario Actorũ Concilij Nicæni parte altera, & Euſeb. lib. 3. de vita Conſtantini c. 17. vbi ſcribēs ad Eccleſias de habita Nicææ Synodo, *Cũ de ſanctiſſimo feſto Paſchatis* (inquit) *diſceptaretur, communi omnium ſentẽtia videbatur rectum eſſe, vt omnes vbique vno eodemque die illud celebrarent. Quid enim pręſtantius, quiduè auguſtius eſſe poterat, quàm vt hoc feſtum, per quod ſpem immortalitatis nobis oſtentatam habemus, vno modo & ratione apud omnes integrè ſincerèque obſeruaretur? Ac primùm omnium indignum planè videbatur, vt ritum, & conſuetudinem imitantes Iudæorum illud feſtum ſanctiſſimum ageremus. In noſtra enim ſitum eſt poteſtate, vt, eorum more reiecto, veriore, ac magis ſincero inſtituto huius feſti celebrationem ad poſterorum ſæculorum memoriam propagemus. Nihil igitur ſit nobis commune cum Iudæorum turba omnium odioſa maximè: aliam enim viam, quã inſiſtamus, à Seruatore didicimus.* Paulò poſt: *Eſt enim reuera abſurdiſſimum, vt illi inſolenter ſe iactent, nos abſque ipſorum diſciplina ſubſidio illas res nullo modo poſſe obſeruare.* Exiſtimauit igitur, eſſe præter dignitatem Religionis Chriſtianæ, Paſcha more Iudaico 14. Luna celebrare. Non exiſtimauit *diſcrimen eſſe ſine crimine* D. quòque Auguſt. Epiſt. 119. ad Ianuarium cap. 15. qui *In magno vtique* (ait) *ſicut iam intelligis ſacramento, & in Scripturis quidem veteribus ad agendum Paſcha non eſt præceptum tempus, niſi ex menſe nouorum à Luna quartadecima vſque ad vigeſimamprimam. Ex Euangelio tamen, quia iam manifeſtũ eſt, quo etiam die Dominus crucifixus ſit, & in ſepultura fuerit, & reſurrexerit, adiuncta eſt etiam ipſorum dierum obſeruatio per Patrum Concilia, & Orbi vniuerſo Chriſtiano perſuaſum eſt, eo modo Paſcha celebrari oportere.* Id quidē Aduerſario concedimus, non iure quodam diuino naturali, aut poſitiuo ſtatutũ eſſe, vt Paſcha celebretur Dominico die; ſed Apoſtolicam eſſe Conſtitutionē, & Eccleſiaſticum Decretum. Si itaque Eccleſia nõ ſtatuiſſet, Dominico die celebrandum, aut non prohibuiſſet, illud cum Iudæis celebrari quartadecima Luna; nullum certè *diſcrimen* fuiſſet: at vbi ita conſtituerunt Apoſtoli, & eam Conſtitutionem renouarunt ſummi Eccleſiæ Præſules, & ita ſacra Cõcilia ſtatuerunt; iam non illud eſt *ſine crimine*, hoc vel illo die velle ſanctiſſimum Paſcha celebrari. Id vel ex Ariſt. colligere licet 5. Eth. c. 7. qui legitimũ ius illud definit, *quod à principio quidem nihil refert, ſic, an aliter habeat: cùm verò poſitum fuerit, refert.* Et hanc quidem conformitatē celebrandi Paſchatis tanti poſtea fecere, vt olim, referēte Caſsiano in Collationum libro, in Oriēte præſertim maiorum Eccleſiæ Præſulũ munus hoc eſſet, vt miſſis quaquauerſum Epiſtolis inferiores Epiſcopos, quo die Paſcha celebrandum eſſet, certiores facerent. Id quod colligi etiã poteſt ex Gregorio Naziãzeno Epiſt. 53. & 54. ad Helladiũ, & ex Syneſio Epiſt. 13. ad Petrũ Presbyterum. Nec certè *res erat nihili, aut diſcrimē ſine crimine*, in tam celebri feſtiuitate diſcordare Chriſtianos, quæ à Greg. Nazian. Orat. 42. quæ eſt in Sãctũ Paſch. *Feſtiuitas feſtiuitatum, & celebritatum Celebritas* dicitur, *tanto cæteris omnibus non ſolum humanis, & humo defixis, ſed his etiã, quæ ipſius Chriſti ſunt, ac propter ipſum celebrantur, ſuperior, quantò Sol ſtellas antecellit.* Leo Papa Sermone 10. de Quadrageſima: *Inter omnes (Dilectiſſimi) dies, quos multis modis honorabiles habet Chriſtiana deuotio, nullus eſt excellẽtior feſtiuitate Paſchali, per quam in Eccleſia Dei vniuerſarum ſolemnitatũ dignitas conſecratur:* qui & ſcribens ad Epiſcopos Galliarum, & Hiſpaniarum, intimat illis, quo die ſit celebrãda, *vt diuinæ pacis conſortio* (inquit) *ſicut vna fide iungimur, ita vna ſolemnitate feriemur.* Quid, quod Deus ipſe, quod tempus celebrandi Paſchatis pro-

Dominicus dies ex Apoſtolica & Eccleſiaſtica Cõſtitutione celebrationi Paſchatis deſtinatus.

Legitimum ius quid ſit.

Paſcha, Feſtiuitas feſtiuitatũ, et celebritatũ Celebritas.

Dies celebrationis Paſcha miraculo approbatus.

probaretur, aliquando miraculo oſtẽdit, & authorem eſt Sigebertus in Chronico ad annũ Domini 417. & ad eundem annum Baronius Tomo 5. Idem Sigebertus ad annum 573. ſcribit, quod Hiſpanis, & Francis de tempore celebrandi Paſchatis diſſentiẽtibus, Hiſpanis XII. Kalend. Aprilis, Francis XIV. Kalend. Maij Paſcha celebrantibus, Francos rectè celebraſſe, per hoc diuinitùs claruit, quòd fontes in Hiſpania, qui in Sabbato Sancto Paſchæ ad baptizandum ſponte diuinitùs repleri ſolent, nõ in Hiſpanorum, ſed in Francorum Paſchate repleti ſunt. Non igitur *diſcrimen ſine crimine*, controuerſia de tempore celebrandi Paſchatis.

At non eſt diſcrimen de fide. An verò Sancti Apoſtoli Domini, Sancti Patres, & ſacra Concilia tantùm de fide Canones ediderunt, & non etiam circa diſciplinam Eccleſiaſticã de his omnibus, quæ ab Eccleſia eſſent obſeruanda? Præterea, etſi tùm de fide rectè ſentirent Aſiæ Epiſcopi Luna XIV. feſtum Paſchæ celebrantes; hac tamen occaſione nõnulli Iudaiſmum introducebant, eaque perſuaſio iam aliquos inuaſerat, Paſcha non aliter celebrandũ eſſe, niſi iuxta inſtitutũ Legis Luna XIV. & Blaſtus hæreticus tum id Romæ docebat. *Quis autẽ neſciat* (ait Tertull. lib. de præſcript. cap. 53.) *quoniam Euangelica gratia euacuatur ſi* (Blaſtus) *ad legem Chriſtum redigit?* Et hęc quidem hæreſis erat eius generis, quæ Eccleſiæ pacem, & concordiã turbaret. Vndè meritò ei occurrit Victor Pontifex, præcipiens, ab omnibus Chriſtianis obſeruari Conſtitutionem Apoſtolicam, & renouãs Decretũ prædeceſſoris ſui de Paſchate ab omnibus die Dominico proximè inſequente Lunam XIV. primi menſis celebrando (ſiquidẽ Chriſtus Dominus die Dominica poſt Paſcha Iudæorum reſurrexit) non autem cum Iudæis ipſis eſſe celebrandum: & qui poſtea celebrauerunt cũ Iudæis *Quartadecimani* dicti, habiti ſunt hęretici. Quod ſi controuerſia hęc de Paſchate, an Luna XIV. Iudaico more, an verò die Dominico celebrandum eſſet, *diſcrimen* eſſet *ſine crimine*, vt vult Mornæus; iudaizabit ergo liberè cum ſuis (vt qui ſacramenta Chriſtiana reprobant) & ad anteriora illa, ac vetuſta facilè labentur; agnum cum azimis, & reliqua omni cæremonia, more Iudaico Paſcha celebrantes, comedent; Legem cùm Euãgelio miſcebunt; aut certè debitores ſe cõſtituent vniuerſæ Legis faciendæ, non ad Eccleſias die Dominico, prout Apoſtoli conſtituerunt, & maiores noſtri nobis tradiderũt, ſed ad Synagogas more Iudaico Paſcha celebraturi abibunt; nõ diem Dominicum cũ Chriſtianis; ſed Sabbatum cum Iudæis, aut certe quemuis alium pro arbitrio toto anno feſtiuum agent. Quouſque claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus; ſequimini eum: &, vt idem ego ipſe cum Chryſoſt. Orat. 2. aduerſus Iudæos loquar, *ſi Iudaiſmum putatis verum eſſe; qua gratia obſtrepitis Eccleſię? Quod ſi Chriſtianiſmus verus eſt, ſicut re vera eſt, in eo manete, & illum ſequimini.* An *diſcrimen ſine crimine, & res nihili*, Iudæum ſe, aut Chriſtianum cõfiteri? Qui Paſcha Iudaico more Luna XIV. celebrat, ſe Iudæum factis, etſi non verbis, qui die Dominico more Chriſtiano, Chriſtianum ſe eſſe profitetur. Audi Mornæe, quid ſanctus Martyr Ignatius Epiſt. 8. ad Philippenſes ſcribat: *Si quis cum Iudæis celebrat Paſcha, aut ſymbola feſtiuitatis eorum recipit, particeps eſt eorum, qui Dominum occiderunt, & Apoſtolos eius.*

Canones non ſolum de fide editi, ſed etiã de diſciplina Eccleſiaſt.

Cur Victor Quartadecimanorũ ſententiam reiecerit.

Mornæus iudaizandi facultatẽ præbere videtur.

Qui Luna 14 Paſcha celebrat, ſe Iudæũ ſaltem factis profitetur.

Non prætereundum id, à Mornæo diligenter obſeruatum, quod ſcribit Euſebius:

Victor, qui tunc Romæ Eccleſiæ præerat τῆς ῥωμαίων προεστὼς, *non inquam Eccleſiæ vniuerſali.* Pag. 2.

VAlidum certè argumẽtum. Ergo Romanus Imperator Vrbi dumtaxat imperabat, & non præerat alijs Prouincijs. Annon hoc eſt, quod aſſerimus, Romanũ Pontificem habuiſſe in reliquas Eccleſias, ac Epiſcopos iuriſdictionem; & quemadmodum Roma caput erat Imperij, ita Romanam Eccleſiam caput omniũ Eccleſiarum? Petit iſte principium, & ſibi concedi poſtulat, quod illi probandum eſt. Pontifex Romanus ſucceſſor eſt Petri, qui Romæ ſedem fixit, & Romanus Epiſcopus fuit, cui prę̈fectura Eccleſiæ vniuerſalis à Domino fuerat conceſſa: & rectè obſeruat Cardinal. Bellarminus lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 12. Romanum Epiſcopatum; & Eccleſiæ vniuerſæ præfecturam non eſſe duos Epiſcopatus; neque enim Petrus, Pontifex totius Eccleſiæ à Chriſto inſtitutus, adiunxit ſibi Epiſcopatum Vrbis Romæ, quomodo Epiſcopus alicuius loci ſibi adiungit Abbatiam aliquam; ſed Romanæ Vrbis Epiſcopatum euexit ad ſummũ Orbis terrę Pontificatum, vt qui eligitur Romanus Epiſcopus, eo ipſo ſit totius Eccleſię ſummus Pontifex; non igitur quia τῆς ῥωμαίων προεστὼς Βίκτωρ, ideo toti Eccleſiæ negatur præfuiſſe.

Mornæus petit principium.

ANTI-

ANTIDOTVM
Contra Oppoſitionem Primam.

Locus Euſebij ab aduerſario ſeperam productus.
Pag. 8.

PRimo progreſſui ſubijcit oppoſitionem Mornæus, ac primum ex Euſebio:

Iſta cæteris omnibus parum placebãt Epiſcopis; ἀλλ' οὐ πᾶσί γε τοῖς Ἐπισκόποις ταῦτ' ἠρέσκετο *proteruia nempe* (ſic interpretatur Mornæus) *hac Victoris in Aſiaticas Eccleſias:*

CVm minimè ea voce vtatur aut Euſebius aut apud eũdem Irenæus. An verò in tot Epiſcopis, adeoque in tot Epiſcoporum Concilijs; quæ tùm vbiq; congregata fuerunt, vt refert Euſebius lib. 5. cap. 22. vllus Epiſcopus, aut etiam vlla Synodus Epiſcoporum reperta, quæ Victoris decretum contemni, aut irritum fieri, quiuè ipſum Victorem niſi fratrum, & Epiſcoporum Concilijs acquieſceret Eccleſiaſtica communione interdiceret? nihil profectò tale vnquã tentarunt. Cæteri omnes Epiſcopi, Auctore Euſebio lib. 5. cap. 24. Victorem magnoperè adhortabantur, vt pacis, cõcordiæ, & charitatis erga proximos diligentem curam haberet; inter cæteros Irenæus, etſi per literas ſcriptas ex perſona fratrũ in Gallia, quibus præerat, tradit myſterium reſurrectionis Domini ſolo die Dominico recolendũ quidem eſſe, Victorem tamẽ de hoc, videlicet ne tam multas Eccleſias omninò, propter traditionis ex antiqua conſuetudine inter illas vſurpatæ obſeruationẽ, à corpore vniuerſæ penitus Eccleſiæ amputaret, admonebat. Adhortabãtur igitur cæteri Epiſcopi, & admonebant Romanũ Epiſcopum, ne à corpore Eccleſię Aſiaticos maiorũ traditionẽ, vt illis videbatur, ſectãtes præſcinderet: verùm de ſententia in eum ferenda, vt quẽ ſuperiorem agnoſcerent, nè vnquam cogitarunt quidem: nec verò Epiſcopi illi, aut inter cæteros Irenæus, opponunt ſe Victoris auctoritati, aut Pontificẽ Romanum non potuiſſe à corpore Eccleſiæ Aſiaticos amputare contendunt: non expedire quidẽ aſſerebant; at multa licent, quæ non expediunt. Vndè manifeſtè conſtat de mẽdacio Caluini, cùm lib. 4. inſtit. cap. 7. §. 7. ita ſcribit: *Sequuntur admonitiones, vel cenſuræ, quibus; vt olim vſi ſunt Romani Epiſcopi erga alios, ſic eas viciſſim pertulerint. Irenæus Victorem grauiter corripuit, quòd temerè, ob rem nihili, pernicioſo diſſidio turbaret Eccleſiam: paruit* (inquit ille) *non reclamauit. Ea libertas tunc vſitata fuit ſanctis Epiſcopis, vt fraternè vterentur in Romanum Pontificem admonendo, & caſtigando, quãdo peccaſſet.* Ita Caluinus, cui reſpondet optimè Bellarminus lib. 2. de Rom. Pontifice cap. 19. Irenæum quidem, & alios reprehendiſſe Victorem, quòd tot Eccleſias leui de cauſa, vt ipſis videbatur, à corporis Eccleſiaſtici vnitate præſcidiſſet, vt apud Euſeb. legimus, verùm, quòd ſententiam ſuam mutauerit, nuſquam legimus; at etiamſi ſententiam mutaſſet Victor, quid inde haberet Caluinus? eadẽ enim auctoritate, qua potuit Aſiaticos ligare, poterat abſoluere. Et quidem eo ipſo quod affert Euſebius, eam ſententiã multis Epiſcopis diſplicuiſſe, inde magis argumẽtamur contra aduerſarios, vt reſpondet Bellarminus; quò enim plures erãt, quibus diſplicebat Victoris ſententia, eò facilius poterant eam contemnere, ac Victorem potius excommunicare, ſi eũ putaſſent eſſe de numero Epiſcoporũ; & non potius caput, & iudicem omnium. At nulli fuerunt, qui eã ſententiam irritam eſſe docuerint, aut Victorẽ contemnendum, aut excommunicandum eſſe cenſuerint, vel monuerint, ne excederet ſuos limites, aut ne iudicaret nõ ſibi ſubditos. Quid verò cauſæ erat, cur apud Victorẽ intercederet Irenæus, ne Aſiaticos à corpore Eccleſiæ præſcinderet, ſi Pontifici Romano nulla in reliquos Epiſcopos, & Eccleſias auctoritas? ſiquidẽ fruſtra apud aliquem interceditur, ne illos excõmunicet, in quos nullum tale ius exercere poſsit. *Extra territorium ius dicenti* (ait Paulus iuriſconſultus) *impunè non paretur.* Idem eſt, ſi ſupra iuriſdictionem ſuã velit ius dicere. Et qui cauſam præſcindendi à corpore Eccleſiæ Aſiaticos non ſatis grauem eſſe iudicauit Irenæus, is vtiq; fatetur, vbi cauſa grauis occurrit, poſſe Pontificem Romanum quemlibet Epiſcopum à communione remouere.

Quãuis Victoris ſnia de Paſchate multis Epiſcopis diſpliceret, nullus tamẽ eorũ auſus eſt ipſũ excommunicare, vel tale quid in ipſum cõmittere.

De cõſtitu. ii: 6. ca. 1. t animarũ.

Hanc itaq; ſuam oppoſitionẽ producens Mornæus, argumenta nobis ad noſtra confirmanda ſuppeditat, & ſuo ſe gladio (quod aiũt) iugulat: at tùm refert ex Irenæi epiſt. ad Victorẽ apud Euſeb. lib. 3. c. 24. Polycarpum, Aniceto Epiſcopatũ adminiſtrãte, Romam veniſſe; illud obſeruandũ, cũ Sandero lib. 7. de viſibili Monarchia, anno Domini 138. cũ Pij decretum, de Paſchate die dominico ab omnib. Chriſtianis celebrando ad Polycarpi notitiam perueniſſet, officij ſui exiſtimãuit, aut ei obedire, aut Pontifici Romano ſatisfacere: ob eamque cauſam, quãuis totius Aſiæ Princeps, ſeu Primas eſſet, Romã tñ venit, vt teſtatur D. Hier. lib. de ſcriptorib. Eccleſiaſticis. Ex quib. perſpicere licet, quantum honorẽ primi illi Epiſcopi Aſiæ, Romano Pontifici detulerunt, utpotè cuius eſſet cõfirmare fratres ſuos, & cuius uocem omnes Chriſti oues audire deberent, ſatis intellexerunt. Hic exclamat Mornæus.

Polycarpus Romã ad Victore venit.

Detegitur Caluini mendacium.

Pag. 9.

Hic interim Bellarminus; Probè, & prudẽter Victor, vt Iudaiſmo occurreret.

EXpendamus verò, quæ rectè Bellarminus. *Eſt obſeruandũ,* inquit, *quod licet Irenæus, & alij tunc putauerunt imprudenter egiſſe Victorem tamen reuera prudentiſſimè egit, vt poſtea tota Eccleſia iudicauit.* Quod inde oſtendit: *nam vnus ex præcipuis Auctoribus illius ſententiæ de Paſchate celebrando, fuit Blaſtus, qui eo modo paulatim Iudaiſmum introducere volebat, quique hæreſim ſuam Romæ circa tempora Victoris Papæ, ſeminare cæpit, de quo Euſeb. lib. 5. hiſtor. cap. 24. Cum igitur Victor videret diuerſum illam*

Bellarm. defenſus in cauſa Victoris.

obſeruationem de Paſchate non eſſe diuerſitatem ſolius obſeruationis, ſed afferre ſecum hæreſim, immò Iudaiſmum, maturè occurrendum putauit. Probarunt autem ſententiam Victoris Patres Nicæni Concilij, vt conſtat ex Euſebio lib. 3. de vita Conſtantini cap. 17. et 18. *& deinceps hæretici habiti ſunt, & Quartadecimani appellati, qui cōtrarium ſenſerunt, vt conſtat ex Epiphanio hæreſi* 50. Philaſtrio in Catalogo hæreticorum. *Auguſt. hæreſi* 29. Theodoret. lib. 3. hæret. fabul. Damaſceno hæreſi 50.

Quartadecimani hæretici.

Pag. 9.

At cum bona ipſius venia, inquit Mornæus, *pluris certe Irenæus nobis, quam ipſe; pluris & Eccleſia noſtra Gallicana, & tot aliæ.*

CVI tamen hæretico homini nihil cū Irenęo, aut Eccleſijs Galliæ in fide, ſeu Doctrina Chriſtiana, commercij: Et Bellarminus non priuatum ſuum iudicium, ſed Patrum Nicæni Concilij, & totius Eccleſiæ, Irenæo, & alijs Epiſcopis opponit. Et quidem certum eſt Irenæum, & alios Epiſcopos, bono zelo ductos, monuiſſe Victorē, quod ægre ferrent Aſiaticos à communione Eccleſiæ præſcindi; verùm nō conſiderabant quàm prudenter, & qua ratione motus Victor tàm ſeuerè præciperet, vt omnes vbique Chriſtiani eodem die feſtum Paſchæ celebrarent; quòd ſcilicet noua hæreſis exorta eſſet aſſerentium 14. luna dominicum Paſcha celebrandum eſſe, in quācumque diem hebdomadæ incidiſſet; quòd eo die, ex lege veteri, Paſcha celebraret à Iudæis. Si verò tanti eſt Mornæo Irenæus, cur ergo Romanæ Eccleſiæ, & Romani Pontificis adeo acerbū ſe hoſtem prodit? cùm Irenæus lib. 3. cap. 3. per ſucceſsionem Romanorum Pontificū, eos dicat confundi, *qui quoquomodo, vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem, & malam ſcientiam, præter quàm quod oportet, colligunt. Ad hāc enim Eccleſiam propter potentiorem Principalitatem neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt vndique fideles; in qua ſemper ab his, qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio.* Et illic à D. Petro ad ſua tempora Romanos Epiſcopos enumerat. Cùm verò ſcribit Mornæus ex Euſebio Irenæum obiurgaſſe Victorē πρεπόντως, opportunè, imperitum ſe linguæ Græcæ oſtēdit, aut certè non ſatis fidum interpretem. Ita enim habet Euſebius τῷ γε μὴν Βίκτορι πρεπόντως ὡς μὴ ἀποκόπτοι ὅλας ἐκκλησίας θεοῦ ἀρχαίου ἔθους παράδοσιν ἐπιτηρούσας, πλεῖστα ἕτερα παραινεῖ, καὶ αὐτοῖς δὲ ῥήμασι τάδε ἐπιλέγων. Quod ſic reddit interpres Euſebij: *Victorem, de hoc videlicet, ne tàm multas Eccleſias, omninò propter traditionis, ex antiqua conſuetudine, inter illas vſurpatæ, obſeruationem, à corpore vniuerſæ Chriſti Eccleſiæ penitus amputet; cùm pleraque alia, tum iſtà appoſitè, & conuenienter admonet.* Longè certè aliud eſt admonere, quod ſignificat παραινεῖν, aliud obiurgare. Nec verò citet locum Vicelij, qui non adeo nobis grauis Auctor qui iam hoc ſęculo carnē ſpiritui in Victore pręualuiſſe non inuitus agnoſcit: & quod citat Irenæum eò alludere voluiſſe, cū de ijs loquitur, qui principalis confeſsionis tumore elati ſunt, à quibus nobis ſit abſcendendum, notat locum Irenęi in margine li. 4. c. 4. vbi minimè extant ea verba, neq; tamen ſi quid habeat tale Irenæus, de Romanis Pontificib. intelligit, niſi ex deprauato ſenſu, & maligna interpretatione Mornæi.

Irenæus, & alij bono quidē zelo Victorē admonebant, ſed ad eius ſententiæ cauſam nō ſatis attendebant.

Mornæus in Rom. Eccl. longè aliter affectus, quàm Irenæus.

Mornæus vel imperitus græca linguæ, vel certè nō fidus interpres.

Lib. 5. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 24.

Aliud eſt admonere, aliud obiurgare.

Mornæus ad ſuā voluntatē detorquet Irenæi ſententiam.

Pag. 9.

At ridiculum, inquit, *hic eſſe exhibet Baronius, qui Theophilum Cæſareæ Epiſcopum, Paleſtinæ ſynodum, ex Epiſcopi Romani decreto, & mandato conuocaſſe, aſſerere non veretur.*

LEgi poteſt Baronius Tom. 2. ad annum Chriſti 198. In quo verò ridiculus Baronius?

Ridiculus Mornæus e dū Baron. eſſe ridiculū probat.

Pag. 9.

Atqui citat Bedam in libro de Aequinoctio verno ſeptingentis poſt annis auctorem: Iudicet (inquit) *quàm veriſimiliter, quâ immò fide.*

AN ideo falſa, quia ſeptingētis poſt annis ſcripta à Beda? An omnib. abroganda fides, quæ ſcripſit Beda ſuperiora ſua ætate, ſeptingētis annis? Nos certe pluris facimus Bedam, & Baroniū fidei probatæ Auctores, quā nouos iſtos fabularum, & mendaciorum conſarcinatores. Nec valido argumento oſtendit Mornæus nullā apud Euſebium prærogatiuam videri Epiſcopi Romani ſupra Theophilum Cæſareæ Paleſtinę Epiſcopū: ita enim primo ſcribit Euſebius φέρεται δ' εἰσέτι νῦν τῶν κατὰ Παλαιστίνην τηνικάδε συγκεκροτημένων γραφὴ ὧν προὐτέτακτο Θεόφιλος τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας ἐπίσκοπος, καὶ Νάρκισσος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις, id eſt *decretū Epiſcoporū, qui tunc erant in Paleſtina cōuocati, ad hanc vſque ætatem ſcriptis cuſtoditum eſt, in quorū ſynodo Theophilus Cæſarienſis Epiſcopus, & Narciſſus Epiſcopus Hieroſolymorū præſides fuerunt.* Subiungit poſteà: καὶ τῶν ἐπὶ Ῥώμης δὲ ὁμοίως ἄλλη περὶ τοῦ αὐτοῦ ζητήματος ἐπίσκοπον Βίκτορα δηλοῦσα; id eſt: *Aliud eſt etiam Epiſcoporum, qui tunc Romæ cōueniebant, de eadem controuerſia ſtatutum, quod quidem Victorē id temporis fuiſſe Epiſcopū declarat.* Proſequitur ibidem Euſeb. *Aliud item Epiſcoporum Pontif. quib. Palmas vtpote antiquiſſimus, & maximè venerādus præſidebat, aliud Eccleſiarū Galliæ, quas Irenæus regebat Epiſcopus: aliud porrò Eccleſiarū, quæ oſroenā, & reliquas in eo loco Ciuitates incolebant, aliud ſeparatim Bacchilli Eccleſiæ Corinthiorum Epiſcopi, & alia deniq; aliorū prope infinitorū qui vno conſenſu, iudicioq; vno, eamdē de illius feſti obſeruatione tulere ſentētiam.* Vndè verò congregari potuiſſent vno, eodēq; tēpore, ob vnā controuerſiā, de tēpore celebrandi Paſchatis, in tàm diſsitis Regionib. tot Eccleſiarum Præſules, niſi vnius auctoritas acceſsiſſet Pōtificis Romani, quæ in omnes Eccleſias ſeſe porrigeret? cuius verò decretū illud erat de Paſchate ab omnib. Chriſtianis die dominico celebrando, niſi Romani Pōtificis? Quòd ſi Romę aliquot Epiſcoporum congregauit Conciliū Victor Pōtifex, & alij Epiſcopi Primates in alijs Prouincijs, q̧ conſequentia, ergo non auctoritate Romani Pōtificis illa Concilia Epiſcopi in alijs Prouincijs indixerunt, aut ergo nulla prærogatiua eſt Romani Pontificis? Polycratem etiam in Aſia nomi-

Varia Concilia tulerunt eādē cū Victore, de Paſchatis obſeruatione, ſentētiam.

Ea autem non niſi Victoris auctoritate conuocata.

ne

Digitized by Google

Polycrates, auctoritate Victoris, in Aſia Concilium indixit.

ne, & auctoritate Victoris Concilium indixiſſe conſtat ex Epiſt. eiuſdem apud Euſeb. lib. 5. cap. 23. vbi enim ſcripſit ad victorem, & Eccleſiã Romanam, ſe velle diem Paſchatis obſeruare, iuxta traditionem ad ipſius vſq; tempora deductam, & prædeceſſores ſuos, quin & Ioannem Apoſtolum, & Euãgeliſtam ita obſeruaſſe oſtendit; ſubiũgit poſtremò *poſſem hoc loco Epiſcopos qui mihi in Concilio aderant, commemorare, quos vt accerſerem à vobis rogatus, diligenter accerſebam*. Ita ex tranſlatione Chriſtoforſoni, ſic Euſebius, ἐδυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων συμπαρόντων μνημονεῦσαι, οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ, καὶ μετεκαλεσάμην, *quos poſtulaſtis*, rogaſtis interpretatur. Mornæus inde infert.

Ergone omnes Epiſcoporum Romanorum preces, mandata, Imperia?

Cur quæſo nõ interpretatus eſt: *Quos voluiſtis, iuſſiſtis?* & hanc ſiquidem ſignificationẽ habet verbum ἀξιῶ. Cur verò ita diligenter rogante, poſtulante victore Epiſcopos accerſiuiſſet, ſuper ea quæſtione de Paſchate conſulendos Polycrates, niſi exiſtimaſſet Pontifici Romano, tanquam ſuperiori, ſibi parendum? deinde, hoc Eccleſiaſticæ modeſtiæ eſt, vt ius ſuum verbo quàm mitiſſimo Pontifex exprimat, dũ memor eſt, ſe ita maiorem eſſe inter fratres, vt tamen debeat ſe gerere tanquam miniſtrum, non tanquam Regem, & Dominum. Quod verò in ea, epiſt. ad Victorem ſcribit Polycrates, Ioannem Euangeliſtam Paſcha obſeruaſſe luna XIV. Tolerantiam fuiſſe cõſtat & indulgentiam, cùm in Aſia tùm multi ex circunciſione eſſent fideles: quod ipſum notauit etiam Beda lib. 3. hiſt. cap. 25. nam Apoſtoli ab initio tolerarunt mores Iudaicos, ne viderentur omninò legem reprobare, & habere eodem loco cæremonias legis, quo ritus Gentilium: Paulus etiam circumcidit aliquando Timotheum, & purificauit ſe in templo cum Iudæis, omnibus omnia factus, vt omnes lucrifaceret: & legalia, ante ſufficientem promulgationem Euãgelij, etſi mortua, non tamen mortifera erant; alioqui, & ipſius Ioannis teſtimonio, rata haberi videtur celebratio Paſchæ die dominico, vti rectè oſtendit Baronius Tom. 2. ad annum Chriſti 159. Nam cum in Apoc. 1. eius diei meminerit, tãquam celebris in Eccleſia, ac nominati, quænam quæſo potuit eſſe ratio diei Dominici in Eccleſia celebrandi, niſi quod eſſet reſurrectioni Dominicę conſecratus, nempè quod ea die Chriſtiani ſacramentum dominicæ reſurrectionis religioſis ſtudijs, votiſque replerent? ſapienter itaque non amplius eum morem celebrandi Paſchatis ferendum eſſe iudicauit Victor Romanus Pontifex.

Eccleſiaſticæ modeſtia in tẽperandis nominibus exprimentib. auctoritatem.

Quod D. Io. Euang. obſeruauerit Paſcha luna 14. id fuit tolerãtia, quadã, & indulg.

Dies dominicus in memoriã Reſurrectionis dominicæ celebratur.

Deinceps Mornæus vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopi, & Pontificis maximi titulum, qui Romano Põtifici tribuitur, impugnat. Baro. Tom. 2. ad an. Chriſti 142. Sixti primi Papę epiſtolã, in qua vniuerſalis Apoſtolicæ Eccl. Epiſcopus inſcribitur citans. *Miramur* (inquit) *quòd adeò offenderit nouantes, perinde ac ſi fuerit humanum inuentum, vt Petrus & qui ei in ſede ſuccedunt, & in Petro totius ouilis Dominici curam à domino ſuſceperunt, vniuerſalis Eccleſiæ inſcribantur Epiſcopi.* Ac Mornæus.

Cui nõ notũ (inquit) *has epiſtolas falſi manifeſtas, pridẽ ab oĩb. doctis exploſas, hãc præſertim adulterij notã inſignẽ.* Pag. 9.

NOs certè pro Epiſtolis illis, quæ primis Pontificib. aſcribuntur, an germanæ ſint, & non magis ſuppoſititiæ, non ita acriter dimicabimus quemadmodum olim Heroes illi pro Helena aduerſus Troiam dimicarunt, & Baronius loco citato pro defendẽdo titulo ſummi Pontificis non nititur auctoritate Epiſtolę Sixti: *Porrò eſt* (inquit) *vt ex Sixti epiſtola, quæ ab eũ ducitur in controuerſiã, id demonſtremus, ſed magis Tertulliani.* & ad annum Chriſti 102. ſcribit, ſe cum agitur de controuerſijs Eccleſiaſticis, cõſultò interdum abſtinere ab earundem Epiſtolarum citatione; quin & mirari ſe Eccleſiæ hoſtes omnẽ admouiſſe arietem, atque adeo laboraſſe, vt primas illas decretales epiſtolas Romanorum Pontificum fidẽ minuerent, atq; irritas prorſus redderent, perinde ac ſi his fundamẽtis tota Eccleſiæ ædificatio inniteretur; quibus conuulſis eſſet protinus collapſura. *Abſit vt Dei Eccleſia, columna, & firmamentũ veritatis tanta veritatis teſtandæ laboret inopia, vt ſi ex illis petitæ probationes deeſſent, cauſa caderet; cum tam in his, quæ ſpectant ad ſincera dogmata tuẽda; quàm in ijs, quæ pertinent ad rectam diſciplinam Eccleſiaſticam declarandam: refecta habeat locupletiſſima promptuaria probatiſſimæ veritatis, cuius nulla prorſus poſſit vnquam de impoſtura eſſe ſuſpicio.* Nec certè negamus multa eſſe, vnde hæ epiſtolæ primorum Pontificũ vſq; ad Siricium videri poſsint ſuppoſititiæ, & à viris doctis Catholicis non magni fiant; vt quod ſit ſtilus ferè idem omnium illarum Epiſtolarũ; & in illis ſæpe citetur verſio ſcripturæ S. Hieronymi; & in eiſdem inueniãtur fragmenta inſerta epiſtolarũ S. Leonis, S. Hieron. & aliorum. Nec præterea harum Epiſtolarum meminerunt Euſeb. Hieron. & alij veteres. Iam epiſtolæ quædam veterum Põtificum, Clementis, Cornelij, Stephani, Dionyſij, Iulij, & aliorum, aut ſaltem quædam earũ fragmenta inueniuntur apud Euſeb. vel Athanaſiũ quę nihil ſimilitudinis habent cum iſtis, & in noua impreſſione epiſtolarum Pontificũ; multi viri docti contendebant incipiendũ eſſe à Siricio, vnde incipiunt Creſconius, & alij. Non erat igitur, quòd adeò laboraret Mornæus in impugnãdis, vel exagitandis illis epiſtolis, quaſi his potiſsimum nitamur; cùm aliunde ad conſeruandum titulum vniuerſalis Eccleſię Epiſcopi, qui Pontifici Romano conuenit, & ad alia fidei noſtra dogmata cõprobanda nobis abundè teſtimonia ſuppeditentur.

Epiſt. primorũ Põt. vſq; ad Siricium an ſint genuina.

Defenditur Baron. contra impoſturã Mornæi.

Ædificatio Eccleſ. Decretalium Põtif. epiſt. non eſt innixa.

Aliquot rõnes, cur epiſtolæ Pontificũ, vſq; ad Siriciũ videri poſſint ſuppoſititia.

Verùm cùm huiuſmodi epiſtolæ Mornæo ſint falſi manifeſtò conuictæ, profert nihilominus Eleutherij Papę epiſtolam, vt oſtendat titulũ (*Vniuerſalis*) & alijs Epiſcopis conuenire.

Succurreret verò nobis regerenda Eleutherij Papæ ad Epiſcopos Galliæ, eiuſdem notæ epiſtola; Eccleſia vniuerſalis Chriſti, inquit, vobis eſt commiſſa: Quidni igitur Vniuerſales Epiſcopi etiam ipſi. Pag. 9.

Digitized by Google

BAronius ad annum Chriſti 887. *Qui impugnāt veteres decretales epiſtolas Romanorum Pontificum, huic ab Eleutherio conſcriptæ fauent, quòd ſcilicet in fine hęc habeat verba ad Epiſcopos Gallicanos: Huius rei gratia vniuerſalis vobis à Chriſto commiſſa eſt Eccleſia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis. Poſſemus equidem haud iniuria ſuſpicionem prætexere adulteratæ epiſtolæ, cum quæ in ea poſita ſunt de iudicijs, ſuperaddita, exſcriptaque videantur ex Conſtantini Imperatoris conſtitutione, & interpretatione ad eam appoſita, quæ in Codice Theodoſiano leguntur.* Reſpondemus vtique hoc ita intelligi, *vobis commiſſa eſt Eccleſia Vniuerſalis*: ſcilicet, cuique veſtrum ſua Eccleſia, illius vniuerſalis, ſeu Catholicæ pars, quam partem quiſque veſtrum ſuſcepit, & cuius eſt caput; in qua tanquam lucerna in candelabro poſita, iuxta parabolam Domini, omnibus, qui in vniuerſa domo ſunt luceat tãquam luminare in mũdo, ſicut ait Apoſtolus Philipp. 2. non quòd Epiſcopis Galliæ ſicut Pontifici Romano ſubeſſet Eccleſia vniuerſa, ſed quod de omnibus Eccleſijs ſolliciti eſſe deberent, & omnium Eccleſiarum cura & ſtudio teneri; quò pertinet illud Pauli Act. 20. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi; in quo Spiritus Sanctus poſuit vos Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*: illud enim (*in quo poſuit vos*) ſignificat portionem gregis, *quæ*, vt ait Cyprianus, *ſingulis Paſtoribus aſcripta eſt, quam regat vnuſquiſque, & gubernet, rationem ſui actus Domino redditurus*; & quod ait Petrus 1. P. 5. *Paſcite qui in vobis eſt gregem Chriſti*, id eſt vnuſquiſque portionem gregis vniuerſi ſibi aſsignatam, & commiſſam. Et quia locum citauit Tertulliani ex lib. de Pudicitia cap. 1. Baronius, quo proponitur edictũ Victoris Pontificis, & dicitur Pontifex Max. *Epiſcopus Epiſcoporumque* inſcriptio, an ſit Tertulliani, an pars edicti, parum refert: certũ interim eſt, iam tùm temporis Epiſcopum Romanũ Pontificem Maximum, & Epiſcopum Epiſcoporũ habitum fuiſſe; & non niſi ſecundùm veterem nomenclaturam ea poſita à Victore (vel ſi velimus verba eſſe Tertulliani) ſecundum vſitatam verborum conſuetudinem ab ipſo dicta, & inculcata. Quod ſi eo loci in Pontificem Romanum inuehitur Tertullianus, quaſi pudicitiæ aduerſariũ, vt qui mœchis, & fornicarijs petentibus veniam ſpopondiſſet, & hoc Victoris, aut Zepherini irrideat decretũ, quod ſuperbiæ Mornæus aſcribit, mirum profectò non eſt, ſi cùm iam à fide defeciſſet, & in hæreſim Montani lapſus fuiſſet, nõ ſecus ac noſtri temporis ſectarij, ſummorum Pontificum rideat decreta: Quo non obſtante illud inde certò colligimus, partes fuiſſe Romani Pontificis, hæreſes emergentes, rectam fidem, & diſciplinam Eccleſiaſticam corrũpentes, edictis cohibere, legeſq; pariter vniuerſæ Eccleſiæ præſcribere: rideat Tertul. decretũ, quin & titulum hũc Romani Pont. Verũ, ſi quod ſcripſit Hilar. Can. 5. in Math. conſequẽs error hominis detraxit ſcriptis probabilib. auctoritatẽ, quo loco, aut cuius erũt apud nos auctoritatis, quæ ille ſcripſit iam in hæreſim lapſus? huiuſmodi eſt locus, quẽ citat Mornæus ex eodem lib. de pudicitia c. 21. quo ligandi atq; ſoluendi poteſtatem perſonaliter Petro commiſſã, non in Pontifi. Romanũ deriuatam ſcribit,

Quomodo cõmiſſa dicatur Epiſcopis Eccleſia vniuerſalis.

Iam tẽpore Victoris Epiſcopus Roman. dicebatur Põti. Max. & Epiſcopus Epiſcoporũ.

Nã teſtes ſunt D. Hieron. lib. de ſcript. Eccleſ. & Niceph. lib. 4. c. 34. Tertul. prius in Mõtani dogmata lapſum ſpecialiter, librũ de pudicitia cõtra Eccleſiam ſcripſiſſe. Itaque non alij, quàm ab Eccleſia Chriſti Apoſtatæ, loca ex illo libro contra Pontificis auctoritatem citant.

Tertu. iam Mõtaniſta factus contra Eccleſiam ſpecialiter ſcripſit lib. de pudicitia.

Ex alijs aliquot Patrũ locis oſtendere ſtudet, & titulum vniuerſalis nõ ſecus alijs ac Romano Pontifici conuenire: ac primùm, Clemens in cõſtit. lib. 6. c. 14. *Scripſimus vobis hanc Catholicam doctrinam ad vos confirmandos, quibus vniuerſalis Epiſcopatus creditus eſt, & commiſſus.*

Epiſcopis, inquit, omnibus.

Quæ certe verba Clementis, nõ eo ſenſu accipienda ſunt, Epiſcopis eſſe creditum Epiſcopatũ vniuerſalẽ, quaſi vnuſquiſq; Epiſcopus ſit vniuerſalis, aut quaſi oẽs ſimul Epiſcopatũ teneant vniuerſalẽ, & præter talem Epiſcopatum omniũ cõmunem, & vniuerſalẽ, nullus ſit vniuerſalis, qui cęteris omnib. pręſit: ergo vniuerſalẽ Epiſcopatũ dicit eſſe cõmiſſum, ſcilicet per partes, id eſt ſuam cuiq; eorum partem Epiſcopatus vniuerſalis, pro qua ita laborare, & cui prędidere debet, vt ſuus in ea labor, & præſidentia ad oẽs mundi Eccleſias tanquã ad vnius corporis mẽbra pertineat, iuxta corporis Eccleſiæ myſtici analogiã ad corpus humanũ, cuius membra ad inuicẽ ſunt ſollicita, & ſi patitur vnũ membrũ, patitur & alterum, & ſi gloriatur vnũ membrũ, gloriantur & reliqua. Profert & Ignatiũ qui Philadelphiẽſem Epiſcopũ à Deo vocatum dicit, qui ſuſciperet τὴν διακονίαν τὴν εἰς τὸ κοινόν. Certe Epiſcopatus nõ conſtitutus eſt in priuatã vtilitatem; miniſteriũ eſt publicũ, & qui vni Eccleſię inſeruit, & ſi ſit pars dumtaxat ipſius vniuerſalis, multorũ tamẽ inuigilat ſaluti; vt quis igitur ſit vocatus εἰς τὴν διακονίαν τὴν εἰς τὸ κοινόν, nõ eſt neceſſe: ſit Epiſcopus vniuerſalis, hoc eſt, totius Eccleſiæ præfecturam ſibi habeat conceſſã. Et quis dubitet, Principes ipſos ſuſcipere διακονίαν εἰς τὸ κοινόν, qui tamen non toti orbi, ſed parti dũtaxat imperant. Quod citat ex Nazian. de Cypriano; *Neq; Carthaginẽſi tantũ Eccleſiæ, nec Africanæ præficitur, verùm etiã occiduis omnib. Regionibus ac propè etiã ipſi orienti, nec non Auſtrali, & ſeptẽtrionali oræ.* Addimus, quòd malitioſe omiſit Mornęus id, quod facit ad loci explicationẽ; *quocumq. ille admiratione ſua peruenit*: Ita igitur illud Nazianz. accipiendũ; quod qui Eccleſiã Carthaginenſiũ regendam, tanquã illius Epiſcopus ſuſcepit, eidem oẽs Eccleſiæ cõmiſſæ eſſe dicantur, vt ſcilicet ad oẽs mundi Eccleſias, cũ quib. Eccleſia Carthaginẽſis cohærebat, ſanctitatis illius fama, & ſãctę gubernationis exẽplum, & Catholicę fidei, ac doctrinę traditio, ad Dei gloriã, & totius corporis Eccleſiæ ædificationẽ pertineret: quilibet n. Epiſcopus in Eccleſia ſibi cõmiſſa ita laborare debet, Cypriani exẽplo, vt ad oẽs mũdi Eccleſias gloria ſãctæ gubernationis, & Catholicę prædicationis lumen ac fructus perueniat. Simile eſt, quod ex eodem Naz. citat Mornæus de Athanaſio *Alexãdrino populo, quod idẽ eſt ac ſi dixiſſet, toti orbi terrarũ præficitur*, quod certè explicant ſequẽtia verba. *Quocumque illius fama, & admiratio peruagata eſt.* Quia

Solus Pont. Epiſc. vniuerſalis.

Epiſc. ita laborat pro Eccleſia ſibi cõmiſſa, vt idẽ labor ad cæteras quoque Eccleſias pertineat.

Mornæus malitioſe omiſit aliquot verba Nazianz.

ſcilicet

Digitized by Google

ſcilicet ita præfuit Eccleſiæ Alexandrinæ vt vniuerſo orbi prodeſſet: fides enim, quam quiſque Epiſcopus prædicare, & tenere in Eccleſia ſua debet, vna eſt Catholica, id eſt vniuerſalis; & ad omnes mundi Eccleſias eiuſmodi prędicatio & defenſio pertinet.

Pag. 10. *Quod vtinam* (inquit Mornæus) *feciſſent Epiſcopi Romani, eũdem nos illis titulum non inuiti concederemus.*

VErùm cæteris Epiſcopis, qui vocati ſunt in partem ſollicitudinis, longè plus profecerũt Romani Epiſcopi, quibus commiſſa eſt ſollicitudo omnium Eccleſiarum, qui fidem Catholicã, contra omnes hæreſes, ſtrenuè defenderunt, & ſacros Canones pro regimine vniuerſalis Eccleſiæ, condiderunt.

Cur Eccle. Antiochenæ procuratio dicta ſit Epiſcopat. vniuerſæ Eccleſia.

Quod citat ex Conſtantino ſcribente ad Euſebium Antiochenum Epiſcopatum recuſantẽ; *Beatus es, quod totius orbis terrarũ teſtimonio dignus iudicatus ſis, qui vniuerſæ Eccleſiæ Epiſcopatu perfungaris:* retulit in ſui laudẽ Euſebius; vbi nominat Conſtantinus Antiochenæ Eccleſiæ curam, Epiſcopatũ vniuerſæ Eccleſiæ, quòd Metropolis eſſet totius orientis, & ſedes Patriarchalis; non verò quòd toti præeſſet Eccleſiæ, ſicut Romanus Epiſcopus. An verò quod ſcribit Cõſtan. Euſeb. totius orbis terrarum teſtimonio dignũ iudicatũ eſſe, ita intelligendum, quòd totiùs orbis Epiſcopi in eam electionem conſenſiſſent, aut conſpiraſſent? ita neque quod ſubiungit de vniuerſę Eccleſiæ epiſcopatu, ſine reſtrictione intelligendum, vt totius Eccleſiæ, quacumque diffunditur, eſſet ille Epiſcopatus.

Quomodo pars Epiſcopatus vniuerſalis in ſolidũ teneatur a ſingulis Epiſc.

Quòad Cypriani locum: *Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur.* lib. de vnit. Eccleſ. hic certe Epiſcopatus eſt Vniuerſalis, cuius ſingulæ partes, id eſt ſingulæ diœceſes ſingulis Epiſcopis in ſolidum commiſſæ ſunt: in ſolidum dixit, quia vt idem lib. 1. epiſt. 3. ad Cornelium ſcripſit: *ſingulis Paſtoribus pars gregis aſcripta eſt, quam regat vnuſquiſque, & gubernet, rationem ſui actus Domino redditurus.* Ipſe verò Epiſcopatus Vniuerſalis non ſic in ſolidum vnicuique commiſſus eſt, ſed ex parte; & quia cohærent ſibi inuicẽ partes iſtæ, facilè intelligitur, non poſſe alicui Epiſcopo cõmitti partem Epiſcopatus. *Vniuerſalis*, id eſt, Eccleſiæ Vniuerſalis: quin propter neceſſariam cohærentiam, & cõnexionẽ ſimul committatur quodãmodo ipſa Vniuerſalis Eccleſia, vt Pont. Rom. primò, & immediatè vniuerſalis ipſius Eccleſiæ præfectura, tanquã vnũ ouile vni Paſtori adminiſtranda, committatur, & inde ſollicitudo omnium Eccleſiarum, quæ ſint illius partes, eidem iniũcta intelligatur; reliquis verò Epiſcopis ſingulæ diœceſes primò, & immediatè cõmiſſæ ſunt, & inde quodammodo ob cohærentiam, & connexionem Vniuerſalis ipſa Eccleſia. Satis verò probatum eſt ex ſcripturis, ex auctoritate Patrum, & ſacrorum Conciliorum, Romanum Pontificem à reliquis Epiſcopis differre, eiſque longè præferendum eſſe. Et Baronius nihil aliud manifeſtius probat, quàm vnum iſtud, idque perpetua ſerie Eccleſiaſticorũ Annalium. Proſequitur Mornæus.

Ad ſummi Pontificis porrò titulum, præter Iudaicæ legis imitationem nihil profert (Baronius) cui ſummus Sacerdos præerat, aut ethnicæ ſuperſtitionis, cui Pontifex Maximus; & in hoc poſtremo præcipuam vim facit; qui iudiciaria poteſtate cæteris emineret, ſolus Pontifex Maximus dicebatur: hinc Feſtus; Quod Iudex habetur rerum diuinarum, humanarumque, & eò inducit, & reuocat bonus Cardinalis quidquid in Sacris Scripturis de Regali Chriſti Sacerdotio; Tã exili baſi, quantum Colloſſum ſuperſtruens? Pag. 10.

Mentitur Mornæus in Baron.

MEntitur ille ſplendidè, cùm ad ſummi Pontificatus titulum fingit Baronium nihil proferre aliud, quàm Iudaicæ legis, aut Ethnicæ ſuperſtitionis, imitationem. Pontificem Maximum illum eſſe dicimus, cui Dominus in Euangelio dixerit in perſona Petri Principis Apoſtolorum: *Tibi dabo claues Regni Cælorum & Paſce oues meas.* Ethnici ipſi, & Dæmones habẽt ſua templa, ſuos Sacerdotes, ſua ſacrificia, ſua, vt fingunt, miracula; ſuas veſtales, ſuos etiam Decios, ac Scæuolas, qui pro Reipublicæ ſuæ ſalute, ac Religionis tutela, non ſecus ac noſtri Martyres, extrema paſſi ſunt: An ideò iſta habent Chriſtiani ad imitationem ethnicæ ſuperſtitionis? An Virgines ſacras, aut Martyres Chriſtianorum ad ſuperſtitionem ethnicam pertinere dicet iſte? Diuus Auguſtinus lib. 2. de doct. Chriſt. cap. 18. *Neque enim & litteras diſcere non debuimus, quia earum repertorem dicunt eſſe Mercurium; aut quia Iuſtitiæ, virtutique templa dedicarunt, & quæ corde geſtanda ſunt, in lapidibus adorare maluerunt, propterea Iuſtitia, virtuſque fugienda eſt.* An igitur quia Pontifices Maximos habuit ethnica ſuperſtitio, Pontificem Maximum non habebit Eccleſia: aut certè, vt ethnicos iſte contendit, ad imitationem ethnicæ ſuperſtitionis habebit? Huc referendum, quòd de hæreticis ſcripſit idem D. Auguſt. lib. 3. de Baptiſmo contrà Donatiſt. cap. 15. *Non quicquid hæretici peruerſè fuerint imitati propterea faciendum à Catholicis non eſt, quia illi ſimiliter faciunt.* Non igitur ideo Pontifex ſummus apud Chriſtianos, quia fuit & apud Gentiles; ſed quia à Chriſto in Euangelio inſtitutus: alioqui & omnia Sacramenta Chriſtianæ Religionis refert ethnicus iſte ad ethnicam ſuperſtitionem: Nam, vt ſcribit Tertullian. libro de præſcript. cap. 40. *Diabolus ipſas quoque res ſacramentorum diuinorum in Idolorum myſterys æmulatur, tingit & ipſe quoſdam vtique credentes, & fideles ſuos. Expiationem delictorum de lauacro repromittit, & ſic adhuc initiat Mithræ, ſignat illic in frontibus milites ſuos, celebrat & panis oblationem, & imaginem Reſurrectionis inducit, & ſub gladio redimet*

Licet ethnici aliqua habeãt myſteriis noſtris ſimilia non ideo tamen nos ab ipſis ea accepimus.

Diabolus ſacramẽta diuina æmulatur.

Digitized by Google

mit coronam. Quid, quod & ſummum Pontificem in vnis nuptijs ſtatuis? habet & Virgines, habet & continentes? Cæterum ſi Numæ Pompilij ſuperſtitiones reuoluamus; ſi ſacerdotalia officia, inſignia, & priuilegia, ſi ſacrificalia miniſteria, & inſtrumenta, & vaſa ipſorum ſacrificiorum, ac piaculorum, & votorum curioſitates conſideremus, nonne manifeſtè Diabolus moroſitatem illam Iudaicæ legis imitatus eſt? Mornæo igitur tota Chriſtiana Religio, erit ethnica ſuperſtitio: & res ipſas Diuinas, & Chriſtianę Religionis myſteria Diabolus æmulatus eſt, vt Mornæo, & ſuis ſuppeditaret argumentum ad improbanda Eccleſiæ ſacramenta, & nunc ipſum Pontificatum è medio tollendum, qui, ex propria ſententia, non Baronij (vt fingit) ſummi Pontificis titulum referat ad ethnicam ſuperſtitionem.

Quale verò iſtud argumentum ſcribit Baronius apud Iudæos fuiſſe, & alios Pontifices, ac ſummos Sacerdotes, ſicut pariter apud Gentiles Romanæ ſuperſtitionis, cum plures eſſent Pontifices, ijdemque ſui cuiuſque ordinis ſummi, & auctoritate maximi, qui tamen iudiciaria poteſtate cæteris emineret, ſolus Pontifex Maximus dicebatur, ergo Baronius Regale Chriſti Sacerdotium, Pontificatum item maximum apud Chriſtianos ſuperſtruit huic baſi? Quantum ad Iudaicam legem, vmbram habebat illa lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum, & omnia in figura contingebant illis; quemadmodum igitur ſacerdotium illud Aaronicum figura erat Sacerdotij legis Euangelicæ; & ſacrificia illa, ſacrificij nouæ legis; & ſynagoga, Eccleſiæ: Ita non dubiũ, quin ſummus ille ſacerdos legis, figura extiterit ſummi Põtificis, qui ſacris, & Religioni pręeſt in Eccleſia, ſuprema auctoritate.

Lex Iudaica vmbrã habebat futurorũ non ipſam veritatem.

Pag. 10.

Qui meliori (ſcribit Mornæus) *iure à Rege ſacrificulo Pontificem ſuum deriuare debuit; de quo idem Feſtus, maximus videtur Rex, nempe ſacrificus: deinde Dialis; poſt hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto Pontifex Maximus.*

QVidquid ex Feſto adducat, certum eſt, inter dignitates ſacerdotij, apud Romanos ſupremam fuiſſe Pontificis Maximi. Ita Cornelius Tacit. lib. 3. hiſtor. tradit Pontificem Maximum reliquis præfuiſſe Pontificibus, & Flaminibus; quin & eum titulum, conſtituto Imperio, Imperatores, & Auguſti ſibi vſurpabant, quod ampliſſima in vrbe ea foret dignitas, Conſulatui, Imperatorique prælata. Tradunt etiam Pomponius Lætus, & Fenes ſtella de ſacerdotijs Romanorũ, exactis Regibus, Regem ſacrorum creatum fuiſſe, nec Vrbi deſiderium Regis eſſet, propter quędam ſacra publica, quæ Reges faciebant; ne cultui diuino, Regum exactione, derogatum videretur; ſacerdotium tamen iſtud Pontifici ſubieciſſe, ne nouæ libertati, additus nomini honos officeret Mornæus.

Pont. Max. reliquis ſacerdotibus præerat apud Rom.

Pag. 10.

Et quidem in dictione (Ordo) vnde & ordinum nomen in Eccleſia ab ethnicis mutuatum intelligimus.

ITa velit impurus iſte ethnicus noſtra omnia ethnicis ipſis accepta referre: quæ verò nomina ſunt, quibus in ſacris Chriſtianæ Religionis exprimendis vtimur, quibus & non vſi ſunt prius ethnici ipſi? an ideo ſacra noſtra ab ethnicis accepimus? & quidem vt rectè ſcribit D. Auguſtinus lib. 2. de doctrina Chriſt. cap. 40. *Philoſophi, qui vocantur, ſi quæ fortè vera, & fidei noſtræ accommoda dixerunt maxime Platonici, non ſolum formidanda non ſunt; ſed ab ijs etiam tanquam iniuſtis poſſeſſoribus, in vſum noſtrum vendicanda.* Scripſit & Baſilius librum elegantem de vtilitate capienda ex libris Gentilium: & plura Hieronymus epiſt. ad Magnum oratorem? An non Moyſes verſatus fuit in omni ſapientia Egiptiorum? An non Daniel, & ſocij eius linguam, & litteras Chaldeorum didicerunt? Quid igitur periculi, ſi nomine ordinum vtamur in Eccleſia, quo & vſi ſunt ethnici? An non & Paulus teſtimonia aliquando ſumpſit ex Gentibus? Quanquam ſcripturæ ſacræ ijs etiam nominibus vtuntur, quæ non ſunt ab ethnicis mutuata, *Presbyteri Diaconi Subdiaconi, Acoluti, Exorciſtæ, Lectoris Oſtiarij,* quæ nomina ſunt ſacrorum ordinum; & nuſquam apud ethnicos, & profanos Auctores leguntur. Quid igitur profanus ille nugatur, ordinis nomen nos ab ethnicis mutuatos?

Ordo apud ethnicus.

Abhorrendum nobis non eſt à rebus veris, ex fidei noſtræ conſonis, quas Philoſophi dixerunt.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum Secundum.

In progreſſu ita habet.

Pag. 10.

Anno circiter 250. Stephanus Vrbis Epiſcopus, in Eccleſias Hiſpaniæ, & Africæ, idem quod Victor vſurpare auſus.

VErùm vſurpare eſt eo iure vti, quod conceſſum eſt, & datum, & vſurpatum etiam pro vſu acquiſitum l. 40. D. *ex quibus cauſis maior.* ſic vſurpatum ius, id eſt, vſu retentum. L. 16. D. *Quemadmodum ſeruitut. amitt.* An nullo iure Stephanus vſurparit, hoc imprimis Mornæo probandum eſſet; ſiquidem nemini iniuriam facit, qui iure ſuo vtitur. & cùm manifeſtum ſit ex Epiſtol. 29. Innocentij primi ad Decentium Epiſcopum Eugubinum, in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam Inſulàſq; interiacentes, nullam inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus

Vſurpare quid.

Qui ſuo iure vtitur nemini facit iniuriã.

Pe-

Petrus, aut ejus ſucceſſores cõſtituerunt Sacerdotes: cùm præterea de eo conſtet ex Archiuis ipſarum Eccleſiarum, certè vel hoc titulo Stephanus Vrbis Epiſcopus Petri ſucceſſor in Eccleſias Hiſpaniæ meritò ius ſibi vendicabat.

Pag. 10.

In Hiſpania (inquit Mornæus) *Baſilides Epiſcopus Aſturiẽſis, & Martialis Melidenſis, ſæuiente perſecutione idolis ſacrificauerant, idcirco miniſterio exauctorati; Obrepunt iſti Stephano, cuius fauore reſtituendos ſe exiſtimant, nec ipſe occaſioni, deeſt, Eccleſijs Hiſpaniæ gnauiter reſcribens.*

ITa habet hiſtoria: Stephano Põtifice, Hiſpaniæ Epiſcopi in conuentu cõmunicato conſilio duos Epiſcopos, Martialem Emeritẽſem, & Baſilidem Aſturienſem loco mouerunt, lege de Libellaticis poſtulatos, atq; cõuictos. Libellatici erant, qui cũ Fidei Chriſtianæ renunciarent, libellũ ab Ethnicis accipiebant, ne ſacrificare cogerentur, & pro huiuſmodi diſpenſatione conſequenda pecuniã ſpondebant; ſicq; apud Cyprianum Epiſt. 52. ad Antonianum diſtinguũtur à Sacrificatis, qui impio ſe cultu cõtaminabant. De his Baronius ad ann. Chriſti 253. art. 23. vbi & alios fuiſſe ab his lõgè diuerſos Libellaticos docet, qui, ꝓmulgato in Chriſtianos Edicto, ne caperentur, vel iacturam aliquã in bonis paterẽtur, confeſtim ſuæ abnegationis libellũ Præſidi offerrebant. Felicẽ, & Sabinum in locũ Martialis, & Baſilidis ijdẽ Epiſcopi ſubſtituerunt. Baſilides Romam delatus quãuis Stephanum Pontificem Romanũ longè poſitum, & geſtæ rei, ac veritatis ignarũ fefellit, vt ambiret reponi ſe iniuſtè in Epiſcopatũ, ex quo, crimine ita exigente, fuerat iuſtè deiectus; eò tamen confugerat, vnde Iura ſacra prodire moris erat, & mutari aliorum Decreta perperam facta.

Libellatici qui eſſent.

Sacrificati quomodo à Libellaticis diſtinguantur.

Baſilides Pontificem fefellit.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem Secundam.

Pag. 11.

At non hic illæ cauſam ſuam deſerunt.

SIquidem Hiſpani Sacerdotes ea re offenſi Cyprianũ Carthaginenſem, Felice, & Sabino Epiſcopis ad eũ legatis, de tota re admonent. Ille cũ alijs Epiſcopis communicato conſilio negat, homines deſertæ Fidei reos debere ad priſtinos honores recipi; præſertim cùm iuxta Cornelij ſtatutũ Epiſcopi lapſi ad pœnitentiã quidem agendam admitti poſſent, ſed à Sacerdotali honore prohibeantur. Hic quærendum eſt, quã ob cauſſam Cyprianus, & alij Epiſcopi nolint, Romani Pontificis ſententiã in reſtitutione Baſilidis ſeruari. Si putarunt illũ nihil iuris habuiſſe in Eccleſias Hiſpaniarum; ſtãt vtiq; à Mornæi partibus. Verùm ſi dicant, obreptũ fuiſſe Epiſcopo Romano, vt verè dicunt, nec id verè videri ab eo mandatum eſſe, quod vt mandaret fraude inductus fuit; cauſſa cecidit Mornæus, noſq; vicimus. *Hoc* (inquit Cyprianus lib. 1. Epiſt. 4.) *eò pertinet, vt Baſilidis non tàm abolita ſint, quàm cumulata delicta; vt ad ſuperiora peccata eius etiam fallaciæ, & circumuentionis crimen acceſſerit. Neq; enim tàm culpandus eſt ille, cui negligenter obreptum eſt, quàm hic execrandus, qui fraudulenter obrepſit*. Inde verò poteſtas Romani Pontificis in Eccleſias Hiſpaniarum valde confirmatur. Cùm enim Cyprianus ob eam cauſſam dicit, Baſilidem in Epiſcopatum reſtitui non debere, quia fefellit Pontificẽ Romanum longè poſitum, & veritatis ignarum, eo ipſo fatetur, Pontificem Romanum iure potuiſſe Baſilidem, contra ſententiam Epiſcoporũ Hiſpaniæ, reſtituere, ſi iuſta fuiſſet Baſilidis poſtulatio. Cyprianus igitur in facti cognitione Pontificem Romanum dicit erraſſe, non verò iure ac poteſtate ita priuatũ eſſe, vt illum reſtituere nõ potuerit. In omni cognitione prima quæſtio illa eſt, vtrum iure cognoſcere potuerit is, à cuius ſententia velimus diſcedere; cum antè qui cauſſam cognouit, legitimus Iudex fuiſſe deprehenditur, ad alia remedia confugiendũ. Ita Cyprianus cùm nihil habuerit, quod obijceret contra poteſtatem Romani Pontificis, dicit, Baſilidẽ eum longè poſitum, & geſtæ rei, ac tacitę veritatis ignarum fefelliſſe, vt exambiret reponi ſe iniuſtè in Epiſcopatum, de quo fuerat iuſtè depoſitus, & Pontifici fraudulẽter obrepſiſſe. Obreptio autem, ſiue ſubreptio Iuriſconſultis eſt mendacium, quod in fraude tacendi committitur; atque ita impetrata Reſcripta ſiue Imperatorum, ſiue Pontificum irrita declarantur Cod. *Si contra ius* l. *Etſi*. *Ext. de Reſcriptis* cap. *Dilectus* 1. vbi eadem facti ratio proponitur, & reſpondet Pontifex, litteras per veri ſuppreſſionem obtentas viribus carere. Inde verò rectè colligit Baronius ad annum Chriſti 258. antiquiſſimum vſum Eccleſiæ fuiſſe, ex remotiſſimis Orbis partibus Epiſcopos, qui aliquid iniuſti à Collegis paſſos ſe eſſe prætexerent, prouocare ſolere ad Romanum Pontificem tanquam Eccleſiæ vniuerſalis Antiſtitem. Legi poteſt doctiſſimus Cardinal. Bellarminus lib. 2. de Romano Pontif. cap. 21.

Cur Cypr. & alij ſententiã Romani Pont. de reſtitutione Baſilidis nõ probarint.

Obreptio quid ſit.

Irrita ſunt Reſcripta ꝑ obreptione impetrata.

Verùm arguit Mornæus, quòd in Epiſt. illa Cypriani, & Epiſcoporum Africæ

Pag. 11.

Cornelius & Stephanus Epiſcopi Romani perpetuo dicantur collegæ,

Ergo eiuſdem omninò authoritatis; nam Titulo

ſolio exturbat, Religionem, præceptaque diuina, ſacramenta à Deo inſtituta, pro arbitrio, fingit, & refingit: An non hic Hier. prophetaſſe dixerimus.

EQuidem nos Sanctiſsimum Pontificem appellamus quod hic titulus tantæ dignitati conueniat, quod ſit Vicarius Chriſti Sancti Sanctorum: Verum quis Canon editus, aut quæ decretalis extat Pontificum, qua decreuerint, aut iuſſerint ſe ſanctiſsimos Patres appellari? quis Pontificum in reſcriptis, aut diplomatibus ita nomen ſuum præfixit, v.g. Paulus Quintus ſanctiſs. Pater? Qui Pontifices, Reges pro libidine, ſolio exturbarũt, aut qui Theologi, ſeu Canoniſtæ tantam Pontificibus auctoritatem concedũt, vt pro libidine, Reges ſolio exturbent? Quando Religionem, præcepta diuina, ſacramenta à Deo inſtituta, pro arbitrio, finxerunt, & refinxerunt? Quę enim alia præcepta diuina induxerunt Pontifices, præter decem præcepta iuris naturæ, aut ea, quæ in lege, & Euangelio continentur? Quæ alia ſacramenta, præter ea, quæ inſtituta à Chriſto, ab Apoſtolis initio edocta eſt Eccleſia, fingit, aut refingit Pontifex? Nullus vnquam nouum aliquod ſacramentum gratiæ diuinæ ſignum efficax in Eccleſia inſtituere ſe poſſe iudicauit, aut aliquot ex inſtitutis à Chriſto abrogauit; cũ alioquin pduelles iſti de Religione ipſa, & de ſacramentis, pro libidine, ſtatuãt, & ſentiãt, & pręcepta diuina, prout volunt, interpretẽtur. Pergit Mornæus.

Redarguũtur Mornæi mendacia, & impoſtura.

Nullus Pōtifex ſanciuit ſe ſanctiſs. Patrē appellari oportere.

Pag. 6.

Myſterium igitur illud iniquitatis, cuius Patres noſtri faſtigium viderunt, iam pridem operabatur, Pauli adeò ipſius tẽpore, iãtùm monſtrũ illud ſuperbiæ, cõcipiebat animo Sathã, &c.

MYſterium certè illud iniquitatis iam Pauli tempore Sathan operabatur in miniſtris ſuis, præcurſoribus Antichriſti, Simone Mago parente omniũ hæreticorum, Ebione, Cherinto, & alijs deinceps, qui non aliunde, quàm ex ambitione, & ſuperbia ab Eccleſia diſceſſerunt, & nouas hæreſes inuexerunt; & nunc, qui partis Lutheri, qui Sacramentarij, qui Caluini, infauſta propago, myſterium illud iniquitatis egregie operãtur, atque inter cæteros Mornæus in tantum ſuperbiæ elatus, vt ſuum iudicium Patribus, & oecumenicis Concilijs præferat, qui iugi ſacrificio atrocius cæteris Hugonotis bellum indixerit, adeo ſtupidus, & bardus, vt putet ſe Hierarchiam Eccleſiaſticam euertere, Chriſti Domini inſtituta conuellere poſſe. Monſtrum verò ſuperbiæ, vt qui plus cæteris ſapere ſe putet, cum rudimentorũ fidei Chriſtianæ alioqui ſit ignarus, & quicquid profert, aut ſcribit, non niſi à Patre mendacij, ſit edoctus. Priores hæretici miniſtri Sathanę perſonam Chriſti Domini, aut diuinitatem illius aut humanitatem, aut incarnationis myſterium impugnando ſunt aggreſsi, & myſterium iniquitatis operando, Sathanæ ipſi ſtrenuam operam nauarunt; nec deſtitit vnquam Sathan; per ſuos, myſterium iniquitatis operari: at moderni hæretici, ipſi Eccleſiæ Chriſti, & capiti illius viſibili bellum atrociſsimum indicendo, hierarchiam Eccleſiaſticam, ac regimen Eccleſiæ à Chriſto inſtitutum euertendo, iuge ſacrificium, Sacramẽta ipſa, & reliqua, quæ ad cultum diuinum pertinent, & in quibus conſiſtit Chriſtiana ipſa Religio, e medio tollendo, quid impietati reliquum fecerunt? vt certè iam myſterium iniquitatis cõpletum, & ſuis omnibus numeris abſolutum reddiderint, viamque Antichriſto, ſub diabolo capiti omnium, malorũ occupandis hominum mentibus facillimam parauerint.

In quib. Sathan operaretur myſterii iniquitatis iamtū tempore D. Pauli.

Pergit Mornæus, & aliqua loca ſcripturæ refert, ex quibus ſibi videtur ſubtiliter impugnare primatum ipſius Petri, vt quod Galat. 2. ſcribit Paulus ſibi creditum Euangelium preputij, ſicut Petro circumciſionis.

Locus Pauli

Vbi nulla prærogatiua Petri, nedum ſuperioritatis.

pag. 7.

QVod argumentum ſumpſit ex magiſtro Caluino lib. 4. Inſtitut. cap. 6. & 7. ad quod reſpondet, præter cæteros, fusè Stapletonus controuer. 2. lib. 6. c. 7. & 14. oſtendens qua ratione Apoſtoli omnes pares in Apoſtolatu, reſpectu tamen Epiſcopalis, ſeu Paſtoralis ordinariæ poteſtatis, Petro erant inferiores, idque ex ſententia Patrum oſtendit; & Petrus ipſe ſic caput erat omnium Chriſtianorum, vt etiam Apoſtolorum eſſet caput: neque ille locus epiſt. ad Galatas ita intelligitur, vt Petrus tantum Iudæorum eſſet Apoſtolus; cùm Act. 10. prædicauerit Cornelio & gentibus; tùmque primum intellexit, non modò Iudæos, ſed & gentes vocatas eſſe ad gratiam Euangelij; & Act. 15. *Vos ſcitis*, inquit, *quoniam ab antiquis diebus Deus elegit, per os meum, gentes audire verbum Euangelij, & credere*: ſimiliter Paulus ipſe non modo gentibus, ſed & Iudæis in ſynagogis prædicabat. Act. 15. de quo Dominus Act. 9. *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filijs Iſrael.* Verùm cum diſtributio Prouinciarum facta eſſet in Apoſtolos, cui genti, cuique ex Apoſtolis incumberet munus prædicandi Euangelium, altera diſtributio inter Petrum, & Paulum facta eſt, vt Petrus præcipuam operam in conuerſione Iudæorum poneret, nec tamen à gentilium conuerſione prohiberetur: Paulus e contrario gentilium conuerſioni potiſsimum incumberet, nec tamen à prædicando Iudæis omnino abſtineret. Satis etiam fusè reſpondet ad hoc argumentum Cardinalis Bellarminus lib. 1. de Romano Pont. cap. 16. Vt mirer qui non pudeat væſanos homines toties iſta repetere.

Quomodo Apoſtoli ſuerint Petro pares, et impares poteſtate.

At cum Presbyterum ſe nominat Petrus, *Presbyteros, qui inter vos ſunt, precor ego vna presbyter συμπρεσβύτερος paſcite Dei gregem, qui penes vos eſt, neque ſicut dominantes in clero, ſed ſicut forma facti gregis.*

Locus Petri.

Hoc certè ad Petri modeſtiam pertinet, non contra illius auctoritatem facit, alioqui Chriſtus Dominus, quia Apoſtolos, & diſcipulos fratres vocat, Mornæi iudicio non illorum caput eſt, & magiſter: quod conſiderauit Chryſoſt. Homil. 3. in

in Acta Apoſt. *Si Dominus*, inquit, *ſuos diſcipulos fratres appellauit, multò magis conuenit, vt Petrus ſuos condiſcipulos appellaret &c.* Subijcit Mornæus verba Chriſti.

Verba Chriſti 20. 23. 26.

Pag. 7.

Scitis quia Principes gentium κατακυριεύσειν αὐτῶν *dominantur ipſis; verùm non ita erit inter vos, in Eccleſiam in hæreditatem, in ſortem meam.*

QVis verò dubitat, aliud eſſe dominiũ, quod in gentibus Principes exercent, ſeu deſpoticum, ſeu politicum illud ſit: aliud verò, quod in Eccleſia Chriſtus conſtituit; vt alij alijs præſint, in vtilitatem animarum, & magis officio conſulendi, quàm libidine dominandi: hoc certè miniſterium eſt in ſalutem animarum inſtitutum, magis quàm dominium: & Pontifex non ſe dominũ Regem aut Cæſarem, ſed ſeruum ſeruorum Dei appellat, in ſe verbum Chriſti Domini adimplens. *Qui maior eſt inter vos ſit ſicut Miniſter veſter:* alioqui velint iſti in Eccleſia omnia confundere, & negare quod ſcribit Apoſtolus, Chriſtum alios Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios Epiſcopos, & doctores in Eccleſia conſtituiſſe, vt certè præeſſent, & ſuperiores eſſent cæteris, quod docent, & verba Petri, q̃ citat Mornæus; *paſcite qui in vobis eſt, gregẽ:* ſiquidẽ grex ſubeſt paſtori, & prælationem quamdam, ac dominium habet Paſtor in gregem: hoc docuit eleganter Gregorius Naziãzenus: Orat. 17 *Imperium enim nos quoquè gerimus; addo etiam praſtantius, ac perfectius, niſi verò æquum eſt: ſpiritum faſces carni ſubmittere & cæleſtia terrenis cedere*, quem tamen nihil verbis Chriſti aut Apoſtoli Petri contrariũ conſtat docere voluiſſe. Indè Baronium exagitat Mornæus, quod Tomo 1. ann. 34. art. 275. ann. 57. art. 59. ab vmbra Petri, quæ ægros ſanaret, argumentum ducat ad oſtendendum *Chriſtum ſtatim ab ipſa reſurrectione Sacerdotium, & Regnum*, (ita enim fingit Mornæus, cui familiare eſt ſemper de ſuo aliquid addere) *ad Papas tranſtuliſſe.* & iſte quidem impoſtor eſt egregius, neque eò loci Baronius ab vmbra Petri probat illius auctoritatem in Eccleſiam; ſed quòd, cùm per alios Apoſtolos etiam fierent ſigna, & prodigia, ſicut inter eos Petrus à Chriſto primatu in omnes eſt auctus, ita etiã præclariora quædam, & inſigniora ab eo miracula edi conceſſit, ſic enim Lucas Act. 5. *ita, vt in plateis eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis, & grabatis, vt veniẽte Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam illorũ, & liberarentur à languoribus ſuis.* Hinc ſolius Petri fuiſſe curare languentes vmbra corporis trãſeuntis, ſatis Euangeliſta declarat, nam ſi id cæterorum Apoſtolorũ vmbra præſtitiſſet; quid tanta compreſſio in exponendis infirmis, quos Petri tranſeuntis vmbra curaretur? nec id citra myſterium, geſtum rectè docet Baronius, typice expreſſum. *ſed quod cum eandem Deus virtutem vmbræ Petri, quàm corpori Petri indiderit, id typicè expreſſum eſſe videtur, tantam à Deo Principi Apoſtolorum gratiarum copiam eſſe collatam. vt eadem dona Petri perſonæ conceſſa, ſic in vmbram tranſtulerit vt eadem in ſucceſſoribus, qui referunt perſonam Petri, fœliciter propagari voluerit: nimirum, vt quamuis non omnes æquè ſancti, ac Petrus, ſed ex ipſis aliqui moribus futuri diſſimiles; tamen quia eiuſdem gererent perſonam Petri, eandem etiam retinuerint à Deo illi traditam poteſtatem, ſcirentque omnes reſpectu Petri in honore habendos eſſe, qui vmbram ſaltem Petri hac ex parte referrent.* Vbi certe non ex vmbra Petri auctoritatem oſtendit illius ſucceſſorum, verũ cum de inſtitutione Chriſti euidenter conſtet ex ſcriptura, id myſticè ſignificatum in vmbra Petri interpretatur, neque enim myſterio vacare putandum eſt, quod præ cæteris Apoſtolis etiam vmbræ ipſius Petri tantam gratiam, & vim faciendorum miraculorum Dominus conceſſit. Subiungit Mornæus.

Pontif. dominium lõgè differt à Principũ ſæculariũ dominio.

Pontif. ſeruum ſeruorum Dei ſe appellat.

Epheſ. 4.

Vt grex ſubeſt Paſtori, ſic gregi præeſt Paſtor.

Baro. impoſitũ à Mor.

Quæ ſit Baronij ſimilitudo tradicta ab vmbra Petri ad Pontif. Rom.

Act. 5.

Papatum non alia, ab hinc mille annis miracula, quàm vt Reges, quàm vt Regna perdant.

Pag. 7.

NEc tamen quos Reges, aut quæ Regna perdiderint, recenſere poteſt; & mirum certè eſt, iam per tot annos tantam viguiſſe Paparum potentiam, vt Reges, & Regna perderent, nec potuiſſe tamen coerceri, immò ſuccubuiſſe, ac ceſſiſſe tandem Imperatores Orientis, & Occidentis infeſtiſsimos aliquando ſedi Apoſtolicæ: Pontifices ipſos ſtrenuè ac fortiter ſuam dignitatem tutatos fuiſſe, Principum potentiſsimorum vires, & audaciam fregiſſe, contra Latratus tot hæreticorum inuictos perſtitiſſe: hæc certe omnia miraculi loco habemus, & omnipotẽti verbo Chriſti adſcribimus. *Tu es Petrus, & ſuper hãc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Demùm ex Hegeſippi ſententia apud Euſeb. lib. 3 cap. 26. & lib. 4. cap. 21. oſtendere contendit labẽ Eccleſiæ, ab exitu Apoſtolorum ex hac vita, cæpiſſe ab ambitione, vbi non aliam ambitionem quàm Paparum intelligit, vt inde ſuam hiſtoriam Papatus, in qua Miniſter iſte Sathanę myſterium iniquitatis quòd ſuis omnibus numeris abſolutum reddit, fœliciter auſpicatur Hæc itaque citat ex Hegeſippo.

Miraculoſum eſt. Eccleſiã Chriſti, contra tot, tãtoſq; aduerſarios, ſemper integram perſtitiſſe.

Ad tempora vſque Traiani, Eccleſia integra, & incorrupta permanſerat; at poſtquam ſacer Apoſtolorum chorus, varium vitæ exitum, & diuerſa mortis genera pertulerat, tùm certe falſa, & veteratoria impij erroris conſpiratio exordium cæpit; idq; illorum fraude, & aſtutia, qui doctrinam à veritate penitus alienam diſſeminare laborarent: quique, cùm nemini Apoſtolorum vita ſuppeteret, iam nudo capite, ſincero veritatis ſermoni, falſam & commentitiam doctrinam, ex aduerſo opponere, pro viribus niterentur.

Locus Hegeſippi.

Pag. 7.

ATqui Hegeſippus non notat ibi Romanos Põtifices, quos tum hæreſes ſeminaſſe nemo dixerit,

xerit, ſed varios hæreſeon auctores, qui, loco veritatis, mendacium conati ſunt obtrudere, vt ex eodem conſtat apud eundem Euſeb. lib. 4. cap. 22. vbi enim de Simeone Cleophæ filio, ſecundo Hieroſolymorum Epiſcopo creato verba fecit, ſubiungit: *Et quoniam Eccleſia nondum erat falſis perverſæ hæreticorum doctrinæ inanitate corrupta; idcirco virgo appellata fuit.* Varias deinde ſectas eorum recenſet, qui adulterina, & corrupta perverſæ doctrinæ contagione, contra Deum, & contra Christum eius inducta, concordiam, & vnitatem Eccleſiæ tanquam membratim diſcerpſerunt: An verò tùm hæreſes ex ambitione Pontificum exortæ fuerunt? An Pontifices Romani tunc temporis aliquas hæreſes induxerunt? quo auctore aliquem Pontificum Romanorum tum hæreticum fuiſſe probabit Mornæus? Omnes, ad Conſtantinum vſque, pro fide Christi martyrio coronati ſunt: niſi mentiri velit Mornæus, cum Artemone hæretico, & illius aſſeclis, de quibus Euſeb. lib. 5. cap. 27. & alij ſcriptores, qui dicebant ipſos Apoſtolos ea, quæ ipſi affirmarent, non modo à Domino accepiſſe, verum etiam alios eadem docuiſſe, & veram prædicationis rationem vſque ad Victoris tempora, qui decimus tertius, à Petro, Romæ Epiſcopus fuit, integrè ſeruatam illam quidẽ, ſed à Zepherino illius ſucceſſore penitus corruptam, & depravatam fuiſſe. quod ſi ita ſentiat Mornæus, docebit vtique, & cum eiſdem hæreticis, Christum ſeruatorem ſolum hominem fuiſſe.

Hegeſippus non notat Pontif. vt Mornæo videtur; ſed varios hæreſeon Auctores.

Artemonis error.

Quæ periodus (inquit) *incidit in annum Domini circiter centeſimum.*

Pag. 7.

LAbis autem huiuſcè progreſſum ex his, quæ hiſtoria ſuppeditat, deinceps perſequuturũ ſe pollicetur. Tota verò hiſtoria Papatus Mornæi conflata ex ſexaginta quinque progreſſibus, totidemque oppoſitionibus, ſiquidem illi conſilium eſt oſtendere,

Quibus gradibus ad id faſtigij Papat⁹ eniſus ſit, quãq; acriter omni tempore vbique à pijs contra interceſſum.

HAnc elegantẽ inſcriptionẽ ſumpſit ex impio Caluino, apud quẽ lib. 4. Chriſt. Inſtitutionis ſumma cap. 7. *Hæc eſt de exordio & incrementis Romani Papatus, donec ſe in hanc altitudinem extulit.* Etſi verò nec docere me indocilem poſſe, nec impium Religione comprimere, nec furentem lenitate cohibere (vt verbis Cypriani ad Demetrianum vtar) facilè intelligam, & labor irritus, nullius effectus offerre lucem cæco, ſermonem ſurdo, ſapientiam Bruto, cum nec ſentire Brutus poſſit, nec cæcus lucem admittere, nec ſurdus audire; & ineptum videatur cũ iſto congredi, quando faciliùs ſit, & leuiùs turbulenti maris concitos fluctus clamoribus retundere, quàm illius rabiem tractatibus coercere; ne tamen diffidentiæ eſſe incipiat quòd tacemus, & dum criminationes falſas contemnimus refutare, videamur crimen agnoſcere, & calumnias perfidorum hominum in Pontifices, aut probare, aut certè nos eas refellere non poſſe, videamur vtcumque fateri; idcirco iſtius imperitiam ſilentio ſpernendam non exiſtimaui. Mihi itaque conſilium eſt, qua fieri poterit diligentia, & quantum vires Deus ſuppeditarit, *myſterium iniquitatis Mornæi* percurrere, ineptias, & inſanias rabidi hominis examinare, & refellere, totidemque Antidota Orthodoxæ fidei, confictis progreſſibus, & oppoſitionibus virulentis hæretici iſtius opponere.

Intentio & totius operis finis.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum Primum.

AVſpicatur Mornæus ſuum *Myſterium iniquitatis*, ſeu vt interpretatur, *hiſtoriam Papatus* ab anno 195. longè diuerſa ab alijs methodo, qui hiſtoriam Põtificum nobis ſcripto tradiderunt. Siquidem illi, aut à Chriſto Domino Sãcto Sanctorum, Sacerdote in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech, Pontificatus auctore; aut certè à Sancto Petro, cui Dominus ipſe, poſt reſurrectionem ſuam, paſcendas oues ſuas commẽdauit, hiſtoriam Pontificum exorſi ſunt: verum cõſilium fuit Mornæo, non tàm Pontificum vitas deſcribere, quàm in eoſdem calumnias ſtruere, & ſacroſanctam dignitatem, non ab hominibus, neque per homines, ſed diuinitus inſtitutam, etiam Angelis ipſis venerandam, odioſam reddere: nec enim antiquitùs tam exoſum fuit nomen Regis ipſis Romanis, quàm perduellibus iſtis inuiſum eſt nomen Pontificis, à quo condemnatas omnes hæreſes, & fratres ſemper in fide cõfirmatos probè norunt; cui ſciunt, ſe non poſſe imponere, nec ſuam perfidiam ad eum acceſſum habituram intelligunt. Videamus igitur, quid in primo progreſſu habeat, quem ſic exorditur.

Quàm diuerſa à cæteris Hiſtoricis methodo, Morn. conſcripſerit hiſtoriã Rom. Pont.

Diuerſum etiam Mornæi Conſilium, ſed tamẽ impiũ.

Anno igitur 195. de Paſchate controuerſum. Num decima quarta luna iudaico more, an dominica ſequente celebrandum, &c.

Pag. 7.

HVius controuerſiæ meminit Euſeb. lib. 5. hiſtor. Eccleſ. cap. 22. *Concilia,* inquit, *& Conuentus Epiſcoporum in vnum cogebantur, & omnes vna ſententia, decretum Eccleſiaſticum, nempe vt non alio die aliquando, quàm dominico myſterium Domini reſurrectionis à mortuis celebraretur: & vt in hoc ſolo ieiuniorum, quæ circa Paſcha fieri ſolẽt, finem faceremus, per literas ad omnes Eccleſias ſcriptas ratum faciebant. Aſiaticæ verò Eccleſiæ cenſebant, decima quarta die lunæ, in quamcumque diem hebdomadæ incidiſſet, feſtum Paſchatis eſſe celebrandum,*

Controuerſia de Paſchatis celebratione.

Digitized by Google

eamque dicebant eſſe traditionem antiquam à Ioanne *ipſo, qui Aſiæ Eccleſias rexerat, & Epheſi morte con-*

Mornæ⁹ ex ſui ipſius dictis conuincitur mendacij.

ſopitus occubuerat, acceptã: meminit Nicephorus lib. 4. c. 36. & ſequentibus. Iam hic ſe mendacem fatetur Mornæus: ſcribit enim plures Eccleſias Dominicam prætuliſſe, quomodo ergo ſcribebat, vbique à pijs omni tempore interceſſum? Sed mendacem oportet eſſe memorem. Hanc controuerſiam vult fuiſſe,

Pag. 8.

Diſcrimen omnino ſine crimine, quandoquidem non de fide; non proinde eius generis, quod Eccleſiæ vnionem & concordiam turbare debuiſſet.

R*Em nihili* vocat Caluinus lib. 4. Chriſt. inſtit. c. 7. §. 7. Inter laqueos conſcientię, & commentitios cultus falſi meriti referunt Magde-

Controuerſia de tẽpore celebrandi Paſchæ nõ eſt diſcrimẽ ſine crimine.

burgenſes; cum tamẽ Euſebius loco citato teſtetur, eam eſſe Apoſtolicam traditionem, ſeruatam à cęteris Eccleſijs per vniuerſum Orbẽ terrarum diſperſis: & extat apud Clementem Conſtitutio hæc Apoſtolica lib. 5. c. 16. Nec verò, *diſcrimen fuiſſe ſine crimine*, iudicarunt Epiſcopi, quorum ſuper ea quæſtione per Prouincias multa conuocata ſunt Concilia; neque poſtea Patres Nicænæ ſynodi, quos ſcribit Ruffinus lib. 1. Hiſt. c. 6. de obſeruatione Paſchę antiquũ Canonem, per quem nulla de reliquo varietas oriretur, Eccleſijs tradidiſſe, qui ſcribentes ad Alexandrinos, & Aegyptios, vt referunt Theodor. lib. 1. c. 9. Tripart. lib. 2. c. 12. *Euangelizamus* (inquiunt) *vobis & de conſonãtia ſanctiſſimi Paſchę, quia veſtris orationibus eſt correctum etiam hoc opus, ita vt omnes Orientales fratres qui cum Iudæis primitus celebrabant, conſonè cum Romanis, & vobiſcum, & cum omnibus ab initio Paſcha cuſtodientibus ex hoc tẽpore debeant cuſtodire.* Recitat Turrianus lib. 5. pro Epiſt. Pontificum c. 17. Decretum ipſum de Paſcha, decerptum ex Actis ſynodi Nicænæ à Ioãne cognomẽto σχολαστικοῦ Patriarcha Conſtantinopolitano, qui, Imperatore Iuſtiniano, Decreta Synodorum collegit, & in vnũ volumen contulit ex vetuſtiſsimo Codice, qui eſt in Bibliotheca Vaticana. Quod ſi *res nihili, & diſcrimen ſine crimine*, quid opus erat 318. Patrũ Synodũ haberi Nicænam, non modo ob condemnandam Arij hæreſim, verùm etiã ob controuerſiam de Paſchate, quãdo celebrandum eſſet? Non exiſtimauit *diſcrimen eſſe ſine crimine*, aut *rem nihili*, Cõſtantinus ille Magnus religioſiſsimus Imperator, vt ſacratiſsimũ Paſchatis feſtum vno eodemque die à Chriſtianis celebraretur, prout author eſt Gelaſius Cyzicenus in Commentario Actorũ Concilij Nicæni parte altera, & Euſeb. lib. 3. de vita Conſtantini c. 17. vbi ſcribẽs ad Eccleſias de habita Nicęna Synodo, *Cũ de ſanctiſſimo feſto Paſchatis* (inquit) *diſceptaretur, communi omnium ſentẽtia videbatur rectum eſſe, vt omnes vbique vno eodemque die illud celebrarent. Quid enim pręſtantius, quiduè auguſtius eſſe poterat, quàm vt hoc feſtum, per quod ſpem immortalitatis nobis oſtentatam habemus, vno modo & ratione apud omnes integrè ſincerèque obſeruaretur? Ac primùm omnium indignum planè videbatur, vt ritum, & conſuetudinem imitantes Iudæorum illud feſtum ſanctiſſimum ageremus. In noſtra enim ſitum eſt poteſtate, vt, eorum more reiecto, veriore, ac magis ſincero inſtituto huius feſti celebrationem ad poſterorum ſæculorum memoriam propagemus. Nihil igitur ſit nobis commune cum Iudæorum turba omnium odioſa maximè; aliam enim viam, qua inſiſtamus, à Seruatore didicimus.* Paulò poſt: *Eſt enim reuera abſurdiſſimum, vt illi inſolenter ſe iactent, nos abſque ipſorum diſciplinæ ſubſidio illas res nullo modo poſſe obſeruare.* Exiſtimauit igitur, eſſe præter dignitatem Religionis Chriſtianæ, Paſcha more Iudaico 14. Luna celebrare. Non exiſtimauit *diſcrimen* eſſe *ſine crimine* D. quòque Auguſt. Epiſt. 119. ad Ianuarium cap. 15. qui *In magno vtique* (ait) *ſicut iam intelligis ſacramento, & in Scripturis quidem veteribus ad agendum Paſcha non eſt præceptum tempus, niſi ex menſe nouorum à Luna quartadecima vſque ad vigeſimamprimam. Ex Euangelio tamen, quia iam manifeſtũ eſt, quo etiam die Dominus crucifixus ſit, & in ſepultura fuerit, & reſurrexerit, adiuncta eſt etiam ipſorum dierum obſeruatio per Patrum Concilia, & Orbi vniuerſo Chriſtiano perſuaſum eſt, eo modo Paſcha celebrari oportere.* Id quidẽ Aduerſario concedimus, non iure quodam diuino naturali, aut poſitiuo ſtatutũ eſſe, vt Paſcha celebretur Dominico die;

Dominicus dies ex Apoſtolica & Eccleſiaſtica Cõſtitutione celebrationi Paſchatis deſtinatus.

ſed Apoſtolicam eſſe Conſtitutionẽ, & Eccleſiaſticum Decretum. Si itaque Eccleſia nõ ſtatuiſſet, Dominico die celebrandum, aut non prohibuiſſet, illud cum Iudæis celebrari quartadecima Luna; nullum certè *diſcrimen* fuiſſet: at vbi ita conſtituerunt Apoſtoli, & eam Conſtitutionem renouarunt ſummi Eccleſiæ Præſules, & ita ſacra Cõcilia ſtatuerunt; iam non illud eſt *ſine crimine*, hoc vel illo die velle ſanctiſſimum Paſcha celebrari. Id vel ex Ariſt. colligere licet 5. Eth. c. 7. qui legitimũ ius illud definit, *quod à principio quidem nihil refert, ſic, an aliter habeat: cùm verò poſitum fuerit, refert.*

Legitimum ius quid ſit.

Et hanc quidem conformitatẽ celebrandi Paſchatis tanti poſtea fecere, vt olim, referẽte Caſsiano in Collationum libro, in Oriẽte præſertim maiorum Eccleſiæ Præſulũ munus hoc eſſet, vt miſſis quaquauerſum Epiſtolis inferiores Epiſcopos, quo die Paſcha celebrandum eſſet, certiores facerent. Id quod colligi etiã poteſt ex Gregorio Naziãzeno Epiſt. 53. & 54. ad Helladiũ, & ex Syneſio Epiſt. 13. ad Petrũ Presbyterum. Nec certè *res erat nihili*, aut *diſcrimẽ ſine crimine*, in tam celebri feſtiuitate diſcordare Chriſtianos, quæ à Greg. Nazian. Orat. 42. quæ eſt in Sãctũ Paſcha, *Feſtiuitas feſtiuitatum, & celebritatum*

Paſcha, Feſtiuitas feſtiuitatũ, & celebritatũ Celebritas.

Celebritas dicitur, *tanto cæteris omnibus non ſolum humanis, & humo defixis, ſed his etiã, quæ ipſius Chriſti ſunt, ac propter ipſum celebrantur, ſuperior, quantò Sol ſtellas antecellit.* Leo Papa Sermone 10. de Quadrageſima: *Inter omnes* (*Dilectiſſimi*) *dies, quos multis modis honorabiles habet Chriſtiana deuotio, nullus eſt excellẽtior feſtiuitate Paſchali, per quam in Eccleſia Dei vniuerſarum ſolemnitatũ dignitas conſecratur:* qui & ſcribens ad Epiſcopos Galliarum, & Hiſpaniarum, intimat illis, quo die ſit celebrãda, *vt diuinæ pacis conſortio* (inquit) *ſicut vna fide iungimur, ita vna ſolemnitate feriemur.* Quid, quod Deus ipſe, quod tempus celebrandi Paſchatis

pro-

Digitized by Google

Dies celebrationis Paſcha miraculo approbatur.

probaretur, aliquando miraculo oſtēdit, & author eſt Sigebertus in Chronico ad annū Domini 417. & ad eundem annum Baronius Tomo 5. Idem Sigebertus ad annum 573. ſcribit, quod Hiſpanis, & Francis de tempore celebrandi Paſchatis diſſentiētibus, Hiſpanis XII. Kalend. Aprilis, Francis XIV. Kalend. Maij Paſcha celebrantibus, Francos rectè celebraſſe, per hoc diuinitùs claruit, quòd fontes in Hiſpania, qui in Sabbato Sancto Paſchæ ad baptizandum ſponte diuinitùs repleri ſolent, nō in Hiſpanorum, ſed in Francorum Paſchate repleti ſunt. Non igitur *diſcrimen ſine crimine*, controuerſia de tempore celebrandi Paſchatis.

Canones non ſolum de fide editi, ſed etiā de diſciplina Eccleſiaſt.

At non eſt diſcrimen de fide. An verò Sancti Apoſtoli Domini, Sancti Patres, & ſacra Concilia tantùm de fide Canones ediderunt, & non etiam circa diſciplinam Eccleſiaſticā de his omnibus, quæ ab Eccleſia eſſent obſeruanda? Præterea, etſi tùm de fide rectè ſentirent Aſiæ Epiſcopi Luna XIV. feſtum Paſchæ celebrantes; hac tamen occaſione nōnulli Iudaiſmum introducebant, eaque perſuaſio iam aliquos inuaſerat, Paſcha non aliter celebrandū eſſe, niſi iuxta inſtitutū Legis Luna XIV. & Blaſtus hæreticus tum id Romæ docebat. *Quis autē neſciat* (ait Tertull. lib. de præſcript. cap. 53.) *quoniam Euangelica gratia euacuatur, ſi* (Blaſtus) *ad legem Chriſtum redigit?* Et hęc quidem hæreſis erat

Cur Victor Quartadecimanorū ſententiam reiecerit.

eius generis, quæ Eccleſiæ pacem, & concordiā turbaret. Vndè meritò ei occurrit Victor Pontifex, præcipiens, ab omnibus Chriſtianis obſeruari Conſtitutionem Apoſtolicam, & renouās Decretū prædeceſſoris ſui de Paſchate ab omnibus die Dominico proximè inſequente Lunam XIV. primi menſis celebrando (ſiquidē Chriſtus Dominus die Dominica poſt Paſcha Iudæorum reſurrexit) non autem cum Iudæis ipſis eſſe celebrandum: & qui poſtea celebrauerunt cū Iudæis *Quartadecimani* dicti, habiti ſunt hęretici. Quod ſi controuerſia hęc de Paſchate, an Luna XIV. Iudaico more, an verò die Dominico celebrandum eſſet, *diſcrimen* eſſet *ſine crimine*, vt vult Mornæus; iudaizabit ergo liberè cum ſuis; (vt qui ſacramenta Chriſtiana reprobant) & ad anteriora illa, ac vetuſta

Morna⁹ iudaizandi facultatē prabere videtur.

facilè labentur; agnum cum azimis, & reliqua omni cæremonia, more Iudaico Paſcha celebrantes; comedent; Legem cùm Euāgelio miſcebunt; aut certè debitores ſe cōſtituent vniuerſæ Legis faciendæ; non ad Eccleſias die Dominico, prout Apoſtoli conſtituerunt, & maiores noſtri nobis tradiderūt, ſed ad Synagogas more Iudaico Paſcha celebraturi abibunt; nō diem Dominicum cū Chriſtianis; ſed Sabbatum cum Iudæis, aut certe quemuis alium pro arbitrio toto anno feſtiuum agent. Quouſque claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus; ſequimini eum: &, vt idem ego ipſe cum Chryſoſt. Orat. 2. aduerſus Iudæos loquar, *ſi Iudaiſmum putatis verum eſſe; qua gratia obſtrepitis Eccleſię? Quod ſi Chriſtianiſmus verus eſt, ſicut re vera eſt, in eo manete, & illum ſequimini.* An *diſcrimen ſine crimine, & res nihili*, Iudæum ſe, aut Chriſtianum ꝓfiteri? Qui Paſcha Iudaico more Luna XIV. celebrat, ſe Iudæum factis, etſi non verbis, qui die Dominico more Chriſtiano, Chriſtianum ſe eſſe profitetur. Audi Mornæe, quid ſanctus Martyr Ignatius Epiſt. 8. ad Philippenſes ſcribat: *Si quis cum Iudæis celebrat Paſcha, aut ſymbola feſtiuitatis eorum recipit, particeps eſt eorum, qui Dominum occiderunt, & Apoſtolos eius.*

Qui Luna 14 Paſcha celebrat, ſe Iudæū ſaltem factis profitetur.

Non prætereundum id, à Mornæo diligenter obſeruatum, quod ſcribit Euſebius:

Victor, qui tunc Romæ Eccleſiæ præerat τῆς ῥωμαίων προστὰς, *non inquam Eccleſiæ vniuerſali.* Pag. 2.

VAlidum certè argumētum. Ergo Romanus Imperator Vrbi dumtaxat imperabat, & non præerat alijs Prouincijs: Annon hoc eſt, quod aſſerimus, Romanū Pontificem habuiſſe in reliquas Eccleſias, ac Epiſcopos iuriſdictionem; & quemadmodum Roma caput erat Imperij, ita Romanam Eccleſiam caput omniū Eccleſiarum? Petit iſte principium, & ſibi concedi poſtulat, quod illi probandum eſt. Pontifex Romanus ſucceſſor eſt Petri, qui Romæ ſedem fixit, & Romanus Epiſcopus fuit, cui prę-

Mornæus petit principium.

fectura Eccleſiæ vniuerſalis à Domino fuerat conceſſa: & rectè obſeruat Cardinal. Bellarminus lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 12. Romanum Epiſcopatum, & Eccleſiæ vniuerſæ præfecturam non eſſe duos Epiſcopatus; neque enim Petrus, Pontifex totius Eccleſiæ à Chriſto inſtitutus, adiunxit ſibi Epiſcopatum Vrbis Romæ, quomodo Epiſcopus alicuius loci ſibi adiungit Abbatiam aliquam; ſed Romanæ Vrbis Epiſcopatum euexit ad ſummū Orbis terrę Pontificatum, vt qui eligitur Romanus Epiſcopus, eo ipſo ſit totius Eccleſię ſummus Pontifex; non igitur quia τῆς ῥωμαίων προστὰς βίκτωρ, ideo toti Eccleſiæ negatur præfuiſſe.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem Primam.

Locus Euſebij ab aduerſario ſperam productus.
Pag. 8.

PRimo progreſſui ſubijcit oppoſitionem Mornæus, ac primum ex Euſebio:

Iſta cæteris omnibus parum placebāt Epiſcopis; ἀλλ᾽ οὐ πᾶσί γε τοῖς Επισκόποις ταῦτ᾽ ἠρέσκετο *proteruia nempe* (ſic interpretatur Mornæus) *hæc Victoris in Aſiaticas Eccleſias:*

CVm minimè ea voce vtatur aut Euſebius aut apud eūdem Irenæus. An verò in tot Epiſcopis, adeoque in tot Epiſcoporum Concilijs; quæ tùm vbiq; congregata fuerunt, vt refert Euſebius lib. 5. cap. 22. vllus Epiſcopus, aut etiam vlla Synodus Epiſcoporum reperta, quæ Victoris decretum contemni, aut irritum fieri, quiuè ipſum Victorem niſi fratrum, & Epiſcoporum Concilijs acquieſceret Eccleſiaſtica communione interdiceret? nihil profectò tale vnquā tentarunt. Cæteri omnes Epiſcopi, Auctore Euſebio lib. 5. cap. 24. Victorem magnoperè adhortabantur, vt pacis, cōcordiæ, & charitatis erga proximos diligentem curam haberet; inter cæteros Irenæus, etſi per literas ſcriptas ex perſona fratrū in Gallia, quibus præerat, tradit myſterium reſurrectionis Domini ſolo die Dominico recolendū quidem eſſe, Victorem tamē de hoc, videlicet ne tam multas Eccleſias omnino, propter traditionis ex antiqua conſuetudine inter illas vſurpatæ obſeruationē, à corpore vniuerſæ penitus Eccleſiæ amputaret, admonebat. Adhortabātur igitur cæteri Epiſcopi, & admonebant Romanū Epiſcopum, ne à corpore Eccleſiæ Aſiaticos maiorū traditionē, vt illis videbatur, ſectātes præſcinderet: verùm de ſententia in eum ferenda, vt quē ſuperiorem agnoſcerent, nè vnquam cogitarunt quidem: nec verò Epiſcopi illi, aut inter cæteros Irenæus, opponunt ſe Victoris auctoritati, aut Pontificē Romanum non potuiſſe à corpore Eccleſiæ Aſiaticos amputare contendunt: non expedire quidē aſſerebant: at multa licent, quæ non expediunt. Vndè manifeſtè conſtat de mēdacio Caluini, cùm lib. 4. inſtit. cap. 7. § 7. ita ſcribit: *Sequuntur admonitiones, vel cenſuras, quibus; vt olim vſi ſunt Romani Epiſcopi erga alios, ſic eas viciſſim pertulerint. Irenæus Victorem grauiter corripuit, quòd temerè, ob rem nihili, pernicioſo diſſidio turbaret Eccleſiam: paruit* (inquit ille) *non reclamauit. Ea libertas tunc vſitata fuit ſanctis Epiſcopis, vt fraternè vterentur in Romanum Pontificem admonendo, & caſtigando, quādo peccaſſet.* Ita Caluinus, cui reſpondet optimè Bellarminus lib. 2. de Rom. Pontifice cap. 19. Irenæum quidem, & alios reprehendiſſe Victorem, quòd tot Eccleſias leui de cauſa, vt ipſis videbatur, à corporis Eccleſiaſtici vnitate præſcidiſſet, vt apud Euſeb. legimus, verùm, quòd ſententiam ſuam mutauerit, nuſquam legimus: at etiamſi ſententiam mutaſſet Victor, quid inde haberet Caluinus? eadē enim auctoritate, qua potuit Aſiaticos ligare, poterat abſoluere. Et quidem eo ipſo quod affert Euſebius, eam ſententiā multis Epiſcopis diſplicuiſſe, inde magis argumētamur contra aduerſarios, vt reſpondet Bellarminus; quò enim plures erāt, quibus diſplicebat Victoris ſententia, eò facilius poterant eam contemnere, ac Victorem potius excommunicare, ſi eū putaſſent eſſe de numero Epiſcoporū; & non potius caput, & iudicem omnium. At nulli fuerunt, qui eā ſententiam irritam eſſe docuerint, aut Victorē contemnendum, aut excommunicandum eſſe cenſuerint, vel monuerint, ne excederet ſuos limites, aut ne iudicaret nō ſibi ſubditos. Quid verò cauſæ erat, cur apud Victorē intercederet Irenæus, ne Aſiaticos à corpore Eccleſiæ præſcinderet, ſi Pontifici Romano nulla in reliquos Epiſcopos, & Eccleſias auctoritas? ſiquidē fruſtra apud aliquem intercediter, ne illos excōmunicet, in quos nullum tale ius exercere poſſit. *Extra territorium ius dicenti* (ait Paulus iuriſconſultus) *impunè non paretur.* Idem eſt, ſi ſupra iuriſdictionem ſuā velit ius dicere. Et qui cauſſam præſcindendi à corpore Eccleſiæ Aſiaticos non ſatis grauem eſſe iudicauit Irenæus, is vtiq; fatetur, vbi cauſa grauis occurrit, poſſe Pontificem Romanum quemlibet Epiſcopum à communione remouere.

Detegitur Caluini mendacium.

Quāuis Victoris ſnia de Paſchate multis Epiſcopis diſpliceret, nullus tamē eorū auſus eſt ipſū excommunicare, vel tale quid in ipſum cōmittere.

De cōſtitu. in 6. ca. Vt animarū.

Hanc itaq; ſuam oppoſitionē producens Mornæus, argumenta nobis ad noſtra confirmanda ſuppeditat, & ſuo ſe gladio (quod aiūt) iugulat: at tùm refert ex Irenæi epiſt. ad Victorē apud Euſeb. lib. 3. c. 24. Polycarpum, Aniceto Epiſcopatū adminiſtrāte, Romam veniſſe; illud obſeruandū, cū Sandero lib. 7. de viſibili Monarchia anno Domini 138. cū Pij decretum, de Paſchate die dominico ab omnib. Chriſtianis celebrando ad Polycarpi notitiam perueniſſet, officij ſui exiſtimauit, aut ei obedire, aut Pontifici Romano ſatisfacere: ob eamque cauſam, quāuis totius Aſiæ Princeps, ſeu Primas eſſet, Romā tñ venit, vt teſtatur D. Hier. lib. de ſcriptorib. Eccleſiaſticis. Ex quib. perſpicere licet, quantum honorē primi illi Epiſcopi Aſiæ, Romano Pontifici detulerunt, utpotè cuius eſſet cōfirmare fratres ſuos, & cuius uocem omnes Chriſti oues audire deberent, ſatis intellexerunt: Hic exclamat Mornæus

Polycarpus Romā ad Victore venit.

Pag. 9.

Hic interim Bellarminus; Probè, & prudēter Victor, vt Iudaiſmo occurreret.

EXpendamus verò, quæ rectè Bellarminus. *Eſt obſeruandū,* inquit, *quod licet Irenæus, & alij tunc putauerunt imprudenter egiſſe Victorem tamen reuera prudentiſſimè egit, vt poſtea tota Eccleſia iudicauit.* Quod inde oſtendit: *nam vnus ex præcipuis Auctoribus illius ſententiæ de Paſchate celebrando, fuit Blaſtus, qui eo modo paulatim Iudaiſmum introducere volebat, quique hæreſim ſuam Romæ circa tempora Victoris Papæ, ſeminare cæpit, de quo Euſeb. lib. 5. hiſtor. cap. 24. Cum igitur Victor videret diuerſam illam*

Bellarm. de ſenſus in cauſa Victoris.

obſeruationem de Paſchate non eſſe diuerſitatem ſolius obſeruationis, ſed afferre ſecum hæreſim, immò Iudaiſmum, mature occurrendum putauit. Probarunt autem ſententiam Victoris Patres Nicæni Concilij, vt conſtat ex Euſebio lib. 3. de vita Conſtantini cap. 17. et 18. & deinceps hæretici habiti ſunt, & Quartadecimani appellati, qui cõtrarium ſenſerunt, vt conſtat ex Epiphanio hæreſi 50. Philaſtrio in Catalogo hæreticorum. *Auguſt. hæreſei* 29. Theodoret. lib. 3. hæret. fabul. Damaſceno hæreſi 50.

Quartadecimani hæretici.

At cum bona ipſius venia, inquit Mornæus, *pluris certe Irenæus nobis, quam ipſe; pluris & Eccleſiæ noſtræ Gallicanæ, & tot aliæ.*

Pag. 9.

CVI tamen hæretico homini nihil cũ Irenęo, aut Eccleſijs Galliæ in fide, ſeu Doctrina Chriſtiana, commercij. Et Bellarminus non priuatum ſuum iudicium, ſed Patrum Nicæni Concilij, & totius Eccleſiæ, Irenæo, & alijs Epiſcopis opponit. Et quidem certum eſt Irenæum, & alios Epiſcopos, bono zelo ductos, monuiſſe Victorẽ, quod ægre ferrent Aſiaticos a communione Eccleſiæ præſcindi; verùm nõ conſiderabant quàm prudenter, & qua ratione motus Victor tàm ſeuerè præciperet, vt omnes vbique Chriſtiani eodem die feſtum Paſchæ celebrarent; quòd ſcilicet noua hæreſis exorta eſſet aſſerentium 14. luna dominicum Paſcha celebrandum eſſe, in quã cumque diem hebdomadæ incidiſſet; quòd eo die, ex lege veteri, Paſcha celebraret̃ à Iudæis. Si verò tanti eſt Mornæo Irenæus, cur ergo Romanæ Eccleſiæ, & Romani Pontificis adeo acerbũ ſe hoſtem prodit? cùm Irenæus lib. 3. cap. 3. per ſucceſsionem Romanorum Pontificũ, eos dicat confundi, *qui quoquomodo, vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem, & malam ſcientiam, præter quàm quod oportet, colligunt: Ad hãc enim Eccleſiam propter potentiorem Principalitatem neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt vndique fideles; in qua ſemper ab his, qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio.* Et illic à D. Petro ad ſua tempora Romanos Epiſcopos enumerat. Cùm verò ſcribit Mornæus ex Euſebio Irenæum obiurgaſſe Victorẽ προσηκόντως opportunè, imperitum ſe linguæ Græcæ oſtẽdit, aut certè non ſatis fidum interpretem. Ita enim habet Euſebius τῷ γε μὴν Βίκτορι προσηκόντως ὡς μὴ ἀποκόπτοι ὅλας ἐκκλησίας θεοῦ ἀρχαίου ἔθους παράδοσιν ἐπιτηρούσας, πλεῖστα ἕτερα παραινεῖ. καὶ αὐτοῖς δὲ ῥήμασι τάδε ἐπιλέγων. Quod ſic reddit interpres Euſebij. *Victorem, de hoc videlicet, ne tàm multas Eccleſias, omninò propter traditionis, ex antiqua conſuetudine, inter illas vſurpatæ, obſeruationem, à corpore vniuerſæ Chriſti Eccleſiæ penitus amputet; cùm pleraque alia, tum iſta appoſitè, & conuenienter admonet.* Longè certè aliud eſt admonere, quod ſignificat παραινεῖν, aliud obiurgare. Nec verò citet locum Vicelij, qui non adeò nobis grauis Auctor qui iam hoc ſęculo carnẽ ſpiritui in Victore pręualuiſſe non inuitus agnoſcit: & quod citat Irenæum eò alludere voluiſſe, cũ de ijs loquitur; qui principalis confeſsionis tumore elati ſunt, à quibus nobis ſit abſcondendum, notat locum Irenęi in margine li. 4. c. 4. vbi minimè extant ea verba, neq; tamen ſi quid habeat tale Irenæus, de Romanis Pontificib. intelligit, niſi ex deprauato ſenſu, & maligna interpretatione Mornæi.

Irenæus, & alij bono quidẽ zelo Victorẽ admonebant, ſed ad eius ſententiæ cauſam nõ ſatis attendebant.

Mornæus in Rom. Eccl. longè aliter affectus, quàm Irenæus.

Mornæus vel imperitus græcæ linguæ, vel certè nõ fidus interpres.

Lib. 5. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 24.

Aliud eſt admonere, aliud obiurgare.

Mornæus ad ſuã voluntatẽ detorquet Irenæi ſententiam.

At ridiculum, inquit, *hic eſſe exhibet Baronius, qui Theophilum Cæſareæ Epiſcopum, Palæſtinæ ſynodum, ex Epiſcopi Romani decreto, & mandato conuocaſſe, aſſerere non veretur.*

Pag. 9.

LEgi poteſt Baronius Tom. 2. ad annum Chriſti 198. In quo verò ridiculus Baronius?

Atqui citat Bedam in libro de Aequinoctio verno ſeptingentis poſt annis auctorem: Iudicet (inquit) *quam veriſimiliter, qua immò fide.*

Ridiculus Mornæus, dũ Baron. eſſe ridiculũ probat.

Pag. 9.

AN ideo falſa, quia ſeptingẽtis poſt annis ſcripta à Beda? An omnib. abroganda fides, quæ ſcripſit Beda ſuperiora ſua ætate, ſeptingẽtis annis? Nos certe pluris facimus Bedam, & Baroniũ fidei probatæ Auctores, quã nouos iſtos fabularum, & mendaciorum conſarcinatores. Nec valido argumento oſtendit Mornæus nullã apud Euſebium prærogatiuam videri Epiſcopi Romani ſupra Theophilum Cæſareæ Paleſtinę Epiſcopũ: ita enim primo ſcribit Euſebius φέρεται δὲ εἰσέτι νῦν τῶν κατὰ Παλαιστίνην τηνικάδε συγκεκροτημένων γραφὴ ὧν προυτέτακτο Θεόφιλος τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας ἐπίσκοπος, καὶ Νάρκισσος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις: id eſt *decretũ Epiſcoporũ, qui tunc erant in Paleſtina cõuocati, ad hanc vſque ætatem ſcriptis cuſtoditum eſt, in quorũ ſynodo Theophilus Cæſarieñſis Epiſcopus, & Narciſſus Epiſcopus Hieroſolymorũ præſides fuerunt.* Subiungit poſteà: καὶ τῶν ἐπὶ Ῥώμης δὲ ὁμοίως ἄλλη περὶ τοῦ αὐτοῦ ζητήματος ἐπισκόπων Βίκτορα δηλοῦσα; id eſt: *Aliud eſt etiam Epiſcoporum, qui tunc Romæ cõueniebant, de eadem controuerſia ſtatutum, quod quidem Victorẽ id temporis fuiſſe Epiſcopũ declarat.* Proſequitur ibidem Euſeb. *Aliud item Epiſcoporum Pontif. quib. Palmas vtpote antiquiſſimus, & maximè venerãdus præſidebat, aliud Eccleſiarũ Galliæ, quas Irenæus regebat Epiſcopus: aliud porrò Eccleſiarũ, quæ oſroenã, & reliquas in eo loco Ciuitates incolebant, aliud ſeparatim Bachilli Eccleſiæ Corinthiorum Epiſcopi, & alia deniq; aliorũ prope infinitorũ, qui vno conſenſu, iudicioq; vno, eamdẽ de illius feſti obſeruatione tulere ſentẽtiam.* Vndè verò congregari potuiſſent vno, eodẽq; tẽpore, ob vnã controuerſiã, de tẽpore celebrandi Paſchatis, in tàm diſsitis Regionib. tot Eccleſiarum Præſules, niſi vnius auctoritas acceſsiſſet Põtificis Romani, quæ in omnes Eccleſias ſeſe porrigeret? cuius verò decretũ illud erat de Paſchate ab omnib. Chriſtianis die dominico celebrando, niſi Romani Põtificis? Quòd ſi Romę aliquot Epiſcoporum congregauit Conciliũ Victor Põtifex, & alij Epiſcopi Primates in alijs Prouincijs, q̃ conſequentia, ergo non auctoritate Romani Põtificis illa Concilia Epiſcopi in alijs Prouincijs indixerunt, aut ergo nulla prærogatiua eſt Romani Pontificis? Polycratem etiam in Aſia nomine

Varia Cõcilia tulerunt eandẽ cũ Victore, de Paſchatis obſeruatione, ſentẽtiam.

Ea autem non niſi Victoris auctoritate conuocata.

ne

Polycrates, auctoritate Victoris, in Aſia Concilium indixit.

ne, & auctoritate Victoris Concilium indixiſſe conſtat ex Epiſt. eiuſdem apud Euſeb. lib. 5. cap. 23. vbi enim ſcripſit ad victorem, & Eccleſiã Romanam, ſe velle diem Paſchatis obſeruare, iuxta traditionem ad ipſius vſq; tempora deductam, & prædeceſſores ſuos, quin & Ioannem Apoſtolum, & Euãgeliſtam ita obſeruaſſe oſtendit; ſubiũgit poſtremò *poſſem hoc loco Epiſcopos qui mihi in Concilio aderant, commemorare, quos vt accerſerem à vobis rogatus, diligenter accerſebam*. Ita ex tranſlatione Chriſtoforſoni, ſic Euſebius, ἐδυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων τῶν συμπαρόντων μνημονεῦσαι, οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ, καὶ μετεκαλεσάμην, *quos poſtulaſtis*, rogaſtis interpretatur. Mornæus inde infert.

Ergone omnes Epiſcoporum Romanorum preces, mandata, Imperia?

Cur quæſo nõ interpretatus eſt: *Quos voluiſtis, iuſſiſtis?* & hanc ſiquidem ſignificationẽ habet verbum ἀξιῶ. Cur verò ita diligenter rogante, poſtulante victore Epiſcopos accerſiuiſſet, ſuper ea quæſtione de Paſchate conſulendos Polycrates, niſi exiſtimaſſet Pontifici Romano, tanquam ſuperiori, ſibi parendum? deinde, hoc Eccleſiaſticæ modeſtiæ eſt, vt ius ſuum verbo quàm mitiſſimo Pontifex exprimat, dũ memor eſt, ſe ita maiorem eſſe inter fratres, vt tamen debeat ſe gerere tanquam miniſtrum, non tanquam Regem, & Dominum. Quod verò in ea, epiſt. ad Victorem ſcribit Polycrates, Ioannem Euangeliſtam Paſcha obſeruaſſe luna XIV. Tolerantiam fuiſſe cõſtat & indulgentiam, cùm in Aſia tùm multi ex circunciſione eſſent fideles: quod ipſum notauit etiam Beda lib. 3. hiſt. cap. 25. nam Apoſtoli ab initio tolerarunt mores Iudaicos, ne viderentur omninò legem reprobare, & habere eodem loco cæremonias legis, quo ritus Gentilium: Paulus etiam circumcidit aliquando Timotheum, & purificauit ſe in templo cum Iudæis, omnibus omnia factus, vt omnes lucrifaceret: & legalia, ante ſufficientem promulgationem Euãgelij, etſi mortua, non tamen mortifera erant; alioqui, & ipſius Ioannis teſtimonio, rata haberi videtur celebratio Paſchæ die dominico, vti rectè oſtendit Baronius Tom. 2. ad annum Chriſti 159. Nam cum in Apoc. 1. eius diei meminerit, tãquam celebris in Eccleſia, ac nominati, quænam quæſo potuit eſſe ratio diei Dominici in Eccleſia celebrandi, niſi quod eſſet reſurrectioni Dominicę conſecratus, nempè quod ea die Chriſtiani ſacramentum dominicæ reſurrectionis religioſis ſtudijs, votiſque replerent? ſapienter itaque non amplius eum morem celebrandi Paſchatis ferendum eſſe iudicauit Victor Romanus Pontifex.

Eccleſiaſticæ modeſtia in temperandis nominibus exprimentib. auctoritatem.

Quod D. Io. Euang. obſeruauerit Paſcha luna 14 id fuit tolerãtia, quadã, & indulg.

Dies dominicus in memoriã Reſurrectionis dominicæ celebratur.

Deinceps Mornæus vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopi, & Pontificis maximi titulum, qui Romano Põtifici tribuitur, impugnat. Baro. Tom. 2. ad an. Chriſti 142. Sixti primi Papę epiſtolã, in qua vniuerſalis Apoſtolicæ Eccl. Epiſcopus inſcribitur citans: *Miramur* (inquit) *quòd adeò offenderit nouantes, perinde ac ſi fuerit humanum inuentum, vt Petrus & qui ei in ſede ſuccedunt, & in Petro totius ouilis Dominici curam à domino ſuſceperunt, vniuerſalis Eccleſiæ inſcribantur Epiſcopi*. At Mornæus.

Cui nõ notũ (inquit) has epiſtolas falſi manifeſtas, pridẽ ab oĩb. doctis exploſas, hãc præſertim adulterij notã inſignẽ. Pag. 9.

Epiſt. primorũ Põt. vſq; ad Siricium an ſint genuina.

NOs certè pro Epiſtolis illis, quæ primis Pontificib. aſcribuntur, an germanæ ſint, & non magis ſuppoſititiæ, non ita acriter dimicabimus quemadmodum olim Heroes illi pro Helena aduerſus Troiam dimicarunt, & Baronius loco citato pro defendẽndo titulo ſummi Pontificis non nititur auctoritate Epiſtolę Sixti: *Parũ eſt* (inquit) *vt ex Sixti epiſtola, quæ ab eis ducitur in controuerſiã, id demonſtremus, ſed magis Tertulliani.* & ad annum Chriſti 102. ſcribit, ſe cum agitur de controuerſijs Eccleſiaſticis, cõſultò interdum abſtinere ab earundem Epiſtolarum citatione: quin & mirari ſe Eccleſiæ hoſtes omnẽ admouiſſe arietem, atque adeo laboraſſe, vt primas illas decretales epiſtolas Romanorum Pontificum fide minuerent, atq; irritas prorſus redderent, perinde ac ſi his fundamẽtis tota Eccleſiæ ædificatio inniteretur; quibus conuulſis eſſet protinus collapſura. *Abſit vt Dei Eccleſia, columna, & firmamentũ veritatis tantæ veritatis teſtandæ laboret inopia, vt ſi ex illis petitæ probationes deeſſent, cauſa caderet; cum tam in his, quæ ſpectant ad ſincera dogmata tuẽda, quàm in ijs, quæ pertinent ad rectam diſciplinam Eccleſiaſticam declarandam: refecta habeat locupletiſſima promptuaria probatiſſimæ veritatis, cuius nulla prorſus poſſit vnquam de impoſtura eſſe ſuſpicio.* Nec certè negamus multa eſſe, vnde hæ epiſtolæ primorum Pontificũ vſq; ad Siricium videri poſſint ſuppoſititiæ, & à viris doctis Catholicis non magni fiant; vt quod ſit ſtilus ferè idem omnium illarum Epiſtolarũ; & in illis ſæpe citetur verſio ſcripturæ S. Hieronymi; & in eiſdem inueniãtur fragmenta inſerta epiſtolarũ S. Leonis, S. Hieron. & aliorum. Nec præterea harum Epiſtolarum meminerunt Euſeb. Hieron. & alij veteres. Iam epiſtolæ quædam veterum Põtificum, Clementis, Cornelij, Stephani, Dionyſij, Iulij, & aliorum, aut ſaltem quædam earũ fragmenta inueniuntur apud Euſeb. vel Athanaſiũ quę nihil ſimilitudinis habent cum iſtis, & in noua impreſſione epiſtolarum Pontificũ, multi viri docti contendebant incipiendũ eſſe à Siricio, vnde incipiunt Creſconius, & alij. Non erat igitur, quòd adeò laboraret Mornæus in impugnãdis, vel exagitandis illis epiſtolis, quaſi his potiſſimum nitamur; cùm aliunde ad conſeruandum titulum vniuerſalis Eccleſię Epiſcopi, qui Pontifici Romano conuenit, & ad alia fidei noſtra dogmata cõprobanda nobis abundè teſtimonia ſuppeditentur.

Defenditur Baron. contra impoſturã Mornæi.

Aedificatio Eccleſ. Decretalibus Põtif. epiſt. non eſt innixa.

Aliquot rationes, cur epiſtola Pontificũ, vſque ad Siricium videri poſſint ſuppoſititia.

Verùm cùm huiuſmodi epiſtolæ Mornæo ſint falſi manifeſtò conuictæ, profert nihilominus Eleutherij Papę epiſtolam, vt oſtendat titulũ (*Vniuerſalis*) & alijs Epiſcopis conuenire:

Succurreret verò nobis regerenda Eleutherij Papæ ad Epiſcopos Galliæ, eiuſdem notæ epiſtola; Eccleſia vniuerſalis Chriſti, inquit, vobis eſt cõmiſſa: Quidni igitur Vniuerſales Epiſcopi etiam ipſi? Pag. 9.

Baronius ad annum Chriſti 887. *Qui impugnãt veteres decretales epiſtolas Romanorum Pontificum, huic ab Eleutherio conſcriptæ fauent, quòd ſcilicet in fine hæc habeat verba ad Epiſcopos Gallicanos: Huius rei gratia vniuerſalis vobis à Chriſto commiſſa eſt Eccleſia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis. Poſſemus equidem haud iniuria ſuſpicionem prætexere adulteratæ epiſtolæ, cum quæ in ea poſita ſunt de iudicijs, ſuperaddita, exſcriptaque videantur ex Conſtantini Imperatoris conſtitutione, & interpretatione ad eam appoſita, quæ in Codice Theodoſiano leguntur.* Reſpondemus vtique hoc ita intelligi, *vobis commiſſa eſt Eccleſia Vniuerſalis* ſcilicet, cuique veſtrum ſua Eccleſia, illius vniuerſalis ſeu Catholicæ pars, quam pa[r]tem quiſque veſtrum ſuſcepit, & cuius eſt caput; in qua tanquam lucerna in candelabro poſita, iuxta parabolam Domini, omnibus, qui in vniuerſa domo ſunt luceat tãquam luminare in mũdo, ſicut ait Apoſtolus Philipp. 2. non quòd Epiſcopis Galliæ ſicut Pontifici Romano ſubeſſet Eccleſia vniuerſa, ſed quod de omnibus Eccleſijs ſolliciti eſſe deberent, & omnium Eccleſiarum cura & ſtudio teneri; quò pertinet illud Pauli Act. 20. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus Sanctus poſuit vos Epiſcopos regere Eccleſiam Dei:* illud enim *(in quo poſuit vos)* ſignificat portionem gregis, *quæ*, vt ait Cyprianus, *ſingulis Paſtoribus aſcripta eſt, quam regat vnuſquiſque, & gubernet, rationem ſui actus Domino redditurus:* & quod ait Petrus 1. P. 5. *Paſcite qui in vobis eſt gregem Chriſti*, id eſt vnuſquiſque portionem gregis vniuerſi ſibi aſſignatam, & commiſſam. Et quia locum citauit Tertulliani ex lib. de Pudicitia cap. 1. Baronius, quo proponitur edictũ Victoris Pontificis, & dicitur Pontifex Max. Epiſcopus Epiſcoporumque inſcriptio, an ſit Tertulliani, an pars edicti, parum refert: certũ interim eſt, iam tũm temporis Epiſcopum Romanũ Pontificem Maximum, & Epiſcopum Epiſcoporũ habitum fuiſſe; & non niſi ſecundùm veterem nomenclaturam ea poſita à Victore (vel ſi velimus verba eſſe Tertulliani) ſecundum vſitatam verborum conſuetudinem ab ipſo dicta, & inculcata. Quod ſi eo loci in Pontificem Romanum inuehitur Tertullianus, quaſi pudicitiæ aduerſariũ, vt qui mœchis, & fornicarijs petentibus veniam ſpopondiſſet, & hoc Victoris, aut Zepherini irrideat decretũ, quod ſuperbiæ Mornæus aſcribit, mirum profectò non eſt, ſi cùm iam à fide defeciſſet, & in hæreſim Montani lapſus fuiſſet, nõ ſecus ac noſtri temporis ſectarij, ſummorum Pontificum rideat decreta: Quo non obſtante illud inde certò colligimus, partes fuiſſe Romani Pontificis, hæreſes emergentes, rectam fidem, & diſciplinam Eccleſiaſticam corrũpentes, edictis cohibere, legeſq; pariter vniuerſæ Eccleſiæ præſcribere: rideat Tertul. decretũ, quin & titulum hũc Romani Pont. Verũ, ſi quod ſcripſit Hilar. Can. 5. in Math. conſequẽs error hominis detraxit ſcriptis probabilib. auctoritatẽ; quo loco, aut cuius erũt apud nos auctoritatis, quæ ille ſcripſit iam in hæreſim lapſus? huiuſmodi eſt locus, quẽ citat Mornæus ex eodem lib. de pudicitia c. 21. quo ligandi atq; ſoluendi poteſtatem perſonaliter Petro commiſſã, non in Pontifi. Romanũ deriuatam ſcribit.

Quomodo cõmiſſa dicatur Epiſcopis Eccleſia vniuerſalis.

Iam tẽpore Victoris Epiſcopus Roman. dicebatur Pōti. Max. & Epiſcopus Epiſcoporũ.

Nã teſtes ſunt D. Hieron. lib. de ſcript. Eccleſ. & Niceph. lib. 4. c. 34. Tertul. prius in Mõtani dogmata lapſum ſpecialiter, librũ de pudicitia cõtra Eccleſiam ſcripſiſſe. Itaque non alij, quàm ab Eccleſia Chriſti Apoſtatæ, loca ex illo libro contra Pontificis auctoritatem citant.

Tertullian. Mõtaniſta factus contra Eccleſiam ſpecialiter ſcripſit lib. de pudicitia.

Ex alijs aliquot Patrũ locis oſtendere ſtudet, & titulum vniuerſalis nõ ſecus alijs ac Romano Pontifici conuenire: ac primùm, Clemens in cõſtit. lib. 6. c. 14. *Scripſimus vobis hanc Catholicam doctrinam ad vos confirmandos, quibus vniuerſalis Epiſcopatus creditus eſt, & commiſſus.* Epiſcopis, inquit, *omnibus.*

Quæ certe verba Clementis, nõ eo ſenſu accipienda ſunt, Epiſcopis eſſe creditum Epiſcopatũ vniuerſalẽ, quaſi vnuſquiſq; Epiſcopus ſit vniuerſalis, aut quaſi oẽs ſimul Epiſcopatũ teneant vniuerſalẽ, & præter talem Epiſcopatum omniũ cõmunem, & vniuerſalẽ, nullus ſit vniuerſalis, qui cæteris omnib. præſit: ergo vniuerſalẽ Epiſcopatũ dicit eſſe cõmiſſum, ſcilicet per partes, id eſt ſuam cuiq; eorum partem Epiſcopatus vniuerſalis, pro qua ita laborare, & cui præſidere debet, vt ſuus in ea labor, & præſidentia ad oẽs mundi Eccleſias tanquã ad vnius corporis mẽbra pertineat, iuxta corporis Eccleſiæ myſtici analogiã ad corpus humanũ, cuius membra ad inuicẽ ſunt ſollicita, & ſi patitur vnũ membrũ, patitur & alterum, & ſi gloriatur vnũ membrũ, gloriantur & reliqua. Profert & Ignatiũ qui Philadelphiẽſem Epiſcopũ à Deo vocatum dicit, qui ſuſciperet τὴν διακονίαν τὴν εἰς τὸ κοινόν. Certe Epiſcopatus nõ conſtitutus eſt in priuatã vtilitatem; miniſteriũ eſt publicũ, & qui vni Eccleſiæ inſeruit, & ſi ſit pars dumtaxat ipſius vniuerſalis, multorũ tamẽ inuigilat ſaluti; vt quis igitur ſit vocat᷑ εἰς τὴν διακονίαν τὴν εἰς τὸ κοινὸν, nõ eſt neceſſe: ſit Epiſcopus vniuerſalis, hoc eſt, totius Eccleſiæ præfecturam ſibi habeat conceſſã. Et quis dubitet, Principes ipſos ſuſcipere διακονίαν εἰς τὸ κοινὸν, qui tamen non toti orbi, ſed parti dũtaxat imperant. Quod citat ex Nazian. de Cypriano; *Neq; Carthaginẽſi tantũ Eccleſiæ, nec Africanæ præficitur, verùm etiã occiduis omnib. Regionibus ac propè etiã ipſi orienti, nec non Auſtrali, & ſeptẽtrionali oræ.* Addimus, quòd malitioſe omiſit Mornæus id, quod facit ad loci explicationẽ; *quocumq. ille admiratione ſua peruenit.* Ita igitur illud Nazianz. accipiendũ; quod qui Eccleſiã Carthaginenſiũ regendam, tanquã illius Epiſcopus ſuſcepit, eidem oẽs Eccleſiæ cõmiſſæ eſſe dicantur, vt ſcilicet ad oẽs mundi Eccleſias, cũ quib. Eccleſia Carthaginẽſis cohærebat, ſanctitatis illius fama, & ſãctæ gubernationis exẽplum, & Catholicæ fidei, ac doctrinæ traditio, ad Dei gloriã, & totius corporis Eccleſiæ ædificationẽ pertineret: quilibet n. Epiſcopus in Eccleſia ſibi cõmiſſa ita laborare debet, Cypriani exẽplo, vt ad oẽs mũdi Eccleſias gloria ſãctæ gubernationis, & Catholicæ prædicationis lumen ac fructus perueniat. Simile eſt, quod ex eodem Naz. citat Mornæus de Athanaſio *Alexãdrino populo, quod idẽ eſt ac ſi dixiſſet, toti orbi terrarũ præficitur,* quod certè explicant ſequẽtia verba. *Quocumque illius fama, & admiratio peruagata eſt.* Quia ſcilicet

Solus Pont. Epiſc. vniuerſalis.

Epiſc. ita laborat pro Eccleſia ſibi cõmiſſa, vt idẽ labor ad cæteras quoque Eccleſias pertineat.

Mornæus malitioſe omiſit aliquot verba Nazianz.

Digitized by Google

ſcilicet ita præfuit Eccleſiæ Alexandrinæ vt vniuerſo orbi prodeſſet: fides enim, quam quiſque Epiſcopus prædicare, & tenere in Eccleſia ſua debet, vna eſt Catholica, id eſt vniuerſalis; & ad omnes mundi Eccleſias eiuſmodi prędicatio & defenſio pertinet.

Pag. 10. *Quod vtinam* (inquit Mornæus) *feciſſent Epiſcopi Romani, eũdem nos illis titulum non inuiti concederemus*

VErùm cæteris Epiſcopis, qui vocati ſunt in partem ſollicitudinis, longè plus profecerũt Romani Epiſcopi, quibus commiſſa eſt ſollicitudo omnium Eccleſiarum, qui fidem Catholicã, contra omnes hæreſes, ſtrenuè defenderunt, & ſacros Canones pro regimine vniuerſalis Eccleſiæ, condiderunt.

Cur Eccle. Antiochena procuratio dicta ſit Epiſcopat⁹ vniuerſa Eccleſia.

Quod citat ex Conſtantino ſcribente ad Euſebium Antiochenum Epiſcopatum recuſantẽ; *Beatus es, quod totius orbis terrarũ teſtimonio dignus indicatus ſis, qui vniuerſa Eccleſia Epiſcopatu perfungaris:* retulit in ſui laudẽ Euſebius, vbi nominat Conſtantinus Antiochenæ Eccleſiæ curam, Epiſcopatũ vniuerſæ Eccleſiæ, quòd Metropolis eſſet totius orientis, & ſedes Patriarchalis; non verò quòd toti præeſſet Eccleſiæ, ſicut Romanus Epiſcopus. An verò quod ſcribit Cõſtan. Euſeb. totius orbis terrarum teſtimonio dignũ iudicatũ eſſe, ita intelligendum, quòd totius orbis Epiſcopi in eam electionem conſenſiſſent, aut conſpiraſſent? ita neque quod ſubiungit de vniuerſę Eccleſiæ epiſcopatu, ſine reſtrictione intelligendum, vt totius Eccleſiæ, quacumque diffunditur, eſſet ille Epiſcopatus.

Quomodo pars Epiſcopatus vniuerſalis in ſolidũ teneatur a ſingulis Epiſc.

Quòad Cypriani locum: *Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur*. lib. de vnit. Eccleſ. hic certe Epiſcopatus eſt Vniuerſalis, cuius ſingulæ partes, id eſt ſingulæ diœceſes ſingulis Epiſcopis in ſolidum commiſſæ ſunt: in ſolidum dixit, quia vt idem lib. 1. epiſt. 3. ad Cornelium ſcripſit: *ſingulis Paſtoribus pars gregis aſcripta eſt, quam regat vnuſquiſque, & gubernet, rationem ſui actus Domino redditurus.* Ipſe verò Epiſcopatus Vniuerſalis non ſic in ſolidum vnicuique commiſſus eſt, ſed ex parte; & quia cohærent ſibi inuicẽ partes iſtæ, facilè intelligitur, non poſſe alicui Epiſcopo cõmitti partem Epiſcopatus. *Vniuerſalis*, id eſt, Eccleſiæ Vniuerſalis; quin propter neceſſariam cohærentiam, & cõnexionẽ ſimul committatur quodãmodo ipſa Vniuerſalis Eccleſia, vt Pont. Rom. primò, & immediatè vniuerſalis ipſius Eccleſiæ præfectura, tanquã vnũ ouile vni Paſtori adminiſtranda, committatur, & inde ſollicitudo omnium Eccleſiarum, quæ ſint illius partes, eidem iniũcta intelligatur; reliquis verò Epiſcopis ſingulæ diœceſes primò, & immediatè cõmiſſæ ſunt, & inde quodammodo ob cohærentiam, & connexionem Vniuerſalis ipſa Eccleſia. Satis verò probatum eſt ex ſcripturis, ex auctoritate Patrum, & ſacrorum Conciliorum, Romanum Pontificem à reliquis Epiſcopis differre, eiſque longè præferendum eſſe. Et Baronius nihil aliud manifeſtius probat, quàm vnum iſtud, idque perpetua ſerie Eccleſiaſticorũ Annalium. Proſequitur Mornæus.

Ad ſummi Pontificis porrò titulum, præter Iudaicæ legis imitationem nihil profert (Baronius) cui ſummus Sacerdos præerat, aut ethnicæ ſuperſtitionis, cui Pontifex Maximus; & in hoc poſtremo præcipuam vim facit: qui iudiciaria poteſtate cæteris emineret, ſolus Pontifex Maximus dicebatur: hinc Feſtus: Quod Iudex habetur rerum diuinarum, humanarumque, & eò inducit, & reuocat bonus Cardinalis quidquid in Sacris Scripturis de Regali Chriſti Sacerdotio; Tã exili baſi, quantum Colloſſum ſuperſtruens? Pag. 10.

Mentitur Mornæus in Baron.

MEntitur ille ſplendidè, cùm ad ſummi Pontificatus titulum fingit Baronium nihil proferre aliud, quàm Iudaicæ legis, aut Ethnicæ ſuperſtitionis, imitationem. Pontificem Maximum illum eſſe dicimus, cui Dominus in Euangelio dixerit in perſona Petri Principis Apoſtolorum: *Tibi dabo claues Regni Cælorum, & Paſce oues meas.* Ethnici ipſi, & Dæmones habẽt ſua templa, ſuos Sacerdotes, ſua ſacrificia, ſua, vt fingunt, miracula, ſuas veſtales, ſuos etiam Decios, ac ſcæuolas, qui pro Reipublicæ ſuæ ſalute, ac Religionis tutela, non ſecus ac noſtri Martyres, extrema paſſi ſunt. An ideò iſta habẽt Chriſtiani ad imitationem ethnicæ ſuperſtitionis? An Virgines ſacras, aut Martyres Chriſtianorum ad ſuperſtitionem ethnicam pertinere dicet iſte? Diuus Auguſtinus lib. 2. de doct. Chriſt. cap. 18. *Neque enim & litteras diſcere non debuimus, quia earum repertorem dicunt eſſe Mercurium; aut quia Iuſtitiæ, virtutique templa dedicarunt, & quæ corde geſtanda ſunt, in lapidibus adorare maluerunt, propterea Iuſtitia, virtuſque fugienda eſt.* An igitur quia Pontifices Maximos habuit ethnica ſuperſtitio, Pontificem Maximum non habebit Eccleſia: aut certè, vt ethnicos iſte contendit, ad imitationem ethnicæ ſuperſtitionis habebit? Huc referendum, quòd de hæreticis ſcripſit idem D. Auguſt. lib. 3. de Baptiſmo contrà Donatiſt. cap. 15. *Non quicquid hæretici peruerſè fuerint imitati propterea faciendum à Catholicis non eſt, quia illi ſimiliter faciunt.* Non igitur ideo Pontifex ſummus apud Chriſtianos, quia fuit & apud Gentiles; ſed quia à Chriſto in Euangelio inſtitutus: alioqui & omnia Sacramenta Chriſtianæ Religionis refert ethnicus iſte ad ethnicam ſuperſtitionem: Nam, vt ſcribit Tertullian. libro de præſcript. cap. 40. *Diabolus ipſas quoque res ſacramentorum diuinorum in Idolorum myſterijs æmulatur, tingit & ipſe quoſdam vtique credentes, & fideles ſuos. Expiationem delictorum de lauacro repromittit, & ſic adhuc initiat Mithræ, ſignat illic in frontibus milites ſuos, celebrat & panis oblationem, & imaginem Reſurrectionis inducit, & ſub gladio redi-*

Licet ethnici aliquã habeãt myſterijs noſtris ſimilia non ideo tamen nos ab ipſis ea accepimus.

Diabolus ſacramẽta diuina æmulatur.

Digitized by Google

mit coronam. Quid, quod & ſummum Pontificem in vnis nuptijs ſtatuis? habet & Virgines, habet & continentes? Caterum ſi Numæ Pompilij ſuperſtitiones reuoluamus; ſi ſacerdotalia officia, inſignia, & priuilegia, ſi ſacrificalia miniſteria, & inſtrumenta, & vaſa ipſorum ſacrificiorum, ac piaculorum, & votorum curioſitates conſideremus, nonne manifeſtè Diabolus moroſitatem illam Iudaicæ legis imitatus eſt? Mornæo igitur tota Chriſtiana Religio, erit ethnica ſuperſtitio: & res ipſas Diuinas, & Chriſtianę Religionis myſteria Diabolus æmulatus eſt, vt Mornæo, & ſuis ſuppeditaret argumentum ad improbanda Eccleſię ſacramenta, & nunc ipſum Pontificatum è medio tollendum, qui, ex propria ſententia, non Baronij (vt fingit) ſummi Pontificis titulum, referas ad ethnicam ſuperſtitionem.

Quale verò iſtud argumentum ſcribit Baronius apud Iudæos fuiſſe, & alios Pontifices, ac ſummos Sacerdotes, ſicut pariter apud Gentiles Romanæ ſuperſtitionis, cum plures eſſent Pontifices, ijdemque ſui cuiuſque ordinis ſummi, & auctoritate maximi, qui tamen iudiciaria poteſtate cæteris emineret, ſolus Pontifex Maximus dicebatur, ergo Baronius Regale Chriſti Sacerdotium, Pontificatum item maximum apud Chriſtianos ſuperſtruit huic baſi? Quantum ad Iudaicam legem, vmbram habebat illa lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum, & omnia in figura contingebant illis; quemadmodum igitur ſacerdotium illud Aaronicum figura erat Sacerdotij legis Euangelicæ; & ſacrificia illa, ſacrificij nouæ legis; & ſynagoga, Eccleſiæ: Ita non dubiũ, quin ſummus ille ſacerdos legis, figura extiterit ſummi Pōtificis, qui ſacris, & Religioni prȩeſt in Eccleſia, ſuprema auctoritatè

Lex Iudaica vmbrã habebat futurorũ non ipſam veritatem.

Pag. 10. *Qui meliori* (ſcribit Mornæus) *iure à Rege ſacrificulo Pontificem ſuum deriuare debuit; de quo idem Feſtus, maximus videtur Rex, nempe ſacrificus: deinde Dialis; poſt hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto Pontifex Maximus.*

QVidquid ex Feſto adducat, certum eſt, inter dignitates ſacerdotij, apud Romanos ſupremam fuiſſe Pontificis Maximi. Ita Cornelius Tacit. lib. 3. hiſtor. tradit Pontificem Maximum reliquis præfuiſſe Pontificibus, & Flaminibus; quin & eum titulum, conſtituto Imperio, Imperatores, & Auguſti ſibi vſurpabant, quod ampliſſima in vrbe eã foret dignitas, Conſulatui, Imperatorique prælata. Tradunt etiam Pomponius Lætus, & Fenes ſtella de ſacerdotijs Romanorũ, exactis Regibus, Regem ſacrorum creatum fuiſſe, nec Vrbi deſiderium Regis eſſet, propter quędam ſacra publica, quæ Reges faciebant; ne cultui diuino, Regum exactione, derogatum videretur; ſacerdotium tamen iſtud Pontifici ſubiciſſe, ne nouæ libertati, additus nomini honos officeret Mornæus

Pont. Max. reliquis ſacerdotibus præerat apud Rom.

Et quidem in dictione (Ordo) vnde & ordinum nomen in Eccleſia ab ethnicis mutuatum intelligimus. Pag. 10.

ITa velit impurus iſte ethnicus noſtra omnia ethnicis ipſis accepta referre: quæ verò nomina ſunt, quibus in ſacris Chriſtianæ Religionis exprimendis vtimur, quibus & non vſi ſunt prius ethnici ipſi? an ideo ſacra noſtra ab ethnicis accepimus? & quidem vt rectè ſcribit D. Auguſtinus lib. 2. de doctrina Chriſt. cap. 40. *Philoſophi, qui vocantur, ſi qua fortè vera, & fidei noſtræ accommoda dixerint maximè Platonici; non ſolum formidanda non ſunt; ſed ab ijs etiam tanquam iniuſtis poſſeſſoribus, in vſum noſtrum vendicanda.* Scripſit & Baſilius librum elegantem de vtilitate capienda ex libris Gentilium: & plura Hieronymus epiſt. ad Magnum oratorem? An non Moyſes verſatus fuit in omni ſapientia Egiptiorum? An non Daniel, & ſocij eius linguam, & litteras Chaldeorum didicerunt? Quid igitur periculi, ſi nomine ordinum vtamur in Eccleſia, quo & vſi ſunt ethnici? An non & Paulus teſtimonia aliquando ſumpſit ex Gentibus? Quanquam ſcripturæ ſacræ ijs etiam nominibus vtuntur, quæ non ſunt ab ethnicis mutuata, *Presbyteri Diaconi Subdiaconi, Acoluti, Exorciſtæ, Lectoris Oſtiarij*, quæ nomina ſunt ſacrorum ordinum; & nuſquam apud ethnicos, & profanos Auctores leguntur. Quid igitur profanus iſte nugatur, ordinis nomen nos ab ethnicis mutuatos?

Ordo apud ethnicos.

Abhorrendum nobis non eſt à rebus veris, & fidei noſtræ conſonis, quas Philoſophi dixerunt.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum Secundum.

In progreſſu ita habet.

Pag. 10. *Anno circiter 250. Stephanus Vrbis Epiſcopus, in Eccleſias Hiſpaniæ, & Africæ, idem quod Victor vſurpare auſus.*

VErùm vſurpare eſt eo iure vti, quod conceſſum eſt, & datum, & vſurpatum etiam pro vſu acquiſitum l. 40. D. *ex quibus cauſis maior:* ſic vſurpatum ius, id eſt, vſu retentum. L. 16. D. *Quemadmodum ſeruitut. amitt.* An nullo iure Stephanus vſurparit, hoc imprimis Mornæo probandum eſſet; ſiquidem nemini iniuriam facit, qui iure ſuo vtitur. & cùm manifeſtum ſit ex Epiſtol. 29. Innocentij primi ad Decentium Epiſcopum Eugubinum, in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam Inſulâſq; interiacentes, nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus

Vſurpare quid.

Qui ſuo iure vtitur nemini facit iniuriã.

Pe-

Petrus, aut ejus ſucceſſores cōſtituerunt Sacerdotes: cùm prætereà de eo conſtet ex Archiuis ipſarum Eccleſiarum, certè vel hoc titulo Stephanus Vrbis Epiſcopus Petri ſucceſſor in Eccleſias Hiſpaniæ meritò ius ſibi vendicabat.

Pag. 10. ***In Hiſpania*** (inquit Mornæus) ***Baſilides Epiſcopus Aſturiēſis, & Martialis Melidenſis, ſæuiente perſecutione idolis ſacrificauerant, idcirco miniſterio exauctorati; Obrepunt iſti Stephano, cuius fauore reſtituendos ſe exiſtimant, nec ipſe occaſioni deeſt, Eccleſijs Hiſpaniæ grauiter reſcribens.***

ITa habet hiſtoria: Stephano Pōtifice, Hiſpaniæ Epiſcopi in conuentu cōmunicato conſilio duos Epiſcopos, Martialem Emeritēſem, & Baſilidem Aſturienſem loco mouerunt, lege de Libellaticis poſtulatos, atq; cōuictos. Libellatici erant, qui cū Fidei Chriſtianæ renunciarent, libellū ab Ethnicis accipiebant, ne ſacrificare cogerentur, & pro huiuſmodi diſpenſatione conſequenda pecuniā ſpondebant; ſicq; apud Cyprianum Epiſt.52. ad Antonianum diſtinguūtur à Sacrificatis, qui impio ſe cultu cōtaminabant. De his Baronius ad ann. Chriſti 253. art. 23. vbi & alios fuiſſe ab his lōgè diuerſos Libellaticos docet, qui, pmulgato in Chriſtianos Edicto, ne caperentur, vel iacturam aliquā in bonis paterētur, confeſtim ſuæ abnegationis libellū Præſidi offerrebant. Felicē, & Sabinum in locū Martialis, & Baſilidis ijdē Epiſcopi ſubſtituerunt. Baſilides Romam delatus quāuis Stephanum Pontificem Romanū longè poſitum, & geſtæ rei, ac veritatis ignarū fefellit, vt ambiret reponi ſe iniuſtè in Epiſcopatū, ex quo, crimine ita exigente, fuerat iuſtè deiectus; cò tamen confugerat, vnde Iura ſacra prodire moris erat, & mutari aliorum Decreta perperam facta.

Libellatici qui eſſent.

Sacrificati quomodo à Libellaticis diſtinguantur.

Baſilides Pontificem fefellit.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem Secundam.

Pag. 11. ***At non hic illæ cauſam ſuam deſerunt.***

SIquidem Hiſpani Sacerdotes ea re offenſi Cyprianū Carthaginenſem, Felice, & Sabino Epiſcopis ad eū legatis, de tota re admonent. Ille cū alijs Epiſcopis communicato conſilio negat, homines deſertæ Fidei reos debere ad priſtinos honores recipi; præſertim cùm iuxta Cornelij ſtatutū Epiſcopi lapſi ad pœnitentiā quidem agendam admitti poſſent, ſed à Sacerdotali honore prohibeantur. Hic quærendum eſt, quā ob cauſſam Cyprianus, & alij Epiſcopi nolint, Romani Pontificis ſententiā in reſtitutione Baſilidis ſeruari. Si putarunt illū nihil iuris habuiſſe in Eccleſias Hiſpaniarum; ſtāt vtiq; à Mornæi partibus. Verùm ſi dicant, obreptū fuiſſe Epiſcopo Romano, vt verè dicunt, nec id verè videri ab eo mandatum eſſe, quod vt mandaret fraude inductus fuit; cauſſa cecidit Mornęus, noſq; vicimus. *Hoc* (inquit Cyprianus lib.1. Epiſt.4.) *eò pertinet, vt Baſilidis non tàm abolita ſint, quàm cumulata delicta; vt ad ſuperiora peccata eius etiam fallaciæ, & circumuentionis crimen acceſſerit. Neq; enim tàm culpandus eſt ille, cui negligenter obreptum eſt, quàm hic execrandus, qui fraudulenter obrepſit*. Inde verò poteſtas Romani Pontificis in Eccleſias Hiſpaniarum valde confirmatur. Cùm enim Cyprianus ob eam cauſſam dicit, Baſilidem in Epiſcopatum reſtitui non debere, quia fefellit Pontificē Romanum longè poſitum, & veritatis ignarum, eo ipſo fatetur, Pontificem Romanum iure potuiſſe Baſilidem, contra ſententiam Epiſcopōrū Hiſpaniæ, reſtituere, ſi iuſta fuiſſet Baſilidis poſtulatio. Cyprianus igitur in facti cognitione Pontificem Romanum dicit erraſſe, non verò iure ac poteſtate ita priuatū eſſe, vt illum reſtituere nō potuerit. In omni cognitione prima quæſtio illa eſt, vtrum iure cognoſcere potuerit is, à cuius ſententia velimus diſcedere; eum antè qui cauſſam cognouit, legitimus Iudex fuiſſe deprehenditur, ad alia remedia confugiendū. Ita Cyprianus cùm nihil habuerit, quod obijceret contra poteſtatem Romani Pontificis, dicit, Baſilidē eum longè poſitum, & geſtæ rei, ac tacitę veritatis ignarum fefelliſſe, vt exambiret reponi ſe iniuſtè in Epiſcopatum, de quo fuerat iuſtè depoſitus, & Pontifici fraudulēter obrepſiſſe. Obreptio autem, ſiue ſubreptio Iuriſconſultis eſt mendacium, quod in fraude tacendi committitur; atque ita impetrata Reſcripta ſiue Imperatorum, ſiue Pontificum irrita declarantur Cod. *Si contra ius* L. Etſi. *Ext. de Reſcriptis* cap. *Dilectus* 1. vbi eadem facti ratio proponitur, & reſpondet Pontifex, litteras per veri ſuppreſsionem obtentas viribus carere. Inde verò rectè colligit Baronius ad annum Chriſti 258. antiquiſsimum vſum Eccleſiæ fuiſſe, ex remotiſsimis Orbis partibus Epiſcopos, qui aliquid iniuſti à Collegis paſſos ſe eſſe prætexerent, prouocare ſolere ad Romanum Pontificem tanquam Eccleſiæ vniuerſalis Antiſtitem. Legi poteſt doctiſsimus Cardinal. Bellarminus lib.2. de Romano Pontif. cap.21.

Cur Cypr. & alij ſententiā Romani Pont. de reſtitutione Baſilidis nō probarint.

Obreptio quid ſit.

Irrita ſunt Reſcripta per obreptionē impetrata.

Verùm arguit Mornæus, quòd in Epiſt. illa Cypriani, & Epiſcoporum Africæ

Cornelius & Stephanus Epiſcopi Romani perpetuo dicantur collegæ, Pag. 11.

Ergo eiuſdem omninò authoritatis; nam Titulo

Digitized by Google

tulo de verborum ſignific. lege 173. collegarum appellatione hi continentur, qui ſunt eiuſdem poteſtatis. Nihil tamen inde efficit. Nam & collegæ dicuntur nonnunquã à maioribus hi, qui inferiores ſunt, quamuis reuera poteſtate non ſint pares, vt obſeruat doctiſs. Cuiatius D. de iuriſdictione ad l. 14. ex Cicerone lib. 9. ad Atticum Epiſt. 18. & ex Plinio in Panegyrico ad Traianum, vbi Prætores *Collegæ Conſulum* dicebantur, quorum maius erat imperium. Deinde, Romanus Epiſcopus reliquos *fratres* appellat; omnes ad regimẽ Eccleſiæ ſunt aſſumpti, licet ille altiore faſtigio poteſtatis. Quòd igitur & reliqui *Collegæ* dicantur, quemadmodum & *fratres*, nihil obeſt ſupremæ illius poteſtati. Et Collegium Pontificum erat antiquitùs (vt Pomponius de orig. iuris ſcribit) cuius qui erant *Collegæ* omnes dicebantur; non tamen id impediebat, quin vnus Pontifex eſſet Maximus, & alijs præeſſet. Poteſt ergò quis collega eſſe ſui ſuperioris, licet non ea ratione, qua ille ſuperior ſit. Ita Suetonius in Auguſto ſcribit, eum perpetuam Tribunitiam poteſtatem recepiſſe, in qua ſemel atque iterum per ſingula Luſtra Collegã ſibi cooptauit: vbi tamen conſtat, Tribunum illum Collegam Auguſti poteſtate dignitateque niſi Tribunitia, parem Auguſto non fuiſſe. Idem rectè notauit Baronius Tomo 2. ad annum Chriſti 253. quod Collegæ voce non ſemper in ordine pares, ſed miniſterio conſortes Africani Epiſcopi conſueuerunt nominare; quippe qui Presbyteros etiam reperiuntur appellaſſe *Collegas*; & multò quidem frequentiùs Primates ipſos dixiſſe *Collegas*, Epiſcopos ſibi ſubiectos: & ex Concilio Carthag. 4. citatur à Gratiano diſtin. 95. Can. 85. *Epiſcopus in Eccleſia, & in conſeſſu Presbyterorũ ſublimior ſedeat. Intra domum verò Collegam ſe Presbyterorum eſſe cognoſcat*; cùm tamen Epiſcopus Presbytero longè ſit ſuperior. D. Hieronymus Petri, & Damaſi Cathedram omnibus alijs præfert; Aegypti tamen Epiſcopos *Collegas* eius vocat. Non ergo ſequitur, ſi in Epiſt. Cypriani, & Epiſcoporum Africæ Cornelius, & Stephanus dicantur *Collegæ*, non eſſe eos Epiſcopis Africæ poteſtate, & iuriſdictione ſuperiores. Legi poteſt Remundus Ruffus lib. contra Molinæum pagina 113. & Pamelius in Epiſt. 4. D. Cypriani.

Collegæ qui dicantur.

Romanus Epiſcopus reliquos appellat fratres.

Poteſt quis eſſe collega ſui ſuperioris.

Presbyteri ab Epiſcopis dicti Collegæ.

Verùm obijcit Mornæus: Cyprianus eos reprehendit, qui appellauerunt ad Cornelium Epiſcopum Romanum; & ſcribit, non debere ad eum appellari, tùm quia id ſit ſtatutum in Concilio Epiſcoporum, tùm quia non ſit minor authoritas Epiſcoporum Africanorum, quàm Romani Epiſcopi. Reſpondet Bellarminus lib. 2. de Romano Pontif. cap. 23. Cyprianum ægrè tuliſſe ſchiſmaticorum Epiſcoporum appellationes, qui de manifeſtiſsimis criminibus conuicti & iudicati fuerant, non autem appellationes ſuſtuliſſe. Deinde ſciebat, eos Romã pergere, non tàm proſequendæ appellationis cauſſa, quàm Cypriani accuſandi, & electionis Fortunati hæretici Pſeudoepiſcopi ab iiſdem conſtituti confirmandæ gratia. *Ad hoc enim vſus vetus appellandi* (vt Vlpianus Iuriſconſult. ait) *neceſſarius eſt, vt vel iniquitatem iudicantium, vel imperitiã corrigat*: quorum neutrũ Cypriano, & Collegis contra Pſeudoepiſcopos illos in iudicijs ſuis ſibi metuendum videbatur; ideò de appellatione tanquam iniqua poterant conqueri. Igitur apud Cornelium cõqueritur ille quidem, ſed de eorum audacia, & impudentia, qui cùm poſt tot facinora condẽnati eſſent & conuicti, nihilominus ad Cathedram Petri, ad Eccleſiam illam principalem à ſchiſmaticis & hæreticis litteras ferre auderent, cùm debuiſſent ſcire, Romanos eſſe, quorũ fides Apoſtolico ore laudata ſit, & ad quos perfidia acceſſum habere non poſsit.

Quas appellationes ægrè ferret Cyprian⁹.

Quod ad Decretum, quod profert Cyprianus, *Vt illic cauſſa iudicetur, vbi eſt crimen cõmiſſum*: hoc certè Decreto, quod citat Aduerſarius ex Cypriano, conſtituitur, vt cauſſa primùm iudicetur vbi admiſſum eſt crimen; non tamẽ prohibetur, quominus etiam ſecundò alicubi iudicetur. Deinde, vt optimè argumentatur Bellarm. loco citato, & Alanus Copus Dialogo 1. cap. 19. ſi hoc Decreto prohiberentur appellationes, non ſolum prohiberentur ad Romanum Epiſcopum, ſed etiam ad quemuis alium Iudicem, vt verba ipſa indicant, quæ generalia ſunt. Verùm ineptiſsima lex eſſet, quæ omnem appellationem prohiberet; nec enim in vlla vnquam Republica, quamuis malè conſtituta, ea lex tolerata fuit, quæ à nullo Iudice appellare permitteret; multò minus igitur in Eccleſia Chriſti, quæ Reſpub. eſt omnium lõgè perfectiſsima, vt ab ipſomet Chriſto inſtituta. Si verò iudicabat Cyprianus, nullam eſſe Romani Epiſcopi ſupra reliquos authoritatem, nec ad eum tanquã ad ſuperiorem prouocare poſſe Pſeudoepiſcopos illos; quid curæ illi eſſe debebat, quod ad illum confugerent? Quid opus erat eundẽ monere, vt Felicis, & Fortunati contra ſe calumnias nõ audiret, nec eorum minis terreretur, ſed forti eſſet animo, ſicut Dei Sacerdotem contra hæreticos decebat? Cùm enim par in parem non habeat Imperiũ, facilè contemnere poterat quamcumque Romani Pontificis ſententiam, nec omninò curare, an ille audiret eorum contra ſe calumnias, necne. Miror verò, qui iſta citet ex Cypriano Mornæus, quæ adeò manifeſtò dignitatem, & primatum Eccleſiæ Romanæ commendant: vt quod dicatur *Cathedra Petri, Eccleſia principalis, vnde vnitas Sacerdotalis exorta eſt*; vbi tria ordine quodam (vt obſeruauit Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſ. §. 43.) annotauit, velut ſibi cohærentia, & omnino connexa. Petri Cathedra fecit Eccleſiam Romanam principalem; principalis autem Eccleſia eſt vnitatis Sacerdotalis origo & caput. Cũ verò vnũ quodque ex his, quæ ipſi familiaria ſunt, cõfirmetur & augeatur, contrarijs verò corrũpatur ac diſſipetur; quemadmodum vnitas Sacerdotalis ab vna Petri Cathedra iudicio Cypriani exorta eſt; ſic per eandem vnam Petri Cathedram perpetuò fouetur & conſeruatur. Gluten igitur concordiæ Sacerdotum Eccleſia principalis eſt, cui cæteros Sacerdotes oportet adhærere

Decretũ illud: Vt illic cauſſa iudicetur vbi crimen admiſſũ eſt, intelligi debet de primo iudicio.

Alioquin omnis in quacũq; ditione appellatio caueretur.

Par in parem nõ habet imperium.

Morn. Cypriani locũ citat cõtra primatum Eccleſiæ Romanæ, quẽ mirificè illi eidem fauet.

Digitized by Google

hærere, vt, dùm ei Eccleſiæ, quæ vna eſt, adhærent, ipſi inter ſe vnitatis vinculo copulentur. Si nulla præeminentia Romanæ Eccleſiæ; quo igitur ſenſu dicitur principalis, & ab ea vnitas ſacerdotalis ſumpſiſſe exordium, magis quàm ab Hieroſolymitana, vbi primùm iacta ſunt fundamenta Eccleſiæ aut à Carthaginenſi, cui præerat Cyprianus? Quòd autem ait Cyprianus, non eſſe minoris authoritatis Epiſcopos Africæ; rectè reſpondet Bellarminus, loco qui ſuprà quidquid contra nugetur aduerſarius, illud (*minoris*) non referre comparationem ad Romanum Pontificem ſed ad cauſam, de qua tunc agebatur; vt ſenſus ſit, Epiſcopos Africæ non fuiſſe minoris authoritatis, quàm ſufficeret ad cauſſam PſeudoEpiſcoporum iudicandam; vel etiam illic confert Epiſcopos Africæ cū Epiſcopis aliarum Prouinciarum, in quibus iudicia domi agebantur, & ab earumdem Epiſcopis exercebantur. Cur igitur non idem in Africa? At verò nos Cypriani authoritate vrgere videtur libro de vnit. Eccleſ.

Explicātur verba Cypriani obiecta à Mornæo.

Hoc vtique erant, & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi, & honoris, & poteſtatis: ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt vna Chriſti Eccleſia; & Cathedra vna monſtretur.

Pag. 12.

VBi, vt Primatum retinerent Catholici, multifariam hunc textum corrupiſſe contendit Mornæus; ſiquidem in Editione Pamelij aliqua adiici, vt expreſsim de Cathedra Petri, hoc loco, quæ non habentur in Editione Pariſienſi. Certè ſi conferantur iſtæ editiones, etſi aliquantulum variare videntur, ſenſus tamen idem eſt, & eadem mens Cypriani colligitur, & vtraq; editio Catholicorum hominum opera prodijt, & multis Codicibus vetuſtiſsimis, & probatiſsimis teſtatur Pamelius ſe vſum fuiſſe: vt nullo modo veriſimile ſit, animum illi fuiſſe corrumpendi textum Cypriani, ſed illum emendatiſsimum diuulgandi. An verò in Editione Pariſienſi nuſquam fit mentio Cathedræ Petri? Epiſt. 58. ad Cornelium eius Editionis, quæ eſt in Edit. Pamelij 55. *Ad Petri Cathedrā, atq; Eccleſiam Principalem vnde vnitas Sacerdotalis exorta eſt* &c. & Epiſt. 59. ad Antonianū *Cum Fabiani locus, ideſt, cum locus Petri, & gradus Cathedræ Sacerdotalis vacaret*. Non itaq; quod, vetuſtiſsimis Codicibus inter ſe collatis, nonnulla addidit in Editione ſua Pamelius, id fuit corrumpere textum, ad Primatū retinendum; quaſi in Editione Pariſienſi Cypriani, nuſquam idem aſſeratur. Deinde quo argumento probabit iſte, Pamelium addendo aliqua, corrupiſſe, minime verò editionem Pariſienſem ſupprimendo? Non diffitemur quidem Turnebum fuiſſe virum doctiſsimum, ac de re literaria quàm optimè meritum; nemo tamen negabit Pamelium in lectione Patrum, & maximè Cypriani magis fuiſſe verſatum, quod vel editiones ipſæ oſtendunt. Neque enim ita ordine ſuo omnia digeſta in editione Pariſienſi Turnebi, quàm in ea (neſcio cur Turnebo aſcribere debuerit) quæ eſt Morelij. Non eſt verò quòd Cypriani locum torqueant aduerſarij pro ſe ad impugnandum Petri Primatum. Similis locus extat apud D. Hieronymum lib. 1. contra Iouinianum: *Super Petrum* (inquit) *fundatur Eccleſia, & licet id ipſum alio loco ſuper Apoſtolos fiat, & cuncti Claues Regni Cælorum accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur, tamē propterea inter duodecim, vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio*: vbi habuiſſe Petrum, ſupra cæteros vt eſſet caput, docet expreſsè. Ità Apoſtoli ex Cypriano etiam pares erant Petro, Apoſtolatus honore, & poteſtate ligandi, & ſoluendi; vnitatis autem originem ab vno incipientem Chriſtus ſua authoritate diſpoſuit. Non ergo hac origine erant pares; Petro enim erat proprium, vt ab eo vno ordo Apoſtolatus, & poteſtatis inciperet; hic autem vnus, à quo vnitatis origo incipit, Petrus à Cypriano intelligitur. Et cùm prius ſcripſiſſet Cyprianus, quamuis Apoſtolis omnibus, poſt reſurrectionem ſuam, parem poteſtatem tribuat, & dicat; *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos: Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt &c.* Tamen, vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipiente ſua authoritate diſpoſuit: & ſubiungit immediatè: *Hoc erant cæteri Apoſtoli, quod & Petrus &c.* Quorſum Petri mentio? Quorſum particulæ iſtæ (*quamuis*) & (*tamen*) quibus complexum, comprehenſionem, & periodum orationis ſuæ abſoluit, cum cæteris Apoſtolis Petrum cōparans? & ſi igitur dicat omnibus Apoſtolis parē poteſtatē datam ligandi, & ſoluendi, non ideò intelligit omninò, & per omnia eſſe pares; qui enim aliquo vno, aut pluribus alicui par eſt, non omnibus par fuerit: neq; quod confertur, cum quibus cōfertur omninò idem eſt, vt notant Iuriſperiti ad penult. l. depoſiti.

Petrus caput Apoſtolorum.

Ioan. 20.

Quod confertur non omninò idē eſt cum quibus confertur.

Alia obiectio Mornæi. At verò Cyprianus in Concil. Carthaginenſi ſiue de ſententia Epiſcoporum epiſt. 73. Editione Pariſienſi.

Alia obiectio.

Nemo (inquit) *noſtrum Epiſcopum ſe eſſe Epiſcoporum conſtituit, aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem Collegas ſuos adigit.*

Pag. 12.

QVæ eadem habentur in Editione Pamelij. Certè cùm de Collegis ſuis in eo Concilio congregatis, D. Cyprianus manifeſtè loquatur, fruſtra detorſerit quis contra Primatum Romani Pontificis illud: Neque enim quiſquam noſtrum Epiſcopum Epiſcoporum ſe eſſe conſtituit: & vult Cyprianus ſe, quanquam primus ſit in eo cœtu, non tamen id ſibi ſumere, vt Collegis ſuis præſcribat, quid ipſi aut dicant, aut ſentiant. Nec verò Pontifex Romanus ſe conſtituit, ſed à Domino conſtitutus eſt Epiſcopus Epiſcoporum, cui incumbit, & paſcere oues Chriſti, & confirmare fratres ſuos.

Nō Pōtifex conſtituit ſe Epiſcopū Epiſcoporum, ſed Chriſtus.

Ad illud, quod ex eodem loco adfert, Epiſcopum

Digitized by Google

Legitimus ſenſus eius ſententiæ. Epiſcopus nonniſi à Deo iudicari debet.

pum non poſſe iudicari niſi à Deo, ſicut à ſolo Deo conſtitutus eſt; Reſpondet Bellarm. lib. 2. de Romano Pont. cap. 16. illud intelligi debere in rebus dubijs, & occultis, idquè ex ſententia D. Auguſt. lib. 3. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 3. vbi citatis illis Cypriani verbis: *Opinor* (inquit) *vtiq; in his quæſtionibus; quæ nondum eliquatiſſima perſpectione diſcuſſa ſunt*. Quod verò alibi ſcribit Cyprianus: *Diuina, & paterna, pietas nobis Apoſtolatus ducatum contribuit*. Quid inde? nàm certè ipſi Epiſcopi, tanquam Rectores Eccleſiarum ſunt Apoſtolorum ſucceſſores, & ſedes Epiſcopales aut ab Apoſtolis conſtitutæ, aut certè à Pontifice Romano, qui eſt ſucceſſor Petri, & Apoſtolicus; non ideo tamen Apoſtolica ſedes Carthaginenſis.

Quod vero citat ex Concilio Carthaginenſi:

pag. 12. *Primæ ſedis Epiſcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, aut ſummus Sacerdos, aut aliquid eiuſmodi.*

Mornæus ſibi contradicit.

EST Canon. 6. Concilij Africani, ſub Bonifacio Papa I. vbi certè quod contra Magdeburgenſes, eos ſibi contradicere docet doctiſs. Pater Turrianus lib. 3, pro Epiſt. Pont. cap. 1. & nos contra Mornæum poſſumus oſtendere: cùm enim totam ſuam diſputationem inſtituerit contra Epiſcopum Romanum, primæ ſedis Epiſcopum, eundem, non alium intelligit; quo certè primatum ei licet inuitus, & neſcius, concedit. Quomodo enim prima inter reliquas alias ſedes eſſe poterat, niſi primatum inter eas haberet? cùm enim Romana non ſit prima ſedes in his, aut illis Prouincijs, vt eſt Carthaginenſis prima in Prouincijs Africæ, Alexandrina prima in Prouincijs Aegypti, Libiæ, & Pentapolis; ſic Antiochena prima in ſuis; relinquitur vt ſit prima ſedes in omnibus Prouincijs Eccleſiæ Catholicæ: aut nuſquam eſt prima: habet igitur poteſtatem in Epiſcopos omnium Prouinciarum; ſicut Antiochena item in ſuos, & Carthaginenſis in Epiſcopos Africæ; aut dicat Aduerſarius, in quarum Prouinciarum Epiſcopos habet priuatè poteſtatem prima ſedes Epiſcopi Romani, quam ipſi fatentur appellatam in Synodo Carthaginenſi primam ſedem. Sic igitur, aut prima ſedès eſt; ſed inter nullas alias, quod ridiculum eſt; aut, velit, nolit iſte, fateatur, quod res eſt, eſſe primã ſedem inter reliquas omnes. Non igitur de Epiſcopo Romano intelligi poteſt hic Canon, ſed de primatibus Africæ, id eſt de Epiſcopis primarum ſedium, nam quilibet Primas in ſua Prouincia eſt primæ ſedis Epiſcopus. Quia vt Leo IX Epiſt. ad Ioannem, & Petrum Africanos Epiſcopos, contra Epiſcopum Grumitanum, ſcripſit, referente Turiano lib. 3. ca. 1. pro Epiſt. Pontificum, *in ſingulis Prouincijs Africæ inſtituebãtur Primates non ſecundùm potentiam* (inquit) *alicuius ciuitatis, ſed ſecundum tempus ſuæ ordinationis. Metropolitani enim vocabantur in Africa Primates, qui erant Epiſcopi primarum ſedium, quibus tamen præerat Epiſcopus Carthaginẽſis maximus totius Africæ Metropolitanus, qui ſolus accipiebat pallium ab Apoſtolica ſede: vnde, & Epiſcopos conſecrandi* (ait eadem Epiſt.) *principale, & antiquum ius retinet* ſicut *ex verbis Aurelij in Concil. Carth. 3. capit. 39.* *intelligi poteſt. Ideo igitur de Primatibus Africæ ſtatutum eſt, quò admonerentur, ſe intra ſuum modum, ac menſuram continere, ne ſe aliquando in dignitatem Carthaginenſis Eccleſiæ efferrent, vt Grumitanus ille Epiſcopus, tẽpore Leonis IX. tentauit* de quo idem ſcripſit, *Neq. quicunq. ille ſit Grumitanus Epiſcopus, aliquam licentiam conſecrandi Epiſcopos, vel deponendi, ſeu Prouinciale Concilium conuocandi, habet, ſine conſenſu Carthaginenſis Epiſcopi, cuiuslibet dignitatis, aut poteſtatis ſit; qui cætera, præterquàm, quæ ad propriam Eccleſiam pertinent, ſicut, & alij Africani Epiſcopi, conſilio Carthaginenſis Archiepiſcopi, aget.*

De quibus intelligendus hic canon. Primæ ſedis Epiſcopus non appelletur Princeps ſacerdotum &c.

Et hinc iudicet lector (ait Mornæus) *Cypriani ſententiæ, vtra editio magis conſonans, Pamelijnè an Turnebi.* pag. 12.

DE hoc ferre iudicium doctiſsimorum hominum eſt, qui in lectione Patrum diligenter ſunt verſati, non iſtius inſipidi hominis; cùm cęcus non recte iudicet de coloribus: Quamcumq. editionem conſulamus, vtraq. ex æquo, nobis ſuppeditat argumentum contra aduerſarios. In quo verò iſte accuſandus, in eo maximè nos reprehendit, quòd Harpiarum more, Patres tàm turpiter noſtro contactu contaminemus; cum nihil magis familiare ſit iſtis, quàm loca ſcripturæ corrumpere, & Patrum, ne ex antecedentibus, & conſequentibus eorum mens intelligatur, mutila adferre? vt ait Cyprianus lib. de vnitate Eccleſiæ *Corruptores Euangelij; atq. interpretes falſi extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt, & partis memores & partem ſubdolè comprimentes: vt ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſunt, ita capituli vnius ſententiam ſcindunt*. Serapioni cuidam non abſimiles dixero, cuius arrogantiam Seuerianus Epiſcopus non ferens, cùm aliquandò dixiſſet (vt refert Socrates lib. 6. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 10.) *Si Serapion moriatur Chriſtianus, Chriſtus certè homo factus non eſt*; ille ſupprimendo prioris ſententiæ membrum, poſterius, nempe *Chriſtus homo factus non eſt* Ioãni Chriſoſtomo Seuerianum dixiſſe retulit: quo factum eſt vt ei fieret inimicus eumq. Ciuitate exigeret Chriſoſtomus; Ita enim ipſi ſupprimendo loca Patrum, ſubdoli, & fraudulenti ſimplicium, & incautorum mentes decipiunt. Quoad Editionem Pamelij, teſtatur ille in Epiſt. dedicatoria à ſe proprio cerebro tributum nihil, ſed omnia ex authoritate M.S. Librorum, eorumq. vetuſtiſſimorum, & vnius iam olim excuſi, inter quos de nomine meritò recenſendus veniat Abbatiæ Cambronenſis Codex cęteris multo caſtigatior, omnia reſtituiſſe. Quid igitur habet inſulſus iſte quo editionem Pamelij reprehendat?

Mornæus quod nobis vitiũ obijcit iniquè id pro verè veritate in ſeipſo non agnoſcit.

Mornæus Seraphioni cuidam ſimilis.

Hic interim prodit frontem ſuam Baronius, contrarium omninò ex ipſo Cypriano, & aſſerere, & tueri non veritus. Primò agnouiſſe Cyprianum Petri Pag. 12.

tri

tri Cathedram, omnium orbis Eccleſiarũ ſupremum iudicẽ, etc. corruptela pro veriore lectione abuſus, &c.

EX ſententia Baronij, Cyprianum Petri Cathedram omnium orbis Eccleſiarum ſupremùm iudicem agnouiſſe, quicquid ineptus ille nugetur, certò conſtat. Ac vt alia Cypriani loca omittam, ex Epiſt. 67. ad Stephanum Romanũ Epiſcopum, quæ eſt in Editione Pariſienſi (cuius tanta apud Mornæum eſt authoritas) 42. vbi eum monet, vt Arelatenſi Eccleſiæ à Martiano eiuſdem Ciuitatis Epiſcopo Nouatiano hæreſi infecto, remedio opportuno proſpiciat in hunc modum ſcribens: *Cui rei noſtrum eſt conſulere, & ſubuenire, frater Chariſſime, qui diuinam clementiam cogitantes, & gubernandæ Eccleſiæ libram tenentes, ſeu cenſuram vigoris peccatoribus exhibemus, vt tamen lapſis exigendis, & curandis vulneratis bonitatis, & miſericordiæ diuinæ medicinam non denegemus.* Hãc quidem curam imminere omnibus Sacerdotibus cùm dicat Cyprianus, poſteà, quòd propriũ ſit Romani Epiſcopi, & non aliorum, ab eo implorat auxilium, & requirit officium dicens: *Quapropter facere te oportet pleniſſimas literas ad Coepiſcopos noſtros in Gallijs conſtitutos, ne vltrà Martianum peruicacem, & ſuperbum, & diuinæ pietatis, ac fraternæ ſalutis inimicum, Collegio noſtro inſultare patiantur, quòd necdùm videatur à nobis abſtentus, qui iam pridem iactat, & prædicat, quod Nouatiano ſtudens, & eius peruicatiam ſequens, à communicatione ſe noſtra ſegregauerit*, paulo poſt. *Dirigantur in Prouinciam, & ad Plebem Arelate conſiſtentem à te litteræ, quibus abſtento Martiano, alius in locum eius ſubſtituatur, & grex Chriſti, qui in hodiernum ab illo diſſipatus, & vulneratus contemnitur, colligatur*. Ex his planè rectè colligit Baronius Tomo. 2. ad annum Chriſti 258. tùm à Cypriano, tùm ab alijs Epiſcopis cognitam eſſe authoritatem Romani Pontificis dùm in eo ſuâ quiſq; & in communi, cęteri omnes Epiſcopi ſuam ipſorum poteſtatem limitibus coarctatam intellexere; quandoquidem Gallicani Epiſcopi haud tantum virium, ac facultatis in ſe eſſe cognoſcerent, vt hominibus inuiſum hæreticum hominẽ, quod adeo optarent, deponerent; ſed tùm illi, cùm Cyprianus ad id peragendum Romani Epiſcopi appellaret authoritatem, qua Martianus Epiſcopus deponeretur è ſede, & alius Catholicus in eius locum ſubrogaretur Antiſtes. Et ſi non maior authoritas Epiſcopi Romani in Eccleſias Gallicanas, quàm cœterorum, fruſtrà certè Cyprianus ad deponendum Martianum Arelatenſem Epiſcopum hæreticum, & ſubſtituendum Catholicum, eius opem implorat; cum ipſe id, non minore cùm authoritate, præſtare potuiſſet. Eadem Epiſt. ſignificat Cyprianus Fauſtinum Lugdunenſem Epiſcopum, & cæteros Epiſcopos in eadem Prouincia conſtitutos, idem Stephano Romano Epiſcopo ſignificaſſe. Intellexerunt igitur illi, ſe non parem habere Epiſcopo Romano in Eccleſias Gallicanas authoritatem, nec penes eos eſſe deponere Epiſcopum, aliùmq; ſubrogare. Addo & ipſum populum Arelatenſem ex Cypriano faciiè agnouiſſe Epiſcopi Romani ſupra cęteros authoritatem; nam Cyprianus ab Stephano poſtulat, vt ab eo dirigantur literæ ad plebem Arelate conſiſtentem; quod procul dubio nunquàm feciſſet niſi probè perſpectum habuiſſet, nec ipſam quidem plebem latuiſſe, Pontificem Romanum, in Eccleſias Galliç habere authoritatem. Id igitur agnouit Cyprianus, qui Pontificem monet ſui officij, & ad ſcribendum hortatur.

Quam rectè Baronius colligat ſupremam authoritatem Romani Pont. nec Cypriano, nec eius Collegis ignotam fuiſſe.

In cauſa Baſilidis etiam, de quo ſuprà, rectè concludit Baronius, Cyprianum nihil ſummi Pontificis detrahere poteſtati, Epiſcoporum cauſas dijudicantis, & quæ ab alijs facta eſſent, deſtruentis, ac penitus irritantis: ſed tantum de obreptione facta expoſtulaſſe: vnde ſubiungit: *Videas hoc exemplo antiquiſſimum vſum Eccleſiæ ex remotiſſimis orbis partibus Epiſcopos, qui aliquid iniuſti à Collegis paſſos eſſe prætenderent, prouocare ſolere ad Romanum Pontificem, tanquam primarium Eccleſiæ vniuerſalis Antiſtitem.* Reuoluat omnes editiones Mornæus; An non Cyprianus eſt, qui aſſerit, Chriſtum ſuper Petrum Eccleſiam ſuam fundaſſe, & ſuper illum vnum ædificaſſe, qui ſcribens ad Antonianum *Cum Fabiani* (inquit) *locus id eſt cùm locus Petri, & gradus Cathedræ Sacerdotalis vacaret*, Romanam Eccleſiam Catholicæ Eccleſiæ matrem, & radicem appellat? Petri prætereà Cathedram, atquè Eccleſiam principalem, vndè Sacerdotalis dignitas exorta eſt? qui non aliter Catholicum definit, quàm qui communicat cùm Epiſcopo Romano in Eccleſiæ Catholicæ vnitate, pariter & charitate; qui non aliundè ortas hæreſes, aut nata ſchiſmata affirmat, quàm inde, *quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex, vice Chriſti, cogitatur, cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſus Sacerdotum Collegium quicquam moueret, nemo poſt domini iudicium, & poſt populi ſuffragium, poſt Epiſcoporum conſenſum, iudicem ſe, iam non Epiſcopi, ſed Dei faceret &c.* Quem quæſo iudicem vnum, vice Chriſti, cui, ex præcepto Domini, fraternitatem vniuerſam obtemperare deceat, intelligit Cyprianus, ſcribens ad Corneliũ Epiſt. in Editione Pariſienſi 18. niſi Romanum ipſum Epiſcopum? Eum igitur agnouit Cyprianus (vt rectè aſſeruit Baronius) omnium orbis Eccleſiarum ſupremum iudicem.

Vnde Cyprianus ortas hæreſes exiſtimet.

☞ Quibus verò Cypriani locis citandis: *Baronius corruptela, pro veriore lectione, abuſus?* Multa dicit barbarus iſte ſed nihil probat; Citet, vel vnũ locum, quem Catholicos corrupiſſe oſtendat. An non nobis eodem immo potiori iure licebit affirmare, & iſtum in Cypriani locis citandis corruptela pro veriore lectione, abuti? Quanto verò graculi iſtius impudentia, vt Baronio, viro doctiſſimo, totius antiquitatis peritiſſimo, de Republica Chriſtiana quàm optimè merito, obſtrepere audeat, ſe prætereà meliùs illo de veriore lectione Cypriani iudicare, aut eiuſdem mentem aſſequi exiſtimet?

Mornæus multa dicit ſed non probat.

Mornæi impudentia.

☞ pag. 13. Quod citat Eccleſiarum Africanarum con-

tra

tra tranſmarina iudicia ſtatutum; vel illud intelligit, cuius meminit Cyprianus Epiſt. 55. ad Cornelium: *Nam cum ſtatutum ſit omnibus nobis, & æquum ſit pariter, ac iuſtum, vt vnius cuiuſq; cauſſa illic audiatur, vbi eſt crimen admiſſum &c.* & ſic iã reſponſum eſt, & iterum dico, Cyprianum, non omnem appellationem ad Romanum Epiſcopum, ſed eam videri ſubmouere, qua perditi homines, ob grauiſsima, & manifeſta crimina, à Synodo Epiſcoporum damnati, Romanos Põtifices, ad reſcindenda tot Epiſcoporum æquiſſima iudicia, callidè circumuenire conati ſunt: hoc certè eſt quod Africani conſtituerunt. Inde enim, ſi huiuſmodi hominibus paſsim appellare liceat, & diſciplina Eccleſiaſtica violatur, & criminoſis hominibus contemnendi iudicia Epiſcoporum occaſio præbetur. Aut certè intelligit Canonem 22. Concilij Mileuitani, ſub tempora Innocentij Papæ 1. quem & obijcit Caluinus lib. 4. Inſtitut. cap. 7. ſect. 9. ſed & tùm optimè reſpondet Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice cap. 24. Canonem iſtum non eſſe ad propoſitum; nam quæſtio de appellationibus ad Romanum Pontificẽ non eſt de appellationibus Presbyterorum, & minorum Clericorum, ſed de appellationibus Epiſcoporum: nàm & Concilium, quod ſtatuit, Epiſcopos poſſe appellare ad Pontificem Can. 4. & 7. idem voluit cauſas Presbyterorum, & minorum Clericorũ terminari apud vicinos Epiſcopos; ità vt liceat maioribus Clericis appellare à ſuo Epiſcopo ad alios Epiſcopos eiuſdem Prouinciæ, vt habet Can. 17. Porrò Canon. 22. Cõcilij Mileuitani de Presbyteris, & minoribus Clericis loquitur, non de Epiſcopis. Ita enim habet. *Placuit vt Presbyteri, Diaconi, vel cęteri inferiores Clerici in cauſis, quas habuerint, ſi de iudicijs Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos audiant. & inter eos, quicquid eſt, finiant, adhibiti ab eis ex conſenſu Epiſcoporum ſuorum: quod ſi ab ijs prouocandum putauerint, non prouocent niſi ad Africana Concilia, vel ad primates prouinciarum ſuarum ad tranſmarina autem qui putarit appellandũ, à nullo intra Africam, in communione ſuſcipiatur;* Gratianus 2. q. 6. citans hunc canonem addit; *Niſi forte Romanam ſedem appellauerint.* Quod quidem Gratiani eſſe additamentum, antiqui Codices oſtendunt: & id alienum eſt à mente Africanorum, qui per tranſmarina, Eccleſiam Romanam intelligunt; nàm de alijs ſecuri eſſe poterant; Quamquam rationi æquum eſt, quod Gratianus addidit: *vt ſalua ſemper intelligatur prærogatiua Eccleſiæ Romanæ, quam conſcribere non poteſt vllum Concilium*: nedum Prouinciale, quale Mileuitanum: Idem Canon renouatus eſt & in Cõcil. Africano, ſub tempora Bonifacij Papæ 1. & eſt 92. Intelligi verò de Presbyteris, & minoribus Clericis, non de Epiſcopis, rectè probat Bellarminus ex D. Auguſtino, qui interfuit Concilio Mileuitano, & tamen ſcribit epiſt. 162. licere Epiſcopis Africanis appellare vltra mare; Nec valet conſequentia hæc Patrum Concilij Africani, cum ſcribunt ad Bonifacium in hunc modum. *Nam etſi de inferioribus Clericis, vel laicis videtur ibi præcaueri, quantò magis hoc de Epiſcopis voluit obſeruari, ne in ſua Prouincia communione ſuſpenſi, à tua Sanctitate, vel feſtinatò, vel præproperè, vel indebitè videantur communioni reſtitui:* illud enim eos in hanc adducebat ſententiam, quòd putarent id Concilio Niceno definitum quippè cùm Can. 5. Epiſcopos ſuis Metropolitanis commiſiſſet, cùm tamen nihil illic ſtatuatur contra appellationes ad Romanum Pontificem, vt obſeruauit Turrianus libro tertio pro epiſt. Pontificum capit. 1. Mornæus.

Canõ Africanarũ Eccleſiarũ de nõ appellãdo ad trãſmarina iudicia, de quibus intelligendus.

Nõ probatur ea exceptio, qua Gratianus dictum Canonem moderatur.

Quam rectè Bellarminus probet eũ canonem intelligẽdum eſſe de Presbyteris, et Clericis minoribus.

Huc verò adducit Decretalem Fabiani Romani Epiſcopi ad Hilarium Epiſtolam, hac exceptione: ſalua in omnibus Apoſtolica authoritate. Pag. 13.

EXtat quidem decretum Fabiani Papæ Epiſt. 3. ad Hilarium Epiſcopum. *Peregrina iudicia, ſalua in omnibus Apoſtolica authoritate generali ſanctione prohibemus; quia indignum eſt, ab externis vt iudicetur, qui Prouinciales, & à ſe electos debet habere iudices, niſi fuerit appellatum; vnde oportet ſi aliquis Epiſcoporum ſuper certis accuſetur criminibus, vt ab omnibus audiatur, qui ſunt in Prouincia Epiſcopis; quia non oportet accuſatum alicubi, quàm in foro ſuo audiri. Si quis verò Iudicem aduerſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat.*

Mornæus in margine *Baronius anno 55. Tom. I. art. 2.* Cum tamen illic neq. Fabiani, neq. decreti iſtius meminerit. Hoc idem decreuerunt, & alij Pontifices, vt videre eſt apud Gratianum in decreto 3. 4. 6. vnde & cuiuis conſtabit, contrà Mornæum, exceptionem Eccleſiæ Romanæ ſtatuto occaſionem non dediſſe. Quòd ſcribit, has Epiſtolas, ad Siricium vſq; nullam fidem facere pridem inter omnes doctos conuenire; ſcio quidem, & alijs viris doctis in ſuſpicionem venire, quod nec Dionyſius exiguus, vir de re Eccleſiaſtica quam optimè meritus earum vllam fecerit mentionem; nec Fulgentius Ferrãdus nec Creſconius in ſuis Canonum antiquis breuiationibus illas proferat; quæ tamen ratio non adeò vrget; nec enim exempli gratia reijcienda opera Dionyſij Areopagitæ, quòd antiqui Patres, aut ſcriptores Eccleſiaſtici eorum mentionem non faciant; verùm, vt ſupra dictum eſt, multa ſunt in illis Epiſtolis, quæ videri poſſunt ſuppoſititia, vnde à Catholicis, viris doctis non ita magni fiunt: ſed pro Romani Pontificis authoritate, & appellationibus ad Eccleſiam Romanam non deſunt nobis aliunde firmiſsima contra aduerſarios argumenta.

Num Fabianus (inquit) in ſua cauſa audiendus teſtis, credendus? Pag. 13.

VErùm non ſibi plus arrogabat authoritatis, quàm conueniret, aut quàm Petrus, & alij illius prædeceſſores habuiſſent. Ità credo, aduerſus quemlibet Principem, aut Iudicem contra perfidos, ac rebelles ſuam aſſerentem, & vindicantem authoritatem, diſputabit Mornæus neminem in ſua cauſſa audiendum, teſtem credendum: cùm tamen vbi de iuriſdictione agitur, idē poſsit eſſe aduerſarius, & Iudex l. 5. D. de Iud.

Tùm

Digitized by Google

Vana ſunt rationes, quibus Mornæus explodendã nu tat Epiſtolã Fabiani Papæ.

Tùm alias tres cauſas explodendi hanc Epiſtolam Fabiani ad Hilarium adducit, quas certè, etſi eam pro certa, & indubitata Fabiani Epiſtola non habeamus, non tamen magni facimus; primam quidem *ob barbariem*, quam puto illum nunquam, aut oſcitanter legiſſe, nàm neq; barbariſmum, neq; ſolœciſmũ in ea deprehẽdere licet: Miror certe qui iſte non conſulat Rabinos, an libri Moſis, & Prophetarum hebraicæ tàm eleganter editi ſint, vt iudicium ferre poſsit, an diuinitùs editi ſint, & ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſint Sancti Dei homines; & qui non reijciat, ſi aliquantulum peritus eſt linguæ Græcæ, & latinæ, libros noui Teſtamenti, qui neq; græcè editi, facundiam Iſocratis, Platonis, aut Demoſthenis, vel elegantiam, & vbertatem illam verborum referunt, neq; in latinum verſi, Tullianam illam phraſim redolent cuius aſſertor eſt magnus ille Mornæus τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή *cuius ab ore melle dulcior fluebat oratio*. Altera cauſſa reprobandi hanc epiſtolam,

Pag. 13.

Falſitatis (inquit) *ſignum, cum Affricano, & Decio Conſulibus data legitur, quorum in faſtis Pontificalibus, non apud Onuphriũ ipsũ mentio vlla:*

Tempora Coſſ. ſigna ta incerta ſunt.

VErùm vt aliqui diligentiſsimi Chonographi notarunt, valdè incerti ſunt faſti illi Conſulares, quòd Conſules partim ſupprimantur ab hiſtoricis, partim diuerſo loco, & ordine collocentur; idq; exemplis hiſtoricorum Maſſeus lib. 8. ſuorum Annalium docet, quem citat Turrianus lib. 5. pro Epiſt. Pontif. cap. 10. vbi & addit confiteri hoc Titum Liuium, neſcire ſe, in multis annis qui fuiſſent Conſules. Eſſe præterea Conſules Bimeſtres, Trimeſtres, & interdum paucarum horarum. In tanta igitur varietate, obſcuritate, difficultate, notatione temporum ex Conſulibus, quod inde firmum argumentum in Epiſtolarum Pontif. veritatem, vel falſitatem adferri poteſt? Cur verò magis Caſiodoro, Mariano Scoto, aut, poſt eos, Onuphrio, hos aut illos Conſules non fuiſſe, qui adijciuntur Epiſtolis Pontif. quàm ipſis Pontificibus, qui tunc fuerunt, credatur? ſi fortè quis contendat, illas Epiſtolas eſſe Pontificum, quibus aſcribuntur, cùm etiam apud omnes conſtet, in faſtis Conſulum non rarò diſcrepare ueteres ſcriptores. An maiorem fidem faciet, qui rem alieni ſæculi ſcribit, quàm qui ſui? An non etiam variant Authores, ſub quibus conſulibus natus ſit Chriſtus? neq; quod Conſules fuerint primo anno poſt exactos Reges. conſentiunt? vt notat etiam Baronius Tom. 2. ad annũ Chriſti 138. Atquè conſentiunt latini, atq; Græci Hyginium Romanum Pontificem ſediſſe annos IV. quod, & affirmat Euſeb. Si quis tamen in perquirendis annis Hyginij, Conſules perperam poſitos, immò errore illapſos in librum de Romanis Pontificibus ſubſequatur in Hyginio, duodecim ſaltem annos eum ſediſſe dicendum erit. Non ergo adeò certi ſunt faſti Conſulares, vt magis credamus eos non fuiſſe Conſules, quando ſcriptæ ſunt Epiſtolæ Pontificis, qui ipſis Epiſtolis adijciuntur: etſi alioqui in faſtis Conſularibus nulla eorũ mentio.

Incerta eſt libri Faſtorum auctoritas.

Poſtrema cauſa.

In margine (inquit) *notatum, partem eius in decretis Sixti Tertij, ipſiſſimis verbis legi, qui 200. poſt annis vixit, quod in tanto Chronologo non ferendum.* Pag. 13.

AN verò ſi 200. poſt Fabianum Papam annis vixit Sixtus III. ideò non eadem in eius Epiſtola leguntur, aut ab eo conſtituuntur, quæ prius fuerant ſcripta à Fabiano, aut quia poſterius vixit, ideo non eadem ſcripſiſſe, aut conſtituiſſe putandus eſt? quod falſi ſignum, aut quis error in Chronologia, ſi in margine Epiſtolæ Fabiani legatur, partem eius in decretis Sixti III. ipſiſsimis verbis legi: In operibus D. Auguſtini, aut aliorum Patrum, ſi notetur aliquando in margine, illorum textus legi iiſdem verbis apud Magiſtrum ſententiarum, & Gratianum. Quod falſi, ſignum? Aut quis error in Chronologia? Cui enim non conſtat, magiſtrum ſententiarum, & Gratianum multis poſt Auguſtinum, & illos Patres annis vixiſſe? Ita nemo ignorat Sixtum III. poſt Fabianum, multis annis, ſediſſe in Cathedra Petri. An etiam ideò non verum, eadem legi in Epiſtola Sixti III. quæ ſcribuntur in Epiſtola Fabiani? aut in margine id notari non potuit? Et hæc, vt oſtendamus nos rationibus Mornæi, ne minimùm quidem moueri contra Epiſtolam Fabiani; quę etſi in dubium reuocari poſsit, minimè tamen in dubium reuocari poteſt illud decretũ, quod ſemper obtinuit, ſaluam debere eſſe in omnibus Apoſtolicæ ſedis authoritatem.

Satis ſuperq; ſupra oſtenſum, Cyprianum ſupremam Epiſcopi Romani authoritatem agnouiſſe, vt iſte, aut Cyprianum non legerit, aut verba Cypriani minimè intelligat, multo minus illius mentem aſſequatur.

Quæ Stropha (inquit Mornæus) *homine litterato planè indigna ne dicam Theologo, Cardinali: Ergonè Præpoſitus idem, quod Papa &c.* Pag. 13.

COncedit Baronius quod Cyprianus ad Clerum Romanum ſcribens, poſt Martyrium Fabiani, in ea Epiſtola, eumdem, modò Collegam, modò verò præpoſitum nominet, vt pote, qui, cùm Epiſcopus eſſet, poteſtate tamen, in Hierarchico Eccleſiaſtico ordine, cæteris ille præpoſitus eſſet Epiſcopis; cũ alioqui voce Collegæ non ſemper in ordine pares, ſed in Miniſterio conſortes Africani Epiſcopi conſueuerint nominare: Et præpoſiti quidem vox relationem habet ad ſubditos; & Chriſtiani veteres hanc vocẽ Epiſcopis potiſsimum applicauerunt, vt notauit Pamelius ad Epiſt. 4. Cypriani: *Ac quilibet Epiſcopus præpoſitus eſt, & Paſtor in partem ſolicitudinis*

M aſſu-

aſſumptus. Cum verò de Pontifice Romano effertur hæc vox, vt de Fabiano, apud Cyprianum, ad omnes relationem habet; nec contrarium ex verbis Cypriani colliget Mornæus, maximè, cùm ex alijs locis Cypriani conſtet, eum agnouiſſe Epiſcopi Romani in reliquos omnes authoritatem. Non erat itaq; quòd tot loca Cypriani iſte citaret ad oſtendendum eum *præpoſiti* nomen cuiuis Epiſcopo tribuere. Nam & Epiſcopi nomen cùm de reliquis, vt de Romano Pontifice, enuncietur apud Cyprianum, non inde tamen colligitur eiuſdem omnes eſſe authoritatis.

Pag. 13. *Omnes* (inquit Baronius) *Saltem quæſtiones de hæreſi, à ſolo Epiſcopo Romano iudicatas, cæteri non niſi, dicit, cauſa vocati &c.*

Pontifex Romanus de hæreſibus olim & hodie iudicat.

AD Romanum Pontificem omnes fidei controuerſias referendas eſſe, & de hæreſi quæſtiones, docet Baronius; quod & ſcribunt Euſeb. lib. 6. hiſt. Eccleſ. cap. 29. & Niceph. lib. 5. c. 19. Origenes ſcripſit Fabiano Romano Epiſcopo, alijſq; permultis Eccleſiarum Præſidibus de ſua recta, & orthodoxa de fide Chriſtiana ſententia. Cùm enim in varios errores incidiſſet, ſciebat, ſe alijs quidem, ſed potiſsimùm Romano Epiſcopo, vt ſupremo Eccleſiæ Paſtori, rationem ſuæ fidei reddere debere: & in ea Epiſt. teſte Hieronymo ad Pammachium, & Oceanum de erroribus Origenis pœnitentiam agit, cur talia ſcripſerit, & cauſſam temeritatis in Ambroſium refert, quòd ſecretò edita in publicum protulerit. Etſi verò ad Fabianum, & ad alios ſcripſiſſe legatur, non fruſtrà tamen nominatim exprimitur Fabianus Romanus Epiſcopus; neq; id pro Vrbis prærogatiua, ſed pro Cathedræ illius dignitate. Alij etiam, qui erraſſe, aut deliquiſſe exiſtimabantur, ipſi ſe apud Romanum Pontificem, vel per Epiſtolas, vel præſentes purgarunt: vt teſtis eſt Athanaſius, Dionyſius Alexandrinus apud Romanum Pontificem de fide accuſatus cùm obiecta poſtulaſſet à Romano Pontifice, eaq; accepiſſet, opus edidit ſub nomine Elenchi, & Apologiæ ad ſe purgandum. Vrſatius, & Valens Pannonię Epiſcopi, vt refert Epiphanius hæreſi 68. pænitentiam agentes, vna cum libellis, profecti ſunt ad Beatum Iulium Epiſcopum Romanum pro ratione reddenda de ſuo errore, ac delicto, quòd calumnias ſtruxiſſent Papæ Athanaſio: *At ſuſcipe* (inquiunt) *nos in communionem, ac pænitentiam*. Non dicit ad Iulium, & alios Epiſcopos, ne obijciat iſte, eũ cauſſam non diuidere; Inſtantius, Saluianus, Priſcilianus, vt refert Seuerus Sulpitius lib. 2. ſacrarum hiſt. Romam profecti ſunt, vt apud Damaſum, Vrbis ea tempeſtate Epiſcopũ obiecta purgarent; & ne in cõſpectũ quidẽ eius admiſsi ſunt. An verò ob prærogatiuam vrbis, vel vrbem inuiſuri, & non potius quia ſciebant omnium Eccleſiarum eum eſſe Principem? Non igitur ex facto vnius Origenis, ſed multorum prætereà aliorum conſtat de errore accuſatis, aut conuictis,

Vrſatius & Valens ad Pontificem recurrunt.

Item inſtãtius, Saluianus, Priſcillianus.

Romano Pontifici vt ſupremo Paſtori Eccleſiæ, ſuæ fidei reddendã eſſe rationẽ; cùm Catholicus ille ſit, qui cùm Epiſcopo Romano cõmunicat.

Fabiano mortuo, ſede vacante, Clerus (inquit) *Romanus, omnium Eccleſiarum curam ſuſcipit &c.* Pag. 13

Defuncto Fabiano Clerus Romanus Eccleſiæ curã ſuſcipit.

SAncto Fabiano Catholicę Religionis Antiſtite Martyrio coronato, & ſede interim vacãte, Clerus Romanus ſuarũ partium eſſe iudicauit, ex antiqua conſuetudine, ſublato viſibili vniuerſalis Eccleſiæ capite, Catholicæ Eccleſiæ vbiq; locorum poſitæ proſpicere, atq; conſulere; vt in his quæ licerent, ipſius capitis munera explerent. Id oſtendit Baronius ex Epiſt. 3. apud Cyprianum, editione Pamelij, Cleri Romani ad Clerum Carthaginenſem: cum enim intellexiſſet Cyprianum Epiſcopum Carthaginenſem ab Eccleſia ſua ſe ſubduxiſſe, vt opportuniori tempore in medium prodiret, & dilatum Martyrium maiori Eccleſiæ vtilitate ſuſciperet, vt à Paſtore relictam Eccleſiam Carthaginenſem, in officio contineret, quam primùm ad eius Clerum conſcripſit Epiſtolam: *Videas inter hæc* (inquit Baronius) *de Eccleſia deſtituta Paſtore, eundem Romanum Clerum anxium eſſe, eandemque ſollicitudinem vniuerſi gregis ſedulo agitare conſilio, qualem viuens Pontifex ſuſcipere conſueuerat*. At hic contendit Mornæus non id fuiſſe ex poteſtate, ſed ex mutua charitate, & fuiſſe communicationem Conſiliorum.

Eccleſia verò aliqua (inquit) *ſi aliam conſuluerit, libertatem ſuam perdiderit, prodiderit? Quæ conſilium alteri dederit, ſuam fecerit, in ſeruitutem manciparit.* Pag. 14.

AT non conſuluerat ante Clerus Carthaginenſis, Clerum Romanum, ſed Clerus Romanus, ex debito officij, & vt partibus ſuis fungeretur, ita ſcripſit ad Clerum Carthaginenſem, vt in ea Epiſt. vim meritò faciat Baronius: *primùm, cùm incumbat nobis* (inquiunt) *qui videmur præpoſiti eſſe, & vice Paſtoris, cuſtodire gregem, ſi negligentes inueniamur, dicetur nobis quod, & anteceſſoribus noſtris dictum eſt, qui tam negligentes præpoſiti erant, quoniam perditum non requiſiuimus, & errantem non correximus, & claudum non colligauimus, &c.* ſuprà cùm ſcriberet Cyprianus ad Clerum Romanum de morte Sancti Fabiani, eumque, & Collegam, & præpoſitum vocaret, *ſuperioris gradus reſpectu*, ut interpretabatur Baronius, contrà, iſte ne ius aliquod Epiſcopo Romano in Carthaginenſem concederet.

Præpoſitum (inquit) *nùm non apertè dicit, vt ad eos relationem habeat, ad quos ſcribit non ad ſeipſum?* Pag. 14.

MOdo igitur cùm Clerus Romanus ſcribit ad Clerum Carthaginenſem, & vtuntur his

verbis

Digitized by Google

verbis: *Cum incumbat nobis, qui uidemur præpoſiti eſſe*; ex ſententia Mornæi relationem habebunt ad eos, ad quos ſcribunt, non ad ſe ipſos. Clerus igitur Romanus erat præpoſitus Clero Carthaginenſi; alioqui enim quid opus erat ſcribentibus ad Clerum Carthaginenſem vti his verbis? nàm Clerus Carthaginenſis vtiq; reſpôdiſſet; ſi Romanus Clerus prępoſitus eſt, moneat officij ſubditos, equidem ſi quis aliquem, per omnia ſibi parem ſui officij monere velit, & quidem ex charitate, non ita illum aggredietur: *Cum incumbat mihi, qui uideor præpoſitus eſſe &c.* ſubijciunt: *& uice Paſtoris cuſtodire gregem*. Quorſum iſtud, ſi Eccleſia Carthaginenſis non erat grex commiſſus Pontifici Romano, aut, ea ſede vacante, Clero Romano? Capitulum ſede vacante, Epiſcopo ſuccedit in his, quæ ſunt Iuriſdictionis: non mirum igitur, ſi Clerus Romanus, Pontifice ex hac vita ſubſtracto, toti Eccleſiæ præeſſet, cum Eccleſia Romana *matrix* ſit, *& radix* (vt loquitur Cyprianus) *omnium Eccleſiarum*. Sequitur, *ſi negligentes inueniantur dicetur nobis &c.* quæ verò negligentia, aut qui culpanda, niſi ex officio illis incumberet curam gerere Carthaginenſis Eccleſiæ? negligens enim non eſt, qui, quod non eſt ſui muneris, non exequitur. Quòd verò Clerus Romanus nō tantum Carthaginenſis Eccleſiæ, ſed & reliquarum curam gereret, conſtat ex fine, illius Epiſtolæ. *Petimus vos, qui habetis zelum Dei, harum litterarum exemplum ad quoſcunq; poteritis, tranſmittere*. Et deinde Epiſt. 15. Cyprianus ſcribens ad Clerum Romanum, reddit rationem ſui ſeceſſus, & eorum, quæ in illo geſta eſſent, miſſis Romam, ad ſui purgationem, quas ad ſuos ſcripſerat, epiſtolarum exemplis. Epiſt. 13. conqueritur apud Clerum Romanum de lapſis, quòd ab eo, vel inuito, pacem extorquere niterentur, & quod nonnulli illis, ſine diſcrimine, ſine examine, libellos darent. Epiſt. 30. Clerus Romanus ſententiam illius de lapſis, per omnia, confirmat. Et 31. Laudat Cypriani ſtudium, quòd Romanæ Eccleſiæ iudicio, ſua examinanda etiam præberet. Ex quibus patet, agnouiſſe Cyprianum Cleri Romani authoritatem. Neq. verò Eccleſia Romana ideo dominium aliquod deſpoticum ſibi vendicat, aut reliquas Eccleſias in ſeruitutem mancipat: immò ſuam authoritatem exercet, non libidine dominandi, ſed officio conſulendi; non ſicut dominantes in Clero, ſed ſicut forma facti gregis. Nec verò præſtigiator Baronius, vt impoſtor iſte impudenter ſcribit, quòd vim faciat in Epiſt. 3. apud Cyprianum Cleri Romani ad Clerum Carthaginenſem, ſubticeat verò, hanc non in Editione Manutiana, non in manuſcriptis reperiri: an verò ideò genuina non eſt? Id quidem agnoſcit Pamelius, at ſubticet præſtigiator Mornæus, quòd Pamelius ità ſubiungit: *Fit autem Epiſtolę huius diſertis verbis mentio apud Cyprianum Epiſt. ad Clerum Romanum, quę habetur infra XV. Cùm (inquit) veſtra ſcripta legiſſem, quę ad Clerum noſtrum per Clementium Hypodiaconum nuper feceratis, vt ijs, qui poſt lapſum in infirmitate deprehenſi eſſent, & pænitentes communicationem deſiderarent, ſubueniretur*. Epiſt. illam XV. ad Clerum Romanum eſſe Cypriani, nemo inficiabitur; niſi & eiuſdem reliquas in dubium reuocet? Prodeunt in dies opera vetuſtiſſimorum Authorum, quæ in prioribus editionibus non extabant, quæ ſi quis citans, ſubticeat in prioribus editionibus ea non reperiri, an ideò præſtigiarum deferendus? non igitur hoc nomine præſtigiator Baronius, ſed inſignis impoſtor Mornæus.

Capitulum ſede vacante, quoad iuriſdictionem ſuccedit Epiſcopo.

Clerus Romanus, ſede vacante, non ſolū curam gerebat Carthaginenſis Eccleſiæ, ſed etiā aliarum.

Cyprianus per litteras ſe purgat apud Clerum Rom.

Quomodo Romana Eccleſia ſuam authoritatem exerceat.

Mornæus imponit Baronio.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum Tertium.

Anno 258. Pag. 14.

Controuerſia, de rebaptizādis Hæreticis.

Ita Mornæus Progreſſum ſuū exorditur: *Non multo poſt alia exoritur quæſtio. &c.*

DE ea ita Euſebius lib. 7. cap. 2. *Ad Stephanum Dionyſius ſcripſit, propterea, quod erat id temporis non exigua quæſtio, & controuerſia concitata, vtrum oporteret eos, qui ſe à quocunq; hæreſis genere reuocaſſent, lauacro Baptiſmatis repurgare; cum ex conſuetudine ab antiquis ducta temporibus, in huiuſmodi hominibus in Eccleſiam recipiendis ſola preces, cum manuum impoſitione adhiberi ſolerent*: hanc conſuetudinem ex Apoſtolica traditione veniſſe credit D. Auguſt. lib. 2. de baptiſmo contra Donatiſt. cap. 7. & 8. *Sicut multa, quæ non inueniuntur in literis eorum, neque in Concilijs poſteriorum, & tamen quia per vniuerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, non niſi ab Apoſtolis tradita, & commendata creduntur*. Primus Agrippinus in Africa Carthaginenſis Antiſtes, antiquam Eccleſiæ conſuetudinem, qua ratus haberetur baptiſmus ab hæreticis collatus iuxta Eccleſiæ formam, prætextu quodam pietatis, quod quæcumq; hæreticorum eſſent, deberet Eccleſia abominari, conuellere nixus eſt. Hunc ſe ſequutum Cyprianus teſtatur Epiſt. 71. ad Quintum. Cypriano aduerſatus eſt Stephanus Papa, cuius meliorem fuiſſe cauſſam inuitus Mornæus agnoſcit.

*Si eam (*inquit*) modeſtè egiſſet, ratio-*

Conſuetudinem rebaptizādi baptizatos ab Hæreticis, venit ex traditione Apoſtolica.

Agrippinus Antiſtes Carthaginēſis primus iterationē baptiſmi collati ab Hæreticis conatus eſt inducere.

Quo pietatis prætextu.

Cypriano illum ſecuto Stephanus Papa aduerſatur.

Digitized by Google

Inter ſucceſſorem Petri, pro quo Dominus orauit, vt non deficeret fides eius, & inter alium quemuis Epiſcopum, aut etiam frequẽtem Synodum Epiſcoporum? *Ipſius Africani Concilij* (ait Vincentius Lirinenſis) *ſiue Decreti qua vires? Donante Deo, nulla, ſed vniuerſa tanquàm ſomnia, tanquàm ſabula tanquàm ſuperflua, abolita, antiquata, calcata ſunt.*

Equidem in his aliquãtò prolixius immoramur; ſed cùm non niſi impoſturis, & calumnijs in Pontifices *Myſterium iniquitatis* Mornæi refertum fit; tùm ad confirmandos in fide Catholicos, quod potiſsimum eſt noſtri inſtituti; tum ad detegendam hominis illius impudentiam, & confundendos aduerſarios, eoſq; ad Fidem Orthodoxã (quod vtinam Deus nobis, & illis concedat) reuocandos, vndique teſtimonia pro Pontificum authoritate ex Sanctis Patribus, & Concilijs, quibus nonniſi impudenter quis fidem detrahat, accerſenda ſunt.

Pag. 14.

Scribit Mornęus, Stephanum Papam nõ parentes Decreto ſuo Africanas primum Eccleſias à communione amputauiſſe, mox & Orientales, quæ iis adhærebant. Quod primùm attinet ad Eccleſias Africanas: conſtat Cyprianum nunquam à Stephano Papa communicatione Apoſtolica priuatum, ſed in eadem Eccleſiæ Romanæ vnitate, tempore Sixti ſucceſſoris Stephani, vſque ad Martyrium perſtitiſſe. Africanos item Epiſcopos, qui in idipſum conſenſerant, mutaſſe ſententiam, & contraria prioribus ſtatuiſſe, teſtatur S. Hieronym. contra Luciferianos ſcribens his verbis: *Denique illi ipſi Epiſcopi, qui rebaptizandos hæreticos cùm eo ſtatuerant, nouum emiſere decretum.* Et de Cypriano, *Sciant* (inquit) *illum hæc nòn cùm anathemate eorum, qui ſe ſequi noluerant, edidiſſe, ſiquidem in communione eorum permanſit, qui ſententiæ ſuæ contrarij erãt.* Et ad Iubaianum ille ſcribens Epiſt. 73. *Hæc tibi breuiter pro noſtra mediocritate ſcripſimus, frater Chariſs nemini præſcribentes, aut præiudicantes, quo minus vnuſquiſque Epiſcoporum, quod putat, faciat, habens arbitrij ſui liberam poteſtatem. Nos quantum in nobis eſt, propter hæreticos cum Collegis, & Coepiſcopis noſtris non contendimus, cum quibus diuinam concordiam, & dominicam pacem tenemus, maxime cùm Apoſtolus dicat: Si quis autem putatur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. Seruatur à nobis patienter & firmiter charitas animi, collegij honor, vinculum fidei, & concordia Sacerdotij.* Hoc eſt, quod Donatiſtis paſsim obijcit D. Auguſtinus, quòd, cùm niterentur authoritate Diui Cypriani in repetendo baptiſmo, non tamen in communione Eccleſiæ perſiſtebãnt, à qua nunquam ſeparatus fuerat Cyprianus. Etſi verò, vt ſcribit Diuus Auguſt. lib. de vnico Baptiſmo contra Petilianum capitulo 14. *Stephanus non ſolum non rebaptizares hæreticos, verùm etiam hoc facientes, vel, vt fieret, decernentes, excommunicandos eſſe cenſeret, ſicut aliorum Epiſcoporum, & ipſius Cypriani litteræ oſtendant; tamen cùm eo Cyprianus in vnitatis pace permanſit.* Itaque tantum comminatus fuit Stephanus, non à communione amputauit Africanas Eccleſias. Et libro quinto de baptiſmo contra Donatiſtas capit. 25. Stephanus etiam abſtinendos putauerat, qui de ſuſcipiendis hæreticis priſcam conſuetudinem conuellere conarentur. Teſtatur idem libro tertio contra Creſconium capit. 1. multos Cypriani collegas in hanc ſententiam de rebaptizandis hæreticis conſentire noluiſſe. Quomodo ergò Africanas Eccleſias à communione Stephanus amputauit?

Cyprianus nunquam fuit à Stephano cõmunione Eccleſiaſtica priuatus.

Africani qui Cypriano conſenſerunt deinde mutauere ſententiam.

Cyprianus ſententiam ſuam de baptiſmo Hæreticorum non ediderat ſub anathemate.

Stephanus nõ videtur amputaſſe Africanas Eccleſias à communione, ſed tantũ comminatus eſſe. Multi Collegæ Cypriani conſentire noluerũt in ipſius ſententiam.

Quod ad Orientales attinet: vt docet Baronius Tomo 2. ad annum Chriſti 258. non par erat vtriuſque cauſſa. Nam illi, non tantùm quòd authores fuiſſent obortæ contentionis, ſeuera digni animaduerſione videri poterant; ſed & quòd nulla habita ratione maiorum, iam Decretum contra antiquam conſuetudinem calculo omnium firmiter obſignaſſent. Contra verò Cyprianus cùm ea decerneret, ſæpius fuerat conteſtatus, ſe in omnibus ac cũ omnibus pacem ſeruaturum, quamtumlibet eſſent ſui ipſius ſententiæ aduerſantes; neque id habuit tanquam dogma fidei, cùm liberum cuique relinqueret ſentire, quod vellet. *Neminem iudicantes, nec diuinæ communioni aliquẽ, ſi diuerſum ſenſerit, amouentes, ac nemini præſcribentes, aut præiudicantes, quominus vnuſquiſque Epiſcoporum, quod putat faciat, habens arbitrij ſui liberam poteſtatem*; quæ ex Epiſtola ad Iubaianum repetit D. Auguſt. lib. 3. contra Creſconium cap. 1. &c. Quam & mutaſſe ſententiam facile credi poteſt; *ſed neſcimus* (ait D. Auguſt. lib. 2. de Baptiſmo contra Donatiſtas) *Neque enim omnia, quę illo tempore inter Epiſcopos geſta ſunt, memorię, literiſque mandari potuerunt, aut omnia, quæ mandata ſunt, nouimus.* Et Epiſt. 48. *Correxiſſe* (inquit) *iſtam ſententiam Cyprianus non inuenitur; non incongruenter tamen de tali viro credendum eſt, quod correxerit, & fortaſſè ſuppreſſum ſit ab his, qui hoc errore nimium delectati ſunt, & hoc tanto velut patrocinio carere noluerunt. Quanquam non deſint, qui hoc Cyprianum prorſus non ſenſiſſe contendant; ſed ſub eius nomine à prę ſumptoribus, atque mendacibus fuiſſe confictum.* De Orientalibus etiam ſcribit lib. 3. contra Creſconium cap. 3. *Cur non potius etiam ipſos paucos Orientales ſuum iudicium correxiſſe dicamus? Sicut enim laudabile eſt à vera ſententia non amoueri, ita culpabile perſiſtere in falſa, quam nunquam tenere prima laus eſt, ſecunda mutare.* Et quod ſcribit Dionyſius ad Stephanum Papam apud Euſebium libro 7. cap. 4. *Iam ſcito frater, omnes Orientales Eccleſias, quę antea fuerint propter errorum peruerſitatem nonnulla diſſenſione diſtractę, ad concordiam denuo eſſe reductas, omnes etiam Eccleſiarum Pręſides, qui vbique locorum ſunt, ſummo animorum conſenſu conſpirare, & ob pacem hanc pręter omnium expectationem conſtitutam incredibili lętitia affici*; id non de alia diſſenſione intelligi, quàm de ea, quæ de rebaptizatione excitata totum plane Orientem commouerat, rectè docet Baronius ad annum Chriſti 259. vt ſcilicet omnes in ſententiam Stephani de non rebaptizandis hæreticis tandem conceſſerint. Excommunicarit igitur eos prius Stephanus Papa, de quo

Quo differant Orientales ab Africanis in inſtituenda ſententia ſua de baptiſmo Hæreticorum.

De Cypriano, quoad mutationẽ ſuæ ſententia, quid ſentiat Aug.

Falſam ſententiã nunquam tenere prima laus eſt, ſecunda mutare.

Si Stephan. Papa excõmunicauit Orientales Eccleſias, eaſde etiã vbi reſipuerunt, communioni reſtituit.

tamen non conſtat, nam Diuus Auguſtinus tãtum dicit cenſuiſſe excommunicandos; ſed & communioni Eccleſiaſticæ poſtea eoſdem reſtituit. Excommunicarit Pontifex etiam Africanas, & Oriẽtales Eccleſias; quid inde habet aduerſarius? Oſtendat prius, Pontificẽ non habuiſſe id faciendi authoritatem; alioqui ſemper iſte petit principium. An verò id fuerit abuti ſua authoritate, diſſidentes cõtra traditionem maiorum, & Apoſtolicæ Sedis authoritatem in re tanti momenti (cùm ſacrilegium eſſet repetere Baptiſmum rectè prius collatum) & contrarium ſtatuẽtes à communione Eccleſiaſtica, donec reſipiſcerent, amputare? Sed ad Oppoſitionem iam nobis veniẽdum.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem Tertiam.

Hic ergo (inquit) *quid Cyprianus? quid & cateræ Eccleſiæ? ille certè in Epiſt. ad Pompeium; Inter catera vel ſuperba vel ad rem non pertinentia &c.* Pag. 14.

An Cyprianus Pontifici oppoſitus.

De hac Epiſt. Cypriani legendus eſt D. Auguſt. lib. 5. de Baptiſmo contra Donatiſtas c. 23. & ſequentibus, vbi eam examinat, & reſpondet ad illius obiecta contra Stephani Decretum, & cap. 25. *Iã illa, quæ in Stephanum iratus effundit, retractare nolo, quia & non opus, eadem quippe ipſa dicuntur, quæ iam ſatis diſcuſſa ſunt, & ea præterire melius eſt, quæ periculum pernicioſæ diſſenſionis habuerunt &c.* vt ægrè ferre ſe oſtendat, eam Epiſtolam à tanto viro ſcriptã eſſe, quòd plus æquo inuectus ſit in Stephanum Papam. & paulò poſt: *Ita quamuis commotus, ſed tamen fraternè indignaretur, vicit tamen pax Chriſti in cordibus eorum, vt in tali diſceptatione nullum inter eos malum ſchiſmatis oriretur.* An verò, quòd ita ſcripſerit Cyprianus, aliquid excidit de authoritate Stephani Papæ, aut non illius Decretum apud omnes præualuit? Et in hoc quidem peccaſſe Cyprianum, certum eſt, de quo D. Auguſt. lib. 1. de Baptiſmo contra Donatiſtas c. 18. *Ad Martirij coronam meruit peruenire, vt ſi qua in eius lucidam mentem ex humana conditione nebula irrepſerat, glorioſa ſerenitate fulgentis ſanguinis fugaretur.* Et cap. 19. dicit, fuiſſe næuum in candore ſanctæ animę, *quem vbera charitatis contẽgebãt.* Et Epiſt. 48. non negat Epiſt. hanc eſſe Cypriani, *quòd & ſtilus eius habet quandam propriam faciem, qua poſſit agnoſci*; paulò poſt tamen, *Porrò autem* (inquit) *Cyprianus aut non ſenſit omnino, quod eum ſenſiſſe recitatis* (Donatiſtas alloquitur) *aut hoc poſtea correxit in regula veritatis: aut hunc quaſi næuum ſui candidiſſimi pectoris cooperuit vbere charitatis. dum vnitatem Eccleſiæ toto orbe creſcẽtis & copioſiſſimè defendit, & perſeuerãtiſſimè tenuit vinculum pacis. Scriptũ eſt enim: Charitas cooperit multitudinem peccatorum. Acceſſit hùc etiam, quod tanquam ſarmentum fructuoſiſſimum, ſi quod in eo fuerat emẽdandum, purgauit Pater falce paſſionis.* Quis igitur neget, Cyprianum verba contumelioſa in Stephanum Papam proferendo grauiſsimè peccaſſe? Repetere liceat hoc loco, quod de Epiſtolis D. Cypriani ſcribit D. Auguſt. lib. 2. contra Creſconium cap. 32. *Litteras Cypriani non vt Canonicas habeo, ſed eas ex Canonicis conſidero; & quod in eis diuinarum Scripturarum authoritati congruit, cum laude eius accipio: quod autem non congruit, cùm pace eius reſpuo.*

Cyprianus inuectus in Rom. Pontificem, peccauit.

Idẽ Ep. 48.

Quod ad verba Cypriani; *Oportet Epiſcopum non tantùm docere, ſed & diſcere &c.* ita interpretatur Mornæus;

Quaſi dicat; præſtaret Stephanum, communicato cùm Collegis conſilio, Religionem diſcere, quàm conſuetudinis prætextu impotenter imperare. Pag. 14.

Longè aliud citatis eiſdem verbis D. Auguſt. lib. 5. de baptiſmo contra Donatiſt. capit. 26. *His vtique verbis* (inquit) *ſatis indicat vir ſanctus, & pia charitate præditus, non eſſe metuendum ſic eius Epiſtolas legere, vt ſi quid poſtea pluribus, & diuturnioribus inquiſitionibus compertum Eccleſia confirmauit, non ambigamus: quia ſicut multa erant, quæ doctus Cyprianus doceret, ſic erat & aliquid, quod Cyprianus docibilis diſceret.* Et ex verbis ſequentibus, quæ citat ex eadem Epiſtola, facilè intelligitur, Cyprianum agnouiſſe primatum Petri, & hoc velle, quod quemadmodum Petrus, qui primatum gerebat inter Apoſtolos, non deſpexit Paulum ſe repræhendentem; ita nec Stephanum primatum gerentem inter Epiſcopos ita agere debuiſſe, vt non Collegarum conſilium adhiberet, & ſi quid melius ſentirent, nõ eorum acquieſceret ſententiæ: non verò Stephani auctoritati intercedit. Et rectè quidem Cyprianus: *Vt non pertinaciter noſtra amemus, ſed quæ aliquando à fratribus, & Collegis noſtris vtiliter, & ſalubriter ſuggeruntur, ſi ſint vera & legitima, ipſa potius noſtra ducamus.* Quibus citatis D. Auguſt. lib. 2. de Bapt. contra Donatiſtas cap. 4. ſubiungit: *Satis oſtendit, facillimè ſe correcturum ſententiam ſuam, ſi quis ei demonſtraret, baptiſmum Chriſti ſic dari poſſe ab ijs, qui foras exierunt, quemadmodum amitti non potuit, cum foras exirent, vnde multa iam diximus, nec nos ipſi tale aliquid auderemus aſſerere, niſi vniuerſa Eccleſiæ auctoritate firmati: cui & ipſe ſine dubio cederet, ſi iam illo tempore quæſtionis huius veritas eliquata & declarata per plenarium Concilium*

Ex præſenti. Cypriani verbis longè aliud colligit Auguſtinus, quã Mornæus.

Cypr. auctoritati Stephani non intercedit.

Quàm longè Cypr. abeſſet à pertinacia.

Digitized by Google

lium ſolidaretur. Si enim Petrum laudas & prædicat, ab vno poſteriore collega patienter concorditerque correctum; quanto citius ipſe cum Concilio Prouinciæ ſuæ, vniuerſi Orbis auctoritate patefacta veritate, ceſſiſſet? Mornæus:

Pag. 15.

Non ſat Stephano Africanis ſuperbè reſcripſiſſe, Orientalibus etiam Cypriani ſententiam tuentibus, dùm in ea perſiſterent, ſe communicare non poſſe ſignificarat &c.

Morn. ſine cauſa Stephanũ Papã accuſat ſuperbiæ.

QVæ vero Stephani ſuperbia Africanis reſcribere: *Si quis à quacũque hæreſi venerit ad nos, nihil innouetur, niſi quod traditum eſt? Intelligebat vir ſanctus & prudens* (ait Vincentius Lirinenſis lib. contra hæreſes c. 29.) *nihil aliud rationem pietatis admittere, niſi vt omnia, quæ fide à Patribus ſuſcepta forent, eadem fide filijs conſignarentur, noſque Religionem, non quà vellemus, ducere, ſed potius quà illa duceret, ſequi oportere, idque eſſe proprium Chriſtianæ modeſtiæ, & grauitatis, non ſua poſteris tradere, ſed à maioribus accepta ſeruare*: vbi modeſtiæ Chriſtianæ nomine Stephanum Papam commendat. At Mornæus:

Religionem nõ quà nos volumus, ducere, ſed quà illa ducit, ſequi nos oportet.

Pag. 14. in ſ Progreſſu.

Stephani (inquit) *cauſa melior, ſi eam modeſtè egiſſet.*

DEbebant igitur Africani diligentiùs diſquirere, quæ circa hoc eſſet traditio maiorum, non ita prorumpere in contumelias, in conuitia & probra temerè præcipites. Verùm vt ex Nazianzeno Baronius ad hanc hiſtoriam: *Non viles tantum, & plebeios, ſed etiam præſtantiſſimos quoſque viros momus interdum attingit; vt ſolius Dei ſit omni prorſus peccato, atque animi perturbatione vacare.* Verùm longè certè aliud Donatiſtarum hæreticorum iudicium de Stephano Papa, quàm hodiernorum Caluiniſtarum. Vt enim ſcribit D. Auguſt. lib. de vnico Baptiſmo contra Petilianum, c. 14. *Romanæ Eccleſiæ per ordinem commemorans Epiſcopos,* (Petilianus) *inter eos commemorauit & Stephanum, quos Epiſcopatum illibatè geſſiſſe confeſſus eſt.*

Petilianus faſſus eſt Steph. illibatũ Epiſcopatũ geſſiſſe.

Quæ item arrogantia in Stephano, Orientalibus reſpondere, Heleno, Firmiliano, & alijs, ſe cum illis non communicaturum, quamdiu in ea ſententia perſiſterent de rebaptizandis hæreticis? cùm in re tã graui obijcienti traditionem maiorum parere debuiſſent.

Pag. 15.

Quæ quidem arrogantia Orientales vehementer offenditur; Extat igitur apud Cyprianum eorũ reſponſio; Nos, aiũt, Stephano gratiam referre &c.

QVoad ea, quæ citantur ex ea Epiſtola quæ eſt Firmiliani ad Cyprianum in editione Pamelij 75. reſpondetur, eam longe vehementius, & acerbius, quàm deceret ſcriptam eſſe: & quandoquidem in inſcriptione libri ſui (*Hiſtoria Papatus*) oſtẽſurũ ſe pollicebatur Aduerſarius, quibus gradibus ad id faſtigij eniſus ſit Papatus, quàmque acriter contra à pijs omnibus interceſſum iam, ex ſententia illius, tũ ad id faſtigij eniſus eſt Papatus, traditionem maiorum & veritatem Catholicam, quæ poſtea Vniuerſali Concilio confirmata fuit ſtrenuè defendendo; cui Firmilianum, & alios Epiſcopos ſeſe tanta audacia & pertinacia opponere, neſcio cur pietati aſcribatur, contra verò arrogantiæ Stephanus Papa inſimuletur. Quòd in ea Epiſtola ſcribit Firmilianus:

Epiſt. Firmiliani ad Cypriã. de Stephano ſcripta eſt acerbius, quàm deceret.

Redarguitur Mornæus ex propoſito ſua Hiſtoria.

Pag. 15.

In pluribus prouincijs multa pro locorum & temporum diuerſitate, variantur: nec tamen propter hoc ab Eccleſiæ Cathol. pace, et vnitate aliquãdo diſceſſum eſt.

VErum eſt quidem in diuerſis obſeruationibus, *quibus nullo modo quod in fide verum eſt* (vt ſcribit Diuus Auguſtinus Epiſtola 86. ad Caſulanum) *impeditur*. Verùm cũ Chriſti baptiſmus ſemel ritè collatus, nõ ſine ſacrilegio, & Chriſti iniuria repetatur, idque ſit (vt ait S. Paulus Hebr. 6.) rurſum crucifigere in ſemetipſis Filium Dei, & oſtentui habere; non erat certe hæc obſeruatio, quæ varia eſſe deberet apud Eccleſias, pro locorum diuerſitate; vt ſi ſemel Eccleſia ſtatuiſſet, baptiſmũ ab hæreticis collatum legitimum eſſe & ſacramentum, modò in ea forma cõferatur, quæ inſtituta eſt à Chriſto, & quã obſeruat Eccleſia, nullibi iam liceret ab hæreſi venientes ad Eccleſiam baptizari; vt Stephani Papæ Decretũ apud omnes ex æquo vim ſuam haberet. Quòd etiam in eadẽ Epiſtola inculcat, Stephanum rupiſſe pacem cum Epiſcopis Africanis, ipſumq; Cyprianum nominaſſe Pſeudochriſtum, & Pſeudoprophetã, operariumq; doloſum: vt rectè obſeruat Baronius, cùm de his nec leuiter cõqueſtus ſit Cyprianus, & Auguſtinus, qui cuncta, quæ eo tempore acciderũt, ab eodem ſcripta exactè peruidit, frequẽtius teſtetur, nunquam pacem inter Cyprianum, & Stephanum eſſe violatam, & communicationem Eccleſiaſticam interciſam, patentis certè mendacij redarguitur. Quoad illud eiuſdem Epiſtolæ,

Quæ obſeruationũ varietas in Eccleſia permittatur.

Rebaptizatio hæres. nõ eſt ex genere earum quæ impunè permittuntur.

Mẽdacium eſt. Cypr. à Stephano appellatum eſſe Antichriſtũ etc.

Pag. 16.

Et tamen non pudet Stephanum talibus aduerſus Eccleſiam patrocinium præſtare, & propter hæreticos aſſerendos fraternitatem ſcindere.

LOngè melius D. Auguſt. lib. 5. de Baptiſmo cõtra Donatiſtas cap. 23. *Qui vtiq;* (Stephanus) *nõ propterea communicauit hæreticis, quia baptiſma Chriſti, quod in eorum peruerſitate integrum manſiſſe cognouit, improbare non auſus eſt.* Quare meritò Pamelius cõſultius futurum fuiſſe iudicauit, ſi hæc Epiſtola nũquam edita fuiſſet, (quod hoc loco refert Mornæus) ac tùm quidem dignitati ſcribentis tàm contumelioſa verba magis, quàm illius, in quem ſcribebat, conſultum fuiſſet: Verũ nõ citat Mornæus, quæ Pamelius ſubiũgit, vnde intelligamus, Firmilianum palinodiam ceciniſſe, *Antidoti* (inquit) *loco eſſe* Tuenii

Cur Pamelius iudicarit, multò conſultius futurũ fuiſſe ſi præſ. epiſt. Cypr. edita nunquã fuiſſet.

verba

verba Epiſtola Dionyſii ad Stephanum, quam habes Euſeb. lib. 7. cap. 4 & Niceph. Hiſt. Eccle. lib. 6. c. 7. Scito (inquit) *frater, Orientales, atque etiam vlteriores Eccleſias, qua antea diſſidebãt, ad vnitatem eſſe reductas: omneſque vtique earum Antiſtites vnanimes & conſentientes vltra modum de pace & concordia, qua prater expectationem accidit, latari. Demetrianum in primis Antiochenum, Theoctiſtum Caſarienſem, Mezabenem Aelienſem Alexandri defuncti ſucceſſorẽ, Marinum Tirinum, Heliodorum Laodicenſem, qui in locum Thelimedis ſubrogatus eſt, Helenum Tharſenſem, & Eccleſias Ciciliæ omnes, Firmilianum, & Capadociam omnem &c.* Ex quo conſtat, Firmilianum prius diſsidentem à Stephano, cum cæteris Epiſcopis Orientalibus retractata ſententia illi fuiſſe reconciliatum: quod confirmatur ex D. Auguſtino lib. 3. contra Creſconium c. 2. vbi ex ipſa confeſsione Donatiſtarum refert, Orientales Epiſcopos reſcidiſſe, ſeu potius correxiſſe ſuum iudicium, quo eis placuerat, de iſta baptiſmi quæſtione Cypriano, & Africano Concilio conſentire oportere.

Firm. cæteriq; Orientales episcopi reconciliati Steph. Pap.

At Cyprianus (inquit Mornæus) *Stephano quãto modeſtior; Nos,* inquit, *quantum in nobis eſt &c.* — Pag. 16.

EQuidem ad Iubaianum ſcribens, modeſtiã, pietatem, & humilitatẽ præ ſe fert Cyprianus, qui quamuis diuerſa ſentiret à Stephano, & Collegis, noluit tamen quemquam inuitum adigi in ſuam ſententiam; & in eorum cõmunione ſemper permanſit, nõ autem ſchiſma vllum in Eccleſia excitauit, aut hæreſim, tanquã de fide ſuam ſententiam definiendo, introduxit, vt omnibus plus ſe ſapere, more hæreticorũ, exiſtimaret. Verùm in Epiſtola ad Pompeium contra Stephanum Papã modeſtiæ limites exceſsit. Qđ ſi quid ſimile ſcripſiſſet Stephanus, quod illic Cyprianus, Deus bone, quantis iam conuitijs illius immodeſtiam, & arrogantiam vrgeret Mornæus? cui nihil affine cum Cypriano, cui & hoc vnum propoſitum, Pontifices Romanos inſectari, omniaq; eorũ inſtituta reprehendere. Firmiſsimum certè argumentum arrogantiæ, ſuperbiæ, & immodeſtiæ Stephani Mornæo eſt, quod ſcripſerit: *Si quis à quacunq; hæreſi venerit ad nos, nihil innouetur, quam quod traditum eſt.* & quòd Orientalibus reſcripſerit, ſe cum illis non poſſe communicare, quòd hæreticos rebaptizarent. Hæccine arrogantia eſt, maiorum traditionem velle inuiolabilem & illibatam ſeruari?

Cyprianus in ſententia ſua quãdo modeſtus.

Quando nõ nihil etiã immodeſtus.

Pag. 16. Interim ſacrilegus iſte, & impius Ethnicus ſanctiſsimos Pontifices, Apoſtolicarũ traditionũ vindices acerrimos, pro Chriſti fide Martyrio coronatos, conuitijs exagitat; eorũ ambitione, & prauitate ad ſuũ illud myſterium prouehendũ, Sathanam non iam ſegniter tũ abuſũ ſcribit. Scilicet ambitio fuit, & prauitas pro ea auctoritate, quam à Chriſto Domino acceperunt, iubere in Eccleſia obſeruari, quod à maioribus traditũ erat? hoc fuit prouehere myſteriũ iniquitatis? hoc fuit Sathanæ inſeruire? Ita nimirum Concilium vniuerſale Nicænum, quod poſtmodum reprobauit ſententiam Africanorum, & Orientalium, & decreuit cũ Stephano, non rebaptizandos ab hæreſi veniẽtes, ſi formam obſeruent Eccleſiæ, prouexit myſterium iniquitatis? ita Sathanæ miniſter fuit Auguſtinus contra hæreticos Donatiſtas pro eadem ſentẽtia Stephani, & Concil. Nicæni ſcribẽdo? An vnquam pluſquam per os iſtius blaſphemaſſe Sathan credendus?

Morn. impius in ſanctiſs. Pontif. redarguitur.

Qui ſane ex quo Conſtãtin. Magnus &c. — Pag. 16.

COnſtantinum Magnum, qui primus Romanorum Principũ, repudiatis erroribus, Maieſtatem Dei vnius ac veri coluit, & honorauit, omnes Chriſtiani Scriptores ſummis affecerunt laudibus, quòd euertendæ ſuperſtitioni Ethnicæ, & ſacræ noſtræ Religioni promouendæ magno ſtudio incubuerit. Non defuit tamẽ ille impius Zoſimus, qui de eo multa mentiretur, & famam illius multis conuitijs proſcinderet. Nõ defuit & Iulianus ille deſertor, licet ei ſanguine coniunctus, qui eũ ſuggillaret. Non deerit & tertius Mornæus magis Ethnicus, quã Chriſtianus, qui eum, quòd Pontificibus Romanis fauere cœpit, & opes multas in Eccleſiã contulit, exagitet.

Cõſtantini pietas ab omnib. celebrata, præter Zoſimũ et Iulianũ.

Et nuper Mornæum.

Ambitionis huiuſce igniculos (inquit) *immane quantum flatu ſuo accendit.* — Pag. 16.

VErùm, cùm non à Conſtantini fauore, ſed ab inſtituto Chriſti dignitatem ſuã repetant Romani Pontifices, qui Petro dixerit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & Paſce oues meas*, Chriſtus ipſe Mornæi iudicio tantæ ambitionis erit auctor, verbis Chriſti aſcribenda tanta ambitio Eccleſiæ. An verò; ſi Pontificibus aliquando parum obtemperatum, ideò non ſummi Præſules Eccleſiæ? Aut ſi ſubditorum aliqui, Regum, ac Principum imperium detrectant, eorum idcirco comminuetur auctoritas, & non magis illi ſupplicio plectendi?

Cum igitur, inquit, Dionyſium Epiſcopum Alexandrinum, Sabellij hæreſim oppugnantem, Pẽtapolitani apud Dionyſium Epiſcopum Romanũ, tanquam de Dei Filio minus rectè loquutum, accuſaſſent, ſeſe per literas apud eum purgat &c. — Pag. 16.

QVia inde elucet Romani Põtificis auctoritas in reliquos Epiſcopos, qđ aliquando apud eum ſunt accuſati, & apud eundem ſeſe purgarunt, quod cõſtat ex S. Athanaſio lib. de ſentent. Dionyſij Epiſcopi Alexãdrini aduerſus Arianos; hoc teſtimonium Aduerſarius eludere conatur, ſed fruſtra. Sic habet Athanaſius. *Quum Dionyſius Epiſcopus certior factus de Pentapolitanis, zelo Religionis Epiſtolam &c. contra hæreſim Sabellij ad Ammonium, & Euſranorum ſcripſiſſet, quidam ex Eccleſia rectè quidem ſentientes, ſed tamen ignari eius cauſſæ, cur ita ab eo ſcriptum eſſet, Romam aſcenderunt; aliqui eum apud Dionyſium eiuſdem nominis Romanum Præſulem accuſauerunt &c.* Verùm

Dionyſius Epiſc. Alexandrinus apud Pontificem Rom. accuſatus ſe purgat.

Mornæus calliđè vertit vituperauerunt, pro accuſauerunt.

accuſatio apud ſuperiorem fit Iudicem. At Mornæus καὶ κατεμέμψαντο αὐτοῦ, *cum apud Dionyſium eiuſdem nominis Præſulem Romanum vituperarunt:* ſic quippe Athanaſius: ἀνῆλθον πρὸς τὴν Ῥώμην, καὶ κατηγόρησαν αὐτοῦ, παρὰ τῷ ὁμωνύμῳ αὐτοῦ Διονυσίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης: ſic, qui in latinum vertit, linguæ græcæ proculdubio Mornæo longè peritior, *Romam aſcenderunt, ibique eum apud Dionyſium eiuſdem nominis Romanum Præſulem, accuſauerunt:*

Dionyſium apud Stephanū Papam accuſatur.

Quod ſi non erat forum Eccleſiæ Romanæ, ſi nullum ius Romani Epiſcopi in cæteros, quid opus erat eos de remotiſsimis partibus Romam aſcēdere ad accuſandum, aut etiam, vt iſte interpretatur, ad vituperandum Donyſium Alexandrinum? ſubiungit Athanaſius: *Re comperta Alexandrinus ſimul, & contra Sabellij ſectatores, & contra Ary dogmata, propter quæ ab Eccleſia eiectus fuit, volumen compoſuit, vbi æquales, ſed tamen contrarias hæreſes eſſe docet in Sabellij dogmatis, & blaſphemijs eorum, qui dicunt Dei verbum opus, aut creaturam eſſe, poſtulauitque à Romano Præſule, vt obiecta ſibi indicarent, quibus acceptis opus edidit ſub nomine Elenchi, & Apologiæ, vbi ſceleratam officinam Chriſti rebellium redarguit, & quo pacto hanc infamiam contra ipſum excitarint, demonſtrat.* Paulò poſt: *Non rixandi animo, ſed ſui purgandi Apologiam ſcripſit. Certe qui ſuam innocentiam purgat, quid aliud facit, quàm quod crimen diluit &c.* purgatio verò criminis, non niſi apud ſuperiorem fit. Rectè itaque inde infert Baronius Tom. 2. ad annum Chriſti 263. *Non eſt, qui non videat, (niſi qui ſpontanea affecti cæcitate, nè tam perſpicuo videant, claudunt oculos) toto cælo patere in Eccleſia Romana primarium erectum ſtare Tribunal, ad quod principaliores cauſſæ, è remotioribus etiam orbis partibus, deferri ſolerent, audireque Romanum Epiſcopum, prærogatiua Apoſtolicæ ſedis, de fide ſententias, cognoſcere cauſas Epiſcoporum; hiſque auditis, ac cognitis cum fratribus communicato conſilio cauſſas maximas auctoritate Pontificia definire, prout, S. Athanaſio teſte, in cauſſa Dionyſij, factum eſſe conſpicitur.* In condemnatione hæreſeos Pauli Samoſateni etiam Romani Pontificis eluxit auctoritas: ſic enim Athanaſius lib. de Synodis. *Duo Dionyſij Samoſatenſem ſuſtulerant, quorum alter Romæ, alter Alexandriæ Præſul erat.* Vbi meritò, vt obſeruat Baronius, Sanctus Athanaſius priori loco ponit Dionyſium Romanum Epiſcopum, cui coniungit Dionyſium Alexandrinum: *Cum Epiſcopi, in Antiochena Synodo, Pauli Samoſateni hæreſim condemnaſſent, ſcripſerunt Dionyſio Epiſcopo Romano, Maximo, Epiſcopo Alexandrino Dionyſij ſucceſſori, & omnibus vbiq; in terrarum orbe Collegis Epiſcopis.*

Mornæus refellitur etiā ex ſua ipſius interpretatione.

Idem.

Prærogatiua Eccleſ. Rom. de dicendis ſententijs fidei, & cauſis Epiſcoporū cognoſcendis Athan. teſtimonio cōfirmata.

Pag. 17. *Primatus hic ſui*, ait Mornæus, *num veſtigium vel exiguum?*

VBi tamen perpetuò in Concilijs, etiam in Oriente celebratis, habetur primum ratio Romani Epiſcopi, eique primus locus conceditur; non exiguum certè veſtigium habemus Primatus. Quemadmodum etiam cùm Imperator Valentinianus, & Valens, Cod. Theodoſ. de fide Catholica volunt, *cunctos populos in tali Religione verſari, quam D. Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis, Religio vſque ad nunc ab ipſo inſinuata declarat, quamque Pontificem Damaſum ſequi claret, & Petrum Alexandriæ Epiſcopum virum Apoſtolicæ ſanctitatis;* quòd ſubiungitur Alexandrinus Epiſcopus, nihil detrahitur Romano Epiſcopo. At nec tùm pagani quidem ipſi primatum Romani Pōtificis ignorarunt. Siquidem teſte, Euſebio lib. 7. cap. 24. & Nicepho. lib. 6. cap. 29. cum Paulus Samoſatenus in Concilio Antiocheno de honore deiectus, ex Epiſcopali domo exire nollet; *Aurelianus Imperator præcepit, vt domus Eccleſiæ illis tribueretur, quibus Chriſtiani Italiæ, & Vrbis Romæ Epiſcopi, per litteras, tribuendam præſcriberent. Sciebat enim, etſi Paganus, rerum Chriſtianarum ſummam moderationem eſſe penes Epiſcopos Vrbis Romæ, qui in Concilium aſciſcere ſolerent, vicinos Italiæ Epiſcopos.* At Mornæus.

Pagani primatū Rom. Pon. nō Chriſtiani agnouerūt.

Non vtique dicit (inquit) *Cui Epiſcopus Romanus adiudicauerit, ſed cui Epiſcopi*, κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ῥωμαίων πόλιν. *qui per Italiā, & Ciuitatē Romanorū.* Pag. 17.

VErùm vbi Romani Epiſcopi à reliquis diſtinguuntur, & nominatim exprimuntur, id certè demonſtrat prerogatiuam Romani Epiſcopi ſupra cæteros. Id agnouit etiam ſcriptor ethnicus Ammianus Marcellinus: ſiquidē narrat Conſtantium Athanaſio ſemper infeſtum, licet ſciret eum ſynodi cuiuſdam decreto, ab Epiſcopatu expulſum, tamen cupiuiſſe id decretum à Liberio Pontifice Romano firmari, *ob auctoritatem, qua* (inquit) *potiuntur æternæ Vrbis Epiſcopi.* Nec verò pro primatu Romani Pontif. tanquam à loco inſito, ab auctoritate Aureliani ducimus argumentum; ſed tanquam à loco aſſumpto, vt oſtendamus & iſtos perfidiores eſſe ethnicis, qui id ſacrilegè negent, quod illi nec à Chriſtianis nominati, & ipſa rerum experientia tùm edocti non ignorauerunt.

Ammian. de Pontifice Romano.

Quomodo ex ethnicis cōfirmetur auctoritas Rom. Pont.

Vltimò quòd ſcribit Baronius Tom. 2. ad annum Chriſti 294. de Caio Pontifice Diocletiani Nepote, & de illius Nepte Suſanna, quam Diocletianus, vt gradu propinquiorem, Maximiano Herculeo à ſe adoptato, & conſorti Imperij facto, ſtatuerat iungere matrimonio; de Præpedigna item Claudij vxore, opera Suſannæ, cum marito ad Chriſtum conuerſa, quodq; hæc, præ ſummo gaudio, ad Caium Papā, iam Chriſtiana accurrerit, ad eius pedes prouoluta ſit, ridet Morn.

De Caio Pontifice.

Quid igitur (inquit) *ſi iam tum oſcula Paparum pedibus infigi ſolita (mirū ni crepidis) perſuadeat nobis?* Pag. 17.

SEd cachinnum inſolentiſsimi hominis nihil timemus: iam antiquitùs Chriſtianis id in more fuiſſe Epiſcoporum pedes oſculari, nedū Romani Pontificis, teſtantur D. Hieronymus epiſt. 61. aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani, & D. Ambroſius lib. de dignitate Sacerdotali cap. 2. *Cùm videas Regum colla, & Principum ſubmitti genibus Sacerdotum, & exoſculatis eorum dextris, orationibus eorum credant ſe communiri:* & D. Auguſtinus ſerm. 28. de Verbis Apoſtoli: *Ad Eccleſiam* curris,

Sacerdotū pedes olim oſcula Chriſtianorum petiti.

curris. Epiſcopum videre deſideras, ad pedes eius volutaris. Quid igitur habet iſte, quo religioſum morem Chriſtianorum reprehendat oſculandi pedes ſummi Pontificis, in terris Chriſti Domini vices gerentis?

Pag. 17.

Non verò* (inquit) *illi auctores melioris notæ? cum hos ipſe alibi damnet, alibi cum tot alijs eiuſdem generis eodem obelo iugulet?

VErùm vt iſta neget, nullum probatum affert Auctorem; cum alioqui Baronius Actorum Martyrij Suſannæ quatuor exemplaria nactum ſe ſcribat, ex iiſdem alia prolixiora, alia breuiora legiſſe, parum abinuicem diſcrepantia. Si verò Auctores legendarum alicubi damnet Baronius; nec id immeritò; nam diſt. 15. decreti cap. *Sancta Romana Eccleſia*. ita legimus: *Ideò ſecundùm antiquam conſuetudinem ſingulari cautela in Sancta Romana Eccleſia non leguntur* (Agones Martyrum) *quia & eorum, qui conſcripſere, nomina ignorantur penitus, & ab infidelibus, aut Idiotis ſuperflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit ſcripta eſſe putantur, ſicut cuiuſdam Quirici, & Iulitæ. ſicut Georgij, aliorũque huiuſmodi paſſiones, quæ ab hæreticis perhibentur conſcriptæ. propter quod ne leuis ſubſanandi oriretur occaſio, in Sancta Romana Eccleſia non leguntur.* Baronius ipſe de Martyrologio Romano capit. 2. multa ab hæreticis conficta docet, in ignominiam Martyrum: non igitur illi ſine vllo diſcrimine recipiendi fuêre omnes Auctores legendarum. Verùm Actorum Martirij Suſannæ cum 4. exemplaria haberet, quæ inter ſe collata non diſcreparent, & de illius Martyrio conſtet in tabulis Eccleſiaſticis, meritò Baronio fidem habemus. Illius autem ignorantiam, aut, ſi mauis, inſolentiam ſuggillamus, qui adeò leuibus argumentis perſuaſurum aliquid ſe putet.

Non immeritò Baron. aliquando dãnat auctores legẽdarum.

Pag. 17. ***Et vndenam* (inquit) *Caius iſte Diocletiani nepos, Suſanna proneptis?***

EO loci videndus Baronius. Quid verò illic repugnantiæ? vterque enim Dalmata erat: An quia vnus Imperator, alter Epiſcopus Romanus? An quia ille Paganus Idolorum cultor, & perſecutor Eccleſiæ, Caius verò Chriſtianus veri Dei cultor, & Chriſtianæ Religionis ſummus moderator? At

Ridiculus in concludendo Mornæus.

Suſannæ nomen* (inquit) *Romanis incognitum, dicamus & ethnicis. Pag. 17.

AT Suſanna etſi Neptis Diocletiani, Romani Imperatoris, & ethnici, Chriſtiana tamen erat, & ſacro baptiſmo abluta, in quo iam tum nomina imponebantur: Suſannæ verò nomen non erat Chriſtianis incognitum, qui & caſtiſſimæ illius veteris Teſtamenti Suſannæ candorem animi, ac Domini timorem, vt cæterarum Religioſarum fœminarum exemplum, impoſito hoc nomine, haud dubiè proponerent. Deinde quo argumento id probat Mornæus, nomen illud Romanis, atque ethnicis incognitum fuiſſe? Validum æquè aliud producit argumentum

Suſãna nomen ſi ethnicis ignotum, nõ ſic tamen Chriſtianis.

In eodem articulo Claudium Gabinij Sacerdotis pedes exoſculantem inducit* (Baronius) *& Epiſcopus igitur Romanus* (infert Mornæus) *Sacerdoti hic quid præſtat? quid præpollet? & ſi hic ardorem zeli cauſſaris, illic cur adorationẽ? Cur Hominiũ plenitudini poteſtatis debiti interpretaris? Pag. 17.

VErùm Mornæe, hic diſtinguendus eſt actus exterior venerationis ab interiori; neque enim actus externi tantam poſſunt habere diuerſitatem, quantam actus interni: detegimus caput Deo, Pontifici, Regi, Principibus, nobilibus, parentibus, quorum tamen diuerſiſſimam exiſtimationem interiorem habemus, & conſequenter diuerſum affectum adorationis, quamuis diuerſa illa exiſtimatio vnico, & ſimili ſigno detectionis capitis a nobis exprimatur. Vnde ſi quis prouolutus ad pedes Pontificis, ad pedes item Cardinalis, aut Epiſcopi, aut Sacerdotis, etſi ſit ſimilis actus externus, longè tamen aliam habet exiſtimationem de dignitate Pontificis, quem ſcit præeſſe toti Reipublicæ Chriſtianæ, Patrémque eſſe, & paſtorem omnium Chriſtianorum, quàm habeat reliquorum. Epiſcopus igitur Romanus Sacerdoti hic præſtabit, hic præpollebit.

Actus externus, ab internis diſtinguendi ſunt ab internis.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum Quartum.

Anno 310.

Progreſſum hunc ita exorditur Mornæus:

Pag. 17.

Iam Eccleſiam Chriſtianam, per illa otij interualla, labem contraxiſſe, nemo certè inficias eat, &c.

ET Chriſtus Dominus docet in Euangelio: *ſimile eſſe Regnum Cælorum ſagenæ miſſæ in mare, ex omni genere piſcium congreganti.* Item decem Virginibus, quinque prudentibus, & quinque fatuis: hoc eſt, Eccleſia ipſa conſtat ex bonis, & malis: electis, & reprobis; quod & ait D. Paulus: *In magna domo non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia.* Etſi enim foris non ſit vlla ſanctitas, aut ſpes ſalutis, non tamen omnes, qui intus, aut ſancti ſunt, aut ſalutem conſequentur, multi præterea excidunt à fide.

In Eccleſia Boni ſimul & mali. Matth. 25.

2. Timo. 2.

Tem-

Tempore Cypriani alij erant ſacrificati, alij libellatici, multo plures à charitate exciderant. Quid mirum igitur, ſi cum initio ferueret charitas, & deuotio inter Chriſtianos, paulatim refrigeſcere cœperit? vt, quod de antiquis Romanis ſcripſit Saluſtius; *Qui labores, pericula dubias, atque aſperas res facilè tolerauerant, ijs otium, diuitiæ optanda alijs, oneri, miſeriaque fuere. Igitur primò pecuniæ, dein Imperij cupido creuit: ea quaſi materies omnium malorum fuere; namque auaritia, fidem, probitatem, cæteraſque artes bonas ſubuertit: pro ijs ſuperbiam crudelitatem Deos negligere, omnia venalia habere edocuit &c.* Idem etiam, ſuo modo, dicere poſsimus aliquot Chriſtianis, tùm temporis maiorum veſtigijs haud inſiſtentibus, & qui zizania eſſent, non triticum, eueniſſe: cùm tamen nec vnquam in Eccleſia defuerint homines priſtini inſtituti memores, ac præceptorum Domini obſeruantiſsimi. Quid verò, ſi quidam illorum non crediderunt, aut peccauerunt? an propterea eorum incredulitas fidem Dei euacuauit? An Chriſti promiſsiones exciderunt? Aut immutata ſunt inſtituta? Si ambitio, aut auaritia tùm Pontifices (quod fingit iſte) inuaſit, ergonè ambitione parta eſt, aut creuit eorum dignitas? Neque verò Chriſtiani ex eo, quòd Chriſti ſunt, aut Epiſcopi, ex dignitate habent, cur peruerſi ſint. Quare quod citat ex Cypriano de Paſtoribus Eccleſiæ, in primis

Saluſtius.

Nunquàm Eccleſ. defuerunt homines priſtini memores inſtituti, Deiq; mandatis obſequentes.

Non in Sacerdotibus Religio deuota, non in Miniſtris fides integra, non in operibus miſericordia, non in moribus diſciplina: Quin Epiſcopi plurimi, &c. Pag. 18.

NIhil nos perturbat; nam quod rectè D. Auguſtinus lib. 3. contra Creſcon. cap. 36. *Nunquid talium ille Cyprianus, communicabat peccatis? nunquid eorum ſectam ſequebatur? & tamen cum ijs in eorundem ſacramentorum communione perſiſtebat: quia illa Sacramenta non ipſi inſtituerant moribus ſuis, ſed pœnam ſibi valere faciebant moribus malis:* Idem in iſtos dictum ſit, qui cùm perditiſsimis ſint moribus, nihil tamen nobis aliud, quàm Eccleſiaſticorum deprauatam vitam objiciunt, cum tamen fides non ſit probanda ex perſonis, ſed perſonæ ex fide.

Perſecutionem Diocletiani annum circiter 302. Euſeb. eidē cauſæ tribuit, etc. Pag. 18.

QVoad illam ſæuiſsimam, & violētam Diocletiani, & Maximiani in Chriſtianos perſecutionem, de qua Euſebius, quem citat aduerſarius: Deus equidem iuſtiſsimo iudicio ſuo, tùm illam permiſit, ita fortaſsè exigentibus Chriſtianorum peccatis: ſic enim apud Amos Prophetā comminabatur cap. 3. *Tantummodo vos cognoui ex omnibus nationibus terræ: idcirco viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras:* ſed & ad eum finem, vt inde Chriſtianorum fortitudo, magis in illa tentatione luceret, & vt perſecutionib. Eccleſia ſua creſceret, & Martyrijs coronaretur. Siquidem recenſeri vix poteſt numerus eorum, qui in illa perſecutione fortiter pro Chriſto mortem obierunt, cum non aliunde, quàm à Diabolo ad id crudeliſsimi illi Tyrāni fuerint incitati; qui cùm videret breui res Chriſtianorum incrementum accepturas, Eccleſiamque toto terrarum orbe diffundendam, vbi Imperatores Chriſto nomen darēt; omnem rabiem ſuam, tùm in eos conuertere ſtatuit; quemadmodum & ſub finem mundi, ſciens quia modicum tempus habet, facturus eſt, concitans illam omnium ſæuiſsimam, ſub Antichriſto, perſecutionem.

Perſecutio Diocletiani, & Maximiani à Deo permiſſa.

Diabolus inuidet propagationi Eccleſiæ.

Conſtantinus Igitur Religionem Chriſtianam amplexus, anno circiter 310. Eccleſiis multa magnaque dona largitur, Romanæ imprimis, &c. Pag. 18.

QVod refert de Conſtātino Magno, equidem ille primus ex Romanis Principibus Chriſtianam Religionem publicè profeſſus, leges ſanctiſsimas in illius fauorem promulgauit, & ſuum omne ſtudium in eam amplificandam contulit; multis denarijs Eccleſias locupletauit, ſed præſertim Romanam Eccleſiam, præ cæteris, voluit Imperatorijs priuilegijs illuſtrare, & in eam multas opes profudit: Inter cætera, hoc decreuit, ne abſque licentia Romani Pontificis alicubi conſtruerentur Eccleſiæ: An verò adeò voluit eam Eccleſiam extollere, vt cæteris per totum orbem aut inferret iniuriam, aut iugum imponeret? id fecit, quia ſciebat, Romanum Epiſcopum eſſe Petri Principis Apoſtolorum (cui Dominus paſcendas oues ſuas commiſit) ſucceſſorem, & in Romana Eccleſia vigere totius Religionis Chriſtianæ Principatum.

Conſtantinus Eccleſiæ ſtudet, et fauet.

Vt, & donatio illa Conſtantini, tantopere decantata in fauorem Eccleſiæ Romanæ, Syluestro collata, &c. Pag. 18.

DE donatione Vrbis Romæ facta à Conſtantino, Syluestro Papæ, noſtra parū refert: hoc enim præcipuè, contra fidei aduerſarios, oſtendendum, Pontificem Romanum eſſe Paſtorem vniuerſalem Eccleſiæ, Epiſcopum Epiſcoporum, omnes Chriſtianos, tanquam oues Paſtori, ei eſſe ſubiectos, & quòd Petrus ſedit Romæ, qui fuit Princeps Apoſtolorum, ideò Pontifices Romanos ei ſuccedere, Petrus autem non fuit Romæ Princeps temporalis. Quare hic Impoſtor eſt, cū in ſchola Ieſuitica doceri ſcribit, Syluestrū, pro ſuo iure, Conſtantino Imperium donare: neque enim Theologi hoc docent: vera tamen eſt altera clauſula, ſummam in vniuerſam Eccleſiam poteſtatem Syluestro in ipſo Euangelio conceſſam; nec tamen repugnare Pōtificatui temporale dominium conſtanter aſſerimus: & in hoc laudandus eſt magis Conſtantinus, & celebranda eius Religio, ſi contulerit in Romanum Pontificem temporale Vrbis dominium: Atque inde non dubium, tantis eum à Deo cumulatum eſſe beneficijs, vt ſcribit D. Auguſt. lib. 5. de Ciuitate Dei cap. 25. *Conſtantinum Imperatorem non ſupplicantē Dæmonibus, ſed ipſum verum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet: cui etiam condere Ciuitatem Romano Imperio ſociam,*

Noſtra parū refert.

Cōſtantini liberalitas in Eccleſiā quanta bona illi peperit.

ferendo Imperio in veterem Romam: ſed id nõ ſucceſsit, vt intelligamus Deum, eam Vrbem B. Petri Cathedræ in perpetuum deſtinaſſe.

Mornaus perperã iudicat de Annalibus Baronij.

De Annalibus Baronij longè aliud iudicium Doctorum omnium, quàm iſtius aduerſarij; qui ægre ferat ex Baronij Annalibus facilè colligi Romanæ Eccleſiæ dignitatem, & ſummi Pontificis auctoritatem omnibus ſæculis agnitam fuiſſe, quoſque ad detegendas, & refutandas Magdeburgenſium Centuriatorum impoſturas, conſtet eſſe editos. Omnes Chriſtiani Auctores Conſtantini Magni conuerſionem multum contuliſſe Religioni Chriſtianæ, affirmant inde pacem Eccleſijs redditam, inde Chriſti nomen toto orbe celebratum; tùm Iſaiæ 60. adimpletum oraculum: *Pro eo quod fuiſti abiecta, ponam te in ſuperbiam ſæculorum: & erunt Reges nutricij tui: & mammilla Regum lactaberis.* At ethnicus iſte magis obfuiſſe non obſcurè inſinuat.

Pietatem cum mũ mendaciũ ad Conſtantini conuerſioni multũ contuliſſe religioni Chriſtianæ.

Mornæus vero contrarium iudicat.

Pag. 19. *Tum enim in Eccleſiam opes ingruiſſe, inde corruptelam in ipſam Religionem vna obrepiſſe, quæ hoc tempore ex ethnicorum admixtione adulterari cœpta.* Et id quidem putat ſe oſtendere egregius iſte impoſtor, ex Baronio *qui ceremonias ethnicas (* inquit) *in Eccleſiam Chriſtianam inductas eã ratione ſanctificatas aliquoties repetit.*

Profana ſacra vſu ſanctificata.

VT verò tanta iſtius impudentia, aut ignorantia palam omnibus fiat, perpendamus quid ſcribat Baronius Tomo 1. ad annum Chriſti 58. *Cæterum quis prohibet* (ait) *profana per verbum Dei ſanctificata in ſacrum transferri vſum? Nonne conſtat ex Aegyptiorum auro, & argento, Dei iuſſu, ſacra vaſa ad diuinum Dei cultum eſſe conflata? Multa quidem ex ſuperſtitione gentilitia in Chriſtianam Religionem laudabiliter eſſe translata pluribus exemplis ſuperius, Patrumque auctoritate ſunt demonſtrata: ſed quo ad lampades, ac cereos, de quibus eſt ſermo, ſpectare videtur; quis iure calumnietur, ſi quæ olim Idolis (vt ait Hieronymus) eadem modo Martyribus offerantur? ſi quæ etiam diebus ſabbatis lucernæ accenderentur in templis, non quòd (vt inquit Seneca) Dij egerent lumine, ſed pietatis ergò, eadem in Dei genitricis honorem ſint translata? Si inſuper, qui in Saturnalibus cerei erogabantur, in ſolemnitatem occurſus Domini, & Sanctiſſimæ eius Genitricis fuerint permutati? quid inquam mirum, ſi inolitas apud Gentiles conſuetudines, à quibus eos, quamuis Chriſtiani effecti eſſent, penitus poſſe diuelli impoſsibile videretur, eaſdem in veri Dei cultum transferre ſanctiſſimi Epiſcopi conceſſerunt. Mirificum illum Gregorium Thaumaturgum id præſtitiſſe, Gregorius Nyſſenus teſtatur, idque alios factitaſſe, & communi Eccleſiæ vſu receptum fuiſſe, Theodoretus affirmat,* hactenus Baronius. Iſta conuerti in ſacrum Dei cultum, hoccine eſt Eccleſiam ex ethnicorum admixtione adulterari? Iſtæne ſunt cæremoniæ ethnicæ, quæ in Dei gloriam, in Eccleſia inſtitutæ? quia iſtis abutebantur ethnici in cultum Idolorum, ideo in noſtrum vſum non conuertemus? Arcebit vtique nos iſte cùm Iuliano à lectione Poetarum, & Oratorum ethnicorum, ne ethnicorum admixtione Religio fortaſſe adulteretur. Cùm Apollophanes Sophiſta Dionyſium Paricidam appellaret, vt refert ille epiſtola ad Polycarpum, quòd in Græcos impiè, vt aiebat, Græcorum vteretur ſententijs, ita reſpondet: *Atqui verius, & iuſtius ei obijcere poteramus Græcos diuina teſtimonia non religiosè contra diuina vſurpare, qui Dei ſapientia diuinum cultum, atque Religionem tollere conentur.* Itaque ethnici vſurpant in cultum Idolorum, non religiosè, cur ea non in cultum Dei religiosè conuertamus? Diuus Auguſtinus libro 2. de Doctrina Chriſtiana, capit. 28. *Nos non propter ſuperſtitionem profanorum debemus Muſicam fugere, ſi quid inde vtile ad intelligendas ſacras ſcripturas rapere potuerimus. Nec ad eorum Theatricas nugas conuerti, ſi aliquid de Citharis, & de Organis, quod ad ſpiritualia capienda valeat diſputemus, neque enim & literas diſcere non debuimus, quia earum repertorem dicunt eſſe Mercurium; vel quia Iuſtitiæ, virtuti templa dedicarunt, & quæ corde geſtanda ſunt, in lapidibus adorare maluerunt, propterea nobis Iuſtitia, virtuſque fugienda eſt, &c.* An igitur Chriſtiana Religio ethnicorum admixtione adulteratur, ſi profana per verbum Dei ſanctificata, in ſacrum vſum transferantur.

Falſa Mornæi opinio de Baronio ex Baronio ipſo euidenter refellitur.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem Quartam.

Pag. 19. *Legenda Sylueſtri auditam hanc vocem de Cælo tradit: Hodiè effuſum eſt venenum in Eccleſiam &c.*

EO igitur iſte eſt animo, vt libenter cum Iuliano Clericis omnem immunitatem, honorem, & frumenti congiaria ipſis à Conſtantino donata, ademerit, cui tam graue eſt, Conſtantinum tot opes in Eccleſiam effudiſſe. Sed qui in oppoſitione progreſſus præcedentis, neſciebat, ex qua legenda Baronius Præpedignam erueret, ex qua legenda Sylueſtri hoc eruerit, neſcio.

Non cōſtat, quanam ſit hæc legēda, ex qua Mornaus iſta producit.

Scribit, cauſſam Donatiſtarum, & Cæciliani, à Conſtantino non relictam Melchiadi Epiſcopo Romano iudicandam, ſed eum, pro ſua auctoritate, dediſſe Iudices Epiſcopos, Maternum Colonienſem, Rheticium Auguſtodunenſem, & Marinum Arelatenſem, quibus poſt adiunctus ſit eiuſdem diplomate Melchiades Epiſcopus Romanus.

Cauſa Donatiſtarū, & Cæciliani.

Pag. 20. *Quod ex Optato, & Auguſtino*, inquit, *diſcere procliuè. Quin, cum iudicato non acquieſceret Donatus, appellationis Iudicem conſtituiſſe Arelatenſem Synodum primam, cui, à ſe vtique conuocatæ, ipſe præſidebat, tandemque Mediolani ſententiam tuliſſe; vt Epiſcopum Romanum tribus illis coæquari, in hoc negocio manifeſtum ſit.*

ITa Mornæus; Quàm verè, ex hiſtoria conſtabit. Donatiſtæ quidem contra Cæcilianum Carthaginenſem Epiſcopum, ex Gallia Iudices ſibi dari a Conſtantino poſtularunt. *Ille verò, petitis*, inquit, *à me in ſæculo iudicium, cùm ego ipſe Chriſti iudicium expectem.* Auguſtinus epiſt. 166. *Conſtantinus non eſt auſus de cauſa Epiſcopi iudicare, eam diſcutiendam atque finiendam Epiſcopis delegauit.* Tres interim dati ſunt illis ex Gallia Iudices; verùm poſtea intelligens cauſſas Epiſcoporum, ex Diuinæ legis præſcripto, abſque primariæ Sedis Antiſtite, nefas eſſe cognoſci, ad eumdem Melchiadem Romanum Pontificem cauſſam defert, qui præſentibus illis tribus, quos elegerat, alijſque Comprouincialibus in Italia Epiſcopis, Cæciliani cauſſam pertractaret. Extat epiſtola Conſtantini ad Melchiadem apud Euſebium libro 10. cap. 5. vbi, cùm in crimen vocaretur Cæcilianus Carthaginenſis Epiſcopus ab his, qui erant partis Donati; *viſum eſt mihi* (ait Imperator) *vt idem Cæcilianus cum decem Epiſcopis, qui illum reum facere videantur, & decem alijs, quos ipſe ſuæ litis dijudicationi neceſſarios exiſtimauerit, Romam nauigio trajiciat, vt ibi coram vobis, & Rheticio etiam Materno, & Marino Collegis veſtris (quos, ea de cauſa, Romam maturare iuſſeram) poſſit audiri ſicut ſanctiſſima lex, vti noſtis, poſtulat.* Quorſum verò Conſtantinum ſcribere ad Melchiadem datis primò tribus illis è Gallia Iudicibus, & voluiſſe Romam illos nauigare, illic examinari cauſſam Cæciliani, & Donatiſtarum, niſi quia rectè iudicauit ad Epiſcopum Romanum, tanquàm primariæ, & Apoſtolicæ Sedis Antiſtitem, referendas eſſe cauſſas Epiſcoporum, & rerum Eccleſiaſticarum iudicia? Non eſt huius loci referre totam hiſtoriam Donatiſtarum; & quid inde ſecutum ſit, explicare, ſufficiet oſtendere, contra Mornæum, magnam in hac cauſſa conſpici prærogatiuam Epiſcopi Romani, & illum alijs tribus minimè coæquatum; idque ex Auguſtino, & Optato, quos producit, oſtendere procliuè.

Conſtan. nō eſt auſus de cauſa Epiſcopi iudicare.

Donatiſtarū cauſam Cōſtant. defert ad Melchiadem Rom. Pont. quia ſine ipſo nefas eſſet Epiſcopos iudicare.

Epiſtola Cōſtantini ad Melchiadē.

In cauſa Donatiſtarū magna oſtenditur prærogatiua Romani Pontificis.

Primùm igitur Diuus Auguſtinus lib. 1. contra Iulianum cap. 2. *Quando in Vrbe Romana Melchiade Apoſtolicæ Sedis Epiſcopo præſidente, cum alijs Iudex Reticius interfuit, Donatumque damnauit, qui prior auctor Donatiſtarum ſchiſmatis fuit, & Cæcilianum Epiſcopum Eccleſiæ Carthaginenſis abſoluit, &c.* Cæteri igitur Epiſcopi interfuerunt. At Romanus Epiſcopus etiam præſedit. Idem libro 1. contra Epiſtol. Parmeniani capitulo 5. *Vltro faſſus eſt ſuos ipſos adiſſe Conſtantinum, & arbitrio eius, à Iudicibus Epiſcopis cauſſam cognitam, quibus præfuit Melchiades Romanæ Vrbis Epiſcopus, & cæt.* Vbi ſuum vnicuique tribuit Auguſtinus arbitrium: Conſtantinus interpoſuit, iudicarunt Epiſcopi, præfuit Pontifex Romanus. Non iudicauit Imperator de cauſſa Epiſcopi, multò minus præfuit; ſed tantùm ex bono, & æquo arbitratus eſt cauſſam illam à plurium gentium, & linguarum Epiſcopis, debere cognoſci: vt ne occaſio querelæ Donatiſtis præberetur; Epiſcopi iudicarunt, tanquam de cauſſa ad ipſorum cognitionem ſpectante, non autem præfuerunt, ſed Romanus Pontifex, qui hoc idem arbitratus, quod Imperator iudicauit cum Epiſcopis, ſed præfuit ſolus. Idem Auguſtinus epiſtol. 162. contra pertinaciam Donatiſtarum, de Cæciliano Epiſcopo Carthaginenſi loquens; *Qui poſſet*, inquit, *non curare conſpirantem multitudinem Epiſcoporum, cùm ſe videret, & Romanæ Eccleſiæ, in qua ſemper Cathedra Apoſtolicæ viguit Principatus, & cæteris*

Mornæus citatu à ſe teſtib. conuincitur.

Cōſtan. nec de cauſa Epiſcopi iudicauit, nec iudicio præfuit.

Rom. Pont. præfuit.

In Eccleſia Romana ſē per viguit Apoſtolicæ Cathedræ principatus.

teris terris, vnde Euangelium ad ipſam Affricam venit, per communicatorias literas eſſe coniunctum, & cæt. Quomodò verò in Romana Eccleſia Apoſtolicę Cathedrę vigebat Principatus, ſi cæteris ęqualis Melchiades in ea cauſſa? aut quomodo poterat Cecilianus multitudinem illã Epiſcoporum in Affrica contemnere, á quibus prius condemnatus erat, niſi quia communicans Romano Epiſcopo, ſchiſmaticus nullo modo haberi poterat? Ibidem: *Et tamen qualis ipſius Beati Melchiadis vltima eſt prolata ſententia, quàm innocens, quàm integra, quàm prouida, atque pacifica, qua neque Collegas, in quibus nihil conſtiterat, de collegio ſuo auſus eſt remouere, & Donato ſolò, quem totius mali Principem inuenerat, maximè culpato, ſanitatis recuperandæ optionem liberam cæteris fecit, paratus literas communicatorias mittere etiam ijs, quos à Maiorino ordinatos eſſe conſtaret, ita vt quibuſcumque locis duo eſſent Epiſcopi, quos diſſentio geminaſſet, eum confirmari vellet, qui ordinatus fuiſſet prior, alteri autem eorum plebs alia regenda prouideretur. O virum optimum, ò filium Chriſtianæ pacis, & Patrem plebis Chriſtianæ.* Vbi primùm vltima ſententia ab Epiſcopo Romano videtur prolata, & illius vnius eſſe literas communicatorias, etiam Schiſmaticis, dare (quales erant à Maiorino ordinati) quas cum receperunt, iam deinceps, ob communionem cum Romano Pontifice, ſchiſmatici eſſe deſinant; & qui à ſeptuaginta Epiſcopis prius in Affrica damnatus erat Cecilianus, ab octodecim poſtea Romæ, præſidente Melchiade abſolutus. Subiungit Auguſtinus: *Conferte nunc iſtam paucitatem cum illa multitudine Epiſcoporum, neque numerum numero, ſed pondus ponderi comparate, & cæt.* quia ſcilicet maior erat horum octodecim, quàm illorum ſeptuaginta auctoritas; non alia certè ratione, niſi quia Epiſcopus Romanus caput Eccleſiaſticæ communionis inter hos octodecim præſidebat; multum enim valet Synodus Epiſcoporum, ſed cui Romanus Pontifex per ſe, aut per legatos præſideat: ſin ille improbet Acta alicuius Concilij, irrita prorſus illa erunt, & nullam habitura auctoritatem. Igitur ex Auguſtino, quem proferebat aduerſarius ſatis conſtat quanta fuerit in ea cauſſa Romani pontificis ſupra cæteros auctoritas.

Communicatorias literas dare vnius eſt Pontificis.

Valet Synodi Epiſcoporum à Romano Pontifice.

Optatus etiam lib. 1. contra Parmenianum recenſitis Epiſcopis, qui Romam, ob eam cauſſam, conuenerant: *Cecilianus* (inquit) *omnium ſupra memoratorum ſententijs Innocens eſt pronunciatus, etiam Melchiadis ſententia, qua iudicium clauſum eſt his verbis: Cùm conſliterit Cæcilianum ab ijs, qui cum Donato venerunt, iuxta profeſſionem ſuam non accuſari, nec à Donato conuictum eſſe in aliqua parte conſtiterit, ſuæ communioni Eccleſiaſticæ, integro ſtatu, retinendum meritò eſſe cenſeo.* Vbi Romani Pontificis ſententia, cauſa eſt terminata. Verùm, vt ſcribit Mornæus.

Cecilianus innocens pronunciatus.

Pag. 20.

Cum iudicato non acquieſceret Donatus appellationis iudicem Conſtantinus conſtituit Arelatenſem Synodum cui ipſe tanquam à ſe vtique conuocatæ ipſe præſidebat.

CAluinus libro 4. Inſtitut. capitulo 7. §. 10. *Conſtantinus* (inquit) *appellationis iudicium demandat Epiſcopo Arelatenſi, ſedet ille iudex, vt poſt Romanum Pontificem, quod viſum fuerit, pronunciet.* Vbi certè deceptus eſt, Mornæus cùm non meminiſſet Arelatenſem Epiſcopum Romæ in ea cauſſa cùm Melchiade iudicem fuiſſe. Si verò ſedit iudex, vt ſcribit Caluinus, non igitur præſedit Synodo Conſtantinus, quod ſcribit Mornæus. Subiungit Caluinus. *Si Romana ſedes ſummam habet poteſtatem ſine prouocatione, cur ſibi tam in ſignem ignominiam arrogare patitur Melchiades, vt ſibi Epiſcopus Arelatenſis præferatur? & quis Imperator hoc fecit? Conſtantinus ſcilicet.*

Mornæus ex ipſis Caluini dictis refellitur.

Verùm qui quæſo tum prouocarunt à ſententia Melchiadis? non certè Catholici, ſed Donatiſtæ Hæretici, quorum importunitatibus ceſſit Conſtantinus, cupiens litibus Epiſcoporum, & ſcandalo grauiſsimo, quod inde ortum erat, finem imponi. Teſtis eſt locupletiſsimus Diuus Auguſtinus Epiſtol. illa 162. *Iudices Eccleſiaſticos tantæ auctoritatis Epiſcopos, quorum iudicio, & Cæciliani innocentia, & eorum improbitas declarata eſt, non apud alios Collegas, ſed apud Imperatorem accuſare auſi ſunt, quod malè iudicarint. Dedit ille aliud Arelatenſe iudicium, aliorum ſcilicet Epiſcoporum, non quia iam neceſſe erat, ſed eorum peruerſitatibus cedens, & omnimodo cupiens tantam impudentiam cohibere. Neque enim auſus eſt Chriſtianus Imperator ſic eorum tumultuoſas, ac fallaces querelas ſuſcipere, vt de iudicijs Epiſcoporum, qui Romæ ſederant, ipſe iudicaret, ſed alios Epiſcopos dedit, à quibus tamen illi ad ipſum rurſum Imperatorem prouocare maluerunt. Atque vtinam ſaltem ipſius iudicio inſaniſſimis animoſitatibus ſuis finem poſuiſſent, atque vt eis ipſe ceſſit, vt de illa cauſſa, poſt Epiſcopos iudicaret, à Sanctis Antiſtitibus veniam poſtea petiturus, dùm tamen illi, quod vlterius dicerent, non haberent, ſi eius ſententiæ non obtemperarent, ad quem ipſi prouocauerant; ſic & illi aliquando cederent veritati, &c.* Non igitur iure aliquo diuino, aut Eccleſiaſtico nouos iudices dedit, ſed importunis eorum clamoribus ceſſit, putans hoc modo ſe litibus finem impoſiturum. Si verò à Sanctis Antiſtitibus veniam erat petiturus, quod de illa cauſſa poſt eos iudicaſſet, certè de quo venia petenda eſt, iuſtè factum defendi non poteſt. Poſtremò, ſi Conſtantinus, quod ferè omnes tradunt, à Syluestro Papa Melchiadis ſucceſſore ſalutaribus aquis ablutus eſt ſub Melchiade, quando ad eum à Donatiſtis prouocatum: adhuc erat rudis in fide, nec ſatis rerum Eccleſiaſticarum peritus; cum tamen, vt oſtenſum eſt, eam totam cauſſam terminari voluerit iudicio Epiſcoporum, quorum Concilio tum præfuit Romanus Pontifex, quem nec tribus alijs Epiſcopis coæquari immò longè præferri, contra Mornæum

Idem.

Non Catholici, ſed Hæretici Donatiſtæ à ſententia Melchiadis prouocarunt.

Conſtan. ut iudices Donatiſtis dedit, & ipſe iudicauit, non iure aliquo ſuo vtens, ſed vt eo pacto litibus finē imponeret.

Immò tunc Conſtantinus nec dū erat baptizat.

nærum

norum ex Auguſtino, & Optato ſatis, ſuperque demonſtratum eſt.

Sequitur Mornæus

Pag. 20. *In Arij controuerſia nihilo ſecius; Conuocat ipſe vniuerſalem Niceæ Synodum; adeſt, præeſt. Teſtes Euſebius, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, Cyzicenus, Patres ipſi Synodi in ſynodalibus Epiſtolis.*

Arij controuerſia.

FAtentur equidem omnes, coactam eſſe Synodum Nicænam à Conſtantino Religioſiſſimo Imperatore, & Epiſcopos vndique per literas honorificè ſcriptas, vt eò maturarent, accitos; eum etiam adfuiſſe omnes teſtantur: nemo tamen ſcribit eum Concilio præfuiſſe.

Conſtat eũ non autem eũ de Concil. Nicænũ, eo que adfuit.

Teſtatur Ruffinus libro primo hiſtor. capit. 2. Conſtantinum in ea Synodo palàm ad Epiſcopos dixiſſe: *Deus vos conſtituit Sacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi; & ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non poteſtis à nobis iudicari.* Non igitur ſedet, tanquam Præſes inter Epiſcopos, maximè cùm de Religione ageretur, *in qua decernendi nullæ ſunt partes laicis*, vt auctor eſt Liberatus in Breuiario capitulo decimotertio. Martianus Imperator in Concilio Chalcedonenſi inter alia dixit, ſe ad confirmandam fidem, non potentiam oſtendendam, exemplo Conſtantini, Synodum intraſſe: at nemo vnquam dixit Martianum Concilio Chalcedonenſi præfuiſſe. Quid in eo Concilio præſtiterit Conſtantinus, ſcribit Euſebius libro tertio de vita Conſtantini, præſertim capitulo 13. ſed nuſquam ſcribit eum Concilio præfuiſſe, multò minus Theodoretus, quem iſte citat ad marginem libro primo, capitulo ſeptimo, vbi inter cætera, hæc ſcribit: *Trecenti decem, & octo Epiſcopi illi in vnum conuenerunt, Epiſcopus autem Romanus propter ætatem admodum ingraueſcentem, abfuit, verùm duos ille miſit Presbyteros poteſtate illis conceſſa Actis illius Concilij aſſentiendi:* Sozomenus idem ſcribit libro primo capitulo vigeſimoſexto, vbi fallitur, quòd loco Syluestri Iulium ponit, neque enim Iulio, ſed Syluestro Pontifice habita eſt Nicæna Synodus. Vbi non modo obſeruandum, Pontificem Romanum, per ſuos Presbyteros, Actis Concilij aſſenſum eſſe; verùm etiam illud, quòd hi duo Presbyteri primi omnium eidem Concilio ſubſcripſerunt. Damaſus in Pontificali ſcribit, id Concilium, cum Syluestri conſenſu, factum eſſe; vt intelligamus non tantùm poſt coactionem Epiſcoporum conſenſum Syluestri adfuiſſe, ſed præterea vt in vnum congregarentur, conſenſiſſe. Et quidem in Epilogo breui Concilij Romani, quod poſtea ſub eodem Syluestro coactum fuit, ita dicitur: *Temporibus Sancti Syluestri Papæ, & Conſtantini piiſſimi Augusti factum eſt magnum Concilium in Nicæa Bithiniæ, & congregati ſunt regulariter eiuſdem Syluestri Papæ vocatione in idipſum trecenti decem, & octo Epiſcopi Catholici, &c.* & Act. 18. ſextæ Synodi ſcribitur, Conſtantinum, & Syluestrum magnam Synodum in Nicæa congregaſſe, Cedrenus etiam auctor Græcus in compendio hiſtoriarum idem teſtatur, Victum, & Vincentium, Syluestri loco, & nomine, Nicænæ Synodo præfuiſſe. Idẽ tradit & Photius libro de 7. Synodis. Athanaſius in Epiſtol. ad ſolitariam vitam agentes, dicit Oſium Cordubenſem Principem fuiſſe in eo Concilio, qui cùm fuerit ſimplex Epiſcopus, ac proinde omnibus Patriarchis inferior, qui erant in Concilio, nunquam certè habuiſſet primum locum, niſi quia vices gerebat Romani Pontificis. Adfuit igitur, ſed non præfuit Concilio Conſtantinus.

Nemo tamẽ ſcribit ipſum eidẽ præfuiſſe.

Verba Conſtantini ex Ruffino lib. 1. hiſt. c. 2.

Sozomenus loco Syluestri Iuliũ, per errore, ponit.

Presbyteri ad Nicænã ſynodũ miſſi à Syluestro, primi omnium ſynodo ſubſcribunt.

Syluestri cõſenſu, vt Concilium cogeretur.

In Epilogo Concilij.

Teſtimoniũ ſextæ ſynodi.

Cedreni.

Photij & Athanaſij.

Quas verò Synodales epiſtolas Patrum intelligat Mornæus, quæ teſtentur præfuiſſe Conſtantinum, hucuſque non reperi. Extat Synodalis Epiſtola ad Syluestrum, qua precatur Synodus, quidquid conſtitutum eſt, ab eo confirmari: reſcriptum item Syluestri ad Synodum.

Epiſtola ſynodalis.

Synodus precatur Syluestr. vt quod ab ipſa conſtitutũ eſt, cõfirmet.

Subiungit Mornæus in Nicæna Synodo, præſcriptos fuiſſe Epiſcopo Romano, ſuos limites; & ad id Canonem 6. profert

Mores antiqui teneant τὰ ἀρχαῖα ἔθη, *Qui ſunt in Aegypto, Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus* Pag. 26.
πάντων τούτων ἐξουσίαν ἔχειν *horum omnium habeat poteſtatem; quoniam quidem & Epiſcopo Romano par iſte mos eſt.* inde arripit argumentum: *non igitur lex, decretum diuinum multo minus, ſed mos tantum; Similiter & apud Antiochiam, cæteraſque Prouincias, honos ſuus vnicuique ſeruetur Eccleſiæ. Et de Hieroſolymitano can. 7. idem; quia mos antiquus obtinuit, & vetuſta traditio, vt Aeliæ, honor deferatur; habeat conſequenter honorem, manente tamen Metropolitanæ Ciuitatis propria dignitate; & Gelaſius Cyzicenus, &c.*

DE ſenſu huius Canonis legendus Sanderus libro ſeptimo de viſibil. Monarchia Eccleſiæ §. 94. & 95. Turrianus libro 3. pro epiſtolis Pontificum capit. 3. Cardinalis Bellarminus lib. 3. de Romano Pontifice cap. 13. & Baronius Tomo 3. ad annum Chriſti 325. Non enim is eſt ſenſus, quem ſibi fingit Mornæus, Synodum certos limites Epiſcopo Romano præſcripſiſſe, ſicut & reliquis Patriarchis; nam ibi cauſſa redditur, cùm ait Concilium: *Quoniam talis eſt Epiſcopo Romano conſuetudo.* Vt obſeruat Bellarminus, cur debeat permanere antiquus mos in Aegy-

Senſus canonis 6. Cõcilij Nicæni.

Aegypto, & Lybia, & Pentapoli, vt eorum locorum habeat curam Epiſcopus Alexandrinus; Verùm cauſſa huius rei non eſt, quia Epiſcopus Romanus habet curam Occidentis. Quæ enim conſequentia? Epiſcopus Romanus habet curam Occidentis; igitur & Alexandrinus debet gerere curam Aegypti, Lybiæ, & Pentapolis: cur non totius Affricæ potius? & cur non Aegypti tantum? At nec Occidentis Concilium meminit, vbi ait: *Quoniam talis Epiſcopo Romano eſt conſuetudo:* rectè itaque exponit Bellarminus. Quia Romanus Epiſcopus ita conſueuit, id eſt quia Romanus Epiſcopus ante omnem Conciliorum definitionem conſueuit, permittere Epiſcopo Alexandrino regimen illarum prouinciarum: quæ fuit etiam expoſitio Turriani lib. 3. de dogmaticis characteribus verbi Dei, lib. 3. pro Epiſtolis Pontificum cap. 3. vbi ita interpretatur; *accepiſſe ſcilicet Epiſcopum* (Alexandrinum) *à Romano Pontifice hanc iuriſdictionem, per auctoritatem, & inſtitutionem B. Petri, qui in ſucceſſore ſuo Romano Pontifice præſidet, Petrus enim, & cum eo reliqui Apoſtoli iuſſu Domini ſtatuerunt, vt Primates, & Metropolitani poteſtatem, & iuriſdictionem in Epiſcopos ſuarum Prouinciarum haberent.* Aut etiam ſenſus eſt; quia hoc eſt conſuetum Epiſcopo Romano, ſcilicet habere poteſtatem in ſuos Epiſcopos.

Quare ſi poteſtas quam Epiſcopus Romanus in Epiſcopos habere conſueuit, cauſſa eſt, cur Alexandrinus, & Antiochenus Patriarchæ in Epiſcopos ſuarum Prouinciarum poteſtatē habere conſueuerunt; igitur poteſtas Epiſcopi Romani in Epiſcopos, maior eſt, quàm ſit Patriarcharum Alexandrini, & Antiocheni in ſuos; ſiquidem, propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Epiſcopi autem ſubiecti Romano Epiſcopo ſunt, non modo Occidentales, ſed & totius Chriſtiani orbis, vt ſit vnum Ouile, & vnus Paſtor, & caput viſibile vnius corporis myſtici viſibilis: morem itaque Epiſcopi Romani Synodus vocat formam auctoritatis, quam Romanus Epiſcopus Petri Principis Apoſtolorum, ſucceſſor, in reliquos mundi Epiſcopos accepit; Paſchaſinus in Concilio Chalcedonenſi act. 16. citans hunc canonem, præmittit loco proœmij; Quod Eccleſia Romana ſemper habuit Principatum, vt inde voluerit docere Concilium Nicænum agnouiſſe hoc canone Primatum Romani Pontificis in omnes Epiſcopos; idque, quia Patres canonem 28. condiderant, quo æqualia Priuilegia tribuebant Conſtantinopolis nouæ Romæ Epiſcopo, quæ veteris Romæ conueniebant; nemo verò ſenſui Canonis à Paſchaſino adducto contradixit. Ibidem cùm cuique Patriarchæ ſuas diœceſes, ſeu prouincias præſcribunt, Romani Pontificis non meminere, vt qui ſcirent certos, ac definitos limites, ſicut alijs, præſcribi nō poſſe. Cum verò dicitur in canone: *Quoniam quidem & Epiſcopo Romano parilis mos eſt, &c.* dictio *parilis*, vt loco citato Turrianus notat, non parem ſignificat, ſed ſimilem: hæc verò ſimilitudo conſuetudinis Epiſcopi Romani cū alijs Primatibus, ſiue Patriarchis, in eo conſiſtit, vt ſicut Epiſcopus Romanus conſueuerit habere poteſtatem in Epiſcopos ſuos (quamuis omnes ſint Epiſcopi, vt B. Petrus omnibus Apoſtolis præerat, etſi omnes eſſent Apoſtoli) ſic Primates in Epiſcopos ſuarum prouinciarum poteſtatem habere conſueuerunt, quamuis omnes ſint Epiſcopi: verùm, hæc poteſtas Epiſcopo Romano conſueta, cauſſa eſt poteſtatis illorum, ideoque & ſi ſimiles ſit, non tamē æqualis, ſed maior. Nec valet argumentum Mornæi,

Dictio parilis quam vim habeat.

Mos eſt, συνήθεια, *non igitur lex; multò minus decretum Diuinum.* Pag. 21.

ID enim eſt, quod contendimus, morem eſſe Pontifici Romano iuriſdictionem exercere in omnes Epiſcopos, atque hunc morem non aliunde manaſſe, quàm à iure Diuino, & ab inſtitutione Chriſti Domini. Deinde apud Iſidorum, mos, eſt vetuſtate probata conſuetudo, ſeu lex non ſcripta; ſi igitur ſenſum Mornæi admittamus, per ſe refragatur Nicæno Concilio, vt qui velit reliquis Epiſcopis æqualem eſſe Romanum Epiſcopum; & item ſibi ipſi. Nam concilium, & quidem ex ſententia illius, vult antiquam eſſe hanc conſuetudinem, qua Romanus Epiſcopus alijs Epiſcopis præeſt.

Cum verò citat hunc canonem ex Ruffino lib. 1. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 6. in hanc formam. *Et vt apud Alexandriam, & in vrbe, vetuſta conſuetudo ſeruetur, vt vel ille Aegypti, vel hic ſuburbicariarum Eccleſiarum ſollicitudinem gerat.* Reſpondetur hunc canonem non ita haberi in Concilio Nicæno, nec in Concilio Carthagin. 6. nec in Chalcedonenſi act. 16. vbi recitatur, nec ab Epiphanio, nec à Cyziceno, quos hic citat Aduerſarius, ita recitari; ſic vt hæc expoſitio, mera ſit diuinatio Ruffini. Si enim Epiſcopus Romanus eſt primus, & præcipuus Patriarcha; & talis agnitus à Concilio, vt nec iſte diffitebitur; quomodo credibile eſt illi aſsignatam anguſtiſsimam Regionem, alijs autem Patriarchis minoribus, latiſsimam? Nam Alexandrino tres ampliſsimæ Prouinciæ aſsignantur; Antiocheno, oriens ipſe; At Romanus habuiſſet tantum ſuburbanas Eccleſias, id eſt aliquot Epiſcopatus vicinos. Deinde, illa particula (*Quoniam*) rationalis eſt; quæ verò ratio, vt Epiſcopus Alexandrinus trium prouinciarum curam gerat, quia Romanus Epiſcopus curam gerit ſuburbanarum Eccleſiarum? Immò hoc eſſet facere Epiſcopum Romanum longè cæteris inferiorem; vt eſſet argumentum à minori ad maius; Quoniam Epiſcopo Romano mos eſt curam gerere ſuburbanarum Eccleſiarum, multò magis Epiſcopus Alexandrinus curam gerat trium Prouinciarum. Non igitur recta illa interpretatio Ruffini.

Obiectio Mornæi ex Ruffino.

Reſponſio. hanc Ruffini expoſitionem eſſe diuinationē quandam, cum nuſquam ita legatur.

Refellitur, expoſitio Ruffini.

Epiphanius contra hæreſim 68. ita ſcribit; *hic mos obtinet, vt Alexandriæ Epiſcopus totius Aegypti, ac Thebaidis, Mareotaque, ac Lybiæ. Ammoniacaque, ac Mareotidis, ac Pentapolis Eccleſiaſticam habeat adminiſtrationem.* Qui non eſt Canon Nicænæ Synodi, licet eo canone contineatur. Quoad interpretationem Balſamonis, ea valde diſplicet Mornæo, qui Occidētalis eſt, ne fateatur vel inuitus ex ſententia Concilij Nicæni ſe ſubiectum Romano Pontifici. Nec tamen nos eam interpreta-

Balſamonis interpretatio ſubijcit Mornæum Romano Pontifici.

Nobis interpretatio non probatur.

pretationem probamus; primùm enim, nullã Regionem canon ille præſcribit Romano Pontifici, de quo id tãtum dicit: *quoniam & Romano Epiſcopo id eſt conſuetum.* Deinde ſi Concilium Nicænum Romano Põtifici ditionem præſcribere volebat, vt Occidentem, cur nõ ab ipſo incipiebat, ſed ab Alexandrino, qui ſecundus erat? cur etiam non nominauit regionem, quã Epiſcopo Romano tribuebat, ſicut & quas alijs Patriarchis concedebat? Recitatur & à Gratiano diſt. 65. cap. 6.

Pag. 21. *Quod enim ex Nicolao primo, 500. poſt Annis, Gregorius XIII. & Bellarminus proferunt, Synodi Nicænæ præcepta non aliud teſtantur, & nouerat omnia Eccleſiæ Romanæ, ſermone Domini conceſſa eſſe, præterquàm quod ridiculum eſt, Iudicem in propria cauſſa Romanum Epiſcopum faciũt, &c.*

QVicquid nugetur aduerſarius, contendimus rectè interpretatum hunc canonem à Nicolao I. epiſt. ad Michaelem Imperatorem. *Nicæna Synodus nouerat Romanæ Eccleſiæ omnia Domini ſermone conceſſa: ſi omnia*, ergo deſuit nihil, quod non ille concesserit. Deniq; ſi inſtituta Nicænæ Synodi diligẽter inſpiciãtur, illud inuenitur profectò, quod Romanæ Eccleſię nullum eadem Synodus contulit incrementum, ſed potius ex eius forma, quod Alexandrinæ Eccleſiæ attribueret, peculiariter ſumpſit exemplum. Sed hic obijcit Mornæus quod iudicẽ in propria cauſſa Romanum Epiſcopũ facimus. Atqui cauſſa eſt hæc dignitatis, & Eccleſiæ Romanæ, non propriæ perſonæ. Si Rex, aut Princeps aliquis ſuam dignitatẽ, & auctoritatem aduerſum perduelles, & reos læſæ Maieſtatis tueatur, obijciet vtiq; iſte nõ debere eſſe Iudicẽ in propria cauſſa; ſcilicet Mornæus non eſt iudex in propria cauſſa, quando contra auctoritatem Pontificis, interpretatur ad ſuũ ſenſum, Canonem 6. cõcilij Niceni, hæc enim cauſſa eſt Mornæi, quam ſuſcipit defendẽdam, Pontificem Romanum non eſſe caput Eccleſiæ, nec habere auctoritatem in reliquos Epiſcopos: at canonem Nicænũ, interpretatur more ſuo, ex eo deſinit, quod ſentit ridiculum ſane eum eſſe iudicem in propria cauſſa.

Cur non repugnet Pontificem in cauſis Eccleſiæ Romanæ eſſe iudicem.

Pag. 21. *At præſupponit (inquit) quod in quæſtione, quo Elencho non manifeſtior vllus.*

AT præſupponimus, quod ex ſcripturis, & verbo Chriſti manifeſtum: quod credidit hactenus Chriſtianus Orbis, quod ex ſacris cõcilijs, & Sanctis Patribus apertiſſimè cõſtat: quod ab aliquot annis, non niſi perfidi, Mornæi ſimiles reuocarũt in dubium. Dicent vtiq; & Athæi quod in quæſtione poſitũ, nos præſupponere, ſcilicet, *Deũ eſſe*, & prouidẽtia omnia gubernari: Quod illi impiè pernegant. Dicẽt Iudæi, & Sarraceni, nos præſupponere, quod in quæſtione, ſcilicet myſteriũ Sãctiſs. Trinitatis, & Incarnationis Verbi, quę illi inficiãtur. An verò ideo elenchus erit manifeſtus? Ita nos præſupponimus, quod in quæſtione, cùm ſanctiſsimè inſtitutã à Chriſto Monarchiam Eccleſiaſticã contra Impios iſtos veritatis hoſtes defendimus. Ita credũt omnes Catholici, hoc eſt veri Chriſtiani, in dubiũ iſte cũ ſuis reuocat: An verò nõ iſte præſupponit, quod in quæſtione poſitum ſcilicet Põtificem Romanũ non habere plenariam auctoritatẽ in omnes Epiſcopos, illiuſq; iuriſdictionem nõ ſeſe porrigere in omnes Chriſtianos? quo certè Elencho nõ manifeſtior vllus. Ad te (ò Magne Mornæe) ſacrorũ canonũ, *Interpres vnice*, cui & Pontifices ipſi cedãt neceſſe eſt, hac apoſtrophe vtatur Romana Eccleſia: *mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, prior poſſideo, habeo origines firmas ab ipſis auctoribus, quorũ fuit res. Ego ſum hæres Apoſtolorum, ſicut cauerunt ſuo teſtamento, ſicut fidei commiſſerunt, ſicut adiurauerunt, ita teneo. Quæ poteſtate limites meos commoues?*

Cur nõ videtur ſuppoſitum in interpretatione canonis Niceni, ſupremam poteſtatem Pontificis.

Tertul. lib. de præſcrip. cap. 37.

Quia Bellarm. lib. 2. de Romano Põtifice c. 23. obſeruat in libris vulgatis deeſſe initiũ huius canonis, quod tale eſt: *Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum, nos autem perduret, &c.* Ideo nunc exclamat Aduerſarius:

De principio canonis ſexti Concilij Nicæni.

Pag. 21. *Exemplaria vulgata quænam illi? & vnde nobis certiores canones, quã ex Concilijs Græcis, ex Ruffino, Balſamone, Patriarcha Antiocheno, Gratiani decreto apud eos authẽtico, Cyziceno etc.*

ATqui Bellarminus id non temerè, & ſine probatione ſcribit, nam citatur in Cõcilio Chalcedonẽſi act. 16 cum hoc principio à Paſchaſino Epiſcopo, & ante annos mille ita vertit ex Græco Dionyſius Exiguus Abbas, vir doctiſſimus, & vtriuſq; linguæ peritiſſimus. Baronius etiã tom. 6. ad annum Chriſti 452. contendit, hãc partem, Quod *Eccleſia Romana ſemper habuit primatũ* recitatam à Paſchaſino, eſſe initium canonis, non autem titulũ inſcriptionis, & id ipſum pariter græcè legi. Vnde ſi dicamus, à Græcis ſuppreſſã eſſe hanc partem Canonis, certè non ſine auctoritate dicemus, nãm & Gregorius magnus lib. 5. Indic. 14. epiſt. 14. conqueritur à Græcis ſanctas Synodos eſſe falſatas: *Exiſtimamus* (inquit) *quia ſicut Chalcedonenſis Synodus in vno loco ab Eccleſia Conſtantinopolitana falſata eſt, ſic aliquid in Epheſina Synodo factum eſt.* Idem paulo poſt: *Romani Codices multo veriores ſunt, quã Græci: quia noſtri ſicut non acumina, ita nec impoſturas habent*, & lib. 7. indict. epiſt. 48. conqueritur, Epheſinam Synodum ab Hæreticis eſſe corruptam: poſtquã enim defecerunt ab obedientia Sedis Apoſtolicę, nihil eſt abſurdi credere eos corrupiſſe, aut mutilaſſe aliquot loca ſacrorum Conciliorũ, ex quib. de primatu, & auctoritate Romani Põtificis certò cõſtabat: quemadmodũ etiam retulit mihi quidã amic⁹ Græcæ linguæ valde peritus, ſe peragraſſe aliquot Gręciæ loca, & in Monaſterijs incidiſſe in libros vetuſtiſſimorũ auctorum manuſcriptos, à quib. loca de proceſsione Spiritus Sãcti à patre, & à filio expũxiſſent. Quod Ruffinũ, Balſamonẽ, & alios, iã ſatis abundè reſponſum eſt: & ſi nihil deſideretur, in hoc canone, & dem⁹, procemij velut loco, & nõ

Canõ ſextus à Græcis falſatus.

Sicut nos alia, & Gregor. magn. conqueritur.

Digitized by Google

tiquã partẽ canonis à Paſchaſino proponi, quid inde habet Mornæus? is.n. ſenſus eſt germanus, & genuinus canonis, vt quemadmodum oſtenſum eſt, confirmet authoritatem Pontificis, nullos verò ei limites præſcribat. Et certè eo proœmio, quod Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum, admonuit Paſchaſinus, quid illo canone contineretur quem poſteà ſubiunxit. Si verò profert contra nos ipſe Balſamonem, cur ergo ipſe non amplectitur ſenſum Balſamonis, vt occidentalibus omnibus præſit Romanus Pontifex, quemadmodum cæteri Patriarchæ ſuis præſunt Prouincijs? quo ſenſu certè aut non erit Eccleſia illa Mornæi, Et illius Synmiſtarum, aut certè Patriarcham agnoſcat neceſſe eſt Romanũ ipſũ Epiſcopũ niſi ſchiſmaticus haberi velit.

Teſtimonii Balſamonis à Mornæo citatum, in ipſum retorquetur.

Quòd ſi verò (inquit) *reiecerimus, hæc in græco non haberi, Balſamoni ignota eſſe: quid reſponſurus?* Pag. 21.

AT Bellarminus reſpondebit, Dionyſium Abbatem ante mille circiter annos ita ex græco vertiſſe; ergo ſic habetur in græco. Deinde etiam Gregorius Magnus iam ſuo tempore ſuſpectos habebat codices græcos, & ſcribebat ſacra concilia à Græcis fuiſſe corrupta, quæ in Græcia tamen celebrata erant, & Græcè primum prodierant. Quid ſi igitur eoſdem, vbi de primatu Romani Pontificis agitur, reſpondemus eos habere ſuſpectos, & eam partem canonis eos ſuppreſſiſſe? Idque, vt oſtendamus nõ adeò validum eſſe argumentum Mornæi, *Hæc in græco non habentur, Balſamoni ignota ſunt*, vt, cõpoſitio probabilis certè aliqua aſſerti poſſet, etſi non adeo certa: Neque eam partem quam deſiderari ſcribit Bellarminus, adeò in canone requirimus, vt ſine ea non faciat, ſicut iam toties inculcatum eſt, pro Romani Pontificis primatu, & authoritate.

Altera ratio valdè expendenda Mornæi.

Et Niceni demum canones, num apud Chalcedonenſem quærendi; num non potius apud Nicænam? Pag. 21.

Argumentũ Mornæi in ipſum retorquetur.

QVomodo ergo eũ canonem quærebat apud Ruffinum, Balſamonem, Cyzicenumq; num apud eos quærendi Nicæni canones, & non in Nicæna Synodo? An non verò multi canones conditi in prioribus concilijs, in poſterioribus confirmantur, aut repetuntur, & renouantur? Paſchaſini deinde fidem nobis ſuſpectam reddere velit, vt.

Qui nõ fidelior (inquit) *illo, qui hũc canonẽ in Carthaginenſi concilio falſauit.* Pag. 21.

VErùm cùm Paſchaſinus propoſuiſſet illum canonem in concilio Chalcedonenſi, idque vt authoritate, & Teſtimonio concilij Nicæni probaret Romani Pontificis authoritatem aduerſum eos, qui ferè æqualia priuilegia volebant in Conſtantinopolitanum Epiſcopum conferri; & præmiſiſſet velut loco proœmij, quod Eccleſia Romana ſemper habuit primatum; nemo certè ex patribus refragatus eſt, omnes acquieuerunt, vt ex actione ipſa conſtat, vel vt Liberatus teſtatur in Breuiario cap. 13. in hunc modum, *legati contradictio à Iudicibus Concilij, & Epiſcopis omnibus ſuſcepta eſt*. Parùm verò noſtra intereſt, quod alter recitando canonem, non recitauerit idem, quod Proœmij loco, aut tamquam initiũ canonis, præmiſerat Paſchaſinus; ſatis eſt quod per illam particulam Paſchaſinus docere voluerit, quis ſenſus eſſet illius canonis, & quòd ex Patribus nemo illi contradixerit. Quid ſi ab Aetio diacono Conſtantinopolitanæ ſedis, dempto ſubdolè dicto Exordio, canonem illum lectum dicamus? Ridiculum deinde eſt argumentum quo contendit Bellarminum adulteraſſe canonem, quod deciſiuè legi velit. *Eccleſia Romana ſemper habuit principatum*, vbi Paſchaſinus tituli loco proponebat. *Quod Eccleſia Romana &c.* cùm, vt rectè oſtendit Baronius tom. 3. ad annum Chriſti 325. vtraque lectio in idipſum tendat. Quid quæſo diſcriminis eſt, ſi ponam hoc modo; dico, quòd Chriſtus eſt Deus, & homo: quod Pontifex Romanus eſt Princeps Epiſcoporum; aut hoc modo, dico, Chriſtus eſt Deus, & homo &c. Ita certè exigebat locus ille, vt ſic loqueretur Paſchaſinus, Trecentorum decem & octo Patrum can. 6. quod Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum; vbi ſatis indicat ita deciſum eſſe ab illis Patribus Concilij Niceni. Et quidem eo canone 6. quem poſteà ſubiungit.

Paſchaſinus in Chalcedonenſi Concilio eſtimationum Romanæ Eccleſiæ aſſeritur nemo contradixit.

Ridiculum Mornæi argumentum.

Decernit verò Synodus: Conſtantinopolitanæ ciuitatis Epiſcopum habere oportet primatus honorem, poſt Romanum Epiſcopum, propterea, quòd ſit noua Roma; propter principalitatem Vrbis, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν. Pag. 21.

EX decreto Synodi Chalcedonenſis, quo, poſt Romanum Epiſcopum, Primatus honor Cõſtantinopolitano tribuitur, propterea quod Cõſtantinopolis ſit noua Roma; Argumentatur Mornæus, vt inde inferat non ex inſtitutione Chriſti, aut ex ſucceſſione in Cathedra Petri, Romanum Pontificem habere primatum, ſed ex ipſa dignitate Vrbis: cum tamen nihil ad hoc conferat Vrbs ipſa. Chriſtus inſtituit vnum ſupremum Paſtorem in ſua Eccleſia, ſic ex facto Petri, qui Romæ ſedit, non aliunde, Romanus Pontifex hanc habet dignitatem.

Diſcrimen inter ſedem Romanam, & Conſtantinopolitanam.

Fuit ille Princeps Apoſtolorum illi dictum eſt, *Tibi dabo claues Regni cælorum, Paſce oues meas*: Ouile, ſcilicet Chriſti duraturum vſque ad finem ſæculi. Eccleſia verò Conſtantinopolitana non eſt Apoſtolica, nec ab aliquo Apoſtolorum deducit ſuam originem primam, licet Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus in ſua Chronologia conetur eam ab Andrea Apoſtolo deducere; qui tamen in hoc vnus, ſingularis eſt teſtis, & cum in Canon. 5. Concilij primi Conſtantinopolitani ita conſtituiſſent; *Conſtantinopolitanæ ciuitatis Epiſcopum habere oportet Primatus honorem*

verò poſt Romanum Epiſcopum; propterea *quòd ſit noua Roma:* in Concilio Chalcedonenſi addiderunt; *oportere eum paria priuilegia habere cùm Epiſcopo Romano;* ſed cum à Legatis Pontificis, reclamatum eſſet (quicquid hic nugetur Mornæus de repulſa lata à Legatis Imperatoris) idem Concilium Epiſtolam ad Leonem ſcripſit, qua petijt confirmari Concilij decreta; non tamen illi auſi ſunt mentionẽ facere parium priuilegiorũ, ſed ſolũ ſcripſerunt, ſe renouaſſe canonẽ ſecũdæ ſynodi, quo ſecundus honor Epiſcopo Cõſtantinopolitano tribuebatur, neque Leo Pontifex id vmquam probauit. Extat Epiſt. 65. illius ad Synodum Chalcedonenſem, qua dicit, ſe probare ea, quæ per vnanimitatem Patrum illorum de fide ſtatuta ſunt; & ibidem ſcribit ſe non ſolum per eos, qui vicem illius executi ſunt, ſed etiam per approbationẽ geſtorum Synodalium propriam, cum ipſis iniſſe ſententiam *in ſola fidei cauſa* (Quod inquit) *ſæpè dicendum eſt, propter quam generale concilium, & ex præcepto Chriſtianorũ Principum, & ex conſenſu ſedis Apoſtolicæ placuit congregari:* vbi damnat Epiſcopi Conſtantinopolitani improbum ambitum, quòd ſe Alexandrino, atque Antiocheno Epiſcopis præferre voluerit; idque dicit eſſe contra decreta Patrũ Nicænæ Synodi, haud dubiè canonem ſextum ſubindicans; & prius Epiſt. 53. ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, eum grauiter reprehendit, quòd in Concilio Chalcedonenſi, contra Nicæni Concilij canones, ſuam Eccleſiam Alexandrinæ, & Antiochenæ præferre voluerit. *Non conuellantur* (inquit) *Prouincialium iura primatuum, nec priuilegijs antiquitùs inſtitutis Metropolitani fraudentur Antiſtites. Nihil Alexandrinæ ſedis, eius quam per ſanctum Marcum Euangeliſtam Beati Petri diſcipulum meruit, pereat dignitatis, &c. Antiochena quoque Eccleſia, in qua primũ prædicante B. Apoſtolo Petro, Chriſtianum nomen exortum eſt, in paternæ conſtitutionis ordine perſeueret, & in gradu tertio collocata nunquam ſe fiat inferior.* vnde conſtat, nunquam habitam fuiſſe ſedem apoſtolicam Eccleſiam Conſtantinopolitanam. Idem Epiſt. 57. ad Martianum Auguſtũ Anatolij ſuperbiam damnat, & Epiſt. 58. ad Pulcheriam Auguſtam, decretum Concilij Chalcedonenſis de Epiſcopo Cõſtantinopolitano, poſt Romanum, cæteris præferendo, ſe in irritum mittere, & generali prorſus definitione caſſare ſcribit, quia Sanctorum canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnet. Quòd verò Patres illi tribuunt honorem primatus poſt Epiſcopum Romanum Conſtantinopolitano, ob dignitatem vrbis, quod ſit noua Roma: *Habeat* (inquit Leo Papa Epiſt. citata ad Martianum Imperatorem) *Conſtantinopolitana ciuitas gloriam ſuã &c. Alia tamen ratio eſt rerum ſecularium, alia Diuinarum, nec præter illam petram, quam Dominus in fundamento poſuit, ſtabilis erit vlla conſtructio. Propria perdit, qui indebita concupiſcit:* poſt. *Non dedignetur Regiam Ciuitatem, quam Apoſtolicam non poteſt facere ſedem* & non erat ergo, cur prætexerent dignitatem vrbis, vt Apoſtolicis eam Eccleſijs præferrẽt illi Patres. Gelaſius Papa Epiſt. 13. ad Dardanos diſertè ſcribit, quòd Conſtãtinopolitana Eccleſia, non modo inter ſedes, ſed nec inter Metropolitanorum iura cẽſetur: *nãm quod dicitis, Regiæ ciuitatis* (inquit) *Alia poteſtas eſt Regni ſecularis, alia Eccleſiaſticarum diſtributio dignitatũ ſicut enim quãuis parua ciuitas prærogatiuã præſentis Regni non minuit; ſic Imperialis præſentia menſurã diſpenſationis religioſæ non mutat.* Poſt. *Poſtremò ſi ſibi de Imperatoris præſentia blandiuntur; & inde putant, Conſtantinopolitanæ ciuitatis Epiſcopi potiorem fieri poſſe perſonam; audiant Martianum eiuſdem Principem ciuitatis poſtea quam pro augmento vrbis ipſius Sacerdotis interceſſor accedens contra regulas obtinere nihil potuit: ſanctæ memoriæ Papam Leonem ſummis laudibus proſecutum, quod canonum regulas violari nulla fuerit ratione perpeſſus. Audiant Anatolium eiuſdem ſedis Antiſtitem, clerum potius Conſtantinopolitanum, quem ſe talia tentaſſe confitentem, atque in apoſtolici Præſulis totum dicentem poſitum poteſtate.* Quid verò habet iſte, quod reſpondeat? An non Patres confirmationem actorum Synodi à Leone Papa poſtularunt per litteras? Quàm verò ſubtile argumentum; Primatus honor defertur Epiſcopo Conſtantinopolitano poſt Romanum, ob dignitatem Vrbis, quod Conſtantinopolis eſſet noua Roma, ergo non niſi ob dignitatem Vrbis Pontifex Romanus Princeps eſt inter Patriarchas, nõ ex inſtitutione Chriſti.

Concilium Chalcedonenſe ſtatuit paria eſſe debere priuilegia Rom. & Cõſtantinopol. Epiſcopo. Legati Leonis reclamarunt.

Neque id decretum auſum eſt meminiſſe apud Rom. Pontif.

Leo damnat improbum Epiſcopi Conſtantinopolitani ambitum.

Conſtantinopolitana Eccleſia nũquam pro ſede Apoſtolica.

decretũ in præeminentia à Leone abrogatũ.

Propria perdit, qui indebita concupiſcit.

iterum de Conſtantinopolitana Eccleſia.

Imperialis præſentia menſuram diſpenſationis Religioſæ non mutat.

Craſſum Mornæi argumentũ.

Petri (ſubiungit) *abutuntur nomine, Euangelij nos Ludificãtur prætextu.* Pag. 21

AT vero Pontificem Romanum, vt Patriarcham Occidentis proprium conſideramus, vt optimè docet Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 18. ſicque primus eſt Patriarcharum comparatione Conſtantinopolitani, Alexandrini, Antiocheni, Hieroſolymitani: verùm ſi eum et Pontificem ſummum, & caput vniuerſalis Eccleſiæ conſideremus, non eſt primus ratione Conſtantinopolitani, aut alicuius alterius, ſed ſolus Princeps, ac Paſtor omnium eſt; nec eâ conſideratione Patres illi ſecundum locum, à Romano Epiſcopo, Cõſtantinopolitano detuliſſent, vt plures vniuerſales Paſtores aut ſummos Pontifices conſtituere voluerint; vnius enim ouilis Chriſti, vnicus Paſtor ſupremus, vnius corporis myſtici Eccleſiæ vnicum caput, idque ex inſtitutione Chriſti Domini; licet ex facto Petri quòd Romæ ſedem ſuam conſtituerit, ſit ille Romanus Pontifex, qui in ea ſuprema dignitate, qua præeſt omnibus Chriſtianis, nec ſecundum, nec tertium habeat.

Quomodo Pontifex, & primus dicatur, & ſolus.

Vnius ouilis vnicus Paſtor ſupremus.

Ex facto Petri contigit Rom. Epiſcopo, vt eſſet hic ſupremus Paſtor.

Quod ſcribit Mornæus Lucentium opponentem ſe decreto Concilij, ab Imperatoris legatis repulſam tuliſſe, ipſoſq; Paſchaſini interceſsioni non acquieuiſſe; Præterquam quod id falſum eſt, quanti momenti ſit iſta, vel repulſa, vel contradictio, ſatis ex ſupradictis conſtat. Dein irridet interpretationem, quam affert Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice ca. 13. Sexti canonis Concilij Nicæni. Addit etiam in celeberrima Nicæna Synodo, Epiſcopi Romani Legatos non præſediſſe, quartum tantùm locum obtinuiſſe. Hoc quàm falſum ſit, conſtat ex ipſis ſubſcriptio-

Digitized by Google

Legati Romani Epiſcopi in Nicæna Synodo præſederunt.

tionibus; nam Legati Pontificis, Oſius Epiſcopus, vitus, & vincentius Præsbyteri, primi omnium ſubſcripſerunt. Cedrenus in compendio hiſtoriarum, & Photius lib. de ſeptem Synodis vterque Græcus, dicunt ſilueſtrum, per ſuos legatos, authoritatem contuliſſe illi concilio; quo verò ſenſu ſi non ipſi præfuerunt concilio? Athanaſius Epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, dicit Oſium Principem fuiſſe in eo concilio, & ipſum eſſe, qui compoſuit Symbolum Nicænum: non alia certè ratione, quàm quia Legatum agebat ibi Romani Pontificis; nam alioqui non prælatus fuiſſet Patriarchis qui illi concilio aderant, cùm ille eſſet ſimplex Epiſcopus. Præſidebant ergo Legati Romani Pontificis, ac primum locum tenebant; neque vllum Auctorem iſte citat in contrarium.

Oſius dicitur ab Athanaſio fuiſſe Princeps in Nicæno Conc.

Quoad locum Cardinalis Cuſani lib. 2. de concordantia catholica, cap. 12. *videmus quomodo Romanus Pontifex vltra Sacras antiquas obſeruationes ex vſu, & conſuetudine, ſubiectionalis obedientiæ hodiè acquiſiuit.* Atqui illam ſubiectionalem obedientiam non improbat Cuſanus, neque acquiſitionem illam damnat, aut iniuſtam dicit; & multa acquiruntur, quæ iure tamen debebantur. Reges ipſi ab initio inſtituti, nō omnia iura habebant, quæ ex conſenſu populorum, & illa ſubiectionali obedientia, ſucceſſu temporis, legitimè acquiſiuerunt: & Cuſanus illic ſcribit, vbi diſputatur de authoritate Pontificis, aut Patriarchæ, nos poſſe ex conſuetudine argumentari, vt videamus Sacrum Concilium Nicænum ex moribus arguiſſe 65. *diſt. mos eſt &c. Quoniam mos, & conſuetudo attendi in Patriarcharum poteſtate iubetur* 9. q. 3. cap. conqueſtus. Quid igitur inde obtinebit iſte, quàm legitimam eſſe Pontificis Romani authoritatem, quam longo vſu ſæculorum ex ſubiectionali obedientia acquiſiuit? vnde verò ſubiectionalis illa obedientia, niſi quòd omnes Chriſti inſtitutionem intellexerunt, quâ Petro, & ſucceſsionibus illius ampliſsimam authoritatem Eccleſiam adminiſtrandi, in Euangelio expreſſiſsimis verbis collatã eſſe legimus? Et in Principe quolibet eſt poteſtas ferendi leges, & quidem iure Diuino, naturali, quæ tamen non niſi ex vſu, & cõſuetudine ſubiectionalis obedientiæ vim, ac robur acquirunt, & quia tanta apud eum eſt authoritas Cuſani, ſcribit ille, Romanũ Pontificem ex vſu, & conſuetudine ſubiectionalis obedientiæ multum acquiſiuiſſe vltra ſacras antiquas obſeruationes, ergo ex ſacris antiquis obſeruationibus iam Pontifex Romanus authoritatem habebat, etſi videatur illi non nihil additum ex conſuetudine ſubiectionalis obedientiæ. Quid quod Cuſanus nuſquam negauit authoritatem Romani Pontificis in omnes Eccleſias, etiam Patriarchas ipſos? Nihil igitur illi ſuffragatur Cuſani teſtimonium, qui nec canonem 6. Nicæni concilij cum Mornæo interpretatus eſt: hæc ſiquidem eius eſt expoſitio: *ſicut Romanus Pontifex habet ſummam omnium ſuorum Epiſcoporum poteſtatem ita & Alexandrinus ex more habet per Aegyptum; Epiſcopi verò Romani ſunt omnes, quotquot ſunt in orbe Chriſtiano Epiſcopi.* Et

Locus Cuſani l. 2. de concord. Cathol. interpretatus.

Cuſani expoſitio Can. 6. Concilij Nicæni.

canon; 39. eiuſdem Concilij ita ſtatuitur à Patribus. *Eſt Patriarcha ijs omnibus, qui ſunt ſub eius poteſtate, ſicut ille, qui tenet ſedem Romæ. Caput eſt, & Princeps omnium Patriarcharum; quandoquidem ipſe eſt primus, ſicut Petrus, cui data eſt poteſtas, in omnes Principes Chriſtianos, & omnes populos eorum vt qui ſit vicarius Chriſti Domini noſtri ſuper cunctos, populos, & vniuerſam Eccleſiam Chriſtianam.* Quo teſtimonio nullum luculentius, neque grauius à Synodo Nicæna dari potuit, & facit ad explicationem ſexti illius canonis. Nec verò tanti facimus teſtimonium Cardinalis Cuſani, de quo legi poteſt quod ſcribit Alanus Copus dialogo primo capit. 5.

Can. 39. eiuſdem Con.

Hæc ex vniuerſa Hiſtoria manifeſta, quæ tamen Baronius, ſimplicioribus fucum facturus: mirum quantum interpolet, quaſi ab ipſis Eccleſiæ Chriſtianæ incunabulis, Papa Romæ ſederit; Eccleſiæ vniuerſæ præſederit, qualem cernimus. Pag. 22.

QVod ab ipſis Chriſtianæ Eccleſiæ incunabulis Papa Romæ ſederit, Eccleſiæ vniuerſæ præſederit, diſrumpatur, & inſaniat Mornæus, quantum velit, non modo ex Annalibus Baronij, qui Epiſcoporum in cathedra Petri, ſine vlla interruptione, ſucceſsionem demonſtrauit; ſed ex Patribus, ex ſacris concilijs, ex chronicis æquè certum, vt ſolem in meridie lucere; immò quid aliud ex centurijs Magdeburgentium colligitur, qui in hoc toti ſunt, vt eam authoritatē, vel à ſuis primordijs, deſtruant? quæ ſi eum iam non extitiſſet, quid opus erat in ea oppugnanda laborare? Idem vel ex Mornæo in hoc opere conſtat, nec enim cum neceſſe fuiſſet, quaſi à ſuis primordijs, hiſtoriam Papatus conſcribere, & Papatum impugnare, niſi ea poteſtate, quam fruſtrà aggreditur, vſi fuiſſent Romani Pōtifices.

Ab initio Eccleſiæ. Papa Romæ ſeais et præſedit vniuerſæ Eccleſiæ.

De donatione vrbis Romanæ facta à Conſtātino ſatis, ſuperque dictum eſt. Nunc Mornæus cauſſas eius donationis examinat.

Conſtantinus (inquit Baronius) *ne ſupremus Chriſtianorum Epiſcopus domum priuatam haberet, Miltiadi Epiſcopo Romano, & ſucceſſoribus, palatium Lateranenſe donauit. Hoc verò vndenam habet.* Pag. 22.

NImirum, torquet aduerſarium quod ſcribit Baronius tom. 3. ad annum Chriſti 312 donationem Palatij Lateranenſis ab eodem Pontifici Melchiadi prius factam, cùm tamen prius feſſus ſit Conſtantinum Eccleſiæ Romanæ largitum eſſe dona, hæreditaria prædia, fundos, ornamenta magnifica &c. Quidni & Palatium? Nec certè eam hiſtoriam de donatione Palatij refert Baronius tamquam ſacram, & Canonicam nec ex ſcriptoribus grauiſsimis, & authenticis, aut rationibus neceſſarijs eam ſe euiciſſe putauit

Quomodo Baronius aſſerat donationem Lateranenſis Palatij.

nit, ſed credere conſentaneum (inquit) & certè vt docebat Ariſt. 2. metaph. c. 3. textu 15. *Ad certitudinem Sermonis, mathematicam non oportet in omnibus quærere* & 1. Ethic. cap. 3. *Eruditi eſt eatenus exactam in vno quoque genere explicationem requirere, quatenus pati rei ipſius natura poteſt.* Et ſanè, cùm adeò pius eſſet Conſtantinus, primus ex Romania Principibus Chriſto nomē dediſſet, profuſiſſimaq; liberalitate in Eccleſias vteretur, Sacerdotes, ac in primis Epiſcopos ſumma obſeruantia coleret, Romanum verò Epiſcopum, Epiſcoporum Epiſcoporum, ac totius Dominici Gregis Principem eſſe intellexiſſet; cui non fiat probabile, Palatium Romæ ei donaſſe? Nec verò ſpernenda ratio Baronij ipſius, ex Optato *Melevitano, qui agens de Romano Concilio Romæ ſub Melchiade celebrato, Conſtantino, & Licinio tertium Coſſ. collectum illud fuiſſe tradit in domo Fauſtæ in Laterano: Vbi fuiſſe Rom. Pontificis ſedem nemo poterit dubitare. Quorſum verò extra Melchiadis domum cogeretur ſynodus, & ampliora ædium ſpatia requirerentur ob exiguum conuentum Epiſcoporum decem tantùm, & nouem, quos idem optatus enumerat?* Opportuit itaque domum illam conceſſam fuiſſe à Conſtantino ipſi Pontifici? Deinde *ipſa earumdem ædium ab hoc tempore ſemper continuata poſſeſſio, cùm à nullo alio Imperatore id factum reperiatur, nec alio prorſus tempore fuiſſe has à Conſtantino donatas ſatis certum, atque perſpicuum reddit.* Sed non donatum ſit Palatium Romæ Melchiadi à Conſtantino: quid inde habet Mornæus; & ſi ab eo, & ab alijs Principibus adiuncta ſunt temporalia Põtifici, nihil tamen inde acceſsiſſe Spirituali poteſtati Pontificis, quam habet in omnes Chriſtianos, indubitanter aſſerimus. Quòd ſi non à Conſtantino facta donatio Palatij, ac poſtea Vrbis, ab alijs vtique fieri potuit, aut longiſsimi temporis præſcriptione, qua legitimè res acquiruntur illud ſibi vendicat Pontifex. Certum eſt Pontifices, poſt Conſtantini tempora, ditiſsimos fuiſſe; vt referente D. Hieronymo Epiſt. 62. quidam Paganus dicere ſolitus eſſet; *facite me Romanæ Vrbis Epiſcopum, & protinus Chriſtianus ero,* pluris faciens dignitatem illam, quæ tanti fiebat à Chriſtianis, & opes ampliſsimas, quam Sacram Religionem. Romæ igitur tùm habuiſſe Palatium, & quidem pro dignitate, Splendidum, ac magnificum, donatione Conſtantini veriſimile eſt, neque enim à Conſtantino ad Theodoſium Seniorem, qui tempore Damaſi imperabat, quiſquā legitur ita profudiſſe & largiter donaſſe, vel Eccleſiæ Romanæ, vel Pontificibus ipſis.

Vnde Baronius habeat Conſtantinum Melchiadi donaſſe, Palatium Lateran.

Ad Ann. 312. artic. 82.

Concilium Romæ ſub Melchiade celebratum in Palatio Lateranenſi.

Impia Pagani cuiuſdam vox.

In illud quod ſcribit Baronius Conſtantinum anno Imperij ſui 24. ſtatuiſſe: *Aſſumant Chriſtianæ legis Antiſtites priuilegia, quia ſacerdotes Idolorum habuiſſe noſcuntur*, cum tamen Baronius id referat anno 19. Conſtantini, ex illius concione habita coram Senatu, Populoque Romano; Exclamat Mornæus,

Defenditur priuilegium quoddam Conſtantini datum Antiſtitibus Eccleſiæ.

At non hic videt cauſa ſua quantum noceat, cum ſua omnia priuilegia ab Ethnicis deducit?

Pag. 22.

NEq; verò hoc priuilegium, quo Pontifex Vicarius, & ſucceſſor Petri, quo & Claues Regni cœlorum, & poteſtatem ligandi, ac ſoluendi accepit; quo paſcere Oues Chriſti illi commiſſū eſt, quo illius eſt indicere, conuocare, confirmare Sacra Concilia, iiſdem præeſſe, omnium Epiſcoporum cauſſas examinare, & iudicare, & alia priuilegia quæ paſsim in ſuis Annalibus Pontifici tribuit Baronius, certè vnquam ab Ethnicis deduxit: nec Pontifices Idolorum ea vnquam habuiſſe ſomniauit. Quòd ſi apud Gentiles habebantur in tanto honore Sacerdotes Idolorum vt Rex Sacrorum in conuiuijs ſuper omnes excubare ſoleret, & Pontifex Maximus arbiter humanarum, atque Diuinarum rerum omniū, hoc eſt, Sacris illis ſacrilegis præeſſet; rectè profectò iudicauit Conſtantinus Magnus ſibi, & omnibus Chriſtianis multò magis eſſe honorandum Pontificem Romanum ſupremum apud Chriſtianos Hierarcham. Quòd ſi Ethnicorum Sacerdotum reditus in Pontificem, & Epiſcopos tranſtulit, in Eccleſias item ipſas; aut alimenta pauperū cõuertit; quid hoc incõmodi? an vero quia Moyſes conſtruxit tabernaculum ex auro, & argento Aegypti, ideò illud profanum erat, aut Ethnicum? An quia templa Idolorum Conſtantinus, & alij Principes Chriſtianæ Religioni conſecrata eſſe voluerunt, ideò non ſancta erunt? Alioqui dicet iſte, Ethnicos fuiſſe Principes illos, & omnes Chriſtianos, qui templa habebant Chriſto conſecrata; quia itidem ea habuerunt Ethnici ſuis Idolis conſecrata. Ita quia Pontifex Maximus erat apud Ethnicos, hoc velit aduerſarius, & Pontificatum apud nos Ethnicum eſſe, & à paganis deductum, cùm veritatem Dei illi in iniuſtitia detinerent, Dæmoniorum haberent Pontifices; nos verò Dei vnius, ac veri Pontificem habeamus ex hominibus aſſumptum, & pro hominibus conſtitutum in hijs quæ ſunt ad Deum. Ex quibus, conſtat quàm ridiculum ſe præbeat Aduerſarius iſtis verbis.

Regis ſacrorum apud Gentiles, honor.

Non ideò Pontificatus Ethnicus, quia Pontifex eſſet etiam apud Ethnicos.

Hæccinè rogo, authoritatis Pontificiæ, plenæ illius poteſtatis documenta expectabantur.

Ridicula Mornæi verba.

Pag. 23.

SIquidem documenta poteſtatis illius ex cœlo ſunt & ſacro Euangelio, non ab Ethnicis. Quia igitur ſua Orgia, & Cerealia habebant Ethnici, quæ tanta Religione celebrabant, vt cum Sacris noſtris Myſterijs aliquid haberent affine, prout Diabolus Diuinos honores ſemper affectauit, vtique argumentabitur iſte, nos inde ſacræ noſtræ Religionis, & Diuinorum Myſteriorum habere documenta? Pergit autem.

Mornæus carpit ornatum, & pompam Pontificis an appoſite?

Et ſuperbiæ tamen Papalis ab eo diſcere originem non iniucundum.

Pag. 23.

QVæ verò illa origo? Refert ex Tacito lib. 22. Baronius Sacerdotum apud Ethnicos Romanos, morem fuiſſe *Carpento* capitolium ingredi: & ex Ammiano lib. 27. *videas Romanos Pontifices per vrbem Carrucis vehi; procedunt* (inquit) *vehiculis inſidentes, circumſpectè veſtiti; vbi*

Varij ſacerdotum mores apud Ethnicos.

de

de Pontificibus Idolorum, non de Chriſtianis loquitur, vt ex Mornæo, qui dedita opera non citauit Ammianum, quis poſſet colligere, nam ex eodem poſtea refert: *quæ magna dignitas eſſe videbatur, nunquam pileum, inſigne flamineum, deponebant,* cum, vt teſtatur Plutarchus, cæteri ſolerent occurrentibus caput detegere.

Mornæus fraudulenter nō citauit Ammianum.

Subiungit ex ſuo Baronius, *obſeruat hoc ipſum in hunc diem, Romanus Pontifex*. Ex Cicerone etiam ad Atticum lib. 2. Epiſt. 24. Deorum Sacerdotes purpuram induebant; eandemque pretioſā, *dibapor* bis tinctā; addit ex ſuo Mornæus.

Pag. 23. *Sic Papa eiuſque Cardinales.*

HAec certè Tacitus, Plutarchus, Cicero in ſuperbiam Sacerdotum non referunt, ſed eorum inde dignitatem etiam apud ſacrilegos Gētiles commendatam, & honoratam eſſe volunt; immeritò igitur prophanus iſte, & Ethnicus, Pontificibus Idolorum longè æquior, quàm Chriſtianorum, hæc ſuperbiæ adſcribit. Veſtitus Magni Sacerdotis in veteri lege longè differebat à vulgari veſtitu; id vtrique tribuit iſte ſuperbiæ: An ideo in Pontifice, ſi non aſſurgat alicui, ſi occurrentibus caput non detegat, ſuperbiam interpretabimur, cum debeat habere rationem ſuæ dignitatis? Nequè enim Reges, & Principes ea lege tenentur, priuatis aſſurgere, aut caput detegere, qua illis, priuati, & ſubditi; neque eos notabimus ſuperbiæ, ſi facere negligant, & ſalutati non reſalutent.

Quod Baronius, referat, morem fuiſſe Ethnicis, cum Summus eorum Sacerdos coronaretur vitta, & corona aurea caput eius ornari;

Pag. 23. *Quid non debeamus Baronio, (inquit) qui eum nobis in hanc ſcenam, à capite ad calcem, Ethnico prorſus habitu producit?*

VAldè ſubtile argumentum: Pontificis Idolorum caput ornabatur aurea corona; Pontificis Chriſtianorum caput ornatur corona: igitur more Ethnico, Pallium erat veſtitus Græcorum, ſicut toga Romanorum, Philippus Mornæus pallio amictus incedit: igitur Philippus Mornæus, Ethnico more nobis in ſcenam procedit, equidem verum eſt, Græcus eſt, id eſt Ethnicus Impoſtor. Quid Myſticè ſignificent veſtimēta Summi Sacerdotis, & quid Myſterij in ſe habeant, reconditum, quámque nihil habeant affine cum Ethnico more, legi poteſt Innocentius 3. lib. 2. de Myſterijs miſſæ. Alcuinus lib. de diuinis officijs: Iuo Carnotenſis ſerm. in Synodo. de ſignificationibus indumentorum Sacerdotalium.

Refellitur inepria quæda Mornæi.

Nunc de Titulo Pontificis Maximi, quem non ægrè fert tributum Sacerdotibus Idolorum, ſed Epiſcopo Romano, qui ſe Chriſti Seruatoris noſtri Miniſtrum, licet indignum, profitetur; vt quam ſit Chriſtianum Mornæi pectus, omnibus inde liquidò conſtet.

De Titulo Pontificis Maximi.

Nondum (inquit) eò ſuperbiæ deuenerant, nec vllum ipſe Authorem proferre poſſit; quin maieſtatis haud dubiè, rei habiti fuiſſent, ſi vel Pontificis Maximi titulum ſibi arrogaſſent. Pag. 23.

ATqui Tertullianus, lib. de pudicitia cap. 1. longè ante tempora Conſtantini eo titulo vtitur, *Epiſcopus Epiſcoporum Pontifex Maximus.* Deindè Euſebius in Chronico, Petrum vocat Pontificem Chriſtianorum primum; & ſi titulum ipſum non ſibi tribueret Romanus Epiſcopus, tamen ab omnibus agnoſcebatur ſupremus Religionis, ac rerum Diuinarum Antiſtes, Iudex, & Arbiter. Hoc verò quid aliud erat, quā illuſtre ſummi Pōtificatus documentum? Quod ſi Gentiles eo nomine, reum egiſſent læſæ maieſtatis Epiſcopum Romanum, ideonè titulus ille crimen læſæ Maieſtatis? Atqui Chriſtiani apud eos agebantur, ob Sacram Religionem, rei læſæ maieſtatis; igitur ex Mornæi ſententia, Chriſtiana Religio tum crimen erat læſæ maieſtatis; cùm illi potius rei eſſent læſæ Maieſtatis Diuinæ, qui honorem diuinum ijs, qui non erant Dij, deferebant; & item rei eſſent læſæ Maieſtatis Diuinæ Imperatores, qui ſe Pontifices Maximos inſcribebant, & titulum, vni ſupremo Chriſtianæ Religionis Hierarchæ conuenientem, aſſumebant. Sacrilegus verò iſte non vult fuiſſe titulum ſuperbiæ in cultoribus Idolorum, ſed in Dei Sacerdotibus, titulum vocat ſuperbiæ.

Nec verò hoc eſt, quod contendimus, Epiſcopum Romanum tum ſibi tribuiſſe hunc titulum, ſed tamen illi ex inſtitutione Chriſti, tanquàm Petri ſucceſſori, & ſupremo Chriſtianæ Religionis Antiſtiti, conuenire. Non diffitemur equidem, quod hic citat ex Zozimo, quodque Baronius ex antiquis inſcriptionibus probat, Conſtātinum ipſum, & cæteros deinceps Imperatores, ad Gratianum vſquè, dictos eſſe Pontifices, non tamen quòd eum titulum magis probarēt, quàm ſacra ſacrilega Gentilium, aut eum ſibi conuenire putarent; ſed quia videbant (vt rectè docuit Baronius ad annum 312. art. 98.) Senatum populúmque Romanum adhùc Gentilitię ſuperſtitioni debitum, in eum facilè conſpiraturum, quē non viderent auita Religione firmatum: Et quod eſſet ampliſsima apud Ethnicos Pontificis Maximi, & iam ſupra Conſules authoritas; Quippè qui poſſet comitia ne fierent, Religionis intuitu, prohibere, factáquè reddere irrita; decretis à Senatu intercedere, eademquè intercidere; fierent ne bella, ex eius arbitrio penderet, cuius quoque iuſſu ſe Conſules abdicarent; inde ſibi hunc titulum neceſſarium iudicabant Imperatores, etiam Chriſtiani, vt Senatum, & populum ſibi magis obſequentem in omnibus redderent. Quod ſi Pontificis Maximi officium fuiſſet, ſolum præeſſe ſacris Deorum, & hic titulus profeſsio extitiſſet neceſſaria ſuperſtitionis Ethnicæ, nunquā certè licuiſſet, quauis occaſione Imperatori Chriſtiano eum admittere. Verùm, Imperante Gratiano, maiore ex parte Senatus, populuſquè Romanus, adeoquè totum Im-

Primi Imperatores Christiani cur titulū Pontificis maximi ad miſerint.

Imperante Gratiano, Romanum Imperium abdicauerat auitã ſuperſtitionem. Gratianus eum titulũ, & ſtolam Sacerdotalem auerſatus.

Imperium, auitam ſuperſtitionẽ abdicauerat, & Religioni Chriſtianæ nomen dederat, nec erat iam eadem cauſſa, quæ in ſuperioribus Imperatoribus Chriſtiani, Summis Põtificatus titulum, & ſtolam ſumendi: vnde religioſè Gratianus eũ titulum, & Sacerdotalem amictum auerſatus eſt, rat° nõ eſſe fas huiuſmodi habitu Chriſtianũ vti,

Malè (inquit) *habet eum* (Baroniũ) *Quod Conſtantinus &c.*

DE appellatione Donatiſtarum ab Epiſcoporum iudicio ad Conſtantinum, iam ſupra multa diximus. Qui verò, non id malè habeat Baroniũ? cùm & Conſtantinum ipſum Imperatorem malè habuerit, qui, cùm primùm eum adiſſent Donatiſtæ, petijſſentq; ab eo ſibi Iudices ex Gallia dati, quod contentiones eſſent in Africa inter eos, & cęteros Epiſcopos, reſpondit: *petitis à me in ſæculo iudicium, cùm ego Chriſti iudicium expectem*, & cùm à ſententia Epiſcoporum Romæ à Melchiade, & alijs octodecim Epiſcopis lata denuò Donatus appellaſſet, ſic reſpõdit; *O rabida furoris audacia; ſicut in cauſſis Gentiliũ fieri ſolet appellationem interpoſuerunt*, quantùm detulerit Epiſcoporum iudicio, inde conſtat, quod ſciſcitante Ablauio Præfecto prætorio, quid dę ſententijs Epiſcoporum cenſuerit; vel ſeruari cupiat; reſpondet: *Sancimus (ſicut edicti noſtri forma declarat) ſententias Epiſcoporum, quolibet genere prolatas, ſine aliqua ætatis diſcretione, inuiolatas ſemper, incorruptaſque ſeruari ſcilicet, vt pro ſanctis ſemper, ac venerabilibus habeatur, quicquid Epiſcoporum ſententia fuerit terminatum*; Conſtat ex Euſebio in vita Conſtantini lib. 4. capit. 27. *Quæ ab Epiſcopis in publicis conuentibus editæ erant regulæ, ſua conſignabat, & confirmabat authoritate, ne reliquarum gentium, Principibus liceret, quæ ab eis decreta eſſent, abrogare*. Sozomenus lib. 1. cap. 9. hoc plenè maximum reuerentiæ erga Religionem argumentum producit, quòd dedit poteſtatem à Magiſtratibus ciuilibus ad Epiſcoporum iudicium prouocandi, atque eorum ſententiam ratam eſſe plus aliorum Iudicum ſententijs habere authoritatis, tanquàm ab ipſo Imperatore prolatam, ſtatuit, Quinetiam iuſſit vt Magiſtratus res iudicatas re ipſa exequerentur, militeſquè eorum voluntati inſeruirent. Præterea, vt Conciliorum deciſiones firmæ, & immutabiles exiſterent. Ex quibus patet, cùm admiſit Donatiſtarum appellationes, aut rudem adhuc in fide fuiſſe, aut ceſsiſſe importunis eorũ acclamationibus, vt ſuprà ex D. Auguſtini Epiſtola 162. docuimus; cùm putaret ſe hac via facilius conciliaturum animos & totum illud ſchiſma compoſiturum; aut certè correxiſſe poſtmodum errorem, ideoquè decretum ediđiſſe, quo in cauſsis, non ſolum Eccleſiaſticis, ſed etiam ciuilibus, volebat deferri ſententiæ Epiſcoporum, vt ab ea non liceret prouocare ad alios Magiſtratus; quòd colligitur ex verbis D. Auguſtini ſupra ex Epiſt. 162. citatis. Eis (Donatiſtis) *ipſe ceſſit, vt de illa cauſſa poſt Epiſcopos iudicaret, à Sanctis Antiſtitibus, poſtea veniam petiturus, &c.* vt hæc veniæ petitio intelligatur, quę ſecuta eſt ediĉti promulgationem in eorum fauorem. Nec verò primùm ſuæ poteſtatis iure, ſed ex arbitrij æquitate (cum Cęcilianus, alijquè Catholici Epiſcopi non repugnarent) Epiſcopos nominauit, qui de tota controuerſia cognoſcerent. Ita D. Auguſtinus lib. 1. cõtra Epiſt. Parmeniani cap. 5. *Arbitrio Conſtantini, à Iudicibus Epiſcopis cauſſa cognita eſt*: Deinde alia quæſtio iuris eſt, alia facti; appellaſſe Donatiſtas ad Imperatorem, non diffitemur, nec id negamus haberi in hiſtoria Donatiſtarum; id Optatus, id Auguſtinus multis locis teſtantur: at iurenè appellauerint, tanquàm ad legitimum Iudicem, alia quæſtio eſt. Eos malè feciſſe docet D. Auguſtinus Epiſt. 162. ubi etiã Conſtantinum Imperatorem longè ordinatius egiſſe, qui cauſſam ad ſe delatam non auſus ſit iudicare, ſed eam ad Epiſcopos remiſſerit; vbi, non niſi inordinatè à Conſtantino potuiſſe cognoſci hanc cauſam demonſtrat. Nec certè in hac cauſa iudicat ſe eſſe legitimum Iudicem, ut conſtat ex Auguſtino Epiſt. 166. *Quia Conſtantinus non eſt auſus de cauſſa Epiſcoporum iudicare, eam diſcutiendam, atquè finiendam Epiſcopis delegauit*. Qui vero prouocarunt ad Imperatorem, nõ Cæcilianus, & alij Epiſcopi Catholici, ex quorum facto contrà nos poſſet Mornæus ducere argumẽtum, ſed Donatiſtæ Hæretici, quorum factum ſi quis probet, vtique hæreticum ſe, contentioſum, & veritatis inimicum, ac pacis oſorem oſtendet.

De ſchiſmate, & Contentione Donatiſtarum.

Quid Conſtantinus de ſententijs Epiſcoporũ cenſuerit.

Poteſtas à Cõſtantino data, vt à Ciuilibus magiſtratibus ad Epiſcopos prouocaretur.

Decretum Conſtantini, vt milites, eorum voluntati deſeruirēt.

Eiuſdem, vt Conciliorũ deciſiones firmæ haberentur.

Neque ab Epiſcoporũ ſenten tia liceret ad alios Magiſtratus appellare.

Cõſtãtinus teſte nõ poterat de cauſa Donatiſtarũ iudicare.

Epiſcopi Hæretici nõ Catholici prouocarunt ad Imperatorem.

Cum Conſtantinus nominaſſet aliquod Epiſcopos Iudices in cauſſa, quæ vertebatur inter Cæcilianum, & Donatum, ſentiẽs poſtea iudicia Epiſcoporum ex diuinæ legis præſcripto, abſquè primariæ ſedis Antiſtite, nefas eſſe cognoſci, ad Melchiadem Romanũ Pontificem cauſſam defert, qui præſentibus illis tribus, quos elegerat, alijſque comprouincialibus ex Italia Epiſcopis, Cæciliani cauſſam pertractaret: extat Epiſt. Conſtantini ad Melchiadem apud Euſebium lib. 10. ca. 5. ac ità præ ſe fert Epiſtolæ titulus, *Conſtantinus Auguſtus Melchiadi Epiſcopo Romano, & Marco*. Vbi rectè ſuſpicatur Baronius, Ad annũ 313. art. 23. titulũ eſſe deprauatũ, vt Μάρκῳ loco ἱεράρχῳ quæ vox Melchiadis titulum demonſtraret, ſit errore poſitum, ſicquè fuerit titulus Epiſtolæ. *Conſtantinus Auguſtus Melchiadi Epiſcopo Romano, & Hierarcha*. Nec verò leuis eſt Baronij ſuſpicio: *nam quis fuerit ille Marcus, hactenus* (inquit) *incõpertum*; nec ab Optato recenſetur inter Epiſcopos, qui vocati ab Imperatore, præſentes fuerũt Romanæ ſynodo, cuius gratia Conſtantinus hãc ſcribit Epiſtolam. At longè ſagacior Mornæus.

Baronij ſuſpicio de poſito nomine Μάρκῳ à ἱεράρχῳ in inſcriptione Epiſt. Cõſtant. et quã iuſta.

Si coniectura (inquit) *locus, veriſimilius, ſcriptum fuiſſe Materno, ſeu Marino.*

Pag. 24.

ATqui in ea Epiſtola ita legitur, quod etiam recitat Mornæus, *viſum eſt mihi, vt idem Cæcilianus, cùm decem Epiſcopis, qui illum reum facere videbantur, & decem alijs, quos ipſe ſuæ litis dijudicationi neceſſarios exiſtimauerit, Romam nauigio trajciat, vt ibi coram vobis, Rheticio etiam, & Materno, Collegis veſtris, quos ea de cauſſa Romam maturare iuſſerim,*

Mornæi coniectura refellitur.

Digitized by Google

iuſſerim poſſit audiri &c. ſi ſcribebatur Epiſtola Materno, ſeu Marino, vel vt collegæ Melchiadis in ea cauſſa, quomodo igitur ſcribit, ſe *Maternũ, & Marinum iuſſiſſe Romam traijcere?* deinde *vt coram vobis, & Materno, & Marino &c. poſſit audiri;* Quæ ſcribendi hæc formula ad Melchiadem, & Maternum, ſeu Marinum, vt *coram vobis, et Materno & Marino &c.* ſi dictio (*vobis*) refert non ſolum Melchiadem, ſed etiam Maternum, aut Marinũ, ad vtrumuis dirigeretur ipſa Epiſtola

Quid ipſum diploma (ait Mornæus) *ἰδεῖξε μοι viſum eſt mihi &c.*

QVid verò illud (*coram vobis?*) nam Donatiſtæ tantum ex Gallia dari ſibi Iudices petierant, & tres nominauerat Conſtantinus, quos cùm Romam traijcere iuſsit, & ſcripſit ad Melchiadem, certè agnouit, Romani Epiſcopi cognitionem eſſe debere qui, præter Epiſcopos tres datos à Conſtantino delegerit quindecim alios ex Italia, tanquàm aſſeſſores; neque auſi ſunt Donatiſtæ reclamare, aut iudicium illud recuſare, & aliud ſi maluiſſent. Verùm.

Pag. 24. *Nondùm hic tamen acquieſcere* (obijcit Mornæus) *Donatiſtæ.*

SCilicet, quia pacis oſores, ſchiſmatici, & hæretici; neque enim, a ſententia Epiſcoporũ, vbi præſidet Romanus Pontifex, vſquam prouocaſſe catholicos legimus.

Pag. 24. *Sed appellatione Conſtantinus recepta, Synodum Arelate de toto negotio cogniturum decernit.*

VErum id inuitus fecit Conſtantinus, & non iure ſuo, *à Sanctis Epiſcopis* (vt ait Auguſtinus Epiſt. 162) *poſtea veniam petiturus: paci Eccleſiaſticæ optimè hac ratione conſulturum ſe exiſtimans: & Donatiſtas magis hinc arguimus* (ait idem Epiſt. 48.) *quia cùm apud Imperatorem vltrò Cæcilianum accuſaſſent, quem primò vtiquè apud Collegas tranſmarinos conuincere debuerant, ipſo autem Imperatore longè ordinatius agente, vt Epiſcoporum cauſſam ad ſe delatam, ad Epiſcopos mitteret, nec victi pacem cum fratribus habere voluerunt: ſed rursùs ad eundem Imperatorem venerunt, rurſus non Cæcilianum tantùm, verùm etiam datos ſibi Epiſcopos Iudices apud terrenum Regem accuſauerunt. Rurſus ab alio Epiſcopali iudicio, ad eundem Imperatorem appellauerunt.* Ad Arelatenſem Synodum Epiſcopos, datis litteris, conuocauit Conſtantinus. Extant apud Euſebiũ lib. 10 ca. 5. illius litteræ ad Chreſtum Epiſcopũ Siracuſanum, vbi poſtquàm primum iudicium narrauit, quod certis è Gallia miſsis, & alijs ex Africa, aduerſarum partium accerſitis Epiſcopis demandarat, παρόντος τε καὶ τῆς ῥώμης ἐπισκόπου. *Præſente etiã, nõ quidem præſidente Epiſcopo Romano* Inquit Mornæus iam inde totam cauſſam ſe obtinuiſſe exiſtimans. Verùm ex D. Auguſtino iam ſuprà oſtendimus, Melchiadem præſediſſe in eo Concilio lib. 1. contra Iulianum c. 3. lib. 2. cõtra Epiſtolã Parmeniani. c. 5. & Epiſt. 162. An verò iſta nõ habẽt emphaſim quãdã ĩ Epiſt. Cõſtãtini.

Et Epiſcopo Romano etiam præſente?

VT intelligamus, eò maiorem fuiſſe authoritatem illius Concilij, & eò audaciores, ac impudentiores Donatiſtas, quos non puduerit à tanto Cõcilio, cui Romanus etiã Epiſcopus, tanquam præſes, adeſſet, prouocare. Quoad Arelatẽſẽ Synodũ, ita ſcribit Franciſcus Balduinus vir doctiſsimus Annotat. in primũ lib. Optati: *Dolendum eſt, Acta eius Synodi intercidiſſe.* Et quædam eorũ fragmẽta nactũ aliquãdò ſe eſſe teſtatur, ſed valde mendoſa, ex quibus tamẽ didicerit illi Synodo præfuiſſe Syluestrum, mortuo Melchiade, nempè, per ſuos Legatos. Sed Mornæus ex propria ſententia.

Acta Cõcilij Arelatenſis intercederunt.

Mornæus ex propria ſententia fingit Conſtantinum Arelatenſi Concilio præfuiſſe.

Adeſt Conſtantinus ipſe, præſidet, inquè Catholicorũ fauorem ſententiam fert;

EQuidem Imperator, qui Epiſcopos conuocauerat, cùm videret Donatiſtas ad ciendas turbas admodùm promptos, voluit ipſe eidẽ cõuentui Epiſcoporũ intereſſe, exiſtimans non aliter res ſine tumultu tranſigi poſſe. Nec verò præſediſſe, aut ſententiam dixiſſe, colligitur ex Euſebio, cùm ita ſcribit lib. 1. de vita Conſtantini ca. 37. *Eccleſiæ Dei eximiam & præclarã curã adhibẽs, cum quidã inter ſe in diuerſis locis diſſenſione diſcordarent, tanquàm communis Epiſcopus à Deo cõſtitutus, Miniſtrorũ Dei Cœgit Concilium, & in media iſtorum frequentia, ac congreſſu adeſſe, & vnà conſidere non dedignatus, verũ in deliberationẽ vocatarum ſe fecit participem, eaquè res, quæ ad Diuinam pacem ſpectabant, omnibus procurauit: in medio conſeſſu, quaſi vnus è multis aſſedit:* hæc eũ præſediſſe nõ ſignificãt. Paulo poſt. *deinde quos ex Epiſcopis meliore mẽte, cõſilioquè obſequẽtes, & ad quietã, et tranquillã animorũ conſenſionẽ propenſos animaduerteret, eos vel maximè approbauit, ſequè declarauit, ex communi omnium cõcordia, maximã lætitiã percipere: eos autem, qui animis eſſent obſtinatis, magnoperè deteſtatus eſt &c.* Quæ nõ ſignificãt aliquam ſententiã, Conſtantinum in eo Cõcilio tuliſſe. Vbi de Concilio Arelatenſi Euſebium loqui fatetur Mornæus: Quòd coegerit illud Concilium: reſpondemus, nec id feciſſe ſine Romani Põtificis cõſenſu, & authoritate, qui (vt antea dictũ eſt) per Legatos, ei præſedit Concilio; in quo tamẽ nõ de fide agebatur, ſed de cauſſa Cæciliani, & de ſchiſmate Donatiſtarũ cognoſcẽdo. Et quod legatur Cõſtãtinus coegiſſe illud Conciliũ, nõ ideo excluditur Romanus Põtifex; nàm in ſexta Synodo act. 18. dicitur, Cõſtãtinum, & Syluestrũ magnã Synodũ apud Nicæam congregaſſe. Cur verò fuerit neceſſe, tum ad cogenda Concilia, accedere Imperatorum authoritatẽ rationes videre licet apud Sanderum lib. 2. de viſib. Monarch. Eccleſiæ, capit. 3. & apud Bellarminum lib. 1. de Concilijs capit. 13.

Conſtantinus interfuit Concilio Arelatenſi, ſed non præſedit.

Patres Synodi Arelatenſis Epiſtolã ſcripſerũt ad Syluestrum Romanum Pontificem de ijs, quæ geſta eſſent in Synodo: hanc ex Petri Pithoei bibliotheca depromptam Baronius deſcripſit, qua & Sancti Canones continentur: eſt quę huiuſmodi inſcriptio; *Dilectiſſimo Papæ Syluestro, &c.* quorſum ad eũ ſcribere, niſi illius authoritate, & conſenſu cõgregati fuiſſent, & ad eũ referenda fuiſſent, quæ in Concilijs ſtatuuntur? Neque enim ita ad Mediolanenſem, aut Rauennatẽ, aut alios

Patres Synodi Arelatenſis ad Syluestrum ſcribunt. quid & qualiter.

Digitized by Google

Epiſcopos ſcripſerunt, ſed ad vnum Romanum Epiſcopum: quare rectè Baronius corollarium hoc aſſumit, antiquum fuiſſe catholicæ Eccleſiæ morem, vt leges Eccleſiæ in frequenti Patrum conſenſu ſancitæ cùm eſſent, eas ad Romanum Pontificem mitterent, cuius authoritate probatæ, ab eodem in vniuerſas Eccleſias promulgarentur, & is quidẽ mos facilè probatur ex omnibus Cõcilijs legitimis habitis in Eccleſia: vt ſola ſua authoritate cum reijciat Mornæus. Nec verò eſt quod immoremur circa ineptum eius examen.

pag. 25. *Et hanc (inquit) Epiſtolam examinemus; Et in illa certè titulus notatu dignus, Domino, & Sanctiſſimo fratri Syluestro Epiſcopo.*

Patres Arelatenſis Synodi Syluestro Pont. tribuunt nomen Sãctiſſimi.

AT huius tituli non eſt inuentor Baronius, neque Petrus Pithæus ex cuius bibliotheca deprompta illa Epiſtola: rudes illi Patres minimè edocti in ſcola Mornæi, ignorabant, quibus titulis ornare deberent Romanũ Epiſcopũ: *Quæ decreuimus* (inquit) *communi conſilio, charitati tuæ ſignificamus, vt omnes ſciant, quid in futurum obſeruare debeant.* Quid ad hæc Mornæus.

Decreuimus (inquit) quo verbo non ſuſpenditur rerũ decretarũ authoritas.

DEcreuerunt quidem aliqua; neque enim in alium finem Concilia cogitur, niſi vt decernatur, quod fidelibus credendũ ſit, vel obſeruandũ; ſed, & decreuerunt illi Patres præſidente Concilio p Legatos ipſo Syluestro; Quid verò ſibi iſta volunt *charitati tuæ ſignificamus, vt omnes ſciant, quid in futurum obſeruare debeant.* Niſi quia intelligebãt decreta ſynodi, vt authoritatẽ, & vim obligandi haberẽt, debere ab Epiſcopo Romano cõfirmari, illiusque eſſe ea, per omnes Eccleſias, promulgare, & obſeruari iubere. Neque verò ex eo quòd ab illis dicebatur quid decreuiſſent, intelligebant omnes, quid obſeruare deberent; falſa igitur, & futilis Mornæi interpretatio.

Iudicio Patrum Arelatenſis ſynodi ad robur Conciliorum requiritur Pontificis Ro. authoritas.

Placuit (aiunt) præſente Spiritu Sancto, & angelis eius.

SCilicet, quia congregati erãt in nomine Christi, illius nẽpe authoritate, qui à Christo habet authoritatẽ cõuocandi Cõcilia, & Epiſcoporum cœtus in Eccleſia Christi, Petri ſucceſſore, cui dictum eſt; Paſce oues meas. Cachinos verò perfidi iſtius, & Sacrilegi hominis nihili pendimus qui facit in illis verbis Epiſtolæ.

Mornæus in caſſum cachinnatur.

Maiores diœceſes habes, non igitur vniuerſus orbis eius diœceſis.

SYlueſter erat Epiſcopus, erat Primas, erat Patriarcha, erat & ſummus Pontifex, & Maiores itaque diœceſes habebat, & Christianus vniuerſus orbis illius erat diœceſis.

Pergunt in Contumacia Donatiſtæ.

SCilicet Schiſmatici, & Hæretici, pergũt ĩ cõtumacia, ſẽ etiã Cõcilij Arelatẽſis nõ acquieſcũt.

Donatiſtæ in contumacia.

Constantinum denuò appellant, qui importunarum querelarum pertæſus, Mediolani partes occurrere iubet; & quæ ſupra iudicia confirmat:

HAec Mornæus, qui in hãc ſententiã citat Augustinũ Epiſt. 162. 68. lib. 3. contra Creſconiũ. *De illa cauſa, poſt Epiſcopos, iudicare coactus, iuſſit, vt ei partes ad agendã cauſſam occurrerent; cognita quã cauſſa, qua diligẽtia qua cautela, qua prouiſione Cæcilianum Innocentiſſimũ, illos improbiſſimos iudicauit:* Sed in tota hac historia Mornæus nõ citauit locũ Augustini, quo ſcribit in hoc redarguẽdos maximè Donatiſtas, quòd ab Epiſcopali iudicio ad Imperatorẽ appellarint. Suppreſſit & illa verba Augustini. *Atque vtinã ſaltẽ ipſius iudicio inſaniſſimi animoſitatibus ſuis finẽ poſuiſſent: atque vt eis ipſe ceſſit, vt de illa cauſſa poſt Epiſcopos iudicaret, à Sanctis Antiſtibus veniã postea petiturus ſit & illi cederẽt aliquando veritati* vbi videmus, & Cõstantinũ ceſſiſſe Donatiſtarũ furori, in ea cognitione, quã, poſt Epiſcopos, ſuſcepit, & eã rem eiuſmodi fuiſſe, vt veniã posteà deberet à Sãctis Antiſtibus petere; Scilicet quòd alienũ ius videretur occupaſſe; Cuius tamẽ facti veniã ſperare poterat ſibi ſanctos Antiſtites cõceſſuros, eò q paci Eccleſiaſticæ ita ſe cõſulturũ putaret, quã procurare Imperator, & poteſt, & ad beneficiũ Eccleſiæ debet. Pgit. Verò *In Arij cauſa, num ei melius ſuccedat, videamus.*

Mornæus fraudulenter non citauit locũ Augustini, eo quod ſibi eſſet contrarius.

Eadem ratione ſuppreſſit & aliqua eius verba.

Imperator Eccleſiaſticam pacẽ procurare debet.

PErtractata cauſa Donatiſtarũ, nũc Arij cauſam aggreditur, in quã nõ magis, quã in ſuperiori eluxiſſe Romani Põtificis authoritatẽ, aduerſarius cõtẽdit oſtẽdere; cuius cõtrariũ demonstrare nobis propoſitũ eſt. Ac primũm cũ Alexãder Alexãdriæ Epiſcopus perfidũ Ariũ, nouæ hæreſeos, cõtra Christi Domini Diuinitatẽ inuẽtorẽ, eieciſſet ex Alexãdria; ad Palestinã Arrius iter arripuit, quò cum perueniſſet, ſingulos Epiſcopos, cũ blãditijs, & adulatione adijt, vt ſibi eos cõciliaret, & in ſuã perfidiã traheret: quorũ aliqui cũ eũ ſuſcepiſſent, alij eũ repulerũt Scribit Alexander, vt teſtatur Epiphanius hæreſi. 68. & 69. Epiſtolas Encyclicas, hoc eſt, Orbiculares, ſeu per circuitũ, numero ſeptuaginta ad ſingulos Epiſcopos. Inde Baronius tom. 3. ad annũ Christi 318. *porrò cõſtat in primis eundẽ Alexandrũ de his, quæ ab ipſo geſta eſſent contra Ariũ ſcripſiſſe litteras ad Primariæ ſedis Epiſcopum Syluestrum Romanum Pontificem, quæ omninò perierunt;* verum Mornæus, Baronium id aſſerere ſcribit nullo authore.

Pag. 26.

De Arij cauſa in qua eluxit Romani Pontificis authoritas.

Arrius Alexandria pulſus in Palestinã tendit.

litteras eius quid ſint.

Ergonè fidem ei, vel iniurato debemus.

ATqui authorẽ citat Liberiũ Papam Epiſtola ad Constantinum Imperatorem: in qua hæc habentur: *Manent literæ Alexandri Epiſcopi, olim ad Syluestrum ſanctæ memoriæ destinatæ, quibus ſignificat ante ordinationẽ Athanaſij, vndecim tam Presbyteros, quàm etiã Diaconos, quòd Arij Hæreſim ſequerẽtur, ſe Eccleſia eieciſſe,* neque à ſe confictã Epiſtolã producit Baronius; falſum igitur, nullo Autore eum ſcribere, Alexandrum litteras ſcripſiſſe ad Sylueſtrum de rebus contra Arium geſtis: quo verò authore hæc negat Mornæus? Scaurus affirmat, vatinius negat, vtri potius, credendum? Theodoretus lib. 2. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 3. & Niceph.

Pag. 26.

Mornæus in Baronium mentitur.

Digitized by Google

Alexander de Arrio ſcripſit ad Syluestrũ.

ceph. lib. 8. cap. 6. enumeratis primarijs tùm Eccleſiæ Dei Epiſcopis, & Syluestro quidem primo loco, ſubiungunt; Alexandrino Alexandriæ Epiſcopum, cum videret Arium ambitionis æſtu furere, & eos, quos peſtifera in Deum Blaſphemia irretierat, in vnum cogere, conuentus præterea ſeparatim celebrare, eius impiam blaſphemiam Eccleſiarum præſidibus *per Epiſtolas* ſignificaſſe &c. vndè liquidò conſtat, eum ad Syluestrum primariæ ſedis Epiſcopum ſcripſiſſe contra Arium. Extat quidem apud Socratem libro primo, cap. tertio. Alexandri Encyclica τοῖς τιμιωτάτοις συλλειτουργοῖς τοῖς ἀπανταχοῦ ἐκκλησίας; vt Arrium à ſe depoſitum, & ex Eccleſia, ob impietatem eiectum ſcirent, nè eum & illius ſectatores admitterent. Et apud Theodoretum lib. 1. ca. 4. ad Alexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum; multo magis igitur certum erit, eum ſcripſiſſe ad Epiſcopum Romanum, & ad hunc quidem non tanquàm vnum è multis, ſed ad quem maiora quæque negotia, & maximè cauſſæ fidei referendæ eſſent.

Scripſit etiã ad omnes miniſtros Eccleſia.

Et item ad Cõſtantinopolitan. Epiſcop.

Obiectio Mornai.

Verùm Alexander inconſulto Syluestro cogit Concilium, Arium excommunicat, ex Eccleſia pellit. Nihil certe ideo putauit detractum iri Romani Pontificis authoritati: videbat malum ſerpere: & quidem Patriarcha erat, Alexandrinus Epiſcopus, & licet non generale Concilium Epiſcoporum totius orbis cogere potuiſſet, Nationale tamen, & Epiſcoporum ſibi ſubditorum, iure ſuo, cogere poterat.

Reſponſio.

Alexandrinus Epiſcopus nationale Concilium ſuo iure cogere poterat.

Quod ſcribit Baronius ad annum Chriſti 318. Syluestrum Romanum Pontificem Alexandri litteris de cunctis rebus geſtis certiorem redditũ minime quieuiſſe, cum ſui muneris eſſet obortas hæreſes condemnare, & diſcordias inter fratres Epiſcopos conciliare, dicente Domino (*Tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*) nequaquam id agere prætermiſiſſe &c. Hic Mornæus.

Pag. 26. *Ergo non illi validiora documenta?*

Mornæus ſupprimit argumentũ Baronij.

Supprimens interim, quod à certo exemplo, & à rebus poſtea geſtis argumentum Baronius deducit. *Cum inter Lybiæ, & finitimarum Regionum Epiſcopos, atq; Dionyſium Alexandrinum Antiſtitem, ob catholicam fidem, grauiſſima, & contentioſiſſima controuerſia verſarentur, apud Dionyſium Romanum Epiſcopum cauſſa delata, & cognita, illis eum accuſantibus, ipſo verò ſe defendente; idem Romanus Pontifex, cùm Iudex, tùm etiam conciliator, & ſequeſter mutuæ concordiæ inter Patres acceſſit, adeò, vt turba in immenſum concitata iam fuerint penitus conſopita. Hoc itaque exemplo, quid egerit eiuſdem ſedis ſummus Antiſtes Syluester, facilè poſſumus intelligere: cùm præſertim id ſibi facilius eſſe ſciret, ſub Pio Principe Conſtantino, cuius authoritate nuper Donatiſtæ in occidentali Eccleſia tumultuantes compreſſi eſſent.* Hoc exemplum non poterat negare Mornæus; neque à ſimili exemplo in pari cauſſa validum duci argumentum inficiari, niſi proderet ſuam ignorãtiam: malitioſè, itaque illud ſuppreſsit.

Dionyſius Epiſcopus Rom. & Iudex & Conciliator, tumultus ſedat.

Oſius Cordubenſis legatus miſſus in Oriẽtem à Syluestro.

Quod ad rem poſtea geſtam, ſcribit Baronius ad annũ 318. Syluestrum miſiſſe Oſium Epiſcopum Cordubenſem legatum in Orientem, qui primum omnium Conſtantinum agentem in Bithinia conueniret, cuius quoquè, auxilio, acceptis ab eo literis, cum illis in Aegyptum proficiſcens, vel aliò vbi eſſet opus, excitatum per Ariũ incendium poſſet extinguere. Hanc legationem nullo Authore à Baronio inuentam putat Mornæus, ſuppreſſo argumento Baronij, quo videbat ſe conuinci: A quo enim dicendum, Legatum eſſe miſſum Oſium Cordubenſem Clariſsimum confeſsione, & eruditione virum, ad Conſtantinum Imperatorem, in Orientem? Rurſum vero à quo nam affirmandum, miſſum eſſe legatum eumdem Oſium Alexandriã, ad Alexandrũ, tantaquè authoritate, vt ibi Synodum celebraret generalem, niſi quòd eò profectus ſit Apoſtolicæ ſedis Legatus? ita enim eum vocat Athanaſius Apolog. 2. *præſente Apoſtolicæ ſedis Legato, omnes Epiſcopi illarum Prouinciarum, quæ parebant Antiſtiti Alexandrino, fuerunt ad Synodum conuocati.*

Iterũ Mornæus malitioſe ſupprimit argumentũ Baronij.

Morneus productis teſtimonijs Hiſtoricorum Eccleſiaſticorum, eum non niſi à Conſtantino miſſum reſpondet, Verùm Baronius rectè hanc reſponſionem refellit, nec ſatis omnia attendere, qui non niſi à Conſtantino miſſum Oſium tradant Legatum in Aegyptum ad ſedandos concitatos ibi tumultus: nam in litteris ea de cauſſa à Conſtantino tunc ſcriptis, nulla prorſus ipſius Oſij mentio habetur, neque de miſſo ab ipſo Legato ad illos conciliandos; quod neceſſum fuerat expreſsiſſe, vt in omnibus Legationibus cõtingere ſolet; nempe vt exprimantur in literis nomina Legatorum. Et quia ex rebus poſtea geſtis, quæ antea facta ſunt, poſſumus certiùs intueri: quid eſt, quòd in Niceno Concilio Oſius primo loco, & ante illos, qui tunc ad ipſum conuentum Legati Apoſtolici conuenerunt, Chirographum ſubſcriptionis appoſuit, niſi quòd ipſe eodem munere, Legationis Apoſtolicæ fungeretur, & longe ante ipſos eam functionem primitus accepiſſet? Tot igitur expreſsis notis Legatio Oſij à Syluestro Pontifice ſatis redditur manifeſta, quas dolo malo, quia non poterat refellere, ſuppreſsit aduerſarius. Quòd de Syluestro, eiuſue mandato in litteris Cõſtantini altum ſilentium; quid inde? cùm Syluester ſcriberet ad Alexandrum Epiſcopum ſe Legatum in Aegyptum mittere Oſium? Quid opus erat id exprimi in litteris Conſtantini? litteras verò Conſtantini ad Alexandrũ, & Arium, prout recitantur ab Euſebio Arianæ factionis homine, meritò dubitat Baronius, an in omnibus fideles exiſtant, nullaquè ex parte violatæ; cùm aliqua præſertim in ſe habeant, quæ dignè ſint ſubijcienda cenſuræ; ſiquidem in illis litteris potius culpa reijcitur in Alexandrum, rectæ fidei contra impium Arium vindicem acerrimum. Deinde, controuerſiam hanc, inanem quandam quæſtionis particulam appellat, quæ tamen erat de ſumma fidei Chriſtianæ, nempe de Diuinitate Filij Dei. In eadem dicitur, Alexandrum & Arium, vnam, eandèque tenere de fide ſententiam, ità vt cõciliari diſcordiæ facile poſſent, cùm tamen alter eorũ Filium Dei Patri eſſe coæternum, alter verò diceret fuiſſe tempus, quando non erat; quæ certè non niſi

Mornæus aſſerens Oſiũ tantum à Conſtantino Legatũ, repellitur à Baronio.

In litteris tunc ſcriptis à Conſtantino nulla fit mẽtio Oſij.

Dubitat io Baronij de fide Euſebij.

Quædam in litteris Conſtantini apud Euſebium digna cenſura.

ab homine Ariano, partim Fideliter Conſtantino ſint aſcripta. Aut ſi reuera ſic habeat germanum exemplar eiuſdē Epiſtolæ Cōſtantini; illud neceſſario affirmādū eſt, argumētū eius ſcribēdæ Epiſtolæ ſuppeditatum eſſe ab Euſebio Nicomedięſi Arij præcipuo defēſore, cū Nicomedię ageret Cōſtantinus. Quod igitur ſcribebat Mornæus.

Pag. 26.

De Syluestro, eiusquè mandato (in literis Conſtantini) *alcū illis ſilentium.*

QVis non probabiliter conijciat id Euſebium præteriſſe malignè?

Cōuocatur (inquit) *Synodus illa vniuerſalis, Nicæam, quo rogo Authore? Certè omnibus hiſtorijs vna vox, à Conſtantino coactam eſſe.*

NEque tamen inde infertur non fuiſſe ab eo coactam, conſenſu, & authoritate Romani Pontificis: Legimus in ſexta Synodo, act. 18. Cōſtantinum, & Syluestrum magnam Synodū apud Nicæam congregaſſe. Damaſus etiam in Pontificali ſcribit, cum Syluestri conſenſu habitum eſſe Nicæ conſilium, Et Ruffinus lib. 1. hiſt. c. 1. dicit ex Sacerdotum ſententia, Conſtantinū, Nicænum conuocaſſe Concilium. Ex antiquo etiam canone Eccleſiaſtico, quem refert Socrates. lib. 2. cap. 5. & 13. Sozomenus lib. 3. ca. 9. & Nicephorus lib. 9. c. 5. *quo vetitum erat, ne decreta abſque ſententia Episcopi Romani Eccleſijs Sanciantur* id cōfirmat Baronius ad annū Chriſti 325. cū ait: *Ceterū quid religio eſſet abſque Romani Pontificis authoritate vniuerſale Concilium congregare, ac ſubinde, eo inconſulto, nequidquā tractare liceret. Interpoſitā igitur eſſe Syluestri authoritatem nemo, iure poterit dubitare, aliqua cogēte aliqua Eccleſiæ traditione:* abſolutè enim citatur canō ille à Socrate, & ab alijs, quod declarat, id firma regula in Eccleſia Catholica inuiolabiliter ſeruari ſolitū; de quo canone fuſius Bellarminus lib. 1. de Concilijs. c. 12. Præceſsiſſe igitur ante omnia Syluestri authoritatem, qua cogeretur concilium, affirmare neceſſarium.

Qui meminerint Conſtantinum, & Syluestrum magnam Synodum conuocaſſe.

Canon, ne ſine ſententia Episcopi Rom. decreta Eccleſijs ſanciantur.

Scribit Baronius ante Conciliū Nicænū collectā, eſſe Romæ Synodū à Syluestro in thermis Traiani. Habet Mornæus quæ criminetur.

Synodus habita Romæ à Syluestro in Thermis Traiani.

Pag. 27.

Meminerit (inquit) *quæ ante dixit: cur non iam Laterani? Si Lateranum, vt voluit, ſuum?*

QVid ſi & thermæ Traianę erant ſuæ: an repugnat habere Romæ plura palatia? Aut erat neceſſe, cum celebrare Synodū in palatio ſuo, & non in aliqua alia Regia domo ex conceſsione Principis quò, poſſent comodè cōuenire omnes eò uocati Epiſcopi: quod non adeo fuerat neceſſariū cogēte Melchiade conciliū octodecim duntaxat Epiſcopū. Equidē ita Baronius, *Collectum autē fuiſſe in Thermis Traiani in gremio ſedis ſuæ* (ergo hæc ſedes erat Siluestri) *in primo capite reperitur expreſſum: erat locus ille titulus, nuper à Syluestro erectus, quem Conſtantinus Imperator donis pluribus exornauit, atque locupletauit redditibus.*

Ergonè Synodum hanc iudicem ferat? (inquit Mornæus) *in qua Præsbyteri Romani hodie Cardinales à tergo Episcoporum ſtare leguntur.*

Pag. 27.

DE dignitate, aut antiquitate Cardinaliū non eſt hic differēdi locus: ſed dicimus, falsū eſſe illos Præsbyteros eoſdē fuiſſe, qui hodie Cardinales; neque omnes Præsbyteri Romani, aut è Romano clero hodie ſunt Cardinales, vt dignitate præcedāt Epiſcopos; & latiſsima eſt differētia inter Præsbyterū Romanū, & Cardinalē Presbyterū S. R. Eccleſiæ; vt qui ridet Mornæus, nō niſi ſuā ignorātiā prodat, & oībus irridēdū ſe exponat.

Alij ſunt Presbyteri Romani, alij Cardinales Presbyteri.

Adde (inquit) *in primo canone 139. Episcopos ad fuiſſe.*

Pag. 27.

VBi lapſus eſt memoria, nā *Cōueniſſe ad Synodū Episcopos ducētos octoginta quatuor, produnt Acta* (inquit Baronius) *quæ habētur typis Excu. Creſconiana tamen collectio ducētos, & triginta Episcopos duntaxat memorat*: quibus omnibus à Cōſtātino *ſuppeditata ſunt vehicula, & annona, vt in ipſo Synodi exordio declaratur, quos non ex vicinia tantùm, ſed ex tota Italia Syluester conuocarit: vltimo canone illius Concilij: vetitum Regibus, quia & Augusto de Episcopo Romano cognoſcere*: At Mornæus.

Fallitur Mornæus cū Episcopos 139. & non paritus 284. ſcribit adfuiſſe in eo Concilio Rom.

Si Ethnicis, quā ridiculū? ſi Chriſtianis eo ſeculo, quo planè nulli, quā inane?

Pag. 27.

QVām verè ridiculū, & inane iſtius argumentum? Primùm nō adeo certū, eo ſæculo nullos fuiſſe Chriſtianos Reges. Deinde qui condūtur Eccleſiaſtici canones in Cōcilijs, habēt vim obligandi omnes, quocūquè tempore, etiā in futurum: Reges vero cōuertēndi erant ad fidē Catholicā & ſubiicjēdi Legibus Eccleſiaſticis, & ſacris canonibus. Quid, quòd Carolus Magnus 500. poſtea circiter annis, vt Paulus Emilius & alij referunt, cùm Romæ præſens Leone 3. Pōtifice, grauibus de cauſis accuſato, Patribus reſpōdētibus ſedē Apoſtolicam aliarū Eccleſiarum eſſe caput, ac propterea ab alijs nō iudicādā, eorū ſentētiæ acquieuerit? cur inter alias conſtitutiones ipſe cauerit? quia ſciebat Sancitū eſſe, à Regibus non debere iudicari Pontificem. Verùm.

Inane quidam Mornæi argumentum.

Eccleſiaſtici & Conciliares Canones obligant etiam in futurum.

De Carolo Magno.

Contra Apoſtoli præceptum (inquit) *ſubſcribit Helena, fœmina vtique.*

Pag. 27.

SEd aliud eſt cōdere canones, & aliud illis ſubſcribere; & videmus poſt omnes Epiſcopos, Præsbyteros, & Diaconos Cōſtantinū, & Matrē illius ſubſcripſiſſe, vt & robur canonibus adderēt, & ſe illis ſubiectos eſſe profiterētur. Quod illud ſit contra Apoſtoli præceptum, non probat.

Aliud eſt condere Canones, aliud illis ſubſcribere.

Sed Coſs. data dicitur Conſtantino tertium, et Priſco &c. At quis vnquam Conſtantino Priſcum collegam dedit?

SEd cur nō citauit emēdationē Baronij, q pro Priſco, Criſpū reſtituēdū eſſe, ex faſtis cōſularibus docuit. *Quid verò mirum* (inquit Baronius) *ſi in his editio deprauata cognoſcitur, cùm vix ſit reperire ver-*

Emendatio Baronij quā Mornæus citare noluit, vt argumentaretur.

verſum, in quem menda non irrepſerit? pergit porrò. *In hac Synodo Romana, de congregando ſequenti anno Concilio Nicæno, inter Siluestrum, & Conſtantinum eſſe communicatum, & pari conſenſu firmatum quis audebit dubitare?* At Mornæus contra.

Pag. 27.

Immò Concilium ipſum de his nihil, ne de Arianis quidem vel verbulum.

ATqui Baronius ad annũ 325. id non aſſerebat, ſed actum priuatim inter Siluestrum, & Conſtantinum de habendo Concilio, maiori apparatu totius orbis Epiſcoporum in oriente, vt vbi immortali odio, & obſtinatiori pertinacia ab Arianis digladiatum eſſet, ibi aduerſus eos, ſanctorum Epiſcoporum cætus, Sacroſancta Dei caſtra, ad oppugnandam impietatem firmiter collocarent. Deinde tùm non potuit Syluestrum latere, quàm neceſſarium eſſet Concilium Epiſcoporum ad extinguendam illam hæreſim in Oriente: neque Conſtantinum, qui iam literas dederat ad Alexandrum Epiſcopum, & Arium: maxime igitur probabile eſt, malo voluiſſe vtrumque occurrere, & de Concilio congregando conſilium iniſſe, cum vtriusquè authoritas eſſet ad hoc neceſſaria.

Inter Sylueſtrum et Conſtantinũ, de Nicæno Concilio cogendo priuatim conueniſſe ſcribit Baron.

Scribit Baronius ad annum Chriſti 318. Oſiũ fuiſſe Legatum miſſum à Syluestro in Orientem, deinde eadem legatione functum in Concilio Nicæno: nec enim aliter primo loco, & ante illos, qui tunc ad ipſum conuentum Legati Apoſtolici conuenerant, chirographum ſubſcriptionis appoſuiſſet, niſi eodem ipſe munere Legationis Apoſtolicæ fungeretur, & longè ante ipſos eam functionem primitùs accepiſſet. Et ad annum Chriſti 315. Qui primus omnium ſe oculis offert duplici legatione conſpicuus eſt Oſius Cordubenſis, Hiſpaniarum Epiſcoporum vicem, atquè Siluestri Romani Pontificis perſonam gerens, & collegarum Legatorum primarius. Accidit enim ei perindè, ac poſtea Cyrillo Alexandrino Epiſcopo, qui, quod ipſi delegaſſet vices ſuas Cæleſtinus Romanus Antiſtes, in Concilio Epheſino, locum primum inter alios deinde miſſos Legatos tenuit: Sed obijcit Mornæus. *Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini capit. 7. ſcribit, Epiſcopum Romanum defuiſſe, ingraueſcente ætate præpeditum, eius tamen Presbyteros, qui aderant, illius locum suppleuiſſe &c. Victor, & Vincentius in Actis Concilij nominati, de Oſio plane nihil.* Reſpõdemus & Euſebiũ ibidẽ Oſij meminiſſe his verbis, *Ex ipſis Hiſpanis vnus nominis, & famæ celebritate inſignis, cũ alijs multis in conſenſu illo adfuit.*

Oſius legatus Apoſtolicæ Sedis in Concilio Nicæno.

Mornæi obiectio.

Reſponſio.

Pag. 27.

Rogat Baronius (inquit Mornæus) *Cur igitur primus ſubſcribit?*

ITa nimirum Baronius ad annum Chriſti 325. At quænam ratio, vt Oſius primo loco ante Collegas Legatos, & ſecundæ & ſedis tertiæ, Alexandrinæ, & Antiochenæ Epiſcopos, & ante totius Africanæ Eccleſiæ primatem Cæcilianum (vt de alijs taceam) ipſe ſubſcripſerit, niſi locum teneret, & perſonam repræſentaret ampliſſimæ omnium poteſtatis? Quæ certè ratio lõgè validior, & verior, quã quæ à Mornæo adducitur.

Ratio Baronij, cur Oſius in Nicæno Cõcilio primus ſubſcripſerit.

Pag. 27

Quod ob egregia merita, Imperatoris nomine, Legatione fungeretur.

QVæ ſine authore eſt, & caret omni probalitate. Quòd ſi in Sardicenſi idem honor ei delatus, non poterit iam reſpondere, quòd, Imperatoris nomine, legatione fungeretur, vt legenti hiſtoriam, & Acta illius concilij conſtabit: ſed quia Legatus erat Iulij Romani Pontificis. Nequè verò in ſubſcriptionibus Epiſcoporum in Concilijs habita eſt vnquam ratio pietatis, doctrinæ, aut prudentiæ perſonarum, ſed dignitatis ipſarum Eccleſiarum. Delatus igitur honos non perſonæ Oſij, ſed officio; quia legatione, pro Epiſcopo Romano, fungebatur. Nec deerant fortaſſe multi in illo Concilio, qui pietate, doctrina, & prudentia Oſium antecellerent. Legationem etiam Oſij à Romano Pontifice teſtari videtur ipſorum legatorum Epiſtola ad Sylueſtrum, quæ licet in multis mendoſa, ac deprauata habeatur, hæc tamen pura verba in ea relicta extant, ipſius exordio. *Beatiſſimo Papæ Vrbis Romæ omni reuerẽtia colendo Syluestro Oſius Epiſcopus Prouinciæ Hiſpaniæ Ciuitatis Cordubenſis, Victor & Vincentius Presbyteri Vrbis Romæ ordinati ex directione tua.* Hoc ipſum etiam illud confirmat, quòd S. Leo, & alij Romani Pontifices, tres ferè Legatos ad Oecumenica Concilia, ex antiquo vſu, mittere conſueuerint; & ex eis vnum ſaltem Epiſcopum. Hoc videtur teſtari Photius lib. de ſeptem Concilijs Oecumenicis; lo[illegible]us enim de Victore, & Vincentio miſsis à R[illegible]ano Pontifice; *Cum his* (inquit) *coniunctus erat Codumbres Epiſcopus,* ſcilicet Oſius Cordubenſis, non certe aliter, quàm, quòd eadem Legatione fungeretur: & Gelaſius Cyzicenus in cõmentario Actorum Concilij Nicæni. *Oſius Epiſcopus &c. per eos, qui cum ipſo erant, Romanos Presbyteros Victorem, & Vincentium.* An verò quia Oſius ſubſcribens Concilio Nicæno non expreſsit ſuæ legationis officium, ideò non erat Legatus? falſum verò eſt, quod ſcribit aduerſarius in titulo Epiſtolæ legatorũ Nicæni Concilij ad Syluestrũ, ita legi.

Ratio Mornæi, quæ ipſa refellitur.

In ſubſcriptionibus Epiſcoporum habita ratio ſolum dignitatis Eccleſiarum.

Legatorũ Epiſtola ad Sylueſtrum, & ipſa ſubindicat Oſij legationẽ ab ipſo Sylueſtro.

Alia eiuſdem legationis indicia.

Photius.

Gelaſius Cyzicenus.

Pag. 28.

Et Macarius Epiſcopus Conſtantinopol.

IMmò ita legitur in impreſsis Venetijs anno 1585. *Et Macarius Epiſcopus Eccleſiæ Hieroſolymitanæ,* & ita legitur etiam apud Gratianum diſt. 16. cap. 10. Quid ſi conſultò hunc omiſit Baronius? Neque verò negat hanc Epiſtolam in multis mendoſam, & deprauatã haberi: ſic dici poteſt, in titulũ mendã irrepſiſſe; & eã alibi deſcribit recitato nomine Macarij in titulo Epiſtolæ, & alio loco ſcribit excuſsũ codicẽ perperã legere: *Macarius Cõſtantinopolitanus.* Obijcit Mornæus.

Pag. 28.
Obiectio Mornæi.

Si Oſius Sylueſtri Legatus, an non eius erat aperire Synodum? cum tamẽ Euſtachius ille magnus Antiochenus Epiſcopus, vt refert Theodoretus lib. 1. c. 7. per breui oratione Imperatorem affatus ſit, hymnumquè, quo Deo omni po

nipotenti gratias ageret, recitauerit?

Reſponſio.

QVid ſi reſpondeamus à Legatis Pōtificis, & à toto concilio has Euſtachio demādaras eſſe partes, vt in ipſo ingreſſu Concilij, & Deo hymnum perſolueret, & Imperatorem ſalutaret, laudibus proſequeretur, eique, nomine omniū, pro incredibili illius erga religionem Chriſtianam, & pacem Eccleſiarum ſtudio, gratias ageret? Quod attinet ad 6. canonem illius Concilij, qui, ex interpretatione Mornæi in ordinem cogit Romanum Epiſcopum, non minus quā alios Patriarchas, jam ſuprà multa diximus; neque eſt, quòd actum agamus. De Ruffino etiam, qui ita hunc canonem interpretatus eſt, vt Epiſcopus Romanus ſuburbicariarum Regionum ſollicitudinem geret, iam oſtendimus non rectè Ruffinum ſententiam Concilij expoſuiſſe, neque in vulgatis vllis Concilij exemplaribus, neque apud aliquem alium Authorem, qui citet illum canonem, fieri mentionem ſuburbicariarum Regionum: de quibus ideò, quid ſonēt in legibus Imperatorum, ſuperuacaneum eſſet dicere. Aliquid obiter notauit Cuiatius lib. 2. obſeruar. cap. 14. de quibus Baronius ad annum Chriſti 325.

Aliqui Canones Concilij Nicæni paſſi naufragium.

Scripſerat Baronius, aliquos canones Nicæni Concilij paſſos eſſe naufragium, vt canonem de Diuinis ſcripturis authenticum, quem in Concilio Nicæno editum docet authoritate D. Hieronymi. Item canonem de Bigamis non ordinandis, quem citat D. Ambroſius Epiſt. ad Vercellēſem Eccleſiam, qui pariter deſideratur. Item canonem de appellatione ad Apoſtolicam ſedem quē citauit Zoſimus Papa in Concil. Carthag. 6. quem & Theodoretus digito ſignauit, dum ſcribit lib. 2. cap. 4. Athanaſium Arianorum calumnijs circumuentū, & illorum iudicijs exagitatum in Occidentem veniſſe, & Arianos literis contra eandē cauſſam proſequutos eſſe, *quando* (inquit) de Iulio Romano Pontifice: *Ille Eccleſiæ canonem ſequutus, & eos Romam iuſſit venire, & Diuinū Athanaſium, qui pro ſe in iudicio ipſe reſponderet, vocauit.* Rectè arguit Baronius, *Quinam iſte Eccleſiæ canō? non certè Sardicenſis Concilij, quod nondum fuerat celebratum, compelleris ergo fateri, per Eccleſiæ canonē non alium ſignificatum eſſe, quàm citatum Concilij Nicæni canonem, de appellando ad Romanum Pontificem.* At Mornæus ſcribit.

Pag. 29.
Obiectio Mornæi.

Baronium oggerere hunc canonem, nec vniuerſam hiſtoriam, aut Gelaſium Cyzicenum tale aliquid habere, nec in archiuis Eccleſiarum, Conſtantinopolitanæ, Alexandrinæ, Antiochenæ vſquàm aliquando repertum.

Reſponſio.

In Nycæna Synodo ſanciti plures canones, quā 20.

NImirùm quia reperti ſunt tantum viginti canones, vt nec plures à Gelaſio Cyziceno referantur, nec plures in illa Synodo magna, ſtatutos affirmat Theodoretus, cùm tamen ex grauiſſimis authoribus oſtendat Baronius alios vltra viginti ſancitos eſſe, & hunc præſertim *de appellationibus*. Præter validiſſimam rationē Baronij, teſtantur Aegyptij Epiſt. ad Fælicem 2. in Nicæna Synodo conditum eſſe his verbis. *Similiter, et à ſupra dictis Patribus eſt definitum conſonanter, vt, ſi quiſquam Epiſcoporum, aut Metrapolitanum aut comprouinciales, aut Iudices ſuſpectos habuerit, veſtram Sanctam Romanam interpellet ſedem, cui ab ipſo Domino poteſtas ligandi, ac ſoluendi, ſpeciali eſt priuilegio, ſuper alios, conceſſa.* Quid, quòd Iulius Pontifex Epiſtola ad Orientales perſpicuè ſcribit, Nicænis canonibus cautum Epiſcopum à ſua Synodo damnatum, ad maiorem prouocare poſſe? Leo primus Epiſt. 26. & 27. ad Theodoſiū Imperatorem ſcribens, Flauianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui ab Hæreticis, & Pſeudoſynodo Epheſina oppreſſus, Romā prouocauerat, ita appellantē, audiendum eſſe, ex Canonū Nicææ habitorum decretis affirmat. An veriſimile eſt, ſanctiſsimos illos Pōtifices, aut ignoraſſe, quæ decreta erant in Nicæna Synodo, aut mētiri voluiſſe. Sed quod vulgatiſsimum eſt Mornæi argumētū.

De Canone ſtatuto in Nicæno Concil. de appellationibus ad Rom. Epiſcop.

Quis in propria cauſſa teſtem audiat?

Pag. 29.
Refellitur vulgatiſſimum argumentum Mornæi. Quis in propria cauſſa teſti audiat.

CVr verò Athanaſius, & alij Epiſcopi ad Iuliū, Flauianus ad Leonē appellauerāt, niſi id ſcirent ſacris Canonibus, & legibus Eccleſiaſticis eſſe conſentaneū? Scilicet ignorabant illi canones Eccleſiaſticos? Athanaſius & Aegyptiorum Epiſcopi Epiſt. ad Marcū Papam ſcribunt? Arianos Nycænā Synodū incendiſſe: illū itaquè precantur, vt exemplaria Nicæni Concilij ad eos mittat, vbi & reſrantur Septuaginta canones, ad formā ſeptuaginta dicipulorum, uel potius totius orbis terræ linguarum illic editos eſſe. Nō mirū igitur, ſi in Oriente, vbi graſſati erant Ariani Nicænæ Synodi hoſtes infeſtiſsimi, hoc eſt in Archiuis Eccleſiæ Cōſtātinopolitanæ, Alexandrinæ, & Antiochenæ, viginti dūtaxat reperirētur Canones Cōcilij Nicæni, nec plurū Theodoretus, aut Gelaſius Cyzicenus notitiā habuerint, cùm Hieronymus, Ambroſius, Zoſimus, Iulius, Leo, ex Romanæ Ecleſię archiuis, atque aliūde petitos alios ex Nicæna Synodo citarint canones. In his viginti canonibus nihil ferè extat, ꝙ ipſos Arianos vlla ex parte oppugnet, cū tamē omnes Hiſtorici clamēt, Arianā hæreſim potiſsimā fuiſſe cauſsā, cur ea Synodus cōuocaretur. Legi poteſt Turianus prœmio in canones magnæ Synodi Nicænæ; & Sāderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſiæ §. 100. & deinceps, Canonē in Romana Synodo, ſub Siluestro, habita editū; *Nemo primā ſedē dijudicet &c. & neque ab Auguſto, neque à Regibus, neque à populo, Iudex iudicabitur.*

Septuaginta Canones editi in Nicæno Concilio.

Potiſſima cauſſa Nicænæ Synodi hæreſis Arianæ.

pag. 29.

Manifeſtam impoſturam, adulterinam monetam. Appellat Mornæus.

Epiſcopi, & Presbyteri Marcello ſuum deſe iudicium relinquunt. Idem Epiſcoporū Sacerdotumque vſus à Carolo Magno retentus.

VErum, & ante Syluestrum, & ante Concilium illud Romæ celebratum 300. Epiſcopi & 30. presbyteri noluerunt ſententiam dānationis ferre contrà Marcellinū Papam, qui Idolis thurificauerat: *ſed tuo te ore iudica* (aiunt) *nemo enim vnquam iudicauit Pontificē, nec præſul, Sacerdotem ſuū, quoniam prima ſedes non iudicabitur à quoquam*: Quod & obſeruatū à Carolo Magno (immò & capitulis eius cautum) cùm Romæ eſſet, & apud eum accuſaretur Leo III. Pontifex: ſuprà obſeruauimus, Quid verò factum, aut ſtatutum

in

Digitized by Google

in Nicæna Synodo contra hunc canonem? An Auguſtus, an Rex aliquis, an Concilium, vel populus iudicauit, aut ſententiam tulit in Pontificem? Sed Mornæus,

Pag. 29.

Cum ſola barbaries ad hanc Synodum falſi conuincendam cuiq; ſit ſatis.

Norma iudicandi de dogmatib. fidei canonibus etc. Mornæo eſt elegantia verborum.

ITaque niſi latina lingua canones edãtur, Mornæi iudicio non ſunt ſuſcipiendi. Examinandum igitur, an terſa, & politiori lingua Græca, latinaue Arius ſit damnatus in Concilio Nicæno; alioqui Mornæo, & eius omnibus ardelionibus non probabitur Arij damnatio: conſiderandum, qui puriùs loquantur, Oſius nè Cordubenſis, Alexander Alexandrinus Epiſcopus, Athanaſius, & alij conſubſtantialitatis Filij Dei aſſertores; An verò Arius, & Euſebius Nicomedienſis cùm ſuis aſſeclis, nam Mornæi iudicio, ex elegãtia verborum iudicandum eſt, & de dogmatibus fidei, & de canonibus Conciliorum, immò de Concilijs ipſis; hoc enim eſt Mornæi iudicium, magni illius Catonis, & quem vt alterum Socratem iudicaret Apollo omnium hominum ſapientiſsimum; quem alterum Licurgum dubitaret Pythia, Deum nè, an hominem nuncuparet; hoc (inquam) tanti hominis eſt iudicium, ad hanc Synodum, quæ decreuit neminem debere primam ſedem iudicare, falſi conuincendam, barbariem cuique eſſe ſatis.

Ceterũ, quoad magnæ Synodi confirmationẽ ſpectat: quis ignorat antiqua Eccleſiaſtica iura, quibus traditum, & obſeruatum eſt, omnia decreta Synodica, ab Epiſcopo Romano accipere firmitatem? Vnde apud Socratem lib. 2. cap. 13. *Canon Eccleſiaſticis vetat, ne decreta, abſq; ſententia Epiſcopi Romani, Eccleſiis ſanciantur.* Hunc canonem obſeruat. Baronius non in aliqua Synodo reperiri eſſe ſancitum, ſed potius, antiquo vſu, vti Apoſtolicam inſtitutionem, ad poſteros iugi obſeruatione omnium apparere ſtabilitum. Et certè non alioqui ſcripſiſſet Iulius Papa pro Athanaſio, cõtra orientales Epiſcopos: *nec vllum ratum eſt, aut erit vnquam Concilium, quod non fuerit factum Eccleſiæ Romanæ auctoritate:* & deinceps id perpetuò obſeruatum. Quia autem ex actis Syluestri id docuerat Baronius:

Nullũ Concilium ratũ, niſi factũ auctoritate Rom. Eccl.

Pag. 29.

Et hæc non meminit (inquit Mornæus) *quã multipliciter falſi cõuicerit ipſe?*

De actis Sylueſtri.

NOn diffitetur quidem Baronius, deprauata eſſe in multis acta Sylueſtri, idquè perſpicuè oſtendit tomo 3. ad annum Chriſti 315. de iiſdem tamen poſteà ad annum Chriſti 324. ſcribit; quòd, cùm antiquitus Romæ à Catholicis legi ſolita, & antiquo vſu à nonnullis alijs Eccleſijs factitari conſueuiſſe, teſtetur Gelaſius, in Cõcil. Rom. de lib. authen. & Apocr. *Quis tam exploratæ antiquitatis exactiſſimus, & ſeueriſſimus cenſor ea omnino ſpernenda eſſe, atque reijcienda decernat, niſi qui tumido faſtu neget quod eſt in Diuinis ſcripturis, eſſe in antiquis ſapientiam, & ſuperbè ſuper alios ſeipſum extollens* (Mornæum ſuis coloribus depictum vides) *Dauidicum illud vſurpet: Super ſenes intellexi?* Licet igitur Acta ipſa Sylueſtri additamenta extrinſecus acceperint, quibus reliqua, quæ vera eſſe noſcuntur, non nihil in ſuſpicionem adduci poſſe videantur; indè tamen velle arguere, conficta omnino, aut falſa eſſe, hominis eſt contentioſi, & contradicendi, non indagandi veritatem, ſtudioſi.

Pag. 29.

Immò, ſi de doctrina agitur, Patres ad omnes Orbis Chriſtiani Eccleſias, Synodicam ſcribere olim ſueti; particulares etiam epiſtolas ad primarios quoſdam Epiſcopos, quibus, & Acta ſua exponant, & ſuffragijs ſuis comprobari deſiderant.

Concilia aliq. ſine ſcribunt ad Eccleſias, alia ad Rom. Epiſcopum.

EXtat quidem epiſtola Patrum Concilij Nicæni ſcripta ſanctis Dei Eccleſijs per Alexandriam, Aegyptum, Pentapolim, & Lybiam, quibus eas de damnatione Arij, de his, quæ contra Meletium ſtatuta ſunt, & de Paſchate deinceps per omnes Eccleſias celebrando, certiores faciunt: Item Conſtantini ad Epiſcopos abſentes de Actis Concilij Nicæni, & de die Paſchatis; non tamen his literis petitur illius Concilij approbatio, aut confirmatio, quæ vnius eſt Epiſcopi Romani. Quid quòd Martianus in Concilio Chalcedonenſi teſtatus eſt, ſe exemplo Conſtantini adeſſe, non ad confirmandam fidem, aut potentiam oſtendendam; non vt ferret de fide legem, ſed vt latam à Patribus, pro auctoritatis ſuæ magnitudine, obſeruandam vbique curaret. Non igitur ſuis literis Conſtantinus confirmauit Acta Synodi, ſed quæ decreta eſſent, voluit omnibus innoteſcere, eoſque, vt ſynodi decretis obſequerentur, hortatus eſt, quibus etiam non minimum robur addebat, quod videbant eum ſuo exemplo omnibus præire. Quod ſcribit:

Quo titulo Martianus teſtatum ſit, ſe in Concilio adeſſe.

Quã operã Conſtant. Actis Synodi per litteras ſuas, præſtiterit.

Pag. 29.

Sylueſtri confirmationem ab illis (Patribus Concilij Nicæni) *requiſitam nuſquam legis.*

Falſò loquitur Mornæus nuſquã legi Patres Nicænos Cõcilij requiſiſſe illius cõfirmationem à Sylueſtro.

Falſi inde conuincitur: cùm enim apud Eccleſiaſticos ſcriptores, Socratem lib. 2. cap. 5. & 13. Theodoretum lib. 2. cap. 22. Sozomenum lib. 3. cap. 9. legimus Eccleſiaſticum canonem vetare, ne decreta, abſque ſententia Epiſcopi Romani Eccleſijs ſanciantur, in poſterioribus item Concilijs ita obſeruatum, ex conſequenti idem & in Concilio Nicæno factum legimus. Extat & hæc confirmatio in tom. 1. Concil. in 2. Synodo Romana: *Sylueſter Epiſcopus, ſanctæ, & Apoſtolicæ Sedis vrbis Romæ dixit. Quidquid in Nicæna Bithiniæ conſtitutum eſt, ad robur ſanctæ matris Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ, à Sanctis Sacerdotibus trecentis decem, & octo, noſtro ore conformiter confirmamus: Omnes, qui auſi fuerint diſſoluere definitionem ſancti, & magni Concilij, quod apud Nicæam congregatum eſt ſub præſentia piiſſimi, & venerandi Principis Conſtantini Auguſti, anathematizamus. Et dixerunt omnes, placet.* Neque verò tantam vim facimus in epiſtola illa à Synodo Nicæna directa ad Sylueſtrum, quaſi inde tantum oſtendamus Ni[illegible] Syno[illegible]

Synodi Patres petiiſſe confirmationem à Syluestro. Et valdè deprauatam eam eſſe fatetur Baronius, ita tamen, vt reſpondere Mornæi obiectionibus non ſit adeò difficile. Quòd enim, post Oſium, Macarius Epiſcopus Hieroſolymitanus inſcriptus habebatur, id factum eſt, quia & Eccleſia Hieroſolymitana, inter ſedes Apoſtolicas habebatur; vnde ſubſcripſit quidem poſt Oſium Epiſcopum, quia ille Romani Pontificis, & quidem primo loco, Legatus; tamen antè Victorem, & Vincentium Presbyteros, & fortaſſe vnus perſonam Concilij referebat, cuius ideò nomen cũ Legatis Pontificis inſcribẽdum eſſet, & cui ideò deferebant Presbyteri: vnde nec oportuit Alexandrinum, aut Antiochenum Epiſcopos, ſua nomina iiſdem literis inſcribere, cùm ille, nomine omnium, ſuum inſcriberet: Verùm Actis ipſius Synodi Macarius ſubſcribit poſt Victorem, & Vincentium Syluestri legatos. Quoad epiſtolam Syluestri ad Synodum, mendoſiſsimam quidem fatetur Baronius, quæ ob Conſules perperam poſitos commentitia reputetur: Nec ideò tamen, ſi ea non extaret, aut omnino reijceretur vt ſpuria, ideò ignorantur antiqua Eccleſiæ iura, quibus traditum eſt, omnia Synodica decreta, à Romano Pontifice firmitatem accipere: & fortaſſe in datam irrepſit error, vel menda, vnde nõ reijcienda penitùs, quæ à data ipſa differt epiſtola. Felix Tertius Synodum coegit Romæ apud Beatum Petrum Apoſtolum quadraginta duorum Epiſcoporum, vbi, inter cætera, Synodus illa ſcribit vniuerſis Presbyteris, Archimanditis Orthodoxis Conſtantinopoli, & Bithiniæ conſtitutis: *Quoties intra Italiam propter Eccleſiaſticas cauſſas, præcipuè fidei, colliguntur Domini Sacerdotes, conſuetudo retinetur, vt ſucceſſor Præſulum ſedis Apoſtolicæ, ex perſona cunctorum totius Italiæ Sacerdotum, iuxta ſollicitudinem ſibi Eccleſiarum omnium competentem, cuncta conſtituat, qui caput eſt omnium, Domino ad B. Petrum Apoſtolum dicente: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Quam vocẽ ſequentes trecenti decem, & octo ſancti Patres apud Nicæã congregati, *confirmationem rerum, atque auctoritatem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ detulerunt, quam vtramque, vſque ad ætatem noſtram, ſucceſſores omnes, Chriſti gratia præſtante, cuſtodiunt.* Hic Mornæus.

Macarius literis Synodi ſubſcripſit poſt Oſiũ, ſed ante Victorẽ, & Vincentiũ Presbyteros.

Sed tamen Actis Synodi, poſt iſtos quoque ſubſcripſit.

De epiſtola Syluestri ad Synodum.

De Synodo Romæ coacta à Felice III. eiuſque epiſtola.

Pag. 30. *Nec Felix Tertius hic audiendus centũ ſexaginta poſt annis in propria cauſſa iudex, aut fallens ipſe, aut falſus.*

ATqui hæc non ſunt verba Felicis Tertij, ſed Epiſcoporum, qui Synodo ſubſcripſerunt; nõ igitur iudex in propria cauſſa. Vnde verò, aut fallens, aut falſus? Quia ita Mornæo placet, qui tãquam ex tripode loquatur, qui ſolus verax, & fidei plenus, vt non fallat, ſolus adeò ſapiens, & perſpicax, vt non fallatur: ſed cum hoſtem ſe iuratum Pontificum in hoc ſuo Myſterio iniquitatis, manifeſtè prodiderit, & propriam cauſſam agat; quæ fides ei, maximè ſine Auctore loquenti, haberi poteſt?

Mornæo propriã agenti cauſſã nulla fides debetur.

Porrò decretis huius vniuerſalis Synodi firmandis, & executioni mandandis (inquit) *Nationales aliæ quamplures ſub eodem Conſtantino celebratæ, Tyria, ſub annum 334. Vt & Hieroſolymitana ſub. 335. quæ* (inquit Euſebius) *poſt Nicænam nulla celebrior, & Conſtãtinopolitana ſub ann. 337.* Pag. 30.

MIror, qui contra hiſtoriam vniuerſam voluerit fallere, nobiſque imponere Mornæus: ita enim ex ſcriptoribus Eccleſiaſticis colligitur, Socrate lib. 1. cap. 30. Theodoreto lib. 2. & ca. 28. & 30. Sozomeno lib. 2. cap. 24. 25. & 26. Niceph. lib. 8. cap. 49. & 50. opera Arrianorum eas coactas eſſe ad condemnandum Athanaſium, fidei Nicænæ præcipuum defenſorem; ſiquidem Arianos ludificatos eſſe Cõſtantinum, & illi perſuaſiſſe, vt Cæſareæ Paleſtinæ (vbi plures erãt Athanaſio infeſti) Concilium conuocaretur, iuberetque, in ea Vrbe iudicium de Athanaſio, in quem multa crimina comminiſcebantur, exerceri. Imperator illis, vtpote Sacerdotibus, obſequutus (ſi quidem ignorabat penitus fraudulentes illorum conatus) quod poſtulauerant, fieri mandauit: verùm Sãctus Athanaſius, intellecto Iudicum odio, ad Concilium non venit: Ariani verò arrepta inde anſa calumniandi, & bello contra veritatem ſuſcepto, præter alia nefaria facinora, Tyrannidis, & contumaciæ coram Imperatore eum inſimulant: quibus Imperator contra Athanaſium prouocatus, ſcribit ad eum epiſtolam, qua & bilem ſuam aperuit, eique, vt Tyrum peteret, mandauit, inſsitque, vt Concilium Tyri cogeretur: Athanaſius Tyrũ accedere noluit, nõ tãm crimina obiecta veritus, quorũ ſibi non erat conſcius, quàm admodùm reformidãs, ne quid illic noui contra Concilij Nicæni decreta decideretur; tamen minacibus Imperatoris literis perterritus eò aduenerat, vbi omnia ſeditionis, ac tumultus plena, ab Arianis tot mendacia contra Athanaſium conficta, tot falſæ criminationes detectæ, vnde vt vitæ ſuæ conſuleret, inde proripere ſe coactus. Poſt hæc, literæ Imperatoris afferuntur, quibus ſignificabatur, vt Concilium Hieroſolymam ſe reciperet: itaque, relicta Tyro, Epiſcopi, Hieroſolymam iter faciunt: Arius illic, cùm ſuis in Eccleſiam recipitur; nam dicebant Epiſcopi, ſe, in ea re, literis Imperatoris obtemperaſſe, quibus illis ſignificauerat, ſe fidem Arij, & Euſebij, penitus perſpectam habere: ſcribunt Eccleſiæ Alexandrinæ, Arrium ab ipſis meritò receptum eſſe, Athanaſium autem communi conſenſu relegatum. Dùm hæc geruntur, aliæ literæ ab Imperatore ad ipſos adferuntur, quibus ſignificabatur, Athanaſium ad ipſum confugiſſe, illoſque, eius cauſa, Conſtantinopolim debere accedere neceſſariò: tum multi ſibi male conſcij, ad ſuas ciuitates remearunt: præcipuè autem ex Arianis Euſebius Nicomedienſis, & alter Euſebius Cæſarienſis, Theognis Nicænus, Patrophilus Scytopolitanus

Mornæus conatur nobis imponere.

Coactæ ab Arrianis ſynodi contra Athanaſ.

Ariani ludificati Cõſtantinum.

Arriani tyrannidis, et cõtumaciæ apud Imperatorẽ inſimulant Athanaſiũ.

Imperator ei præcipit, vt Tyrum pergat.

Renuit Athanaſius.

Pergit tãdem victus imperatorijs minis.

Sed cogitur inde ſe proripere.

Tũ Epiſcopi Tyro ſe Hieroſolymam recipiunt.

Athan. ad imperatorẽ cõfugit, ac propterea epiſcopi Conſtantinopolim Hieroſolimã reuocantur.

Qui Cõſtãtinopolim perrexerũt.

litanus, valens, atque Vrſacios Epiſcopi in Pannonia, & Myſia, Conſtantinopolim petierunt, qui ſtatim nouum crimen in Athanaſium excogitãr, docentque Imperatorem, eum minatum, ſe vetiturum, ne frumentum, vt ſolet, Alexandria Conſtantinopolim aduehiretur, ipſaque aliquot Epiſcopos ex Athanaſio audiuiſſe; quibus incitatus Imperator, falſis criminationibus habita fide, eum exulare iuſsit, & in Gallias Treuiros, relegauit. Hæc paulò fuſiùs, vt conſtaret, quàm impudica impudentia ſcribat Mornæus, decretis vniuerſalis, Synodi Nicænæ firmandis, & executioni mandandis, habitas eſſe ſub Cõſtantino Nationales illas Synodos, quæ opera Arianorum ludificantium ipſum Principem coactæ: vbi damnatus, ac proſcriptus Athanaſius, fidei Nicænæ acerrimus defenſor, Arius ipſe receptus: vbi non alia mens ſycophantis illis Epiſcopis Arianæ factionis, quàm, Athanaſium è medio tollendo Nicænam fidem proſcribere, ac ſacri illius Concilij decreta deprauare, & adulterare.

Mornæus impudẽtiſſimè ſcribit aliquot Synodos, ſtatui catas ad firmanda decreta Nicæni Cõcil. ad quæ euertẽda conuocatas, conueniſſe.

Contra Baronium verò, qui eas Synodos ab euentu in dubium reuocet, hac exceptione vtitur Mornæus,

Pag. 30. *Eas ab Imperatore conuocatas.*

Ita, vt ex illius ſententia, hæc vna requiratur clauſula, iuſte itaq; illius iudicio dãnatos, & proſcriptos Athan. quia ab illis Synodis ab Imperatore conuocatis. Quis nõ iam videat Mornæum Arianum euaſiſſe, adeoquè cum Euſebio Nicomediẽſi, & alijs ſubſcripturum fuiſſe damnationi Athanaſij, & eorum, qui conſubſtantialitatis filij Dei erant aſſertores? Obijcit,

Refellitur ſtupida quædam ratio Mornæi.

Pag. 30. *Coegit illa Concilia Imperator, Syluester autẽ, aut Marcus de iniuria ſibi facta ab Imperatore, non ſunt conqueſti.*

Obiectio Mornæi.

Reſpondetur, non potuiſſe Imperatorem in his Concilijs agendum eſſe, aut de fide, aut de his, quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinerent, ſed tantùm de cauſſa Athanaſij, cui ab alijs Epiſcopis, ſed Arianæ factionis, quod ignorabat, & quorum fraudulentos conatus non intelligebat, crimina obijciebantur. Coegit, itaque Concilium, vt, quemadmodum pacem reddiderat Eccleſijs, ita eam inter Eccleſiarum Præſules conſeruaret. Deinde, non iudicauit ipſe cauſſam Athanaſij, ſed eam ab Epiſcopis iudicari voluit. Addo, & ipſa Concilia, non niſi conciliabula fuiſſe, ſeditionis, ac tumultus plena extitiſſe, quia ab Imperatore conuocata; ipſum item Imperatorem in Athanaſium, & religionem ipſam grauiter peccaſſe. Si legitima illa Concilia, quia ab Imperatore conuocata: legitimum igitur iudicium, fraudibus Arianorum, contra Athanaſium fidei Nicænæ aſſertorem, promulgatum; quia ab ipſo Imperatore latum, in quo quis hunc Arianum non agnoſcat? Quòd ſi auctoritate Pontificis coacta fuiſſent, & præſediſſent illius Legati, longè aliter ſe res habuiſſet. Illud adijcimus, neque Imperatorem Conſtantium, de iniuria ſibi facta à Iulio Pontifice conqueſtũ, quando Athanaſium, & alios Epiſcopos, quibus infenſus erat, ſuis ſedibus reſtituit. Ammianus Marcellinus, ipſe Paganus, narrat, Conſtantium Athanaſio ſemper infeſtum, licet eum ſciret, Synodi cuiuſdam decreto, ab Epiſcopatu depoſitum, cupiuiſſe tamen id decretum à Liberio Pontifice Romano firmari, *ob auctoritatem qua* (inquit) *potiuntur æternæ vrbis Epiſcopi*. Igitur exiſtimauit, decreta Synodorum à Pontifice Romano eſſe firmanda, prouocationemque eſſe ad eum, ſi deponatur à Synodo Epiſcopus, illius eſſe, Synodi decretum, ratum habere, aut irritum facere. Hæc vidit Conſtantius Hæreticus Arianus: hæc vidit Ammianus Marcellinus Ethnicus: hoc Mornæus hæretico Ariano, & Pagano Lippoſior non videt? O cecum hominem.

Reſponſio

Nõ ideò legitima illa hæc Concilia, quia ab imperatore coacta fuerint.

Neq. Imperator cõqueſtus eſt de Iulio Põtifice, qđ Athanaſ. alioſq; ſuis ſedibus reſtituiſſet.

Cuiuſdã ſynodi decretũ de depoſitione Athanaſij, à Papa Liberio cõfirmari optauit Imperator.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum Quintum.

Pag. 30. *Anno 337, occurit nobis* (inquit) *in Conciliorum volumine Marci Epiſcopi Romani Sylueſtri ſucceſſoris ad Athanaſium, & Aegypti Epiſcopos epiſtola, &c.*

QVid de epiſtola Athanaſij, & Epiſcoporum Aegypti ad Marcum Pontificem Romanum, & reſcripto Marci ad eoſdem ſentiat Baronius, legi poteſt tom. 3. ad annum Chriſti 336. Omnino confictas eſſe proteſtantes affirmant: Mornæo ſuo iudicio, non ſine ratione, ſuſpectæ, quod in titulo Marcus *Sanctæ Romanæ, Apoſtolicæque Sedis, & vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum* ſe inſcribat. Nos certè eas non confinximus. Antequam prodijſſent iſti Sectarij, & Romani Pontificis auctoritatem in dubium reuocaſſent, meminit harũ epiſtolarum Marianus Scotus anno 337. ſuæ hiſtoriæ: extãt inter opera Athanaſij Græcè, & Latinè editæ: meminit earundem epiſtolarum Yuo Carnotenſis p. 4. decret. cap. 108. & 109. Citat Gratianus diſtin. 16. capit. ſeptuaginta, earundem fit mentio ſeſſ. 20. Concilij Florentini generalis. In hac Epiſtola, Marcus non modò affirmat, ſanctam Romanam Eccleſiam ſemper immaculatam manſiſſe, verùm etiam prædicit, eandem B. Petro Apoſtolo opem ferente, in futuro, firmam, & immobilem omni tempore manſuram eſſe, quia Dominus fidem B. Petri non defecturam promiſit, & vt ipſe con-

Marci epiſtola controuerſa.

Proteſtãtiũ & Mornæi iudicium.

Multi, iam ante natos ſectarios, meminerũt harũ epiſtolarũ Marci.

firmaret fratres ſuos, admonuit: *Quod* (inquit) *Apoſtolicos Pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores ſemper feciſſe cunctis eſt cognitum*. Quid ad hæc Aduerſarius?

Pag. 30.

Ibi iura ſua detonat, inquit. Quòd ſi iura ſua detonat, non vtique vſurpata, ſed à Domino illi cõceſſa, cuius verba ad Petrum citat; Non iura priuata, ſed ſanctæ Romanę Eccleſię; *& quiſquis cuilibet Eccleſiæ ius ſuum detrahit, iniuſtitiam facit: qui autem Romanæ Eccleſiæ priuilegium, ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in hæreſim labitur; & cum ille vocetur iniuſtus, hic proculdubio dicendus hæreticus* 22. diſt. cap. omnes. Non mirum itaque, ſi qui notorius eſt hæreticus Mornæus, hæc iura conculcare velit. Iulius Marci ſucceſſor, (vt referunt Socrates lib. 2. cap. 7. & Sozomenus) lib. 3. cap. 1. cũ Athanaſij, & aliorum Epiſcoporum criminationes intellexiſſet, & omnes fidei Concilij Nicæni conſentientes reperiſſet eos in communionem recepit, ac, cùm propter ſedis dignitatem, cura omnium ad ipſum ſpectaret, ſingulis ſuam Eccleſiam reſtituit; Quia ſcilicet ex conſuetudine ſemper obſeruata intelligebant Epiſcopis iniuſtè damnatis, licuiſſe ad Romanum Epiſcopum prouocare, illum eſſe caput Epiſcoporum, illius eſſe eorum cauſſas dijudicare, eoſque ſuis ſedibus reſtituere: hanc eſſe ſedis illius dignitatem, vt omnium cura ad ipſum ſpectaret.

Hæreticus eſt dicẽdus qui Pōtificiũ Eccleſiæ Rom priuilegiũ auferre conatur.

In eadem epiſtola ſcribit, Patres Nicænæ Synodi ſtatuiſſe, *vt nullus Epiſcopus* (*canonis verba ſunt*) *niſi in legitima Synodo; & ſuo tempore Apoſtolica auctoritate conuocata, ſuper quibuſdam criminationibus pulſatus audiatur, vel, iudicetur, vel damnetur: ſin aliter præſumptum à quibuſdam fuerit, in vanum deducatur quod egerint, nec inter ſtatuta Eccleſiaſtica vllo modo reputetur*. Ipſi verò primæ ſedis Epiſcopo conuocandarum generalium Synodorum iura, & iudicia Epiſcoporum, ſingulari priuilegio, Euangelicis, & Apoſtolicis, atque Canonicis conceſſa ſunt inſtitutis; quia ſemper maiores cauſſæ ad Sedem Apoſtolicam, multis auctoritatibus referri præceptæ ſunt. Referuntur à Gratiano 5. q. 4 cap. *Nullus Epiſcopus*: Porrò dudum à Sanctis Apoſtolis, ſucceſſoribuſque eorum in præfatis antiquis decretum fuerat ſtatutis, quæ hactenus ſancta, & vniuerſalis Apoſtolica tenet Eccleſia, non oportere, præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari, nec Epiſcopum damnare, quoniam ſanctam Romanam Eccleſiam primariam eſſe voluerunt. Et ſicut B. Petrus Apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorum, ita & hæc Eccleſia, ipſius nomine conſecrata, Domino inſtituente, prima, & caput ſit cæterarum, & ad eam, quaſi ad matrem, atque apicẽ, omnes maiores Eccleſiæ cauſſæ, & iudicia Epiſcoporum recurrant, & iuxtà eius ſententiam, terminum ſumant; nec extra Romanum quidquã ex his debere decerni Pontificem. Referuntur 3. q. 6. c. dudũ poſt. *Si quis ab hodierna die, & deinceps Epiſcopum, præter huius ſanctæ ſedis ſententiam, damnare, aut propria ſede pellere præſumpſerit, ſciat, ſe irrecuperabiliter eſſe damnatum, & proprio carere perpetuò honore, eoſque, qui abſque huius ſanctæ ſedis ſunt eiecti ſententia, vel damnati, huius ſanctæ ſedis auctoritate ſcitote priſtinam recipere communionem, & in proprijs reſtitui ſedibus; quoniam & prius à tempore Apoſtolorum hæc huic Sanctæ ſedi conceſſa ſunt, & poſtea in memorata Nicæna Synodo*. Verũ Morneus.

De iudicijs Epiſcoporum.

Vtrumque (inquit) *falſum*. Pag. 31.

QVia nimirum viginti tantum canones Nicæni Concilij cum proteſtantibus admittit. Atqui ſupra oſtenſum eſt, præter illos viginti, alios à ſanctis Patribus Nicæni Concilij canones citari: & Iulius, qui fuit paulò poſt Concilium Nicænum, certò ſciuit, qui ſtatuti eſſent in Concilio Nicæno, quos Romam allatos eſſe nihil dubium: Vtrùmque igitur ſtatutum in Nicæna Synodo. In Sardicenſi Concilio, cui præfuit Oſius, ſtatutũ eſt, vt Epiſcopi depoſiti, bonæ cauſſæ ſibi conſcij, poſsint ad Epiſcopum Romanum appellare, can. 4. & 7. ſed Mornæus vult in caſu particulari hoc eſſe ſtatutum, non ad omnes generaliter extendendum, & Iulio indultum, non cuilibet Epiſcopo Romano tribuendum: Quaſi verò Canones ſacri, qui in Concilijs ſtatuuntur, non intelligantur extendi vniuerſaliter, & non ad caſum particularem reſtringi. An non poteſt ſæpè accidere, vt Epiſcopi iniuſtè deponantur? Neq; dicit Canon, vt ad Iulium (quemadmodum fingit Mornęus) ſed ad Epiſcopum Romanum poſſint appellare, tanquàm ad ſuperiorem; vt indefinita ſit propoſitio, quæ æquipolleat vniuerſali: & certè conſuetudo optima eſt legis interpres: non ſolum autem ad Iulium, ſed & ad alios Romanos Pontifices Epiſcopi antea, & deinceps appellarunt; nimirùm quia Eccleſia Romana eſt Apoſtolica ſedes, & caput Eccleſiarum. Id confirmatur ex D. Auguſtino epiſt. 162. *Neque enim* (inquit) *de Presbyteris, aut Diaconis, aut inferioris ordinis, Clericis: ſed de Collegis* (Epiſcopis) *agebatur, qui poßunt aliorum collegarum iudicio, præſertim Apoſtolicarum Eccleſiarum cauſſam ſuam integram reſeruare*; ſed, inter Apoſtolicas Eccleſias, Romanam ſemper tenuiſſe principatum ibidem ſcribit. Nunc ad oppoſitiones productas à Mornæo veniamus; & quàm variè ab alijs interceſſum, à quibus, & quàm iuſtè, examinemus.

Canones in Concil. Nic. plures viginti.

De appellationib. Epiſcoporũ depoſitorũ ad Rom. Pont.

Sēſus Mornæi de 4. et 7. can. Concil. Sardicenſis.

Idem refellitur.

Canones Cõciliares vniuerſaliter, & ad quoſq; caſus extenduntur.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem Quintam.

Pag. 31. An Marco Liberius oppoſitus.

MAreo Pontifici, Athanaſij defenſori, Liberium ſucceſſorem, aduerſarius opponit, qui eum damnauit, prout ex epiſtola eius conſtat, quam hic citat. Id Catholici fatentur, & illius epiſtolas agnoſcunt, & eas ex Bibliotheca Vaticana exſcripſerunt, & in lucem ediderunt. Inter cæteros, Baronius ad annum Chriſti 357. neque enim ſuppreſſa veritate, aut confictis mendacijs, more hæreticorum, ſanæ fidei dogmata perſuadere ſolent, cùm iſti ſuos errores non alia via ſimplicioribus obtrudant. Sed reſpondetur, Liberium magna libertate primùm defendiſſe Athanaſium, etiam coram Imperatore, nec vllis minis, aut muneribus abduci potuiſſe, vt eius damnationi ſubſcriberet, vt referunt Athanaſius ipſe epiſtola ad ſolitariam vitam agentes: Theodoretus lib. 2. cap. 16. Sozomenus lib. 4. cap. 10. Nicephorus lib. 9. cap 35. ob idque cum in exilium eiectum, & Felicem in eius locum ſuffectum; Poſt biennium verò exilij pertæſum, & fortaſſe cupidum Romam remigrandi, communionem iniiſſe cum Arianis, & ſententiam ab eis contra Athanaſium latam ratam habuiſſe: Vbi nullo modo excuſari poteſt; Quia tamen Mornæus ſcribit, Athanaſium miſerum hoc ei perhibere teſtimonium, valde obſeruanda ſunt, quæ circa hoc ſcribit Athanaſius epiſt. ad ſolitariam vitam agentes. *Liberius poſt exactum in exilio biennium inflexus eſt, miniſque mortis ad ſubſcriptionem inductus eſt.* Quare, illud ipſum quoque ſatis indicat, & eorum violentiam, & Liberij in hæreſim odium, & ſuum pro Athanaſio ſuffragium, cùm liberos affectus haberet: Quæ enim per tormenta, cõtra priorem eius ſententiam extortæ ſunt, eæ iam non metuentium; ſed ita cogentium voluntates habendæ ſunt: vt ſatis teſtetur non ex animo id feciſſe Liberium. Deinde Marcus, & Liberius, ille defendendo, hic cõdemnando Athanaſium, nullo modo ſunt diſcordes; nam Marcus defendebat, quod ſciret, eum perſecutionem pati, cauſa fidei, vt tueretur potius fidem Catholicam, quàm Athanaſium: Liberius autem non contra fidem Concilij Nicæni, ſed contra Athanaſium ſubſcripſit; licet enim ea ſubſcriptio poſſet etiã ad cauſſam fidei quodammodo trahi, quia conſtabat Athanaſium eſſe catholicum, & pro fide perſecutionem pati; tamen poterat etiam, ſalua fide, fieri, quia etiam Catholicus Epiſcopus meretur, ob alias cauſſas, interdum deponi. Hæc autem non eò dicuntur, quòd Athanaſius quid tale eſſet meritus, ſed quia minus graue ſit malum, contra Epiſcopum catholicum, cui alia crimina obijciuntur, ſubſcribere, quàm contra fidem. Neque verò Orientales in Epiſcopali iudicio, tam fidem, Athanaſio quàm alia crimina obijciebãt; vnde ſubſcriptio, Liberij, ſi qua fuit, non contra fidem fuit, ſed cõtra Athanaſium, eaque non niſi vi, metuque extorta. Vndè conſtat, quàm falſa ſit interpretatio Mornæi, quòd Liberium pacem inire cum illis Epiſcopis, & Athanaſij damnationi ſubſcribere, fuerit idem, ac ſi diceret, Nicænæ Synodo abrenuncio. Adde ab eo tempore, ex præſumptione hæreſeos, ob communicationem cum Arianis, & ſubſcriptionem in damnationem Athanaſij, à Clero Romano abrogatum eſſe Pontificatum Liberio; & Felicem, qui prius erat ſchiſmaticus, & intruſus, cæpiſſe eſſe verum, & legitimum Pontificem: & is quidem animaduertens periculum Eccleſiæ, & fidei, non ſolum receſſit à communicatione Arianorum, ſed etiam, coacto Concilio, declarauit, Imperatorem Conſtantium, & Epiſcopos Vrſatium, & Valentem, cùm quibus Liberius pacem fecerat, verè eſſe hæreticos. Ex quibus intelligitur, Epiſcopum Romanum nunquàm ſubſcripſiſſe in condemnationem Athanaſij; neque enim Liberius, quoad legitimus Põtifex fuit, neque Felix, poſtquàm, abrogato Liberio Pontificatu, ex præſumptione hæreſeos, cæpit eſſe legitimus Pontifex id fecit; Liberius ipſe, poſtquàm, ex conſenſu Cleri Romani, mortuo Felice, denuò Pontificatum ſuſcepit, fidem Nicænã magnificè prædicauit, & defendit. Illa igitur anterior ſubſcriptio, peccatum fuit Liberij, ſed non Epiſcopi Romani: Quòd enim tunc temporis, etiam viuente Liberio, Felix fuerit legitimus Põtifex, conſtat ex teſtimonio Eccleſiæ, quæ eum, vt Papam, & Martyrem, colit.

Catholici fatentur.

Liberius primò acerrimè defendit Athanaſium.

Poſt biennium verò ratã habuit Arianorum ſententiã, in Athanaſium latã.

Inuitus tamen.

Liberius ſubſcripſit cõdemnationi Athanaſij, ſed non Synodi Nicænæ.

Falſa quædã Mornæi interpretatio.

Pontificatus à Clero Romanò abrogatus Liberio.

Quomodo Epiſcopus Rom. nunquam ſubſcripſit in cõdemnationem Athanaſij.

Liberio viuente, Felix extitit legitimus Pontifex.

Quod attinet ad D. Hieronymum, quem citat contra Liberium Mornæus: ille equidem ſcribit in Chronico, & in Catalogo ſcriptorum ad Fortunatianum, Liberium tædio victum exilij, in hæreticam prauitatem ſubſcripſiſſe: Reſpondetur ſecundum famam de Liberio tùm ſparſam id Hieronymum ſcripſiſſe. Quòd enim Hieronymus in ea cauſſa deceptus fuerit, Scriptorum Eccleſiaſticorum, Socratis, Theodoreti, Sozomeni, & Seueri Sulpicij, teſtimonia abundè probant. Aut etiam cùm Bellarmino dicemus, nunquam expreſsè, interpretatiuè tamen Liberium in hæreſim conſenſiſſe; nam Athanaſium damnari permiſit, quem ſciebat, cauſſa fidei perſecutionem pati; & cum Valente, & Vrſatio communicauit, quos non ignorabat, hæreticos eſſe, etſi aliud ſe eſſe ſimularent: & hoc eſt, quod ſignificare voluit D. Hieronymus; cùm tamen, vt dictum eſt, aliud ſit ſubſcribere in damnationem alicuius Epiſcopi Catholici, cui alia crimina, etſi falſa, obijciuntur; aliud in damnationem fidei Catholicæ.

Obiectio ex D. Hieron.

Reſponſio.

Alia reſponſio.

Quod exclamet Hilarius. *Hæc eſt perfidia Arianæ: Anathema tibi à me dictum, Liberi;* ea eſt cauſſa, quia ſubſcripſerat damnationi Athanaſij, & communicauerat cùm Epiſcopis Arianis, vnde poterat præſumi, eum Arianæ perfidiæ cõſentire, & in hoc grauiſsimè eum peccaſſe, non eſt dubium.

De Hilario.

Nunc aliam oppoſitionem producit.

Oppoſitio ſexta.

Progreſſu præcedente, Iulij meminerat, quòd quoſdam Epiſcopos ab Orientalibus depoſitos reſtituiſſet ſuis Eccleſijs, & eos ſuis litteris incuſaſſet, quòd ſe inconſulto, de hiſcè viris iudicaſſent. Nunc igitur in oppoſitione pergit:

Pag. 31.

Sed enim Iulio Epiſcopo Orientales quid reſpondent? Hi Iulij reprehenſionem contumeliæ loco ducunt.

Epiſcopi, qui Iulij reprehenſione loco contumeliæ duxerunt, nõ niſi Ariani.

SEd qui illi Epiſcopi? Nonnè Sycophantæ, & Arianæ perfidiæ fautores, qui Athanaſium, cauſſa fidei perſequebantur, & è ſede ſua eũdem eiecerant, atque in eius locum ſubrogauerant Arianum Gregorium Capadocem? qui deiecto item Paulo Conſtantinopoli, Macedonium hæreticum ſuffecerant; hos ſuis ſedibus Iulius reſtituit, & pro his reſcripſit. Non Iulius ipſe, ſed Scriptores Eccleſiaſtici aſſerunt, quòd, cùm, propter ſedis dignitatem, cura omnium ad ipſum ſpectaret, ſingulis ſuam Eccleſiam reſtituit. Quòd ſi illi Epiſtolam ironiæ plenam, & minarum non expertem grauiſſimarum reſcripſerunt; an ideò aliquid de auctoritate Iulij Romani Pontificis decidebat? De auctoritate Principis, non eſt petendum ab hoſtibus iudicium. Quod ſi oſtendũt, μὴ δεῖν κανονίζεσθαι παρ' αὐτοῦ; neque perduelles vellent à Principe, quantumuis legitimo leges accipere: Quid aliud Chore, Datan, & Abiron auctores ſchiſmatis de Moyſis auctoritate iudicarunt, niſi μὴ δεῖν κανονίζεσθαι παρ' αὐτοῦ? ideo Schiſmatici: ſed nihil inde auctoritati Moyſis à Deo ordinati Principis decreſcebat: & quando, auctore Sibâ populus dilapſus eſt à Dauid; quid hæc verba ſonabant: *Quæ nobis pars in Dauid, in filio Iſai.* niſi, μὴ δεῖν κανονίζεσθαι παρ' αὐτοῦ. In ea epiſtola Iulio obijciebant, criminis loco, quòd cùm Athanaſio, & reliquis cum eo Epiſcopis communicauerat: quid hoc erat, niſi profiteri, ſe Arianos, & (ſi admittẽda Mornæi interpretatio) Nicænæ Synodo abrenunciare?

De prætextu orientalium contra Iuliũ Papã.

Num. 16.

2. Reg. 20.

Iulij epiſtola in controuerſiam vocata.

Iulij Epiſtolam ad Orientales Epiſcopos, quæ habetur in 1. vol. Conciliorum, eo confictam eſſe Mornæus affirmat, quòd in ea

Pag. 31.

Pronunciare non vereatur, in Nicæna Synodo canonibus iubentibus, non debere, præter ſententiam Romani Pontificis, vllo modo Concilia celebrari, nec Epiſcopos damnari, in qua ſanè (inquit) *nihil prorſus tale.*

NImirum Mornæus, poſt tot ſæcula, melius nouit, quæ decreta eſſent in Nicæno Concilio, quàm Iulius Pontifex. Apud Sozomenum lib. 3. cap. 7. cum Iulius Epiſcopos Orientales incuſaſſet, quòd inconſulto ſe, de Athanaſio, & alijs Epiſcopis iudicaſſent, Eccleſiaſquè perturbaſſent, cùm decretis Concilij Nicæni ſtare nollent, ſubijcit: *De rebus quas contra Concilij Nicæni decreta geſſerant, nihil ei reſcripſerunt*; ergo ſatis intellexerunt decretis Nicænæ Synodi contineri, non eſſe, inconſulto Romano Pontifice, damnandos, aut deponendos Epiſcopos; alioqui Iulio reſcripſiſſent, eum imponere Patribus Nicæni Concilij, qui numquam tale ſanciuiſſent; aut confictos canones, ad aſſerẽdum ſuam auctoritatem, producere. Docuimus ſuperiùs, præter viginti canones, qui à Mornæo, & à proteſtantibus recipiuntur, alios citari à Patribus; & ſi valet argumẽtum Mornæi, illa Epiſtola Iulij quæ habetur in primo volumine Concilij, eſt conficta, quia in ea citantur decreta, quæ in Concilio Nicæno nunc non extant, ſimiliter etiam licebit argumentari. Diuus Ambroſius epiſt. 82. *Qui iterauit* (inquit) *coniugium, prærogatiua exuitur ſacerdotis: Nec ſolum hoc Apoſtolus de Epiſcopo, & Presbytero ſtatuit, ſed etiam Patres in Concilio Nicæno tractatus addiderũt, neque clericum quemquam debere eſſe, qui ſecunda coniugia ſortitus ſit:* Atqui nihil tale habetur inter viginti canones, ergò Epiſtola illa conficta. Diuus Hieronymus epiſt. ad Oceanum: *In Nicæna Synodo* (ſcribit) *à Patribus eſt decretum, ne de alia, ad aliam Eccleſiam Epiſcopus transferatur*: nihil tale inter viginti canones, ergo epiſtola illa conficta. D. Auguſtinus epiſt. 110. *Sedi cum patre, & Epiſcopo meo ſene Valerio, quod Concilio Nicæno prohibitũ fuiſſe neſciebam*: vbi ſignificat, in Concilio Nicæno prohibitum fuiſſe, ne Epiſcopus ſibi ſucceſſorem ſubſtitueret, quod illic non habetur, ergo conficta illa epiſtola. Idem lib. 2. de Baptiſmo contra Donatiſtas capit. 9. teſtatur, in plenario Concilio, quod antequam ipſe natus eſſet, conuenerat, definitum eſſe, *nè ſemel ab hæreticis baptizati rebaptizarentur*: Qui locus de Nicæno Concilio neceſſario intelligendus, quod ſolùm ex plenarijs Concilijs, antequam natus eſſet Auguſtinus, conuenerat: non tamen id oſtendet Mornæus inter canones Nicæni Concilij: confictus igitur ille liber?

Refellitur ratio, quæ Mornæus probat, epiſtolã Iulij eſſe confictã.

Quædã in Concil. Nicæno decreta eſſe tradũt. Ambr. Hieron. & Augu. quæ tamẽ iam in viginti canonib. nõ extant.

Quoad Gloſſam, quàm citat Mornæus ad illa verba Epiſtolæ Iulij. *In Nicæna Synodo, canonibus iubentibus, non debere, præter ſententiam Romani Pontificis vllo modo Concilia celebrari, nec Epiſcopos damnari.*

In qua nihil prorſus tale, quod ipſa Gloſſa in hanc Epiſtolam agnoſcit his verbis: Non aperte, ſed reducibiliter. Pag. 32.

Tam longè aliter ſe res habet, vt potiùs Gloſſa hæc reperiatur ex diametro oppoſita commẽtitiæ gloſſæ Mornæi. ſiquidem ſic habet: Hi Canones non extant iam: ſunt ergo plures, quàm viginti. Vide autem in Concilio Sardicenſi cap. 5. Quoad articulum, de damnatione Epiſcoporũ; Sardicenſis plura capita ſunt, ex Nicæna Synodo accepta, vt patet in decretis, diſt. 26. viginti autem, ſed & quoad primum articulum in cap. 20. Synodi Antiochenæ: vnde igitur illa gloſſa epiſtolæ Iulij, quòd hi canones ſanciti ſunt in Concilio Nicæno

Interpretatio quædã falſo attributa Gloſſæ à Mornæo.

Non aperte ſed reducibiliter, Pag. 32.

Niſi forraſſe excogitata à nouo hoc, & ſubtili Interprete?

Sic

Pag. 32. *Sic protegendi Athanaſij prætextu* (inquit) *ambitio Epiſcopi Rom. gliſcebat.*

ET accuſandi, ac criminandi Athanaſium prætextu Arianiſmus gliſcebat: ſed Mornæi magis refert conculcati fidem catholicam, proſcribi Concilium Nicænum, præualere Arianiſmum, quàm gliſcere Epiſcopi Romani quam ipſe vocat, ambitionem, quæ non conſiſtebat in alio, quàm in tuenda fide Nicæna, & Epiſcopis Catholicis, inprimiſque Athanaſio ab impio furore Arianorum (qui Conſtantio Imperatore ſubnixi, omnia pro libidine agebant) defendendis. Vnde conſtat Mornæum, Arianum ſe prodere, immò non eſſe aliud, quàm Cloacam omnium hæreſeom. Aſt Baronium quomodò taxat Nugigerulus?

Mornæus Arianorū fautor.

Pag. 32. *Syluestrum Epiſcopum Romanum* (inquit) *Imperiali habitu producebat.*

ATqui Diuus Bernardus libro 4. de conſideratione capitulo tertio. *In his* (inquit) *Conſtantino ſucceſſiſti, non Petro*, nimirùm quòd Pontifex procedat aliquando vel gemmis ornatus, vel ſericis, tectus auro, aut vectus æquo albo, ſtipatus milite, aut circumſtrepentibus ſeptus miniſtris, quæ minimè repræhendit in Pontifice Diuus Bernardus: Innocentius Tertius ſermone tertio in conſecratione Pontificis. *Dotem mihi tribuit* (inquit) *abſque pretio pretioſam, ſpiritualium videlicet plenitudinem, & latitudinem temporalium, magnitudinem, & multitudinem vtrarumque. Nam cæteri vocati ſunt in partem ſollicitudinis, ſolus autem Petrus aſſumptus eſt in plenitudinem poteſtatis. In ſignum ſpiritualium, contulit mihi Mitram, in ſignum temporalium dedit mihi Coronam. Mitram pro ſacerdotio, coronam pro regno; illius me conſtituens Vicarium, qui habet in veſtimento, & in fœmore ſuo ſcriptum:* Rex Regum, *& Dominus Dominantium.* Et rectè Baronius ad annum Chriſti 324. *Paſſurusnè Conſtantinus æquo animo eſſet, Idolorum Chriſtianis ſemper aduerſantes ſacerdotes, honorum gloria ſuperextolli, Chriſtianæ verò Religionis Antiſtites, quibus ipſe caput ſubijceret, &, vt pro ipſo ad Deum preces funderent, precibus interpellaret, humi iacere depreſſos, & nullius gloriæ fulgore conſpicuos, ignobiles apparere?* Non itaque Baronius Syluestrum habitu Imperiali, vt fingit Mornæus, producit, ſed Pontificio, qui tantam dignitatem, quanis temporali, etiam ipſa imperiali, ſublimiorem deceat, ac eandem referat. Rurſum Mornæus obgannit

De Pontifica li pompa.

Quid mitra Pontif. quid corona ſignificet.

Pag. 32. *Si quæ ei fides Marcum ſucceſſorem pallium Epiſcopis tribuentem, inducit.*

QVod ſcribit Baronius ad annum Chriſti 336. ex auctore Libri, de Romanis Pontificibus, conſtituiſſe Marcum Sylueſtri ſucceſſorem, vt Epiſcopus Oſtienſis, qui conſecrat Epiſcopos vrbis, tunc pallio vteretur, & ab eodem vrbis Epiſcopus conſecraretur, examinat Mornæus; & Epiſcopi cuiuslibet eſſe, non Epiſcopi Romani inſigne, ab eodem Metropolitanis aliquando ſolitum impertiri, contendit. Neque verò, Baronius illud deriuari docet à Iudæorum ſummo Sacerdote, ſed, quòd ſicut olim in ſacerdotio Hebræorum erat ſummi Sacerdotis ſuperhumerale inſigne, quo nefas eſſet aliquem alium Sacerdotum, vel Pontificum indui: ita in Chriſtianæ Religionis Sacerdotio genus illud indumenti, quod pallium dicimus, ſummi tantùm Pontificis ceſsit vſui; ab eo tamen compluribus Epiſcopis, magna ex cauſſa, communicatum. Scribit Baronius quod hic primùm mentio in rebus geſtis Romanorum Pontificum habetur de pallio ſummi honoris, & poteſtatis plenitudinis indice. Inde Mornæus;

De pallijs ab Epiſcopo Romano datis.

Ad cuius ſimilitudinē poſitum in vſu ſit Pallium Pontificum.

An non nouum apertè prodit? Pag. 32.

QVæ tamen non eſt conſequentia neceſſaria: & ſi tunc nouum, nunc, poſt millè, & ferè trecentos annos, ex quo à Pontifice Romano dari ſolitum, certè antiquum. De honore, & vſu pallij legi poteſt Gratianus diſt. 100. item ext. de auctoritate, & vſu pallij. Gregorius Pontifex lib. 7. indict. 2. epiſt. 5. ad preces Reginę Francorum Brunechildæ, & deſideria Imperatoris, pallium Siagrio Epiſcopo concedit, vbi & teſtatur priſcam conſuetudinem obtinuiſſe, vt honor pallij, niſi ex ingentibus cauſſarum meritis, & fortiter poſtulanti, dari non debeat. Et indict. 2. epiſtol. 129. Maximo Epiſcopo Salonitano ſcribens, pallium, ad ſacra miſſarum ſolemnia, vtendum ex more tranſmittere ſe ad eum ſcribit, cuius etiā ſignificationem pluribus verbis explicat. Idem lib. 2. indict. 10. epiſt. 140. ſcribens Natali Epiſcopo Solitano, præcipit, vt Honoratum Archidiaconum in ſuum locum reſtituat. *Quòd ſi forte facere diſtuleris,* (inquit) *vſum tibi pallij, qui ab hac ſede conceſſus eſt, noueris eſſe ſublatum.* Lib. 4. indic. 13. epiſt. 11. Ioanni Epiſcopo Rauennati ſcribens, qui volebat ſibi in litanijs vſum pallij concedi, dubitabatur autem, an fuiſſet hæc conſuetudo ſuis deceſſoribus; donec ſubtilius, veriuſque aliquid cognoſceretur; in litanijs ſolemnibus, id eſt die natalitio Beati Ioannis Baptiſtæ, & Beati Petri Apoſtoli, & Beati Apollinaris Martyris, atque in ordinationis ſuæ celebratione, concedit. Lib. quarto indict. 13. Epiſt. 50. Virgilio Epiſcopo Arelatenſi ſcribens: *Quod iuxta antiquum morem* (inquit) *vſum pallij, ac vices ſedis Apoſtolicæ poſtulaſti, libenti animo poſtulata concedimus, nè aut vobis quicquam de debito honore ſubtrahere, aut præcellentiſſimi filij noſtri Childeberti Regis petitionem contempſiſſe videamur.* Ex teſtimonio igitur Gregorij antiquus mos ille eſt, concedi pallium à Romano Pontifice. Quis igitur iſte eſt adeò temerarius, vt ſeſe tot teſtimonijs ſanctiſſimi illius, & doctiſsimi, rerumque Eccleſiaſticarum peritiſsimi, qui mille ab hinc annis viuebat, & de priſco more Romano Pontifici concedendi pallium teſtatur, opponat? At interpretatur non eſſe donatiuum à Romano Pontifice accipiendum, & cuilibet Epiſcopo officium

Qui agant de honore, & vſu pallij.

Grego. Siagrio Epiſcopo Pallium concedit.

Idē Maximo Epiſcopo Salonitano.

Greg. Pallij ſignificatio nē explicat.

Minatur ſublatione vſus Pallij.

Concedit etiā Ioan. epiſcopo Rauennati vsū Pallij in litanijs ſolemnibus.

De Pallijs mos antiquus.

P ſuum

Digitized by Google

ſuum exequenti conuenire. Nicolaus Primus ſcribens ad Hinemarum Archiepiſcopum Rhemenſem, eum reprehendit, quòd intellexiſſet, non certis temporibus, & iuxta morem alijs Metropolitanis Antiſtitibus definitum, pallio à ſede Apoſtolica conceſſo, vti. Leo nonus epiſtol.4. ſcribens Petro, & Ioanni Epiſcopis Affricanis, dicit, quòd ſolus Carthaginenſis Archiepiſcopus in Africa pallium ab Apoſtolica ſede habere ſolet; vnde, & Epiſcopos conſecrandi principale, & antiquum ius retinet.

Solus Carthaginenſis Archiep. in Africa palliū habere ſolebat, ſcribente Leone IX.

Gregorius ſeptimus ſcribens Rothomagenſi Archiepiſcopo, eum arguit, quòd pallium à ſede Apoſtolica non poſtulauit: *Teipſum namque non ignorare non putamus*, (inquit) *quàm diſtrictè ſanctorum cenſura in eos vindicandum ſtatuerit, qui, poſt conſecrationem ſuam, per tres continuos menſes, pallium, quod ſui ſit officij, obtinere tepuerint*. Igitur ex antiquo more Pontifex Romanus pallium confert, nec cuilibet Epiſcopo officium ſuum exequenti conuenit: & ita intellexerunt hactenus non modò Romani Pontifices, (nè eos in ſua propria cauſſa loqui cauilletur Mornæus) ſed & totius Chriſtiani orbis Antiſtites.

Nō cuilibet Epiſcopo ſuū officiū exequenti conuenit palliū.

Quod vocat,

Pallium prærogatiuam præſenti ære redimendam;

Pag. 32.

IN contrarium citatur canon apud Gratianum diſtinct.100. cap.nouit. ex Diuo Gregorio libro quarto epiſtol.55. ad Ioannem Epiſcopum Corinthiorum, vbi aliquid accipere pro pallio, ſub diſtricta interdictione vetatur.

Palliū gratuitum.

Ita Baronius ad annum Chriſti 340. *A Iulio Romano Pontifice indicitur Synodus in cauſſa Athanaſij, quam legati Ariani viſi eſſent expoſcere. Licet autem re vera ea potius fuerit illa quadam apparens tergiuerſatio, vt ſic vitarent potiùs aduerſum ſe pro Athanaſio pronunciandam à Romano Pontifice ſententiam, quàm Synodi ex animo poſtulatio facta: nihilominus, nè quid in eos tyrannicum à Iulio Papa ijdem quererentur perpetratum, indulſit ille benigno animo petitioni ipſorum*. De hac indicta Synodo, ſic etiam Athanaſius epiſtol. ad ſolitariam vitam agentes: *Epiſcopus Romanus Iulius Synodum iuſſit fieri vbicunque vellemus, vt tutò & crimina obijcerent, & inuicem ſibi obiecta refutarent, id enim eorum legati, cùm ſe vinci animaduerterent, poſtularunt*. At Mornæus:

Indicta Synodus in cauſa Athanaſij.

Num hæc vniuerſalis Synodus? num non particularis, qualem cuique Metropolitano in ſua diocæſi indicere ius?

Pag. 32.

AT citatur Athanaſius, qui, tanquàm reus cauſſam dicturus, illuc continuò conuolauit: igitur Epiſcopus Alexandrinus, qui erat Patriarcha, Iudicem agnouit Romanum Pontificem. Citantur & orientales illi Epiſcopi, quorum rogatu etiam Iulius Synodum indixerat; igitur ad diœceſim Romani Pontificis, ex argumento Mornæi, pertinet Aegyptus, Pentapolis, & Lybia, item & Oriens.

At Oecumenicam Synodum certè niſi Imperatoris mandato, nullam.

Pag. 33.

IPſi non alia mens, quàm omnia confundere, & contra Chriſti inſtitutum, Laicis Regimen Eccleſiæ committere, cùm tamen illi non ſint ſucceſſores Apoſtolorum, quibus Chriſtus adminiſtrandam ſuam Eccleſiam, & gregem ſuum paſcendum commiſit.

Hoc ſit argumento (inquit) *nullum Epiſcopum vniuerſalem tùm agnitum.*

Pag. 33.

HOc negamus, quod neque probat iſte, neque vnquam probare poterit. Et ſi non eſſet Epiſcopus vniuerſalis, hoc eſt habens iuriſdictionem in omnes, neque Patriarcha Alexandrinus ad eum prouocaret, neque Orientis Epiſcopi eius auctoritate Synodum indici poſtularent.

Rom. Epiſcopus vniuerſalis eſt.

Ad quæſtionem. *Nùm vniuerſalis Synodus, an particularis?* Equidem, ſi Iulius conuocaſſet Epiſcopos totius orbis, & actum fuiſſet non modò priuatim de cauſſa Athanaſij, ob crimina illi ab Arianis obiecta, ſed & de cauſſa fidei, quæ ad omnes pertineret; non dubium, futuram fuiſſe Synodum vniuerſalem. At Pontifex poterat etiam indicere concilium, quod eſſet Nationale, ex Epiſcopis dumtaxat Italiæ, quemadmodùm iſtiuſmodi aliquot à Pontificibus aliquando indicta ſunt. Debile verò eſt argumentum Mornæi:

An Synod. à Iulio conuocata ſit vniuerſalis an particularis.

Ante Conſtantinum per 300. plus minus annos, nullam Synodum vniuerſalem, vix Nationalem aliquam in Eccleſia Chriſtiana legas, cùm tamen Romæ non deeſſet Epiſcopus;

Pag. 33.

CVius rei ratio certè non eſt, quia oporteret Imperatorem eſſe, qui conuocaret Concilium, ſed quia ſæuiebat perſecutio Imperatorum, ad tempus vſque Conſtantini contra Eccleſiam, nec poterant tutò Epiſcopi ex toto orbe conuenire in vnum locum; & vigebat illa lex Imperialis antiqua, fortaſſe in odium Chriſtianorum edita, quæ prohibebat omnia collegia, & frequentes hominum conuentus, ſine Imperatoris auctoritate; de qua L. I. D. de collegijs illicitis, & L. conuenticula C. de Epiſcopis, & Presbyteris: & nonniſi conſenſu, & auctoritate Pontificis, vt iam ſupra oſtenſum eſt, Conſtantinus indicere potuit: Iulium Synodum illam indixiſſe, petente Athanaſio, Euſebianis quoquè eius aduerſarijs, non vt iudicaret de appellatione, ſed vt, Arbitri inſtar videret, qua ratione controuerſia poſſet componi, aſſerit Mornæus: ad idque producit auctoritatem Athanaſij:

Ante Conſtantinū nulla Synodus generalis: & quare.

Lex Imperialis antiqua, citra omnia collegia, et frequentes hominū conuentus, ſine Imperatoris auctoritate.

Euſebiani (inquiens) *ad Iulium litte-*

ras

Pag. 33.

ras miſerunt, & ,vt nos terrerent, Synodű iuſſerunt conuocari, et ipſi Iulio, ſi vellet, arbitrium cauſſa detulerunt:

VErùm non ab Euſebianis qui Ariani erant, vt neque nunc à Lutheranorű, & Caluiniſtarum teſtimonio, & iudicio, petendum eſt argumentum pro auctoritate Romani Pontificis; ſed magis ab Athanaſij, & Catholicorum Epiſcoporum, qui ad eum appellarunt. Ita Liberatus in breuiario: *Beatus Athanaſius ad Romanum Pontificem appellauit.* Quid, quòd illi apud Iulium ſe purgarunt, & ab eo ſuis ſedibus reſtituti ſunt, cùm propter ſedis dignitatem, cura omnium ad ipſum ſpectaret? appellatio autem eſt ad ſuperiorem, & iudicem non ad arbitrum. Euſebiani accuſatores erant, reus factus eſt Athanaſius: poſtulant à Iulio conuocari Synodum: hoccinè eſt ei arbitrium deferre, & non cauſſæ iudicem agnoſcere? Quòd ſi volebant ab eo iniri rationem aliquam componendæ controuerſiæ, vtique, & qui iudex eſt, poteſt conſtitui arbiter.

Iulius in cauſſa Athanaſij nõ arbiter tãtùm, ſed iudex.

Synodum illam à Iulio conuocatam minimè fuiſſe Oecumenicam, ex verbis epiſtolæ Iulij colligit Mornæus,

Pag. 33.

Quanquàm ſolus ſim, qui ſcripſi, non meam tamen ſolius ſententiam, ſed omnium Italorum, & omnium in his regionibus Epiſcoporum, ſcripſi: & hic igitur non vniuerſalis, ſed Italica Synodus:

ATqui nec nos contendimus fuiſſe vniuerſalem, ſed quemadmodum ex Italia, ita ex cæteris Prouincijs conuocare poterat Epiſcopos, & pro ſua auctoritate, Athanaſium Alexandrinum, & Euſebianos Orientales eò venire iuſsit. De his ita Athanaſius epiſt. ad ſolitariam vitam agentes: *Romæ verò congregati Epiſcopi propè quinquaginta, Euſebianos, vt ſuſpectos, timentesque, ſe ſiſtere, non receperunt; &, quæ ab ipſis ſcripta eſſent, pro vanis habuerunt; nos autem receperunt, noſtramque communionem amplexi ſunt.* Et paulò ante ait: Epiſcopus Romanus Synodum iuſsit fieri, *vbicunque vellemus.* Papa igitur, vbicunque vellet, Synodum conuocandi poteſtatem olim iam habuit: quia videlicet totius Eccleſiæ curam geſsit, & ita vndecunque vocandi Epiſcopos ius habebat. Quòd verò arguit Mornæus ex verbis Athanaſij.

Synod⁹ iſta nõ fuit vniuerſalis.

Papa, vbicumq; vellet, potuit Synodũ cõgregare.

καὶ αὐτὸν Ἰούλιον, εἰ βούλοιτο, κριτὴν γενέσθαι;

Pag. 33.

Interpres arbitrium vertit, quem Baronius ſecutus de ſupremo Iudice εἰ βούλοιτο *num dicturus?*

Si vis facienda in verbis, vtique, & κριτὴς iudicem ſignificat, & dicitur arbitrium boni viri iudicis æqua ſententia, hoc eſt, id quod bonus, & prudens, ſeu iuſtus vir ſtatuere debet, non cuiuslibet praua ſententia, ſed incorruptum animi iudicium, quod pendet ex religione iudicantis: ita interpretari poſſumus, vt Iulius ipſe iudicaret, aut tanquàm arbiter totam controuerſiam componeret, aut certè conuocata Synodo, vel alibi cauſſam iudicandam decerneret. Et Socrates lib. 2. cap. 9. ſcribit de Euſebio Nicomedienſi hæretico, quòd legatum ad Iulium Epiſcopum Romanum oratum miſit, vt ipſe in cauſſa Athanaſij, iudex eſſe vellet, litiſque dijudicationem ad ſe transferret. Et quidem conſtat ex Athanaſio, Epiſt. ad ſolitarios, Euſebianos, vel inuitos agnouiſſe Iulium legitimum eſſe illius cauſſæ iudicem, & conſcientiæ metu, illius, & Romani Concilij ab eo conuocati iudicium ſubterfugiſſe: *Cæterum, Euſebiani* (inquit Athanaſius ibidem) *vbi ſemel audiſſent, Eccleſiaſticum conſeſſum fore, vbi nec comes affuturus eſſet, neque ſatellites pro foribus excubarent, nec ex Cæſaris præſcriptis, omnia fierent, quibus rationibus, & non alijs Epiſcopos vicerant; immò qui ſine hoc præſidio ne loqui auderent quidem, ita inhorruerunt, ac metu contracti ſunt, vt presbyteros detinerent* (Legatos nimirum Iulij) *vltra diem condictam, cauſſationem interim turpem fingentes, ſe ob bella Perſarum venire non poſſe: ſed nihil in ea re veri, metus enim conſcientiæ eos impediebat. Quid enim negotij Epiſcopis cùm bello? aut quid obſtaculi illis à Perſis oriebatur, quo minus Romam, quamuis longinquam, & transmarinam vrbem proficiſcerentur?* Vbi non eò impudentiæ venerunt, quò Mornæus, vt negarent, Epiſcopum Romanum in ea cauſſa, quæ vertebatur inter eos, & Athanaſium, legitimum eſſe iudicem; ſed cùm ſuæ cauſſæ diffiderent, quamcunque viam ſubterfugiendi iudicium commenti ſunt.

Mornæus impudentior Arianis.

Pag. 33.

Synodum (inquit) *Antiochiæ indicunt, in qua vel ipſo Baronio teſte, plures orthodoxi, quàm Arriani.*

QVoad Synodum ab Euſebianis conuocatam, & celebratam Antiochiæ, ſcribit Baronius ad annum Chriſti 341. art. 4. & 5. ex Athanaſio, nonaginta Epiſcopos adfuiſſe: ex Hilario libro de Synodis, nonaginta ſeptem, ex Sozomeno lib. 3. c. 5. nonaginta nouem, & maior quidem pars orthodoxi erant, Arriani tantùm triginta ſex: nihil verò eſt, quòd quis admiretur, ſi Catholicos Epiſcopos cum Arianis audiat conueniſſe ſimul, atque communicaſſe in ſacris Encæniorũ ſolemnitatibus, vnaque in eodem Concilio conſediſſe; quandoquidem Euſebiani, haud palam ſe Arianos eſſe profitebantur, idque, vt Catholicos faciliùs in fraudem inducerent, & ad ſubſcribendum depoſitioni Athanaſij adducerent.

Synodus ab Euſebianis coacta.

Euſebiani non ſe palã profitebantur Arianos.

Proſequitur Baronius: *Cùm quis audit, tàm nefanda in eo conuentu fuiſſe ſtatuta, minimè exiſtimet, ea tot Catholicorum Epiſcoporum ſuffragijs decreta, eorumdemque ſubſcriptione firmata, ſiquidem obnitentibus, ac contradicentibus illis, ea omnia liquet ab Euſebianis, Imperatore fauente,* corumque

votis pariter annuente, fuiſſe peracta, *&c.* Idque probat, & litteris Iulij ad eoſdem, quæ habentur apud Athanaſium apologia 2. *Qui igitur ſunt* (inquit) *qui contra canones agunt? noſnè, qui cùm tantis rerum documentis virum recipimus? an qui ſolum ad triginta ſex ſuffragia eorum, qui Antiochiæ fuere, externum hominem Epiſcopum ſalutarunt, eumque militari manu Alexandriam deduxerunt?* de Gregorio Capaduce Ariano, in locum Athanaſij ſubſtituto loquitur, de quo ibidem Athanaſius. *Vt igitur Arianus eſt Gregorius, ita & ab Arianis miſſus eſt, eumque nemo in Epiſcopum poſtulauit, niſi ſoli Ariani; ac proindè vti mercenarius, & externus, &c.* Non ergò ſubdolè, vt nugatur Mornæus, ſed productis litteris Iulij ex teſtimonio Athanaſij, concludit Baronius, Euſebianos vel clanculum ſeorſim ab alijs decreuiſſe tam indecora, atque ſceleſta; vel fauore Imperatoris, nulla habita ratione refragantium maioris numeri Epiſcoporum, quod pauci illi ſtatuerunt, ratum, ac Sartum tectum haberi voluiſſe.

Baron. non ſubdolè tribuit Arianis epiſtolā.

Pag. 33.

In qua de re, inter vtroſque minimè controuerſa actum (ait Mornæus)

SCilicet, de depoſitione Athanaſij non controuertebatur inter Euſebianos, & Catholicos, qui ſciebant, nonniſi cauſſa fidei, Athanaſium ab Euſebianis perſecutionem pati. An conſentiebant Catholici in ſubſtitutionem Gregorij Ariani in Epiſcopatu Alexandrino, loco Athanaſij, Catholicæ fidei defenſoris acerrimi? Quod igitur dicit Socrates, de communi omnium ſententia, epiſtolam conſcripſiſſe, per quam Iulium acrius inſimularent: fortaſſe aut ab eis initio, cum ſe nihil minus, quàm Arianos dici, aut credi vellent Catholici, quemadmodùm aliàs in Concilio Ariminenſi, inducti ſunt in fraudem, quos etiam ſimul cùm illis conueniſſe atque communicaſſe in ſacris Encœniorum ſolemnitatibus, vnaque in eodem Concilio conſediſſe fateturi & ſcribit Baronius; aut certe, id quod ſcribit Socrates, reſtringendum ad Arianos illos Epiſcopos, quorum opera, cum illic eſſet Conſtantius, Concilium fuerat coactum. Quod oſtendo ex ſimili modo ſcribendi Sozomeni libro tertio capitulo quinto.

De controuerſia agitata in Synodo Antiochena.

Explicatur locus Socratis.

Aſſeritur ſimilis locus Sozomeni.

Iſti (Euſebiani) *cùm alijs eiuſdem opinionis, & doctrinæ fautoribus, qui huic Concilio tum interérant, numerum nonaginta nouem Epiſcoporum conficientes, conuenerunt ex multis locis Antiochiam, ſimulatione quidem vt nouam Eccleſiam conſecrarent: ſed reuera, ſicut euentus declarauit, vt decreta Concilij Nicæni abrogarent.* Hocnè de Catholicis Epiſcopis, qui conuenerant, intelligi poteſt? Minimè certè; cum nec minimùm de abrogandis Nicænæ Synodi decretis cogitarent, & tùm certiſsima teſſera Catholicorum, eſſet fidei Nicænæ Synodi adhærere. Igitur illud reſtringendum ad Arianos triginta ſex Epiſcopos, ſubnixos auctoritate Conſtantij, & ita cæteris potentiores, omniaquè agentes, pro libidine. Sicque eodem modo reſtringendum illud, quod ſupra ſcriptum à Socrate, citat Mornæus, Quid, quod in illa epiſtola ad Iulium, quæ habetur in ſecundo tomo Conciliorũ, omnes qui expreſsis nominibus ſubſcribunt, ſunt Ariani? *Euſebius, Theognis, Theodorus, & Berinthus, &c.* Vbi, ad marginem, prodit hæc epiſtola hæreticos fuiſſe, qui ſubſcripſerunt. Quod autem ſubijciunt, *vna cùm reliquis fratribus, & Coepiſcopis noſtris Antiochiæ congregatis*: quis dubitet, eos ita voluiſſe credi, quòd omnium nomine, etiam Catholicorum qui aderant, dictata eſſet? Mornæus:

Ad hæc igitur (inquit) *quid Iulius? Nũ in vim ſucceſſionis Petri, aut Nicænorum canonum à Iudicibus Orientalibus Romã appellandum fuiſſe, etc.*

Pag. 33.

ITa Sozomenus libro tertio capitulo nono. *Ad illos, qui Antiochiæ in vnum conuenerant (nam forte fortuna id temporis eorũ acceperat epiſtolam) Iulius ſcripſit, atq; adeò incuſauit, quòd clàm contra fidem Concilij Nicæni, nouas res moliti fuerant, quodque, contra leges Eccleſiæ, ipſum ad Concilium non vocarant; nam legem eſſe ad Sacerdotij dignitatem ſpectantem, quæ pronunciet, acta illa irrita eſſe, quæ, præter ſententiam Epiſcopi Romani, conſtituuntur*: Ergo canonem Nicænum producit, quo debebat ad Concilium vocari: Neque verò lex vlla erat, quæ pronunciaret, acta eſſe irrita, quæ, præter ſententiam Alexandrini, aut Antiocheni Epiſcopi, conſtituuntur; ſed id priuilegium erat vnius Epiſcopi Romani. Quid verò opus erat Iulium in omnibus epiſtolis ſuis (quod nemo reuocabat in dubium) repetere ſe Petri ſucceſſorem? Neque verò conqueſtus eſt de Euſebianis Iulius, quòd ad Concilium eum non vocaſſent, ea ratione, quòd primæ ſedis Epiſcopus eſſet, vt interpretatur Mornæus, ſed quòd caput eſſet Eccleſiæ, & Princeps Epiſcoporum, quemadmodùm Petrus Princeps Apoſtolorum, eaque ratione illius eſſet, conuocare Concilia, eiſque, aut per ſe, aut per Legatos præeſſe. Sicque canon intelligitur μὴ δεῖν παρὰ τὴν γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης τὰς ἐκκλησίας κανονίζειν. Multa quidem Concilia habita ſunt in Oriente, ſed, quæ præter auctoritatem, & ſententiam Romani Pontificis, omnia ſuſpecta; & quidem hoc Antiochenum, in quo damnatus Athanaſius, via patefacta ad euerſionem Concilij Nicæni, ab Euſebianis, iiſdemque Arianis coactum; ideòque non mirum, ſi contra auctoritatem, & præter ſententiam Iulij Romani Pontificis, celebratum.

Priuilegiũ Romani Epiſcopi, vt ad Concilium vocetur.

Qua ratione Iulius cõqueſtus ſit, quod nõ vocatus ad Cõcilium.

Antiocheni Concilij, in quo damnatus Athanaſ. ab Arianis coactum.

Falſum quod ſcribit Mornæus: vbi conuocato, & celebrato legitimè aliquo Concilio, ſententiam dixit Pontifex Romanus, reliquos poſſe aliter decernere; hoc enim fide Catholica tenendum, quod docet fuſiùs Cardinalis Bellarminus libro ſecundo, de Conciliorum auctoritate capitulo ſecundo, Concilia generalia à ſummo Pontifice confirmata errare non poſſe, nec in fide, nec in moribus, alioqui

Cõcilia generalia à ſũmo Pont. cõfirmata errare non poſſunt.

lioqui

Digitized by Google

lloqui ſi cæteris liceret contra eius ſententiam ſtatuere; vacillaret noſtra fides, neque, quid de dogmatibus fidei ſentiendum eſſet, certi vnquam eſſemus. Sed exiſtimat animalis homo, non aliter in his, quæ ad fidem, & diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectant, operari Spiritum Sanctum, quàm in reliquis, quæ ex humana prudentia, & iudicio ad continendam hominum ſocietatem ſtatuuntur, quod his verbis indicat.

Pag. 34. *Quod, quis contra legem bene moratæ ſocietatis facere non videt?*

QVis non iudicet, in omni benè morata ſocietate hanc legem eſſe debere, vt ſit aliqua ſuprema auctoritas, ad quam omnes cauſſæ referantur grauiores, & cuius iudicio ſtari debeat, vt non ſit alijs licitum, aliter decernere? multò igitur magis hoc in Eccleſia Dei, & in dogmatibus fidei dijudicandis obſeruari debere ſentiendum eſt.

Pag. 34. *Interim ſi Iulij Epiſtolis credimus, quæ in noſtris Concilijs, quanto grandiora leguntur.*

Pro epiſtola Iulij controuerſia.

QVo ad Epiſtolam Iulij, quæ in 2. tom. Conciliorum, multa in illa ſunt, quibus aſſeritur Romani Pontificis auctoritas. Quæ meritò torqueant Mornæum, & præ cæteris, appellationes ad Romanam ſedem, maiorum omnium cauſſarum reſeruationes. Sed nos contra eundem, aſſerimus, in ſcriptura ſacra, in traditione, in Concilio Niceno ea eſſe fundata: ita docet illic Pontifex: neque aliud teſtimonium in contrarium, quàm ſuum ipſius, citat aduerſarius. Ad id quod dicit.

Pag. 34. *In Concilio Niceno de his ne verbum.*

Sæpius iam reſponſum: & hoc adiungimus, fuiſſe procul dubio Acta Nicæna accuratiſſimè ſcripta, vt Sanctus Athanaſius, auctor eſt in libro de Synodis, quæ non dubium, vidiſſe Iulium Pontificem: verùm iniuria temporis, & Arianorum conatibus paſſa eſſe naufragia, certum eſt. De quo Baronius tom. 3. ad annum Chriſti 325. Sed ſuppoſititiam eſſe contendit epiſtolam.

Pag. 34. *Ex Conſulibus Feliciano, & Maximiano, qui toto hoc tempore, ne apud Onuphrium quidem habentur.*

Sed ad hoc iam alibi reſponſum, & potuit hic aliquis error irrepere: potuit & faſtis Conſularibus Onuphrius decipi; neque enim circa faſtos conſulares ſibi Auctores ipſi conſentiunt.

Pag. 34. *Iā celebris illa Sardicēſ. Synod. occurrit.*

Sardicenſe Concil. ab Imperatoribus indictū.

QVod ea, quæ ſcribit de Sardicenſi Synodo, primùm non negamus, ex edicto Imperatorum Conſtantij, & Conſtantis, Sardicam ad Concilium Epiſcopos conueniſſe; neque teſtimonijs refragamur, quæ in hanc rem citat Mornæus. Quod tamen, etiam ex Epiſcopi Romani ſententia fuerit indicta; ex his, quæ Socrates tradit, *neceſſarium* (inquit Baronius) *ducitur argumentum*. Cùm enim ſcribit, quoſdam Epiſcopos ad Concilium non veniſſe, propter præſentem corporis infirmitatem, alios verò cauſſatos anguſtiam temporis à Iulio præſcripti, planè declarat; apertiſsimis quidem notis, ipſos ab eodem Romano Pontifice eſſe vocatos, & ad conueniendum Sardicam certa die, tempus definitum: neque verò tantùm conſilio, ſed & auctoritate Iulij indictam inde colligimus. Et quidem Baronio contradicit Mornæus (qui Hæreticorum candor eſt) ſuppreſſa illius validiſsima ratione, quam minimè euertere ſe poſſe intelligebat; oportuit enim Iulium interpellare Conſtantem Imperatorem Catholicum, vt ad fratrem Conſtantium ſcriberet de Synodo cogenda, nimirum, vt Ariani toties Romam vocati, ad Concilium venire detrectantes, ad eſſe compellerentur; actumque fuit à legatis per Iulium miſſis, cum Conſtante, de Sardicenſi Synodo indicenda, idque oſtendit Baronius, ex Athanaſij apologia ad Conſtantium. At Mornæus

ſed ex ſententia Romani Pontificis.

Mornæus Baronij rationem, cui reſpondere nō poterat, expoſitè ſuppreſſit.

Quò (inquit) hiſtoriæ candor abijt? Quæritur hic, quis indixerit, & reſpondet, quis indicendi conſilium dederit? Pag. 34.

Mornæi Mornæi candor.

VIdeamus, & nos quò Mornæi candor abierit. Docet diſertis verbis Baronius, Iulium Sardicenſis Concilij primum auctorem fuiſſe, litteris ipſius Iulij potiſsimùm conuocatos eſſe ad Synodum Epiſcopos omnes, & ab eodem certam diem, ad conueniendum Sardicam, eſſe præſcriptam: iudicet æquus rerum æſtimator, an hoc ſit reſpondere indicendi tantùm Conſilium dediſſe, & non indixiſſe; vt non auctoritatem, ſed ſollicitudinem tantùm ſpectet.

Pag. 34. *Ex parte Iulij, inquit Athanaſius, aderant, Archidamus, & Philoxenus Presbyteri, quos Baronius lubenter Legatorum vicem impleturos purpura nobis induat.*

Legati à Pontifice Sardicā ad Concilium miſſi.

MIſſos eſſe Legatos Sardicam ad Concilium à Iulio Romano Pontifice Archidamum, atque Philoxenum Presbyteros, ex teſtimonio Athanaſij, qui interfuit, docet Baronius (liceat verò, per nos, hæretico cachinnari quantum velit;) & quia moris erat legatos à ſede Apoſtolica, præter Presbyteros, mitti etiam aliquem Epiſcopum, ideo Baronius. *Si quis ex Epiſcopis, qui interfuerunt Concilio, Apoſtolicæ ſedis Legatus putandus eſt, Oſius potius dicendus, cui inter Antiſtites idem Athanaſius primas defert, dùm inter illos, quos recenſet, primò loco ponit Oſium, Epiſcopum Cordubenſem, & Protogenem Epiſcopum Sardicenſem, & hos enim principem locum in Synodo tenuiſſe, poſt Legatos, Sozomenus tradit.* Et illud quidem poſt *legatos* non habet Sozomenus: vt Principem legationis locum Oſius, vt prius in Nicæna Synodo, obtinuerit; quod etſi omiſerit Athanaſius

qui aderat; ex eo tamen, quòd agit patronum Synodi, cuius muneris erat definienda proponere, atque ſingulorum rogare ſententias, ſatis colligitur. Baronius refert decretum Concilij Sardicenſis, vt ſi quis in iudicio comprouincialium Epiſcoporum ſe iniuſtè damnatum putet, liberum ſit ei ad Romanum Pontificem prouocare, qui, vt libuerit, vel iudicata confirmet, vel denuò eandem cauſſam cognoſcat. At Mornæus

Pag. 35. *Canonis ſanè* (inquit) *hæc verba Oſius Epiſcopus dixit: Quòd, ſi aliquis Epiſcopus iudicatus fuerit, in aliqua cauſſa, & putat ſe bonam cauſſam habere, vt iterum Concilium renouetur, ſi vobis placet, Sancti Petri memoriam honoremus, vt ſcribatur ab his, qui cauſſam examinarunt, Iulio Romano Epiſcopo:*

Malitia deregi[?] Mornæi.

VBi obſeruare licet, quàm plenus omni malitia, & dolo ſit hæreticus iſte; ita enim habetur in canone; *vt ſcribatur vel ab his, qui examinauerint, vel etiam ab alijs Epiſcopis, qui in propinquo morantur. Romano Epiſcopo.* Sed ille Iulio addidit, vt deinde inferat ſuam concluſionem, id ad perſonam Iulij reſtringi; cùm Patres illi intellexerint Romanum Epiſcopum eſſe Principē reliquorum, ad eundemque omnium Epiſcoporum cauſſas eſſe deferendas. Et quemadmodum diſciplina Eccleſiaſtica eadem ſemper retinenda eſt, ita canones vniuerſaliter conduntur, & præcipiunt, non in fauorem perſonæ alicuius priuatæ; eadem malitia ſuppreſſit, quæ ſequuntur in canone. *Et ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det Iudices: Si autem probauerit talem cauſſam, vt ea non refricentur, quæ acta ſunt, quæ decreuerit Romanus Epiſcopus, confirmata erunt.* Neque hoc eſt remedium nouum, & præter ordinem, vt iſte fingit, ſed in Eccleſia antea, & deinceps obſeruatum. Sanctus Athanaſius, & alij Epiſcopi Catholici, qui prouocarunt ad Romanum Pontificem, probè nouerant, quid Diuinæ legi, & ſacris canonibus eſſet conſentaneum; Sed Mornæus;

Suppreſſa ab aduerſario verba.

Pag. 35. *Notentur hæc verba* (inquit) *Si vobis placet, S. Petri memoriam honoremus.*

Ex quibus ducit iſtud argumentum:

Obiectio.

Si hæc appellatio ab antiquo iure, nùm non potius dicturus obſeruandū curemus mandatum Domini, &c.

Oſius, quod neceſſariū erat, propoſuit tāquā liberum.

SEd reſpondemus ita habere canonem, vt intelligantur ſuffragari debere liberè, nec vllam vim illis inferendo ſuffragium inferri: neq; inde ſequitur non fuiſſe hoc iuri Diuino, & ſacris canonibus conſentaneum, vt cauſſæ Epiſcoporum deferrentur ad Pontificem Romanum, tanquam ad Principem Epiſcoporum. Ex ſcriptura id facile poteſt oſtendi; nam quando Ioſue capitulo 24. dixit filijs Iſrael: *Si malum vobis videtur, vt Domino ſeruiatis, optio vobis datur, eligite hodie, quod placet, cui ſeruire potiſſimum debeatis, vtrum Dijs, quibus ſeruierunt Patres veſtri in Meſopotamia, an Dijs Amorrhæorum, in quorum terra habitatis; Ego autem, & domus mea ſeruiemus Domino: Reſponditque populus, & ait, Abſit à nobis, vt relinquamus Dominum, & ſeruiamus Dijs alienis.* Quis dubitet obligatos fuiſſe filios Iſrael ad ſeruiendum Domino ſoli, & renunciandum Dijs alienis, & tamen, ſi quidquam valet argumentum Mornæi, ſi ab antiquo iure ſeruire Domino, nùm non potius dicturus Ioſue: Dominò ſeruiendum, legem Moyſis ſeruandam, Dijs alienis renunciandum? qui tamen optionē dat vtriuſque; &, vt verbis Mornæi vtar,

Eodē modo etiā Ioſue cultū veri Dei filijs Iſrael propoſuit.

Tanquàm theſim aliquam problematicā, & arbitrariam proponit; Pag. 35.

QVid hoc verò? niſi quia Dominus etſi iuſtum ac debitum, ſpontaneum tamen, ac voluntarium à filijs Iſrael obſequium requirebat: ita, licet mandato Domini, antiquo Eccleſiæ ordini, & Niceno Canoni Canon ille Sardicenſis de appellationibus Epiſcoporum ad Romanum Pontificem conſentaneus eſſet, eitamen Oſius, ſeu potius ipſa ſacra Synodus liberè voluit, Epiſcopos ſuffragari, vt, quemadmodum Ioſue dicebat filijs Iſrael, *Teſtes vos eſtis, quia ipſi elegeritis vobis Dominum, vt ſeruiatis ei*, ita diceret ſacra Synodus Epiſcopis ipſis: Teſtes vos hodie, quia ſeruando mandato Domini, qui Principem Apoſtolorum Petrum inſtituit, & omnium Epiſcoporum illius ſucceſſorem, & obſeruandis ſacris Canonibus vos obſtrinxiſtis. An non verò iure diuino Sancti Petri, & Apoſtolorum memoriam honorare tenemur, & tamen in his verbis: *Si vobis placet, Sancti Petri memoriam honoremus*, ex Mornæi ſententia illud tanquam problematicum, & arbitrarium proponitur; vt conſtet, imperiti iſtius, & inſulſi hominis argumenta, non aliud, quàm telas eſſe araneorum.

Sed idem (obijcit) *Conſtantinopolitano Epiſcopo priuilegium eſſe Balſamon tuetur;* Pag. 35.

VErùm id nullo Canone alicuius Concilij definitum, neque vllam apud nos meretur auctoritatem Balſamon homo ſchiſmaticus, vel quia odio magis, quàm veritate (vt ſcribit Alanus Copus dialogo primo ſub finem) contra Romanam Eccleſiam pugnat; vel quia pro augenda ſua dignitate canones figere, ac refigere ſolitus ſit; vt ex hiſtoria faceta, quæ eſt apud Nicetam patet, vbi demonſtrat, quomodo Iſacius Imperator Balſamonem ludificauerit, & artem illius, alia arte illuſerit;

Quæ fides Balſamoni debita.

Sed hic canon (inquit) *vniuerſam Eccleſiā, qui obligare potuerit Synodi minimè Oecumenicæ Eccleſiā Oecumenicā?* Pag. 35.

VNde cuiuis conſtare poteſt, hunc hominem Arianis magis, quàm Catholicis ſuffragari, qui minus æquus ſit huic Sardicenſi Concilio

Mornæus Arianorũ fautor.

lo Catholicorum Epiſcoporum, quàm Antiocheno, de quo ſuprà, in quo Euſebiani obtinuerunt, in quo proſcriptus Athanaſius, & via patefacta ad Arianiſmum, loco Nicenæ fidei, introducendum: ſed hoc Mornæum valde torquet, quod mirabiliter eluceat in hoc Concilio Romani Pontificis auctoritas. Nam primùm cum Epiſcopi Ariani, ex Oriente Sardicam profecti affirmarent, ſe minimè ingreſſuros in illam Eccleſiam, in qua ſimul conuenirent illi, quos ſemel abdicauerant; reſponderunt Epiſcopi Occidentis, vt potè Catholici, ſe numquam ab eorũ communione refugiſſe, neque iam velle ab ea refugere, præſertim cùm Iulius Epiſcopus Romanus, cauſſa eorum accuratè cognita, illos neutiquam condemnaſſet. Intellexerunt igitur, illius fuiſſe, & cauſſas Epiſcoporum cognoſcere, & eos condemnare, vel abſoluere. Refert Sozomenus lib. 3. cap. 10. & 11. cùm Epiſcopi Catholici aliam fidei formulam edidiſſent, pluribus quidem verbis ſcriptam, quàm quæ in Concilio Nicæno ædita fuiſſet, ſed tamen eandem complectentem ſententiam, & verbis non multum ab illa diſcrepantem: Oſius & Protogenes, qui principem locum obtinebant, veriti, nè quibuſdam viderentur decreta & Concilij Nicæni innouare, ſcripſere ad Iulium, & teſtati ſunt, ſe illa quidem rata habere, ſed, quò facilius intelligerentur, eadem pluribus verbis explicaſſe, eo conſilio, nè Arianis, qui breuitate formulæ fidei in eo Concilio editæ abutebantur, facultas ex verbis daretur imperitos in abſurdã aliquam opinionem rapiendi. Facilè igitur intellexerunt de actis Concilij, & de formula fidei in eo edita, referendum eſſe ad Romanum Pontificem, quam non dubitabant probatum iri omnibus, quando ab ipſo, tanquàm catholica admitteretur.

An fuerit Concilium Sardicẽſe Oecumenicum.

Fueritnè Concilium Oecumenicum, ita iudicat Baronius ad annum Chriſti. 347. quòd ex totius fermè Chriſtiani orbis prouincijs Epiſcopi ad Synodum fuerint à Romano Pontifice conuocati, interfueruntq; & Apoſtolicæ ſedis Legati, ab eodem Iulio Papa miſſi. Athanaſius apolog. 1. in principio *magnam Synodum* appellat. Socrates lib. 2. cap. 16. *generale Concilium*; Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſtoriæ *ex tota orbe conuocatum* ſcribit.

Obiectio Mornæi.

Quòd obijcit Mornæus: hoc eſſe vniuerſam hiſtoriam confundere, omnium Synodorum ordinem conturbare; nàm prima vniuerſalis Synodus dicitur Nicæna; ſecunda Conſtantinopolitana, quam tamen Sardicenſis præceſſit: Tertia Epheſina; quarta Calcedonenſis.

ad eam Reſponſio.

Cur ad ſ... nã Synodus Sardicẽſis ſegregata.

Sed facilè reſpondetur primò non eodem loco haberi, quo illæ, quia non eſt conuocata ad nouum aliquod dogma fidei, contrà nouam aliquam hæreſim, ſtabiliendum, ſicut cæteræ; ſed potius ad reprimendum furorem Arianorum, & ad confirmandam, contrà eoſdem, fidem Nicænam, & Catholicos Epiſcopos ab eis, ob fidem, condemnatos ſuis ſedibus reſtituendos.

Alia reſponſio.

Concilium Sardicenſe pro vno, & eodem haberi cum Nicæno.

Reſpondet etiam Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice cap. 25. Concilium Sardicenſe, non addere ad numerum Conciliorum, quia pro vno, & eodem habetur cum Nicæno; & ratio eſt, quia ijdem Patres, magna ex parte, in vtroque Concilio interfuerunt, nihilq; noui, quoad fidem, in Sardicenſi definitum eſt, ſed ſolum Nicæna fides roborata, cum in alijs Concilijs ſemper nouæ hæreſes dãnatæ fuerint; alioqui enim inter generalia Concilia, ſecundum diceretur, quod conſtat vniuerſale, & probatum fuiſſe.

Vnde derogata fides Concilio Sardicenſi Oecumenico.

Deinde vt derogaretur fides Sardicenſi Concilio, etiam apud Orthodoxos, quod obſeruat Baronius, mira Arianorum calliditate factum eſt, cùm ſcilicet ijdem ipſi, Sardica fuga lapſi, ſeorsùm cum ſuis egerunt conciliabulum, quod & Sardicẽſis Concilij nomine honeſtarunt, taliquè indito titulo, per Chriſtiani orbis prouincias vulgauerunt. Additæ ſunt vires mendacio, cùm ſecuta Conſtantis morte, & Conſtantio Arianorum patrono vbique regnante, veritas depreſſa, & impoſtura, eſt potentia Principis, roborata, adeò, vt illud tantũ Sardicenſe Concilium omnibus in locis perulgaretur, quod confectum conſtaret ab Arianis; multiquè neſcientes, duplicis eſſe generis Concilium Sardicenſe, audientes illud collectum ex Arianis, nec in aures admitterent, ſed, penitus ipſum refertum impietate putantes, exectarẽtur. Non dubium igitur, quin fuerit Concilium Oecumenicum; ſed Pſeudoſynodus illa Arianorũ ei detraxit auctoritatem, vt non probata fuerit eo modo, quo illa quatuor. Bellarminus lib. 1. de Concilijs cap. 7 *partim confirmatum partim reprobatum eſt* (inquit) *Sardicenſe Concilium Epiſcoporum 376. anno Domini 351. tempore Conſtantij, Iulij 1. ex quibus 300. Epiſcopi Occidentales, fidem Catholicam confirmarunt, quam exponit Hilarius in lib. de Synodis, reliqui 76. Epiſcopi Orientales fidem Arianam ſcripſerunt; de quo Socrates lib. 2 cap. 16. Theodoretus lib. 2. cap. 7. & 8. Sozomenus lib 3 cap 10. & 11.*

Etiã Particularia Concilia aliquando poſſe vniuerſam Eccleſiam obligare.

Nec valet ratio Mornæi: Non fuit oecumenica Synodus, ergo non potuit obligare totam Eccleſiam. Nàm & particularia Concilia poſſint condere canones, qui, ſi poſtea à Concilijs generalibus, vel à ſummo Pontifice confirmentur, & approbentur, non dubium, quin totã obligent Eccleſiã: & hunc quidem canonẽ negamus eſſe vnquam reuocatum. Sed obiectionẽ mouet,

Pag. 35.

Multi Epiſcopi diuerſis in prouincijs Orientis depoſiti; Vnicum tamen num proferre poſſit, qui Canonis huius beneficio ſit vſus?

Detegitur Mornæi mẽdacitas.

Epiſcoporũ exẽpla. qui ad Romanum Pontificem appellarunt.

VBi, quàm apertè mentiatur, oſtendere facile. Nam cùm Petrus Alexandrinus Epiſcopus Athanaſij ſucceſſor (vt teſtatur D. Hieronymus Epiſt. 16. ad Principiam, & Socrates lib. 4. cap. 30.) perſecutionem hæreſeos Arianæ declinans, Romam confugiſſet, cùm litteris Damaſi Pontificis, quæ eius creationem confirmabant, reuerſus eſt; & populus Alexandrinus Damaſi litteris confiſus, expulſo Lucio Ariano, Petrum admiſit.

Petrus Alexandrinus Epiſcopus.

Ioannes Chryſoſtomus.

Ioannes Chryſoſtomus in Synodo Epiſcoporum iniuſtè depoſitus, ad Innocentium Papam prouocauit, & ab eodem ſuæ ſedi reſtitutus eſt. *Cauſamquoq; Lupicini Epiſcopi* (ait Leo Papa, Epiſt. 87. cap. 2.) *illic iubemus audiri* ...

Lupicinus ...

Digitized by Google

nuilium, & ſæpius poſtulanti communionem, hac ratione, reddidimus; quoniam cùm ad noſtrum iudicium prouocaſſet, immeritò eum pendente negotio, à communione videbamus fuiſſe ſuſpenſum. Eandem gratiam Thedoreto ad ſe prouocanti fecit. Ioannes Talaia Epiſcopus Alexandrinus, vt refert liberatus in breuiario cap. 18. iniuſte ab Acacio, & Petro Maggo vexatus, communicato cum Calendione Antiocheno Patriarcha conſilio, ad Romanum Pontificem Simplicium appellauit, qui poſtea Nolanam Eccleſiam ei dedit: Gregorius Magnus Hadrianum Thebanæ Ciuitatis Epiſcopum à Ioanne Epiſcopo primæ Iuſtinianæ iniuſtè damnatum, in ſuum locum, & ordinē reſtituit, Epiſcopo Iuſtinianæ, ad triginta dies, communione priuato. Gelaſius Papa Epiſt. 11. præter Athanaſium ſuæ ſedi, ſeu Eccleſiæ à ſede Apoſtolica reſtitutum, alios etiam recenſet poſt hunc canonem Sardicenſem reſtitutos. *Sanctæ memoriæ Ioannem Conſtantinopolitanum Synodus etiā Catholicorum præſulum certè damnarat, quem ſimili modo ſedes Apoſtolica, etiā ſola, quia nō conſenſit, abſoluit: itemquè ſanctæ memoriæ Flauianum, Pontificum congregatione, damnatum, pari tenore, quoniam ſola ſedes Apoſtolica non conſenſit, abſoluit:* fuerat ab Hæreticis, & pſeudoSynodo Epheſina oppreſſus, & Romam prouocans, à Leone Pontifice fuerat ſuæ ſedi reſtitutus, & poſtea à Nicolao primo. Ignatius item Conſtantinopolitanus Epiſcopus. Multos igitur, non vnū proferimus. *Qui canonis beneficio ſunt vſi, qui in eius vim reſtitui poſtularunt.*

Theodoretus.

Ioānes Talaia Epiſcopus Alexādrinus.

Hadrianus Thebana Ciuitatis Epiſcopus.

Athanaſius.

Ioannes Cōſtantinopolitanus.

Flauianus.

Ignatius Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

Pag. 36.

SCribit Mornæus, hunc canonem reuocatum eſſe in Synodo Conſtantinopolitana can. 3. & in Chalcedonenſi, can. 28. quibus poſt Romanum Epiſcopum primatus honor Epiſcopo Conſtantinopolitano defertur: ſed de hoc iam ſuprà dictum eſt: quomodo verò fuit reuocatus ille canon, cuius nulla omnino ſit mentio? In eo canone Concilij Sardicenſis ſtatuitur appellandum ad Romanum Pontificem; hic verò nihil ſtatuitur de appellando ad Epiſcopum Conſtantinopolitanum. Immo, quemadmodum obſeruat Bellarminus lib. 2. De Romano Pontifice cap. 22. *conſuetudo, quæ eſt legum interpres, apertiſſimè docet, nunquam licuiſſe ad Patriarcham Conſtantinopolitanum appellare, niſi ex locis eidem Patriarchæ ſubiectis: nullum enim proferri poteſt exemplum, quo intelligamus, ex Occidente, aut Meridie, aut etiā Septentrione ad Orientalem Eccleſiam eſſe appellatum:* & ſi Canones Epiſcopo Conſtantinopolitano concedunt locum dignitatis, id eſt, vt præcedat Alexandrinum, & Antiochenum; non tamen ſecundum locum poteſtatis, & huic canoni meritò reclamatum eſt in Synodo Chalcedonenſi à Legatis Romani Pontificis, nequè potuerunt vel à Concilio aliquo, vel à tota Eccleſia cōcedi alicui Epiſcopo, paria priuilegia ijs, quæ, ex inſtitutione diuina, tanquàm ſucceſſor Petri Principis Apoſtolorum, habet Romanus Pontifex: cui & ipſi Patriarchæ, velint nolint, iure Diuino ſubijciuntur. Nequè id ἀσύστατον, ſi Oriens Romam appellare dicatur, cum ſit eadem Eccleſia Occidentalis, & Orientalis, idem Corpus Chriſti Myſticum, & Pōtifex Romanus nō modo in Concilijs in Occidente, ſed etiam in Oriēte habitis præfuerit, vt ex Actis ipſorum Conciliorum conſtat: non exiſtimauit vtique Paulus ἀσύστατον ex Oriente Romam ad Cæſarem appellare; quomodo igitur Mornæo illud ἀσύστατον *ſi Oriens Romam appellet?* quemadmodum olim Roma erat caput Imperij, & vndiquè ad Auguſtum appellabatur, ita Romana Eccleſia caput eſt omnium Eccleſiarum. Quod ſcribit in eo canone primùm hanc vocem appellandi occurrere. Atqui in Epiſt. 2. Sixti 1. legimus: *Si quis veſtrum pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate, licenter ad hanc ſanctam, & Apoſtolicam appellet ſedem, & ad eam, quaſi ad caput, ſuffugium habeat, ne innocens damnetur:* & Melchiades in Epiſtola ad omnes Hiſpaniæ Epiſcopos: *Si ſe viderit quiſquam veſtrum prægrauari, ad hanc ſedem appellet, huc recurrat, vt ſemper inſtituta fuit conſuetudo.* Has Epiſtolas reijciūt Mornæus, & Magdeburgēſes; Verùm vt alibi iam dictum, licet, & apud Catholicos viros doctos, non multum auctoritatis habeant huiuſmodi Epiſtolæ primorum Pontificum, non tamen nobis deſunt aliundè firmiſsima argumēta ad noſtra confirmanda. Si verò vox ipſa (*appellandi*) tum primum in eo canone occurrat, an ideo ipſa res, ipſum inquam ius, & auctoritas Romani Pontificis cognoſcendi cauſas Epiſcoporum erat noua? ex Cypriano Epiſt. 68. conſtat Baſilidem, & Martialem Epiſcopos in Hiſpania à collegis iuſte depoſitos, quod idololatriæ libellis contaminati eſſent, ad Stephanum Romanum Pontificem, quò reſtituerentur ſuis ſedibus, confugiſſe. Vndè conſtat, tùm Epiſcopos Hiſpaniæ a ſede deiectos, ſolitos ad eū confugere. Quid verò hoc ſibi vult, niſi eos ab inferiorum ſententia ad Superiorem appellare? Quot verò voces, contra Hæreticos, ſunt introductæ, cum tamen res ipſæ ſignificatæ eſſent antiquæ? In Concilio Nicæno contra Arianos vox ὁμοούσιον *conſubſtantialis*. An ideò tùm primùm cæpit eſſe Filius Patri æterno conſubſtantialis? A quibus verò vox illa appellandi introducta? nonnè à 300. Epiſcopis Catholicis in eo Concilio legitimè congregatis.

Canon Cōcilij Sardicenſis, de appellationibus ad Romanum Epiſcopum nunquàm reuocatus.

Nunquàm licuit ad Patriarcham Cōſtantinopolitanum, niſi ex locis eidem ſubiectis, appellare.

Nec Concilium, nec vniuerſa Eccleſia poteſt vlli Eccleſiæ conferre priuilegia paria priuilegijs Romani Pontificis.

Vox appellandi ante Sardicenſe Concilium occurrit, & primorum Pontificum Epiſtola tenentur.

Etſi vox appellandi primò occurreret in Canone Concilij Sardicenſis, non ideò tamē tūc primò cæpit ius Rom. Pont. appellationum.

Baſilides, et Martialis, tempore Cypriani, ad Rom. Pontif. appellant.

multæ voces, poſt res ipſas, in Eccleſiam introductæ.

Pag. 36.

In tota antiquitate (iſte inquit) *non occurrit.*

SCilicet non illi antiquæ, quæ in Magna Synodo ante mille, & ducentos ſexaginta annos introducta. Ex anterioribus Synodis, vt ex Nicæna, (quod ſupra oſtenſum) de iure appellandi ad Romanum Pontificem conſtat: ex hiſtorijs item Eccleſiaſticis, vbi Athanaſius & alij Epiſcopi Catholici, qui nobis ſunt regula Diuinorum Dogmatum & ſacrorum canonum, à ſuis ſedibus deiecti ad Romanum Pontificem appellarunt, ſicquè ſuis ſedibus ſunt reſtituti, idem ius, eademquè lex appellationis confirmatur; *Quod ſi Marcion, aut Valentinus*, prout refert Aduerſarius, aut alij Hæretici à ſuis Epiſcopis damnati Romam confugerunt, indè magis confirmatur Romani Pontificis auctoritas, & antiqua conſuetudo ad eum appellandi. Ita Macedoniani

Hæretici ad Romanum Pontificem appellarunt.

Macedoniani.

niani nondum diuulgata ſua hæreſi contrà Spiritus Sancti Diuinitatem, vt refert Socrates lib. 4. cap. 21. & Sozomenus lib. 6. capit. 10. ad Liberij Romani Pontificis communionem, velut aſylum confugerunt, abdicato Arianiſmo, ac ſe totos illius iudicio ſubmiſerunt: & Liberius, in eorum gratiam, literas ad Epiſcopos Orientis dedit, ex quibus magnam lætitiam, in Concilio Tyanis celebrato, cui aderat & Gregorius Nazianzenus, ceperunt. *Eutyches ad ſedem Apoſtolicam*, ait Leò Papa Epiſt. 7. *per libellum doloris ſui, querimoniam miſit*, cuius hæreſim idem Leo poſtea condemnauit. Celeſtius Pelagianæ hæreſis propugnator, non eſt auſus B. Papæ Innocentij litteris obſiſtere, imò, ſe omnia, quæ ſedes illa damnarat, promiſit damnaturum. Teſtis D. Auguſtinus lib. 2. contrà Pelagium, & Celeſtium cap. 7. Berengarius teſte Guitmundo lib. de Sacramento altaris, hæreſim ſuam, ad ſedis Apoſtolicæ iudicium, ter abiurauit. Schiſmatici Græci, quoties errorem ſuum abiurarunt, toties Romani Pontificis primatum agnouerunt, illiusquè iudicio ſe ſubmiſerunt. Valdenſes Hæretici, teſte Abbate Vrſpergenſi in Chronico ad annum Domini 1216. petebant ſectam ſuam à ſede Apoſtolica confirmari: quippè ſciebant eam tùm demùm robur aliquod habituram, ſi Romani Pontificis iudicio confirmata eſſet. Vuiclefus ad Vrbanum 6. ita ſcribebat: *Romanus Pôtifex, cùm ſummus Chriſti Vicarius ſit in terris, fidem meã, ſi ſit Orthodoxa, confirmabit, ſi ſit erronea, emendabit &c.* Igitur, & ex hæreticorum teſtimonio, quales nobis producit Mornæus, Marcionem, Valentinum, Fortunatum, conſtat, quanta ſemper fuerit auctoritas Romani Pontificis in dogmatibus fidei confirmandis, tum etiam in cauſsis dijudicandis; quamquè ſæpè ad eum appellauerint, & cauſſas ſuas ad eum, tanquam ſupremum iudicem, referre voluerint. Nequè verum eſt, quod ſcribit Mornæus, Synodum Nicęnam diſertiſſimè contrà ſtatuere; cùm iam ſuperiùs oſtenſum ſit, alios Canones præter eos, quos cum Magdeburgenſibus admittit, à Patribus ex Concilio Nicæno citari, & præcæteris à Iulio Romano Pontifice, qui vixit id temporis, nequè ignorare potuit, quæ decreta eſſent in eo Concilio Canonem de appellationibus ad Romanum Epiſcopum. Quod ſi cauſſas Epiſcopis Metropolitanis in vnaquaquè Prouincia committit; ea tamẽ lex eſt, vt ab inferiori iudice ad Superiorem prouocetur, nequè τὸ κῦρος τῶν γενομένων, ſupremam rerum auctoritatem, ſine vlla appellatione, illis tribuit.

Eutyches.

Celeſtius non eſt auſus Innocẽtij Papæ litteris obſiſtere.

Berengarius, ad Pontificis iudiciũ ter hæreſim ſuam abiurauit.

Græci item ſchiſmatici, multoties.

Valdenſes ſectæ ſuæ cõfirmationẽ à Pontifice Rom. poſtularunt.

Vuiclefus ad Vrbanũ ſextum ſcribit.

Verùm Synodus Antiochena, Sardicenſi paulò anterior, Epiſcopo à Comprouincialibus ſuis in Synodo depoſito; cùm hoc vnum remedium relinquat, vt in alia Synodo cauſſa denuò cognoſcatur.

Pag. 36.

SEd reſpondetur, hanc Synodum Euſebianorum opera fuiſſe conſarcinatam, & hunc canonẽ ab iiſdem in odium Athanaſij, & Epiſcoporũ Catholicorum, fuiſſe compoſitum: quod conſtat ex Iulij Primi Pontificis Epiſtola; nam cùm ei Orientales contra Athanaſium, qui receperat ſuam ſedem, ſcripſiſſent, decretum eſſe nullum à pauciore numero reſtitui debere, quàm depoſitum fuiſſe conſtaret, reſpondet. *Quod ſcripſiſtis non eum poſſe à pauciore numero Epiſcoporum reſtitui quàm depoſitus fuerat, non ita eſt; nec hæc regula Orthodoxorum Sanctæ Eccleſiæ eſt Epiſcoporũ ſed Arianorum, ſociorum ſcilicet veſtrorum; hæc adinuentio ad perditionem Orthodoxorum Epiſcoporum contexta eſt, nam, vt nobis à veracibus eſt teſtibus relatum, quando Antiochiæ pro damnatione fidei de conſubſtãtialitate prolata, fuiſtis congregati, odio prædicti Athanaſij hãc regulam protuliſtis, quæ nullas habet vires, nec habere poterit, quoniam nec ab Orthodoxis Epiſcopis hoc Cõcilium actum eſt, nec Romanæ Eccleſiæ Legatio interfuit, canonibus præcipientibus, ſine eius auctoritate, Concilia fieri non debere.* Ioannes Chryſoſtomus, vt refert Socrates lib. 6. ca. 16. cùm ei criminis loco obijcerent aduerſarij, quòd poſt abdicationem, abſquè Concilij ſententia, ſe ipſe in ſede Epiſcopali collocauerat, reſpondit, quinquaginta Epiſcopos, qui cum ipſo communicauerant, ei in ea re ſuffragatos fuiſſe; Leontius cõtrà: *At plures* (inquit) *tibi in Concilio refragati ſunt. Rurſus, cùm Ioannes diceret, hunc canonem, non ad illorũ Eccleſiam, ſed ad Eccleſiam Arianorum pertinere (nã qui Antiochiæ ad fidem Conſubſtantialitatis tollendã conuenerant, præ odio verſus Athanaſium concepto, hunc canonem ediderant) reiecto illius reſponſo, contrà eum ſententiam pronunciarunt, illud neutiquàm animis complexi, Quod, qui hoc canone vſi fuiſſent, etiam Athanaſium abdicauerant.* Innocentius Papa Epiſt. pro Ioanne Chryſoſtomo ſcripta ad Clerũ Conſtantinopolitanum, quæ extat apud Sozomenum lib. 8. cap. 26. docet, obſeruandos eſſe Nicænæ Synodi canones: *Si qui verò, & alij quibuſdam proferuntur, qui à Canonibus Nicænis diſcrepant, & ab hæreticis compoſiti depræhenduntur, hi verò ab Epiſcopis Catholicis reijciuntur. Hæreticorum enim Commenta Catholicis Canonibus aſſuere non licet, &c.* Vbi hunc canonem Antiochenum, quem aduerſarij Ioannis obijciebant, intelligere planè videtur. Ex Canone igitur citato, ab Arianis Epiſcopis, ex odio Athanaſij, in Antiochena ſua Synodo ſancito, argumentum ducit Mornæus: Canonem verò ab Epiſcopis Catholicis in Sardicenſi Synodo conditum non probat, aut certè nonniſi perperam interpretatum admittit, vt inde conſtet, Catholicuſnè ſit, Chriſti diuinitatis aſſertor, an Arianus Blaſphemus, & eius abnegator. In eo Antiocheno Concilio fit mentio formatarum literarum;

Antiochena ſynodus Euſebianorũ. Opera cõnocata, in eaq; Canõ, in odiũ Catholicorum, conditus.

Et hinc formatarũ vſus (inqt Mornęus) *Pag. 36.*

CVm tamen conſtet, earum antiquiorem fuiſſe vſum; nam longè antiquior Tertullianus lib. contra Praxeam meminit litterarum pacis ab Epiſcopo emiſſarum, & poſtea reuocatarum: hæ enim ſunt eadem literæ Formatæ. Diuus Auguſtinus Epiſt. 162. ſcribit Cæcilianum Carthaginenſem Epiſcopum (

Vſus Formatarum Epiſtolarũ antiquior Concilio Antiocheno.

tantopere Donatiſtæ inſectabantur) inde ſe Catholicum probare potuiſſe, atquè conſpirantem contrà eum inimicorum multitudinem contemnere, quia videret, ſe & Romanæ Eccleſiæ, & cæteris terris, per communicatorias literas eſſe cõiunctum. Porrò Cæcilianus Concilio illo Antiocheno antiquior erat. De litteris formatis plura Baronius tom. 2. ad annum Chriſti 142. & 3. ad annum 325.

Baronius igitur, Theodoreti loco quàm abutatur, perſpicuum fiat.

SCribit Theodoretus lib. 2. cap. 4. quòd cùm Euſebiani Iulium Epiſcopum Romanum de criminibus, quæ falsò confinxerant in Athanaſium, per litteras certiorem feciſſent, ille Eccleſiæ canonem ſequutus τῷ τῆς ἐκκλησίας ἑπόμενος νόμῳ, eos iuſsit Romam venire, & Diuum Athanaſium, qui pro ſe in iudicio & ipſe reſponderet, vocauit. At Mornæus, Theodoreti loco aſſerit Baronium abuti, vt qui canonem illum Nicænum, qui perijt, interpretetur, quo vndequaquè Romam appellandum eſſe ſtatuebatur: verùm hæc manifeſta eſt aſſertio Theodoreti, hunc canonem fuiſſe Eccleſiæ, quem ſequutus ſit Iulius: & Theodoretus vir erat doctiſſimus, ſacrorum canonum minimè imperitus, qui & aliquando à Maximo Patriarcha Antiocheno depoſitus ad Leonem tùm Romanũ Pontificem appellauit, extatq; illius Epiſtola ad eundem, præfixa commentarijs eius in Epiſtolas Pauli. Quod ſit ille canõ, qui perijt, inde cõſtat, quod à Sanctiſsimis Patribus, iam ſuprà oſtendimus multos Canones citari Nicæni Concilij, qui nunc non extant inter canones, quos habemus, & quòd hic canon citetur à Iulio, ſub nomine Nicæni Concilij. Non ergo arenæ ſuperſtruimus Pontificis Romani auctoritatem, quam Aduerſarius Tyrannidem vocat, qui & Baronium abuti loco Theodoreti dicit, aliamq; interpretationem confingens quæ à verbis illius ſit longè aliena, neque ſacris canonibus, nec praxi Eccleſiæ ſit conſentanea, audet tam impudenter, & temerariè affirmare, (ita enim, ex proprio ſenſu, interpretatur) Theodoretum velle innuere *frequentem illum Eccleſiæ morem, quo Epiſcopus oppreſſus, recti ſibi conſcius, ad primarium aliquem Epiſcopum vltrò ſeſe purgaturus confugiebat, qui aduerſario citato, de cauſſa cognoſceret.* Et exemplo confirmare ſe putat in Ammonio, & Iſidoro, de quibus Sozomenus lib. 8. cap. 13. & Niceph. lib. 13. cap. 11. qui, cùm Conſtantinopolim ueniſſent, quòd Theophilus Alexandrinus, præ veſania, eos ab Eccleſia exturbaſſet, vt eõtam Imperatore iudice, & Ioanne Epiſcopo deregerentur inſidiæ, quæ ipſis erant intentatæ: Ioannes eos comiter excepit, & in honore habuit, & in Eccleſia preces fundere non prohibuit: ad myſteriorum verò communionem admittendos nõ cẽſuit, quòd id ante cauſſam cognitam, fieri fas non eſſet. Scripſit autem Theophilo nec iuſsit (vt componit Mornæus) vt communionis ius illis redderet, quoniam de Deo rectè ſentirent, aut, ſi in iudicio putaret examinãdam eorum cauſſam, mitteret, quem actorem vellet. Vbi, cùm Mornæo fatemur, non eſſe ab illis appellatum à Theophilo Alexandrino ad Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, neque eum cauſſam eorum diiudicaſſe; ſed cum eos rectè de Deo ſentire comperiſſet, & nonniſi iniuſtè, ac præ odio, communione priuatos à Theòphilo cognouiſſet; in ſua Eccleſia eam iuſtè denegandam non putauit; nec verò videmus, inconſulto Theophilo uoluiſſe cauſſam eorum cognoſcere, cùm tamẽ ad Romanum Pontificem vndiquè, & ab omnibus appelletur. Ioannes ipſe, opera Theophili, à ſua ſede iniuſtè deturbatus, ad Innocentium Pontificem Romanum ſcribit, vt ipſe ſua auctoritate decernat, irritam eſſe ſententiam Theophili, & Theophilũ ipſum puniat; vbi & Romani Pontificis ius in ſe, & Theophilum teſtatus eſt, nec vllius eſt momenti, quod ab exemplo Orientalium Sirmij congregatorum ſumitur argumentum: quod Conſtantius dùm Sirmij ageret, cogendum curauit. Dicendum potius ſathanæ conuenticulum, quod fuit Arianorum, licet ibi hæreſim condemnarunt Photini, quòd ægrè ferrent, ſe dici hæreticos, & Catholicum nomen (vt ait Epiphanius hæreſi 37.) affectarent: & certè, quod poſtulabant, erat iniquum, ac contrà diuinam inſtitutionem, vt duo ſimul Romani Epiſcopi ſederent, quod tàm præter rationem, quã duos ſoles mundum illuſtrare.

Baronius abuſus non eſt Theodoreti loco, vt calumniatur Mornæus.

Chryſoſtomus ſcripſit Theophilo, nõ iuſsit vt Ammoniũ & Iſidorũ in Communionẽ admitteret.

De Chriſtianis Sirmienſ. deq; iniqua Orientaliũ petitione, vt Collega in Epiſcopatu Romano admitteretur.

Circa verba Athanaſij apol. 2. *Imperator iſtas litteras miſit, quibus acceptis Romam aſcendi, Eccleſiam. & Epiſcopum aditurus.* Baronius ad annum Chriſti 349. attentius ea contemplanda monet *dùm eam cauſam aduentus ſui Romam, antequàm proficiſceretur ad Conſtantium, in Orientem, fuiſſe tradit nimirum quod ait vt adiret Eccleſiam, & Epiſcopum: ſignificans illam quæ Romæ eſt, antonomaſticè dictam eſſe Eccleſiam, ex qua, & in qua omnes vnitate Catholica coniunguntur, ipſumque vnum eſſe Epiſcopum antonomaſticum. ex quo omnes, & in quo, & per quem, qui ſunt, eſſe intelligantur Epiſcopi. Hæc igitur fuit maiorum nomenclatura, vt, per Eccleſiam, & Epiſcopum, Romanam Eccleſiam, atquè eius Epiſcopum ſignificarent.* At Mornæus, in hoc ineptè vim facere Baronium, ſcribit:

Athanaſius, per Eccleſiã antonomaſticè Romanam intellexit.

Quis, vel Grammaticulus (inquit) non animaduertit ità loquutũ Athanaſium, nè Romæ nomen bis repeteret? Pag. 37.

NEmo certè dubitat, quin Athanaſius, cùm Romam aſcenderet, Eccleſiam Romanã, & Epiſcopum Romanum adiret; nec indè tamẽ ſequitur, non ab eo antonomaſticè eam vocari Eccleſiam & eum Epiſcopum: nequè vlla lex eſt grammaticæ, quæ Baronij obſeruationi refragetur: fundamentum habet in doctrina Patrum, eam Cyprianus Epiſt. 45. in edit. pamelij vocat *Matricem, & radicem Eccleſiarum* ad quam *propter potentiorem principalitatem* (ait Irænæus lib. 3. ca. 3 *neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam*, hoc eſt omnes, qui ſunt vndique fideles. Id igitur Athanaſius ſignificat, ſe, cùm Romam aſcendit, Ec-

cleſiam

cleſiam adite, ſcilicet eani Eccleſiam, quæ ſit caput, & princeps Eccleſiarum: Epiſcopum, ſcilicet eum Epiſcopum, cuius ſit & ſuam, & omnium Epiſcoporum cauſas diiudicate. Quemadmodùm etſi multæ ſint vrbes, tamen vrbis nomine antonomaſticè Roma intelligitur: itá, etſi multæ per Orbem Eccleſiæ, antonomaſticè tamen, Eccleſiæ nomine, Romã intellexit Athanaſius. Quòd ſi Athenis nunc viueret orator ille Demoſthenès, aut Romæ Marcus Tullius, & quis diceret, Athenas, vel Romam aſcende oratorem auditurus, etſi illic, aut alibi eſſent alij oratores, tamen per antonomaſiam, intelligeretur Demoſthenes, vel Marcus Tullius: ita Romam aſcende, Eccleſiam, & Epiſcopum aditurus; quia etſi extrà Romam aliæ Eccleſiæ, quæ tamen Romæ ſit Eccleſia, antonomaſticè, nomine Eccleſiæ, intelligitur, vt Epiſcopi nomine Romanus Epiſcopus: miror, qui non videat hoc Grammaticulus iſte, qui adeò argutè & ſubtiliter obſeruationem Baronij refellere ſe putauit.

Mornæus ne bonus quidem Grammaticus.

Addamus (inquit Mornæus) *malè Cõſulturam fuiſſe orbi Chriſtiano hanc Synodum,* (Sardicenſem) *quem ab vnius homuncionis auctoritate pendere æquum duxiſſet;*

Pag. 37.

ITa iſte omnem Monarchiam, in qua ab vnius auctoritate pendent tot prouinciæ, improbabit. An vero vnus Oſius canones illos condidit? Nonnè trecenti Occidentales Catholici Epiſcopi legitimè congregati, vno ore hos canones cõdiderunt? Vt conſtet verò, quantùm iſte Catholicos, præ Arianis, deprimat, probauit ſuperiùs canonem Antiochenæ Synodi, in qua triginta ſex Epiſcopi Ariani Athanaſium condemnarũt, cui præfuit Euſebius Nicomedienſis, apoſtata, tyrannus, Nicænæ Synodi hoſtis infeſtiſsimus, & Arianiſmi propugnator, àc propagator acerrimus; cùm in Sardicenſi abſolutus ſit Athanaſius, eiq; præfuerint Epiſcopi, & præsbyteri Catholici, vt potè Legati Romani Pontificis: vult ab vnius Euſebij Nicomedinſis, & pauciorum Arianorum auctoritate Chriſtianum orbem pẽdere, minimè vero ab auctoritate Oſij, pro fide Catholica tanta perpeſsi, & tot Epiſcoporum Catholicorum. Suſpecta mihi valdè eſt iſtius fides circa Chriſti Diuinitatem, vt quem videam cæco furore, & odio in Romanum Pontificem paſsim Arianis adeò fauere.

Mornæus Catholicos præ Arianis, deprimit.

Pag. 37.

De Oſio: An à doctrina externa aliquãdo defecerit.

Quod de Oſio ſubiungit, eum à vera doctrina defeciſſe: externo quidem actu, verum eſt, ſiquidẽ tormentis adictus eſt ad ſubſcribendum fidei formulæ ab Arianis in Concilio Sirmienſi editæ; non tamen id ſponte, aut volens fecit: Itá Socrates lib. 2. cap. 26. de Oſio ſcribit, quòd inuitus ad Concilium Sirmienſe acceſſerit, quò vocabatur ab Imperatore Conſtantio, vt vel perſuadendo, vel cogendo, induceretur ad conſentiendum cùm Epiſcopis Arianis, ibi coactis. *Simulatquè verò ſenex ille* (inquit) *eorum fidei aſſentire abnuebat, plagæ illi erant inflictæ, membraquè machinis diſtorta. Quapropter fidei formulis eo tẽpore editis, vi, & neceſſitate compulſus conſenſit ſubſcripſitquè:* Eadem Sozomenus lib. 4. cap. 9. Sanctus Athanaſius idem ſcribit Epiſt. ad ſolitariã vitam agentes: *Tantam vim intulit ſeni, quem Sirmij, pro exilio, detinebat, & ita eum arctè tenuit, vt afflictus, attritusquè malis, tandem, ægrequè cùm Vrſatio, & Valente communicaret, ſed tamen vt contrà Athanaſium non ſubſcriberet; verum nè ita quidem eam rem pro leui habuit; moriturus enim, quaſi in teſtamento ſuo, eorum vim proteſtatus eſt, & Arianam hæreſim condemnauit, vetuitquè, eam à quocunque probari, ac recipi.* Et in apol. 2. ſub finem. *Etſi Oſius minis Conſtantij conterritus, non videbatur Euſebianis contradicere, vis tamen illa, & Conſtantij Tyranni poteſtas, multæquè contumeliæ, & interminationes ſatis oſtendunt, minimè eum in noſtri condemnationem conſenſiſſe, ſed ſenij imbecillitate imparem verberibus, ad tempus, ceſſiſſe &c.* Ex quibus conſtat lapſum quidem fuiſſe, & grauiter Oſium peccaſſe, & non tamen hæreticum fuiſſe, aut à vera doctrina receſsiſſe, niſi profeſsione quadam externa, timore, verberibus, extorta, cùm tamẽ hæreſis ſit error in intellectu, quæ adiunctam habet pertinaciam in voluntate.

Oſius moriturus Arianam hæreſim cõdemnauit.

Oſius propriè nõ fuit Hæreticus.

Quid ſit Hæreſis.

De Liberio An ad Arianos trãſierit.

Pag. 37.

Quod de Liberio ſcribit Mornæus, eum ad Arianos tranſijſſe; meritò quidem in dubium reuocat, immò negat Baronius ad annum Chriſti 357. ſi tranſire ad Arianos ſit Nicænam fidẽ abiurare, & Arianam hæreſim profiteri: haud tamen probari poſſunt, aut iuſtè facta defendi, quod victus labefactauit Sacerdotalem conſtantiam, iniuſtè, contrà S. Athanaſium, ſubſcribendo, quòdquè communicauerit cùm illis, quorum hactenus exhorruiſſet communionem; ſed & quòd etiam profeſsioni illi ſubſcripſerit, quæ licet catholica videri poſſet, tamen voce illa Nicæna careret (*conſubſtantialitatis*), quam maiores omnes, aduerſus Arianos, magna ſemper gloria defendiſſent; hinc factum, vt tàm in Oriẽte, quam in Occidente ſpargeretur rumor, Liberium adhæſiſſe Conſtantio, & hæreticum euaſiſſe, quòd Nicænam fidem prodere viſus eſſet, tùm Athanaſium condemnando, tùm profeſsioni fidei, in qua nõ eſſet vox (*conſubſtãtialitatis*) ſubſcribendo; ſed hic falſus fuit rumor: Et, vt alibi demonſtratum eſt, ſubſcripſit quidem in cõdemnationem Athanaſij, non tamen in condemnationem fidei Nicænæ: nam vt ibidem docet Baronius, Liberius ſemper perſeuerauit in fide Catholica; eundemq; ab hæreſi egregiè vindicant Sanderus lib. 7. de viſibili Monarch. §. 121. & ſequentibus. Item Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 9. Quod in Sanctis Baronius Liberium collocet, in quo carpitur ab aduerſario; id meritò quidem, ſequutus auctoritatem D. Ambroſij lib. 3. de virginibus: *Tempus eſt, ſoror ſancta, beatæ memoriæ Liberij præcepta reuoluere, vt quo vir ſanctior, eo ſermo accedat gratior.* Poſtea. *hæc tecum ſanctæ memoriæ Liberius.* Item Epiphanius, hæreſi. 75. *Euſtachius* (inquit) *ad Liberium Beatum Romæ Epiſcopum, vna cum multis Epiſcopis, Legatum agebat.* Baſilius Epiſt. 74. ad Epiſcopos Occidentis: *Quædam* (inquit) *ei propoſita ſunt à Beatiſſimo Liberio.* His omnibus ſubiungit

Liberius in Athanaſij quidem, at non in fidei Nicænæ cõdemnationem ſubſcripſit.

Liberius inter ſanctos numeratus.

iungit Baronius: *Iam intelligis ablutam penitus præteritam Sirmij contractam impietatis ex Arianorum conſortio maculam, ſed & præſtanti Catholicæ fidei confeſſione, atquè defenſione eò gloriæ Liberium perueniſſe, vt nihil minus habuerit honoris, laudis à preclariſſimis quibuſcunquè Romanę Eccleſię Pontificibus.* Si ergò nulla eſt apud Mornæum D. Ambroſij, & aliorum Patrum auctoritas, Baronio tamen, & nobis non videtur ſpernenda. Impoſtor ergo iſte, qui nobis nunc citet in contrarium Athanaſium, Hilarium, Bellarminum, Epiſtolas ipſas Liberij: cùm ſupra citauerimus ex Athanaſio, eum non niſi metu tormentorum cum Arianis communicaſſe; non vero vnquàm Arianæ hæreſi ſubſcripſiſſe; non negamus, medio illo tempore, id eſt in ipſo reditu ab exilio, ipſum aliquid egiſſe contra fidem, in ipſo Concilio Sirmienſi, cõmunicando cum Arianis, & ſubſcribendo damnationi Athanaſij; non tamen expreſsis verbis, vt ſcribit Bellarminus, aut hæreſim docuit, aut hæreticus fuit, ſed ſolum peccauit actu externo, quemadmodum S. Marcellinus, qui vi tormentorum compulſus eſt aliquando Idolis ſacrificare; & minus peccauit, iudicio Bellarmini, Liberius quàm S. Marcellinus; verùm & antè exilium acerrimus fuit defenſor fidei Catholicæ, & poſt exilium verè ortodoxus, & pius: Quod ſi, quia ſemel lapſus eſt Liberius, in Sanctis non eſt collocandus, vix certè vllus, aut paucos excipies, recenſebitur inter Sanctos.

Mornæi impoſtura.

Liberius & ante exilium & poſt exilium ante mortē verè fuit Orthodoxus, & pius.

Scribit Baronius anno Chriſti 362. Athanaſium Synodum percelebrem Alexandriæ indixiſſe, eoquè Epiſcopos vndequaquè inuitaſſe, vt veram doctrinam ſtabiliret: hucquè alluſiſſe Gregorium Nazianzenum orat. in laudem Athanaſij, cum hæc ſcribit. *Leges etiam rursùs Orbi terrarum præſcribit, atquè omnium mentes ad ſe conuertit, alijs Epiſtolas mittens, alios accerſens, nonnullos etiam vltrò accedentes erudiens.* Ac quòd de rebus haud parui momenti, actum videretur in Synodo, ait Baronius, de his omnibus Athanaſium certiorem reddidiſſe Liberium Romanum Pontificem; quarum quidem Litterarum illud tãtùm fragmentum ſupereſt, quod ſpectat ad Incarnationis Myſterium, & perfectam Filij Deitatem, cætera autem, quæ in Synodo geſta ſunt, deſiderantur, cuius quidem ſcripti cum ſit ille titulus: Athanaſij reſcriptum ad Liberium Epiſcopum Romanum; planè declaratur ipſum Liberium Alexandriæ cogendæ Synodi fuiſſe auctorem, & de ea re ad Athanaſium dediſſe literas, atquè eius auctoritate illuc conueniſſe, Euſebium Epiſcopum vercellenſem, & Luciferum Calaritanum Legatos. Quod ex ſcriptoribus ipſis Eccleſiaſticis facilè probatur; nam Socrates Lib. 3. cap. 4. & 7. Theodoretus lib. 3. cap. 4. & 5. Sozomenus. lib. 5. cap. 11. & 12. teſtantur, Luciferum Calaritanum, & Euſebium vercellenſem Epiſcopos, ex Thebis, in quibus, regnante Conſtãtio, exularunt, reuertentes obiuiſſe Orientales Eccleſias, ac nominatim Alexandrinam, & Antiochenam, vt viderent, nè decreta Concilij Nicæni violarentur. Ac Lucifer quidem Antiochiæ Paulinum deſignauit Epiſcopum; Euſebius verò Alexandriæ, vnà cum Athanaſio, Concilium coegit, cùm interim Lucifer eò etiam mitteret Diaconum, per quem ſignificat, ſe rebus, quas Concilium decerneret, aſſenſurum; vnde verò his duobus non maximarum Ciuitatum, idquè etiam in Occidente, Epiſcopis hæc tanta auctoritas conceſſa, vt in ſedibus Apoſtolicis, atquè in maximis Orientis Eccleſijs Concilia cogerent, Epiſcopos conſtituerent, & canones Eccleſiæ ſtabilirent, niſi ab Epiſcopo Romano, vt præſule Eccleſiæ vniuerſalis? maximè cùm in Monodia D. Gregorij Nazianz. quam in vitam D. Baſilij compoſuit, legatur, Luciferum, & Euſebium Epiſcopos ex vrbe Roma Cæſaream miſſos fuiſſe, ad ſeditionem, quæ in Cæſarienſi Eccleſia orta fuerat, ſedandam. Vnde conſtat, & in Eccleſiam Cæſarienſem ius fuiſſe Epiſcopo Romano, à quo mittebantur, & non niſi iuſſu, ac auctoritate illius coactam Synodum Alexandrinam, cui Euſebius Vercellenſis, nomine illius, adfuerit, & quò Lucifer miſerit Legatum. Aliundè etiam probat id Baronius ex epiſtola Athanaſij ad Ruffinianum, qua pariter declarat, quæcumquè in eadem Synodo acta ſunt, fuiſſe confirmata ab ipſa Romana Eccleſia. At Mornæus.

Athanaſio Synodum indicere: & quibus medijs.

Athanaſio Synodi indicendæ auctor Liberius.

De Geſtis Luciferi Calaritani, et Euſebij Vercellenſis in Oriente.

Perlegat iam (inquit) lector, non quidquam, quod eò pertineat. Pag. 38.

ATqui in fine illius Epiſtolæ, quæ habetur in 2. Synodo Nicæna, qua decretum, de recipiendis lapſis in hæreſim, explicatur, hæc leguntur: *Hæc, & Romam ſcripta ſunt, Romanorumquè Eccleſiam omnia comprobaſſe conſtat &c.* An non manifeſtè hęc ſignificant Romanum Pontificem comprobaſſe Acta Alexandrinę Synodi? Quo ſẽſu leges Orbi terrarum præſcribere diceretur Athanaſius, alibi explicatum. An non verò illius ſanctitas, & zelus fidei omnibus lex eſſe, & quid agendum, præſcribere debent?

Anno 364. habetur Lampſacena Synodus &c. Pag: 38.

DE hac Synodo variant ſcriptores: ſiquidem Sozomenus lib. 6. cap. 7. & Niceph. lib. 11. cap. 3. ſcribunt, ab Orthodoxis apud Valentinianum Imperatorem Catholicum, procuratam eſſe hanc Synodum: Verùm Socrates lib. 4. cap. 2. Macedonianos Epiſcopos Synodum iſtam à Valente Imperatore Hęretico petijſſe ſcribit, & Valentem, quoniam illos cum Acaio, & Eudoxio de religione conſentire putabat, Concilij cogendi illis feciſſe poteſtatem: Baronius tom. 4. ad annum Chriſti 365. ex multis oſtendit, reuera ab Hæreticis eiuſmodi habitum eſſe conuentum, vt ex eo in primis: *Quòd nequaquàm in eo Nicæna confeſſio cognita, atquè probata fuit, prout in alijs omnibus orthodoxorum Synodis; ſed profeſſio Antiochena tantùm, quam Catholici, vt imperfectam, et quæ haberet fraudem inclusam, reſpuerunt. Baſilius præterea Epiſt. 72. Lampſacenam confeſſionem inter eas adnumerat, quæ ab Hæreticis diuerſis in locis, editę ſunt, vt cùm ait: Nunquam ad rerum innouationem conſenſimus: fides apud nos, nõ alia in Seleucia,*

De Synodo Lampſacena.

Lampſacena Synodus ab Hæreticis habita.

alia

alia Cōſtantinopoli, in Zelis alia, & in Lampſaco alia, & alia Romæ &c. quæ ab vſq; edita eſt coram Liberio, vt communicationem Catholicam aucuparētur. Idem Epiſt. 82. *Quoties fidem exponendo nouarunt. Ancyræ dederunt aliam Seleuciæ aliam, aliā Conſtantinopoli, diuulgatā illam, & aliam in Lampſaco poſtea &c.* Sed quia cogendæ huius Synodi non erat eorū ſcopus, vt fidem Nicænam Catholicam impugnarent, ſed vt horrēdas blaſphemias editas prius in Conſtantinopolitano Cōciliabulo ab Eudoxio, Acacio, & alijs Arianorū deterrimis, penitùs execrarentur; *hac de cauſſa, tanquā acturi negotiū Catholicę Fidei* (inquit Baronius ar. 3.) *quos poſſent, ad Lampſacenū conuentum aduerſus Eudoxium, et eius ſectatores conuocare conati ſunt &c.* Atq; inde fortaſſe accidit, vt ea Synodus aliquibus viſa ſit eſſe ab Orthodoxis procurata apud Valentinianum Imperatorem Orthodoxum, non apud Valentem hæreticum. Neq; verò Sozomenus, aut quis alius Scriptor id habet, quod Valentinianus *pertæſus tot Synodorum, quæ Conſtantino prædeceſſori malè ceſſerant, reſpōderit*; ſed quod cùm Hypatianus Heracleę Epiſcopus ad eū Legatus ab Epiſcopis miſſus veniſſet, & Epiſcoporū poſtulata expoſuiſſet, vt ſibi de doctrina fidei ritè conſtituenda in vnū conueniendi poteſtas daretur, reſpōdit ille, ſibi, qui vnus è numero Laicorū erat, nō licere ſe eiuſmodi negotijs interponere: *& ideo Sacerdotes, & Epiſcopi* (inquit) *quibus hæc curæ ſunt, ſeorſum per ſe, vbicumq; ipſis lubitū fuerit, in vnū cōueniant.* Vbi nō ea ratio adfertur, quod pertæſus eſſet tot Synodorum. Neq; verò iuri ſuo tum renunciaſſe Imperatorē, Baronius, aliuſuè Catholicus aut credet, aut perſuadebit lubens; cùm ad id ſibi nullū ius eſſe apertè profiteatur, idq; quòd de Laicorum eſſet numero.

Sequi Lāpſacena Synodi execranda.

Vnde fortaſſe quibuſdā viſa ſit hæc Synodus à Catholicis procurata.

Quid & cur Valentinianus Imperator reſponderit Hipatiano conueniendi poteſtatē poſtulanti.

Epiſcopi illi, qui Macedoniani erant, vt ſcribit Socrates lib. 4. c. 11. cùm ab Arianis grauiter & acerbè exagitarentur, iudicant, ſibi ad Valētinianum Imperatorem, & Liberium Epiſcopū Romanum confugiendum, illorumq; fidem potiùs amplexandam, quàm vt cum Eudoxio communicarent. Tres igitur mittunt Epiſcopos, illiſq; in mādatis dant, vt cum Liberio neutiquā de fide diſſentiant, ſed cōmunicent cum Eccleſia Romana, fidemq; *Conſubſtantialis* ratā faciant. Cum Imperatore non colloquuntur (erat enim in Gallia bello contra Sauromatas gerendo occupatus) ſed Liberio litteras offerūt. Ille eas recipere noluit, neq; eos admittere, quouſq; ſe Catholicos eſſe, & Nicænam fidem amplecti profiterentur. *Quia probè norant* (inquit Baronius) *nullā vnquā ſe à Romano Pōtifice extorturos eſſe cōmunicationem, niſi cum fidei Nicanę confeſſione; illud improbè ſtatuunt, vt ad tempus mentiantur, ſe eſſe Catholicos, rectamq; fidem aſſerant, quam nec ſi vellet, poſſet Liberius ipſe reijcere.* Extant apud Socratem loco citato litteræ Epiſcoporum, per tres Epiſcopos Legatos miſſæ ad Liberium, & Liberij ad eoſdē redditæ. Et quia ex his aliqui ob hæreſim à Catholicis priuati erant ſuis Sedibus; ideò & alias dedit, quibus Apoſtolica præcipiebatur auctoritate, vt ijdē, qui fuerant antea Sedibus ſpoliati, poſt profeſſionē Fidei Catholicę habitam ſuis ipſorum reſtituerentur Eccleſijs: quatū quidem authoritate ſuas ſinguli receperūt Sedes Epiſcopales; tanta enim inerat authoritas Romano Pontifici, vt quantūlibet ſuſpectos homines, & qui hactenùs adhæſiſſent hæreticis, iam Catholicos redditos, eiuſdem Romani Epiſcopi arbitrio nemo eos recipere detrectaret. Id ſanè ex hac hiſtoria rectè colligit Baronius, vt non minimū inde lucri pro Romani Pōtificis authoritate etiā ex teſtimonio hæreticorū capter. Sed obijcit Mornæus, qđ in libello oblato Liberio, *Fratrem, & Collegam* eum appellant. Sed ad hoc iam aliàs reſponſum: & ſuppreſſit, quod etiam eum *Dominum* appellant; ita enim habet inſcriptio: *Domino Fratri, et Collegæ noſtro Liberio*; vt ſit & Dominus fratrū ſuorum. Scripſerunt & ad alios Epiſcopos, à quibus voluerūt ſe haberi Catholicos, ſed ad Liberiū in primis, vtpotè cuius eſſet eos in cōmunionem admittere, & quibus alij Epiſcopi non cōmunicarent, niſi prius à Romano Pontifice in cōmunionem admitterētur.

Macedoniani tres Epiſcopos ad Liberiū & ad Imperatorem mittunt: quā ad finem.

Liberius nec ipſos, nec ipſorū litteras admittit quouſq; ſe Catholicos, et fidei Nicænæ ſectatores profiteantur.

Liberius eiſ litteras tradit, vt reſtituātur ſuis Sedibus: & re ipſa reſtituuntur.

Pag. 38.

At Liberius Oriētalibus reſpondens Epiſcopum ſe tātùm Italiæ inſcribit. Liberius, inquit, Italiæ Epiſcopus, & alij Epiſcopi Occidentis. Pag. 38.

VTique quia eſt Epiſcopus Romanus, vt ſucceſſor Petri Principis Apoſtolorum, eſt etiā reliquorū Epiſcoporū caput, & Princeps. Alios nominat *Epiſcopos Occidentis*, quia & tùm Romæ eā de cauſſa Concilium Epiſcoporū coegerat.

Neſcio verò, quid Mornęo venerit in mentē, vt poſtquàm ea examinauerat, quę ſcribit Baronius Tom. 4. ad annum Chriſti 365. repetat ea, quæ longè ante ſcripſerat de arrogātia Donati Carthaginenſis Donatiſtarum Epiſcopi Tom. 3. ad an. Chriſti 348. Sed puto, cùm finem impoſuiſſet huic Oppoſitioni, Miniſtellum aliquem illi hūc locum ſuggeſſiſſe, qui memoria excidiſſet, nec omittendus videretur.

Oſtenſurus (Baronius) *Donati ſuperbiā* (inquit Mornæus) *locum Optati adducit: Cùm, inquit, ſuper Imperatorē non ſit niſi ſolus Deus, qui fecit Imperatorē, dùm ſe Donatus ſuper Imperatorem extollit, iam quaſi hominum excesſerat metas, vt ſe, vt Deum non hominem æſtimaret &c.* Pag. 38.

Hic locus eſt Optati lib. 3. cōtra Parmenianum. Subiungit autem Mornæus:

Nempe ob id tantum, quod Cōſtantis Imperatoris oblationes, vtpote à ſua communione abhorrentis, repudiaret.

VBi ex alijs cauſsis, quas cōſultò iſte omiſit, Donati ſuperbiā notat Baronius, qua cum primùm ſe ab Apoſtolicæ Sedis Antiſtite iādiu ante ſchiſmate diuiſiſſet, nec ſæculari dignitati ſibi parendum putaret, vni ſe ęqualem Deo cōparan-

In quibus Donati ſuperbiā notet Baronius.

Digitized by Google

parandū exiſtimaret. Hand enim prorſus ab huiuſmodi inſania viſus eſt procax Schiſmatic⁹ tẽperaſſe, cùm per ſuū ipſius nomen tanquàm Numen ſuos iurare docuiſſet. Vnde poſt multa ex Ezechielis oraculo de Principe Tyri, quod cõcinnè aptat Donato, mox ſubdit Optatus: *Hoc modo exaltatū eſt cor eius, vt ſibi iam non homo, ſed Deus fuiſſe videretur. Demiq; in ore populi rarò eſt appellatus Epiſcopus, ſed Donatus Carthaginenſis dicebatur.* Et inferius: *Deinde cùm antè ipſius ſuperbiam omnes qui in Chriſto crediderãt Chriſtiani vocarentur, auſus eſt populum cū Deo diuidere, vt qui illum ſecuti ſunt iam non Chriſtiani vocarentur, ſed Donatiſtæ. Et ſi quando ad eū aliqui ex aliqua Africana Prouincia veniebant, nõ quærebat illud, quod humana ſemper exigit conſuetudo, de pluuijs, de pace, de prouẽtu anni aliquid interrogare, ſed illicò ad ſingulos quoſq; hæc erant verba: Quid apud vos agitur de parte mea? quaſi iam verè populum cum Deo diuiſerat, vt intrepidè ſua diceret partem.* Non igitur in eo tãtùm ſuperbiam Donati notat Baronius, quòd oblationes Cõſtantis Imperatoris Catholici repudiaret. Quorſū verò iſta ex loco Optati à Mornæo producta, quod Donatus ſuper Imperatorẽ ſe extolleret, hominū metas excederet, ſe Deum, non hominẽ æſtimaret, nempè qui repudiabat Catholici Imperatoris oblationes? An vero noſter Põtifex Romanus, de quo adeò ridiculè ſcurræ iſti loquuntur, populum cū Deo diuidit, aut de ſuo nomine vult appellari, aut per ſuum ipſius nomen tanquàm Numen iurare præcepit? Annon verò magis hæc arrogãtia in iſtis conſpicitur, qui ab obediẽtia Sedis Apoſtolicæ per ſummum nefas receſſerunt; quin & Regibus, aut Magiſtratibus, ad ruendam ſuam perfidiam, bellū cient, ac totius Reipublicæ ſtatum conculcant? Quod verò dicitur *ſuper Imperatorem non eſſe, niſi ſolus Deus*: nos vtiq; ſupremã eum habere adminiſtrandæ Reipublicæ authoritatem non diffitemur; qui tamen ſi membrum eſt Eccleſiæ, ſub capite ſit oportet: ſi Chriſtianus, ouis erit ſacra Paſtoris. Neq; Romanus Põtifex extollit ſe ſuper Imperatorem, ſed ab eo extollitur, qui vocauit eum, tanquàm Aaronẽ, & qui ei in perſona Petri dixit: *Paſce oues meas.* In quibus verò extolleret ſe Donatus ſuper Imperatorem, vt extremæ arrogantiæ notaretur, docuit, vt iam dictum eſt, Baronius ex Optato, quorum certè nihil in Pontificem cadit.

Quanto interuallo diſtet Romanus Pontifex à Donato ſuperbia.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum Sextum.

Pag. 38. *Anno 366. in eligendo Liberij ſucceſſore, Epiſcopatus Romanus quãta partium contentione ambiretur, videre eſt.*

Damaſus Liberij ſucceſſor.

DE electione Damaſi, Liberij ſucceſſoris, & de ſchiſmate ab Vrſicino excitato, ægrè ferente ſibi prælatū Damaſum, de tumultu inde orto, & cædibus perpetratis, legi poſſunt Socrates lib. 4. c. 24. Sozomenus lib. 6. cap. 23. Niceph. lib. 11. cap. 31. Pertractat hanc hiſtoriam Baronius Tom. 4. ad annum Chriſti 367. Mornæus citat hæc verba Ruffini ex lib. 2. c. 10.

Pag. 38. *Quo ex facto tanta ſeditio, imò verò tanta bella coorta ſunt, alterutrum defendentibus populis, vt replerentur humano ſanguine Orationum loca.*

Quæ Mornæus hic malitioſè ſupprimat.

Damaſo legitimè electo vis ab Vrſicino illata.

SEd ſupprimit conſultò antecedentia hæc: *Damaſus poſt Liberium per ſucceſſionem Sacerdotium in vrbe Romana ſuſceperat. Quẽ prælatū ſibi non ferens Vrſicinus quidam eiuſdem Eccleſiæ Diaconus, in tantum furoris erupit, vt perſuaſo quodã ſatis imperito & agreſti Epiſcopo, collecta turbulentorū & ſeditioſorum hominū manu in Baſilica quæ Sycinini appellatur, Epiſcopū ſe fieri extorqueret, legibus, & ordine, et traditione peruerſis.* Poſtea ſequuntur, quæ citat Mornæus. Ex quibus conſtat, Damaſum fuiſſe legitimū Pontificem, & ſi quid tumultus, ac ſeditionis tunc ortū, in Vrſicinum ſchiſmaticum referendū eſſe. D. Ambroſius ad Valentinianū iuniorẽ Epiſt. 30. de Damaſo. *Damaſus* (inquit) *Romanæ Eccleſiæ Sacerdos, iudicio Dei electus.* Non citauit Aduerſarius totã hiſtoriã ex Scriptoribus Chriſtianis, qui ad vnū omnes probant Damaſi electionẽ: quẽ non ſolum tradunt fuiſſe verum legitimūq; Romanū Pontificẽ, ſed & moribus ſanctiſsimū. D. Hieronymus Epiſt. 50. ad Pammachium, appellat *virū egregium, & eruditū in Scripturis, & virginem, Eccleſiæ virginis Doctorem.* Sed ex Ammiano Marcellino Ethnico homine, & rerū Chriſtianarum haud exacto exploratore citare maluit, eoq; lubentiùs, quòd ex æquo Damaſum, & Vrſicinū ambitionis, & ardentis ſupra modum cupiditatis ad rapiendã Epiſcopalem Sedem notet; cū antea tamen legitimè eſſet inſtitutus Pontifex Damaſus, cùm ſchiſma concitauit, totq; ſeditionum ac cædium cauſſa extitit Vrſicinus.

Damaſi electio, et mores [illegible] probati.

Necdum (ait Mornæus) *inter doctos cõſtat, Ethnicus ille* (Ammianus Marcellinus) *an Chriſtianus.* Pag. 38.

EQuidem, quãuis Ethnicus, ſi tamen conferatur ad Mornæū, nemini dubium, habendum eſſe Chriſtianū; nã viri Niniuitæ ſurgent in iudicio aduerſus generationẽ iſtã, & condẽnabunt eã. Non ita impudẽter de Summo Præſule Chriſtianæ Religionis loquutus eſt Marcellin⁹ Ethnicus, vt noſtri temporis eiuſmodi Nouatores. Nã lib. 15. cū ſcribit, Conſtantiū voluiſſe, Decretū contra Athanaſiū à Liberio Pontifice confirmari, cauſſam modeſtè ſubdit: *Ob auctoritatẽ, qua potiuntur æternæ Vrbis Epiſcopi*; cū tamẽ iſti nullas nõ blaſphemias eructẽt in æternæ Vrbis Epiſcopos. Sed in recitẽdis Marcellini verbis ſibi mirū in modum applaudit Mornæus, cū ita dicit:

Neque ego abnuo, huius rei (Romani Epiſcopatus) *cupidos ob impetrandum quod appetunt omni contentione* Pag. 39.

laterum

Digitized by Google

laterum iurgari debere, cum id adepti, futuri ſint ita ſecuri, vt ditentur oblationibus matronarum, procedantq; vehiculis inſidentes, circumſpectè veſtiti, epulas curantes profuſas, adeò vt eorū cōuiuia regales ſuperēt mēſas etc.

Splēdor Eccleſiæ Chriſtianæ Paganis etiā inuiſus.

VBi rectè Baronius ad annū 367. art. 9. *Negari quidem minimè poteſt, Deorum cultoribus mouiſſe inuidiam Chriſtianæ Religionis ſummum Pontificatum adeò inſigniter externis quoq; ſplendoribus illuſtratum, ægroq; tuliſſe animo, eo munere fungentem Romanū Epiſcopum eiuſmodi claritudine magis conſpicuum apparere, quàm Gentilitiæ ſuperſtitionis Regem ſacrificū, ſiuè alios Pontifices atq; Sacrificos, iam Deorum cultu frigeſcente, deſpectos* Id verò certè conſtat, cū Gentiles adeo moleſtè ferrent, ſuorum Deorum cultu contempto, Religionem Chriſtianam maiora in dies capere incrementa. Proſequitur ibidem Baronius: *Certè quidem adeo Romæ his temporibus effulgebat Romanorū Chriſtianæ Religionis Antiſtitum decor atq; ſplendor, vt non Ammiani tantùm, vel cæterorum illi ſimilium commouerit animum, ſed et clariſſimorum virorum immò ampliſſimorum Magiſtratuum inuidiam concitarit. Vnde Prætextatus ille, vt refert Hieronymus Epiſt. 61. qui & Conſul deſignatus poſtea mortuus eſt, homo ſacrilegus, & Idolorum cultor, ſolebat ludens B. Damaſo dicere: Facite me Romanæ Vrbis Epiſcopum, & ero protinus Chriſtianus; vt planè appareat, ſummo atq; regali Chriſti Eccleſiæ Sacerdotio Regiam quoq; magnificentiam fuiſſe coniunctā.* Neque verò opulentiam tantùm, ſed & dignitatē, atq; authoritatē Romani Pontificis inter Chriſtianos conſiderabat: *quæ cùm ab Ethnico Scriptore carpantur* (ſubdit ibidem Baronius) *atque ab Hæreticis recentioribus* (hic ſe notari Caluiniſta Mornæus ægrè tulit) *canino dente rabioſiùs corroduntur: iſthæcque ab Ammiano ſcripta, velut è diuino oraculo prodita, in Romanam Eccleſiā exprobrant: minimè conſiderantes, antiquam eſſe hanc calumniam, ab Ethnicis in Chriſtianos omnes illatam; cùm (vt ait Tertullianus in Apol. c. 39.) prodigas eorum cœnas ſugillarent, quę cū à charitate fuerint ἀγάπαι denominatæ, quantiſcunque* (inquit) *ſumptibus conſtent, lucrū eſt, pietatis nomine facere ſumptus.* Vbi Mornęus Baronium malignè abuſum loco Tertulliani, ſcribit, quòd *cœnulas* ille vocet, non *cœnas*, non epulas illas profuſas, & conuiuia regales ſuperantia menſas. Quid ſi Baronius ipſos Ethnicos reſpexit, qui eas ſugillabant; & vocabant *prodigas*, & calumniam inferebant Chriſtianis, nec *cœnulas*, ſed *cœnas* vocabant, ſicque à ſenſu Tertulliani non diſſenſit? In ſcriptis verò Baronij mutilandis facilè detegitur Aduerſarij iſtius malignitas & dolus, cum ita ſcribit:

Baronius nō eſt abuſus Tertulliani loco.

Mornæi dolus, & improbitas in ſcriptis Baronij mutilandis.

Et porrò quibuſnam excipiendis, pauperibus, inquit, egenis, non vtique, quod Baronius, Præſidibus, Conſulibus.

Pag. 39.

QVaſi ſcribat Baronius, paratas eſſe epulas excipiendis non egenis, ſed Præſidibus, Conſulibus; cum tamē ita ſcribat: *Quòd ait Ammianus de profuſioribus epulis: conſiderandum eſt, cauſſa vrgente, interdum ſanctiſſimos viros regias cœnas parare ſolitos. De Sācto enim Ambroſio teſtatus eſt Vincentius Præfectus Prætorio in Gallijs apud S. Martinum, ipſum agentem Mediolanenſem Epiſcopum, conſueuiſſe exhibere conuiuia Præfectis atque Conſulibus, & abſque dubio digno inuitatis hominibus ſumptu; cùm tamen haud ipſe Ambroſius voluptuoſus eſſet, vel ieiunare prætermitteret, de quo Paulinus tradit quotidiano ieiunio corpus attriuiſſe. Apoſtolici quoq; viri: vt Ambroſius, atque Damaſus, ita nouerunt vitæ inſtitutum attemperare, vt iuxta eiuſdem Apoſtoli ſententiam, ſiue manducarent, Domino manducarent, ſiue non manducarent, æquè Domini cauſſa non manducarent, omniaque, charitate iubente, arbitrio ſpiritus agerent.*

Profuſiorē epula reprehēdēda nō ſūt, ſi cauſſa adſit.

D. Ambroſius Præfectos, & Conſules conuiuijs excepit.

Debuit igitur Mornæus ſanctum Dei virum Ambroſium carpere, de quo ex Seuero in Dialogo Gal. 2. refert Baronius, Vincentium P. Prętorio narraſſe, quòd conuiuia exhiberet Pręfectis, & Conſulibus. Egenis quidem eleemoſynis ſuccurrendum eſt. Sed ſi quis Antiſtes conuiuia exhibeat Præfectis, & Conſulibus, & dignos inuitatis ſumptus faciat; neque contra Euangelium, quòd conuiuia nō damnat (cum Chriſtus Dominus aliquando conuiuio fuerit exceptus) neq; cōtra ſacros Canones, neque aliquid ſuę dignitati minùs conueniens facit. Sed nùnc ad Oppoſitionem.

Euangeliū non dānat conuiuia.

A N T I D O T V M

Contra Oppoſitionem Sextam.

Inducit ſanè ille (Hieronymus) *Paulam & Euſtochium Marcellam compellantes his verbis: Lege Apocalypſim Iohānis, & quid de muliere purpurata etc.*

Pag. 39.

S. Hieronymus nec electioni Damaſi, nec maieſtati Rom. Pont. ſe oppoſuit.

IN progreſſu, de electione Damaſi Pontificis, de tumultu, ſeditione, & cędibus inde poſtea occaſione ſchiſmatis obortis, de epulis profuſis, & cōuiuijs Regales ſuperantibus mēſas tractauit Mornæus. Sed electioni Damaſi, aut Romani Pontificis ſplendori & maieſtati nùquàm ſe oppoſuit Hieronymus, qui ad Damaſum ſcribens Epiſt. 57. *Quanquā* (inquit) *tui me terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas.* Quid hoc eſt, niſi Romani Pontificis maieſtatem agnoſcere? An ita vel Theophilum Alexandrinum, vel Ioannē Hieroſolymitanum Patriarchā alloquitur? Et: *Ego nullum primum, niſi Chriſtum ſequens, Beatitudini tuæ, id eſt Cathedræ Petri communione conſocior: ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio.* Ibidem: *Non noui Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum. Quicunq; tecum non colligit ſpargit, hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt.* Ibidem: *Iungatur cùm* Beatitudi-

ne tua Vrſicinus, cùm Ambroſio ſocietur Auxentius; quia ſcilicet legitimè conſtitutus, & à Deo vocatus Pontifex Damaſus; ſchiſmaticus, & intruſus Vrſicinus; quemadmodū Catholicus Epiſcopus Ambroſius, & Auxẽtius hæreticus. Et Epiſt. 58. ad eundem: *Si quis Cathedræ Petri iungitur, meus eſt.* Epiſt. 16. ad Principiam, ſcribit Papam Athanaſium Alexandrinum, & Petrum illius ſucceſſorem, perſecutionē Arianæ hæreſeos declinantes, quaſi ad tutiſsimum communionis ſuę portū, Romam confugiſſe. En quanti facit Romanā Eccleſiam, & Romanum Epiſcopum, & quidem cum, Dàmaſo Pontificatum gerente, viueret, & ad eũdem ſcriberet? Quod verò interpretatur, Hieronymum (Epiſtola in qua Paula & Euſtochiū hortantur Marcellam, vt relicta Roma, ad Loca ſancta ſe conferat) de Eccleſia Romana,

Paula, & Euſtochiū Marcellā inuitant, ut Romam relinquat, nō Eccleſiā Romanam.

non de Ciuitate intelligere, de muliere purpurata, & ſcripta eius in fronte blaſphemia, & Babylonis exitu ibi ſcribere: inde falſum eſſe conſtat. Nec enim Marcellam hortantur, ut Romanam Eccleſiam relinquat, quā ex barbaro Syriæ limite conſulebat ipſe D. Hieronymus, ad quam ex Aegypto Athanaſiū & Petrum Alexandrinos Epiſcopos, tanquàm ad tutiſsimum portum ſuæ communionis confugiſſe ſcribit Epiſt. 16. ad Principiam: qui Epiſt. 11. ad Gerontiam teſtatur, dùm in chartis Eccleſiaſticis iuuaret Damaſum Romanæ Vrbis Epiſcopum, ſe Oriētis atq. Occidentis Synodicis cõſultationibus reſpondiſſe; nimirū quòd quæq; negotia, & maiores fidei cauſſę ad Apoſtolicam Sedem referrentur. Igitur ab Vrbe Roma vult Marcellam commigrare, non ab Eccleſia Romana. Ea itaq; verba de Ciuitate, nō de Eccleſia Romana, intelliguntur. Neq; vult, eam Romam relinquere, quòd ſit ibi Sancta Eccleſia, ſint trophæa Apoſtolorum & Martyrum, ſit vera Chriſti confeſſio, ſit ab Apoſtolo prædicata fides, & Gentilitate calcata, ſe quotidie in ſublime erigens Chriſtianum nomen.

Sed, inquit, ipſa ambitio, ipſa potentia; vbi malignè ſubiungit Mornæus ex ſuo: *à bono auertunt;* Pag. 39.

cùm D. Hieronymus ſcribat: *à propoſito Monachorum & quiete aliena ſunt;* ne videretur cum D. Hieronymo vel inuitus probare Monachorum inſtitutum: ita Patrum locis paſsim abuti religio illi non eſt. Paula & Euſtochium Marcellam ad ſolitudinem hiſcè verbis inuitabant: *In Chriſti villa tota ruſticitas eſt. Extra pſalmos ſilentiū eſt. Quocumq; te verteris, arator ſtiuā tenens decantat alleluia. Sudans meſſor, pſalmis ſe auocat et curua attondens vites falce vinitor, aliquid Dauidicū canit &c.* Ideò oportebat eam Romam, vt ſolitudinem peteret, relinquere, ſed non Eccleſiam, quæ & in ſolitudine, & in Vrbe; & in ea Epiſtola diſertis verbis diſtinguitur Sancta Eccleſia, Chriſti vera confeſsio ab ambitione, potẽtia, magnitudine Vrbis, in tanta ciuiū ac peregrinorum frequentia verſari, eſſe procul à quiete, videri & videre, ſalutari & ſalutare, laudare & detrahere, & inter linguas rodentium Miniſtrorum poſtes

Mornæus malignè & contra Hieronymi mentem appoſuit.

ingredi deauratos, ob quæ Marcella inuitatur, vt Roma relicta, Betlehem commigret.

Alium locum citat Mornæus ex D. Hieronymo Præfat. in libros Didymi de Spiritu Sancto: *Cum in Babylone verſarer, & purpuratæ Meretricis eſſem colonus, & Phariſæorū conclamauit Senatus, & nullus ſcriba vel fictus, ſed omnis, quaſi indicto ſibi prælio doctrinarū, aduersùm me imperitiæ factio coniurauit.* Nam qui ſolutioris diſciplinæ erant Romæ Clerici inuidia, & odio aduersùs Hieronymū concitati ſunt: inuidia, dū eius inſignis eruditio & vitæ ſanctitas ipſorū inſcitiam & vitæ turpitudinē redarguere manifeſtè videretur; odio, quòd ſcribens ad Euſtochium Tractatum, ſeu Epiſtolam de cuſtodia virginitatis, cauendos monuit Clericos lautos, delicatos, & leues, quorū eſſet periculoſa conſuetudo. Qui igitur in ea tractatione, penicillo Hieronymi, proprijs coloribus ſe eſſe expreſſos intellexerunt, in eum grauiter ſunt exacerbati. Id ſcribit Epiſ. 8. ad Demetriadem his verbis: *Ante annos circiter triginta, de virginitate ſeruanda edidi librum, in quo neceſſe mihi fuit ire contra vitia & propter inſtructionē virginis, quam monebam, Diaboli inſidias patefacere. Qui ſermo offendit plurimos, dùm vnuſquiſq. in ſe intelligens quod dicebatur, non quaſi monitorē libenter audiuit, ſed quaſi criminatorem ſui operis auerſatus eſt.* Qui interpretem agit Hieronymi Mornæus, Pag. 40.

Alium locum Hieronymi controuerſus.

Hic igitur Babylon (inquit) Hieronymo, quid, niſi Clerus Romanus? Senatus ipſe iam Phariſaicus, iam factio ignorantium &c. Pag. 41.

ID verò eſt, quod negamus. Neque enim D. Hieronimus detrahit gradui, aut Ordini Clericali, qui Sanctus eſt, & à Chriſto inſtitutus, ſed perſonis, Vrbi, non Eccleſiæ: illam *Babylonem* & alias ſæpè nominat, hanc *fidei Petram*, à qua qui diuiditur, alienum eſſe à cætu fidelium ſæpe conteſtatur: qui nihil habuit vnquam antiquius, quàm Romanæ Eccleſiæ doctrinam ſequi, ipſique inſolubili nodo coniungi, etiam poſtquam à Clericis Romanis paſſus erat calumnias, & *Senatum Phariſæorum*, Collegium eorum appellauerat. Nam ad Demetriadem ſcribens, *Illud* (inquit) *te pro charitatis affectu præmonendam puto, vt Sancti Innocentij, qui Apoſtolicæ Cathedræ, & ſupradicti viri* (nempe Anaſtaſij) *ſucceſſor, & filius eſt teneas fidem, nec peregrinam quamuis tibi prudens callidaq; videaris, doctrinam recipias.* Etſi itaque redarguendi eſſent mores Clericorum; non ideò tamen aut Eccleſia Romana erat *Babylon*; aut doctrina Eccleſiæ Romanæ inde labefactabatur: neq; fides probanda eſt ex perſonis, ſed perſonæ ex fide: & Cathedra Moyſis erat honoranda, etſi ſuper eam ſederent Scribæ, & Phariſæi. Nec verò quod ſcribit Hieronymus, ita intelligendum eſt, quaſi omnes tum Romani Clerici fuerint doctrinæ expertes: *Certè quidem qui tempora hæc exactè conſiderat* (ait Baronius ad ann. Chriſti 385.) *intelliget planè, hoc tempore coluiſſe in Eccleſia Romana Clericos doctrina atque ſcientia claros,* quorum aliquos ibi in exemplum adducit.

Ter-

Tertiũ eiuſdem alius locus.

Tertium locum Hieronymi producit ex Epiſt. 85. ad Euagrium.

Pag. 40.

Si quæritur, inquit, authoritas, Orbis maior eſt vrbe. Vbicumq; fuerit Epiſcopus ſiue Romæ, ſiue Eugubij, ſiuè Conſtãtinopoli, ſiue Rhegij (ſubiungens Mornæus, *Aduerte,* ait, *vt magnas intermiſceat paruis*) *eiuſdem eſt meriti eiuſdem eſt Sacerdotij Potentia diuitiarum et paupertatis humilitas vel ſublimiorem, vel inferiorem Epiſcopum non facit. Cæterum omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt.*

Hieronymus homines reprehẽdit, non fidem.

RECitantur apud Gratianũ 93. diſt. cap. *Legimus.* Citatur locus à Caluino magiſtro Mornæi lib. 4. Inſtit. c. 7 §. 3. Sed facilè reſpondetur, Hieronymum repræhendere ibi malam quandam conſuetudinem, quæ Romæ erat, non in tota Eccleſia Romana, vel in Romano Pontifice, ſed in Diaconis tantùm Romanis. Cum enim Diaconi pauci eſſent, & curam haberent theſauri Eccleſiaſtici, paulatim incipiebant ſe præponere Presbyteris, & inter eos ſedere; cum antiqua conſuetudo ſit, vt Presbyteris cùm Epiſcopis ſedentibus, Diaconi ſtent, non ſedeant. Quia igitur ibi in quendam inuehitur, qui Diaconos Presbyteris præferebat, & producebat fortaſsè in exemplum conſuetudinem, quæ vigeret Romæ; ideò D. Hieronymus: *Quid mihi profers vnius Vrbis conſuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum eſt ſupercilium in leges Eccleſiæ, vindicas?* quia nempè Romæ dumtaxat erat introducta ex ambitione Diaconorum, ideòque corrigenda magis, quàm probanda. Quòd autem Romanus Pontifex eam conſuetudinem non probaret, inde colligitur, quòd ſcribit, ſolùm, abſente Epiſcopo, auſum fuiſſe Diaconum inter Presbyteros ſedere: etſi verò Pontifex Romanus eam conſuetudinem Romæ introduxiſſet; non teneri tamen Epiſcopos eam alijs in locis introducere.

Quomodo intelligẽdũ illud Hieronymi: Orbis maior eſt Vrbe.

Priuatæ cõſuetudines Rom. Eccleſiæ totã Eccleſiã non obligant.

Et ita intelligitur illud Hieronymi, *Orbis maior eſt Vrbe;* quia ſi quæ conſuetudines priuatæ Romę introducantur, reliquos non intelliguntur obligare, vt conſtat ex verbis D. Auguſtini Epiſt. 118. ad Ianuarium c. 2, quæ recitantur apud Gratianum diſt. 12. cap. *Illa autem: Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum, inter quos viuitur, ſocietate ſeruandum eſt. Mater mea Mediolanum me conſecuta, inuenit Eccleſiam Sabbato non ieiunantem: cæperat perturbari, & fluctuare, quid ageret. Tunc ego conſului de hac re Beatiſſimæ memoriæ virum Ambroſium. At ille ait: Cum Romam venio, ieiuno Sabbato: cùm Mediolani ſum, non ieiuno. Sic etiam tu ad quam fortè Eccleſiam veneris, eius morem ſerua, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quemquam tibi.*

Quo ſenſu apud D. Hieronymũ Epiſcopi ſint eiuſdẽ meriti & Sacerdotij.

Quod verò dicit Hieronymus, Epiſcopos eſſe eiuſdem meriti & Sacerdotij: de Epiſcopatu intelligẽdum ratione Ordinis, non iuriſdictionis.

Maligna Mornæi omiſſio.

Et cùm citaret Mornæus hunc locum D. Hieronymi, *Vbicunque fuerit Epiſcopus ſiue Romæ, ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhegij,* malignè omiſit quod ſequitur, *ſiue Alexandriæ, ſiue Tanis;* qui enim protulerat contra nos Nicænum Canonem pro Epiſcopo Alexandrino Romano æquãdo, negare non poterat, maiorem eſſe dignitatem Epiſcopi Alexandrini, quàm Tanenſis; cum conſtet, illum tribus magnis Prouincijs, iſtum vni tantũ Vrbi præfuiſſe; vt inde certò conſtet, non velle his verbis D. Hieronymum, & eiuſdem dignitatis eſſe omnes Epiſcopos, nec reliquos Romano pares facere.

Cur Epiſcopus Romanus ſit cæteris ſuperior.

Et verum quidem eſt, potentiam diuitiarum, aut paupertatis humilitatem ſublimiorẽ, aut inferiorem Epiſcopũ non facere; nec enim ideò ſublimior cæteris Epiſcopos Romanus, quia potẽtior diuitijs, ſed quia Petri Principis Apoſtolorũ ſucceſſor: & multi Epiſcopi Archiepiſcopis, aut Metropolitanis ſunt opulẽtiores, qui tamen dignitate ſunt inferiores: & omnes quidẽ Epiſcopi in regimine Eccleſiæ ſunt Apoſtolorum ſucceſſores, quo ſenſu Baſilius ad pręſidentiam Apoſtolicam Ambroſium vocatũ dicit; ſed inter Apoſtolos vnus erat Princeps Petrus, ita inter Epiſcopos vnus Rom. Pontifex.

Baſilij fides Eccleſiæ Romanæ amiciſſima.

Poſt Hieronymum, Baſilium nobis producit: de quo illud primùm oſtendẽdum, cum Romani Pontificis primatum & authoritatem agnouiſſe: deindè ea diſſoluenda, quæ citat ex eodẽ Mornæus. Epiſt. 52. ad Athanaſium: *Viſum eſt nobis* (inquit) *conſentaneum, vt litteras ad Epiſcopum Romanum mittamus, quò res noſtras conſideret. & iudicij ſui decretum interponat: vt quia difficile eſt. communi etiam Synodali Decreto aliquos illuc mitti* αὐτὸν διευθυνῆσαι περὶ τὸ πρᾶγμα*, ipſe authoritate ſua in re vtatur, delectis viris, qui Acta Ariminenſis Concilij ſecum ferant, ad ea reſcindenda. quæ illic violenter acta ſunt.*

Petri ſe ſeſſe vicarium fatetur Baſilius.

Vbi Baſilius Epiſcopo Romano tribuit authoritatem viſitandi Eccleſias Orientis, & ex authoritate Decreta faciendi, ac reſcindendi Concilia Generalia, quale erat Ariminenſe. Epiſt. 77. ad Epiſcopos Tranſmarinos: *Cùm ad hũc modum habeant res noſtræ, debebant continuò à veſtra Dilectione ex ſinceris fratribus aliqui mitti, qui nos afflictos & oppreſſos inuiſerent, & multò crebriùs amicæ ad nos deſtinari litteræ, quibus vel in propoſito conſeruaremur, vel, ſi qua in re offendimus, corrigeremur. Non enim negamus, innumeris nos erroribus obnoxios eſſe, cum homines ſimus, & in carne viuamus, parati hac in re veſtram inſtitutionem amplecti.* Et poſt: *Vnus nobis eſt Dominus, vna fides, ſpes eadem. Siue caput vos ipſos vniuerſalis Eccleſiæ reputatis, non poteſt pedibus dicere caput: Non eſt mihi opus vobis. Siuè in reliquum vos Eccleſiaſticorum membrorum ordinem locatis, non poteſtis nobis dicere. qui in eodem vobiſcum corpore conſtituti ſumus: Non eſtis nobis neceſſarij.* Concedit, igitur Baſilius, Epiſcopos Occidentales ſe reputaſſe Eccleſiæ vniuerſalis caput, neque id repræhendit. Cur verò iſtud? niſi quia in Occidente erat Cathedra Petri, in qua ſedebat Romanus Pontifex, quem & *Occidentalium anteſignanum,* ſeu *coriphæum,* vt vertit Mornæus, appellat. Quia vero moris erat, vt ali-

niores Italiæ, Siciliæ, Galliarum, atque etiam Africanarum Eccleſiarum Epiſcopi aſsiderent Pontifici Romano in Concilio; inde, quod erat proprium Epiſcopo Romano, vt vniuerſalis Eccleſiæ caput reputaretur, quemadmodum ex Epiſt. 52. ſuperiùs citata conſtat, hoc ad omnes Epiſcopos Romano Pontifici aſsidentes transfertur. Quòd verò repræhendit aliquando faſtum Occidentalium, & alibi de Eccleſia Romana dicit: *Odi faſtum illius Eccleſiæ*: quid inde? Condonandum aliquid etiam ſanctiſsimis viris afflictis anima, preſsis ærumnis, in anguſtijs conſtitutis, ſi quando in aliquod verbum exorbitans prorumpant; cùm & Iob patientiſsimum c. 22. & Hieremiam Prophetam 13. videamus apud Deum expoſtulare, quòd iuſti patiantur, & benè ſit omnibus, qui præuaricantur, & iniquè agunt; vt ipſam Dei prouidentiam arguere videantur. Sic ægrè ferebat Baſilius, cùm ſcripſiſſet ad Romanum Epiſcopum, & Occidentales, nō indè mitti litteras, & Legatos, qui Eccleſijs Orientalibus afflictis opem & conſolationem adferrent. Quid quod Gregorius Nazianz. ipſum Baſilium, amicus amicum, ſanctus ſanctū, aliquando faſtus & ſupercilij ab alijs repræhenſum ſcribit? quos tamen *iniquos & acerbos rerum huiuſmodi iudices* appellat. Sed & ipſe, cùm ab eo inuitus Saſimis præficeretur Epiſcopus, nō ſine ſtomacho illum faſtus inſinulat in carmine de vita ſua;

Si Baſilius monnihil aliquando, cū ærūnis premeretur, carpit Eccleſiam Romanā, condonandum id illi eſt.

An te, ſumme vir, potius notem,
Tuumque faſtum, quem tibi
Inuexit Tronus?

De cauſſa Marcelli Epiſcopi Ancyrani.

QVod de cauſſa Marcelli producit Mornæus Epiſcopi Ancyrani: de eo ita ſcribebat Baſilius Epiſt. 52. ad Athanaſiū, cum de Legatione mittēda, & de his, quæ petenda eſſent à Romano Pontifice, loquitur: *Quæritur autem & hoc à nōnullis quod & nobis videtur neceſſariū. vt Marcelli hæreſim illi cùm venerint* (Legati ſcilicet mittendi in Orientem ab Epiſcopo Romano) *tamquàm malā ac nociuam & à ſana fide alienā exterminent.* Cauſſam igitur Marcelli deferebant Orientales ad Romanū Pōtificem, & ab eo eius hæreſim volebant condēnari, qui tamen erat in Oriente Epiſcopus. Quid aliud hoc innuit, niſi primatū & authoritatē Romani Epiſcopi in Eccleſias etiam Orientales? alioqui cur Baſilius, & alij Oriētales nō ab Antiocheno viciniore Patriarcha poſtulabant cōdemnari hęreſes? Quia vero, cauſſa ſæpiùs agitata, ſēper Marcellus Ancyranus fuerat abſolutus, & repulſę aduerſariorum accuſationes, tanquā impoſturæ; ideò fortè non videbatur Damaſo ita temerè condēnandus, præter hoc quod ipſum Romanum Pontificem multa erant, quæ cautiùs agere cū Orientalibus admonerent. Annunciabat quidē veritatem per litteras Damaſo & Occidētalibus ipſe Baſilius, nec falsò hæreſeos accuſabat Marcellum, de cuius hęreticis dogmatibus ſcribit Epiſt. 74. nihilominus examinād a erat cauſſa illius, nō ſemel cùm magna gloria & à Iulio Pontifice, & in Sardicenſi Concilio abſoluti, antequàm condemnatetur. Quod ſcribit Baſilius, *Occidentales per ſe ipſos hæreſim corroboraſſe*; hoc ſanè paulò acerbiùs (quemadmodum & de ſupercilio ſcriptum eſt) tùm quia moniti per litteras non ſtatim condemnarant Marcellum Ancyranum, tùm quia non ſtatim reſponderant litteris Orientalium, aut Legatos miſerant, qui proſpicerent Eccleſijs Orientis adeò conturbatis, & per hæreſes afflictis. Quomodo verò Baſilius Occidentales Epiſcopos corroboraſſe per ſe hæreſim intellexit, ſi crebris, tùm publicis, tum priuatis Legationibus, atque litteris tùm ſuis, tum Athanaſij, & aliorum procurabat adeò auidè, tantoq; ſtudio interpellabat, expectabatque ipſorum opem, litteras, & Legatos, cum hæreticorū communio à Catholicis omnibus ſemper reiecta ſit, & tum maximè etiam oblata? Ex eadem Epiſtola citat Mornæus;

Cur Damaſus aliquādiu diſtulerit eius condemnationem.

Occidentales minimè corroborarunt hæreſim per ſe ipſos.

Volebam ipſorum ſcribere Coriphæo, id-eſt Damaſo, ſubdens, *de Eccleſiaſticis rebus quidem nihil.* Pag. 40.

SEd quodam naturæ impetu ſcripſiſſe id, & ſententiam mutaſſe, ſuæ ipſius ad Occidentales datæ poſt hac litteræ apertè demonſtrant.

Quòd verò dicit Mornæus:

Baſilium ipſum hæreticum eſſe, ſibi ipſe, Damaſus, *fingit.* Pag. 40.

EXtatne verè ſententia aliqua Damaſi in Baſilium? An illius litteras, aut communionem tanquam hæretici reiecit? Falſę quidem calumniæ Romam vſque contra Baſilium ad Pontificem Damaſum peruenerāt; vt non mirum, ſi his aliquantulum ſit commotus. Nōnè ipſe Baſilius aliquando paſſus eſt calumniam, quaſi de fide haud rectè ſentiret; vt vel Monachi ipſi eius alumni haud leue ſcandalum paterentur, opuſque fuerit, Athanaſium ad eoſdem atq; alios pro Baſilij integritate litteras dare, quibus eos retineret cum Baſilio cōmunione coniunctos? Aliquando etiam apud nonnullos id ei obiectū eſt criminis, quod litterarum cōſuetudine cum Apollinari Hęreſiarcha communicaſſet. Cū igitur hic rumor Romam vſq; perueniſſet, non mirum, ſi ſtudium Damaſi Romani Pontificis erga Baſilium, quod litteris demonſtrarat, & officiū, quod pollicitus fuerat, nonnihil refrigu erit; adeò vt ſæpè ipſum, clamantem licet, non exaudiret; & iuſtam habuerit occaſionem tùm de illius fide aliquantulum dubitandi. Non tamē, quod ſine vllo teſtimonio ſcribit Mornæus, eum hæreticum ſibi vnquàm finxit.

An Baſilius Damaſus vt hæreticum ſenſerit.

Baſilius aliquando paſſus calumniā: habitus hæreticus.

Baſilius itaque (inquit Mornæus) *& eius ſocij literas demùm et nuntios ad Epiſcopos Occidentis dirigunt &c. Et porrò eos obteſtantur (non iam Damaſum Epiſcopum Romanum) coniunctis animis iuſtam & legitimam Synodum vrgeant.* Pag. 41.

QVòd ſi in Epiſtola citata à Mornæo Baſilius agnoſcebat Damaſum *Coriphæum Epiſcoporum*

porum Occidentalium: quomodo interpellauit Epiſcopos Occidentales, eorum opem implorauit, poſthabito & neglecto omninò Romano Epiſcopo? Si ad Athanaſium ſcribens Epiſt. 52. dicit: *Viſum eſt autem mihi conſentaneum, vt ſcribatur Epiſcopo Romæ, vt, quæ hic geruntur, conſideret, detque conſilium: & quoniam difficile eſt, vt cõi & Synodico Decreto aliqui illinc mittantur, ipſe ſua auctoritate in iſta cauſa vſus, viros eligat ad ferendas quidem itineris moleſtias idoneos*; qui fieri poteſt, vt nunc nullam habeat rationem Romani Pontificis? Porrò, ſi Occidentales Epiſcopos obteſtantur, vt coniunctis animis iuſtam & legitimam Synodum vrgeant; an verò aliquando viſum eſt, vt Occidentales iniuſſu & ſine auctoritate Romani Pontificis Synodum aliquam iuſtam & legitimam vrgerent, aut cõgregarẽt? Oportuit, igitur in primis eos interpellare & obteſtari Romanũ Pontificẽ. Mendoſa igitur gloſſa Mornęi:

Orientales etiã Damaſum obteſtati.

Mornaei interpret. mendoſa.

Non iam Damaſum Epiſcopum Romanum.

Poſtremò, ſi litteras Baſilius, & ſocij dederant, & Legatos miſerant prius nõ modò ad Damaſum, ſed & ad Occidentales Epiſcopos, nullum verò reſcriptum acceperant; certè non minus, quàm Damaſo, alijs Epiſcopis infenſi eſſe debebãt. Quomodò igitur nũc, nulla habita ratione Damaſi, ad Occidentales ſcribit Epiſcopos?

Rurſum (inquit) *literas congeminant, eoſque adiurant, Imperatorem de Orientalibus turbis certum faciãt, à quo vtique, neutiquàm à Damaſo* (ait gloſſa Mornæi) *remediũ expectent.*

Pag. 41.

VErùm ab vtroque: à Damaſo quidem, vt cuius erat fratres ſuos confirmare in fide, hæreſes condemnare, & hæreticos ab Eccleſia exterminare, ac Epiſcopos Paſtores, non lupos Eccleſijs præficere: à Valentiniano verò Imperatore, vt cuius erat non modò litteris, ſed & armis comprimere perſecutionem à Valente fratre, quem in Imperium aſciuerat, in Oriente contra Catholicos excitatam.

Orientales nõ ab Imperatore ſolũ ſed etiã à Pontifice auxiliũ expectant.

Ex quarta verò Baſilij Epiſtola, quam ſcribit ad Occidẽtales Epiſcopos, expoſtulans, toties imploratum auxiliũ minimè hactenus impertitum, ea, quibus Occidentalium fidẽ præ Orientalibus tantopere commendat, nõ citauit Mornæus, qui ſupra ea citauerat, quibus dicebãtur Occidentales hæreſim per ſe ipſos corroboraſſe. Sic igitur habet Baſilius, obſecrãs eos, vt vel nunc tandem manum Orientalibus porrigant Eccleſijs, quæ iã vel in genua depreſſæ inclinabãt, ac viros aliquos mitterent, qui illos de præmijs admonerẽt, quæ patiẽtiæ, ac paſsionibus pro Chriſto toleratis reſeruantur. *Haud enim tantum habet efficaciã* (inquit) *ſermo conſuetus, quantum vox peregrina ad conſolandum deiectos valet: præſertim ſi illa afferantur à viris, qui cùm primis gratia Dei inſtituti eſſe cognoſcuntur, quales vos cunctis mortalibus prædicamini, quod in fide illibatè permaneatis, & Apoſtolicum depoſitum illæſum ſeruetis. Non ſic habent res noſtræ &c.*

Baſilius Occidentalium fidem magis, quã Orientaliũ commendat: ſed hoc diſſimulantur à Mornæo.

Hinc iudicet quiſque (gloſſator Mornæus ſcribit) *ſuo luxui quàm immerſus indormiret Damaſus.*

Pag. 41.

LOngè certè aliter de Damaſo Scriptores omnes: qui illius in iuuanda & propugnãda fide, ac hæreticis condemnandis ſtudium commẽdant. Theodoretus lib. 5. cap. 2. Gratiani Imperatoris legem commẽdans, qua iubebat, ſanctas Eccleſias ijs tradi, qui Damaſi communionem amplexarentur. *Hic Damaſus* (inquit) *Epiſcopus Romanus fuit in illius Eccleſiæ adminiſtratione ſucceſſor Liberij: vir ſanè propter vitæ præſtabilis ornamenta inſignis, qui, quoad eius fieri poterat, doctrinam Apoſtolicam aſsiduè tutatus eſt.* Et libro 5. cap. 10. vocat Damaſum *virum omni genere laudis florentiſſimum.* Et cap. 11. extãt eiuſdem Anathematiſmi aduerſus omnes hæreſes tunc tẽporis Eccleſiã Orientalẽ potiſsimùm infeſtantes. Hic Apollinarem hæreticũ, Chriſtũ Dominũ ſine anima rationali fuiſſe, affirmantẽ, & Auxentiũ Mediolanenſem Epiſcopũ Arianæ hæreſi addictũ damnauit, & Conciliabuli Ariminenſis Acta, nulla irritaque eſſe declarauit; reſtituit Petrũ Epiſcopũ Alexandrinum S. Athanaſij ſucceſſorem, ab Arianis è ſua Eccleſia electum: Conſtantinopolitanum primum Generale Concilium, Damaſi datis ad Imperatorem Theodoſiũ litteris, indictũ fuit, vbi Eunomiani, Macedoniani, & alij Hæretici damnati ſunt. Ex quibus cõſtat, quàm impudenter mentiatur Mornæus, cùm ſcribit, luxui ſuo immerſum Damaſum indormiſſe.

Damaſi cõmendatio.

Cæſtu Damaſi ad defenſionem Catholicæ fidei.

Quod Hieronymũ nobis producit in Clericos inuehentem, diuitias ambientes, & inhiantes bonis Matronarũ, vnde occaſio data Imperatoribus legis in eam rem ferẽdæ, quæ Damaſo inſcribitur; equidem D. Hieronymus meritò quoſdã Clericos eo nomine inſectatur, qui in hoc nihil minus, quàm propoſitum & inſtitutũ Clericorum ſequebantur, quod ille paſsim commẽdat plurimùm, & præſertim illa Epiſtola ad Nepotianum, à quo rogatus fuerat, vt illi viuẽdi normã, quæ à Clericis vel Monachis ſeruari debet, præſcriberet. Et Clericos interpretatur *quia de ſorte Domini ſunt, vel quia ipſe Dominus ſors, vel pars Clericorum eſt.* Nec certè omnes Clericos auaritiæ inſimulat, vt ex his verbis, Epiſtola ad Nepotianum, conſtat: *Nec hoc dico, quòd in te aut ſanctis viris iſta formidem, ſed quòd in omni propoſito, in omni gradu & ſexu boni & mali reperiuntur, malorumque condemnatio laus bonorum eſt.* Nec dubium, cùm eſſet lex lata in Clericos, & inſcriberetur Damaſo, quin, illo annuente & conſentiente, lata eſſet, qua non quidem prohiberentur Eccleſiæ hæreditates aut legata accipere, ſed Eccleſiaſticæ perſonæ, quas legi cauſſam dediſſe meritò conqueritur Hieronymus: *Nec de lege conqueror ſed doleo, cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum eſt, ſed quod mihi vulnus, vt indigeam cauterio?* Pauló poſt: *Sit hæres, ſed mater filiorum, id eſt gregis ſui Eccleſia, quæ illos nutriuit & pauit: quid nos inſerimus inter matrem, & liberos?* De eadẽ Ambroſius Epiſt. 31. Quod ſcribit Baronius ad annum Chriſti 370. veriſimile eſſe, Damaſo inſtagẽte, ab iiſdem Imperatoribus editam fuiſſe eam

Hieron. non ret Clericorum carpit, ſed eo nunquàm.

Lex lata in Clericos nõ niſi Damaſo annuente.

Sanctionem, aduerſus diuinorum decretorum contemptores, ad demoliendam Clericorum & Monachorum eiuſmodi quæſtuariam ac ſordidam officinam; Mornæus,

Pag. 42.

Vnde (inquit) hoc habet? & num vel leuiſſimam coniecturam huiuſcè Epiſcopalis conſilij proferat?

QVemadmodum dictum eſt, quia lata in Clericos, & Damaſo ob id inſcripta: quam nonniſi inuitus tulerit Valẽtinianus, nõ quòd, quemadmodum Mornæus, infeſtus eſſet ſacro ordini & priuilegijs Clericorum, quem cõſtat iura Eccleſiaſtica in cæteris ſarta tecta ſeruati voluiſſe. De eo enim ita S. Ambroſius Epiſt. 32. ad Valentinianum iuniorem eius filium: *Nec quiſquam* (inquit) *contumacem vocare me debet, cũ hoc aſſeram quod Auguſtæ memoriæ pater tuus non ſolum ſermone reſpondit, ſed etiam legibus ſanxit, in cauſa fidei, vel Eccleſiaſtici alicuius ordinis, eum iudicare debere, qui nec munere impar ſit, nec iure diſſimilis.* Neque verò, ſi quę leges ab Imperatoribus de diſciplina Eccleſiæ latæ ſint, vt hæc, quam ex C. Theod. de Epiſc. & Cleric. producit, vim vllam habent, niſi quatenus aut ſacris Canonibus cõſonant, aut ab ipſa Eccleſia ſunt approbatæ, cũ non ſit Principum Laicorum, ſed Præſulum Eccleſiæ ſtatuere illi leges. Ac nè quid dataopera præterijſſe videamur, quod Paulinus Epiſcopus Epiſt. 1. teſtatur, ſe Romæ exagitatum, ab odijs Cleri ſola Vrbis longinquitate tutum eſſe poſſe, & notat Vrbici Papæ ſuperbam diſcretionem: non dubitamus iuſtè Paulinum cõqueſtum de Siricio Papa, & alijs nonnullis Romanæ Eccleſiæ Clericis, de quibus etiam aliquando conqueſtus D. Hieronymus, qui fortaſſe ægrè ferebant, omnium oculos, Romæ cùm eſſet Paulinus, in eum conuerſos, & omnibus ſummæ eſſe admirationi, cùm viderent eum ex viro Conſulari Presbyterum factũ, mox in Monachũ transformandũ, cuius fama ſanctitatis iã ad omnia ferè loca longè latèque peruaſiſſet. An verò quia ſuperbã diſcretionem Papæ Vrbici notauit Paulinus; ideò ſe ab illius communione ſubtraxit, aut progreſſui Pontificatus oppoſuit? nam id Mornæo in ſuis Progreſsibus, & Oppoſitionibus propoſitum eſt, docere, *quibus gradibus ad id faſtigij Papatus eniſus ſit, quamque acriter omni tempore vbique à pijs interceſſum.* Id igitur iam de Paulino, oſtendat quem pium fuiſſe, immò ſanctitate virum inſignem non diffitemur. Alioqui enim ſi non ſemper à Pontificibus Romanis ſatisfactum omnibus pijs, vt Baſilio, & Paulino; oſtendat iam iſte nugator, vbi dignitati, vel auctoritati eorum ideò detractũ quidquam voluerint, vel contra interceſſerint.

Iura Eccleſiaſtica quam rata eſſe voluerit Valentinianus.

Leges Imperat. de diſciplina Eccleſiaſtica, quid ſibi ad valorem requirant.

ANTIDOTVM
Contra Progreſſum Septimum.

Pag. 42. *Damaſi nonnulli virtutes commendant.*

Damaſus ab omnibus Scriptoribus Eccleſiaſticis commendatus.

ITanè *nonnulli?* Immò omnes Scriptores Eccleſiaſtici commẽdant. D. Hieronymus Epiſt. 50. Vir (inquit) *egregius, & in Scripturis eruditus, & virgo, Eccleſiæ virginis doctor.* Epiſt. 49. hoc eum laudat, quòd *iam penè factionis laqueis irretitus & vicerit aduerſarios, & non nocuerit ſuperatis.* Nullum verò virtutum eius enchomiaſten citat Mornæus. Quòd ſi obtrectatores, ſuo genio & inſtituto fauentes, citare potuiſſet; eorum teſtimonijs libenter ſuum Myſteriũ iniquitatis referſiſſet.

Pag. 42.

Qui tamen, ſi genuinæ (inquit) quæ ei tribuuntur Epiſtolæ, in Primatu illo promouendo minimè ſegnis.

Eius Epiſtola ad Epiſcopos Orientis legitima.

ATqui Epiſtola, quã ſcribit ad Epiſcopos Orientis, non modò habetur Tomo 1. Epiſtolarum Romanorum Pontificum, ſed & eã recitat Theodoretus lib. 5. cap. 10. quæ ita incipit: *Quòd veſtra Charitas debitam Sedi Apoſtolicæ reuerentiam tribuit, filij honoratiſſimi, vobis quoque ipſis maximo ſanè honori eſt. Nam tametſi ſancta Eccleſia, in qua Sanctus Apoſtolus ſedens nos docuit, quo pacto illius gubernacula, quæ ſuſcepimus, tractanda ſint, nobis primæ partes deferuntur &c.* Ecce & Orientales Epiſcopi debitam Sedi Apoſtolicæ reuerentiã tribuerunt, & Damaſus Papa cęteros Epiſcopos vocat *filios*, tantamque Sedis ſuæ dignitatem tunc etiam fuiſſe agnouit, vt in ſancta Eccleſia primæ partes Romano Pontifici deferrentur.

De Epiſtola Stephani ad Damaſum.

Quoad Epiſtolã Stephani ad Damaſum: ea non habetur in Epiſtolis Pontificum, ſed Tom. 1. Conciliorum, in qua nihil aſſeritur, quã quòd perpetuò in Eccleſia obſeruatum eſt, vt maiores quæque cauſſæ ad Epiſcopum Romanũ referrentur, & eiuſdem auctoritate terminarẽtur, eius item iuris eſſet creatio Epiſcoporũ, quæ toties iam oſtendimus; vt fuſiùs his probandis inſiſtere non ſit opus. Extat eiuſdem Damaſi Epiſt. 5. ad Epiſcopos Numidiæ, quam ſi genuinam neget Mornæus; longè maior eſt apud nos auctoritas Innocentij III. qui eius meminit in Epiſt. ad Epiſcopos Germaniæ, & Galliæ, ſicque incipit: *Licet fratres chariſſimi, vobis nota ſint Patrum Decreta, mirari tamẽ non poſſumus veſtram ſolertiam circa inſtituta maiorum, vt cuncta, quæ poſſunt recipere aliquam dubitationem, ad nos quaſi ad caput, vt ſemper fuit conſuetudo, deferre non deſinatis, vt inde capiatis reſponſa, vnde accepiſtis inſtitutionem & normã rectè viuendi. Vnde & vos non immemores Canonũ eſſe recordamur, qui & ipſum fieri præcipiunt.* Ecce, de perpetua conſuetudine referendi ad Romanũ Pontificem, ſi quid in cauſsis grauioribus oriretur dubitationis, teſtatur, idque habere inſtituta maiorum. Quid aliud igitur, quàm quod à maioribus acceperat, ſibi vendicabat? In eadẽ Epiſtola ſcribit disertè, Dei Eccleſiam generaliter ſibi eſſe commiſſam, & ſumma Eccleſiæ ſe

Alia Epiſt. Damaſi ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ.

tenere

Digitized by Google

Epiſt. quædā Aurelij Carthag. ad Damaſum falſo inſcripta.

tenere gubernacula. Quantum ad Epiſtolā inſcriptam nomine Aurelij Epiſcopi Carthaginenſis ad Damaſum: liberè fatetur Baronius, falſam eſſe inſcriptionem: cùm Aurelius tūc eſſet Diaconus dūtaxat Eccleſiæ Carthaginenſis, & nonniſi poſt aliquot annos creatus ſit illius Eccleſiæ Epiſcopus. Non tamen ideò fides omninò Epiſtolę detrahenda: et ſi falſa inſcriptio, non ideò falſa erunt, quæ in ea continentur. Quomodo verò puduit Baronium huius mendacij, ſi liberè fatetur, immò oſtendit, falsò inſcriptam eſſe hanc Epiſtolam nomine Aurelij? Sed iam nobis examinanda ſequens Oppoſitio.

ANTIDOTVM
Contra Oppoſitionem Septimam.

Pag. 43.

At ſanè vſui huius ſæculi refragatur planè, quandoquidē præcipua quæq; Eccleſiaſtica munera toto orbe Chriſtiano, ipſius conſenſu aut conſilio inexpectato, ſingulis in prouincijs conferuntur &c.

HOc vt probet Mornæus, producit Epiſtolam Patrū Synodi Cōſtantinopolitanę ad Damasū, quę extat apud Theodoretu lib. 5. c. 9. vbi ſcribūt, ſe ordināſſe, vt ſingularū Prouinciarū Antiſtites miniſtros ad Eccleſiarū cōmodū in ſuis ipſorū Prouincijs ordinent: qui Canon extat ſecundus inter Canones Concilij Conſtantinopolitani. Et in eo quidem limites præfiguntur Patriarchis, & Metropolitanis, nulla verò fit mentio Epiſcopi Romani, quia illi nulli poterant præfigi limites: & dicūt, ſe ſtatuiſſe iuxta Concilij Nicæni deciſionē; at neque Nicæna Synodus, vt alibi oſtendimus, vllos Romano Epiſcopo, ſicut fecit cæteris, terminos iuriſdictionis præfixit. Id verò ſanciuerunt tùm illi Patres, quia Maximus Cynicus ordinatus fuerat ab Epiſcopis Aegypti, Petro Alexandrino annuente, Cōſtantinopolitanæ Sedis Antiſtes, & Epiſcopalē ibidē functionem adminiſtrarat, vtpotè q aliquos ordinaſſet, & in Clerū eiuſdē Eccleſiæ aſciuiſſet: quē Patres illi abdicarunt, & cōmuni ſententia declararunt, neque eſſe, neq; fuiſſe Epiſcopū, & Clericos ab eo ordinatos, omnes Eccleſiaſticæ functionis & muneris expertes, vacuos abire debere. Sozomenus lib. 7. c. 9. Theodoretus lib. 5. c. 8. Niceph. lib. 12. c. 10. qui duo poſteriores Maximū à Timotheo Alexandrino Epiſcopo, Petri ſucceſſore ordinatū ſcribunt. Quod igitur Aegypti Antiſtites præſumpſiſſent in tā remota à ſua Diœceſi Ciuitate Epiſcopū ordinare, quodque, eius rei adeò perperā factæ deſtruendæ cauſſa, opus fuerit tot ex vniuerſo Oriente Epiſcopos Conſtantinopolim conuenire, vt ſtatū illius Eccleſiæ perturbatū cōponerēt; ne id vlterius à quouis præſumeretur Antiſtite, innouantes quæ decreta fuerant in Cōcilio Nicæno de diſtinctione Diœceſum & eiuſmodi Canonē ſanciuerunt. Quod verò ſcribunt, ſe ſecūdùm Canones elegiſſe & ordinaſſe Nectariū Conſtantinopolitanū Epiſcopū, & Flauianū Antiochiæ; Nectarius Catechumenus tū erat, & rerū Eccleſiaſticarū imperitus; nulli autē ſacri Canones permittebāt, hominē non baptizatū eligi in Sacerdotē & Epiſcopū. Quantū ad Flauianum: ęgrè tulit Romanus Epiſcopus Damaſus, & cū eo cuncti Sacerdotes Occidētales, vt ſcribit Sozomenus lib. 7. c. 11. quòd in Paulini, Epiſcopi Antiocheni contumeliam, eum in locum Meletij elegiſſent: ac Paulino quidem, ſeu Antiochię Epiſcopo cōſuetas ſcribebāt Epiſtolas, quas *Synodales* appellāt; ad Flauianum verò ſilentium agebant, quin & Diodorum Tharſi, & Acaciū Berœę Epiſcopos, qui illum ordinauerant, reos agebant, & pro excommunicatis habebant. Id igitur erat contra ſacros Canones, neque, viuēte Paulino legitimo Epiſcopo, debebat alius ſuffici in locū Meletij.

Nectarium Cathecumenum, contra ſacros Canones, ordinatum Epiſcopum.

Flauianus item.

Quòd rogant in litteris ſuis Epiſcopi Orientales, vbi expoſuerunt quæ in Synodo acta eſſent, ipſum Damaſum, vt his rebus tāquam ſecundū Canonē conſtitutis congratuletur: talibus verbis Romani Epiſcopi conſenſum, & eorum, quæ fecerant, confirmationē poſtulant. Si ſuas litteras non ſoli Damaſo, ſed & alijs Epiſcopis inſcribunt; tamē Damaſo in primis, vt penes quē maior erat auctoritas, cuius iuſſu reliqui Epiſcopi Romæ ad Conciliū conueniſſent. Nā vbi Epiſcopus Romanus, & cum eo cuncti Sacerdotes Occidentales indignati ſunt ob electionē Flauiani in locum Meletij, ſubiungit Sozomenus: *Scripſerunt tùm ipſi, tùm Gratianus Imperator, in Occidentem conuocantes Epiſcopos Orientales;* vbi præ cęteris & ſeorſum, tanquā longè ſuperioris, habetur ratio Romani Epiſcopi. Nō negamus, quod iſte ſcribit, ſuffragijs populi electū eſſe Mediolani Epiſcopū Ambroſium, cuius deſiderium Valentinianus impleri iuſſerit; non tamen Epiſcopus Ambroſius vel ex ſuffragijs populi, vel ex aſſenſu Imperatoris: & qđ minus rectū videbatur, licet diuinitùs conrigiſſet, vt Laicus & adhuc Catechumenus eligeretur in Epiſcopū, id non dubiū iudicio Sedis Apoſtolicæ eſſe cōfirmatū. Innuere id videtur Ambroſius ipſe Epiſt. 25. lib. 13. ad Vercellenſes: *Ordinationē meā Occidentales Epiſcopi iudicio, Orientales etiam exemplo probarunt &c.* ſcilicet eligendo Cōſtantinopoli Nectariū adhuc Cathecumenum. Cùm ad Valentinianum perlatum eſſet, omnium ſuffragijs Ambroſium deſignatum Epiſcopum, opus Dei ratus, quod factum erat, ſignificauit Epiſcopis, vt voluntati Dei inſeruirent, qui iuſſerat, vt illum crearēt Epiſcopum; nam Deum potiùs, quàm homines, ei ad hunc honoris gradum ſuffragatū fuiſſe. Socrates lib. 4. cap. 25.

Pag. 43.

Ordinatio D. Ambroſij non ſine approbatione Rom. Pont.

Quod attinet ad Synodum Conſtantinopolitanam: à Damaſo Papa docent confirmatam, quæ

Synodus Cōſtantinopolitana à

Damaſo cō firmata.

quæ habentur in 6. Synodo act. 18. *Macedonius Spiritus Sancti denegabat Deitatem, & Dominatorem conſeruum prædicabat: ſed maximus Imperator Theodoſius, & Damaſus fidei adamas protinus obſtiterunt, quorum ſolidam mentem aggreſsiones, atque conflictus alienarum ſectarum nullatenus fauciarunt.* Idē probat Baronius ex vetuſto Codice Bibliothecæ Vaticanæ, necnon ex alio S. Mariæ Maioris, in quibus hæc ſcripta leguntur: *Sententiā de dānatione Macedonij & Eunomij Damaſus confirmari præcepit etiā in ſancta Secunda Synodo quæ præcepto, & auctoritate eius apud Conſtantinopolim celebrata eſt.* Idē tradit & Photius lib. illo de ſeptem Synodis.

Ei tamē ipſe non præfuit, ſicut nec adfuit.

Huic autem Concilio, non præſedit quidem Romanus Pontifex; ſed hoc inde accidit, quòd ei nec per ſe adfuerit, nec per Legatos, quorū vtiquè, vt in cæteris Cōcilijs, munus fuiſſet præſidere. An verò Nectarius ei præſederit (quæ fuit opinio Bellarmini lib. 1. de Cōcil. cap. 19) difficultate non caret; tum quia Epiſtola apud Theodoretum lib. 5. cap. 9. cui maximè id innititur, ſicut non eſt ſecundi Concilij, ita minimè par eſt, vt Nectarij præſidentia, quam ea denotat, ad Secundum Concilium reducatur, ſed tātum ad congregationem ſequenti anno Conſtantinopoli habitam: tum etiam quia in eo ipſo Concilio, cedente ſponte Epiſcopatu Gregorio Nazianzeno, & abdicato Maximo Cynico, ab Epiſcopis Aegypti in Eccleſiā Conſtātinopolitanā intruſo, electus eſt Nectarius Laicus & adhuc Cathecumenus, rerum Eccleſiaſticarū rudis & imperitus; vt veriſimile non ſit, ipſum eidem præfuiſſe. Scribit quidē Photius lib. de 7. Synodis, ipſum declaratū fuiſſe Concilij Præſidē. Sed id haud dubiè, vt patrocinaretur Eccleſiæ Conſtātinopolitanæ, cui ipſe præerat, & primatum, poſt Romanū Epiſcopū, Conſtantinopolitano ibidē fuiſſe delatū faciliùs perſuaderet. Longè probabilius quod Cedrenus, & alij ſcribunt, præfuiſſe Concilio Timotheū Alexandriæ, Meletium Antiochiæ (in cuius locū, cum è vita deceſsiſſet, ſuffectus eſt Flauianus) Cyrillū Hieroſolymorū Epiſcopos (qui tū dignitate antecedebant Conſtantinopolitanū) & Gregoriū Theologum.

Quis præfuerit.

De cauſſa cur nec Damaſus nec ipſius Legati ei adfuerunt.

Cur autē Damaſus nec per ſe, nec per Legatos ei adfuerit, Bellarminus loco citatu hanc afferebat rationē, quia Damaſus cōuocauerat quidem Epiſcopos Orientis Conſtantinopolim, ſed ex eo loco poſtea volebat eos Romā venire, vbi ipſe coegerat Synodum Epiſcoporū Occidentaliū, vt Romæ fieret pleniſsimū Concilium; illi verò poſtea prætexuerunt, miſſa Romā Legatione, cauſſas, quibus venire nō poterant. Verùm quoniā hæc ratio ſupponit, Epiſtolam illam apud Theodoretū lib. 5. ca. 9. (qua Patres illi Orientales teſtantur, ſe Romā vocatos, ſeq. excuſant, quod venire non poſsint) eſſe Secundi Cōcilij, quēadmodū tunc exiſtimabat Bellarminus, quæ tamen reuera eſt (quod idem poſtea recognouit, vt paulò poſt dicemus) Epiſcoporum anno poſt celebratum Secundū Conciliū rurſus Conſtantinopoli congregatorum; icciteo, vel ipſo Bellarmino nihil renuente, valiturā quidē eā cenſuerim, ſi quæratur, cur Damaſus non interfuerit eiuſmodi cōgregationi Patrum, minimè verò, cur nō Secundo Cōcilio. Quidquid tamē fuerit in cauſſa, cur ne huic quidem adfuerit: illud certum eſſe debet, vt etiam ex dicendis conſtabit apertius, potuiſſe illū eidem & adeſſe, & præſidere, ſiue per ſe, ſiue per Legatos: quod ſufficit ad eam, quam tuemur, auctoritatem Romani Pontificis.

Quantum ad Canonem illum Cōſtantinopolitani Concilij, *Conſtātinopolitanus Epiſcopus habeat honoris primatum poſt Romanum Epiſcopū, propterea quod Vrbs ipſa ſit noua Roma &c.* Ergo Romanus Epiſcopus iam tùm quoq; habitus primus, non ex inſtitutione aliqua Cōcilij, ſed ex Euangelio, quia ſucceſſor Petri Principis Apoſtolorū. Prætérquam quòd autē ille Canon ab Eccleſia Romana non fuit receptus, eundem addititium, & ſuppoſititiū eſſe iudicat Baronius ad an. Chriſti 381. art. 35. *quòd in Synodo, immò poſt abſolutā Synodum Chalcedonenſem, id tanquam ibi in ea Synodo ſactum vſurpare conatus Anatolius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, mox Leonem Romanū Pontificem expertus eſt ſibi acerrimè aduerſantē. Quod ſi id ante Conſtātinopolitanæ Sedi conceſſum fuiſſet ab Oecumenica Synodo: ſatis erat Anatolio præſentem citare Canonē cuius nunquàm vel leuem ſaltem habuit mentionem: qui quidē Canon, ſi extitiſſet, fuiſſet omnino ſæpè citandus, cum S. Leonis ſibi refragantis litteris tantopere vrgeretur.* Etſi verò apud Socratem, ac Sozomenū habeatur mentio huius Canonis; maioris tamen argumēti eſt, *quod cū Epiſcopi, qui ſequenti anno Conſtantinopoli conuenere, ſcripſerunt litteras ad Damaſum de rebus in Synodo geſtis, nullam penitus habuere Canonis huius mētionē: qui quidem ſi ſancitus eſſet, minimè fuiſſet prætermittēdus. Rurſum verò, quod hic Canon aduerſari videatur ſuperiori edito Canoni, haud par eſt credere, ab eadē Synodo eundem eſſe decretum. Quomodo enim, ex præſcripto Nicæni Concilij, voluit ſancta Synodus, quibuſcumq; Prouincijs iura ſua integrè eſſe ſeruata, ſi in præiudicium aliarum Eccleſiarum, vni Eccleſia Conſtantinopolitana tanta contulit?* Aut igitur cōmmētitius eſt Canō iſte, aut ſaltē poſt hæc primò Decreta, poſtq; Nectarij electionem ſancitus dicendus erit ab his, qui Conſtantinopoli remanſerunt, Epiſcopi Orientales, cùm non adeſſent Patriarcha Alexandrinus, aut Antiochenus, quibus fiebat iniuria, quique ſine dubio reclamaſſent.

Canonē de præeminentia Conſtantinopolitani Antiſtitis, quē Cōſtātinopolitana Synodo tribuunt, ſuppoſititiū putat Baron. & quare.

Canon ille aut cōmentitius, aut poſt Concilij editus, cū nec Alexādrin. adeſſet Patriarcha, nec Antioch.

De Epiſcopo Romano (inquit Moronæus) *non verbum.*

Pag. 43.

QVòd ſi illo Canone, Cōſtātinopolitano, poſt Romanū Epiſcopū, deferunt primatus honorē; meminerunt igitur Epiſcopi Romani. Deinde facilè intelligebāt, ſe nō poſſe præſcribere limites Epiſcopo Romano, quemadmodū cæteris, illumq; ius habere in omnes Eccleſias. Cū itaq; cæteros Epiſcopos iuberent nequaquā ad Eccleſias, quæ ſunt extra præfixos ſibi terminos, accedere, nulla de Epiſcopo Romano, cui nulli præfigi poſſunt termini, mētio haberi debebat.

An in eo habita ratio Romani Pont.

Bellarminus lib. 2. de Romano Pōtifice c. 13. de hoc Concilio loquens, *Secundum Conciliū Generale* (inquit) *in Epiſt. ad Damaſū quæ extat apud Theodoretū lib. 5. c. 9. dicit, ſe conueniſſe apud Vrbē Cōſtantinopolim,*

Digitized by Google

Conſtantinopolitani Patres faſſi ſe membra eſſe, caput autem Romanum Epiſcopum.

tinopolim ex mandato litterarũ Pontificis per Imperatorem ad ſe miſſarum. Et ibidem fatentur Romanã Eccleſiam caput eſſe, ſe autem mẽbra. Hęc ſunt expreſſa verba: *Concilio, Dei voluntate ac nutu, Romæ coacto, nos velut mẽbra propria per Imperatoris ſanctiſſimi litteras acceſſiuiſtis.* Ex quibus verbis intelligimus, Imperatoris quidẽ litteras ad Synodum indicendã impetratas fuiſſe, verũ ita, vt Romanus Pontifex in primis conſenſum ſuũ & auctoritatem ad eã rem præbuerit, Imperatoriſq; opem implorauerit; vt nimirum, brachio ſæculari ad Eccleſiaſticã auctoritatem adiuncto, plenior ex omni parte eſſet cõuocatio. At Mornæus ſubtiliter, vt ſolet, interpretatur fuiſſe hortatorias litteras, non autẽ, quas aut Damaſus, aut Synodus Romana ad Epiſcopos Orientis ſcriberẽt, mandatorias: qui facilè redarguitur ex verbis ipſius Epiſtolæ. Poſtquam enim Patres Concilij Conſtantinopolitani teſtantur, nõ defuiſſe ſibi deſideriũ Romam pergendi, ita ſubiungunt, ſe excuſando: *Verũ quoniã hoc modo Eccleſia nuper renouatę nudarẽtur et res à pleriſq; fieri omnino nõ queat, propterea quod Conſtantinopoli mandato litterarũ ſuperiore anno à veſtra Reuerentia poſt Conciliũ Aquileienſe ad ſanctiſſimũ Imperatorẽ Theodoſium miſſarum, ad iter dumtaxat Conſtantinopolim vſq; faciendũ nos præparauimus atq; de hoc vno Concilio celebrando conſenſum Epiſcoporũ qui in Prouincijs manſerãt, vna nobiſcũ attulimus; ideirco neq; longiore itinere opus eſſe expectabamus, neq; de vllo alio omninò ante acceperamus, quam Conſtantinopoli in vnũ conuentum eſſet.* Nonnè his verbis ſatis exprimitur, Damaſi Papæ litteras, quas ad Imperatorẽ miſerat, mandatũ complexas eſſe, quo in vnũ cõuocarentur Epiſcopi?

Damaſi ſiue Synodi Rom. ad ipſos litteræ mandatoriæ.

Pag. 44. Sed obijcit Mornęus, *agnouiſſe poſtea Bellarminũ in Recognitione pag. 46. hanc non eſſe Patrũ Cõſtantinopolitanorũ Epiſtolã, quæ proinde ad quæſtionẽ noſtrã nihil pertineat.* Equidẽ Bellarminus lib. 1. de Cõcilijs c. 13. eã Epiſtolã citauerat tãquã Patrũ Secũdæ Generalis Synodi, ex eaq; oſtendiſſe ſibi uidebatur, eã Synodũ congregatã fuiſſe iuſſu Damaſi; ſed poſtea (prout *δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι, poſteriores curæ ſapientiores*) in Recognitione ſuorum librorum animaduertit, eam nõ eſſe Secundæ Synodi Generalis, ſed Epiſcoporũ, qui in ea Synodo interfuerãt, & ſequenti anno iterũ congregati cõuenerant. Vt igitur cõcedamus Aduerſario, ex ea Epiſtola nõ probari, Secundã illã Synodũ conuocatã fuiſſe à Damaſo; nõ tamen deſunt aliunde argumẽta, quibus id oſtendamus, vt ex Sexta Synodo Act. 18. ſupra citata, & ex vetuſto Codice Bibliothecæ Vaticanæ, & alio Sanctæ Mariæ Maioris, ex quibus teſtimoniũ eius rei exſcripſit Baronius Tom. 4. ad annum Chriſti. 381. art. 19. & deinceps. & nos ſupra citabamus. Idẽ etiã confirmatur ex Concilio Chalcedonenſi Act. 1. vbi damnatur Dioſcorus, eo quòd Synodũ auſus eſſet facere ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ, *quod nũquã factũ eſt, nec fieri licuit*, ait Lucẽtius Apoſtolicæ Sedis Vicarius, & *de ijs eſſe regulas Eccleſiaſticas, & Patrum inſtituta*, Paſchaſinus Legatus addit, quæ quidẽ eorũ dicta toti Synodo probãtur: de quo infra contra Oppoſitionẽ vndecimã. Idẽ etiam probat Canon Eccleſiaſticus paulo poſt ex Socrate, & Sozomeno à nobis citandus. Licet autẽ ex ea Epiſt. non probetur, Secundã Synodum cõuocatã fuiſſe à Damaſo; ex eadẽ tamen euidẽter & neceſſariò conſtat, potuiſſe ab ipſo cõuocari. Siquidẽ ex ea patet, Epiſcopos Orientales à Damaſo ad Synodũ Romanã cõuocatos fuiſſe, ſeque per Legatos Romam miſſos excuſaſſe, & Acta Oecumenicę Synodi, quã ſuperiore anno celebrauerant, Romano Pontifici recognoſcẽda obtuliſſe: quæ certè omnia illius auctoritatẽ tũ ad conuocãda, tũ confirmãda Oecumenica Concilia ita cõmendant, vt cæcus ſit, qui nõ videat, eadẽ auctoritate, qua tũ Damaſus Epiſcopos Romã cõuocabat, indicere pariter potuiſſe Secundũ quoq; Cõciliũ. Quapropter hæc Epiſtola ad quęſtionẽ noſtrã maximè pertinet. Ad hęc, illa Synodus, vt poſtea docebimus, nõ niſi auctoritate Damaſi *Oecumenicæ* nomẽ obtinuit, quod perinde eſt, ac ſi ab ipſo conuocata, eoque indicẽte celebrata fuerit. Addo cũ Bellarmino, eodẽ Recognitionis ſuæ loco, ſatis ẽt ex eadẽ Epiſtola, ut etiã ex ea Damaſi, quæ habẽt apud Theodoretũ lib. 5. ca. 10. ſatis, inquam, cõſtare, Secundã Synodũ, & Synodum Romanã ſub Damaſo in eandẽ ſententiã conueniſſe, & pro una & eadem Synodo haberi poſſe in materia fidei.

Conuocari ſaltẽ potuiſſe docet citata Epiſtola ad Damaſum.

Secũda Synodus & Romana in materia fidei vna et eadem.

Quod verò ijdem Orientis Patres ſcribunt: *Velut membra propria acceſſiuiſtis*, indè infert Bellarminus: *Fatentur, Romanam Eccleſiam caput eſſe, ſe autem membra.* Sed obijcit Mornæus:

Patrum Conſtantinopolitanorum literæ non inſcribuntur Damaſo, nõ Eccleſiæ Romanæ, ſed Occidentalium Epiſcoporum Synodo Romæ congregatorum. **Pag. 44.**

Respondemus, non ob aliud Oriẽtalibus caput fuiſſe Occidẽtales, niſi quia Princeps Epiſcoporũ in Romana Vrbe, ad quam Orientales iam vocati erant, reſidebat. Ita concludũt ſuas litteras: *Quòd ſi doctrina fidei in hunc modũ communi conſenſu ſtabilita ſit, et charitas Chriſtiana in nobis confirmata, poſthac deſinemus dicere illud, quod ab Apoſtolis condemnatum eſt, nimirum: Ego quidem ſum Pauli, ego verò Cephæ &c.* Gloſſat Mornæus:

Cur Orientalib. Occidẽtales fuerint caput.

Quod propriè vlcus tangebat, quem Petri obtentu Damaſus iactabat primatum. **Pag. 44.**

An verò diuiſus eſt Principatus, quãdo vnus ab omnib. Princeps agnoſcitur? An diuiſus Chriſtus, quando oẽs ſub vno capite eandẽ fidei doctrinã profitentur? Vnde communi conſẽſu magis ſtabilitur fides, & Chriſtiana charitas confirmatur, quã ſi omnes in rebus fidei cõtrouerſis ad vnũ iudicẽ confugiant, pro quo rogauerit Chriſtus, ne deficiat fides eius? Vnde verò diuiſi nunc Sectarij, vt alij Lutherani, alij Caluiniſtę, alij Sacramentarij ſint (quẽadmodũ tunc alij Arij, Aetij, & Eunomij inſaniã, alij cõtra Sabellij Photini, Marcelli, Pauli Samoſateni, & Macedonij amentiã ſequebãtur) niſi quia in doctrina fidei ſuo proprio iudicio nitũtur, & vnius ſupremi Paſtoris à Chriſto instituti vocẽ tanquã oues non audiunt? Ridiculũ, qđ compo-nit Mornæus, in quibuſdã exẽplaribus

Nõ ideò diuiſa eſt Eccleſia, ſi vnũ viſibile caput agnoſcitur.

Ridicula quædã à Mornæo compoſita.

Pag. 44.

Deus vos filij reuerendiſſimi conſeruet incolumes.

SCilicet Epiſcopi ad Epiſcopos Collegas ſuos, immò quos ſuperiores agnoſcunt, quorumq; mandato litterarũ accerſitos ſe ſcribunt, id ſubiungerent? Sed in omnibus exẽplaribus ita Damaſus vnus, & non cum alijs Epiſcopis Occidẽtalibus, eiſdẽ reſcribit, quæ etiam hic viſum eſt Mornæo producere: *Quòd veſtra Charitas debitam Sedi Apoſtolicę reuerentiã tribuit, filij honoratiſſimi, vobis ipſis quoq; maximo ſanè honori eſt;* Vbi Epiſcopos Oriẽtales vocat *filios*, & teſtatur, eos Apoſtolicę Sedi tribuiſſe reuerentiã. Sed hęc gloſſat Morn.

Pag. 44.

Vt par pari rependat.

Ridiculum Mornæi gloſſema.

SCilicet, vt ſibi inuicem ſint patres, ſibi inuicem item filij, Occidentalibus Orientales, & Orientalibus Occidentales: adeò ridiculę ſunt iſtius gloſſæ.

Pag. 44.

Damaſus confirmauit Synodum Conſtantinopolitanã quo ad ea, quæ ſunt fidei.

Obijcit inſuper, Leonem Magnũ Romanum Epiſcopũ authoritatem huius Synodi conuellere conatũ, cui tamen deceſſor eius Damaſus acquieuerit. Reſpondetur, Damaſum confirmaſſe quidẽ hanc Synodum quoad ea, quæ ſunt fidei, & condemnationẽ Macedonij, & aliorum hæreticorum, non tamen quoad cętera; neq; enim Flauiani electione in locum Meletij probauit; neq; eum Canonẽ, de honore primatus poſt Romanum Epiſcopum Conſtantinopolitano deferendo, vnquã probaſſet, ſi in litteris ſuis Epiſcopi Orientales aliquam illius mentionẽ feciſſent: & hoc eſt, qđ Leo Magnus reprobauit:

Leo magnus nõ reprobauit aliquid qđ à ſ. Damaſus confirmaſſet.

his verò, in quibus confirmata fuerat Synodus à Damaſo deceſſore ſuo, & ipſe acquieuit: & ſucceſſor eius S. Gregorius hoc Cõcilium, vt quo Eunomij, & Macedonij error conuincitur, tota deuotione complectebatur, & integerrima approbatione cuſtodiebat.

Damaſi auctoritate Conc. Conſtantinop. nomẽ Oecumenici obtinuit.

Auctoritate verò Damaſi hoc Concilium nomen *Oecumenici* obtinuit; ſiquidem tantũ roboris, ac firmitatis quęliber Synodus cõſequi ſolet, quantũ eidem impertit auctoritatis Romana Eccleſia, ipſa Apoſtolica Sedes.

Cur Damaſus non Romanã ſed Conſtãtinopolitanã Synodũ dici voluerit Oecumenicam.

Cur verò non Romanã Synodũ, quam coegerat, ſed Cõſtantinopolitanam Damaſus *Oecumenicam* nominari voluerit, cũ vtrobiq; eædem hæreſes damnatæ fuerint; id certè eo conſilio fecit, vt Orientales leues, nec ita in fide ſtabiles in officio contineret, firmaretque: apud quos nõ tantæ auctoritatis fuiſſet Romanũ Conciliũ, cui non interfuiſſent, quantæ Conſtantinopolitanum, quod illi celebrauerant, in quo Nicænã fidem ſtabilierant, & hæreſes dãnauerant, maximè vbi illud ab Occidẽtalibus receptum, ac eodem loco, quo Nicænũ, habitũ intellexiſſent. Ideo igitur Conſtantinopolitanum *Oecumenicum* potius quã Romanum nominari voluit Damaſus. Deinde, vt ſcribit Bellarminus lib. 1. de Concilijs c. 5. animis ac ſententijs hæ duæ Synodi coniunctæ ſunt, ac ſi vna & eadem fuiſſent: atq; propter huiuſmodi coniunctionẽ Synodus Conſtantinopolitana habita eſt, vna ex Oecumenicis & legitimis Synodis.

Hanc Synodũ à Papa Damaſo indictam, ſatis ſuperq; oſtenſum eſt. Rectè itaque Baronius ad ann. Chriſti 381. art. 19. *Quiſnam* (rogat) *de his dubitare potuerit?* Sed Mornæus reſpondet:

Socrates certe et Sozomenus, qui diſertè; Imperator quantum in ipſo ſitum erat, breui temporis curriculo Conciliũ omnium ſectarum cogere laborauit. Pag. 45.

Nec Socrates nec Sozomenus Baronio contradicunt aſſerenti, Synodũ Conſtãtinopol. fuiſſe à Damaſo indictam.

SEd ijdem Canonẽ Eccleſiaſticum referũt, qui vetat, præter ſententiam Epiſcopi Romani Concilia celebrari, Socrates lib. 2. c. 13. Sozomenus lib. 3. c. 9. Etſi igitur impetrarẽtur litterę ab Imperatore, quibus Conciliũ indiceretur; tamẽ non obſtat, quominus auctoritate Romani Pontificis cõuocaretur. Siquidẽ Eccleſia brachium ſæculare interpellabat, & Chriſtiani Principes in rebus afflictis, maximè vbi ab hæreticis Eccleſia perſecutionẽ patiebatur, ſuarũ partiũ eſſe iudicabant, ei opem & operã ſuam præſtare.

Hoc eodem anno, Synodum Aquileiẽſem Gratianus Imperator indicit. Pag. 45.

De Concil. Aquileienſi.

Duo hæretici illud à Gratiano extorſerũt.

QVod attinet ad Concilium Aquileienſe: illud à Gratiano extortũ à duobus Epiſcopis, Palladio, & Secundiano: qui cùm à Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopis vt Ariani extra Eccleſiã pulſi citarentur, Catholicos ſe mẽtientes, & tales re vera ſe eſſe apud Gratianũ Imperatorem conqueſti, à Concilio Vniuerſali ſuam ipſorum cauſſam examinari poſtularunt. Quod cùm decreuiſſet Gratianus, interceſsit Ambroſius, probroſum & indigniſsimum eſſe aſſerẽs, propter duos carioſos hæreticos, totius Catholici Orbis Epiſcopos conuocare, magno Eccleſiarum detrimento, quæ deſtitutæ, luporũ paterent incurſui. Sicq; ex ſententia Ambroſij factum eſt, & vt Imperator acquieſceret, Aquileiẽſe celebrari Cõcilium, in quod finitimi tantùm conuenirent Epiſcopi, ex Africa autẽ & Gallia ſatis eſſet Legatos adeſſe. Primùm, non mirũ, ſi hæretici apud Imperatorem, non apud Romanum Epiſcopũ egerunt de indicendo Concilio.

Aquileienſe Concil. non fuit Oecumenicum.

Deinde non fuit illud Oecumenicum Concilium, cui neceſſe eſſet præeſſe Romanum Põtificem, aut eò Legatos mittere.

Quid de auctoritate Rom. Epiſcopi ſẽſerit Gratianus Imp.

Quid verò de illius primatu & auctoritate ſentiret Gratianus Imperator, qui indixit Concilium Aquileienſe, conſtat ex illius Edicto, de quo Theodoretus lib. 5. Hiſtor. Eccleſiaſ. c. 2. *Gratianus toto Imperio potitus, ſcripſit legem, qua iubebat ſanctas Eccleſias tradi his, qui Damaſi* (Epiſcopi Romani) *communionem amplexarentur;* quia videlicet nõ aliter agnoſcebantur Catholici, quàm communione Romani Põtificis. Inſuper. C de ſũma Trinit. & Fide Cathol. lib. 1. *Imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius A. A. A. Cunctos populos* (aiunt) *quos clementiæ noſtræ regit Imperium, in tali volumus Religione verſari, quam D. Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis religio vſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quãque Pontificem Damaſum ſequi claret, & Petrũ Alexãdriæ Epiſcopum virum Apoſtolicæ ſanctitatis;* Vbi Fidei Catholicæ regula primũ petitur, & veluti deriuatur à Petro Principe Apoſtolorum, deinde à Romana Eccleſia, cui Apoſtoli Petrus, & Paulus totam doctrinam cum ſanguine profuderunt:

Digitized by Google

deruntque eum poſtea à Damaſo ſucceſſore Petri, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo; poſtremò à Petro Pontifice Alexandrino, velut ab eo, qui & Petri Apoſtoli doctrinam ſequeretur, & ſucceſſorem eius in Eccleſia Romana agnoſceret, & cùm Damaſo Petri ſucceſſore, communicaret; de quo ſcribit Hieronymus epiſt. 16. ad Principiam, quod Petrus Alexandrinus perſecutionem Arianæ hæreſeos declinans, quaſi ad tutiſsimum communionis ſuæ portum, Romam confugit. Et ſi Gratianus indixit Concilium Epiſcoporum, quia ſciebat, ſuum non eſſe, ferre iudicium, an illi Epiſcopi, qui illum vrgebant de indicendo generali Concilio, Catholici eſſent, an hæretici; non eſt dubium, & eum iudicaſſe, de ea re referendum eſſe ad Romanum Epiſcopum: neque enim integrum habemus, ſed mutilum, ac defectuoſum exemplar eorum, quæ geſta ſunt in Aquileienſi Synodo, & Ambroſius, qui magna pars fuit illius Concilij, cùm eſſet contentio inter Euagrium, & Flauianum, de Epiſcopatu Antiocheno, & ea cauſſa Theóphilo Alexandrino Epiſcopo eſſet commiſſa, ita ad eum ſcribebat epiſtol. 78. *Sanè referendum arbitramur ad ſanctum fratrem noſtrum Romanæ Sacerdotem Eccleſiæ, quoniam præſumimus, ea te iudicaturum, quæ etiam illi diſplicere nequeant.* Et poſtea: *Vt nos quoque, cum id geſtum eſſe cognouerimus, quod Eccleſia Romana haud dubiè comprobauerit, læti fructum huiuſmodi examinis adipiſcamur.* Probabile igitur eſt, & Epiſcopos illos, & Ambroſium in primis, de actis in Synodo Aquileienſi retuliſſe ad ſedem Apoſtolicam. Extat & epiſt. 81. Ambroſij ad Syricium Papam; vbi ſollicitudinem illius laudat, in damnandis Hæreticis: & ſub finem: *Ita Iouinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Protinum, Genialem, Marcianum, Ianuarium, & Ingenioſum; quos ſanctitas tua damnauit, ſciat, apud nos quoque, ſecundum iudicium tuum, eſſe damnatos.* Vnde conſtat, Romani Pontificis eſſe, damnare Hæreticos, reliquorumque Epiſcoporum eſſe illius ſequi iudicium. Sed en rurſus opponens nobis imponit.

Ambroſii ſententia de Rom. Epiſcopo.

Hoc eodem Anno, quo Aquileienſe celebratum Concilium, cùm ægrè ferret Romanus Pontifex Flauianum in locum Meletij ordinatum eſſe Antiochenum Epiſcopum,

Damaſus apud Theodoſium in Oriente, Gratianum in Occidente, Synodum in annum ſequentem Romæ impetrare ſatagit.

Pag. 45.

OStendimus ſuperius litteras quidem ab Imperatore impetratas, vt in hoc opem ferret, & ſuam operam præſtaret; à Damaſo tamen conuocatam eſſe Synodum, idque litteris ipſis Orientalium ad Damaſum demonſtratum; neque hortatorias, ſed mandatorias fuiſſe Damaſi litteras: neque ſolùm Gratiani litteris, ſed & Epiſcoporum Occidentis, in primiſque Romani Pontificis, Epiſcopi Orientales, vt de ordinatione Flauiani in Epiſcopum Antiochenum cognoſceretur, ſunt conuocati, vt teſtatur apertè Sozomenus libro ſeptimo, capitulo vndecimo. Cur verò Romanus Pontifex ægrè ferret ordinationem Flauiani, legendus Socrates libro 5. capitulo 15. Theodoretus libro quinto cap. 23. Et Flauianus, opera Theophili Alexandrini Epiſcopi, Pontifici Romano reconciliatus eſt; &, communione Flauiano reddita, populus Antiochenus paulatim tempore procedente ad concordiam reducitur. De legatione Romam à Flauiano miſſa, fuſius Theodoretus loco citato: vbi maximè relucet Romani Pontificis auctoritas: nam vbi in communionem à Pontifice Romano admiſſus eſt, mox Aegyptij, & reliqui omnes Occidentis Epiſcopi eum eo communicarunt: atque, cùm Antiochena Eccleſia ſchiſmate laboraret, vt vna pars vni, alia alteri Epiſcopo adhæreret, Hieronymus, Ambroſius, Epiphanius nihil perinde in hac re ſpectarũt, quàm vter eorum in Epiſcopi Romani communionem admitteretur. Clamat Diuus Hieronymus epiſt. 57 ad Damaſum ſcribens: *Non noui Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, ſpargit: hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt.* Epiſt. 58. *Ego interim clamito: Si quis Cathedræ Petri iungitur, meus eſt; Meletius, Vitalis, atque Paulinus tibi hærere ſe dicunt; poſſem credere, ſi hoc vnus aſſereret; Nunc aut duo mentiuntur, aut omnes. Idcirco obteſtor beatitudinem tuam, per Crucem Domini, vt mihi litteris tuis, apud quem in Syria debeam communicare, ſignifices. Noli deſpicere animam, pro qua Chriſtus mortuus eſt:* Tanti faciebat communionem Romani Pontificis Sanctiſsimus, ac doctiſsimus ille Pater, vt id ad ſalutem animæ ſpectare maximè indicaret. Quid quòd Diuus Ambroſius ad Theophilum Alexandrinum ſcribens, deſiderabat, vt in ſchiſmate illo Eccleſiæ Antiochenæ componendo, id gereretur, quod Eccleſia Romana comprobaret? nonnè etiam Epiphanius ideò cùm Paulino Romam venit, vt illud ſchiſma, ex ſententia Romani Pontificis, componeretur, eique, quem probaret Romanus Pontifex in Epiſcopum Antiochenum, adhæreret? Si iuxta Hieronymum (quem citat epiſtol. 17. ad Euſtochium) Orientis, & Occidentis Epiſcopos, ob quaſdam Eccleſiarum diſſenſiones, Romam Imperiales litteræ contraxerunt: quæ conſequentia; ergo non ſunt vocati ab Epiſcopo Romano, & illius auctoritate? Nonnè conſtat omnino contrarium ex litteris ipſorum Patrum Synodi Conſtantinopolitanæ ad Damaſum apud Theodoretum libro quinto capitulo 8. & 9. quas etiam ſupra citauimus. *Vos Concilio, per Dei voluntatem, as nuper, Romæ coacto, nos velut membra propria, per Imperatoris ſanctiſſimi litteras, accerſiuiſtis.* Et iterum: *mandato litterarum ſuperiore anno à veſtra reuerentia, poſt Concilium Aquileienſe, ad Imperatorem Theodoſium miſſarum, ad iter dumtaxat Conſtantinopolim vſque faciendum, nos præparauimus.* An verò ideò diſſenſiones illas terminarunt, vel cauſſas Eccleſiaſticas tractarunt Imperatores? An

A Damaſo conuocata Synodus.

Flauianus opera Theophili Damaſo reconciliatus.

Occidentales Epiſcopi cum Flauiano communicarũt non niſi poſtea quã Damaſus illũ in communionẽ recepit.

Quãti momenti ſit in communionẽ à Rom. Põt. admitti.

Veri Chriſtiani nota Hieron. eſt vnio, & communio cum cathedra Petri.

Demonſtratur contrarium citationis Mornæi.

habitus eſt legitimus Antiochenæ Eccleſiæ Præſul,, qui in communionem admitteretur ab Imperatoribus, & non magis talis, iudicatus ex communione Romani Pontificis? Apud Theodoretum libro quinto capitulo 23. Theodoſius Imperator fauens Flauiano hortatur quidem Romæ Epiſcopos,ſed in primis Innocentium, tùm Eccleſiæ Romanæ Antiſtitem, vt iam mortuo Paulino, & Euagrio contra leges Eccleſiæ deſignato Epiſcopo, Flauianum eam Eccleſiam paſcere, velint: cui hortationi obſecuti Epiſcopi Occidentis promittunt, ſe ſimultatem depoſituros, & Legatos, qui à Flauiano mitterentur, admiſſuros. Cæterùm prius ipſe Imperator Flauianum Romam proficiſci iuſſerat. Quorſum iſtud? niſi quia oportebat Romæ, velut apud ſummum Eccleſiæ tribunal maximas quaſque controuerſias definiri: vt in primis hanc de ſchiſmate Antiocheno tollendo: & hæc quidem adducta occaſione Flauiani, quem iſte nobis producit; cuius cauſſa Epiſcopi Orientales litteris Epiſcoporum Occidentis, & præſertim Damaſi, & Imperatorum conuocati Romam fuerunt.

Confirmatam à Damaſo Synodum Conſtantinopoli celebratam, ideoque Oecumenicam habitam,ſatis,ſuperque oſtenſum eſt. Quòd verò in Synodali epiſtola ad Theodoſium petant Patres, ab eo item confirmari acta Synodi, hanc rationem adfert Baronius, quòd eo modo ſibi fidem Imperatoris ſtabilem duraturam oppignorarent. At Mornæus.

Pag. 45. *Theodoſij* (inquit) *cuius zelus erga Eccleſiam omnibus notus; quo, pietate inter illos nullus ſuperior; argumentorum igitur inops adeò Baronius?*

SEd erat dumtaxat tertius annus Imperij Theodoſij, neque certò ſciebant, an in eodem zelo pergeret ſemper, ac doctrinam fidei eodem feruore amplecteretur: & habebant recens exemplum Valentis Imperatoris, quem experti eſſent in deterius mutatum. Quot Principes viſi prius Reipublicæ, ac Religioni vtiliſſimi, in tyrannidem conuerſi, aut hæreticam prauitatem amplexi, vtrique, aut alterutri deterrimi fuerunt? Diende, quod malum, Principem zelo ſacræ religionis accenſum, quo in eius profeſsione conſtanter perſeueret, ei etiam arctius iureiurando ſuam fidem adactum obſtringere? nihil igitur abſurdi in eo, quod ſcribit Baronius; neque adeo argumentorum inops, vt nugatur iſte gloſſator. Damaſi auctoritate hanc Synodum, Oecumenicæ nomen obtinuiſſe, Damaſum Synodum probaſſe, ac confirmaſſe, ſupra oſtendimus. Hæc ridet aduerſarius, quem lubens ſciſcitarer. An non prima illa Conſtantinopolitana Synodus Oecumenica; & omnes Patres parem illi honorem, quem magnæ Nicænæ Synodo ſemper habuerunt?

Conſtantinopolitanam Synodum fuiſſe à Damaſo confirmatam, teſtimonium Photij.

Vnde verò iſtud? Nam Epiſcoporum numerus non erat illic adeò frequens; cùm centum quinquaginta Epiſcopi dumtaxat ei interfuerint, & omnes ex Oriente, nulli ex Occidente. An verò quia fidem Catholicam contra Macedonium, & Eunomium Hæreſiarchas definierunt? atqui, & in multis Concilijs Prouincialibus damnatæ ſunt hæreſes, & Hæretici ab Eccleſia abdicati. An verò eorum Patrum erat definire, illam, Synodum ab omnibus nominandam eſſe Oecumenicam? Quid verò ſibi vult canon ille Eccleſiaſticus, an antiquis Græcorum Hiſtorijs, vno ore laudatus, qui vetat, præter ſententiam Epiſcopi Romani, Concilia celebrari, niſi illius eſſet conuocare Concilia, illiſque ſuo iudicio auctoritatem dare? non ob aliud magis Ariminenſe Concilium illegitimum, & irritum fuiſſe, declaratum eſt, cui ſexcenti Epiſcopi interfuerunt, quàm quòd Romanus Epiſcopus ei minimè conſenſiſſet; *Cuius ſententia* (inquiunt nonaginta Epiſcopi ex Italia, & Gallia, in vnum ſub Papa Damaſo collecti) *præ cæteris omnibus expectanda erat*: prout legimus apud Theodoretum libro ſecundo, capitulo vigeſimoſecundo. Et Baſilius Magnus epiſtola quinquageſima ſecūda ad Athanaſium, indicat ſcribendum eſſe ad Epiſcopum Romanum, vt iudicij ſui decretum interponat; ac ſua ipſe auctoritate vſus, Ariminenſis Concilij acta curet reſcindenda. Vnde conſtat, quanta ſit Romani Pontificis auctoritas in Concilijs Generalibus conuocandis, vel approbandis; nec aliunde Conſtantinopolitanam illam Synodum Oecumenicæ auctoritatem obtinuiſſe, quàm à iudicio Romani Pontificis. Neſcio verò, quibus expreſsioribus verbis potuerit Photius ſignificare Synodum illam confirmatam à Damaſo. Nam poſtquàm Epiſcopos præcipuos recenſuit, qui illi Concilio interfuerunt: *Quibus, haud multo poſt* (inquit) *& Damaſus Epiſcopus Romæ eadem confirmans, atque idem ſentiens, acceſſit τὰ αὐτὰ κρατύναν*: & Patres illi ad Damaſum ſcribebant: *Quibus rebus tanquam legitimè, & ſecundum Eccleſiæ canones inſtitutis, obſecramus veſtram Reuerentiam, vti congratuletur, & cæt.* Quod, quid aliud erat, quam deſiderare, acta Concilij ab illo probari, cùm probè ſcirent, quantum inde auctoritatis Concilio acceſſurum eſſet? An non verò τὰ αὐτὰ κρατύναν, idem eſt, quod, ea confirmans, ſtabiliens, vim magnam eis tribuens? De illo canone, qui, ex interpretatione Mornæi contra mentem illorum Patrum, Epiſcopum Conſtantinopolitanum Romano coæquat; cum tamen illum præferat quidem cæteris Patriarchis, ſed Romano Pontifici minimè coæquet, eique ſecundum locum dignitatis, ſed non poteſtatis conferat; iam dictum eſt. De Flauiano item. Quoad Paulinum, non eſt phantaſma Baronij, (vt nugatur iſte) eum Damaſi auctoritate in Epiſcopatum Antiochiæ reſtitutum eiecto Flauiano, quem

Cōcilia celebrari nequeunt ſine auctoritate Rom. Pont.

Ariminēſe Cōcilium illegitimū.

Paulinus auctoritate Damaſi in Epiſcopatū Antiochenū reſtitutus eiecto Flauiano.

Syno-

Syndus Conſtantinopolitana ordinarat: nam primum ex ſupra dictis conſtat, Romanum Pontificem, & Occidentales Epiſcopos ægrè tuliſſe ordinationem Flauiani, ideoque, vt de ea cognoſceretur, conuocatos Romam Epiſcopos Orientales, & oportuiſſe tandem Flauianum in communionem ab Epiſcopo Romano, poſt aliquot annos, admitti. Certùm item Paulinum Romam veniſſe ad Concilium, vt ex Hieronymo conſtat epiſtol. 27. ad Principiam; & abſoluto Concilio, ſequenti anno reuerſum eſſe Antiochiam, atque etiam, ipſo defuncto, in locum ipſius, non ſine aſſenſu Romani Pontificis, Euagrium fuiſſe ſubrogatum. Hæc omnia ex probatiſsimis hiſtorijs conſtant. Quid igitur inde concludendum, quàm, ex Synodi Romanæ decreto, eidem ſedem Antiochenam adiudicatam? Cùm, & Paulini partes, Succeſſores Damaſi Romani Pontifices, vt æquiores, defendendas ſuſcepetint: & Imperatori Theodoſio, Flauiano ſtudenti, non Damaſus ſolùm ille admirabilis, verùm etiam, poſt illum, Syricius, & Anaſtaſius dixerint eum illos, qui tyrannidem contra ſe exercere molirentur, opprimere. Sed & his, qui, per tyrannidem, Chriſti leges euertere ſtuderent, impuniratem concedere.

Euagrius, de ſententia Rom. Pont. in locũ Paulini ſubrogatus.

An non hæc ratio ſatis valida, vt perſuadeat, Paulinum, Damaſi auctoritate, in Epiſcopatum Antiochenum reſtitutum? Sed & quis, æquus rerum æſtimator neget plus veritatis habere, quæ vocat Mornæus Baronij phantaſmata, quàm illius, & ſuorum omnium Symmiſtarum, cerebricoſorum hominum collecta in vnum iudicia? Neque verò Synodus Conſtantinopolitana vllum canonem, quo præiudicium aliquod Romani Pontificis auctoritati adferretur, aut condidit, aut condere potuit; quominus maiores cauſſæ, vt hæreſis, ſchiſma, & depoſitio Epiſcoporum ei reſeruarentur. Et quidem, quantùm ad hæreſim, ſemper in cauſſa fidei Patres iudicium ſedis Apoſtolicæ requiſiuerunt, & aliquam hæreſim pro manifeſtè damnata habuerunt, quàm Pontifex Romanus ſuo calculo damnaſſet. Conſtat ex his, quæ de hæreſi Pelagiana ſcribit Diuus Auguſtinus epiſtol. 94. quæ etſi in Concilio Carthaginenſi damnata fuiſſet, & prius in Palæſtina quadam Synodo, nondum tamen illis ea hæreſis euidenter, ab Eccleſia ſeparata videbatur, donec à ſede Apoſtolica, id eſt Romani Epiſcopi ſententia, apertè damnaretur. Vnde idem Auguſtinus diſputans contra Iulianum Pelagianum, libro primo, docet, ei ſufficere debuiſſe ſolam Romanæ Eccleſiæ ſententiam: *Cui* (inquit) *Eccleſia præſidentem Beatum Innocentium ſi audire voluiſſes, iam tunc periculoſam iuuentutem tuam Pelagianis laqueis exuiſſes. Quid enim potuit Vir ille Sanctus Africanis reſpondere Concilijs, niſi quod antiquitus Apoſtolica ſedes, & Romana cùm cæteris perſeueranter tenet Eccleſia?* Et Proſper contra Collatorem: *Tunc Pelagianorum machinæ fractæ ſunt, quando Beatæ memoriæ Innocentius nefandi erroris capita, Apoſtolico mucrone percuſſit.* Dicendæne eſſent tres hypoſtaſes in Trinitate, an tacendæ, Hieronymus quoque conſuluit Damaſum: ſciebat enim illius eſſe de rebus fidei iudicium. Eſſe etiam Romano Pontifici ius deponendi Epiſcopos, & alios in eorum locum ſubſtituendi, conſtat ex Cypriano epiſtol. 67. ad Stephanum Papam; vbi, & hortatur, vt pro ſua auctoritate Marcianum Epiſcopum Arelatenſem in Nouati hæreſim lapſum, abdicet, & alium in locum eius ſubſtituat. *Dirigantur* (inquit) *in prouinciam, & ad plebem Arelate conſiſtentem à te literæ, quibus abſtento Marciano, alius in locum eius ſubſtituatur, & grex Chriſti, qui in hodiernum ab illo diſſipatus, & vulneratus contemnitur, colligatur.* Cœleſtinus Neſtorium Conſtantinopolitanum Epiſcopum excommunicauit: auctoritate Leonis primi coacta Chalcedonenſi Synodo, deiectus ab Epiſcopatu Eccleſiæ Alexandrinæ, Dioſcorus; Agapetus Papa, Anthimum Epiſcopum Conſtantinopolitanum damnauit, & in eius locum Mennam ordinauit: *Et nos* (inquit) Petrus Hieroſolymorum Epiſcopus in 8. Synodo act. 4. *Conſentimus his, quæ benè formata ſunt ab ipſo Agapeto Papa.* Vigilius Theodorum Cæſareæ Cappadociæ Sacerdotio, & communione priuauit, & Mennam poſt quattum menſem in communionem admiſit. Sanctus Gregorius Columbo Epiſcopo Numidiæ ſcribens, mandat, vt adiuncto Epiſcoporum vniuerſali Concilio, Maximianus Eccleſiæ Pudentianæ in Africa Epiſcopus, ſi reus conuincatur, à dignitate, & officio degradetur. Et libro vndecimo epiſtol. 50. ad Ioannem defenſorem ſcribens ſtatuit, vt, ſi contra Epiſcopum quemdam, de quo ſcribit, nulla criminalis cauſſa, quæ exilio, vel depoſitione digna ſit, nota, ſiue probata fuerit, is, qui, eo ſuperſtite, Epiſcopus, peruerſe, ac contra canones in Eccleſia eius ordinare præſumpſit, ſacerdotio priuatus ab omni Eccleſiaſtico miniſterio repellatur. Falſum igitur, Concilium Conſtantinopolitanum, cui, tanquàm Euangelio, ſe honorem deferre aſſerebat Gregorius Magnus, hanc auctoritatem Romani Pontificis reſcindere voluiſſe, aut etiam potuiſſe:

Cauſſæ Romanæ Eccleſiæ ſemper reſeruatæ: & de quib. ſemper ad eum appellatum eſt.

Hæreſis.

Nota Hæreſis, ſi ſit ab Apoſtolica ſede eſt damnata.

Hieron. conſuluit Damaſum de voce hypoſtaſis.

Epiſcoporũ depoſitio.

Neſtorius à Cœleſtino excõicatus.

Dioſcorus ab Epiſcopatu deiectus auctoritate Leonis I.

Anthimus ab Agapeto dãnatus, et Mẽna in eius locũ ordinatus.

Theodorus ſacerdotio & communione à Vigilio priuatus.

Alia S. Gregorij ſtatuta.

Concil. Cõſtãtinop. Romani Põti. auctoritatẽ nullo modo reſcindere voluit aut potuit.

Et de Hæreſi quidem, & ſchiſmate vltro fatemur, &c.

Pag: 46.

DE Hæreſi, ac ſchiſmate vltrò fatetur Mornæus, vix vllum hæreticum in ſua Prouincia damnatum legi, qui ad Epiſcopos Romanos non confugerit. Nempè tantam nouerant eſſe Romani Pontificis auctoritatem, vt, ſi ab eo ſemel admitterentur, à cæteris Epiſcopis, tanquam Catholici, quales videri volebant, in communionem reciperentur. Quorum verò errores vnquam Romani Pontifices approbarunt? aut quos, niſi prius ſuam hæreſim damnarent, in communionem admiſerunt? Vrſatius, & Valẽs Pannoniæ Epiſcopi, Romam profecti ſunt ad Iulium Papam: *Pro ratione* (inquit Epiphanius

Cur Hæretici ad Rom. Epiſc. confugerint.

Vrſatius, & Valẽs Iulio Papa rationem reddunt, quod Athanaſio calumniam ſtruxiſſent.

nius hæreſi 68.) *reddenda de ſuo errore, & delicto, quòd calumnias ſtruxiſſent Papæ Athanaſio.* Inſtantius, Saluianus, & Priſcillianus, in Synodo apud Cæſaraugoſtam damnati, Romam ad Damaſum profecti ſunt, vt obiecta purgarent, ſed ne in conſpectum quidem eius admiſsi ſunt. Quod ſi aliquando Hæretici Pontifices ipſos deceperunt, nihil mirum; cùm & Gabaonitæ Ioſue, & Princeps populi deceperint. Ita Baſilides, & Martialis Epiſcopi libellis Idololatriæ contaminati, à ſedibus ſuis eiecti, Romam venerunt, & Stephanum Papam longè poſitum, & rei geſtæ ignarum fefellerunt, vt ſuis ſedibus reſtituerentur; *Hoc eo pertinet* (inquit Cyprianus epiſtol. 68. *Vt Baſilidis non tàm abolita ſint, quàm cumulata delicta* (ita de omnibus Hæreticis iudicandum) *vt ad ſuperiora peccata eius etiam fallacia, & circumuentionis crimen acceſſerit: neque enim tam culpandus eſt ille, cui negligenter obreptum eſt, quam hic execrandus, qui fraudulenter obrepſit. Obrepere autem ſi hominibus Baſilides poteſt, Deo non poteſt, cùm ſcriptum ſit, Deus non irridetur.* Macedoniani ad Liberium Legationem, & litteras miſerunt, quas ille cùm recipere nollet, eos Sectæ Arianæ fautores eſſe dicens, & propterea ab Eccleſia non poſſe recipi, vtpote, qui fidem Concilij Nicæni abnegaſſent: Reſponderunt ſe pœnitentia ductos, & veritatem agnouiſſe: & cùm Liberius ab eis peteret, vt opinionis ſuæ declarationem ſcriptis mandarent, illi, libellum obtulerunt, in quo verba, in fidei formula Nicæ edita comprehenſa, fuere perſcripta: quin & tres Epiſcopi ab eis miſsi hoc in mandatis habebant, vt cum Liberio de fide neutiquàm diſſentirent, ſed communicarent cùm Eccleſia Romana, fidemque conſubſtantialis ratam facerent. An verò potuit Liberius in perfidas adeò mentes penetrare, cùm Deus ſit, qui corda hominum intuetur; homines verò tantùm videant ea, quæ patent? An verò non debuit eos in communionem admittere, quos videbat ab Orthodoxis in fide nihil diſſentire? & ipſi Macedoniani, vt ſcribit Sozomenus libro ſeptimo, capitulo ſeptimo: cum ad Concilium Conſtantinopolitanum vocati eſſent, & eos obteſtarentur Orthodoxi, vt ſuę ſententiæ ſubſcriberent, in memoriam illis redigentes ea, quæ ad Liberium per Legatos, Euſtachium, Syluanum, ac Theophilum ſcripſiſſent, palam affirmarunt, ſe fidem conſubſtantialis nunquàm aſſerturos, quamuis diuerſa confeſsioni ſuæ, apud Liberium factæ, dicerent: fatentur igitur ſe fidem Orthodoxam apud Liberium profeſſos, ſed ſe tùm illi mentitos eſſe indicant, ac ſuam perfidiam detegunt, vt nulla fuerit eius culpa, cui obreptum eſt, ſed perfidorum hominum, qui obrepſerunt, quos nec ſuo conſpectu Pontifex dignatus fuiſſet, ſi latens eorum virus deprehendiſſet. Eutyches à Flauiano Epiſcopo Conſtantinopolitano excommunicatus, & hæreſeos damnatus: *ad Sedem Apoſtolicam* (ait Leo Magnus epiſtol. 7. ad Theodoſium Imperatorem) *libellum doloris ſui quærimoniam miſit*: & Leo quidem ignorabat initio, cur eſſet damnatus, cum ad eum ſcripſiſſet Eutyches, ſe Nicænæ Synodi conſtituta ſeruantem fruſtra in fidei diuerſitate culpatum; at vbi comperit eum eſſe Hæreticum; conuocata Synodo Chalcedonenſi, an non eius hæreſim damnauit, & execratus eſt?

Inſtantius, Saluianus, & Priſcillianus, expurgãdi ſe cauſſa, Romam profecti.

Ioſue 9.

Baſilides, & Martialis Stephanũ Papam fefellerunt.

Macedoniani apud Liberiũ fingunt ſe orthodoxos.

Eutyches à Leone Magno hæreſeos condemnatus.

Qui Romani Epiſcopi ambitionis ſæpè pruritu (inquit) *ijs fauebant, ita interdum fouebant, vt ab ijs ſubinde deciperentur.* Pag. 44.

QVæ verò ambitio, eos aliquando in communionem admiſiſſe, qui veniebant ad eos in veſtimentis ouium, nec eos ſcire poterant intrinſecus eſſe lupos rapaces? qui cum eſſent Angeli Sathanæ, transformabant ſe tamen in Angelos lucis? quæ ambitio, eos, qui abiurare ſe hæreſim, palam affirmant, & fidem Catholicam profitentur, in gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ (quæ omnes quorumuis criminum, aut delictorum reos, ſi videantur ex animo pœnitere, ſuo ſinu miſericorditer excipit) admittere? Quis verò Pontificum ijs ita fauit, vt eorum hæreſes approbaret? quoties hæreſim ſuam ad iudicium ſedis Apoſtolicæ Berengarius abiurauit? Vvaldenſes, ſeu pauperes de Lugduno, teſte Abbate Vſpergenſi in Chronico, anno Domini 1212. petebant ſectam ſuam à ſede Apoſtolica confirmari, & priuilegijs augeri; quis Pontificum eam confirmauit? Vviclefus ad Vrbanum Sextum ita ſcribebat: *Romanus Pontifex, cum ſummus Chriſti Vicarius ſit in terris; fidem meam, ſi ſit Orthodoxa, confirmabit; & ſi ſit Erronea, emendabit*: an ex ambitione illi fauit, aut hæreſes illius confirmauit Pontifex? Lutherus Sectariorum noſtri temporis anteſignanus ad Leonem Decimum Pontificem ſcribebat: *Proſtratum me pedibus tuæ Beatitudinis offero, cum omnibus quæ ſum, & habeo: viuifica, occide, voca, reuoca, approba, reproba, vocem tuam vocem Chriſti in te præſidentis, & loquentis agnoſcam.* Hi omnes proculdubio hæretici, ad Pontifices Romanos confugerunt; ſed quam vnquam hæreſim illi probarunt? quod ſi aliquando ab his ſint decepti, vt eos ex veſtitu oues eſſe crederent, qui intus lupi erant, quis ambitionis pruritus, ſi à perfidis, & ſacrilegis hominibus ſunt aliquando decepti?

Moreniſ Calumnia, & mẽdacium in Romanos Pontif.

Nullus Pontifex vllius hæreſim probauit.

Vviclefus Rom. Pont. agnoſcit vt Vicarium Chriſti.

Verba Lutheri ad Leonem X.

Neque verò id ambitioni aſcribendum, quod velint ad ſuum conſiſtorium Eccleſiaſticas cauſſas pertrahere: nam ſi cauſſæ ciuiles ad Senatũ, ad magiſtratum quendam ſupremum pertrahuntur; oportet vtique, & in Eccleſia quendam eſſe ſupremum magiſtratum, in quo cauſſæ Eccleſiaſticæ, definiantur; cum non minus rectè ordinata intelligenda ſit Eccleſia, quàm quæuis humana Reſpublica. De iure appellationum, de nomine, & re ipſa, quàmque antiqua, iam aliàs diximus. In iure propriè appellare eum dicimus, qui auxilium à ſuperiore aduerſus alterius magi-

An Ambitionis pruriẽda appellatio ad ſummũ Pontificem, & petitio cauſſarum deciſio.

In iure, quid propriè ſit appellatio.

magiſtratus iniuriam implorat: vnde appellare ſimpliciter ij dicuntur, qui ab inferioris Iudicis ſententia, tanquàm inioſta, ad ſuperiorem prouocant, obtinendi iuris ſui gratia. Erit igitur appellatio, ab inferiori iudice, ad ſuperiorem gradatim facta prouocatio, vt cauſſam, antea quidem cognitam, ſed, vt appellans intendit, malè definitam denuò cognoſcat, & ſententiam prius latam in melius reformet.

Appellationis vſum in Romana Republica fuiſſe antiquiſsimum, ex Hiſtoria Horatij apud Liuium lib. 1. conſtat, qui ob interfectam ſororem, perduellionis à Duumuiris damnatus, ad populum prouocauit, & abſolutus eſt. *Appellandi vſus* (inquit) *Vlpianus de appellat. lib. 1. quàm ſit vetus, frequens, quamque neceſſarius nemo eſt, qui neſciat; quippe cùm iniquitatem iudicantium, vel imperitiam corrigat.* Vndè iure naturali magis, quàm ſcripta aliqua lege beneficium appellationis videtur introductum, cùm ratio communis oſtendat, oppreſſos, aut iniquitate, aut inſcitia Iudicis, dignioris magiſtratus auxilio ſubleuandos eſſe.

Appellandi vſus antiquiſsimus in Rom. Rep.

At Mornæus rerum omnium ſcientiſsimus.

Appellatio (inquit) *cuius nomen, nedùm res ipſa, Hiſtòriæ ignotum, in Eccleſia nuſquam vſurpatum.*

Pag. 46. DE nomine non eſt qood diſputemus, ſed quocunque nomine ſignificaretur, certum eſt ex prædictis, beneficium appellationis antiquiſſimum eſſe, & iuri ipſi naturali maxime conſentaneum. Quòd dicit:

Nuſquam in Eccleſia vſurpatum.

Iam alibi contrarium oſtenſum eſt. Et Leo Papa epiſtol. 89. ad Epiſcopos per Viennenſem Prouinciam conſtitutos, teſtatur, hanc eſſe antiquiſsimam conſuetudinem; *Nobiſcum* (inquit) *veſtra fraternitas recognoſcat, Apoſtolicam ſedem, pro ſui reuerentia, à veſtræ etiam Prouinciæ Sacerdotibus, innumeris relationibus eſſe conſultam, & pro diuerſarum (quemadmodum vetus conſuetudo poſcebat) appellatione cauſſarum, aut retractata, aut confirmata fuiſſe iudicia.* Neque verò Bellarminus (quod hic ſcribit Mornæus) appellationis originem à Marcione hæretico repetit; ſed ex facto Marcionis, docet, antiquiſsimum eſſe vſum appellationum ad Sedem Apoſtolicam: ſiquidem excommunicatus ille ab Epiſcopo ſuo in Ponto, Romam venit, vt à Romana Eccleſia abſolueretur, vt refert Epiphanius hæreſi. 42.

Mornæus Bellar. imponit.

Irenæus, & Tertullianus (inquit) *nùm appellatum dicunt?*

Pag. 46. AN non verò condemnare, & abſoluere, actus ſunt iuriſdictionis? ſi condemnatus à ſuo Epiſcopo, Romam venit, vt abſolueretur; exiſtimauit igitur Romanum Epiſcopum ſuo Epiſcopo eſſe ſuperiorem; ſiqoidem ab inferiore iudice, ad ſuperiorem intelligendus eſt appellaſſe. Quod ſi ille à Presbyteris Romanis non eſt admiſſus; hoc erat, quia oportebat eos primùm reſcire, iuſtè nè, an iniuſtè ab Epiſcopo ſuo condemnatus eſſet, & an admittenda eſſet illius appellatio: nam, cùm Hæreticus Marcion eſſet, ab Epiſcopo ſuo iure erat condemnatus. Alijs exemplis antiquum vſum appellationum ad Romanum Pontificem Bellarminus oſtendetar: libro ſecundo de Romano Pontifice, capitulo vigeſimoprimo. *Anno Chriſti 252. Pontifice Cornelio, Fortunatus, & Felix in Africa à Cypriano depoſiti, Romam nauigauerunt, atque ad Cornelium appellauerunt; Teſtis Cyprianus libro 1. epiſtol. 3. Non diu poſt, Stephano Pontifice, Baſilides in Hiſpania depoſitus ad Stephanum appellauit. Cyprianus libro primo epiſtol. 4.*

Cur Presbyteri Romani Marcionem appellanti nõ admiſerint.

Fortunat. & Felix ad Cornel. Papam appellarunt.

Baſilides ad Stephanũ Papam.

At Cyprianum vidimus (inquit Mornæus) *vt ei frænum inijciat, ſi hæc locum habeant, diſciplinam omnem collapſuram proteſtatus.* Pag. 46.

VErùm, ad hoc iam alibi reſpondimus, & iterùm repetimus; non tuliſſe æquo animo Cyprianum prouocationes Epiſcoporum ex Africa ad Romanum Pontificem interpoſitas, vt nec hodie multi pij viri, quaſcunque appellationes promiſcuè interpoſitas probant: non quòd nullam eas audiendi poteſtatem habeat Romanus Pontifex; ſed quod omnia ad ædificationem fieri debeant, debeatque ille ex æquo, & bono, & ad totius Chriſtianæ Reipublicæ ſummam vtilitatem, amplitudinem iuriſdictionis ſuæ moderari; neque ſine magna cauſſa reliquorum Epiſcoporum auctoritatem imminuere; neque Epiſcoporum iuſtas, ſed iniuſtas ſententias reſcindere. Certè, quorum appellationes improbat Cyprianus, erant ab Epiſcoporum Synodo poſt accuratam cauſſæ cognitionem, damnati, qui grauiſsimis, & manifeſtis, propriaque confeſſione detectis idololatriæ, & alijs criminibus implicati fuerant: vt iuſtiſsimè ille, tàm inioſtam appellationem damnarit; poſtularitque, cauſſam in Africam, vbi crimen admiſſum erat, referri. Non igitur iuſtas, ſed iniuſtas appellationes improbat, quæ ſi locum habeant, collapſura ſit omnis diſciplina. Et quis dubitat, poteſtatem datam eſſe ad ædificationem, non ad deſtructionem, & dignitatis Pontificiæ amplitudinem, non ad inioſtitiæ, ſed iuſtitiæ patrocinium valere debere? hoc denique improbat Cyprianus, quòd perditi, & deſperati homines, ob grauiſſima, & manifeſtiſsima crimina à Synodis Prouincialibus in Africa, & in Hiſpania tùm damnati, Romanos Pontifices ad reſcindenda tot Epiſcoporum æquiſsima iudicia callidè circumuenire conarentur: non alio verò ſenſu Cyprianus appellationi frænum inijcit.

Cypr. quas agrè tulerit prouocationes.

Quòd Liberius Euſtachij Sebaſteni Epiſcopi tutelam ſuſcipit; nimirùm quia illum hæreſim abiurantem, etſi ore tenus, & Catholicam fidem profitentem, prudenter Liberio viſum eſt in communionem admittere; neque enim potuit ſuſpicari Pontifex, tantam in illius mente

Euſtach. in vocatione Pont. abutitur.

Digitized by Google

ineſſe perfidiam; vt indicium practicum in eo rectum fuerit, ſcilicet recipiendos ad pœnitentiam, & admittendos ad Eccleſiæ communionem, qui ab hæreſi reſipiſcerent, & fidem Catholicam ſincerè profiteri viderentur, licet ſpeculatiuè erraret. Quemadmodum ſi nunc Mornæus, cupidus videndi Romam, adiret Summum Pontificem, profiteretur ſe abiurare hæreſim Caluini, & ſe Catholicum ſimulans, in Eccleſiæ Catholicæ gremium recipi poſtularet; nemo certè vnquàm in homine Gallo, *Arte*, & *Marte* conſpicuo, Chriſtianiſsimi Regis in ſacro Conſiſtorio Conſiliario, Cataphratorum turmæ ductore, Salmurienſis ditionis Præſide, & Domus Regiæ Nauarræ Præfecto; in homine (inquam) tot præfecturis, & honoribus apud ſuos aucto, tantam ineſſe perfidiam iudicaret. Quòd Damaſus tutelam ſuſceperit Vitalis Orientalis Epiſcopi. Nimirùm Vitalis Antiochiæ agens, fautor hæreſis Apollinaris, ob id in crimen vocatus, ad dicendam cauſſam apud Damaſum, Romam ſe contulit, ſeque hæreſis accuſatum iniuſtè exclamat. Subſcripſit, probauitque oblatam à Damaſo Catholicæ fidei confeſsionem, ſicque in communionem ſuſceptus eſt; Atqui detectus deinde hæreticus, Apoſtolici iudicij cenſuram, quam merebatur, excepit; quia licet verba eius Catholicæ fidei conſona viderentur, latentem tamen ſub illis ſenſum hæreticum tandem detexit. Nam Vitalis, atque Apollinaris eius magiſter, accuſabantur, quòd Chriſtum affirmarent fuiſſe mentis expertem, carnemque tantùm, abſque mente, humanam aſſumpſiſſe, cùm verò ipſe Vitalis diſertis verbis in profeſsione ſuæ fidei confeſſus eſſet, in Chriſto mentem humanam, ſicut carnem; in tam aperta confeſsione nemo poterat ſuſpicari dolos. Latentem dolum aperit Gregorius Nazianzenus epiſtol. ad Cledonium aduerſus Apollinarem: *Pias quidem dictiones confitentur, verùm circa mentem dolum ſtruunt; non quidem animæ, nec mentis, aut rationis expertem, nec imperfectum hominem confitentes, cæterum animæ, ac rationis, ac mentis loco, diuinitatem inducunt.* Et infra: *Chriſtum habere mentem, prauè, & perquàm ſtolidè interpretantur; nimirum, per Chriſti mentem diuinitatem ſignificari, contendentes; non autem hunc locum more noſtro exponentes, &c.* Verbis igitur Catholicam fidem profiteri videbatur Vitalis, ſed illius ſenſus, quem non detexerat initio Damaſus, hæreticus erat.

Quomodo Pontifex errarit in admittēdo ad cōmunionē Euſtachio.

Vitalis. & Apollinaris damnati à Damaſo Papa. & quare.

Et probat quidem Mornæus Damaſum à perfido homine deceptum fuiſſe; nec id mirum, neque enim poterat in illius animum penetrare; & Apoſtoli ipſi à Simone Mago decepti ſunt, Act. 8. Vt eum, licet fictè accedentem, Baptiſmi Sacramento initiarint. Non tamen oſtendet Pontifices Romanos hæreſim vllam approbaſſe, aut Hæreticos cognitos in communionem admiſiſſe. Quòd ſi (vt fatetur) Damaſus poſtea facti pœnitens (in quo tamen facto nihil deliquerat, nam ab eo Catholicæ fidei confeſsionem exegerat) Vitalem excommunicauit; igitur illius hæreſim damnauit. Ita Syricius ab Origeniſtis decipi quidem poterat, non tamen vnquam Origeniſtarum ſuo calculo probare errores: & cum infeſtiſsimi ſemper fuerint Hæreticis Romani Pontifices, vt nullam non, ab initio naſcentis Eccleſiæ, hæreſim damnarint, certum eſt, apertè Mornæum mentiri, cum eis, per adulationes, Hæreticos obrepſiſſe plenitudinem illam poteſtatis affectantibus ſcribit.

Apoſtoli à Simone mago decepti.

Et quidem Theophilum Epiſcopum Alexandrinum Synodum habuiſſe (inquit Mornæus) *& Origeniſtas abſolutè damnaſſe, legimus, &c.* Pag. 46.

POtuit quidem Epiſcoporum ſibi ſubditorum Synodum Patriarcha Alexandrinus habere; ſi tamen à Theophilo, & non ab Epiſcopo Romano Anaſtaſio damnarentur Origeniſtæ, nundum ea ſecta ſatis ab Eccleſia damnata videretur; nam, vt ſupra vidimus, cùm Pelagiana hæreſis à Concilijs Africanis fuiſſet damnata, non ſatis euidenter Diuo Auguſtino videbatur ab Eccleſia ſeparata, niſi & Innocentij Romani Pontificis auctoritate damnaretur, & Diuus Hieronymus epiſtol. 71. quòd Theophili Alexandrini opera, Synodica auctoritate, Origeniſtarum factio ex Aegypto ſit expulſa, ſed & quòd ea de re ſummus Pontifex Anaſtaſius certior factus ſit, laudat: Et epiſt. 78. ad Pammachium, & Marcellam, hic à Mornæo citata; *Prædicationem* (inquit) *Cathedræ Marci Euangeliſtæ, Cathedra Petri Apoſtoli, ſua prædicatione confirmet &c.* Sed quemadmodum Marcus Euangeliſta, Petrum Apoſtolum doctorem fidei, & præceptorem agnoſcebat, ita Epiſcopus Alexādrinus Theophilus, Romanum Pontificem debebat agnoſcere. Confirmaſſe verò prædicationem, aut ſententiam Theophili in Origeniſtas, nihil aliud fuit, quàm ei robur, & auctoritatem addere. Proſequitur ibidem Diuus Hieronymus; *Quanquam celebri ſermone vulgatum ſit, Beatum quoque Papam Anaſtaſium eodem feruore, quia eodem ſpiritu eſt, latitantes in foueis ſuis hæreticos perſequutum: eiuſque literæ doceant damnatum, in Occidente, quod in Oriente damnatum eſt.* Verùm, alia erat auctoritas Anaſtaſij Pontificis Romani in definiendis fidei dogmatibus, & hæreſibus damnandis, & longè ſuperior, quàm Theophili Alexandrini; vt à Theophilo ſolùm damnati Origeniſtæ, non vndiquè explodendi forent, nec vbique locorum, vt hæretici, cauendi: at vbi Romani Pontificis auctoritate damnati forent, nemo eos amplius pro Catholicis erat habiturus. Quòd autem interpretatur Mornæus verba D. Hieronymi:

Rom. Pont. ſentētia ad plenam dānationē hæreſum penitùs requiſita.

Romana fides auctoritate ſuperior Alexādrina.

Siniſtra aduerſarij interpretatio.

Prædicationem Cathedræ Marci Euangeliſtæ Cathedra Petri ſua prædicatione confirmet: id eſt, eius exemplum ſequatur, Pag. 46.

NOn certè huius interpretationis illi auctor, aut D. Hier. aut quiuis alius; ſiquidē ille epiſ.

68. ad Theophilum. *Scito* (inquit) *nobis nihil eſſe antiquius, quàm Chriſti iura ſeruare, nec patrum tranſire terminos, ſemperquè meminiſſe Romanam fidē Apoſtolico ore laudatam, cuius ſe eſſe participem Alexandrina Eccleſia gloriatur,* &c. vt inde intelligamus, Alexandrinam Eccleſiam Romana inferiorem extitiſſe, & illius fuiſſe exemplū ſequi Romanæ Eccleſiæ, non contrà. Et ex eodem Epiſt. VIII. ad Demetriadem, conſtat Anaſtaſij Epiſcopi Romani fuiſſe condemnare hæreſes, & illius auctoritate Origeniſtarum hæreſim fuiſſe repreſſam. *Dum eſſes paruula* (inquit) *& Sanctæ, ac Beatæ memoriæ Anaſtaſius Epiſcopus Romanam regeret Eccleſiam, de Orientis partibus hæreticorum ſæua tempeſtas ſimplicitatem fidei, quæ Apoſtolico ore laudata eſt, polluere, & labefactare conata eſt; ſed vir ditiſſimæ paupertatis, & Apoſtolicæ ſollicitudinis ſtatim noxium percuſſit caput, & ſibilantia hydræ ora compeſcuit,* &c. ſiquidē vbi iudicio Anaſtaſij Romani Pontificis damnata erat, poſt ſententiam Theophili Alexandrini, hæreſis Origeniſtarum, nemini iam dubitare licebat, quin ea omnibus cauenda, & reprobanda eſſet.

Pag. 46. *En verò inter Chryſoſtomum, & Theophilum exoritur contentio.*

De Contentione inter Chryſoſtomum, & Theophilū Epiſcopos exorta.

NVnc de contentione agit, quæ inter Chryſoſtomum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, & Theophilum Alexandrinum exorta; vnde illi origo, & quo proceſſerit: vbi contendit, nullam Romani Pontificis inde auctoritatem, aut iuriſdictionem ſupra alios Epiſcopos oſtendi; neque à Chryſoſtomo ad Romanum Pontificem appellatum: verùm, nos in hac hiſtoria quàm inſigniter eluceat Romani Pontificis auctoritas, docebimus. Circa hanc hiſtoriam primum id obſeruat Baronius ad annum 397. *Quòd Theophilus Epiſcopus Alexandrinus ius ſibi vendicaret in electione Epiſcopi Conſtantinopolitani: probè ſi attendas, intelliges primam ſedem poſt Romanam, Alexandrinam tenuiſſe in Oriente, ſpretoſque fuiſſe canones, ſi qui Conſtantinopoli in Synodo facti ſunt, quibus derrogaretur Alexandrinæ Eccleſiæ priuilegijs; nā alias, quid Alexandrino Epiſcopo de electione Conſtantinopolitani Antiſtitis?* At Mornæus profert locum Socratis lib. 6. hiſt. Eccleſiaſt. capit. 2. vbi dicitur Theophilus *de mandato Imperatoris* cum alijs Epiſcopis adfuiſſe; *non igitur pro ſuo iure ſed Principis iuſſu*: concludit Mornæus. Verùm non poterat Imperator ius aliquod in illa electione vel ordinatione Epiſcopi Conſtantinopolitani Theophilo conferre: & cum Theophilus omni ſtudio Ioannis famam læderet, vt Iſidorum ſuæ ipſius Eccleſiæ presbyterum, ad illum Epiſcopatum eueheret, niſi id ius fuiſſet Theophili, poterat alijs Epiſcopis Ioannis ordinatio committi, ut non opus eſſet Theophilo dari optionem, vel Ioannem Epiſcopum ordinandi, vel iudicium de criminibus ei obiectis, ſubeundi. *Quibus perterritus Theophilus* (ait ibidem Socrates) *Ioannem deſignat Epiſcopum.* Vndè cōſtat, cùm plures adeſſent Epiſcopi, ei ſaltem, vt Digniori, conueniſſe deſignare, & ordinare eum, qui ſuffragijs Imperatoris, populi, & cleri, cæteris præferebatur.

In hiſtoria einſmodi contentionis mirabiliter eluxet auctoritas Rom. Pontif.

Pag. 47.

In electione, vel ordinatione Conſtantinop. Epiſcopi, Imperator nullum poterat ius conferre Theophilo.

Cùm Imperatrix Eudoxia Ioanni, ob dicendi libertatem, infenſa eſſet, Theophili aduentum Conſtantinopolim accelerat, quo eo, ad deponendum ipſum Ioannem, artifice vteretur. Ille in ſuburbio congregauit contra Ioannem Synodum triginta ſex Epiſcoporum: in Vrbe cum Ioāne erant quadraginta Epiſcopi: neque verò vnquam Ioannes iudicia detractauit, idquè ad euitandum ſcandalum proximi; ne conſcius eorum iudicaretur, quæ ab inimicis objiciebantur: ſic enim Theophilo mandauit dicens; *Ego, ſi aliquis dicere contrà me quippiam poſſit, hactenùs neſcio: porrò ſi quis propoſuit contra me, vultiſquè veniam, manifeſtos inimicos meos, quos mihi negligentia ſua facit infeſtos, conuentu veſtro primum abycite: neque iam de loco contendam, vbi me oporteat iudicari, & ſi id maximè in Ciuitate fieri oportuit.* Nominat deinde quatuor Epiſcopos, quos iuſtis de cauſis ſuſpectos haberet; *Si me re vera* (inquit) *venire vultis, hos quatuor, ſi modò iudices ſunt, Concilio pellite; ſin autem accuſatores, eos ad iudicium ſiſtite; vt ſciam, quo mihi ordine certandum ſit, vtrùm quaſi cōtra aduerſarios, an aduerſus Iudices ſtandum: omninoquè non ſolum ad charitatem veſtram, verùm & ad omnem vniuerſalem Synodum venire paratus ſum.* Hæc Palladius in vita Ioannis Chryſoſtomi. Referunt Socrates lib. 6. cap. 14. & Sozomenus lib. 8. cap. 17. iam quartò vocatum ad iudicium, demùm poſt alia, prouocaſſe ad Synodum oecumenicam. Hic triumphans Mornæus, magnum quid conſequutus.

Synodus 36. Epiſcoporum cōtra Chryſoſtomum.

Dicat (inquit) *hic nobis Baronius, cur non Romam?* Pag. 46.

PRo Baronio vtique reſpondere licet, quia res agebatur in Concilio, ſeu veriùs Conciliabulo Epiſcoporum, potius ad turbandam pacem Eccleſiæ quàm ſeruandam congregatorum; ideo eis rectè oppoſuit vniuerſalis Synodi, ſeu omniū totius orbis Epiſcoporum iudicium. Deinde, cuius auctoritate congregantur vniuerſales Synodi? an non Romani Pontificis? Denique, quemadmodum prouocauit Ioannes ad Oecumenicam Synodum, ita potuit & Romam prouocare, ſicut poſtea eum feciſſe, docebimus.

Cur Chryſoſtomus ad oecumenicam Synodū prouocarit.

Nec eo minus tamen Chryſoſtomum exautorant, & in exilium mittunt, quòd ſe ſe eorum iudicio permittere noluiſſet. Pag. 47.

FActum, non ius, quæ enim legitima cauſſa illis Epiſcopis Ioannem Chryſoſtomum exautorandi? & eo quidem nomine perpetuam ignominiam Theophilus, etſi catholicus Epiſcopus, apud poſteros ſibi comparauit, quod talem, tantumque virum, firmiſsimam Eccleſiæ columnam, comparatis vndiquè machinis, in terram proſternere, penituſquè conterere conatus ſit. Hoc interim obſeruat Baronius ad annum 403. *Cùm tùm ab Epiſcopis, qui cùm Ioanne erant, tùm ab ipſo Ioanne plures cauſſæ fuerint allatæ, cur minimè teneretur ſe Synodali illi ſiſtere iudicio: certè quidem minimè prætermiſſum fuiſſet, cùm & tempus per op-*

Chryſoſtomus de facto quidem exautoratur à Theophilo, ſed non de iure.

por-

portunum, & vigens neceſſitas imperaſſet, Conſtantinopolitanæ Oecumenicæ Synodi illum citare canonem, ſi re vera id ibi decretum fuiſſet, & non per impoſturam annexum, quo decernebatur, ſedem Conſtantinopolitanam primum poſt Romanam debere tenere locũ: ac proinde nihil iuris ſibi Theophilum vendicare potuiſſe, vt in Ioannem ipſum Synodum conuocaret, ſi inferior Theophilus Ioanne fuiſſet: ſed quòd alia iura noua deficerent, ipſe Ioannes ad antiquum canonem Nicæni Concilij prouocat, quo limites Eccleſiarum fuerant definiti: Vt planè intelligas nullam penitus penes Ioannem Chryſoſtomum fuiſſe canonis illius cognitionem, ſed per impoſturam additum.

Ratio Mornæi, cur Chryſoſtomus, vt Theophili iudicio ſe ſubduceret Nicænum Canonem citauerit et non Conſtantinopolitanum.

Hoc argumentum Baronij ita putat ſe refellere Mornæus, Ioannem citaſſe canonem Nicænum, & non Conſtantinopolitanum;

Pag. 47.

Quia Nicænum ad eius cauſſam magis faciebat, vbi de ipſius perſona ab Epiſcopis Comprouincialibus iudicanda, agitur, non vtiquè de ſedium prærogatiua: nempè, quo Theophili iuriſdictio definiebatur, qui Aegypto præfectus, in Eccleſias Thraciæ nihil habebat iuris.

Eadem refellitur.

VErùm, ſi Theophilus Epiſcopus Alexandrinus nihil habebat iuris in Eccleſiam Conſtantinopolitanam, quia Nicæno canone definita erat iuriſdictio Epiſcopi Alexandrini, vt haberet dumtaxat Eccleſias ſibi ſubiectas Aegypti, Lybiæ, & Pentapolis; multò certè magis nihil in eandem iuris habebat, quia ex Conſtantinopolitano (quem genuinum, & non ſuppoſitum, eſſe contendit Mornæus) Conſtantinopolitanus Epiſcopus debebat habere primatus honorem poſt Romanum Epiſcopum; immò ex illius ſententia, Romano Epiſcopo coæquatus erat: at inferior Epiſcopus in ſuperiorem, aut certè par in parem nullam habet auctoritatem. Obieciſſet ergo procul dubio hunc canonem Ioannes Chryſoſtomus, non minus quàm Nicænum, ſi illius notitiam habuiſſet. Rectè itaque inde colligebat Baronius, ſuppoſititium, & per impoſturam additum fuiſſe. Et de perſona quidem Chryſoſtomi agebatur, ſed Epiſcopi Conſtantinopolitani; dignitas autem ſeu qualitas perſonæ, ea eſt, vnde quis ſubijcitur, vel eximitur ab alterius iuriſdictione Verùm. Mornæus obijcit:

Nec Inferior in ſuperiorem, nec par in parẽ habet auctoritatem.

Perſonæ qualitas quemq; ſubijcit alterius iuriſdictioni, vel eximit.

Pag. 47.

Canon iſte inſertus eſt ipſi Codici Romano, qui à Pontificijs probatus.

Obiectio Mornæi.

Reſponſio.

CVi facilè reſpondetur, nos probare quidem omnia, quæ in Codice Romano Sacrorum Conciliorum continentur, de fide à Sanctis Patribus definita; item Sacros canones, quos conſtat ab eiſdem conditos, ad conſtituendam, vel conſeruandam diſciplinam Eccleſiaſticam; non ideo tamen credere, in toto eo codice nulla ſuppoſititia, aut perperam inſerta, ſi id ex alijs argumentis, & rationibus oſtendi poſſit, quod de Canone illo Conſtantinopolitano fecit Baronius. Et inſerta eſt codici Romano, in impreſsione Colonienſi, & Veneta, Synodus illa Antiochena ab Euſebianis habita, in qua & canon editus, vt alias docuimus, in odium Athanaſij, in Sardicenſi Concilio poſtea eliminatus, quem & inimici Chryſoſtomo obiecerunt, quòd non fuiſſet reſtitutus ab Epiſcopis, à quibus fuerat exauthoratus.

Qua regula Pontificij Romanum Codicem Conciliorũ probent.

Cùm reſtitutus fuiſſet in ſedem ſuam, reuocante eum Imperatore, Chryſoſtomus, rurſum, Eudoxiæ opera, & factionibus inimicorum, exulare cogitur; vbi Baronius ad annum 404. *Cũ nullam* (inquit) *ſpem reliquam eſſe cognoſceret, vt meliori ſtatu res collocarentur, ſed certò iam intelligeret, omnia in deterius prolapſura, haud diutius diſſimulandum ratus, ad vnicum ſibi relictum confugium conuolat, nimirùm ad Romanam Eccleſiam, Apoſtolicam ſedem, quam ſciret omnibus eſſe prælatam, & perperàm facta Pontificum poſſe corrigere. Sic igitur, datis ad eius Epiſcopum Innocentium literis, ipſum, aduerſus tot nefaria Orientalium, & Aegyptiorum Epiſcoporum, appellat paulo poſt. Veritus autem Theophilus, ne in caput ſuum, contrà Ioannem, talia, tantaquè præſumpſiſſet, ad idem ſupremum Eccleſiæ Catholicæ tribunal, ipſam Apoſtolicam ſedem, Romanam Eccleſiam, Legationem mittit, ſcribens litteras ad eundem Innocentium Romanum Pontificem, de his, quæ à Synodo in Ioannem facta eſſent. Sed & ipſe Ioannes tanta calumnioſè, iniuſtèque paſſus ad eundem Romanum Pontificem Legatos miſit, ipſum, vt dictum eſt, appellans aduersùs iudicium Theophili, & aliorum Epiſcoporum contra ſe latum.* Tum ſubiungit. *Haud hæc quidem abſquè Dei prouidentia geſta ſunt: Siuit enim Deus, hæc inter tantos Epiſcopos agitari, vt certo, exploratoq; iudicio ſignificaretur, redderetùrquè exploratum poſteris quiſnam in Eccleſia Catholica Principem locum teneat, quemquè tam iudices iudicantes, quam rei damnati, pariter inſpicere debeant: illi, quod ſcirent, maius, & eminentius ſuprà ſe ſtare tribunal, quod omnia præiudicata iterum iudicaret: iſti magno ſolatio intelligerent, aliquod reliquum eſſe confugium, quod iniquam ſententiam paſſi, ſecuri peterent; nempè iudicium quærere, & implorare auctoritatem Romani Pontificis.* At Mornæus.

Chryſoſtomus in ſedẽ ſuam reſtitutus poſtmodũ exulare cogitur.

Atqui ipſe ad Romanũ Epiſcopũ confugit.

Theophilus ſibi timens ad Rom. Epiſc. Legationem mittit, & ſcribit.

Pag. 48.

Nos ſanè (inquit) *ex proprio litis ſuæ inſtrumento, ad hæc refutanda abundè inſtructi ſumus; Epiſtola vtiquè Chryſoſtomi ad Innocentium, quæ quidem, non ei ſoli inſcribitur, quod affingit, ſed omnibus coniunctim Occidentis Epiſcopis, quippè quæ vbiquè multitudinis numerum vſurpet.*

Mornæus Epiſtolam Chryſoſtomi putat nõ ſoli Innocentio inſcriptã.

Refellitur Mornæus eodẽ illo litis inſtrumento, quo ſe abundè inſtructum iactat ad refellendum Baronium.

SEd quàm malè venerit inſtructus Mornæus, procliue nobis oſtendere. Primum enim hæc Epiſtola ita inſcribitur: *Domino venerabili, ac Beatiſſimo Epiſcopo Innocentio, Ioannes in Domino ſalutem &c.* non igitur omnibus Occidentis Epiſcopis coniunctim inſcribitur. An non vero illud familiare in numero multitudinis aliquam perſonam in ſuprema aliqua dignitate conſtitutam

Numerum multitudinis ad vnã magna dignitate perſonam adhibemus.

tam

Digitized by Google

tam, cuiuſmodi erat Innocentius, alloqui? Denique ex eadem Epiſtola, iſta citat Mornæus:

Pag. 48. *Scripſimus iſta, & ad Venerium Mediolanenſem, & ad Chromatium Aquileienſem Epiſcopum*, quibus ſubiungit Mornæus: *ſicuti & ad Aurelium Carthaginenſem: vnde videas* (addit) *eum etiam ad alios magnæ fidei Epiſcopos recurriſſe*.

SI non Innocẽtio dumtaxat, ſed omnibus Occidentis Epiſcopis inſcripta erat Epiſtola, vt vult Mornæus; an non erant Occidentis Epiſcopi, Venerius Mediolanenſis, & Chromatius Aquileienſis? quomodo igitur eadem Epiſtola, quæ illis inſcribebatur, dicit, ſe ad eos ſcribere? Opportuit eſſe mendacem memorem. Concluſio illius Epiſtolæ: *vale in Domino*, nonnè pariter demonſtrat, non omnibus Occidentis Epiſcopis, ſed vni Innocentio inſcriptam fuiſſe? Et aliqua quidem raptim ex illa Epiſtola citauit Mornæus, quæ certè parum inſtructum eum veniſſe ad refutanda ea, quæ ſcripſerat Baronius, oſtendunt, & malignè prætermiſit ex eadem Epiſtola, quæ iuriſdictionem Romani Pontificis in eos Epiſcopos, appellationem Ioannis Chryſoſtomi ad eundem, & eiuſdem auctoritatem ad reſcindenda ea, quæ in Synodo illa Theophili contrà eum fuerant decreta, demonſtrant: enarratis enim ijs, quæ contrà eum geſta fuerant: *Ne* (inquit) *immanis iſta confuſio cuncta percurrat, vbique dominetur, ſcribite precor, & auctoritate veſtra decernite, huiuſmodi geſta iniqua, nobis abſentibus, & iudicium non declinantibus, nullius eſſe roboris, ſicut per ſuam naturam ſunt profectò & irrita, & nulla: porrò qui talia geſſere, eos Eccleſiæ cenſuræ ſubijcite, nos autem inſontes, neq; conuictos, neque deprehenſos, neque vllius criminis reos comprobatos, Eccleſijs noſtris iubete reſtitui, vt charitate frui, & pace cum fratribus noſtris conſueta poſſimus.* Cur iſta non citauit Mornæus? Quia contrà eum manifeſtè oſtendunt, Ioannem Chryſoſtomum certò iudicaſſe Pontificem Romanum potuiſſe decernere irrita eſſe, quæ à Synodo Epiſcoporum contrà eum acta fuerant: illos item potuiſſe Cenſuræ ſubijcere; denique ſuæ ſedi, etſi depoſitum ab ea Synodo, reſtituere. Ex quibus, quis non videt manifeſtè elucere in omnes Epiſcopos, quantumuis primarios Romani Pontificis auctoritatem? Quid verò hoc aliud fuit, quàm ad Pontificem Romanum appellare, cum eum rogat, vt ſua auctoritate reſcindat ea, quæ in Synodo, contrà eum acta fuerant, ea irrita, ac nulla eſſe decernat? vbi cõſtatque, cõtra Mornæum, eum Innocentij auctoritatem cenſere adhibendam eſſe. Miror verò, qui tam apertè mẽtiatur appellationis vocem in hac Epiſtola, nec ſemel occurrere; niſi fortaſſe obijciat Chryſoſtomum græcè ſcripſiſſe, vocem appellationis eſſe latinam, itaque ea voce nunquàm vſum eſſe Chryſoſtomum: nam alioqui in ea Epiſtola latinè tranſlata, ita ſub finem legimus: *Non Scythæ, non Sarmatæ vnquàm vna ex parte iudicarunt, abſente reo, neque iudicium, ſed odium & apertam inimicitatem declinante, ac mille appellante iudices, & ſeipſum innocentem aſſeuerante, & paratum, præſente Orbe vniuerſo, quæquè obiecta diluere, ac ſe inſontem declarare &c.* Annõ igitur occurrit vox appellationis? Annon falſi manifeſtè conuictus Mornæus? etſi verò ſcripſerit de rebus cõtra ſe geſtis in ea Synodo Ioannes Chryſoſtomus ad alios Epiſcopos, vt puta ad Venerium Mediolanenſem, & Chromatium Aquileienſem; non tamen ſcribit, vt ſua auctoritate reſcindant geſta contrà eum in Synodo, & vt illos Epiſcopos cenſuræ ſubijciant, ac ſuæ ſedi eum reſtituant: aut certè litteras Chryſoſtomi ad eos ſcriptas, proferat Mornæus: non ſic igitur ad illos quemadmodum ad Innocentium appellauit. Reſcripſit Innocentius, & extant duæ illius Epiſtolæ, vna quidem ad Ioannem Chryſoſtomum, altera pro eodem ad Clerum Conſtantinopolitanum: vbi certè animaduertendum, cùm ſolus reſcribat, & non cum alijs occidentis Epiſcopis coniunctim, Epiſtolã item Chryſoſtomi, qua poſtulat, irrita eſſe, quæ contra eum à Theophilo Alexandrino, & alijs Epiſcopis acta fuerant, cenſuræ ſubijci illos Epiſcopos, & ſe in ſuam ſedem reſtitui, vni Innocentio, non etiam alijs coniunctim inſcriptam fuiſſe.

Non eodem ſine ſcripſit Chryſoſtomus ad aliquos Epiſcopos, quo ad Innocentium Rom. Pont.

Innocentius ſuo tantum nomine reſcripſit.

Quæ malignè prætermittat Mornæus ex Chryſoſtomi Epiſtola.

Chryſoſtomum ad Rom. Pontif. appellaſſe demonſtratur.

Apertum Mornæi mendaciũ, vocem appellationis in hac Epiſtola nunquã occurrere.

Pag. 48. *Verum in ea Epiſtola* (inquit Mornæus) *indicat ſatis*, Innocentius, *& quid à ſe expectetur, & quid in in hoc negotio poſſit; vtrumquè enim ad ſuam communionem admittit, & porrò dicens, oportere conflari aliam irreprehenſibilem Synodum Orientalium, & Occidẽtalium Sacerdotũ etc.*

SEd & debebat illud addere, reſciſſa, & damnata eſſe, quæ à Synodo acta erant ab Innocentio: id enim teſtatur Sozomenus libr. 8. capitu. 26. his verbis: *Certior factus Innocentius Romanorum Epiſcopus eorum, quæ aduerſus Ioannem acta erant, indignè tulit, atquè, vt ea damnauit, ita etiam Oecumenicum Concilium cõuocare ſtuduit, &c.* Ergò pro ſua auctoritate prius damnauit; ac deinde volebat ſuam ſententiam confirmari in Oecumenica Synodo, quam vocat irreprehenſibilem, vt quæ legitimè congregata eſſet illius auctoritate, & cui ille, aut per ſe, aut per Legatos præeſſet (ſiquidem vnius Romani Pontificis eſt conuocare Oecumenica Concilia, illiſquè, aut per ſe, aut per Legatos, præeſſe) quæ non dubium, quin ſequuta fuiſſet Romani Pontificis iudicium in cauſſa Chriſoſtomi: fuiſſet enim vera, & legitima Synodus: vbi, quæ à Theophilo conuocata erat paucorum Epiſcoporum, erat pſeudoSynodus. Nec certè id parum erat vtrũque ſuæ communionis eſſe declarare; hoc enim erat eos pro Orthodoxis, & membris Eccleſiæ agnoſcere; vbi, ſi vterius fuiſſet à communione Romani Pontificis diuiſus, vtique fuiſſet exiſtimatus

Acta a clero Chryſoſtomum, Innocentius reſcidit, ac damnauit.

matus

Digitized by Google

Leue Mornæi argumentum, Chryſoſtomi non appelloſſe ad Pontific.

matus ſchiſmaticus. Leue autem, & nullius momenti argumentum illud Mornæi. Ioannes Chryſoſtomus, cùm primò depoſitus fuit, Oecumenicam Synodum appellauit, ergò cùm iterum exauctoratus eſt, & exulare coactus, non appellauit Romanum Pontificem, vtrumque enim rectè iudicauit, & Concilia Nationalia, ac Prouincialia corrigi poſſe per Oecumenica, ſeu generalia Concilia, & Romanum Pontificem ſupremum eſſe iudicem cauſſarum Eccleſiaſticarum, ac pro ſua auctoritate potuiſſe reſcindere, quæ acta erant à Theophilo, & alijs Epiſcopis, illi adhærentibus in eo Conciliabulo. Sed argumentum aliud producit Mornæus ex verbis illis Epiſtolæ Innocentij ad Clerum Conſtantinopolitanum apud Sozomenum libro 8. capit. 26. *Neceſſaria erit Synodalis cognitio, quam etiam multò iam antea congregandam duximus. Ea quippè ſola eſt, quæ huiuſmodi procellarum impetus retundere poteſt.* Gloſſa Mornæi.

Pag. 49.

Nota (inquit) *Synodus ſola, non appellatio ad ſuam ſedem.*

Cur Innocentius pro cauſſa Chryſoſtomi congregandã duxerit Oecumenicam Synodum.

VErùm, etſi Romanus Pontifex poterat, pro ſua auctoritate, reſcindere acta illius conciliabuli, & ſuæ ſedi reſtituere Ioannem Chryſoſtomum; iudicabat tamen ſi in Synodo Oecumenica cauſſa Chryſoſtomi agitaretur, & quæ illi crimina obijciebantur, veranè eſſent, an falſa, expenderentur, confirmatum iri ſuam ſententiã, atquè maiorem auctoritatem habituram; quando, poſt illum, Occidentis, & Orientis Epiſcopi damnarent acta illius Pſeudo ſynodi, & in ſuam ſedem Chryſoſtomum reſtituerent. Neque ſolus Innocentius, ſed & alij Romani Pontifices, in arduis Eccleſiæ negotijs, aut ad ſtabiliendam fidem, & damnandas hæreſes, aut in grauiſsimis diſſenſionibus Epiſcoporum, iudicarunt oportunum fore remedium, ſi Oecumenica Concilia indicerent, etſi verò in arbitrio ſit Romani Pontificis conuocare Concilia; ad hoc tamen præſtandum non deſunt difficultates; vt certè ad id opus ſit, & multis Conſultationibus, & Principum Chriſtianorum opera, & auxilio; neque ita facile eſt, ad nutum, etſi non deſit auctoritas, conuocare ex toto Chriſtiano orbe Eccleſiarum Præſules; vt non immeritò dicat in ea Epiſtola Innocentius: *Not multum deliberamus, quoniam modo Synodus Oecumenica congregari poſſit, per quam, diuina voluntate, turbulenti iſti motus conſopiri poſſint.* Quod certè non adeò erat facilè; nam licet vna cùm Romano Pontifice Occidentalis Eccleſiæ Epiſcopi omnes, etiam tranſmarini, pro reſtitutione Ioannis Chryſoſtomi laborarent; Orientales tamen illis exceptis, qui erant communicationis Ioannis, contrario ſtudio obnitebantur; nec non his ipſis fauebat Arcadius Imperator, vna cum omnibus Magiſtratibus; vt proinde, vt dixi, arduum videretur, pro reſtitutione Ioannis, omnes in vnum Epiſcopos cogi; cum etiam periculum eſſet, nè ſchiſma aliquod graue in Eccleſia oriretur. Nullum igitur argumentum Mornæi;

Idem, quod Innocẽtius, alij quoq; Pontifices, in cauſis grauioribus, conſueruns.

Pontifex laborat in cõgregãda Synodo: & quare.

Mornaeus inrafsũ argumẽtatur ex eiuſmodi labore Pontificis.

Si in arbitrio Pontificis Romani Synodus Oecumenica, cur tantopere laboraſſet.

Pag. 49.

ETſi verò moris erat, vt Romanus Pontifex peteret ab Imperatore Synodi Oecumenicę conuocationem, vtque vel tempus, & locum ipſe præſcriberet, in quo Synodus cogeretur, vel certè hæc ad Imperatoris arbitrium referret; qua ratione Innocentius, & Epiſcopi Italiæ rogarunt Imperatorem Honorium, vt fratri Arcadio ſcriberet de cogenda Theſſalonicæ Synodo, quo Orientis, & Occidentis Epiſcopi poſſent concurrere; non ideò tamen penes Imperatores, vt alibi oſtenſum eſt, ſed penès Pontificem Romanum, conuocandorum Conciliorum ius erat; ſed cum tranquillus Reipublicæ ſtatus, ex pace, & concordia Eccleſiarum, non minimum redundaret, ideò etiam libenter ad conuocanda Concilia, quibus paci Eccleſiarum proſpiceretur, ſuam auctoritatem Imperatores interponebant, & ſummi præſules Eccleſiæ Catholicæ adiungebant. Pernegat Mornæus, Chryſoſtomum appellaſſe vnquam ad ſedem Romanam,

Cur Pontifex Rom. Oecumenica Synodi cõuocationem peteret ab Imperatore.

Mornæi Oráculo.

Nam ſi quando Princeps ab alio oppreſſus, ad vicinum ſe recipit, hic ſi eum fouet, ſi fauet, ſi reſtituit, num aut ſe idcircò herum, dominumuè; aut illum ſibi vaſſallum, ſeruumuè facit?

Pag. 49.

SEd reſpondetur, quòd, ſi eum reſtituat pro ſua auctoritate, reſcindendo acta alterius Principis oppreſſoris, & ſententiam in eum ferendo, ac pœnis ſubijciendo, hoc facto declarat eum ſubditum, & vaſſallum. Ita fecit Pontifex Innocentius, qui damnauit Concilium Malignantium Theophili, & illius Collegarum, qui ea, pro ſua auctoritate, reſcindere, ac irrita, & nulla decernere, eos item cenſuræ ſubijcere, ac Ioannem ſuo throno reſtituere poterat; quod cùm ſua Epiſtola ad Innocẽtium petit Ioannes, vtique ad eum, tamquàm ad ſuperiorem appellat, & non ſolum ad illius Charitatem, & humanitatem confugit.

Reſponſio.

Quomodo ſubditus et vaſſallus declaretur.

MORITVR verò interim in exilio Chryſoſtomus, cuius reliqua (inquit) *hic adducere, non neceſſe.*

Pag. 49.

QVia manifeſtè contra hunc veritatis hoſtem, quæ ſequuta ſunt mortem Chryſoſtomi, Romani Pontificis quanta ſit auctoritas, etiam in Imperatores ipſos, teſtantur. Nàm Innocentius, audita Ioannis Chryſoſtomi morte, ad Imperatorẽ Arcadium grauiſsima acrimonia aſperſas, Anathemateque terrificas, quibus tùm ipſum, tùm Eudoxiam Auguſtam, tùm deniquè Epiſcopos ſceleris complices, excõmunicat, litteras dedit; quas Gennadius, Nicephorus, atque Glycas recitant, ſed & Codex Vaticanus (vt teſtatur Baronius ad an. 407. art. 23.) græcè continet exaratas. Inter cætera hæc ſcribit: *Itaquè ego minimus, & peccator, cui thronus magni Apoſtoli*

Quæ ſequuta mortem Chryſoſtomi, confutatò prauitates Mornæi: & quare.

Innocẽtius excommunicat, Imperatorem, cum Eudoxia Augusta.

ſtoli Petri creditus eſt ſegrego, & reijcio te, & illam à perceptione immaculatorum Myſteriorum Chriſti Dei noſtri; Epiſcopum etiam omnem, aut clericum ordinis ſanctæ Dei Eccleſiæ, qui adminiſtrare, aut Exhibere ea vobis auſus fuerit, ab ea hora, qua præſentes vinculi mei legeritis literas, dignitate ſua exicidiſſe decerno. Poſtea: *Arſacium, quem pro magno Ioanne in thronum Epiſcopalem produxiſtis, etiam poſt obitum, exauctoramus, vnà cum omnibus, qui conſultò cùm eo communicârunt Epiſcopi, cuius etiam nomẽ ſacro Epiſcoporum albo non inſcribatur. Indignus eo honore eſt, qui Epiſcopatum quaſi adulterio polluerit &c. Ad Theophili anathematiſmũ addimus abrogationem, & abſolutam à Chriſtianiſmo alienationem.* An reſpondebit Mornæus transgreſſum eſſe Innocentium ſuæ auctoritatis limites? At non ita iudicauit Imperator Arcadius, neque contempſit literas, & ſententiam excommunicationis in ſeſe ab Innocentio latam: ſed cum obnixè rogauit, vt ſe, & Auguſtam à ſegregatione liberaret, nec multipliciter puniret, apud eum ſe excuſauit, & culpam depoſitionis Magni Ioannis in Epiſcopos reiecit, quòd ſcilicet: *cum ſacros Canones prætenderent, iudicium depoſitionis illius in ſua ipſorum capita profana conuerterunt, quorum ſermone, neſcio* (inquit) *quo modo, inductus etiam ipſe, eorum ſententiæ (quod vtinam nunquam feciſſem) aſſenſus ſum.* Quidni ergo fateamur, non fuiſſe Mornæo neceſſe huc iſta adducere?

Imperator cum Eudoxia pro abſolutione obnixè rogat Pontificem, ſeq; excuſat.

Porrò, Baronius ad annum 407. art. 21. *Idem Pontifex* (inquit) *ipſi Ioanni, defuncto licet, conſultum voluit; nimirum vt, etſi non ipſe, nomen ſaltem eius in Conſtantinopolitanam reſtitueretur Eccleſiam; perſtititque in ſententia, vt nunquàm niſi id fieret, communicare vellet cum Orientalibus Ioannis aduerſarijs Epiſcopis, quos, ob iniquam ſententiam, in S. Ioannem latam, iudicauerat à communione Catholica alienos, illud ab eis obnixè contendens, vt eiuſdem Ioannis nomen in tabulas referretur Eccleſiaſticas, è quibus fuerat, ſententia aduerſariorum, expunctum: Teſtatur id Theodoretus lib. 5. cap. 34.* At Mornæus,

Pag. 49.

Conſulat (inquit) *locum lector: ibi nulla Innocentij memoria. Sed enim,* (inquit Theodoretus) *iſto excellenti totius orbis doctore mortuo, Epiſcopi Occidentis, non priùs cùm Epiſcopis Aegypti, & Orientis, & Boſphori, atque Thraciæ communicare voluerunt, quàm nomen illius ſanctiſſimi viri in tabulas, quibus nomina Epiſcoporum mortuorum continebantur, retuliſſent. Atquè Arſacium eius ſucceſſorem, ne ſalutare quidem dignati ſunt,* his ſubiungit Mornæus. *Quod de omnibus dicitur, ad vnum Innocentium, qua fide reſtringit?*

FAcilè reſpondetur; quia vnius Innocentij auctoritas cauſſa erat, cùr reliqui Occidentales Epiſcopi communicare aliter nollent cum Orientalibus Epiſcopis; ſiquidem Pontificis Romani ſupra cæteros agnoſcebãt iuriſdictionem, & illius communionem planè neceſſariam eſſe, niſi quis ſchiſmaticus eſſe, & altare contra altare erigere vellet. Hac igitur de cauſſa, etſi de omnibus Occidentis Epiſcopis Theodoretus id ſcribat, meritò tamen ad Innocentium Romanum Epiſcopum, Baronius id potiſsimum reſtringit.

Scribit Theodoretus lib. 5. cap. 35. Diuinum Alexandrum Antiochenum Epiſcopum, primum Magni Ioannis nomen in tabulis Eccleſiæ ſcribendum curaſſe. Addit Baronius ad annum 408. art. 33. fuiſſe illi auctorem huius rei Innocentium Romanum Pontificem. Etenim Creatus Alexander Epiſcopus Antiochenæ Eccleſiæ, cùm legationem, ex more, vnà cùm litteris mitteret ad Apoſtolicam ſedem, quibus de ſua ipſius electione Innocentium admoneret, peteretquè Catholicam Communionem, ita poſtulatis ipſius annuit ipſe Innocentius Papa, ſi tamen hæc, quæ ab eo requirebat perfici, ipſe Alexander impleret. Vnum erat, *vt nomen Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani è tabulis ſacris expunctum, cum honore (vt par erat) reſtitueret.* Nec coniectura nititur Baronius, ſed id manifeſtè docet ex Epiſtola Innocentij ad Bonifacium, Conſtantinopoli apud Theodoſium Legatione fungentẽ, cuius iſte noluit meminiſſe.

Innocẽtius auctor, vt Chryſoſtomi nomen in tabulis Eccleſiæ ſcriberetur

At Theodoretus (inquit) *nihil tale memorat.* Pag. 49.

CErtè argumentum ab auctoritate negatiua nihil valet; neque fuit inſtitutum, Theodoreti ſigillatim omnia memorare, quæ contigerunt circa hiſtoriam Ioannis Chryſoſtomi, aut in vita, aut poſt illius mortem; ſed hæc Epiſtola Innocentij, quæ eſt 22. extat tom. 1. Epiſt. Rom. Pont.

Argumẽtũ ab auctoritate negatiua nihil valet.

ANTI-

ANTIDOTVM

Contra progreſſum Octauum.

Pag 50.

Epiſcoporum Romanorum progreßum aliquantulum repreſſit Orientalium conſtantia &c.

NOn alia Orientalium conſtantia Mornæo, quàm ſæpè magnas turbas in Eccleſia concitaſſe, ac Romanis Pontificibus minùs dicto audientes fuiſſe; vndè primùm tot nata ſchiſmata, tot obortæ hæreſes. Nam, vt ſcribebat Cyprianus ad Cornelium Papam Epiſt. 55. in edit. Pamelij; *Non aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſchiſmata, quàm inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur; nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus Iudex, vice Chriſti, cogitatur, cui ſi ſecũdum Magiſteria Diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, &c. nemo diſſidio vnitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet, nemo ſibi placens, ac tumens ſeorſum foris hæreſim nouam conderet.* Et tum quidem magis eluxit fides Occidentalium, quàm Orientalium, cùm in Concilio Sardicenſi omnes ad vnum Occidẽtales Epiſcopi ſacroſanctę Nicænæ fidei fuerint acerrimi vindices, & orthodoxi, qui etiam canonem de appellationibus ad Romanum Põtificem condiderunt: & contra, Orientales Arianiſmi aſſertores. Et S. Baſilius teſtabatur, non ſic incorruptam eſſe fidem apud Oriẽtales, vt apud Occidentales: eodemquè tempore Sanctus Hieronymus Epiſt. 57. ſcribebat ad Damaſum: *Quoniã vetuſto Oriens inter ſe populorum furore colliſus, indiſciſſam Domini tunicam, & deſuper textam minutatim per fruſta diſcerpit; & Chriſti vineam exterminant vulpes, vt inter lacus contritos, qui aquam non habent, difficilè, vbi fons ſignatus, & hortus ille concluſus ſit, poſſit intelligi: ideo mihi Cathedram Petri, et fidem Apoſtolico ore laudatam, cenſui conſulendam &c.* Inſuper: *Profligato à ſobole mala patrimonio, apud vos ſolos incorrupta patrum ſeruatur hæreditas. Ibi ceſpite terra fæcundo, Dominici ſeminis puritatem centeno fructu refert: hic obruta ſulcis frumenta in lolium, auenaſquè degenerant: Nunc in Occidente ſol iuſtitiæ oritur: in Oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat, ſupra Sydera poſuit thronum ſuum. Vos eſtis Lux mundi, vos ſal terræ, vos aurea vaſa, & argentea: hic teſtacea vaſa, vel lignea, virgam ferream, et æternum operiuntur incendium, &c.* En igitur qualis fides, & Orientalium, quam prædicat Mornæus, *Conſtantia*, quæ Epiſcoporum Romanorum progreſſum repreſſerit.

Hæreſes vnde obortæ.

Occidentalium fides magis, quã Orientalium incorrupta.

Conſtantia Orientaliũ Mornæo: qua.

Græci ipſi, quoties in Sacris Concilijs, ex ſcripturis ſanctis, & ſanctorum Patrum auctoritate veritas accuratiùs inueſtigata, maximè de proceſsione Spiritus Sancti à Filio, ſicut à Patre, & de Primatu Romani Pontificis, errorem ſuum agnouerunt, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reconciliati fuerunt: qui tamen poſtea, pro leuitate ſibi innata, ſicut in cæteris, ita in fide catholica retinenda, ab illius communione, & obedientia deſciuerunt. Nõ igitur inde illorum *Conſtantia* prædicanda, quod facit Mornæus; ſed magis leuitas, & inconſtantia vituperanda.

Vnde in Occidentales (inquit) *aciem conuertere viſum, in Africanos præſertim, &c.* Pag. 50.

HOc ſibi vult Mornæus; cùm Romani Pontifices non potuiſſent ſibi Orientem ſubijcere, in Occidentem, maximè verò in Africam, aciem conuerterunt; cum tamen, (pace Mornæi) ſeratur Occidentales longè eſſe feraciores, & expugnatu difficiliores, nec conſtantia cedere Orientalibus, vt cùm vidiſſent Pontifices repreſſos, ſe Orientalium conſtantia, ne vltrà progrederentur; miror certè, qui non omnem ſpem potiundi Occidente, & in primis Africa ipſa, prorſus abiecerint. Sed non habebant ſapientiſſimum iſtum Achitophel à Concilijs, qui eos à tanta mole belli ſuſcipiendi diſſuaderet.

Occidentales ferociores Orientalibus, & conſtantiores.

Et iam vidimus (inquit) *in Epiſtola ad Stephanum Mauritanæ Archiepiſcopum*, quàm *ſtrenuè negotium capeſſeret, cùm Eccleſiam Romanam, omnium Epiſcoporum firmamentum, & omnium Eccleſiarum verticem appellat.* Pag. 50.

ATqui non vnus Damaſus eam hoc nomine appellat, verum & in Concilio Chalcedonenſi act. 1. Eccleſia Romana *omnium Eccleſiarũ caput* appellatur. Et apud Victorem lib. 2. de perſequut. Vandal. Hunnerico Vuandalorum Regi, rationem fidei catholicæ poſcenti, reſpondit Eugenius Carthaginenſis Epiſcopus, ſe ſcripturum fratribus ſuis, vt in Africam veniant; *et præcipuè* (inquit) *Romanæ Eccleſiæ, quæ caput eſt omnium Eccleſiarum.* Cod. de ſumma Trinit. Iuſtinianus Imperator ad Papam Ioannem: *Veſtra Sanctitas* (ſcribit) *caput eſt omnium Sanctarum Eccleſiarum.* Gregorius in Pſal. 5 Pœnit. de Imperatore Mauritio Loquens: *in tantum* (inquit) *ſua temeritatem extendit vaſania, vt caput omnium Eccleſiarum Romanam Eccleſiam ſibi vendicet.* Stephanus Carthaginenſis Epiſcopus Epiſtolam ſuam ad Damaſum, quem *patrem patrum* nuncupat, ſcripſit, nomine trium Conciliorum Africæ, nobili hoc titulo inſignitam: *Beatiſſimo Domino, & Apoſtolico culmine ſublimato, S. Patri Patrum Damaſo Papæ.* Nec vnus Stephanus id nomen tribuit Romano Epiſcopo Damaſo, ſed & Africani Patres in Concilio Carthaginenſi ſub Anaſtaſio, vocant Papam Anaſtaſium tam *Patrem* quàm *fratrem ſuum*: illud, quia Petri ſucceſſor; hoc quia Epiſcopus erat. Prima Synodus Epheſina, Papã Cæleſtinum vocat *Sanctiſsimum Patrem ſuum*, & Collegam. In Synodo Martini Papæ, Sergius Cy-

Eccleſia Romana caput omnium Eccleſiarum.

Cyprieſis Epiſcopus, itemquè Primates, & Epiſcopi Numidiæ, Bizaci, & Mauritaniæ Theodorum Papam ſalutant *Patrem patrum*.

Quod Stephanus in eadem Epiſt. ſcribat Epiſcoporũ iudicia, & ſummas Eccleſiaſticorum negotiorum cauſſas, & finem earũ ſanctæ ſedi Apoſtolicæ reſeruari debere, id eſt Epiſcopo Romano; indè Mornæus;

Pag. 50. *Et hic* (inquit) *rebellium illorum Africæ Epiſcoporum genium agnoſcas, quos Cyprianus ſupra quiritabatur, ob ſua delicta, aut crimina repræhenſos, Romam nauigare, & fidem Epiſcopi Romani implorare ſolitos.*

VErùm, quo ſenſu, quaſq; appellationes improbaret Cyprianus, ſupra ſatis expoſitũ eſt. De decretalibus etiam Epiſtolis alias diximus, in quibus nihil eſt aliud, quàm quod à Concilijs, & Sãctis Patribus Romano Põtifici tribuitur; Mornæus tamen affirmat, quod ipſe vetus codex Romanus, nullas ante Syricium agnoſcat. Sed ſuper hoc non multum contendimus, cùm quid de illis Epiſtolis priorũ Pontificum ſentiant, ex Catholicis, viri doctiſsimi, iam alibi dictum ſit.

Magnus iſte Ariſtarchus ſingulos Pontifices ſuo ordine ſibi propoſuit examinandos. Itaquè iam illi prodit Syricius, ex cuius Epiſt. prima ad Himeriũ Tarraconẽſem Epiſcopũ illud citat. *Statuta ſedis Apoſtolicæ, vel canonũ venerabilia definita, nulli Sacerdotum Domini ignorare ſit liberum.* Et quia rogat eum, vt ad Coepiſcoporũ omniũ, per Prouincias Hiſpaniæ, faciat pferri notitiã: cauſſam rogationis ſubdit Maleuolus.

Pag. 50. *Vt, per Himerij ambitionem, ad ſuam ipſius ſibi, per vniuerſam Hiſpaniã, viam ſternat.*

Mornai calumnia in eos, qui ſupremam Rom. Pont. poteſtatem agnouerũt.

OMnes itaquè Authores, qui curam omniũ Eccleſiarum ad Romanũ Epiſcopũ aſſerunt pertinere, ſua ambitione ad illius ambitionem, ex Mornæi ſententia viam ſternũt. Id fecit Sozomen. lib. 3. cap. 7. cùm propter ſedis dignitatem, curam omnium Epiſcoporum ad Iulium Epiſcopum Romanum pertinuiſſe ſcribit. *Sanctiſſima ſedes Romana* (inquit Ioannes Epiſcopus Rauennas) *vniuerſali Eccleſiæ iura ſua trãſmittit.* Hoc, ſcilicet, fuit viam ſternere ad ambitionem Romano Pontifici. Ita Ambroſius, eum vocat Damaſum rectorẽ Domus Dei, & Syricium ianuæ, & ouilis Cuſtodem, viam ad ambitionem ſternit, immò, moroſo Mornęi iudicio, nemo vnquam Catholicorum nõ ſtrauit viam ad ambitionem Romano Pontifici.

Adde Romanorum idioma, qui aliam ſedem, quam Romanam Apoſtolicam dici illibenter ferunt. Pag. 50

QVòd ſcribit Syricius Epiſt. 4. ad Epiſcopos Africanos: *Nemo, extrà conſcientiam ſedis Apoſtolicę, hoc eſt, Primatis, audeat ordinare Epiſcopũ:* Rectè *Primatem* interpretamur eo loco Epiſcopũ Romanũ (etſi alij alio modo exponãt, vt videre licet apud Bellarminũ lib. 2. de Romano Põtifice c. 22.) & nomine Apoſtolicæ ſedis, Romanã intelligi: nõ autẽ aliã libẽter aſſeremus; nã, vt obſeruat idẽ Bellarminus li. 2. de Romano Põtifice c. 31. etſi interdũ ab antiquis vocẽtur ſedes Apoſtolicæ nõ ſolũ Romana, ſed etiã Antiochena, Hieroſolymitana, & Epheſina, & aliæ, quas Apoſtoli fundauerũt, & in quibus tãquàm Epiſcopi ſederũt; vt patet ex Tertul. lib. de preſcri. cap. 20. item ex D. Auguſt. Epiſt. 162. atq; alibi; tamẽ cùm dicitur abſolutè *ſedes Apoſtolica* nec additur Antiochena, vel Epheſina, vel Romana &c. ſemper intelligitur Romana, quę per antonomaſiã dicitur Apoſtolica. Patet idipſum ex eodẽ Auguſtino Epiſt. 106. *Miſſę ſunt* (inquit) *de hac re ex duobus Concilijs Carthaginenſi, & Mileuitano relationes ad Apoſtolicam ſedem &c.* vbi nõ addens *Romanam*, eã vult intelligi; ſiquidem, relationes illas ad Innocentiũ Papã miſſas fuiſſe, cõſtat ex Epiſt. 90. & 92. eiuſdẽ Auguſtini. D. Hieronymus apol. 2. contra Ruffinum, *Hæc eſt* (inquit) *tuæ ſimplicitatis pura aperta confeſſio, quã ab omnibus Italię Epiſcopis aſſeris eſſe ſusceptã.* Proſequitur. *Et tamẽ miror quomodo probauerit Italia, quod Roma contẽpſit. Epiſcopi ſuſceperint, quod ſedes Apoſtolica condemnauit;* vbi non dubium, Romanã ſedẽ intelligi. Immò Romanus Pontifex non ſolũ dicitur Apoſtolicã ſedem tenere, ſed etiã Principatum Apoſtolicæ ſedis: vt patet ex verbis Auguſtini Epiſt. 162. *In Eccleſia Romana ſemper viguit Apoſtolicæ Cathedrę Principatus.* Galliarũ præterea Epiſcopi, cùm ad Leonẽ Papam ſcriberent, dixerũt: *Principatũ ſedis Apoſtolicę in Romana Eccleſia inſtitutum.* Synodus *Deniquè* Conſtantinopolitana ſecunda Romanum Põtificẽ, vocat *ſummum Pontificem magnę ſedis Apoſtolicę.* Nunc quid in oppoſitione producat Mornæus, paulìſper expendamus.

Apoſtolica ſedes per Antonomaſiã intelligitur Romana.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem Octauam.

An Africani in 2. Synodo Carthag. Pontifici Syricio oppoſiti.

PRogreſſui igitùr Papatus ſcribit, oppoſuiſſe ſe Africanos, & quidẽ in Carthaginenſi ſecunda Synodo, Syricio ipſo Romæ ſedente, hoc canone: *Placet oĩbus, vt incõſulto primate cuiuslibet Prouinciæ, tã facile nemo præſumat, licet cum multis, Epiſcopis, in quocunque loco, ſine eius præcepto, Epiſcopum ordinare*, Gloſſat Mornæus.

Pag. 50. *Inconſulto Primate* (inquit) *non vtiquè Epiſcopo Romano.*

NEquè verò inde Romani Pontificis auctoritas excluditur; nec enim neceſſe eſt, vt omnes Epiſcopos ille cõfirmet, cum id Patriarchis, & Primatibus potuerit permittere: Nequè opus vt immediatè creet Epiſcopos, ſed ſatis eſt, ſi mediatè, id eſt per Patriarchas, & Archiepiſcopos. Initio Petrus inſtituit Patriarcham Alexandrinũ, & Antiochenũ, qui, à Põtifice auctoritate recepta, toti ferè Aſiæ, & Africę, præerãt, & Archiepiſcopos creare poterãt, qui po-

ſtea crearẽt Epiſcopos: hoc ſenſu tres Epiſco-
pi, cũ Primatis præcepto, Epiſcopum ordinare
debebãt. Addo etiã, Põtifices in diſſitis Regio-
nibus ſuos habuiſſe vicarios, quibus incõſultis
non ordinabãtur Epiſcopi. Id cõſtat ex epiſt.
Leonis Papæ ad Anaſtaſiũ Theſſalonensẽ Epi-
ſcopũ. *De perſona* (inquit) *cõſecrandi Epiſcopi, et de
Cleri, plebiſque conſenſu Metropolitanus Epiſcopus ad
tuã Fraternitatẽ referat, quodquè in Prouincia placuit,
ſcire te faciat; vt ordinationẽ ritè celebrandã tua quo-
què firmet auctoritas*; quæ verba referũtur diſt. 65.
ca. *de perſona*. Infrà Paulò: *Sicut enim iuſtas ele-
ctiones nullis dilationibus volumus fatigari, ita nihil per-
mittimus, te ignorante, præſumi.* Et D. Gregorius lib.
4. Epiſt. 34. ad Conſtantiã Auguſtam: *Salonitanæ
Ciuitatis Epiſcopus me, ac Reſponſali meo neſciẽte, or-
dinatus eſt, & facta res eſt, quæ ſub nullis anterioribus
Principibus euenit &c.* Quemadmodũ in Regno
aliquo, omnis iuriſdictio à Rege dependet, &
omnes Regni Miniſtri ab illo immediatè, aut
certè illius auctoritate, inſtituuntur per omnes
Prouincias; ita de Eccleſia, quæ eſt Regnũ Chri-
ſti, & Reſpublica omniũ perfectiſsimè inſtitu-
ta, iudicandũ, cui ſuprema auctoritate præeſt
Romanus Põtifex, Petri Principis Apoſtolorũ
ſucceſſor, ab eoq; dependet omnis iuriſdictio
Spiritualis; vt non niſi illius auctoritate imme-
diatè, aut certè mediatè creentur Epiſcopi,
alijuè in Eccleſia miniſtri, ſpiritualẽ aliquã iu-
riſdictionẽ in ea exercẽtes. Circa illud ex epiſ.
4. Syricij citatũ in Progreſſu: *Nemo, extrà cõſciẽ-
tiam ſedis Apoſtolicæ, hoc eſt primatis, audeat ordinare
Epiſcopũ*: Scribit, Gratianũ, in inſerendo hoc ca-
none Synodi Carthaginẽſis, nõ Syricij mentẽ
ſequutũ. *Extra cõſcientiã* (inquit) *Metropolitani, nõ
vtiquè ſedis Apoſtolicæ.* Verũ tamẽ illũ canonem
inſeruit Gratianus diſt. 64. c. *extrà conſcientiã*; nõ
ex epiſt. 4. Syricij, ſed ex Epiſt. 1. Innocẽtij pri-
mi ad Victriciũ Rothomagensẽ Epiſcopũ, vbi
legitur. *Extra conſcientiã Metropolitani.* vnde rectè
refert ſub nomine Innocẽtij, licet ſit idẽ Canõ
Cõcilij ſecũdi Carthaginenſis 12. Nequè Canõ
Syricij cõtrarius eſt, aut Canoni Concilij Car-
thaginenſis, aut Innocentij: nequè enim ordi-
natio Epiſcoporum, quæ fit auctoritate Pri-
matis Prouinciæ, fit extrà conſcientiam ſedis
Apoſtolicæ, cùm fiat illius auctoritate.

Pontifices in remotis locis habebant vicarios, quibus inconſultis non ordinarentur Epiſcopi.

Epiſcopum non licuit ordinari ſine cõſenſu Põtif. Rom.

Pag. 50.

Opponit & anno 397. ſub eodem Syricio:
Synodum Tertiã Carthaginẽſem vlterius pro-
greſſã: *Primæ ſedis Epiſcopus, Princeps Sacerdotũ nõ
appelletur, aut aliquid huiuſmodi, ſed tantũ primæ ſe-
dis Epiſcopus &c.* vbi nihil opponitur primatui
Romani Põtificis; licet enim, cũ prima ſedes in
plenarijs Cõcilijs nominatur, illa ſola intelli-
gatur, quæ omnium abſolutè prima eſt, nem-
pè Romana; tamen etiam nomen primæ ſedis
cis Eccleſijs accõmodatũ, q in qualibet Prouin-
cia præſidẽt, quales Metropolitanæ, quo ſẽſu ſu-
mit i eo Canone. Quę verò addit Gratian⁹ huic
canoni: *Epiſcopus autẽ vniuerſalis, nec etiã Romanus
Pontifex appelletur*; in ipſa Synodo nõ leguntur.
Quæ eorũ pridem ſolertia (ait Mornæus) *fortè eraſa.*

An 3. Synodus Carthag. iſti Rom. Pont. oppoſita.

Verba Gratiani addita Synodo 3. Africanæ.

VErùm in omnibus antiquis ſcriptis exẽpla-
ribus, vt obſeruauit Baronius, ità legitur: &
in græcè redditis eiuſdẽ Cõcilij Carthaginẽſis
canonibus, eadẽ tantùmodò eſſe verba cano-
nis, Theodorus fidem facit: vt nõ dubites, quæ
mox ſequũtur in decretorũ libro his verbis: *Vni-
uerſalis autẽ, nec etiã Roman⁹ Põtifex appelletur*, eſſe
Gratiani. *Quod ſcola imperitorũ ignorans* (Cẽturia-
tores notat Baronius) *magno Canonẽ preconio ex-
tulit, quo ſancitũ dixerũt, nè Romanus Põtifex vniuer-
ſalis appellaretur: quaſi Africanæ Eccleſiæ iuris fuerit
de Romana Eccleſia ſancire leges, & nõ magis Roma-
næ Eccleſiæ facultatis, et vſus leges præſcribere Eccleſiæ
Africanæ.* An verò id veriſimile, noſtra ſolertia,
quaſi ad vnius Mithridatis literas, vno die de
oĩb⁹ antiqs ſcriptis exẽplarib⁹, & græcè reddi-
tis eiuſdẽ Cõc. Canonib⁹, eraſa eſſe ea verba?
*Quia doctrinam ſimul, & diſciplinam, quaſi æquis paſ-
ſibus, ad corruptionem progredi par erat.*

Inde ſub Syricio corruptã fuiſſe diſciplinã ex
duobus docet Mornæus. Primò q cælibat⁹ le-
gẽ inter Eccleſiaſticos primus ſãxerit in Syno-
do Nicęna ex omniũ Epiſcoporũ cõſẽſu explo-
ſã; vbi cõtra Mornæũ duo nobis probãda. Pri-
mũ Syriciũ ipſũ nõ primũ legẽ cælibatus inſti-
tuiſſe; alterũ, legẽ illã nunquã exploſã à Nicęna
Synodo. Ac primũ quidẽ inde facilè oſtẽditur,
q in Cõcil. Ancyrano, q refert Onuphri⁹ in an-
num Domini 316. can. 10. ita ſtatuitur: *Quicun-
q; Diaconi cõſtituti, in ipſa cõſtitutione teſtificati sũt, et
dixerũt oportere ſe vxores ducere cùm nõ poſſint, ſic ma-
nere, ij. ſi vxorẽ poſtea duxerint, ſint in miniſterio, eò q
hoc ſit illis ab Epiſcopo conceſſũ, ſi qui autẽ, hoc ſilentio
prӕterito, et in ordinatione, vt ita manerent, ſuſcepti sũt,
poſtea autẽ ad Matrimoniũ venerũt, ij à diaconatu ceſ-
ſent.* Concilium Neocæſarienſe, celebratum
item anno Domini 316. can. 1. *Presbyter* (inquit)
ſi vxorem duxerit, ordine ſuo moueatur &c. vtrũquè
verò licet ſit Concilium Prouinciale; probatũ
tamen eſt à Leone 4. diſt. 20. c. de libellis. Con-
cilium Carthag. 2. can. 2. *Omnibus placet* (inquit)
*vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vel qui ſacramenta
contrectãt, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab vxoribus ſe ab-
ſtineant, vt, quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit
antiquitas, nos quoquè cuſtodiamus.* Non igitur lex
cœlibatus à Syricio incœpit, ſiquidẽ iſti Pa-
tres ab Apoſtolis dicũt incœpiſſe. Synodus Ro-
mana ſub Syluestro 1. can. 8. Subdiaconis phi-
bet, ne trãſeãt ad nuptias, & Cõcil. Arelatẽſe 2.
ſub Syluestro Papa cã. 2. ſtatuit, nõ poſſe aſſumi
aliquẽ ad Sacerdotiũ in vinculo cõiugij cõſti-
tutũ, niſi fuerit pmiſſa cõuerſio. Conc. Eliber-
tinũ in Hiſpania, q refert Onuphrius in annũ
Dñi 313. paulò ante Syluestrũ can. 33. *Placuit
in totã prohibere Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, &
Subdiaconibus poſitis in miniſterio, abſtinere ſe à cõiu-
gibus ſuis, & nõ generare filios: Quòd quicũquè fecerit,
ab honore Clericat⁹ exterminetur.* Fuiſſe etiã veterẽ
cõſuetudinẽ, ordinatos cõiugatos à Sacris ar-
cẽdi, ſi ſe iterũ vxoribus miſcuiſsẽt, teſtis locu-
plex eſt D. Hieronymus Epiſt. 50. ad Pamma-
chium in fine: *Apoſtoli, vel virgines, vel poſt nup-
tias continentes: Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, aut vir-
gines eliguntur, aut vidui, aut certè poſt Sacerdotium
in æternum pudici.* Et lib. 2. aduerſus Iouinianum
cœlibatus hoſtem, nec cum id negare aude-
re tradit. *Certè confiteris* (inquit) *non poſſe eſſe
Epiſcopum, qui in Epiſcopatu filios faciat: alioqui
ſi deprӕhenſus fuerit, non quaſi vir tenebitur, ſed
quaſi adulter damnabitur.* Nec de conſuetudine

Lex de cœlibatu Clericorũ neq; primùm à Syricio instituta.

Occi-

Occidentalis Eccleſiæ dumtaxat hæc ab illo dicuntur: nàm aduerſus Vigilãtium ſcribens: *Quid*(inquit)*facient Orientis Eccleſiæ? Quid Aegypti, & ſedis Apoſtolicæ, quæ aut virgines Clericos accipiunt, aut continentes; aut, ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſierunt? &c.* Et S. Epiphanius Orientalis Eccleſiæ præſul ſub finẽ in lib. 3. cõtra hæreſes: *Sanctum Sacerdotium, ex virginibus quidem vt plurimum procedens: ſi verò non ex virginibus, aut ex ſolitariam vitam degentibus: ſi vero hi non ſufficerent ad Miniſterium, hi, qui continent à proprijs vxoribus, accipiantur &c.* Conſtat igitur tum ex viu veteri, quem tradunt illi Patres, tum ex decretis Conciliorum, quæ celebrata ſunt ante tempora Siricij Papæ, illum legem cœlibatus inter Eccleſiaſticos non primum ſanxiſſe. Quomodo verò in Nicæna Synodo exploſa lex cœlibatus? cùm can. 3. ita habeatur: *Interdicit omni modo Sanctum Concilium, neque Epiſcopum, neque Presbyterum, neque Diaconum, neque ex toto eum, qui in Clero eſt, habere ſecum ſubintroductam mulierem. niſi fortè matrem, aut ſorores, aut eas ſolas perſonas, quæ refugiunt omnes ſuſpiciones.* Vbi, cùm expreſſè habeantur fœminæ, quibuſcum permittantur Clerici habitare, nec de vxore vlla prorſus facta ſit mentio; planè ipſa eſſe exploſa conſpicitur, alioqui certè vxor primo loco poni debuiſſet, ſi cùm ea habitare licuiſſet. Cur item prohiberetur Clericis cohabitatio mulierum, ſi vxorati eſſe poſſent? An non vxores ancillas habere poſſent in eadem domo? Lex igitur cœlibatus confirmata eſt in Nicœna Synodo, nõ exploſa. Vnde igitur habet Mornæus, eã fuiſſe ibi exploſam? Ex hiſtoria, ni fallor, quã referũt Socrates lib. 1. cap. 8. & Sozomenus lib. 1. ca. 22. à quibus acceperunt Niceph. lib. 8. cap. 21. & Gelaſius Cyzicenus in Commentario Actorum Concilij Nicœni, quod, cùm Patribus illis viſum eſſet legẽ introducere, quę iuberet, vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi cum vxoribus, quas ante duxiſſent, quàm eſſent ſacris initiati, neutiquàm dormirent, Paphnutius Cõfeſſor in medio conſeſſus ſurgẽs, illi legi contradixit, nuptiaſquè honorabiles, & conſuetudinẽ virorũ cũ ſuis vxoribus, continentiã vocauit. Poſtremò Conciliũ hortatus eſt, vt talẽ legẽ minimè promulgaret: nam rẽ eſſe ad ferendũ difficilem & fortaſsè cauſſam illorũ vxoribus fore, vt non ſatis caſtè vitã traducant, ac veterem Eccleſiæ traditionẽ eſſe, vt, qui cœlibes gradũ Sacerdotalẽ cõſequuti fuiſſent, poſteà minimè vxores ducerent: qui autẽ poſt nuptias ad ordinẽ vocati eſſent, hi ab vxoribus, quas habebãt, minimè ſepararentur. Verùm aut tota illa hiſtoria de Paphnutio conficta eſt, vel certè (vt rectè docet Bellarminus lib. 1. de Clericis c. 20.) tale aliquid tunc accidit, ſed nõ rectè ab illis narratũ eſt: fortaſſe voluerunt Patres illi grauiores penas cõſtituere in Clericos incõtinẽtes, & Paphnutius ſuaſit, nõ eſſe id faciendum. Deinde, etſi nolim hiſtoriæ Socratis & Sozomeni omnẽ detrahi auctoritatem; neque tamen omnẽ, aut certè hic vllam adhiberi velim; nã, vt oſtendit Bellarminus ibidem, Socrates in hiſtoria ſui tẽporis apertè mentitur, aut certè refert, quæ nõ ſcit. Quæ igitur fides adhiberi illi poteſt in hiſtoria Concilij Nicæni, quod annis pluſquàm centum ante eius ætatem celebratum eſt? De hiſtoria Sozomeni ita ſcribit Gregorius lib. 6. Epiſt. 31. *Ipſam hiſtoriam* (*Sozomeni*) *ſedes Apoſtolica ſuſcipere recuſat, quoniã multa mentitur. & Theodorũ Mopſueſtiæ nimium laudat, atque, vſque ad diem obitus ſui, magnum doctorem Eccleſiæ fuiſſe perhibet. Reſtat ergo, vt ſi quis illam hiſtoriam recipit, Synodo, quæ piæ memoriæ Iuſtiniani temporibus de tribus capitibus facta eſt, contradicat. Qui vero huic contradicere non volet, illam hiſtoriam neceſſe eſt, vt repellat etc.* Eodem modo argumentor, neceſſe eſſe, vt qui hanc hiſtoriam admittit, contradicat canoni 3. Nicæni Concilij, quo prohibetur Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis: *ne vllam mulierem domi habeant, præter matrem, ſororem &c.* nec enim hiſtoria illa cohæret vllo modo cum canone illo 3. Concilij Nicæni. Neque certè ex hiſtoria illa habet Mornæus, exploſam eſſe in Cõcilio legẽ cœlibatus. Nàm, cum proponeret Paphnutius veterem eſſe traditionem Eccleſiæ, vt qui cœlibes gradum Sacerdotalem cõſequuti eſſent, poſtea minimè vxores ducerent; qui autẽ poſt nuptias ad eũ ordinẽ vocati eſſent, hi ab vxoribus, quas habebant, minimè ſepararentur: (quod tamẽ conſtat falſum eſſe): De hac re (vt illi tradunt) nullam legem tulit Concilium, ſed eam in cuiuſque arbitrio, nõ in neceſsitate poni voluit; non igitur Concilium exploſit legem cœlibatus, ità, vt ſine vllo fundamento id ſcripſerit Mornæus; quem miror, quòd ſcribat:

Neq. à Nicæna Synodo vnquã exploſa immo fuit cõfirmata.

Hiſtoria de Paphnutio, quid ſenſerit de Clericorũ Cœlibatu qualis.

De hiſtoria Socratis, et Sozomeni iudicium.

Ne ipſa quidem hiſtoria Socratis & Sozomeni de Paphnutio, facit eſt ad Mornæi propoſitum.

Ne ſexcentis quidem poſt annis in Occidente Pontificibus obtemperatum.

Pag 51.

QVod etiam mendacium eſt apertiſsimum Philippi Melanctonis in cõfeſsione Auguſtana act. 23. in Germania ante annos ſexcẽtos primũ eſſe legem cœlibatus impoſitã Clericis. Huius contrarium Bellarminus lib. 1. de Clericis cap. 19. oſtendit ex Concilijs ante annos 700. celebratis in Germania Aquiſgranenſi, tẽpore Ludouici I. ca. 8. Vuormacienſi cap. 9. *Placuit, vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi abſtineant ſe ab vxoribus, & non generent filios.* Et Moguntino, tempore Arnulphi Imperatoris, vbi ſtatuitur, vt nulla penitus mulier, ne ſoror quidem, aut mater cùm Eccleſiaſticis habitare permittatur. Neque vnquam contrarium in Occidentali Eccleſia legitur obſeruatum, vt ex multis Concilijs in Occidente celebratis, quæ ibi adducit Bellarminus, conſtare poteſt. Quod ſi in Eccleſia Orientali aliter obſeruatur, dicam certè cùm Epiphanio hæreſi 59. quæ eſt Catharorum: *hoc non eſſe iuxta canonem, ſed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit.* Interim ſpurciſsimo iſti hæretico Epicuro, Chriſtianorum, (vt Iouinianum vocabat Hieronymus) corruptio, diſciplinæ Eccleſiaſticæ, eſt lex cœlibatus, & continentia Sacrorum hominũ. Quanto verò ſanctius Syricius ipſe Epiſt. 4. Decretal. ad Epiſcopos Africæ. *Ad Corinthios* (inquit) *Paulus ſcribit, Abſtinete vos, vt vacetis orationi. Si verò Laicis abſtinẽtia imperatur, vt poſſint deprecãtes audiri; quanto magis Sacerdos, vtique omni momẽto*

Mornæi mendaciũ.

Melancthonis item.

Lex cœlibatus impoſita clericis in Germania ante annos ſeptingentos.

Continentia corruptio diſciplinæ Eccleſiaſticæ Mornæo creditur.

Paratus eſſe debet, munditiæ puritate ſecurus, ne aut ſacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Quod ſi contaminatus eſt carnali cócupiſcentia, quid faciet? excuſabit? Quo pudore, qua mente vſurpabit? Qua cóſciētia, quo merito hic exaudiri ſe credit; cum dictum ſit, omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundū? Qua de re hortor, moneo, rogo tollatur hoc opprobrium, quod poteſt iure etiam gentilitas accuſare &c Annon hic ſpurcitiæ vel Gentiles ipſos repletos omni iniquitate, & immunditia, lōgè ſuperat? Sed multa hùc poſſemus Sanctorū Patrū congerere teſtimonia de continētia Sacris hominibus neceſſaria, vt sāctè, & cōuenienter, prout par eſt, Deo miniſtrent, & Sacrificia offerāt.

Commemoratio sāctorū nec ipſa eſt à Syricio primū inuecta. Alterum, in quo, ſub Syricio, corruptā fuiſſe diſciplinā Eccleſiaſticā, ſcribit aduerſarius, eſt, quòd commemorationem Sanctorū in officiū Eccleſiæ primùm inuexerit. Longè certè antiquiorem eſſe vſum commemorationis Sanctorū in officio Eccleſiæ, conſtat ex Clemente lib. 8. conſtit. ca. 33. vbi iubet celebrari feſta Apoſtolorū, & Martyrū; & ex teſtimonijs aliorū Patrum, quæ produxit Bellarminus lib. 3. de cultu Sanctorum cap. 16. quæ hoc loco repetere ſuperfluum eſſet. Hoc verò aures piæ audire horreſcunt, quod ſacrilegus iſte ſubiungit.

Pag. 51. *Ethnicorum fortè Saliare carmen imitatum* (Syricium), *in quo memorari ſolita nomina Deorum.*

Vigilātius hæreticus Mornæi præceptor. QVa verò in cauſa alicuius hic Gannio non tàm ità loqui, quā blaterare didicit, niſi à Vigilantio Hæretico? qui, vt teſtatur D. Hieronymus contra eundē ſcribens circà initiū propter inuidiā in Martyres: *Propè* (inquiebat) *ritū Gētiliū videmus ſub prætextu Religionis introductū in Eccleſijs: ſole adhuc fulgente, moles cereorū accendi &c.* cuius inſaniæ ita reſpondet Hieronymus: *Quæ quondam colebamus Idola, nunc Deum colere nō debemus: ne ſimili eum videamur cum Idolis honore venerari? illud fiebat Idolis, & idcircò deteſtandū eſt: hoc fit Martyribus, & idcircò recipiendum eſt &c.* Ità Salij Sacerdotes à Numa inſtituti, per Vrbem canentes, cùm tripudijs, ac ſolemni ſaltatu commemorare ſolebant nomina Deorū ſuorum, & hæc ſuperſtitio erat Ethnica. Non igitur audebimus commemorare nomina Sanctorum in Eccleſia, eorūquè fidei in Chriſtū conſtantiā, ardentiſsimū Dei amorem hymnis, ac canticis celebrare nè Mornæo *ſaliare carmen*, imitati, aut ſuperſtitionem Ethnicam inuehere videamur? Ita enim Sacrilegum hoc monſtrū, portentūq; in vltimas terras deportandū iudicauit: Fauſti Manichæi Spiritus in hoc reuixiſſe videtur, qui vt teſtatur D. Auguſtinus lib. 20. contra eundē cap. 21. In hanc prorupit aliquando blaſphæmiā. *Idola vertiſtis in Martyres, quos votis ſimilibus colatis.* Quid aliud iſte quando cōmemorationē Sanctorū in Eccleſia Saliaris carminis Ethnicorum imitationem, in quo commemorari ſolita nomina Deorū, appellat? Iudicio igitur iſtius Rabulæ nullā commemorationē Sanctorum in Eccleſia faciamus. Nō eos hymnis celebremus; quia Saliari carmine apud Ethnicos memorari ſolita nomina Deorum: ſimiliter nec tēpla Deo vero, & viuo, aut Chriſto ſeruatori conſecremus; quia & Ethnici templa Dijs ſuis conſecrabant. Aboleantur feſta Chriſto dicata, non Natale illius, non Reſurrectionē, nō glorioſam in Cœlum Aſcenſionē, non Miſsionem Spiritus ſancti in Apoſtolos recolamus; quia Ethnici Deorum ſuorum feſtos dies celebrabant. Nulla ſacrificia, nullas preces Deo offeramus, quia Dijs ſuis Ethnici ſacrificia offerebant, eoſquè precibus, ac votis placare ſatagebāt. Denique, à Chriſtianis arceatur procul omnis religio, ac veri Dei cultus; quā fuerūt religioſi in Deos ſuos Ethnici. Illuc enim Sathā, & illius miniſtri, nos vltimò pertrahere conantur. *Fauſti Manichæi Spiritus in Mornæo.* *Quæ ſequātur ex Mornæi inſania de commemoratione Sanctorum.*

ANTIDOTVM
Contra Progreſſum Nonum.

Pag. 51. *Sequitur Innocētius primus an. 401. cui ad ambitionē currenti nullū frænum.*

Innocētius falsò ambitionis inſimulatus. VNde probat Mornæus ambitionem Innocentij primi?

Quia (inquit) *in Epiſt. ſecūda ad Victricium Rhotomagēſē Epiſcopū generaliter decernit. Maiores cauſæ in mediū deuolutæ, ad ſedē Apoſtolicā, ſicut Synodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit, poſt iudiciū Epiſcopale referātur.*

AN ambitio eſt decernere, vt ſtatuta Synodorum, & vſu probatæ in Eccleſia conſuetudines obſeruentur? Verum in hoc, vt in cæteris, Magdeburgenſium modeſtiā imitatus eſt Mornæus, cum ſcribūt, Innocentiū nimis multū ſibi arrogaſſe; vnde, per contumeliā, *Nocentium* appellant. De Epiſt. decretali Innocentij ad Victriciū ita Baronius tomo 5. ad annū Chriſti 404. *Innocentius Papa decretalem Epiſt. dedit ad Victriciū Rhothomagensē Epiſcopū, qua ipſe expetiſſet, vt in his, quæ ſpectāt ad Eccleſiaſticā diſciplina, normā ab ipſa Apoſtolica ſede acciperet. Vides pios, & doctrina ſpectatos Sanctiſsimos Epiſcopos, quantumlibet ſatis, ipſi ſibi ad informandam plebem fidelem Eccleſiaſticis inſtitutis eſſe videri poſſent: ex fonte tamen ſolitos originario haurire aquas; quòd nimirū maioris ſcirent roboris eſſe, & maiori ſuſcipi reuerentia, quod ab Apoſtolica ſede conſtaret eſſe petitum.* Iam alibi oſtenſum eſt, Synodū Nicœnam, & poſtea Sardicensē sācíuiſſe, maiores cauſſas ad ſedem Apoſtolicā eſſe referendas, & originem appellandi ad Romanū Pontificem peruetuſtā eſſe in Eccleſia.

Nec eò minus (inquit) *id iuris in Macedonia vindicat, vt ſibi vbique deferri lubens perſuadeat.* Pag. 51.

VErùm, vt conſtat ex Epiſt. 6. Innocentij ad Epiſcopos Macedoniæ, nō fuit id vſurpatū

ius

Digitized by Google

iuſ, ſed ex diuina inſtitutione illi conueniens; & Epiſcopi illi Macedoniæ, quæ eſſet auctoritas Romani Pontificis, & quid iuris in condemnandis, vel abſoluendis reis facilè agnouerant, cùm querimoniam iterarent apud eum de Bubalio, & Tauriano, quos ab eis iure damnatos approbat. Subiuncta oppoſitio nunc nobis examinanda.

ANTIDOTVM
Contra Oppoſitionem Nonam.

Pag. 51.

Si de maioribus cauſſis agitur (inquit) *anno 402. habetur in Africa Mileuitana Synodus: necnō an. 402. Carthaginēſis alia; vbi nō de diſciplina tā tū, ſed de ipſa Eccleſiæ doctrina tractatū, de Donati Schiſmate, de Pelagij hæreſi, & dānatus ī Synodis illis vterq;*

Mornæus malus Chronographus.

FAllitur Mornæus, cùm ſcribit, Synodum Mileuitanum, in quā de hæreſi Pelagij actum, & damnatus eſt Pelagius, habitā eſſe annō Chriſti 402. vt enim rectè oſtendit Baronius, duo fuerunt Mileuitana Concilia, aliud anno Chriſti 402. & Innocētij primo celebratum, in quo nihil actum de hæreſi Pelagij, quæ nondùm innotuerat; aliud verò celebratū poſt annos 14. anno Chriſti 416. & Innocentij 15. & in eo de hæreſi Pelagij actum, & damnatus Pelagius: ſed quia communia quædam inter ſe habent hæ Synodi; nam vtraquè celebrata Mileui in Numidia; vtriquè præfuit Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus; vtraque ſub vno, eodemque Romano Pontifice Innocētio habita; inde, accidit, vt Collectorum incuria duo hæc Mileuitana Concilia, vnum idemquè eſſe rati, ſimul in vnum cōflauerint, effecerintquè ex duobus vnum; cùm tamen prima Mileuitana Synodus, ſub quinto Cōſulatu Arcadij, & Honorij collecta ſit; poſterior verò Theodoſio Auguſto ſeptimùm Conſule cùm Palladio. Vndè conſtat, errore factum eſſe, vt in. 1. tom. Concil. præfatio prioris Synodi Mileuitanæ præfixa inueniatur in poſteriori Mileuitano Concilio: *Glorioſſiſimis Imperatoribus Arcadio, & Honorio Auguſtis quintò Conſulibus Kalendas Septembris in Ciuitate Mileuitana*. Prætereà longè diuerſa in vtraquè Synodo tractata reperiuntur, vt de vtraquè, ſuis locis agens Baronius oſtendit. Longè igitur fallitur Mornæus, vir alioquin accerrimi, vt ſibi videtur, iudicij, cùm Synodum illam Mileuitanam, in qua de hæreſi Pelagij tractatum, & Pelagius damnatus, refert in annum Chriſti 402. quo nondum innotuerat hæreſis Pelagij, ea enim dumtaxat innotuit anno Chriſti 412. Fallitur item ſcribens, in vtroque Concilio, Mileuitano ſcilicet, & Carthaginenſi tractatum de Donati ſchiſmate, & ibidem Donatum damnatū; nam dumtaxat de hæreſi Pelagij actum in his Concilijs, vt ſatis conſtat ex litteris Patrum illorum ad Innocentium, & Innocentij reſcriptis ad eoſdem. De his Concilijs ita Baronius ad annum Chriſti 416. *Aduerſus Pelagianos celebratum eſt Concilium Carthaginenſe, vbi Pelagius, atquè Cæleſtius hæretici damnati ſunt: Itemquè aliud, eodem anno Mileui in Numidia, aduerſùs eoſdē Cōcilium habitum eſt. Ex ambabus Synodis ad Innocentiū Romanū Pōtificē literæ Synodales ſcriptæ ſunt.* Paulò poſt: *Hoc anno vtramquè Synodum in Africa habitam, alteram Carthagine. Mileui alteram, illam priùs, hāc verò poſteriùs ex dictis litteris ad Innocētium Papā ſcriptis, & aliis eiuſdem Pontificis ad eas redditis, poſſumus perſpicuè intelligere.* Atque illud primum celebratum eſſe paulò antè Synodum illam Carthagine, poſtea verò Mileui, inde affirmari poſſe videtur, dùm in litteris Mileuitani Concilij ad Innocentium hæc habentur expreſſa in fine: *Hæc ad Sanctitatem tuam de Concilio Numidiæ ſcripta direximus, imitantes Carthaginis Prouinciæ Epiſcopos noſtros, quos ad ſedem Apoſtolicam, quam Beatus illuſtras, de hac cauſſa ſcripſiſſe comperimus.*

Alius error Mornæi.

Cur ea vnicum reputata ſunt.

Mileuitana Concilia duo extiterunt.

Mornæi calumnia eſt Innocētiū ſuſpendiſſe iudicium de doctrina Pelagij.

Calumnia verò eſt manifeſtiſsima, vbi ſcribit Mornæus Innocentium de doctrina Pelagij iudicium aliquando ſuſpendiſſe: id conſtat ex verbis D. Auguſtini lib. 2. contrà Pelagium, & Cæleſtium cap. 8. *Pelagius* (inquit) *fefellit iudicium Palæſtinum; proptereà ibi videtur eſſe purgatus; Romanam Eccleſiam, vbi eum eſſe notiſſimum ſcitis, fallere vſquequaquè non potuit &c.* Non igitur de doctrina Pelagij iudicium aliquando ſuſpendit Innocentius. Extat equidem Epiſtola familiaris, nomine quinque magnæ exiſtimationis Epiſcoporum, Aurelij, Alipij, ipſius Auguſtini Euodij, atque Poſsidij, ad ipſum Innocētium, vbi inter cætera hæc ſcribunt: *Audiuimus eſſe in vrbe Roma, vbi ille* (Pelagius ſcilicet) *diu vixit, nonnullos, qui diuerſis cauſſis ei faueant; quidam ſcilicet, quia vos talia perſuaſiſſe perhibent; plures verò, qui eum talia ſentire non credunt, præſertim quia in Oriente, vbi degit, geſta Eccleſiaſtica facta eſſe, iactātur, quibus putatur eſſe purgatus.* Eſt inter Epiſtolas D. Auguſt. 95. habetur etiā tom. 1. Concil. & tom. 2. Epiſt. Rom. Pontif. poſt Epiſt. Innocentij 32. Quæ certè non parua calumnia, qua Innocentius Papa vocaretur in crimen tacitæ cum Pelagio cōniuentiæ; ſed iſta calumnioſè, ex more ſuo, ſparſerant in vulgus hæretici, quò gloriarētur, ſe primæ ſedis Epiſcopi cōmunioni fulciri. Similis nunc calumnia Mornæi, Innocentium de doctrina Pelagij ſuſpendiſſe iudicium. Cæterum, quòd Pelagiani Romæ verſari dicerentur, id, ſe neſciente accidere potuiſſe, ipſe Innocentius ad Epiſcopos illos reſcribens, excuſat his verbis: *Seu hic illi in vrbe ſunt, quod neſcientes, nec manifeſtare poſſumus, nec negare, cum, & ſi ſunt, lateant; nec aliquandò audeant vel illum prædicantem illa defendere, vel talia, aliquo noſtrorum præſente, iactare, &c.*

Rumor de Innocentio ab Mornæo ſparſus: & cur.

Pag. 51.

Poſt ſententiā latā in Pelagium (inquit Mornæus) *auctoritatē, et ſuffragium ſuum* (Innocentius) *adiūgere rogatur.*

Cur, præter Concilia, requireretur Innocentij ſententia ad damnationem Pelagij.

VErùm quanti momenti eſſet illa auctoritas, inde cõſtat, quòd Auguſtini iudicio, quãuis illa hæreſis in Concilijs illis damnata foret, non tamẽ euidenter ab Eccleſia ſeparata, & conuicta eſſet, donec à ſede Apoſtolica, id eſt Romani Põtificis auctoritate damnaretur. Scribit enim ad Hilarium Epiſt. 94. *Noua quædã hæreſis inimica gratiæ Chriſti, contra Eccleſiam Chriſti conatur exurgere, ſed nondũ euidenter ab Eccleſia ſeparata eſt*, addit tamen in eadem Epiſt. *Iam enim, cum iſta ſcriberem, cognoueramus, in Eccleſia Carthagineſi aduerſus eos Epiſcopalis Concilij conditũ fuiſſe decretum, per Epiſtolam Sancto, & venerabili Papæ Innocentio dirigendam: & nos de Concilio Numidiæ ad eãdem Apoſtolicam ſedẽ iam ſimiliter ſcripſeramus.* Tùm igitur dãnata in illis Concilijs, ſed quia nondum Romani Pontificis, & ſedis Apoſtolicæ acceſſerat calculus, nondum fuit illa hæreſis, vt loquitur Auguſtinus, euidẽter ab Eccleſia ſeparata. Eodẽ ſenſu de quibuſdã correctis Pelagianis Epiſt. 104. ad Sixtum: *Nonnulli* (inquit) *eorum, antequàm illa peſtilentia, manifeſtiſſimo etiam ſedis Apoſtolicæ iudicio, damnaretur, vobis innoteſcere potuerunt, quos nunc repentè reticuiſſe perſpicitis: nec vtrum ſanati ſint, ſciri poteſt &c. ſatis tamen territos ipſa taciturnitas mõſtrat &c.* Vnde conſtat, quanta ſit Romani Pontificis auctoritas in dãnandis hæreticis, vt, poſt illius iudicium, hæreſes ſuas ampliùs Pelagiani illi defendere non auderent. Lib. 2. contra 2. Epiſt. Pelag. cap. 3. contra eandem hæreſim ſcribit, litteris B. Innocentij totam de ea re dubitationem ſublatam eſſe. Idem ſcribit Proſper lib. contra Collatorem: *Tunc Pelagianorum machina deſtructa sũt, quando B. Memoriæ Innocentius nefandi erroris capita Apoſtolico mucrone percuſſit.* Quid quod D. Auguſtinus, lib. contra articulos falsò ſibi impoſitos, de ſemetipſo ſcribit, ſe ſenſum, & fidem ſuã contrà Pelagianos ex Apoſtolicæ ſedis auctoritate defendere? Longè igitur aliud ſanctiſſimi illius, iuſta ac doctiſſimi Patris, quàm impuri iſtius fuit de Romani Pontificis auctoritate in dogmatibus fidei definiendis, & hæreſibus damnandis, iudicium.

Iudicium Mornæi de auctoritate Rom. Pot. diuerſiſſimũ ab Auguſtini iudicio.

Eandem etiam auctoritatem agnouerunt Patres illi Carthaginenſis Concilij: vbi enim Innocentio per litteras ſignificarunt, ſe ſententiam tuliſſe in Pelagiũ, & Cœleſtium: *Hoc itaquè geſtum* (aiunt) *Domine frater ſancte, charitati tuæ intimandum duximus, vt ſtatutis noſtræ mediocritatis, etiam Apoſtolicæ ſedis adhibeatur auctoritas.*

Sententia Concilij Carthag. contrà Pelagium, ad Pontificem delata eſt: & quare.

Si ſatis cõdẽnata erat illa hæreſis ſi nulla maior Romani Põtificis, quàm Patrum illius Cõcilij in dãnanda doctrina Pelagij auctoritas; quorsũ ad eum litteras Synodales ſcribebãt, & ſuã mediocritatẽ, præ ſedis Apoſtolicæ auctoritate, fatebãtur? Verũ quidem eſſe fateor, quod ſcribit Mornæus, Patres illos in hac verborũ humilitate nihil de iure ſuo remittere, ſed, quod iuris Diuini eſt, obſeruare, vt ad ſupremũ Eccleſiæ tribunal quæ acta fuerant in Cõcilio, referãt. Nec remittit de iure ſuo iudex inferior, qui ſententiã à ſe latã à ſuperioris auctoritate cõfirmari rogat.

Iudex inferior de iure ſuo non remittit ſi referat ad ſuperiorem.

Ex his itẽ, quòd Patres Mileuitani Cõcilij Epiſt. 92. apud Auguſtinũ de hæreſi Pelagij ab illis cõdẽnata ſcribũt, quę hic etiã citat Mornæus, idẽ demõſtratur: *quia te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere in ſede Apoſtolica collocauit &c. magnis periculis infirmorũ membrorum Chriſti Paſtoralẽ diligentiã, quæſumus, adhibere digneris.* Epiſcopi Numidiæ Paſtoralẽ Epiſcopi Romani diligẽtiã flagitãt: eũ igitur Paſtorẽ agnoſcũt: idquè quoniã in Apoſtolica ſede collocatus Petri ſucceſſor, illius erat Chriſti oues paſcere. Ridicula verò gloſſa Mornæi:

Nimirum rogant (inquit) *in ſua paræcia, ſeu diœceſi eandem, quam ipſi in Africa diligentiam adhibeat.* Pag. 52.

Ridicula Mornæi cauſſa, cur Patres Mileuitani ſcripſerint ad Rom. Pont.

SI enim Romani Epiſcopi extrà paræciã, ſeu diœceſim ſuã non extenditur auctoritas, maior certè Epiſcoporũ Africæ, Carthagine contrà Pelagiũ congregatorũ, Epiſcoporũ itẽ Numidię Mileui coactorũ, quàm Romani vnius Epiſcopi auctoritas: cur ergò illi mediocritatẽ ſuã, præ illius auctoritate, agnoſcũt? cur illius ſedẽ Apoſtolicã magis, quã aliã quãuis appellant, cũ æquali iure ſuas diœceſes, quo Roman⁹ Epiſcopus ſuã paræciã, adminiſtrẽt, & ſuis omnibus eadem prorſus auctoritate proſpiciant? Quorsũ potius ad Epiſcopũ Romanũ, quàm ad quemuis aliũ Patres illi vtriuſquè Concilij ſcribebãt, vt in ſua diœceſi eandẽ diligentiã adhiberet, quàm illi in Africa; cũ omnes ex æquo Epiſcopi Paſtorale illud officiũ ſuis ouibus debeãt? Immò Patres illi Carthaginẽſis Concilij Paſtorẽ ſuũ manifeſtè Epiſcopũ Romanũ Epiſtola illa 90. apud Auguſtinũ agnoſcũt; ſiquidẽ illis verbis: *ſtatutis noſtræ mediocritatis etiã Apoſtolicæ ſedis adhibeatur auctoritas*, iſta ſubijciũt: *Conſideret ergo Sanctitas tua & Paſtoralibus nobis* (nõ duntaxat ſuæ diœceſi) *cõpatiatur viſceribus.* Et Patres Mileuitani Cõcilij Epiſt. 92. citata: *Arbitramur, adiuuãte miſericordia Chriſti, qui te, et regere cõſulẽtẽ, et orantẽ exaudire dignatur, auctoritati Sãctitatis tuæ de Sanctarũ ſcripturarum auctoritate depromptæ, faciliùs, eos, qui tàm peruerſa ſentiũt, eſſe ceſſuros.* Si eum nõ agnoſcebãt Paſtorem, & in dãnandis hæreſibus ſupra ſe iudicẽ, ſed volebãt duntaxãt, vt in ſua diœceſi eandẽ diligentiã adhiberet, quã illi in Africa; quomodo, quæſo, iudicãt illius auctoritati faciliùs ceſſuros Pelagianos, quã ſuæ, hoc eſt omniũ Epiſcoporũ Africæ, & Numidię, in duobus illis Cõcilijs cõgregatorũ auctoritati? Quorsũ verò magis illius, quã cuiuſuis alterius Epiſcopi auctoritatẽ ſcribũt, de Sacrarum ſcripturarũ auctoritate deprõptã eſſe, aut Chriſtũ regere illũ conſulentẽ, aut exaudire orãtẽ? niſi quia Roman⁹ Epiſcopus tenet locũ Petri, pro cuius fide Chriſtus rogauit, & cuius primatus in Euãgelio tàm mirabiliter elucet? Vbi verò ſcribũt Patres illi ad Innocẽtiũ: *Error ipſe, & impietas, quæ tam multos aſſertores habet, per diuerſa diſperſos, etiam auctoritate Apoſtolicæ ſedis anathematizanda eſt.* Gloſſat Mornæus,

[illegible] (inquit) *quaſi dicat: eſt iam, quod officium præſtes, nullus ampliùs moræ locus.* Pag. 52.

Sic

Refellitur interpretatio Mornai.

SIc iſte terminorum interpres. Immò hoc volunt Patres illi: etſi hæreſis Pelagiana in illis Concilijs iam damnata eſſet, ſententiam tamen ab illis latam, non habituram tantum robur, quantum, ſi ſedis Apoſtolicæ auctoritate damnetur; nec ſatis adhuc ipſam damnatam videri, niſi & calculo ſuo eam damneret Romanus Pontifex. Conſultè tamen, ex ſententia Mornæi, tum officium fuit Romani Pontificis damnare, poſt illos Patres, hæreſim Pelagij; quemadmodum & nunc eiuſdem eſt, murcidi iſtius hæretici ab Eccleſia proſcripti, & ad tartara relegandi, toties damnatas iam hæreſes auctoritate ſua anathemati ſubijcere. Et his verò, quæ reſcribit Innocentius ad illos Patres, mirabiliter elucet Romanæ ſedis amplitudo, & dignitas; ſiquidem illos affirmat non tàm humana, quàm diuina decreuiſſe ſententia, vt in grauiſsimis cauſsis Eccleſiæ Romanæ ſemper ſedes conſulatur, &, in rebus de fide controuerſis, nihil, vel in remotiſsimis Prouincijs, definiatur, niſi ex eius auctoritate, ad quam omnium Eccleſiarum ſollicitudo pertineret; hancque regulam toto ſemper orbe ſeruatam fuiſſe, cãque iam ipſos Africanos, Romanam ſedẽ conſulendo, ſequutos fuiſſe.

Magna impudentia Mornæi.

Magna verò perſpicitur iſtius impudentia, cùm ſcribit, hucuſque nihil huiuſmodi in epiſtolis illis Patrum Concilij Carthaginẽſis & Mileuitani videri, & in his duabus Synodis Innocentium contrarium eſſe expertum: & quidem D. Auguſtinus illas epiſtolas Innocentij, tanquam Chriſtianæ fidei contra hæreticos ſingulare præſidium, ſuis inſeruit, ac de his tale iudicium profert: *Quid potuit vir ille Sanctus Africanis reſpondere Eccleſijs, niſi quod antiquitus Apoſtolica ſedes, & Romana cum cæteris tenet perſeueranter Eccleſia?* Et epiſt. 106. ad Paulinum. *Ad omnia* (inquit) *ille nobis reſcripſit, quomodo fas erat, atque oportebat Apoſtolicæ ſedis antiſtitem, &c.* Cùm igitur Patribus illis reſcripſit Innocentius, eos non humana, ſed diuina decreuiſſe ſententia, de geſtis ab illis contra Pelagium referẽdum eſſe ad Apoſtolicam ſedem: item congruè eos Apoſtolico conſuluiſſe honori, honori (inquam) illius, quem ſollicitudo manet omnium Eccleſiarum, ſuper anxijs rebus, quæ ſit tenenda ſententia, antiquæ ſcilicet regulæ formam ſequutos, quam toto ſemper orbe norunt eſſe ſeruatam: ſcripſit certè quod fas erat, & quod oportebat eum ſcribere, quodque veritati erat conſentaneum. Igitur reuera ad eum confugerant, & ſollicitudo eum manebat omnium Eccleſiarum, non ſuæ parœciæ, ſeu diœceſeos tantùm. Item antiquæ regulæ formam erant ſequuti, eaque toto orbe ſemper fuerat ſeruata, vt ſuper controuerſijs fidei cõſuleretur ſedes Apoſtolica, alioqui falſa ſcripſiſſet Innocentius, non quæ fas erat, & oportebat Apoſtolicæ ſedis antiſtitem, qui & in eadem epiſtola, quæ eſt apud Auguſt. 93. ſcribit: *Neque enim hoc veſtram credo latere prudentiã: Quid id etiam actione firmaſtis niſi ſcientes, quòd per omnes Prouincias de Apoſtolico fonte petentibus reſponſa ſemper emanent? præſertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & Coepiſcopos noſtros, non niſi ad Petrum, id eſt ſui nominis, & honoris auctorem referre debere, velut nunc retulit veſtra dilectio, quod per totum mundum poſſit Eccleſiis omnibus in commune prodeſſe, &c.* Etiamnè eo veniet temeritatis, & impudentiæ Mornæus, vt mentitum dicat Auguſtinum? Cum igitur hæc reſcribebat Innocentius, non niſi, quæ fas erat, ſcilicet conſentanea veritati ſcribebat: non igitur hoc volebant ſuis litteris ad Innocentium Patres illi, quod fingit gloſſator iſte, vt talem diligentiam ipſe in ſua parœcia, ſeu diœceſi dũtaxat adhiberet, qualem illi in Africa contra hæreſim Pelagij. Immò hoc volebant, vt Paſtoralem curam omnibus Eccleſijs per totũ mundum adhiberet, ac ſua auctoritate decerneret, quod omnibus prodeſſet.

In appellationibus nihilo molliores Innocentius offendit. Pag. 52.

SCilicet Patres illos Concilij Mileuitani, ex quo etiam profert Mornæus can. 22.

Alia obiectio Innocentio aduerſarij.

Placuit, vt Presbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici in cauſſis, quas habuerint, ſi de iudicijs Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos audiant, & inter eos, quicquid eſt, finiant adhibiti ab eis ex conſenſu Epiſcoporum ſuorum. Quod ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent niſi ad Africana Concilia, vel ad Primates Prouinciarum ſuarum: Ad transmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam in communione ſuſcipiatur. Pag. 52.

GRatianus ad hunc canonem hanc clauſulam appendit: *niſi fortè Romanam ſedem appellarent.* Quod quidem, vt æquum eſt, & verum, ita fatemur alienum eſſe à mente Africanorum, qui per, *transmarina*, Romanam Eccleſiam intelligunt: nam de alijs ſecuri eſſe poterant: & hæc in antiquis codicibus ſcribuntur, tãquàm ipſius Gratiani verba, non autem tanquàm ipſius canonis pars. Gratianus porrò ad id demõſtrandum, ſubiungit canonem 7. Concilij Sardicenſis, *ſiquis Epiſcopus accuſatus, &c.* qui tamen non eſt de appellationibus Presbyterorum, & inferiorum ordinum, ſed tantum Epiſcoporum.

Sed Bellarminus (inquit Mornæus) *aſtutius hunc canonem ad ordines tantùm inferiores pertinere contendens.* Pag. 52.

BEllarminus lib. 2. de Romano Põtifice cap. 24. reſpondens argumento Caluini, ex eodem canone ducto lib. 4. inſtitut. cap. 7. §. 9. *Reſponſio eſt* (inquit) *canonem iſtum non eſſe ad propoſitum. Nam quæſtio de appellationibus ad Romanum Pontificem non eſt de appellationibus Presbyterorum, & mi-*

& minorum Clericorum. ſed de appellationibus Epiſcoporum. Siquidem Concilium Sardicenſe, quod voluit, Epiſcopos poſſe appellare ad Pontificem can. 4. & 7. idem voluit cauſsas Presbyterorum, & minorum Clericorum terminari apud vicinos Epiſcopos: ita vt liceat minoribus Clericis appellare à ſuo Epiſcopo ad alios Epiſcopos eiuſdem Prouinciæ. Porrò canon iſte 22. Concilij Mileuitani de Presbyteris, & minoribus Clericis loquitur, non de Epiſcopis. Id verò rectè oſtendit Bellarminus, primùm ex Auguſtino, qui huic Concilio interfuit, & tamen ſcribit epiſt. 162. licere Epiſcopis Africanis appellare vltra mare, clericis minoribus non licere. Secundò, ex verbis ipſius canonis: *Placuit, vt Presbyteri, Diaconi, vel cæteri Clerici inferiores in cauſſis, quas habuerint, &c.* Tertiò ex eo, quòd totum Concilium Mileuitanum probauit Innocentius I. in epiſtola ad ipſum Concilium, quæ eſt 93. inter epiſtolas D. Auguſtini, & 32. ipſius Innocentij tom. 1. epiſt. Rom. Pontif. Quod certè non feciſſet, ſi in eo Apoſtolicæ ſedi aliquid derogatum fuiſſet. Etſi verò hunc canonẽ ſanciuerit Concilium Mileuitanum; non tamen prohibuit, neque prohibere potuit Romano Pontifici, quin eorum cauſſas, ſi vellet, admitteret: ac ſalua ſemper debet intelligi prærogatiua ſedis Apoſtolicæ, quam conſcribere non poteſt vllum Conciliũ, nedum Prouinciale, cuiuſmodi fuit illud Mileuitanum. Quod ſi illi Patres non aduerterunt, vel neglexerunt, veritati minimè præiudicare debet. Sed inſtat Mornæus:

Cano Mileuitani Cõcilij nõ prohibet appellationes Epiſcoporum ad Rom. Põtif.

Pag: 52.

Ad tranſmarina qui putauerit appellandum. Nulla hic Epiſcopi, aut Presbyteri diſtinctione:

VErùm ex ſuperioribus verbis canonis, quibus iſtà ſubijciuntur, ſatis conſtat, intelligi dumtaxat de appellationibus Presbyterorum, & inferiorum Clericorum, non autem Epiſcoporum. Diuerſa in margine lectio, quam hic producit Mornæus, meo iudicio, ex gloſſa illius ordinaria deſumpta, quam nec in margine canonis 22. Concilij Mileuitani, nec canonis 92. Concilij Africani, reperio.

Baronius tomo 5. ad annum Chriſti 397. de Concilio Carthaginenſi 3. *Miſſa eſt* (inquit) *ab hac Synodo ad Syricium Romanum Pontificem, nec non ad Sanctum Simplicianum de baptizatis in infantia, de his, quæ ambigua videbantur, conſultatio: ad illum quidem quod ſcirent Eccleſiæ Catholicæ præſidere Epiſcopum, atque doctorem; ad hunc autem ob egregiam, totoque orbe Chriſtiano ſpectatam ſcientiam.* Ita habent Patres illi, canone 48. De Donatiſtis. *Placuit, vt conſulamus fratres, & Conſacerdotes noſtros Syricium, & Simplicianum.* Ad hæc interrogat Mornæus.

Pag. 53.

Unde nam diſcrimen hic notet?

SAtis Mornæ, ſatis aliunde cõſtat, magnum eſſe diſcrimen, ſupremumque Rectorem Eccleſiæ, ac iudicem controuerſiarum eſſe vnum Romanum Pontificem, nõ reliquos Epiſcopos. Quemadmodum ſuper interpretatione alicuius legis poteſt conſuli doctiſsimus Iuriſconſultus aliquis: itemque ipſe Princeps, cuius interpretatio ſequenda erit neceſſario, non autem Iuriſconſulti; ita in controuerſijs fidei poteſt conſuli Theologus aliquis doctiſsimus, & Pontifex item Romanus, cuius iudicio neceſſario acquieſcendum erit, nõ priuati alicuius Theologi. Rectè igitur interpretatur Baronius (ganniat licet aduerſarius) ſcripſiſſe quidem Patres illos ad Syricium Romanum Pontificẽ, & Simplicianum Mediolanenſem Epiſcopum; verùm ad illum, tanquàm ſupremum iudicem controuerſiæ; ad illum, tanquã præſulem ſpectatæ doctrinæ, ac Sanctitatis. D. Hieronymus conſulebat Damaſum, an dicẽdæ eſſent tres hypoſtaſes; vt ad quem maiores fidei quæſtiones referendæ eſſent, & cuius ſententiæ neceſſario acquieſcendum ſibi ſciret. *Obteſtor Beatitudinem tuam per Crucifixum mundi ſalutem, per homouſion Trinitatem, vt mihi epiſtolis tuis, ſiue tacendarum, ſiue dicendarum hypoſtaſeon detur auctoritas.* Non ita certè reliquos Epiſcopos, ſi quæ oborirentur illi dubia, conſulebat; vt neceſſario eorum ſententiam ſibi ſequendã indicaret; alioqui enim ſi iudicaſſet, eiuſdem eſſe omnes auctoritatis in definiendis fidei dogmatibus, non deerant in Palæſtina, vbi degebat, & in vicinioribus Prouincijs Epiſcopi, quorum iudicium expoſceret. Quid plures citem? Patres Africani Cõcilij, ſub Bonifacio I. can. 35. *Placuit* (inquiunt) *vt litteræ mittantur ad fratres, & Coepiſcopos noſtros, & maximè ad ſedem Apoſtolicam, in qua præſidet memoratus Venerabilis frater, & collega noſter Anaſtaſius, &c.* Lectæ erant illius litteræ in eo Concilio, quibus certè agnoſcitur diſcrimen inter Præſulem ſedis Apoſtolicæ, & reliquos Epiſcopos. Ita ab Aurelio Carthaginenſi Epiſcopo intelligendum, cùm ad Anaſtaſium Epiſcopum Romanum, & Venerium Mediolanenſem ſcribit.

Epiſt. 57.

Cur Hiero. Damaſum potius cõſuluerit, quã alios Epiſcopos.

Canonem illum 26. Concilij 3. Carthag. *Vt primæ ſedis Epiſcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, &c.* iam alibi produxit Mornæus, cui abundè reſponſum, vt nõn opus ſit toties eadem repetere. Quæ verò mox ſequuntur in decretorum lib. diſt. 99. cap. *Primæ ſedis Epiſcopus, &c. Vniuerſalis autem, nec etiam Romanus Pontifex appelletur:* in antiquis exemplaribus non legũtur, nec in græcè redditis eiuſdem Concilij Carthaginenſis canonibus; vt certum ſit non eſſe verba ipſius canonis, ſed Gratiani. At contra Mornæus.

Pro titulis Rom. Pont. diſſeritur.

Immò (inquit) *qui iſtorum hominum candor, quæ fides, quis ab ipſis non amputata, fideiubeat?* Pag. 53.

VBi hominis ſubtilitatem admirari licet. Nã cùm ſuperius canonem Concilij Mileuitani produxiſſet, quo prohibentur Presbyterorũ, & inferiorum Clericorum appellationes ad tranſmarina; & apud Gratianum ita legeretur: *niſi fortè Romanam ſedem appellarent:* quia videbatur illi ſaluam tueri Romani Pontificis iuriſdictionem,

Mornæi noſtra ſubtilitas.

ctionem, voluit eſſe ipſius Gratiani appendicem; nunc verò hoc canone 26. Concilij Carthaginenſis citando, *vt primæ ſedis Epiſcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, &c.* cum hæc ſubiungit Gratianus: *vniuerſalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur*; quæ in exemplaribus illius Concilij nuſquam reperiuntur: iam non vult eſſe appendicem Gratiani, ſed partem canonis; vt in nobis candorem, & fidem deſideret, à quibus iſta verba ex canone ſint amputata. Nugæ verò iſta quæ ſcribit Mornæus, Patribus illis:

Pag. 53.

Epiſcopum Romanum alienam diœceſim inuadentem, & ſua iura vſurpantem, & extra fines euagantem lege coercere, ac titulis inſoleſcentem reprimere licuiſſe:

CVm è contra paſsim oſtenderimus ex Concilijs in Africa celebratis; ex Patribus item Africanis, eos agnouiſſe Romani Pontificis in ſe auctoritatem, non autem vnquam iudicaſſe eum alienorum iurium vſurpatorem. Statuerũt igitur ſolum, (vt iam alibi dictum eſt,) de Epiſcopis Africanis, inter quos aliquot erant Primates ęquales, ne aliquis eorum Princeps aliorum diceretur. Quid verò illis iuris in Eccleſiã Romanam, vt, tanquàm Ephori quidã, aut tribuni plebis, nimium euagantem Romani Pontificis auctoritatem lege lata, velut ſuperiores, coercerent, aut titulis inſoleſcentem reprimerent? Sibi ipſis quidem legem hanc imponere potuerunt, at non Epiſcopis aliarũ Prouinciarum: multò certè minus Romano Epiſcopo, cuius magis erat leges præſcribere. Equidem iuriſdictionum terminos publicos eſſe, ſicut & territorij, nec moueri debere non diffitemur: vt, aliena iura inuadentem lege coercendum eſſe, nullus ambigat; at Romanum Pontificem, quando aliarum Prouinciarum Eccleſijs, vt Africanis, iura præſcribit, & aliorum Epiſcoporum, qui vndique ad eum prouocare poſſunt, cauſſas diiudicat, alienam diœceſim inuadere, aut aliorum iura vſurpare pernegamus; ſiquidẽ totus orbis Chriſtianus illius diœceſis eſt, & omnibus iura præſcribere poteſt. Sic olim ſcribebat S. Bernardus lib. 2. de conſiderat. ad Eugenium Tertium Papam cap. 8. *Sunt quidem & alij cæli Ianitores, & gregum Paſtores. Sed tu tanto glorioſius, quanto differentius vtrumque, præ cæteris, nomen hæreditaſti. Habent illi ſibi adſignatos greges, ſinguli ſingulos: tibi vniuerſi crediti, vni vnus. Nec modo ouium, ſed & Paſtorum tu vnus omnium Paſtor. Vnde id probem quæris? Ex verbo Domini: cui enim, non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum, ſic abſolutè, & indiſcretè, totę cõmiſſę ſunt oues? Si me amas Petre, paſce oues meas. Quas? illius, vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certe regni? Oues meas, inquit, cui non planum non deſignaſſe aliquas, ſed adſignaſſe omnes? Nihil excipitur, vbi diſtinguitur nihil.* Poſt paulò, *Ergo, iuxta canones tuos, alij in partem ſollicitudinis, tu in plenitudinem poteſtatis vocatus es. Aliorum poteſtas certis arctatur limitib. tua extenditur, & in ipſos, qui ſuper alios poteſtatẽ acceperunt. Nõne, ſi cauſſa extiterit, tu Epiſcopo Cœlum claudere, tu ipſum ab Epiſcopatu deponere, etiam & Sathanæ tradere potes?* Hæc θεοδίδακτος ille D. Bernardus noſtræ Galliæ tàm præclarum decus, quàm illius dedecus eſt Philippus Mornæus: rerum diuinarum, & Eccleſiaſticarum, ſacrarumque ſcripturarum tàm ille intelligens, quàm iſte omninò imperitus, & fabuloſam ſuam Theologiam non aliũde, quam à Patre mendacij mutuatus.

D. Bernar. decus Galliarũ; dedecus Mornæus.

Baronius tom. 5. ad annum Chriſti 401. *Quod hoc anno* (inquit) *Anaſtaſius Papa de Eccleſia vniuerſali curam gerens, ſciens, ipſam Eccleſiam Africanam ex Donatiſtarum ſchiſmate magnopere laceratam, de vnitate ardentiori ſtudio procuranda litteras dedit ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem, aliosque aliarum in Africa Prouinciarum Epiſcopos: ijdẽ, plurimi facientes admonitionem Romani Pontificis, indixerunt Generale Concilium Carthagine, quo ex omnibus Prouincijs Africanis hoc anno ad Idus Septembris de his acturi conuenerunt Epiſcopi. Hęc quidem omnia ex his, quæ idem Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus in eadem Synodo præfatus eſt, ſatis explorata redduntur. Primùm verò huiuſmodi Concilio præficitur iſte titulus, & præfatio: Vincentio, & Flabito viris clariſſimis Conſulibus. Idibus Septembris, Carthagine in Secretario Baſilicæ reſtitutæ, cùm in Concilio congregati in Eccleſia Carthaginenſi conſediſſemus ex Africanis omnibus Prouincijs Epiſcopi, ideſt Aurelius eiuſdem ſedis Epiſcopus, cũ Collegis ſuis, quos eorum ſubſcriptio manifeſtat: ait idem Aurelius Epiſcopus: Recitatis epiſtolis Beatiſſimi Fratris & Conſacerdotis noſtri Anaſtaſij, Eccleſiæ Romanæ Epiſcopi, quibus nos Paterna, & fraterna charitatis ſollicitudine, ac ſinceritate adhortatus eſt, vt de hæreticorum, & ſchiſmaticorum, Donatiſtarum inſidijs, & improbitatibus, quibus Africanam Catholicam Eccleſiam grauiter vexant, nullo modo diſſimulemus, gratias agimus Domino Deo noſtro, quod illi optimo, & Sancto Antiſtiti ſuo tã piam curam pro membris Chriſti, quamuis in diuerſitate terrarum, ſed in vna compage corporis cõſtitutis, inſpirare dignatus eſt: iſta ipſe coram Patribus Aurelius prælocutus eſt, quibus intelligas Romani Põtificis vniuerſale in Eccleſia regimen, ſciaſque pariter ſic Aurelium appellare Anaſtaſium collegam, fratrem, & Conſacerdotem; vt tamen eundem recognoſcat & Patrem, cum commendat eius Paternam, & Fraternam erga omnes charitatis ſollicitudinem.* At Mornæus non inueſtigandæ, aut diſcendæ veritatis, ſed impugnandæ ſtudioſus, ex eo quòd Aurelius Anaſtaſij litteras recitari iubet, quibus à Donatiſtarũ pręſtigijs ſibi vt caueant, hortatur, eius mandato Synodum indictam colligere; & quem Patrem appellat, proinde caput agnoſcere, malè concludere contendit.

Pag. 53.

Vicinum (inquit) *tu amicè admonueris; num idcirco ſeruum feceris?*

VErùm quemadmodum de correptione fraterna id docent Theologi, & inter cęteros D. Tho. 2. 2. q. 33. arti. 3. quòd alia quidem actus charitatis eſt, & vnicuique priuato incumbit, cui citra eſſe debet de ſalute proximi; alia verò actus etiam iuſtitiæ eſt, ſcilicet Prælatorum,

Fraterna correctio alia actus charitatis eſt, alia etiam iuſtitia.

qui

Digitized by Google

qui non modò monere poſſunt, ſed etiam corrigere, delinquentes puniendo, vt alij timentes à peccato deſiſtant: ita non erat ſimplex amica admonitio Anaſtaſij Papæ ad Aurelium, & alios Epiſcopos, verùm etiam actus iuſtitiæ, tanquàm ſuperioris, & cui cura omnium Eccleſiarum incumberet. Nam quod in Concilijs legimus recitari ſolitas litteras Romanorum Pontificum: certè demonſtrat eorum in omnes Eccleſias ius, & auctoritatem: ſimiliter quòd Anaſtaſium, Patrem Aurelius appellat, inde argumentum iuriſdictionis illius rectè ducit Baronius. At Mornæus,

Anaſtaſij admonitio qualis fuit.

Pag. 53. *Quidni potius attendit, (inquit) quòd fratrem appellat, quòd Conſacerdotē?*

SEd debuit magis iſte attendere cùm Baronio, quod Aurelius Anaſtaſium Papam non modò fratrem, & Conſacerdotem, ſed & Patrem appellat; erat enim & ipſe quidem Sacerdos, & Epiſcopus; verū, quòd eſſet Princeps Epiſcoporum, omnium Eccleſiarum ex officio curam gerens, rectè etiam Patrē, quo nomine ſignificat ius ſuperioritatis, appellauit; verùm (inquit) in Concilio Africano can. 68. ita legimus; *Placuit etiam, vt de diſſenſione Romanæ, atque Alexandrinæ Eccleſiæ ad Sanctum Papam Innocentium ſcribatur, quò vtraque Eccleſia intra ſe pacem, quam præcepit Dominus, teneat.* Quibus ſubiungit,

Pag. 53. *Hæc fraterna admonitio, ex compage mēbrorū Chriſti profecta; in iuriſdictionem; in Imperium demùm euadet?*

MInime verò, quia illa admonitio, ſeu correctio, quæ eſt actus iuſtitiæ, non competit ſubditis reſpectu Prælati. Verùm illa, quæ actus eſt charitatis, pertinet ad vnumquemque reſpectu cuiuslibet perſonæ, erga quam charitate debet affici, in qua debet modus congruus adhiberi, vt ſcilicet nō cum proteruia, & duritia, ſed cum manſuetudine, & reuerētia id fiat, iuxta illud Apoſtoli 1. Timoth. 5. *Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem.* Ita D. Thom. 2. 2. qu. 33. art. 4. in corp. & reſp. ad 3. *Conſiderandum, quòd cum aliquis Prælatum charitatiuè monet, non propter hoc ſe maiorem exiſtimat, ſed auxilium impartitur ei, qui quanto in loco ſuperiori, tanto in periculo maiori verſatur.* Hæc igitur admonitio Patrum Africani Concilij ad Innocentium Papam de pace ineunda inter Romanam, & Alexandrinā Eccleſiam; actus quidem charitatis erat, at nullā præferebat iuriſdictionem; & abundè conſtat, Eccleſiam Alexandrinā Romanæ fuiſſe ſubiectam. Nec aliter pax componi poterat, niſi ſaluis iuribus, & priuilegijs Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Neque verò inde conſequitur, admonitionem illam ſuperiorē Anaſtaſij Papæ ad Aurelium, & cæteros Epiſcopos, non fuiſſe actum iuſtitiæ, & tanquā ſuperioris, iuriſdictione vtentis erga inferiores.

Quæ correctio conueniat ſubditis in ſuperiores ſuos & quæ non.

Africani Concil. admonitio ad Innoc. Papā qualis eſſet.

Baronius tomo 5. in appendice ad paginam 235. obſeruat, quòd in 1. Concil. Toletano legitur. *Paternum, licet pro Catholica fidei veritate, & publicatæ hæreſis errore libenter amplexi, Eccleſiam in qua Epiſcopus fuerat conſtitutus, tenere permiſimus, recepturi etiam in noſtram communionem, cum Sedes Apoſtolica reſcripſerit: Vides* (ſubiungit) *ex his neminem communicare cum lapſo, niſi prius illi pœnitenti ſedes Apoſtolica communicaret.* Ad quæ Mornæus

Pag. 53. *Verùm (inquit) ex actis eiuſdem Concilij diſcimus, Eccleſias ab hæreſi Priſcillianiſtarum vexatas, Ambroſium conſuluiſſe, eius conſiliū ſequutas eſſe.*

IMmò & ſubiungunt illi Patres: *Expectantes pari exemplo, quid Papa, qui nunc eſt, quid Sanctus Simplicianus, Mediolanenſis Epiſcopus, reliquique Eccleſiarum reſcribant Sacerdotes.* Poſt paulò: *Conſtituimus autem, priuſquam illis per Papam, vel per Sanctū Simplicianum communio redditur, non Epiſcopos, non Presbyteros, non Diacones ab illis ordinandos.* Vnde velit inferre Mornæus parem fuiſſe Mediolanenſis Epiſcopi, atque Romani Pontificis auctoritatem, qui & illud ex Concilio Taurinenſi producit. *Iuxta litteras venerabilis memoriæ Ambroſij Epiſcopi, vel Romanæ Eccleſiæ Sacerdotis.* Hæc equidē obiecerat ſibi Baronius, quibus & abundè reſpondit: *Non ſunt* (inquiens) *hæc tanta, quæ in diſcrimen poſſint veritatem adducere. Etenim hæc omnia acta eſſe per Sanctos Mediolanenſes Epiſcopos mandato Papæ Syricij, cuius in huiuſmodi cauſſa ijdem legatione fungerentur, plura ſunt quæ demonſtrent; ac primò, quod hæc ipſa acta referunt, dum de Sancti Ambroſij litteris agentes Epiſcopi ab eo ipſa ſcripta ſubdunt: Quæ* (inquiunt) *ſanctæ memoriæ Syricius Papa ſuaſiſſet, &c. Vt planè appareat, illa à Sancto Ambroſio eſſe conſcripta, quæ à Papa Syricio antea accepiſſet. Hæc quidem, neceſſariò ita intelligenda eſſe, quæ in cauſſa Iouiniani Hæreſiarchæ, & eiuſdem impietatis Collegarum inter Sanctum Ambroſium, & Syricium tranſacta ſunt, admonent. Infeſtabant eiuſmodi peſtes tunc temporis Mediolanenſem Eccleſiam: reſiſtebat illis Sanctus Ambroſius: tamen, quòd non eſſet tantæ auctoritatis Antiſtes, vt hæreticos recens emergentes damnare poſſet, vt primò Romæ à Syricio ijdem damnarentur, curatum fuit. Inde verò, vt idipſum Mediolani conuocato Concilio gereretur, miſſis ab Apoſtolica Sede Legatis tribus, per eundem Syricium procuratum eſt: quorum auctoritate eoſdem hæreticos è Mediolanenſi pulſos Vrbe Sanctus Ambroſius, & Collegæ Epiſcopi, qui Synodo interfuerunt, Synodali epiſtola ad Syricium ſcripta teſtati ſunt, profeſſi ijdem, ſecundum iudicium Papæ Syricij eoſdem ſe hæreticos condemnaſſe. Habes igitur ex his, quæ tunc geſta ſunt, quæ in pari cauſſa geri potuerint, immò & geſta eſſe, valeas intelligere: nimirum (quod dicti nuper Epiſcopi Toletani Concilij publicè tradiderunt) ſuadente Syricio Papa, ea per Sanctum Ambroſium ſcripta eſſe: quod etiam de eius ſucceſſore Simpliciano dicendum eſt, in quem conceſſa Sancto Ambroſio auctoritas per eundem Syricium, & eius ſucceſſorem Anaſtaſium propagata cognoſcitur. Iam enim temporibus Damaſi Papæ in eadem cauſſa Sanctus Ambroſius, ſe iudicium Damaſi ſequi, profeſſus fuit, dum, quos inauditos, atque reiectos à Damaſo, audiuit Ambroſius Priſcillianum, ac ſocios, ipſe æquè eoſdem Mediolanum ſe conferentes, audire penitus recuſauit; ob*

Iouinianus cū ſuis Mediolano pulſus Syricij auctoritate.

D. Ambroſ. ſuadente Syricio de laplis ſcripſit quæ in Toletano Concilio memorantur, ſicut & S. Simplicianus.

idque

idque dignus eſt habitus, cui in eadem cauſſa Romani Pontifices ſuam vicem delegare voluerint; ita tamen, vt, quid agendum eſſet, præmonuerint. Hactenus Baronius. Ex quibus, quæ eſſet auctoritas Romani Pontificis ſupra Epiſcopum Mediolanenſem in damnãdis Priſcillianiſtis, vel communiõne eis reddenda, facilè intelligitur. His verò quo contradiceret, nihil habuit Mornæus. Malè habet illum particula iſta illius Concilij: (*Adde quæ ſanctæ memoriæ Syricius Papa ſuaſiſſet.*) Quid mirum? Nam & Hæretici, ſcripturæ ſacræ, Sanctorumque Patrum loca, ex quibus manifeſtè euincuntur eorum hæreſes, libenter expungerent.

ANTIDOTVM
Contra Progreſſum Decimum.

Pag. 54.

Zozimus Innoc. ſucceſſor, in officio ſuo nõ ſegnis.

QVod Mornæus ſtatim initio huius progreſſus ſcribit Zozimũ Innocentij ſucceſſorem, in primatu promouendo nihilo fuiſſe ſegniorem; nos rectè interpretamur in collato ſibi diuinitus officio, ſtrenuè gerendo, in Eccleſia Chriſti promouenda, in Catholica fide propaganda, & ab Hæreticis defendẽda, in diſciplina Eccleſiaſtica conſeruanda, ſibi non defuiſſe. De Synodo illa Carthaginenſi, quam producit, ſextamque ordine recẽſet, ac refert in annum Chriſti 417. quot Epiſcopi interfuerint: an ſit plenarium illud Concilium, cuius meminit Diuus Auguſtinus, epiſt. 47. plura ſcribere ſuperſedeo; neque enim id eſt, in quo potiſsimum noſtra controuerſia aduerſus Mornæum, & illius ſymmiſtas verſatur.

Zozimi Legatio Carthaginem miſſa.

Cõmonitorium: quid.

Vnde verò oborta ſit cauſſa Zozimo, vt Carthaginem mitteret Legatos Fauſtinum Epiſcopum Eccleſiæ Potẽtinæ in Picœno, Philippum, & Aſellum Presbyteros, *ex commonitorio (ita enim appellabant mandata Legatis ſcriptis prodita) quod in hac Synodo recitatum fuit* (teſte Baronio) *poſſumus intelligere; quod continetur in Synodali epiſtola ab alio Concilio, anno ſequenti celebrato, ad Bonifaciũ Papam ſcripta*. Commonitorium autem illud, vt conſtat ex capit. 3. eiuſdem Concilij, continebat Canonem Concilij Nicæni de appellationibus Epiſcoporum, ad Epiſcopum Romanum.

ANTIDOTVM
Contra Oppoſitionem Decimam.

VIdendum nunc, quam progreſſui oppoſitionem ſubiungat Mornæus.

Pag. 54.

Hic Alypius Thegaſtæ Epiſcopus &c.

De Canone Nicæni Concilij de appellatione ad ſedẽ Apoſtolicã, citato ĩ Cõc. Carthag. à Legatis Romani Põt.

CVm recitatũ eſſet in dicta Synodo Carthaginenſi Commonitorium, accidit, vt, cùm de fide citati Nicæni canonis, de appellatione ad Apoſtolicam ſedem contentio oborta eſſet; non in Africanis tantum exemplaribus, ſed nec in alijs ab Oriente petitis, citatus Canon inter decreta Nicæni Concilij potuerit reperiri: ſiquidem ex ſententia illorum Patrum ſtatutum fuit, vt, quia authenticũ Concilium Nicænum in Vrbe Conſtantinopolitana dicebatur eſſe; mitterentur aliqui ad Conſtantinopolitanum Epiſcopum, immò & ad Alexandrinum, & Antiochenum, qui hoc Concilium ſub ſtipulatione litterarum ſuarum dirigerent, vt omnis poſtmodùm ambiguitas auferretur. Sed exemplariã inde allata inuenta ſunt minimè integra, vt quæ non niſi 20. Canones, qui apud illos etiam extabant, continerent, in quibus nihil habetur de appellationibus ad Romanum Pontificem. Hic Magdeburgenſes mendaciorum conſarcinatores, Zozimum ſcribunt ſummo ſcelere ſubripere tentaſſe Romanæ Primatum Eccleſiæ, & quidem malis artibus, nempè mendacio, & falſatione Nicænorum Canonum. A quibus certè longè differunt Patres illi Africani, qui, etſi dubitarint de Canone illo, citato à Legatis, an eſſet Concilij Nicæni, nunquàm tamen primatum Romanæ Eccleſiæ negarunt, nec ab illius fide receſſerunt; immò quoſcunque de hæreſi Romana Eccleſia damnauit, & ipſi damnauerunt. Nicænum Canonẽ de appellationibus ſibi poſtulabant oſtendi, admittere illum parati, ſi oſtẽderetur, promittẽtes interim, ſe omnia ſeruaturos: ita enim Alypius Epiſcopus dixit. *Iſta nos tamen tantiſper ſeruaturos, donec integra exemplaria veniant, profitemur.* Vnde Fauſtinus Epiſcopus Legatus Eccleſiæ Romanæ dixit; *Nec veſtra ſanctitas præiudicat Eccleſia Romanæ, ſiue de hoc capitulo ſiue de alijs, quia dicere dignatus eſt frater noſter, & Coepiſcopus Alypius, dubios eſſe canones; Sed hæc ipſa ad Sanctum, & Beatiſſimum Papam noſtrum ſcribere dignemini: vt & ipſe integros canones inquirens cum veſtra ſanctitate de omnibus conſtitutis tractare poſſit.* Hæc verò non citauit Mornæus ex Alypio Thegaſtenſi; vt nec illud ex Aurelio Carthaginenſi Epiſcopo: *Præter illa, quę promiſimus aliis, neceſſe eſt etiam, vt noſtræ paruitatis litteris Sancto fratri, & Conſacerdoti noſtro Bonifacio ſingula, quæ tractamus, pleniſſimè intimemus.* Hinc intelligas, quanti fecerint Romanum Pontificem. Neque verò huic canoni ſeſe oppoſuerũt, cùm nihil vnquàm de appellationibus Epiſcoporum ſtatuerint; vel vt

Magdeburgenſiũ calumnia.

Patres Africani, etſi dubitarint de Canone illo citato a Legatis; eũ tamen prolatũ non ſunt, quo ſe ſtatuerunt.

Mornæi omiſſiones.

Honor Africanorũ Patrum in Rom. Pont.

vt nõ liceret vllo modo Epiſcopis Afris ad Romanam Eccleſiam prouocare; neque enim vſquàm huiuſmodi decretum extat, licet id de Presbyteris & inferioribus Clericis, can. 92. Cõcilij Africani cõſtitutum ſit. *Si in his cauſſis quas habuerint, de iudicijs Epiſcoporum ſuorum quæſti fuerint, vicini Epiſcopi eos audiant, & inter eos, quicquid eſt, faciant, adhibiti ab eis ex conſenſu Epiſcoporum ſuorum: Quod ſi & ab eis prouocandum putauerint, nõ prouocent niſi ad Africana Concilia, vel ad Primates Prouinciarum ſuarum: Ad trãſmarina qui putauerit appellandum, a nullo intra Africam in communionem recipiatur.* Quod Epiſcoporum cauſſæ, vt maiores ſunt, ita magis ad Epiſcopum Romanum pertineant. Et quod in extrema parte Canonis grecè legitur citatum etiam à Mornæo ſupra in oppoſitione noni Progreſſus. *ὡς περὶ τῶν ἐπισκόπων πολλάκις ὥρισται* id eſt: *ſicut de Epiſcopis ſæpè decretum eſt*: Vt rectè obſeruauit Turrianus libro 3. pro epiſt. Pontif. cap. 2. non poteſt ita intelligi, quaſi dicat canon, decretum eſſe ſępe, vt Epiſcopi non appellent tranſmarinos iudices, ſed primates, vt de Presbyteris, & Diaconis decretum eſt. Siquidem Primates non ſunt iudices appellationis Epiſcoporum, ſed primi iudices, vt conſtat ex Concil. Carthagin. 3. can. 7. *Quiſquis Epiſcoporum accuſatur, ad Primates prouinciæ cauſſam deferat accuſator*: hoc ergo ſignificat, *ſicut de Epiſcopis ſæpe decretum eſt*, ſcilicet, vt, ſi de eorum iudicijs quæſti fuerint Clerici, fiat, quod ſtatutum eſt can. illo 92.

Senſus certè verborũ canonis: ſicut de Epiſcopis ſæpè decretum eſt.

Pag. 55.

At quoniam Mornæus profert epiſtolã Concilij Africani ad Papam Cœleſtinum: ex ea redargui facilè poteſt, vbi ita ſcribunt: *Præfato debitę ſalutationis officio, Impendio deprecamur, vt deinceps ad veſtras aures hinc venientes non facilius admittatis.* Quibus verbis nec abſolutè recuſant legem illam de appellationibus, nec dicunt, non poſſe Pontificem, ſi velit, appellãtes admittere; ſed tantũ obſecrant, vt non facilè deinceps aures appellantibus præbeat. Non arguunt Zozimum impoſturæ, non dolum malum, atq; fallaciam proclamant, neque ob eam cauſſam quidquam derogandum putant Romanæ Eccleſiæ iuribus: ſummiſſo dumtaxat animo rogant, vt maiori cautela Romani Pontifices ex Africa quærelas ingerentes, ſuſcipiant in poſterum, atque maturiori iudicio cauſſas tractent, ne ſic iudicatã ritè, ac probè facta perirẽt. Denique & cùm Remundo Ruffo, in Molinæũ ſcribente reſpõderi poſſet; In his appellationibus ſitum non magis eſſe Pontificum decus, aut amplitudinem, quàm Imperatorum, Regũ, ac Principum; cùm ad eos à quibuſdã magiſtratibus non eſt prouocatio, vt à Senatu, vel à Præfectis Prætorio. Docet Vlpianus, à quibus appellare non liceat; *nec enim credendum eſt* (inquit Aurelius Iureconſultus. *D. de officio Præfecti Pretorio*) *eos, qui, ob ſingularem induſtriam explorata fide, & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibentur, aliter iudicaturas pro ſapientia ſua, & luce dignitatis, quàm Princeps foret iudicaturus*: Idq; ſtatuit Diocletianus Imperator. C. de *ſententijs Præfectorum Prætorio.* Neque Concilium Africanum illa epiſtola negat poteſtatem Pontificis, ſed rationes adfert, quibus magno detrimento Africanæ Eccleſię id fore videbatur, cùm propter multa alia intercurrentia impedimẽta, tùm maximè propter copiam teſtium, & probationum, quæ Romæ, vt in Prouincia, in qua admiſſum eſſet crimen, ad iudicandum non ſuppeteret. Vnde, vt oſtendit Baronius ex commonitorio etiam ipſo Zozimi, & ex litteris Epiſcoporum Africæ ad Cæleſtinum, non fuit oborta controuerſia inter ipſos, & Romanum Põtificem de iure appellandi, ſed potius de modo proſequendæ appellationis: noluiſſent enim, vel Romæ, vbi ſumma cum difficultate producendi eſſent teſtes, vel in Africa per Legatos à latere, cauſſas agi: cùm illud magis optarent, vt, cùm quis appellaret Apoſtolicam ſedem, ab illa delegaretur cauſſa Epiſcopis illius Prouinciæ.

Mornæus refellitur ex eodẽ loco, quem nobis opponit.

Africani nõ negant Põt. admittere poſſe appellãtes, ſed obſeruant tantum, ne facilè aures illis præbeat.

Remundi Ruffi reſpõſio.

Controuerſia de appellationib. orta inter Africanos, et Rom. Pont. qualis fuerit.

In hac epiſtola multa notãda indicauit Mornæus. Primo circa inſcriptionem:

Sex ſcrupuli Mornæi. Primum.

Dilectiſſimo, & honorabili Fratri Cæleſtino, &c. in eo* (inquit) *actu, quo ſolemnior nullus, & Synodi quidem vniuerſalis Africæ, &c.

Pag. 55.

VBi conſultò, & malignè prætermiſit appellationẽ *Domini*, ita enim habet inſcriptio: *Domino dilectiſſimo, & honorabili fratri Cæleſtino*; & quidem non ſemper ab initio ijdem tituli adhibiti ſunt in inſcriptionibus litterarum. Aliquando Epiſcopi, cùm ſcripſerunt ad Pontifices Romanos, proprio tantum nomine, nullo addito titulo, eos appellarũt, vt Cyprianus, *Cornelio fratri; Lucio fratri: Stephano fratri ſalutem*: pluribus epiſtolis; & Patres illi, qui in Africanam Synodum conuenerant, eidem Cornelio ſcribentes: *Cyprianus* (inquiunt) *Liberalis, Calidonius, Cęcilius, &c. Cornelio fratri ſalutem*. cùm tamen alias oſtenderimus, Cyprianum, & alios Epiſcopos Africæ certò agnouiſſe Primatum Romani Pontificis in omnes Eccleſias.

Mornæus malignè omiſit nomẽ Domini Cæleſtino inſcriptum.

Tituli Romani Põt. adhibiti nõ ijdem ſemper.

Secundo notat, Legatum Pontificis, Presbyterum Apiarium ab Vrbano Siccẽſi Epiſcopo damnatum, vt ſeſe apud Synodũ purgaret, Romam licet confugerat, ſecum tamen Roma reduxiſſe, Patribus iudicandum exhibuiſſe;

Secundus ſcrupulus.

Hoc* (inquit) *cum plenitudine illa poteſtatis quid commune habet?

Pag. 56.

IMmò quid repugnat plenitudini poteſtatis? Romani certè Pontifices non tã admiſerunt appellationem Apiarij, quàm audierunt eius quærimonias, & mandarunt Africanis, vt eius cauſſam diligenter agnoſcerent, & fideliter iudicarent. Siquidem, apparet ex epiſtolis Africanorum ad Bonifacium, & Cœleſtinum, Apiarium bis veniſſe Romam, & vtraque vice remiſſum in Africam, & ibi in Concilio iudicatum poſt reditum eius ab Vrbe.

De Apiario Roma remiſſo in Africam.

Tertio, ea verba epiſtolæ, *Sanctitas tua eum appellaſſe crediderat*, ita interpretatur Mornæus,

Tertius.

Sibi perſuaſerat, ius ei eſſe ad vos prouocare.

Pag: 56.

Quæ

Incongrua Mornæi interpretatio.

QVæ profectò longè diuerſa ſunt, non ſecus, quàm factum, ac ius: etſi enim falſum poterat eſſe, Apiarium appellaſſe ad Põt. Romanum, & hoc credendo poterat decipi Põtifex; nec.n.eũ negamus errare poſſe in quæſtionib. facti, cuiuſmodi erat illa: an Apiarius appellauerit, necnè; tamẽ falsò Pontifex ſibi perſuaſit, ius eſſe Apiario ad eum, tanquàm ad ſuperiorẽ prouocare: nec.n.recens erat inſtitutum ius ipſum appellãdi, ſed ſimul cùm ipſa Eccleſia Romana connatum. Cum enim, Orthodoxorũ omnium conſenſu, in omnes Eccleſias ipſa obtineat Principatum: minores autẽ omnes ad maiores, cũ læſi ſunt, poſſe habere recurſum, & maiores minoribus præſtò eſſe debere tùm ius naturale, tùm gentium, atq; ius ſcriptum confirmet; iure omninò conſtat, prouocationem eſſe vndiq; ab alijs Epiſcopis ad Romanũ Pontif.

Quartus.

Quartò, quod honeſtis verbis Patres illi, rogãt Cœleſtinum, ne Clericos, Epiſcopoſvè Africanos, ad ſe confugientes amplius ſuſcipiat,

Pag. 56. *Quod quidem in Nicæna Synodo ſtatutũ inueniet. Cùm, contra quàm prætẽdebat, nuſquàm inueniatur, &c.*

DIcunt quidem, ſe non potuiſſe in exemplaribus ad eos trãſmiſsis reperire: verum hoc non eſt, (quod Mornæo placet) mentitos eſſe tres Pontifices Zozimum, Bonifacium, Celeſtinũ, disertè, aut modeſtè dicere, niſi eos illi pares impudẽtia fuiſſe, aſſeramus. Immò ex epiſtolæ verbis citatis à Mornæo, (quod & antea obſeruauimus) conſtat, eos non prohibere appellationes ad Romanam ſedem, ſed tantum admonere ipſum Romanum Põtificẽ, nè facilius, quã par eſt, nec feſtinatò, vel præpropere, aut indebitè agat: vbi maturum quidem expoſcũt iudicium; non verò recuſant. Et dicere, ſe nõ reperire in exemplaribus Concilij Nicæni, ad ſe tranſmiſsis, quod citatum erat à Legatis ex cõmonitorio de appellationibus Epiſcoporũ, nõ eſt abſolutè negare, id aliquãdo in eo Concil. definitum, aut impoſturæ, vel mendacij Põtifices arguere, quod tamen iſte impudẽter facit.

Quintus.

Quintò, notat Mornæus.

Pag. 56. *Illi ſpiritus Diuini ſcaturigini, quam in Romani Epiſcopi perſona Romæ proſtare cõtendebant, opponi ab Africanis tot tantiſque ſanctis viris, in ſua Prouincia congregatis, Spiritum Dei multò minus defuturum.*

Epiſcopi ſi forte pares ſint cũ Romano in examinãdis cauſſis, non tamẽ ſunt in his, quæ ſpectãt ad fidem, &c. ſtatuendis.

EQuidem in his, quæ ad fidem, vel diſciplinã Eccleſiaſticam ſpectant, definiendis, aut cõſtituendis, præualere Rom. Põtificis iudicium cæteris Epiſcopis, nemini dubitandũ: at in examinãdis cauſsis Presbyterorum, aut inferiorũ Clericorum, vel etiam Epiſcoporũ, ſumma prudentia, & conſilio maturè, ac rectè aliquãdo iudicaturos inferiores Epiſcopos, æq; ac Romanum Pontificem, ipſiq; aut per falſos teſtes, aut per fraudes appellantium, æque ac cæteris, imponi poſſe, non inficiamur; non tamen id tollit ius appellationum; eadem enim ratione, neq; ab inferiori magiſtratu ad ſuperiorẽ eſſet prouocatio; cùm tamen error particularis, qui in aliquo facto occurrere poteſt, iuri naturæ, gentium, & ſcripto præiudicare minimè debeat.

Ea tamen parit ius, nõ impediunt appellationes ad Rom. Pont.

Sextus Mornæi ſcrupulus.

Sextò, notat

Legatum à latere, nullum ſe admittere, nullum noſſe, non illius in Canonibus veſtigium. Pag. 56.

AT enim ſatis eſt, ſi nobis conſtet de Primatu, & auctoritate Romani Pontificis in omnes Eccleſias, vt omnium Epiſcoporum cauſſas ad ſe delatas, ſiue per ſe, ſiue per alios, agnoſcere poſsit. Nec certè opus erat omnes modos priuatim, & diſtinctè ſacris canonibus definiri, quibus Romanus Pontifex ſuam auctoritatem exerceret, quæ illi à Chriſto, non ab Eccleſia collata: Illius eſt Synodis Epiſcoporum, vbi grauiora negotia tractantur, per ſe, vel per Legatos à latere, præeſſe, idque ſemper obſeruatum, etſi non ſacris Canonibus prius definitum. Quòd verò ingerunt Africani Epiſcopi de non mittendis *Legatis à latere* in Africam, & executoribus cùm Potentibus: non ideò iuri appellationis voluerunt derogatum; ſed illud magis optabant, vt ipſe Rom. Põtifex cauſſam ipſam propinquis Epiſcopis per litteras delegaret.

Mittere *Legatos à latere*, in Africam, admittere Epiſcoporum appellationes, hoc interpretatur Mornæus,

Typhum ſæculi in Eccleſiam Chriſti inducere, quæ ſimplicitatis lucem, & humilitatis diem præfert; Pag. 56.

CItans & illud ex eorundem Patrum epiſtola ad Bonifacium,

Credimus, ſanctitate tua Romanæ Eccleſiæ præſidente, nos iam iſtum Typhum non eſſe paſſuros. Pag. 56.

Mornæus prætermiſit ea, quæ auctoritatem Rom. Eccleſiæ ſignificabant.

AT verò non citauit ex eadem epiſtola Mornæus, quòd omnia ad Bonifacium Papam referunt, quæ acta ſunt; & à Zozimo Pontifice mandata ſe accepiſſe teſtantur; quibus apertè indicant, ſe illum, vt ſuperiorem, agnoſcere. Neque citauit, quod ſcribunt, vt, quæ apud Nicænam à Patribus acta, vel conſtituta ſunt, ſic ab illis faciat ea cuſtodiri: vbi apertè cognoſcebant, & confitebantur Primatum Pontificis: ſiquidem ad eum pertinet facere, vt cuſtodiatur lex, qui legi ipſi præeſt. Recitant &, quæ erant in commonitorio de appellationibus Epiſcoporum, quæ nihil abſurdi continere illis videntur, etſi dubitarent, an reperirentur inter Canones Concilij Nicæni:

Facere vt lex cuſtodiatur eius eſt, qui legi ipſi præeſt.

Perpetuo (inquit) Dominum fratrem nuncupans; Sanctitatis enim titulum ne mireris, eũdem & ille ipſis tribuit, & ipſi cæteris Epiſcopis. Pag. 56.

Verùm Pontifex Romanus non eos appel-

ut *Dominos fratres* quemadmodum illi ſuperiorem agnoſcentes, cum nuncupant.

Huic Synodi Carthaginenſis placito (ait Mornæus) *ſolido adeo, vitrum, & ſi quid fragilius, Baronius opponit, luci tam apertè leues fumos.*

Pag. 56.

QVod verò illud placitum? Nam, vt ſupra ſatis ſuperque demonſtratum eſt, nullo canone Patres illi ſtatuerunt, vt nullum ius Romano Pont. in Africam tribueretur; vel vt non liceret vllo modo Epiſcopis Afris ad Romanam Eccleſiam prouocare; aut certè Nouator iſte huiuſmodi Canonem producat. Pergit Mornæus.

Primò malè eũ habet (Baronium) *quòd tres hi Pontifices Nicæni loco Sardicenſem Canonem adduxiße dicuntur. Si per errorem id factum; infallibilitas illa ſua quo iam abit? quo & Sanctitas, ſi per fraudem?*

Pag. 56.

AT neque errorem, neque fraudem ſubeſſe dicimus, vt conſtabit ex his, quæ ſcribit Baronius, ad annum 419. *Cum ſatis, ſuperque liqueat* (inquit) *Zozimum Papam optimam fouiſſe cauſſam, nec quicquam alieni iuris vſurpare conatum eſſe, quo & prædeceſſores omnes, abſque vlla controuerſia, potiti eſſet, dum Africanorum Epiſcoporum appellationibus ad Apoſtolicam ſedem detulerint, eiſque ius dixerint, atque cauſſas ipſas, de quibus contentiones obortæ eſſent, abſoluerint: quænam, rogo, ſubeſſe potuit ratio doli mali, & impoſturæ, vt ſuppoſuerit Nicæno Concilio canonem Sardicenſem? Cum præſertim, qui ab eo citatus eſt canon, non minoris eſſet auctoritatis, atque præſtantiæ, ac ſi eſſet Concilij Nicæni? vbi igitur nulla ineſſe potuit, vel leuis fingendi ratio, nefas eſt præſumere fictionem. Quis enim ignorat, paris auctoritatis fuiſſe Concilium Sardicenſe atque Nicænum, cùm ambo fuerint Oecumenica: immò hoc amplius ab illo iſtud habuerit, quòd illi ex Africanis Epiſcopis vnus tantum Cæcilianus interfuiſſe reperitur, Sardicenſi autem cum Grato Epiſcopo Carthaginenſi triginta eiuſdem Prouinciæ Epiſcopi præſto fuere: adeo vt, ſalua pace Catholica, nequaquam potuiſſent Sardicenſis Concilij Canones non recipere? Si ergo dolus malus ſubeſſe minimè potuit, alia planè exquirenda cauſſa eſt, cur à Zozimo ſub titulo Nicæni Concilij citatus fuerit Canon Concilij Sardicenſis. Coniecturæ locus patens eſſe debet, vbi ceſſat omnis de impoſtura ſuſpicio. Vnde licet opinari, vel quòd canon idem Nicæni Concilij fuerit cum alijs translatus in Sardicenſe; vel quòd, cum id celebratum ſit pro corroboratione Nicæni Concilij, idem reputatum cum illo fuerit: quod apud veteres adeò conſtans fuit, vt, cùm recenſerent Concilia generalia, poſt Nicænum ponerent Conſtantinopolitanum, prætermiſſo penitus Sardicenſe, quod tamen fuiſſe Oecumenicum liquet.* Iſta non produxit Mornæus quæ *leues fumos* appellat, & quibus nihil habebat, quod reſponderet, niſi quod impoſtor hæc citat tanquàm à Baronio ſcripta,

In citãdo hoc canone nec error fuit, nec fraus.

Concil. Sardicen. paris auctoritatis cũ ac Nicænum.

Ex African. Epiſc. vnus tãtũ ad fuit in Nicæno Conc. in Sardic. autẽ 30. cũ Epiſc. Carthag.

Canon ille cur ſub titulo Nicæni Concilij citatus.

Concil. Sardic. idem reputatumq; Nicæno, & cur.

Textus fortè corruptus, Sardica in Nicæam mutata,

Pag. 56.

SVbiungens, ſe ſupra euiciſſe Sardicenſem Synodum nunquàm habitam Oecumenicam. Nos autem ſupra Antidoto contra oppoſitionem quintam, fuiſſe Oecumenicam contra Mornæum euicimus. An ideo quia Canon ille de appellationibus Epiſcoporum ad Romanum Pontificem, ex commonitorio Zozimi citatus à Legatis, erat Concilij Sardicenſis, ideo non erat & Nicæni Concilij? Pergit itaque Baronius: *Sed nec mirum eſt, quòd nec nouum ſit ſi vnus, idemque canon, vel plures, ſub diuerſis Concilijs cenſeantur. Nam, ne longè petita quæramus exempla, in promptu eſt, quòd in Concilio Carthaginenſi, anno ſuperiori celebrato inſerti habentur canones Concilij Mileuitani. Inſuper & canones Concilij Hipponenſis, translati ſunt in ſuperiora Concilia Carthaginenſia. Quid ergo impoſturæ erit, ſi canones, qui poſiti reperiuntur ſub titulo Conciliorum Carthaginenſium, quis citauerit nomine Conciliorum Mileuitani, vel Hipponenſis? Num, qui id faceret, exclamaueris impoſtorem? Non puto: immò potius exactum canonum cognitorem, qui nouerit proprios fontes vnde manarint. Certè quidem plura de Concilio Nicæno ſunt exempla, aliquot eiuſdem Concilij canones translatos fuiſſe in Cõcilium Sardicenſe, nimirum quintum, decimumquintum, decimumſextum, & decimumſeptimum, quos ex ſcriptos inuenies in Concilio Sardicenſi ſub numeris primo, decimonono, & decimoſexto.* Verùm (inquies) canon *de appellationibus* non fuit ſancitus in Concilio Nicæno, nec inde in Sardicenſe translatus, cùm Codices Africani, & alij Orientalium Eccleſiarum illo carerent. At Baronius ibidem: *Ego* (inquit) *cõtra Romanæ Eccleſiæ Codices illos habuiſſe, teſtificatione Zozimi, aſſeram: Modo æqua lance perpende, quibuſnam codicibus maior adhibenda ſit fides: ſimul conſiderans, quæ longo tempore ſit paſſa naufragia Eccleſia Africana, factione Donatiſtarum, qui cùm Arianis fœdus inierant, quorum nequitia, & illud quoque factum, vt ipſum Concilium Sardicenſe, idemque Oecumenicum, cui & cum Primate Epiſcopo Carthaginenſi triginta Epiſcopi Africani interfuerunt, poſteris Africanis penitus interceptum fuerit, vt omnino perierit, immò & nomen ipſum malè apud eos audiens reſpueretur, tanquam conciliabulum hæreticorum. Conuerte rurſus oculos ad Oriẽtis Eccleſias, & quibus per plurimos annos fluctibus iactatæ fuerunt, cõſidera Arianis Epiſcopis præſidentib. expulſis penitus Catholicæ cõmunionis Epiſcopis: quibus omnibus malis caruiſſe Romanam Eccleſiam certum eſt. Ex quibus planè iure argumentari liceat, fideliores habendos eſſe codices in Romanæ Eccleſiæ archiuo diligenti cuſtodia aſſeruatos, quam quoslibet alios diuerſarum Prouinciarum.* Si igitur is canon non reperiebatur in codicib. Africanis, & Orientalibus deprauatis, corruptis, & mutilatis; an ideo non reperiebatur in codicibus Romanæ Eccleſiæ, ex quibus eum citabat Zozimus? Proſequitur Baronius; *Nec recens eſt eiuſmodi argumentatio, ſed iã vetus à maioribus vſurpata, & ſolida fide recepta cùm contigit, in diſceptationẽ venire fidem codicum Romanorum, & Orientaliũ; quando ex integritate Rom. Eccl. chartarũ fuit perſpicuè demõſtratũ, ipſas ſacroſanctas Synodos Oecumenicas apud* Orien-

Mornæus nõ habens, quod Baronio reſpondeat, impoſturã agit.

Mirũ nõ eſt, ſi vnus Canõ aut plures ſub diuerſis Concilijs cẽſeantur, & cur.

Romanis codicib. adhibẽda maior fides, quàm alijs, & cur.

Codices Orientaliũ aliquãdo reſtituti ex Romanis.

Digitized by Google

Oriẽtales ab hæreticis eſſe corruptas, labefactatas, ac penitus in falſũ ſenſũ mutatas, & deprauatas: quas & ex Romanis Codicib. oportuit in priſtinũ veritatis candorẽ reſtituiſſe. Facit de his certam fidem Gregorius Papa lib. 5. epiſt. 14. & nos iam alibi citauimus.

Ex his omnibus conſtat, quàm perperã iſte ſcribat, malè habere Baronium, quòd tres hi Pontifices Zozimus, Bonifacius, & Cœleſtinus Nicæni loco, Sardicenſem canonẽ adducant: cum ſcribat apertè, canonem illum rectè citatum ex Concilio Nicęno, vel quod vtraque hęc Synodus pro vna ſit reputata; vel quod etiã hic canon à Nicæña translatus ſit in Sardicenſem Synodum. Rectè etiã Bellar. lib. 2. de Rom. Põt. ca. 25. *Non maior eſt error* (inquit) *citare Nicænum Concilium pro Sardicenſi quam Matthæum pro Ioãne, vel Hieremiam pro Zacharia, vt citauit Matthęus cap. 17. Sicut ergo non poſſumus vocare Matthęum falſarium, quia idẽ Spiritus Sanctus in Hieremia & Zacharia loquutus eſt: ita nec debuiſſent Summi Pontifices appellari falſarij, etiamſi Nicænũ Conciliũ pro Sardicenſi citarint: cùm eadem ſit auctoritas vtriuſq; Concilij.*

S. Matthæi ſumit Hieremiã pro Zacharia.

Citra notã falſarij citari potuit Nicænũ Cõcil. pro Sardicenſ.

Baronius inde oſtẽdit, Patres Africanos noluiſſe derogare iuri appellandi ad Romanum Pontificem, nec proſequutiones cãuſſarũ apud eum, ſed modum proſequendi improbaſſe. *Cum plena fide probatum habeas* (inquit) *ius antiquum appellandi ab Africanis Epiſcopis ad Romanam Eccleſiam, illudque frequentibus, & antiquis, & recentioribus firmatum exemplis, perſpicuum redditum, non rem nouam tentaſſe Zozimum, & ſucceſſores, nec ſuffocatos eſſe (quod aiunt) ius appellandi, vſque adeo manifeſtum ſit &c.* At Mornæus.

Pag. 56.

Quid tibi hic lector reſponſione opus? cum ipſa epiſtolæ lectio ſufficiat.

AT & nos lectores quoſcumque, æquos rerum æſtimatores ad ipſam epiſtolæ lectionẽ remittimus, quam certè Baronium ſapiẽtiſsimũ, & doctiſsimum, præterea virum Dei, certo conſtat, melius intellexiſſe, quàm inſipidũ ex Patre Diabolo Mornæum, mẽdacia, & fabulas vndecunq; conſarcinantẽ. Ita ſcribit Baronius: *Conſidera lector, cuncta, quæ à nobis allata ſunt, pro defenſione Zozimi Papę & iurium Apoſtolicæ ſedis (quod ſincerè ſine fuco, & fallacijs rem agamus) non aliunde deprompta eſſe, quàm ex teſtificatione ipſorum Africanorum virorum, ac potiſſimum S. Auguſtini, & aliorũ, qui huic Synodo interfuerunt, aduerſantium Epiſcoporum, ex ſcriptis ab ipſis epiſtolis, & alijs: quibus perſpicuè intelligere poſſis omnia ritè, ſine dolo, & impoſtura, omniaq; fideliter a Zozimo, & ſucceſſorib. Rom. Pontificibus eſſe tractata.* Et Ferrandi Diaconi Carthaginẽſis Eccleſiæ, qui in fine huius ſæculi, magno ſplendore claruit, non Carthagine tantum, ſed in vniuerſa Eccleſia Africana, teſtimoniũ producit, qui in ſuo Breuiario, ſeu cõcordãtia, eorundem canonum meminerit, recẽſens eos ſub titulo Concilij Sardicenſis: immò ipſe rectè interpretatus, alteri eorum huiuſmodi præfixerit titulũ: *De Prouinciali Synodo retractãda per Vicarios Epiſcopi Vrbis Romæ (ſi ipſe decreuerit.) vt planè intelligas* (inquit Baronius) *ne quicquã ab ipſis appellationis iuri, ſed nec executioni ipſius per Vicarios, nempe Legatos de latere, faciendæ, eſſe derogatum, vel imminutum; cùm modum dumtaxat illis diſplicuiſſe, quæ dicta ſunt ſuperius, doceant.* Hæc omnia arreptitius iſte quæcunque ignorat blaſphemans, *ſumos* appellat, qui ad hanc lucem, ſcilicet ad ea, quæ ſcribit, protinus euaneſcant. Proſequitur.

Pag. 56.

Ecquis de eorum arrogantia dubitat? Ecquis ex prauis moribus bonas leges orirì neſcit? vſurpationes edictis de finibus regundis occaſionem dare?

QVænam arrogantia, ſua iura, immò Diuina inſtituta integra, atq; inuiolata ſeruari velle? Quis canon ſancitus? quę lex bona cõſtituta ab illo Concil. cõtra appellationes Epiſcoporum, tanquàm prauè introductas ad Rom. Põt. an inter canones Concilij illius Africani, quẽ nobis produxit aduerſarius, vllus huiuſmodi extat? quæ verò vſurpationes Romanorũ Pontificum, vt fines ſuæ iuriſdictionis aliquãdo exceſſerint? Certè L. 3. c. de fin. regũd. *Cùm de finib. quęritur ſicut in cæteris realib. iudicijs de poſſeſſionis iure quæri ſolet, quo videlicet modo, & loco termini hactenus ſint obſeruati, & poſſeſſi.* Sed à principio naſcẽtis Eccleſiæ, ita vſu receptũ, & obſeruatum, vt Pontifex Rom. non vnã diœceſim dũtaxat, ſicut reliqui epiſcopi, adminiſtraret, aut aliquot Prouincijs coarctatam haberet iuriſdictionẽ, vt reliqui Patriarchę; ſed vt Eccleſiam vniuerſalem quaquauerſum diffuſam regeret, & omnib. Epiſcopis p vniuerſas Prouincias iura ipſe præſeriberet. *In finalibus quæſtionibus* (vt reſpondit aliquando Papinianus) *vetera monumenta, cenſus auctoritas ante litem inchoatã ordinati ſequenda eſt; modo ſi non varietate ſucceſſionũ, & arbitrio poſſeſſorũ fines, additis, vel detractis agris, eſſe permutatos demonſtretur: monumenta* verò, intelligit, q̃ ſunt in agris ſculpta ſaxis, vel ære priſco. At vetera monumẽta ad probandum iuriſdictionẽ Rom. Pontif. in oẽs Eccleſias, & ius appellationis vndiq; ad eũdem, extãt apud nos ipſa verba Chriſti in Euãgelio, quibus Petro, cuius ſucceſſor eſt Rom. Põtifex, totius Ouilis ſui curam, & adminiſtrationem commiſit: Teſtimonia præterea SS. Patrũ, & ſacrorum Conciliorũ: ex quib. conſtat, quanta ſit Romani Pont. ſupra omnes auctoritas. Immò, quia teſtimoniũ ab aduerſario fit miſſimũ eſt, vel ex hoc Mornæi opere colligi poteſt, Romanos Pont. ab initio in ea poſſeſſione iuriſdictionis vniuerſalis, & nullis finib. coarctatæ fuiſſe: vt his verbis Tertul. lib. de præſcr. c. 37. liceat violatorẽ iſtũ iuris Diuini, ac ſacræ publicæ auctoritatis perturbatorẽ alloqui: *Qua poteſtate limites meos commoues? Mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, prior poſſideo, habeo origines firmas ab ipſis auctorib', quorũ fuit res: ego ſum hæres Apoſtolorum, ſicut cauerunt teſtamento ſuo, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adiurauerunt, ita teneo.* Inſignis impoſtor Mornęus ita ſcribentem fingit Baronium:

Quo ratio ſeruãda cũ de finibus quæritur.

A principio naſcentis Eccleſiæ Rom. Pont. vniuerſalẽ Eccleſiã rexit.

Monumenta, quib. vniuerſalis iuriſdictio Rom. Pont. probatur.

Ex operib. Mornæi oſtẽſa Pont. auctoritas.

Maliticſa Mornæi impoſtura.

Pag. 57.

Cælestius Pelagij ſocius in Africa dãnatus ad Zozimum Epiſcopũ Romanũ appellat, & is appellationem ſuſcipit.

VBi ita ſcribit Baron. ad an. Chriſti 417. *Meminiſſe debemus Cæleſtium Pelagij hæreſiarchæ an-*

Digitized by Google

teſignanum, tanquam noua hæreſis promulgatorē iam diu ante damnatum ab Epiſcopis Africanis in Cõcilio Carthaginenſi appellaſſe Apoſtolicam ſedem: verũ quod ſe ſciret experturum Innoc. Papã ſibi aduerſariũ appellationem nequaquam proſequi voluit ipſo autẽ defuncto ad ſucceſſorem illius Zozimum ſe contulit, vt ab ipſo audiretur, non quidem proſequuturus appellationem (vt in ſuo libello Paulinus teſtatur) elapſo iam appellandi tempore; ſed aduerſus accuſatores querelas illaturus. Quòd verò etiam ſciret ſe ab ipſo Zozimo fore damnãdum ſi qualis eſſet, detegeretur hæreticus: ea arte cõcinnauit ſcriptum à ſe libellum, vt non poſſet etiam, ſi Zozimus vellet, ab ipſo reijci, ſed ſuſcipi cogeretur; vtpote qui poſt enarrata, quæ de fide ſentiret, eiuſmodi ad finẽ appoſuit verba: Si forte (vt hominibus) quiſpiam ignorãtiæ error obrepſerit; veſtra ſententia corrigatur. Vbi igitur ſcribit Baronius Zozimum ſuſcepiſſe appellationẽ Cœleſtij? conſideremus & quæ ſubiungit: *Adiecit autem prudenter Zozimus, ad explorandam hominis fidem, interrogare eum exactiſſimè, ſi aſſentiretur epiſtolæ aduerſus errores Pelagij ab Innocentio prædeceſſore ad vniuerſam Eccleſiam datæ, cui ſe idem conſentire profeſſus eſt. Qua de cauſa accidit, vt ipſe Zozimus lenius cùm Cœleſtio egerit, ſpem concipiens, eum Eccleſiæ Catholicæ reſtitutum iri.* Verùm Zozimus appellationẽ ſuſceperit Cœleſtij: An ideo hæreſim illius probauit, aut iudicium Africanorum Epiſcoporum contra eundem damnauit? Legi poteſt iterum D. Auguſt. lib. 2. cõtra duas epiſt. Pelag. cap. 7. *Vbi tot, & tantis* (inquit) *inter Apoſtolicam ſedem, & Afros Epiſcopos currentibus, & recurrentibus ſcriptis Eccleſiaſticis, etiã geſtis de hac cauſa apud illam ſedem Cœleſtio præſente, & reſpondente confectis, quænam tandẽ epiſtola venerandæ memoriæ Papæ Zozimi, quæ interloquutio reperitur, vbi præceperit credi oportere, ſine vllo vitio peccati originalis hominem naſci? Nuſquam prorſus hoc dixit, nuſquã omnino conſcripſit. Sed cùm hoc Cœleſtius in ſuo libello poſuiſſet, inter illa duntaxat, de quibus ſe adhuc dubitare, & inſtrui velle confeſſus eſt, in homine acerrimi ingenij, qui profectò, ſi corrigeretur, plurimis profuiſſet, voluntas emendationis, non falſitas dogmatis approbata eſt. Et propterea libellus eius Catholicus dictus eſt, quia & hoc catholicæ mẽtis eſt, ſi qua forte aliter ſapuit, quàm veritas exigit, non ea certiſſimè definire, ſed detecta, ac demonſtrata reſpuere.* Rurſum poſtea. *Nunc verò cùm primitus Beatiſſimi Papæ Innocentij litteræ Epiſcoporum litteris reſpõdentes Afrorum, pariter hunc errorem, quem conantur iſti perſuadere, damnauerunt, ſucceſſor quoque eius Sanctus Papa Zozimus hoc tenendum eſſe, quod iſti de paruulis ſentiunt, nũquam dixerit, nunquam ſcripſerit. Inſuper etiã Cœleſtium ſe purgare molientem ad conſentiendum ſupradictis ſedis Apoſtolicæ litteris, crebra interloquutione cõſtrinxerit, profectò quidquid interea lenius actum eſt cum Cœleſtio, ſeruata duntaxat antiquiſſimæ & robuſtiſſimæ fidei firmitate, correctionis fuit clementiſſima ſuaſio, non approbatio exitioſiſſimæ prauitatis.* Vbi & teſtatur, Pelagium, & Cœleſtium à Zozimo damnatos eſſe. Quid igitur habet iſte, quo ſanctum hunc Pontificem, quem tantopere laudat D. Auguſtinus, calumnietur?

Quo fine Cœleſtius ad Zozimũ ſe contulerit.

Art, qua Cœleſtius ſuũ libellũ concinnauit.

Zozimus, quem Mornæus vituperat, ab Auguſt. laudatur.

Quo ſenſu Cœleſtij libellũ Zozimus dixerit catholicum.

Zozimus cur lenis in Cœleſtium.

Pag. 57.

A Papali (inquit) *id perpetuo genio, ingenio, querulos, quotquot ſunt, ad ſe inuitare, à pernicioſiſſimis interdum hæreticis, palpent modò, & adulentur, facilè decipi.*

QVod ſi Cœleſtius litteris Beatiſsimi Papæ Innocentij ſe conſentire profeſſus eſt, inſuper ſe damnaturum omnia, quæ damnarat ſedes Apoſtolica, an non audiri debuit? an verò ita decepit Zozimum, vt is errorem illius approbaret, cùm eum potius vna cum Pelagio dãnauerit, & ab Eccleſiaſtica communione reſciderit? *Equidem illa ingenia,* (ait D. Auguſt. lib. 2. contra duas epiſt. Pelag. cap. 3. de Pelagio, & Cœleſtio loquens) *quamuis nefando errore peruerſa, non tamen contemptibilia, cum ſtudioſè corrigenda potius, quàm facilè damnanda viderentur, aliquantò lenius, quàm ſeuerior poſtulabat Eccleſiæ diſciplina, tractata ſunt, &c.* Et hoc eſt, quod Patres, qui Carthagine conuenerant, ſub infenſo tulere animo, quod Zozimus ad audientiam Cœleſtium admiſiſſet, qui tamen eo laudatur maximè à Diuo Auguſtino, quòd hac via hominem hæreticum ad ſanam, & Orthodoxam fidem reuocaturum ſe putaret; nec id ſibi leui coniectura perſuaderet, cum ille Innocentij prædeceſſoris ſui litteris conſentire profeſſus eſſet, & omnia damnaturum, quæ ſedes Apoſtolica damnaret, promiſiſſet. Quando verò ab hæreticis Palponibus, & adulatoribus deceptus Zozimus? Diuus Auguſtinus libro de peccato Originali capitulo 8. *Fefellit* (inquit) *iudicium Palæſtinum* (Pelagius) *propterea ibi videtur eſſe purgatus: Romanam verò Eccleſiam, vbi eum eſſe notiſſimum ſcitis, fallere vſquequaque non potuit, quamuis & hoc fuerit vtcumque conatus; ſed, vt dixi, minimè valuit. Recoluit enim Beatiſſimus Papa Zozimus, quid imitandus prædeceſſor eius de ipſis ſenſerit geſtis.* Et libro ſecundo contra duas epiſtol. Pelagian. capitulo 4. *Quomodo ab iſtis fidei deſertoribus, & oppugnatoribus gratiæ Romani Clerici præuaricationis arguuntur ſub Epiſcopo Zozimo, quaſi aliud ſenſerint in damnatione poſteriore Cœleſtij, & Pelagij, quàm quod ſub Innocentio in priore ſenſerunt?* Conſtat igitur falſiſsimum eſſe, quod iſte ſcribit à Palponibus & adulatoribus hæreticis deceptos eſſe aliquãdo Romanos illos Põtifices. Quod ſi Zozimus ad audientiam Cœleſtium admiſit: equidem illius erat in primis nouam emergentem hæreſi damnare: *non eſt autem conſuetudo Romanis* (aiebat Feſtus Proconſul Act. 15.) *damnare aliquem priuſquam is qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina.* Et Nicodemus apud Ioannem cap. 7. *Nunquid lex noſtra iudicat quemquam, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit, quid faciat?* Non igitur reprehendendus Zozimus, quòd Cœleſtium, priuſquam eum dãnaret, iudicio ſe ſiſtentem, minimè cõtumacẽ, ſed audiri poſtulantem, ad audientiã admiſerit: & Africani immeritò id grauiter tulerũt. Legi poteſt epiſt. ipſius Zozimi ad eoſdẽ apud ipſum Baronium, ad annum Chriſti 417.

Quomodo Zozimus à Cœleſtio deceptus.

Quod Patres Carthagin. iniquè de Zozimo tulerũt, D. Auguſtin. laudat.

Pelagius Palæſtinũ iudiciũ fefellit.

Idẽ ſenſerunt apud Rom. Eccleſiam, ſed in caſſum.

Falſiſſimũ Mornæi commentum.

Zozimus non reprehendendus, quod audierit Cœleſtium.

Ex ipſis Epiſcopis Africanis vſũ appellationum ad Rom. Põtificem antiquum, eſſe Baron.

Vſus appellationũ ad Rom. Pont. antiquus.

ad

ad annum 419. oſtendit, ac in primis & Auguſt. epiſt. 162. vbi ſcribit manifeſtè, Cæciliano Epiſcopo Carthaginenſi licuiſſe appellare ad Romanam Eccleſiam: inde ſubiungens. *Sed quid vetera exempla quærimus? ſuppetunt quidem noua, quæ, ſedente ipſo S. Auguſt. in Numidia, contigerunt, ac quidem minimè dubia: haud enim harum eſt leuis aſſertio, quę eodem tanto Patre, atque Doctore teſtante, inculcante, in pluribus comprobante, adducemus in medium. O mira Dei prouidentia in rebus Catholicæ Eccleſię moderandis. Eo ipſo tempore quo de Niceno Canone ea inter Africanos Epiſcopos controuerſia agitabatur, caſum cõtigiſſe voluit, cuius occaſione ipſemet Sanctus Auguſtinus, quem dictis Concilijs Carthaginenſibus interfuiſſe diximus, compulſus ſit exempla adducere, quibus demonſtraret Africanorum Epiſcoporum recurſus, & appellationes ad Romanam Eccleſiã; cum agit de Antonio Epiſcopo Fuſſalenſi, qui relicto illi Epiſcopatus honore, functionibus tamen fuerat interdictus Epiſcopi; ſic damnatus ab Africanis Epiſcopis, vt miniſtratione ceſſaret Epiſcopatus. Cùm iſte ſic priuatus, apud ſedem Apoſtolicam appellans, reclamans dixit: Aut in mea cathedra ſedere debui, aut Epiſcopus eſſe non debui. Aduerſus hunc S. Auguſtinus, qui vnus fuit ex Epiſcopis, qui eum ea ſententia damnauerant, ſcribens ad Cœleſtinum Papam epiſto. 261. oſtendit, ſępius accidiſſe, vt Epiſcopis Africanis priuatis adminiſtratione Epiſcopatus, honor tamen cum nomine Epiſcopi eiſdem relictus fuerit. In his* (vt ait) *ipſa ſede Apoſtolica iudicante, aut aliorum iudicia firmante, &c.*

Quo tẽpore controuertebatur de Nicæno canone. D. Aug. occurrit occaſio, vt appellationum ad Rom. Pont. exẽpla adduceret.

Verum illa iudicia abuſus non vocat Auguſtinus; inde maximè oſtendit rectam fuiſſe ſententiam in Antonium Fuſſalenſem Epiſcopum latam. Cui verò legi, aut Synodi placito, abuſus illi cauſſam dederunt? neque enim hactenus proferre potuit Mornæus aliquem Synodi illius canonem, quo prohiberentur Epiſcoporum appellationes ad Romanum Pontificem; vnde iſtius impudentiam ſatis mirari non poſſum, cum ita ſcribit.

Inſignis impudentia Mornæi.

Pag. 57.

Nobis longè potius adorandi Dei materia ſuccurrat, qui in hac Synodo, pro ſua ineffabili ſapientia, ex tot enormibus exceſſibus rectam normam; ex tot caſibus exorbitantibus, rectum ius, cui de cætero Africanæ Eccleſiæ ſibi ſtandum intelligant, elicuerit.

QVæ enim, quæſo, recta illa norma, aut quod certum illud ius? An verò id improbat Auguſtinus, quòd Fuſſalenſis Epiſcopus primò Bonifacium, deinde Cœleſtinum adierit, aut ideo quòd (vt iſte ſcribit) eum vi reſtituẽdum ſuſceperunt? Expendamus, quæ ſcribit epiſt. citata. *Quia Paſtorali, vigilique cautela Beatiſſimus Papa Bonifacius in epiſtola ſua poſuit de Antonio loquens Epiſcopo, & ait: Si ordinem rerum nobis fideliter indicauit: accipe nunc* (*Cœleſtinum Papam alloquitur*) *quæ poſt eius ſanctæ memoriæ viri in Africa litteras, geſta ſunt, & ſubueni hominibus, opem tuam in Chriſti miſericordia multò auidius, quàm ille poſcentibus, à cuius inquietudine deſiderant liberari. Iudicia quippe illis, & publicas poteſtates, & militares impetus, tanquam exequuturos Apoſtolicæ ſedis ſententiam ſiue ipſe, ſiue rumores creberrimi comminantur, vt miſeri homines Chriſtiani Catholici grauiora formident à Catholico Epiſcopo, quàm cum eſſent hæretici à Catholicorum Imperatorum legibus formidabant.* Hæc partim citat Mornæus, ſed quid inde colligit?

Qua cautione Bonifacius de Fuſſalenſi Epiſc. locutus.

Auguſt. timuit, ne mitterentur executores pro reſtitutione Fuſſalenſis Epiſ.

Aduerſus iſtam veſaniam (inquit) *Auguſtinus Epiſcopus num aliud potuit?* Pag. 57.

AN verò, ſi ipſe Antonius Epiſcopus, aut crebri rumores id comminabantur, ideò verum erat, Cœleſtinum velle tanta violentia cõtra ſententiam Auguſtini, & aliorum Epiſcoporum eum Epiſcopali officio reſtituere? Subiungit Auguſtinus. *Non ſinas iſta fieri, obſecro te per Chriſti ſanguinem, per Apoſtoli Petri memoriam, qui Chriſtianorum præpoſitos populorum monuit, ne violenter dominentur inter fratres.* Vnde conſtat Auguſtinum Romani Pontificis auctoritatem agnouiſſe; nam ſi ſuperiorem Epiſcopis Africanis eum non agnouiſſet, aut iudicem competentem, ad quem ab eorum iudicio prouocari poſſet: quid opus erat eum ad Cœleſtinum ſcribere, eundemque obſecrare, ne ſicut ferebatur, Fuſſalenſem Epiſcopum in ſuam ſedem reſtitui iuberet? *Annuiſſe Auguſtino Cœleſtinum, inde certam capimus coniecturam* (ait Baronius, ad annum Chriſti 424.) *quòd idem Cœleſtinus vehementer ipſum coluit Auguſtinum, & laudibus mirificè celebrauit; eiuſdemque ſcripta ſarta tecta voluit in Eccleſia eſſe defenſa, & cuſtodita. Haud enim par eſt credere, Cœleſtinum hæc rogantem, & enixius expetentem Auguſtinum, negando, in vehementiorem mœrorem conijcere voluiſſe, quem dilexiſſe, & in magno honore habuiſſe certum eſt. Quòd inſuper conſtet, poſt hæc perſeueraſſe Auguſtinum ſuæ Hipponenſi Eccleſiæ Epiſcopum præſidere, æquè manifeſtum indicium eſt, ex animi eius ſententia Cœleſtinum in eadem cauſſa reſcripſiſſe:* nam ad eundem ſcripſerat. Si peſſimum hominem contingeret in ſedem reſtitui per Romanum Pontificem, ſe cogitaſſe, vt ab officio gerendi Epiſcopatum abſcederet, ſi per eum, cuius Epiſcopatui per imprudentiam ſuffragatus eſſet, vaſtari Eccleſiam Dei, & cum vaſtantis perditione perire conſpexiſſet. Sed magnus iſte Iuriſconſultus.

Sic enim ferebatur.

S. Auguſt. Rom. Pont. auct. eſſe agnouit.

Cœleſtinus annuit Auguſtino.

In Republica (inquit) *benè conſtituta, exemplis viuitur aut legibus? delicta attendimus, an præcepta? quid facti, an non potius quid iuris?* Pag. 57.

EQuidem exempla appellationum non ſunt præter leges, immò illis maximè conſentanea; neque delictum in ſe continent, aut à iure ipſo diſcordant: Et exempla paſsim occurrunt huiuſmodi appellationum, quæ ſanctiſsimis Epiſcopis, & Sacrorum Canonum peritiſsimis nunquàm abſolutè improbatæ: etſi nulli eſſent ſanciti canones de appellationibus; an ideo exempla illa ſunt reijcienda? Maximè cum nullus canon prohibeat huiuſmodi appellationes? D. de legg. L. 33. *De quibus cauſſis ſcriptis*

Exẽpla appellationũ ſunt legib. conſentanea

Diuturna conſuetudo quam vim habeat.

legibus non vtimur, id cuſtodiri oportet, quod moribus, & conſuetudine introductum eſt. L.33. diuturna conſuetudo pro iure, & lege in his, quę non ex ſcripto deſcendant, obſeruari ſolet. L. 35. Sed & ea, quæ longa conſuetudine comprobata ſunt, ac per annos plurimos obſeruata, velut tacita ciuium conuentio, non minus, quàm ea, quę ſcripta ſunt, iura ſeruantur. L.37. dicitur conſuetudo optima legum interpres. Cùm igitur Baronius rectè oſtendat, iam antiquitus vſu receptas eſſe in Eccleſia Epiſcoporum appellationes ad Romanum Pontificem, & exempla extent frequentiſsima huiuſmodi appellationum, ſic, vt ad eum aliquando prouocarint (vt alibi iam oſtenſum) ſanctiſsimi Epiſcopi, Athanaſius, Chryſoſtomus, & alij; & quicquid iſte nugetur, nulla vnquam lex vel antea, vel poſtea edita ſit in contrarium; econtra verò, hãc conſuetudinem ſacris canonibus, & auctoritate Sanctorum Patrum corroboratam idem oſtendat; quæ tanta iſtius temeritas, & audacia, vt de Baronio doctiſsimo, firmiſsimis tot præſidijs, circumſepto, & vallato aggrediendo vel cogitaret? Quæ demum impudentia, *abuſum* nominare, quod Patres Cõcilij Nicæni, (quicquid iſte inficietur) item omnes Epiſcopi Occidentales Catholici in ſacro Concilio Sardicenſi, quod negare non poteſt, nec tantorũ Patrum auctoritati, niſi Arianum ſe profiteatur, detrahere, ſanciuerunt?

Appellatio nes nonniſi per ſummã impudentiã dicta abuſus.

De Canone de libris canonicis, edi to in Conc. Carthag.

Eius Canonis cõfirmatio petita à Rom. Pont.

Baronius ad annum Chriſti 419. *In Concilio Carthaginenſi* (inquit,) *ſiue hoc, ſiue alio, ſub eodem Bonifacio celebrato editus eſt canon de libris canonicis Diuinę ſcripturę: extat adhuc, ſed neſcio, quomodo relatus ſub Concilio Tertio Carthaginenſi ſub numero 47. vbi ad finem de confirmatione canonis per Romanum Pontificem Bonifacium iſta ſubijciuntur: Hoc etiam Fratri, & Conſacerdoti noſtro Bonifacio, vel & alijs earum partium Epiſcopis pro confirmando iſto canone innoteſcat, quia à Patribus iſta accepimus in Eccleſia legenda, &c.* Subiungit. *Ex quibus vides lector, quantum deferrent Africani Epiſcopi Romanæ Eccleſiæ, dum eodem tempore, quo ea agitabatur controuerſia, nihil remiſerunt ſummiſſionis, & reuerentiæ erga Romanum Pontificem, ſed & illud conſidera, quòd ſi in hagiographis ſuſcipiendis confirmationem requirunt illi ab Apoſtolica ſede, quantum abeſt, vt, ob cauſſam aliorũ canonũ, ab ea voluerint ſeparari?* At Morneus,

Mornai ad eum obiectio.

Pag. 57.

Canonem (inquit) *ipſum legiße, refutaſſe eſt. Placuit* (inquit) *ſolemnis hæc decretorum in Synodis vox, vt præter ſcripturas canonicas nihil in Eccleſia legatur, &c. Abſolutè igitur definiũt, & quod ſacra ſcripturæ ſolæ in Eccleſia ſint legendæ, & quænam ſint pro ſacris habendæ, &c.*

Canones tametſi abſolute editi, requirũt cõfirmationẽ Rom. Pont.

EQuidem id non inficiamur, abſolutè ſanciri ſacros canones in Concilijs; ſed tamen ita, vt non aliunde per omnes Eccleſias ipſa Concilia, & editi in eis canones robur obtineant, quam ſi Romani Pontificis, tanquàm ſupremi Eccleſiæ Rectoris, auctoritas, & cõfirmatio accedat. Neq; verò, (quòd vult Mornæus) addit, quod ſubiunctum eſt canoni: *Hoc etiam fratri & Conſacerdoti noſtro Bonifacio, &c.* vt concordiã inter Eccleſias neceſſariam cuſtodiãt, ſed quòd illius præ cæteris Epiſcopis in confirmandis ſacris canonibus auctoritatem agnoſcunt.

Eccleſiarũ concordia eget vno ſupremo iudice.

Quomodo verò Eccleſiæ omnes cõcordiam inter ſe neceſſariam cuſtodiant, aut in vnam quaſi compagem coaleſcãt, ſi omnes æquales sũt Epiſcopi, omnes pro arbitrio gubernare, & canones ſtatuere velint, ac in rebus fidei controuerſis proprio ſenſui omnes nitantur, nec vnius ſit ſuprema auctoritas, qui ſolicitudinẽ habeat omnium Eccleſiarum; & ſupremus ſit iudex, quem omnes auſcultare, & cuius vocẽ audire debeant? Verum obijcit Mornæus: Dicũt Patres Africani. *Fratri, & Conſacerdoti noſtro Bonifacio, vel alijs earum partium Epiſcopis, &c.*

Alia item obiectio.

Epiſcopo Romano (cõcludit Mornæus) *quid hic iuris præ cæteris?* Pag. 58.

Seria eius ſolutio.

VErùm primo loco Bonifacius, tãquam ille, cuius intererat maximè decreta illius Cõcilij confirmare, ponitur, & quæ ille probaret, ac cõfirmaret, cæteri itẽ Epiſcopi probaturi, & rata habituri intelligebãtur; quia etſi quæ controuerſia in Eccleſia oriretur, aut reſpondendũ eſſet ad conſulta Epiſcoporum Africanorum, adhibiturus intelligebatur Conſilium aliorum Epiſcoporũ. Et videmus, aliquando Epiſcopos ex remotioribus Prouincijs ad ipſum Romanũ Pontificem, & ſimul alios Epiſcopos in genere, vel etiam nominatim expreſſos, ſcripſiſſe; vbi quòd perpetuò ponitur primo loco Rom. Põtifex, veluti præſes, & Princeps reliquorũ eſſe intelligitur; cęteri ei accedere, & ab eius auctoritate pẽdere cognoſcuntur. Et vt refert Victor Vticenſis, lib. 2. de perſecut. Vvandalica, cũ aliquot poſt annos S. Eugenius Epiſcopus Carthaginẽſis à Rege Hunnerico Ariano ad collationem de fide appellaretur, *reſpondit, ſe ſcripturũ ad Collegas ſuos tranſmarinos, nec enim ſine conſenſu aliorum Epiſcoporum, & præcipuè Romanæ Eccleſiæ, quæ caput eſt omnium Eccleſiarũ de fide aliquid ſtatui poſſe.* Ita igitur ſcripſerat ad reliquos Epiſcopos: vt tamen præ cæteris agnoſceret Rom. Pontif. & quidem in omnes Eccleſias, auctoritatem.

S. Eugen. quantũ detulerit Romanæ Eccleſiæ.

An poſt Concil. 6. Carthag. Africana Eccleſia diuiſa fuerit à Romana. Pag. 58.

An poſt Conciliũ Carthaginenſe ſextum diuiſa fuerit Africana Eccleſia à Romanæ Eccleſiæ communione, affirmat hoc loco Mornæus. Et quidem id videtur colligi ex epiſtola Bonifacij II. ad Eulalium Alexandrinũ Epiſcopum, & epiſtola Eulalij Epiſcopi Carthaginenſis ad eundẽ Bonifacium, ex quibus colligitur, ab eo Concilio per annos centum, ſeparatos fuiſſe Carthaginenſes Epiſcopos à communione Sãctæ Romanæ Eccleſiæ, & tùm demum reconciliatos, ſubijciente ſe Eulalio Apoſtolicæ ſedi, & anathematizante anteceſſores ſuos: Has epiſtolas non modò obijciunt aduerſarij, vt hoc loco Mornæus; ſed etiam eas probare videntur Turianus lib. 3. pro epiſt. Pontif. capit. 2. Sanderus libro 7. de viſibili Monarch. §. 411. Alanus Copus Dialogo primo capitulo decimo. Verum, non niſi à Vafro quodam impoſtore con-

fictas

Epiſtola Bonifacio 2. & Eulalio Carthag. epiſc. falsò aſcripta: & vnde id colligatur.

fictas eſſe has Epiſtolas, rectè docet Baronius ad annum 419. Nam alioqui ex albo Eccleſiæ Catholicæ expungenda eſſent Sanctorum Africanorum Martyrum nomina, qui in perſecutione vuandalica pro fide Catholica magna gloria certantes, atque agonem ſuum patientia aſſecuti ſunt Martyrij palmam: delendiquè pariter forent ex Eccleſiaſticis tabulis præclariſsimi confeſſores, qui per illud ſpatium annorum centum in Africana Eccleſia claruere, doctrina, atque vitæ ſanctitate cōſpicui. Etenim ſi integro ſæculo hoc nempe à Bonifacio. 1. vſque ad Bonifacium 2. Africana Eccleſia perſeuerauit in ſchiſmate, nihil eſt, vt aliquis potuerit interea legitima impertiri corona Martyrij, vel in aliquo confeſsionis præmio munerari: cùm & ſententia Cypriani, & ipſius Auguſtini, Africanorum Antiſtitum, atquè Doctorum, certum, exploratumquè ſit, nullam eſſe poſſe ſchiſmaticorum coronam, & præmium, quæ nonniſi dentur in Eccleſia Catholica elargiri. Id etiam ex ratione temporum manifeſtæ redarguitur falſitatis, dum fingitur, Bonifacium ſecundum ſcribere ad Eulalium Epiſcopum Alexandrinum; cùm conſtet, tempore Bonifacij ſecundi præfuiſſe Eccleſiæ Alexandrinæ Timotheum, eius nominis tertium, ſiue quartum potius dicendum, eundemquè hæreticum, & à Romana Eccleſia alienū. Sed nec eſt quod fingi poſsit aliquis alius Eulalius nomine præfuiſſe Eccleſiæ Carthaginenſi, cùm tempore eiuſdem Bonifacij regnāte Gelimere Vuandalorum Rege, nec vnus poſſet reperiri in Africa catholicæ communionis Epiſcopus. Inſuper dum incōcinnus effictor in eadē Epiſtola meminit Iuſtini, tunc regnantis Imperatoris, quam apertè ſe mentitum eſſe ſignificat? Etenim eo tempore Bonifacij ſecundi, non Iuſtinus, ſed Iuſtinianus regnabat in Oriēte. Validiſsimis iſtis rationibus nihil habuit Aduerſarius, quod reſponderet, niſi quod,

Tempore Bonifacij 2. nō exiſtit is Eulalius, qui fingitur.

Nec illius tempore Iuſtinus imperabat.

Iuſtinum (inquit) *pro Iuſtiniano ſcribere, quàm Nicænam pro Sardica procliuiùs fuit.* Pag. 58.

AT nunq̄ docuiſſe Baroniū, Nicęā pro Sardica ſcriptā eſſe, conſtat ex ſuperioribus: nec certè tempore Iuſtiniani aliquis fuit Eulalius Alexandrinus Epiſcopus ad quē ſcriberet Bonifacius ſecūdus; nec item Eulalius Carthaginenſis Epiſcopus, qui ſcriberet ad eundem Bonifacium; quod tamen debuit oſtendere Mornæus. Legi poteſt Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice cap. 25. vbi iiſdem rationibus motus, quibus Baronius, ſuſpectas ſibi eſſe ſcribit eas Epiſtolas. Verum Mornæus,

Mornæus, præterquā quod impoſuit Baronio, no ſatisfacit argumento.

Quid habent (inquit) *de hac Epiſtola quod querantur, quam Concilijs à ſe editis inſeruerint?* Pag. 58.

EQuidē, quæ definita ſunt in Cōcilijs, ſiue ad fidem, ſiue ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectent, ſi confirmata ſunt à Summo Pontifice, nullo modo in dubium reuocare licet; non tamen omnia quæ illic obiter definiuntur, aut quæ inſerta ſunt Codicibus Conciliorum, habemus eodem loco, quo ſacras ipſas ſcripturas, in quibus ne minimus quidem error ineſſe putandus eſt.

Quæ inſerta in Concilijs probemus.

Ad alteram Baronij rationem: Quid tot Martyribus factum in perſequutione vuandalica totis annis 100. nihil aliud, quàm, pro more ſuo, verba effutit inania.

Suum (inquit) *eſt reſpondere, quippe cum Romanis Epiſcopis non id vſque adeo curæ.* Pag. 58.

SEd ſi eo repræhendendi ſunt Romani Epiſcopi, ergo illis incumbebat ex officio cura Africanarum Eccleſiarum. Subiungit.

Quod vel ex Græcarum Eccleſiarum exemplo pateat, quas Turcarū arbitrio tot ſeculis expoſitas, nihilo ſecius extra ſuam communionem tam olim reliquerunt. Pag. 58.

AN verò authores ſchiſmatis Græcorum ſūt Romani Pontifices? Annon ſponte ipſi, ſchiſma concitarunt, & ab obedientia, ac ſubiectione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ diſtraxerunt ſeſe: cum Romani Pontifices ſæpius operam dederint, etiam conuocatis generalibus Concilijs, vt eos ad reſipiſcentiam adducerent? Quos ideo, quòd in ſacrilego ſchiſmate obſtinati permanſerunt, non dubium in immaniſsimi Tyranni deueniſſe poteſtatem. An vero culpa eſt Romanorum Pontificum, quòd perditiſsimus Mornæus, & Sacrilegi Caluiniſtæ, ac Lutherani, à Chriſti corpore, quod eſt Romana, Catholica, Apoſtolica Eccleſia, auulſi ſunt, ideoque ad Tartara cum Diabolo Patre ſuo perpetuò releganțur?

Romani Pontifices minimè authores ſchiſmatis Græcorum.

Pœna ſchiſmatis Græcorū: Turcarū dominatus.

Bellarminus lib. 2. de Romano Pōtifice, cap. 35. aſſerit, Carthaginenſes Patres nunquàm ſtatuiſſe, vt nullum ius Romano Pontifici in Africam tribueretur, vel vt non liceret vllo modo Epiſcopis Afris ad Romanam Eccleſiā prouocare. *Nam in primis* (inquit) *eiuſmodi decretum nuſquam extat, deinde, ipſi Africani Patres in Epiſtola ad Bonifacium, & in altera ad Cæleſtinū concordiam, & ſubiectionem ſuam ad Apoſtolicam ſedem apertiſſimè teſtantur &c.* At Mornæus, id aſſerere præter omnem fidem Bellarminum, ſcribit: cum ipſi apertè dicant. *Quanto magis hoc de Epiſcopis voluit obſeruari?* Sed quæ ſequuntur malignè ſupprimit, ſcilicet: *Ne in ſua Prouincia communione ſuſpenſi à tua Sanctitate, vel feſtinato, vel præproperè, vel indebitè videantur communioni reſtitui.* Ex quibus verbis Epiſtolæ ad Cæleſtinum, vt etiam ſuprà iam obſeruatum eſt, colligimus, eos non prohibere appellationes ad Romanam ſedem, ſed tantùm admonere ipſum Romanum Pontificem, nè faciliùs, quàm par eſt, nec feſtinato, vel præproperè, aut indebitè agat: vt illis verbis maturum expoſcant pag. 58.

Mornai fraus in aliqs præſcīdis, aut eiuſde loci ſupprimēdis.

Africani non eius prohibent appellationes ad Rom. Pont.

iudi

iudicium, non verò recuſent: quem & impēdio deprecantur, vt deinceps non facilè aures appellantibus præbeat: Quod certe non eſt legem de appellationibus recuſare, aut ſtatuere, non poſſe Pontificem, ſi velit, appellationes admittere. Hæc rectè obſeruata à Bellarmino. quæ, cùm animaduertiſſet Mornæus, ſe non poſſe impugnare, conſultò omiſit. Et quod poſtulant illi Patres, omnia negotia terminari in Africa: neque id iuri appellationum quicquam detrahit; ſed quòd teſtes neceſſarij Romæ adeſſe non poſſent, cùm non ita facilè eſſet ex Africa nauigare; ideò cupiebant, Pōtificem cauſſas ipſiſmet Epiſcopis Africæ diiudicandas, ac definiendas committere. Ex eo, quòd ſcribit D. Auguſtinus Epiſt. 162. de Cæciliano, quòd *poſſet non curare conſpirantem multitudinem inimicorum, cùm ſe videret Romanæ Eccleſiæ, in qua ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit Principatus* (quæ verba iſte malignè ſuppreſſit) *& cæteris terris, vndè Euangelium ad ipſam Africam venit, per communicatorias litteras eſſe coniunctum, vbi paratus eſſet cauſſam ſuam dicere, ſi aduerſari eius ab eo illas Eccleſias alienare conarentur &c.* Mornæus infert, non aliud colligi, quàm Cæciliano facilè fuiſſe apud illas innocentiam ſuam purgare.

Cur ijdem poſtulent omnia iudicia terminari in Africa.

Altera eiuſdē maligna ſuppreſſio.

Sin inde conſequi vult (inquit) *Romam appellare potuiſſe: de cæteris Eccleſijs quidni idem dici poſſit?*

Pag. 58.

SEd ſi illis verbis Auguſtini, ſcilicet: *in Romana Eccleſia ſemper viguit Apoſtolicæ Cathedræ Principatus*, non ſignificatur prærogatiua, & authoritas Romanæ Eccleſiæ ſupra reliquas, & ius Carthaginenſi Epiſcopo ad eam appellandi magis, quàm ad cæteras, cur ea ſuppreſſit Mornæus? Ridiculum quod ſubiungit, Bellarminum conſultò Auguſtini verba prætermiſiſſe, in quibus nihil repertum, quod in rem ſuam faciat: nec certè Bellarmino illo loco, quem citat Mornæus in margine, ſcilicet lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 24. vt conſulenti eum locum patebit, opus fuit producere verba D. Auguſtini, quæ immò faciunt maximè in rem Bellarmini. Sed, qui mos eſt hæreticorum mutila iſta verba dicti authoris, & non integra recitauit, quo videretur Romanæ Eccleſiæ cæteras æquare, prætermiſsis conſultò illis verbis (*in qua Apoſtolicæ Cathedræ ſemper viguit Principatus*) vnde dignitas, & authoritas Romanæ Eccleſiæ ſupra reliquas facilè intelligitur.

Mornæus ſua ipſa ſuppreſſione verborū conuincitur.

Mornæus in carpēdo Bellarminum ridiculus.

Anno 431. Synodus Epheſina vniuerſalis aduerſus Neſtorium conuenit. In cuius hiſtoria (inquit) *vnde primatum in Eccleſia agnitum colligamus, occurrit nihil.*

De Synodo Epheſina obiectiones Aduerſarij

Pag. 58.

QVomodò id oſtendat, videndum. Primò de indictione putat ſe ſufficienter oſtendere, cùm non niſi ab Imperatore indictā. Secundò huic Synodo præſediſſe Cyrillum Alexandrinum, minimè vero vices geſsiſſe Cæleſtini Romani Pontificis; Deinceps tamen omnia quæ hic pluribus mentitur, refellemus; &, quàm manifeſtè Romani Pontificis primatus in hac Synodo eluceſcat, oſtendemus. Iam alibi oſtendimus, Synodos indictas eſſe quidē ab Imperatoribus, vt quibus ſacra religio non minus curæ eſſet, quàm ipſa Reſpublica; immò quæ ita inter ſe cohærere; & alteram alterius creſcere incremento iudicarent. Legi poteſt Epiſtola Imperatorum Theodoſij, & Valentiniani ad Cyrillum, quæ eſt apud eundem 17. & extat tom. 1. Actorum Concilij Epheſini cap. 25. Nunquàm tamen id factum ſine conſenſu, & approbatione Romani Pontificis, vt qui ſit paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, & cuius ſit in primis hæreſibus emergentibus occurrere, eaſque condemnare. Neſtorij impietati, Proſper in Chronico ſcribit, Cyrilli induſtriam, & Cæleſtini repugnaſſe authoritatem: conſtat ex Euagrio lib. 1. c. 4. & ex Epiſt. Cæleſtini ad Cyrillum, quæ eſt 12. apud eundem, & ex Photio lib. de 7. Synodis, Cyrillum profectum eſſe ad Concilium, tanquàm Legatum Pontificis. Iuſtinianus in edicto de fide orthodoxa teſtatur, fuiſſe authores illius Concilij Cæleſtinum, & Cyrillum. Cur autem prima illa Concilia ab Imperatoribus, non tamen ſine conſenſu, & præter ſententiam Pontificum, indicta ſint, docuimus alibi, & legi poteſt Bellarminus lib. 1. de Concilijs cap. 13. neque erat opus, Mornæum tot congerere teſtimonia, quibus demonſtraret; Epheſinam Synodum indictam ab Imperatoribus; neque enim id probat præter ſententiam, & ſine conſenſu Romani Pontificis id factum. Quod verò in Synodo Cyrillus præſederit nomine Romani Pontificis, eiuſque vices geſſerit, non ex recenti quodam ſcriptore, qui epilogum Conciliorum concinnauerit, vt mentitur Mornæus, ſed ex omnibus antiquis probatæ fidei authoribus habemus. Euagrius loco citato; *Cyrillo* (inquit) *locum Cæleſtini Epiſcopatum antiquæ Romæ gerentis, obtinente*. Photius lib. de 7. Synodis cap. 3. de hac Synodo loquens: *Cyrillus* (inquit) *Cæleſtini Romani Pontificis implebat ſedem, atque perſonam gerebat*. Liberatus in Breuiario cap. 5. *Cyrillus habens vices ſedis Apoſtolicæ &c.* Cæleſtinus Epiſt. citata ad Cyrillum illi vices ſuas demandat. Balſamon, etſi Romani Pontificis authoritati parum æquus in Nomocanone tit. 8. c. 1. *Quod Patriarcha Alexandrinus, cùm Phrigio celebret, habuit* (inquit) *hanc facultatem Sanctus Cyrillus Alexandrinus à Romano Papa Cæleſtino, quando fuit Epheſina Synodus aduerſus Neſtorium: Cum non poſſet Cæleſtinus adeſſe Epheſi, & iudicare Neſtorium, viſum eſt vt Sancto Cyrillo à Cæleſtino permitteretur huic Synodo præſidere: vt itaque conſtaret eum habere ius & authoritatem Papæ, ſedit cum Phrigio; & condemnauit Neſtorium. Ab eo ergo tempore cum eodem Phrigio ſacrificant, & præſident Patriarchæ Alexandrini, & non verentur reprehendi &c.* vt certè hinc intelligas quanti id fecerint Patriarchæ Alexandrini, quantumque dignitatis

Neſtorianæ impietati repugnauit Cyrilli induſtria, & Cæleſtini authoritas.

Authores Epheſini Concilij Cæleſtin. & Cyrillus

Mornæus nō probat, hanc Synodum indictam eſſe ſine cōſenſu Rom. Pont.

Concilio Epheſino præſedit Cyrillus nomine Cæleſtini Rom. Pont. et ad id luculenta ſcriptorum teſtimonia Euagrij. Photij

Liberati.

Balſamonis.

Digitized by Google

gnitatis eis acceſſerit, quòd tantę Synodo, Cœleſtini Papæ loco, præfuiſſet Cyrillus. Idem ſcribit Nicephorus lib. 14. cap. 33. *Cœleſtinus Romæ Epiſcopus propter nauigationis pericula ipſe Synodo adeſſe detrectauit; ad Cyrillum tamen, vt locum ibi ſuum obtineret, ſcripſit. Ex quo tempore fama eſt, mitram illum, & Papæ appellationem, atque vt orbis vniuerſi iudex appellaretur, accepiſſe. Quæ deinde omnia per ſucceſſionem ad eos etiam peruenerint, quibus fortè Alexandrinæ Eccleſiæ thronus legitimè perueniſſet, ſacros Epiſcopos.* Cùm Sycophãta ille Caluinus videret, tot tamque perſpicua teſtimonia, quæ negare non poſſet, eò confugit, vt lib. 7. Inſtit. cap. 7. §. 1. ſcriberet Cœleſtinum obliquo artificio vſum eſſe, vt ſedis ſuæ dignitati caueret: & ideo cùm mitteret illuc ſuos, Cyrillo Alexandrino, qui alioqui præfuturus erat, vices ſuas mandaſſe, vt ſaltem per illum præſidere videretur. Atqui citati authores, non modo Latini, ſed & Græci dicunt, reuera Cyrillum præſediſſe nomine Cœleſtini Romani Pontificis. Et Cyrillus Epiſt. ad Conſtantinopolitanos, quæ extat apud eundem 11. & tom. 1. Actorum Concilij Epheſini cap. 15. ſcribit, quod ſi Neſtorius intra terminum à ſancto Cœleſtino Papa præſcriptum, doctrinæ ſuæ nouitatibus Nuncium non remiſerit, eaq; quæ docuerat, aut libris ſuis inſeruerat, nõ anathematizauerit, communione Eccleſiæ priuabitur: vbi reuera Primatum, & authoritatem agnouit Romani Pontificis, vt cuius eſſet Neſtorio terminum præſcribere, quo hæreſim ſuam ſub pœna anathematis abiuraret: Item tom. 2. eiuſdem Concilij cap. 10. cùm Patres illi damnationem in Neſtorium pronunciare vellent, præmittunt, ſe cùm alijs Eccleſiæ Canonibus, tùm præcipuè litteris Papæ Cęleſtini neceſſariò compulſos ad tam lugubrem ſentẽtiam: Extat Epiſt. eiuſdẽ Synodi ad Cœleſtinum tomo 4. Actorum eiuſdem Concilij cap. 17. in qua ſcribunt omnia quæ in Oecumenica Synodo decernuntur, ad Romanum Pontificẽ referri oportere: Referuant ipſius iudicio vltimam in Ioannem Antiochenum Epiſcopum ſententiam: integros Actorum commentarios, & Synodi ſubſcriptiones ad eum mittunt: Vnde conſtat quàm falſum ſit, quòd Mornæus, ſcribit, nihil in hiſtoria huius Concilij occurrere, vnde, Primatum in Eccleſia agnitum, colligamus.

Nicephori.

Magna acceſſio dignitatis ad Epiſcopos Alexandrinos ex hac legatione S. Cyrilli.

Quo ſigmento Caluinus ſe ab his teſtimonijs expedire conatus ſit. Quod ipſo refellitur.

Cæleſtinus certū tempus Neſtorio ad reſipiſcendum præſcripſit.

Edit eiuſdē condemnationē miſit ad Concilium.

Patres Epheſini multis ſignis demōſtrāt ſupremam Rom. Pont. authoritatē.

Inſignis Mornæi error.

Nunc iſtius nugas circa hiſtoriam eiuſdem Synodi paulìſper expendamus.

Pag. 59.

Baronius (inquit) *huius temporis hiſtoria multifariam ad ſuam cauſſam abuti conatur.*

PRimum recitat Baronius ad annum 430. epiſtolas Cyrilli, & Neſtorij ad Cœleſtinum Pontificem; neque verò id ſcribit, quod vterque, quos poſſet in ſuas partes Epiſcopos trahere ſatageret, ac in primis Epiſcopum Romanum ambiret, cuius in perſona non leue præiudicium: neque enim Cyrillus vnquàm diffidit ſuæ cauſæ, aut iudicauit fieri poſſe, vt Epiſcopus Romanus in peruerſam Neſtorij hæreſim traheretur. De Neſtorio igitur tantum id ſcribit Baronius, ex ea cauſſa ſcripſiſſe eum ad Cœleſtinum Papam: *Quòd, cùm in promulganda hæreſi acerrimè ſibi aduerſantem Cyrillum Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopum: inueniſſet, qui tùm ſedis authoritate, tùm excellenti doctrina Orientales Epiſcopos ad ſuas partes trahere facilè poſſet, conſiderans ex antiquorum vſu, in huiuſmodi de fide oboris cõtrouerſijs, dubia lance ſuſpenſis, in eam partem fauorabile inclinare iudicium, in quam Romani Pontificis ſententiæ calculus apponeretur: vt eum promereri poſſet, omnem conatum adhibuit, curans id tractari per Antiochum Virum Illuſtrem, qui Cœleſtino Papæ, quæ pro defenſione hæreſi hactenus ab eo eſſent ſcripta, redderet. vt illis (ò ſumma dementia) Primario Catholicæ ſedis Antiſtite perſuaſo, vniuerſa ſimul cum eo Catholica Eccleſia in eandem quoque ſententiam traheretur.* Eam verò cauſſam fuiſſe ſcribendi Neſtorio, docet Baronius ex Epiſt. Cyrilli ipſius Alexandrini apud eundem 16. ad Iuuenalem Hieroſolymorum Epiſcopum. *Ratus* (inquit) *quod & Romanę Eccleſiæ Sacerdotem in ſuam ſententiam pertrahere queat, ſcripſit ad Dominum meum, ac religioſiſſimum, ac pientiſſimum Cœleſtinum, inſerens Epiſtolis dogmatum ſuorum peruerſitatem: miſit autem & multas expoſitiones, ex quibus peruerſa ſapere deprehenſus, ac iam cum execratione, tanquam hæreticus condemnatus eſt.* Quæ quidem Baronius his verbis vltimò concludit: *Vidiſti haud obſcurè, lector, priſtinum morem ab ipſo exordio Romanæ Eccleſiæ, in Annalibus demonſtratum: nimirum ſolius eſſe Cathedræ Petri quæſtione de fide definire, & emergentes hęreſes cum earum authoribus condemnare.* Vbi Mornæus.

Quid Baronius dicat cauſam cur Neſtorius ad Cœleſtinū ſcripſerit.

Qua ſententia Cyrillus loquatus de Cœleſtino Papa.

Solius Cathedræ Petri eſt definire quæſtiones de fide.

Pag. 59.

Hinc (inquit) *iudicet lector, qua conſecutione id colligat Baronius.*

INde certè rectè colligit, *quod quamuis Cyrillus ſciret, quod & alijs prędicarat, ſcriptiſque firmarat, Neſtorij ſententiam eſſe omni execratione dignã; tamen haud ſuarum partium eſſe ratus, nouam hæreſim condemnare, & quæ de fide exorirentur quæſtiones, definire; ſed id tantummodò munus eſſe Romani Pontificis, iſta ad finem Epiſtolæ* (ad eundem) *ſubjicit;* (Cyrillus) *At quãuis res ita habeat, non prius tamen illius communionẽ confidenter deſerere auſi fuimus, quàm hæc ipſa pietati tuæ indicaremus. Digneris proinde, quid hic ſentias, declarare: quò liquido nobis conſtet, communicare ne nos cùm illo oporteat, an verò liberè eidem denunciare, neminem cum eo communicare, qui huiuſmodi erroneam doctrinam fouet, et prædicat. Porrò tuæ integritatis mens, ac ſuper hac re ſententia, non modò piiſſimis, Deoque deuotiſſimis Macedoniæ Epiſcopis, ſed totius quoque Orbis Antiſtitibus perſpicuè per literas exponi debet; nam cupientibus illis anſam dabimus, vt omnes vno animo in vna ſententia perſiſtant, rectæque fidei, quæ iam impugnatur, opem ferant. Et in fine poſt recenſitos tomos, quos pro fide Catholica à ſe ſcriptos mittit Romam ad Cœleſtinum, mox addit: Tradidi & Epiſtolas quoque à me ſcriptas Poſſidonio, ſtudioſè illi iniungens, vt tuæ Sanctitati eas offerat.* Ita verbatim apud Baronium. Hinc igitur iudicet lector, ſi apud eum ſit ali-

Hanc proprietatem quā bene colligat Baronius.

alicuius momenti teſtimonium Cyrilli, quàm recta conſecutione colligat Baronius, quæſtiones de fide definire, & emergentes hæreſes cōdemnare cum ſuis authoribus, ſolius eſſe Cathedræ Petri. At contra Mornæus,

Pag. 59.

Quam multos tam hæreticos (inquit) *cum ſuis hæreſibus, & abſque Epiſcopo Romano, & interdum contra ipſius ſententiam damnatos legimus?*

Hæreſes omnes damnata ab Eccleſia Rom.

IMmò verò, quemadmodum D. Petrus primum hæreticum Simonem Magum cōdemnauit, ita deinceps ſucceſſores illius omnes hæreticos condemnarunt: Leo 9. Michaeli Conſtantinopolitano & Leoni Acridano Epiſcopis ſcribens; *Nonne à ſede Principis Apoſtolorum* (inquit) *Romana videlicet Eccleſia, tam per eundem Petrum, quàm per ſucceſſores ſuos, reprobata, & conuicta, atque expugnata ſunt omnium hæreticorum commenta, & fratrum corda in fide Petri, quæ hactenus nec defecit, nec vſque in finem deficiet, ſunt confirmata? & ſubiungit: Præterimus nominatim replicare nonaginta, & eò amplius hæreſes ab Orientis partibus, vel ab ipſis Græcis diuerſo tempore ex diuerſo errore, ad corrumpendam virginitatem Catholicæ Eccleſiæ Matris emergentes, quas viriliter expugnauit, protriuit, & ſuffocauit Romana, & Apoſtolica ſedes.* Id verò falſum eſt, quod iſte ſcribit, hæreticos, præter ſententiam Romani Pontificis, interdum damnatos, neque vllos certè proferre poterit, aut, qui id teſtentur, authores citare. Cœleſtinus ad Neſtorium præter alia ſcripſit in fine epiſtolæ, quæ extat tom. 1. Actorum Concilij Epheſini cap. 17. *Hoc tibi perſuaſum hactenus velim, niſi de Chriſto Deo noſtro ea tenueris, & docueris, quæ & Romana, & Alexandrina, & vniuerſa Eccleſia Catholica tenet ſanctaque magna Conſtantinopolis Eccleſia vſque ad tuum Epiſcopatum tenuit, & docuit &c. ab vniuerſa Eccleſia Catholica communione quamprimùm te expulſum, proſcriptumque iri, & hoc nos planè facere, in animū induxiſſe.* Ad quæ noſter iſte gloſſator.

Nullus hæreticus dānatus præter ſentētiā Rom. Pont.

Cœleſtinus anathema Neſtorio comminatur.

Catholicam Romanam non exprimit.

Atqui, quando ſolum expreſsiſſet fidem Eccleſiæ Romanæ, etiam Catholicæ Eccleſiæ fidem intellexiſſet; nec enim alia eſt fides Catholicæ Eccleſiæ, quàm Romanæ, quæ matrix eſt, & radix Eccleſiæ ipſius Catholicæ. Sed quia tùm ſub Cyrillo maximè erat Catholica Alexādrina, quæ erat Princeps, & Apoſtolica Eccleſia, ideò illam etiam à fide cōmendare voluit Romanus Pontifex. Denique quia tum Clerus, & Populus Conſtantinopolitanus erat fidei Catholicæ addictiſsimus, vt omnes ſtatim à Neſtorij blaſphemijs abhorruerint; ideo & fidem illius Eccleſiæ, cui tum præerat, hæretico propoſuit, quam ſequeretur, & vbi has Principes Eccleſias recenſuiſſet, ſubiunxit: *Et vniuerſa Eccleſia Catholica tenet, & docet:* vt pluribus, & expreſsioribus verbis, quæ fides eſſet tenenda, abiurata ſua hæreſi, hæreticum doceret Pontifex. Miror verò, qui non obiecerit eum non expreſsiſſe fidem Apoſtolicam Romanam, & quando viſum eſt Mornæo, eam epiſtolam Cœleſtini ad Neſtorium producere, vt cætera illius capita omittamus, certè cum Neſtorio Patriarcha Conſtantinopolitano agit Pontifex, tanquam cùm proprio ſubdito his verbis. *Tu autem tunc demum noſtræ voluntati morem geſtum putabis, cum & peruerſum tuum dogma ipſe condemnaueris, ipſamque condemnationem multis verè emendationis argumentis confirmaueris, & omnes illos ad Eccleſias reuocaueris, quos inde propter Chriſtum, qui illius caput extitit, excluſos fuiſſe certò conſtat.* Neque eſt, quod Mornæus, pro more ſuo, obijciat, nemini ius ſibi dicenti credendum eſſe, ſiquidem lecta eſt hæc epiſtola in Synodo Epheſina poſt exceptiones, & depoſitiones contra Neſtorij Epiſtolam factas; quæ, vt aliæ nonnullæ, inter Actorum quoque commentarios relata eſt; vt inde magis conſtet, quod etiam ſupra diximus, quàm falsò ſcribat, in hiſtoria huius Concilij nihil occurrere, vnde Primatū in Eccleſia agnitum, colligamus.

Cœleſtinus agit cum Neſtorio, tanquàm cum ſubdito.

Aliam (inquit) *mox ad Cyrillum mittit, qua vt Neſtorio hoc denunciet, rogat, ſuamque ſententiam aduerſus eum executioni mandet. Et hoc rurſum inter pares quotidie fieri, quis non videt?* Pag. 59.

ATqui inde diſparitas facilè intelligitur. Nam tanquam Iudex ferebat ſententiam contra Neſtorium Cœleſtinus; merè executoris officium, illius mandato, ſuſcipiebat Cyrillus, qui nec poterat aliquid pronunciare contra id, quod iudicatum erat; nec, an rectè iudicatum eſſet, cognoſcere; ſed an eſſet à Cœleſtino iudicatum, vt iudicato omni modò reū parere cogeret. An hoc eſt pares eſſe Cœleſtinum Romanum, & Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum? Ex eadem epiſtola de authoritate Cœleſtini amplius conſtat; nam vices ſuas demandat Cyrillo; præſcribit tempus Neſtorio, quo reſipiſcere debeat, alioquin anathemati ſit ſubijciendus: quin & mandat eidem Cyrillo, vt Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, niſi intra tempus præfixum reſipiſcat Neſtorius, prouideat, quæ certè omnia ſatis apertè docent, ius fuiſſe Romano Pontifici in Alexandrinū, & Conſtātinopolitanū Epiſcopos, eiuſdē Epiſtolæ verba: *Adiuncta tibi ſedis noſtræ authoritate, & vicis noſtræ ſucceſſione et poteſtate vſus, iſtam exacta ſeueritate exequeris ſententiam.* Ita gloſſat Mornæus,

Cœleſtinus in cauſa Neſtorij iudex: Cyrillus executor tantū.

Aliquot in dicta iura Epiſcopi Ro. in Alexandrinū & Conſtantinop.

Tuam authoritatem noſtra corroborans, & noſtram poteſtatem adhibens, non ſecus, ac ſi coram ageremus. Nimirum ad deponendum Neſtorium, Patriarcham, vtique amborum authoritas non plus ſatis. Pag. 59.

LOngè profectò iſte fallitur, cùm ita intelligit, vt duorum, quàm vnius, maior fuerit authoritas; nihil verò Cyrillo ipſi acceſſerit

au-

Digitized by Google

Mornæi intelligentia diſcrepans a reliquis authoribus.

authoritatis; neque, quòd Concilio præſederit, id habuerit Cœleſtini mandato, aliter certè intelligunt reliqui authores, qui Cyrillum locum tenuiſſe, & vices geſsiſſe Cœleſtini diſertè aſſerunt ‡. Neq; verò, ſi par Cœleſtino fuiſſet Cyrillus, vnquàm ſe eò vſque demiſiſſet, vt eius vices gereret. Et videmus quidem in aliquibus Concilijs, vbi conuenerunt Græci cum Latinis, Epiſcopos inferiores locum tenuiſſe Patriarcharum, vt ex ſubſcriptionibus conſtat; nunquam verò Patriarcham vnũ, alterius ſibi paris locum tenuiſſe. Quod verò Mornæus ſcribit, perinde eſt, ac ſi dicat, maiorem eſſe Regis, & Proregis ſimul authoritatem, quàm alterutrius dumtaxat: non verò totam ipſius Proregis authoritatem pendere ab ipſo Rege. Quid, quod Patres ipſi Concilij Epheſini, vt iam ſupra obſeruauimus, diſertè aſſerunt, ſe litteris Cœleſtini Romani Pontificis ad pronunciandam ſententiam in Neſtorium compulſos fuiſſe? Cùm vtique, ſi par fuiſſet Cœleſtino Cyrillus, magis dicere debuiſſent, ſe vrgeri authoritate Patriarchæ Alexandrini Cyrilli, qui & præſens erat, & Concilio præſidebat. Proſper ipſe in Chronico, ſcribit, Neſtorianæ impietati repugnaſſe Cyrilli induſtriam, & Cœleſtini authoritatem: vtcũque ab induſtria laudetur Cyrillus, nec præterea deeſſet illi propria authoritas, cùm eſſet Patriarcha Alexandrinus: at longè inde maior erat, quòd locum teneret, & vices gereret Romani Pontificis, nõ ſolũ primi inter Patriarchas, ſed & toti' Eccleſiæ paſtoris, ac Rectoris.

De Phrigio & Mitra, reſtat dicendum, num ea Cyrillo miſerit Cœleſtinus, & nomen *Papæ & iudicis totius orbis:* Certe de Phrigio, & Mitra non repugnat Baronius. *Verum de Papę nomine* (inquit) *aliter res ſe habet: conſtat enim, olim illud commune fuiſſe reliquis Epiſcopis, ſed nec de nomine iudicis vniuerſalis ſatis liquet. Certè quidem nihil pręterea Cyrillo conceſſum à Cœleſtino, quàm concedi ſoleàt ijs, quibus creditur vicaria Præfectura, vel Legatio à Latere, exiſtimatur: vt autem eadem poteſtas propagaretur ad poſteros, non in inſignibus dumtaxat, ſed etiam in authoritate, exemplum extare neſcimus.*

Nomẽ Papa olim cõmune omnibus Epiſcopis.

Ad obiectionem Mornæi, quòd Baronius Balſamonem, & Nicephorum tantùm authores citet pro Phrigio, & Mitra à Cœleſtino miſsis ad Cyrillum, qui 500. & 600. annis poſteriores. *Et quidem hoc temperamento; Fama eſt &c. vt in rebus dubijs aſſolet:* facilis eſt reſponſio, nam veriſimile eſt vtrumque græcum ſcilicet, non ignoraſſe, quæ priuilegia, & vnde primùm haberent Alexandrini Patriarchæ; & eò minùs ſuſpecti illi ſunt authoritatis Romanæ Eccleſiæ ſuffragatores, quòd Balſamon nõ benè fuerit affectus erga Romanam Eccleſiam, vt conſtat ex mandatis, ſiue reſponſis ipſius, quæ habentur tomo 1. Iuris Græcoromani lib. 7. tit. 1. qui eſt de Patriarcharum priuilegijs; In Nicephori verò hiſtoria aliquot notantur, quæ non ſatis conſpirant cum doctrina ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Ideone verò reijciendi authores, quòd 500. aut 600. poſt annis ſcripſerunt: multò magis igitur reijciendus Mornæus, qui milleducentis circiter annis poſt Concilium Epheſinum ſcribit, neque ſuarum gloſſarum alios habet antiquiores authores, quàm Magdeburgenſes, & Caluinum hæreticos, à tota Eccleſia proſcriptos, & condemnatos. Equidẽ, *hoc temperamento* Nicephorus, non tamen Balſamon vtitur: *ſama eſt:* etſi de re tanquam dubia, non tamẽ tanquàm falſa loquitur; & quod famam ſemel obtinuit, ex omni parte falſum eſſe non poteſt.

Pag. 60.

Balſamon non bene affectus erga Rom. Eccleſiam.

In hiſtoria Nicephori nonnulla diſſentiẽs à doctrina Rom. Eccl.

Mornæi argumẽtum in ipſum caput redit.

Ex Archiuis Eccleſiæ documentum aliquod proferri vellet Mornæus, quo facultatem Legati, qua ius habeat præſidendi in Epheſina Synodo, à Cœleſtino Cyrillo demandatam conſtaret; Iudæis iſte non abſimilis, qui cum viderent, tanta fieri ſigna ab ipſo Chriſto ſuæ Diuinitatis argumẽta manifeſtiſsima; nihilominus volebant ab eo ſignum videre, cum nihil alioqui tot miraculis ab eo editis, ad credendum mouerentur: ſic iſte cum nihil moueatur totius antiquitatis teſtimonio, tot probatiſsimorum ſcriptorum, quos ſupra citauimus, authoritate, immò & Patrum iſtorum Concilij Epheſini, qui tanti fecerunt Cœleſtini Papæ authoritatem, vt eius litteris ſe compulſos eſſe dicerent ad ferendam ſententiam in Neſtorium: nihilominus ex Archiuis Eccleſiæ documentum aliquod proferri poſcit. Ex clauſula Epiſtolæ Cœleſtini, quam (*abruptam*) appellat, ex Actis item Epheſinæ Synodi quilibet æquus rerum æſtimator facile id intelliget. Nec opus erat hoc mandatum in libri capite legi; cum tamen ex Actis illius Concilij ſatis conſtet ab initio, nonniſi authoritate Cœleſtini Pontificis fuiſſe celebratum; illius litteris Patres compulſos ad ferendam ſententiam in Neſtorium, ad eum Acta omnia retuliſſe. Quin & à celeberrimis Scriptoribus proſtratæ iſtius hæreſeos laus Cęleſtino potiſsimùm tribuitur. Ita enim ſcribit Proſper lib. contra Collatorẽ ſub finem: *Per hunc Virum* (Cœleſtinum) *etiam Orientales Eccleſiæ gemina peſte purgatæ ſunt, quando Cyrillo Alexandrinæ vrbis Antiſtiti, glorioſiſſimo fidei Catholicæ defenſori, ad execrandam Neſtorianã impietatem Apoſtolico auxiliatus eſt gladio, quo etiam Pelagiani, dùm cognatis confederantur erroribus, iterum proſternerentur.* Quibus, iſta ſubiungit Baronius ad annũ 431. *Quæ minimè ignorantes ipſi Patres, qui Epheſi conuenerunt, nec non Maximianus ipſe recens creatus Epiſcopus, atque etiam Theodoſius Imperator, Legationem miſerunt ad ipſum Cœleſtinũ Romanum Pontificem, eidem congratulantes de proſtrata cũ authore hæreſi Neſtoriana: miſſi ad hoc ſunt Romam Ioannes Presbyter, & Epictetus Diaconus, qui Romã peruenerunt ipſo die.* Natalis Domini &c.

Mornæus in requirẽdo teſtimonia ſimilis Iudæis.

Pag. 60.

Cœleſtinus præ cæteris laudatus, quòd hæreſim Neſtorij proſtrauerit.

Miſſi ad eũ legati qui ad ipſum ei congratularentur.

Quæ ſubiungit Mornæus, quod.

Cœleſtinus, quia Epheſinæ Synodo intereſſe in animo non habebat, & Neſtorius Conſtantinopolitanus hæreſeos reus præeſſe non poterat, voluit fortè vulgò credi Cyrillum Epiſcopum Alexandrinũ vicem ſuam ibi gerere.

pag. 60.

Hæc

Digitized by Google

Hæc ex Caluino, quem ſatis ſupra confutauimus, mutatus eſt. Quod ſcribit.

Pag. 60.

Totis 800. annis nulli Synodo vniuerſali præfuiſſe Romanum Epiſcopum.

Id tum ex his, quæ ſupra diximus, tum ex his, quæ deinceps dicturi ſumus, facilè conſtabit eſſe Manifeſtiſsimum Mendacium. Verùm,

Pag. 60.

Toto illo (inquit) *Actorum volumine num vllo in loco Cyrillus τοποτηρητὴς, ἢ τὸν τόπον τηρῶν, aut λεγάτος Cæleſtini dicitur.*

Mornæus præter res voces etiā ipſas requirit.

ATqui cùm de re ipſa Conſtat, quid opus eſt de voce contendere? Ita Mornæus Sanctiſsimam Trinitatem ex ſcripturis minimè credet, aut conſubſtantialitatem, aut coæternitatem filij cum Patre, vel Spiritus Sancti cum vtroque; quia has voces in ſcripturis minimè reperit. Quando ſcribit Euagrius Κυρίλλου τοῦ θεσπεσίου δ' ἐπέχοντος καὶ τὸν Κελεστίνου τόπον, annon perinde eſt, ac ſi diceret τηροῦντος obtinte ſeu obtinente locum &c. Et in Actis ipſius Synodi græcè editis pagina 197. vbi Patres illi ad Imperatores ſcribunt ἐπιτρέψας (Κελεστῖνος) τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ τῷ φιλοσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ Κυρίλλῳ τῷ τῆς ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως καὶ τὸν αὐτοῦ ἐπέχειν τόπον. ipſius ſubire, vel tenere locum: quid aliud ſignificatur quam τοποτηρητὴν, fuiſſe Cœleſtini Romani Pontificis Cyrillum Alexandrinum Patriarcham? Gloſſat Mornæus.

Cyrillus reuera Legatus Cœleſtini.

Pag. 60.

Nempe Cæleſtini ſententiam executioni demandante.

SEd, quo ſenſu, ſuperius explicatum eſt. Deinde ſi nulla erat præ cæteris, etiam ſupra ipſum Cyrillum Cœleſtini authoritas, quid opus erat executorem eſſe ſententiæ Cœleſtini ipſum Cyrillum? an non ſatis erat ſuam, & Patrum totius Concilij ſententiam in Neſtorium exequi? Quorſum deinde Patres illi aſſerunt, ſe litteris Cœleſtini compulſos fuiſſe ad ferendam ſententiam in Neſtorium? An vllum vnquàm Concilium tantum detulit vlli Patriarcharum, vt litteris, vel authoritate illius ad condemnandam aliquam hæreſim cū ſuo authore Patres compulſos eſſe ſe diceret?

Expendamus nunc quæ ſcribit iſte circa aduentum Legatorum Cœleſtini ad Concilium, de quo tomo 2. Actorum Concilij cap. 13. *vbi poſt Neſtorium exauctoratum appulerunt, & ad publicum conſeſſum admiſſi, Patribus in Synodo congregatis Pontificis Cæleſtini litteras exhibuerunt, eaque vt publicè perlegerentur, iuſſerunt. Leguntur, & magna cum reuerentia ab omnibus excipiuntur: Et quod plerique Epiſcopi latinè neſcirent, rogati ſunt Legati, vt eaſdem paterentur græcè reddi, ac iterum legi; quod ab illis impetratum eſt;* eas Baronius profert, & prę terea extant 2. Tom. Actorum. Concilij cap. 14. ſed temerarius iſte per omnia hæreticus longè aliter iudicat de illis, quàm Sanctiſsimi illi Patres in Spiritu Sancto congregati.

Cœleſtini littera magna cum reuerentia excipiūtur in Cōcilio.

Mornæus eaſdem irreuerenter tractat.

Neque enim illi eas vt ſuperfluas aut inutiles reiecerunt, immò eiſdem perlectis, Cœleſtini fidem, & pietatem magnis vocibus extollunt Verùm, inſulſus iſte.

Quid his opus (inquit) *tot præſertim, ſi Cyrillus Legatus? Cui vero fiat veriſimile, Cæleſtinum in hac Epiſtola Cyrilli meminiſſe, nuſquam Cyrilli ſaltem ſuum locum impleturi?* Pag. 60.

QVid verò in his litteris, quod non ſanctitatem ſpiret, ac zelum fidei tanto Pontifice dignum redoleat? Non aliud certè iudicare licet, quam Neſtorianum Mornæum, & omnium hæreſeon cloacam, condemnari hæreticum illum à Pontifice, iniquè ferrè. Quid opus erat Cyrilli in his litteris meminiſſe? aut quæ conſequentia? Cyrilli in his litteris non meminit, quippe quæ dirigebantur ad totum Concilium; ergo Cyrillo vices ſuas non mandauit, vt illius loco præſideret Concilio cum tamen aliunde, nempe ex Epiſtola Cœleſtini ad Cyrillum, & ex epiſtola Synodali ad Imperatores, quæ habetur tomo 2. Actorum Concilij cap. 17. conſtet, Cœleſtinum vices ſuas Cyrillo commiſiſſe. Denique, annon ſubijcit Baronius huic Epiſtolæ Cœleſtini ad Synodum duas alias, alteram quidem ad Theodoſium Imperatorem, ad Cyrillum alteram, quas nondum alibi cuſas haberi teſtatur? Quid igitur opus erat, cùm ad eum ſcriberet, eiuſdem in alijs ad Synodum litteris meminiſſe? Et quidem hac occaſione ad eum ſcribit, quòd ipſe Cyrillus, datis rurſus litteris Cœleſtinum haud pridem conſuluerat quid agendum eſſet, ſi Neſtorius reſipiſceret, qui iam laqueo anathematis, ex ſententia lata aduerſus eum ab ipſo Romano Pontifice, fuerat innodatus, vt nihil in cauſſa hac grauiſsima, niſi ex ſententia Romani Pontificis, ſibi faciendum intelligeret Cyrillus Præſes Concilij. Subijcit Mornæus.

Non fuit opus, Cœleſtinum in litteris ad Synodum mentionē facere Cyrilli tanquam Legati ſui.

Deinde appellunt Legati, & pro ſuo more, ſententia iam ſolemniter contra Neſtorium lata. Delegati interim (inquit Baronius) *ad Synodum, vt quam Romæ tulerat Cæleſtinus executioni mandari curarent.* Pag. 60

ITa ſcribit Baronius ad annum 431. *Ex ea verò ad Synodum Epheſinam Cæleſtini epiſtola illud exploratum redditur; ſic ab eo, Romanaque Synodo miſſos eſſe tres Legatos in Orientem; non vt, redditis irritis, quæ anno ſuperiori aduerſus Neſtorium ab eodem Pontifice decreta eſſent, cauſſa eiuſdem nouo ſubiaceret examini; ſed potius vt ſententiæ in Neſtorium latæ ijdē Legati eſſent executores: vt planè appareat; nihil prætereà ab ipſo Pontifice tributum Synodo, niſi vt, cognitis his, quæ anno ſuperiori ibidem Romæ in Neſtorium decreta fuiſſent, eadem executione mandari curarent, nec quicquam præter ſententiam Cæleſtini ſibi arrogaſſe Oecumenicum tantum Concilium conſtat.* At verò Mornæus.

Quam

Digitized by Google

Pag. 60. *Quam ſibi* (inquit) *ſcrupuloſè cauent? ecquorſum igitur Patres in ipſo Synodi limine Chriſtum* (inquit) *Cyrillus in capitis locum adiungunt, vt ibi præſideat &c.*

Epheſina Synodus vbi congregata.

ITa Baronius ex S. Cyrillo in apologia ad Theodoſium refert: *Sancta Synodus in Sancta Eccleſia, quæ Mariana vocatur congregata eſt, Chriſtumque aſſeſſorem capitis loco adiungit: venerandum enim Euangelium in Sancto throno collocauit, veluti in aures Sacerdotum inclamans. Iuſtum iudicium iudicate: Iudicabitis inter Sanctos Euangeliſtas, & Neſtorij voces &c.* & ex Synodali epiſtola ad Theodoſium: *Sanctum Euangelium, quod ipſum Chriſtum ob oculos ponebat, in throno, qui locum mediū obtinebat, propoſitū fuit &c.* vt certe Patres illi, quò magis ſacra Euangelia venerabantur, eò magis Spiritum illum, qui ſoluebat Ieſum, Neſtoriū, inquam Antichriſtum deteſtarentur, & ab eius blaſphemijs abhorrerent. Quod verò Euangelium in medio Concilij propoſitū fuerit, id ex more factum tradit Baronius, quod & in Chalcedonenſi etiam factum Concilio argumento ſunt verba illa Iudicum, atque Senatus coram Patribus dicta: *Quoniam Euangelia poſita à Reuerentia veſtra perſpicimus &c.*

Ibi euangeliū in throno collocatū

[illegible]

Exclamat hic Mornæus:

Pag. 60. *Hoc Euangelium, in Euangelio Chriſtus ipſe eò ne tantum aduocatus, vt Cæleſtini ſententiam exequatur? Hiccine Sanctus Spiritus Roma euocādus?*

AN verò quia Euangelium in medio propoſitum, ex quo de ineffabili Myſterio Incarnationis ſatis conſtabat, ideò Cæleſtinus, & Patres illi non debuerūt condemnare emergentem illam hæreſim Neſtorij? nec ita certè propoſitum in medio illius conſeſſus Euangelium in cordibus tot Sanctiſsimorum Epiſcoporum altè fuit infixum, vt eò magis mouerētur ad condemnandam Neſtorij impietatem? Eſt quidem Moyſes, qui Iudæos accuſat: ſunt Prophetæ Apoſtoli, immò Chriſtus ipſe in Euāgelio, nouatores iſtos Lutheranos, Caluiniſtas & in his Mornæū condēnat; an ideo condēnari pro vt veteres omnes heretici nō debuerunt ab Eccleſia? Cur dedit Deus in Eccleſia quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autē Paſtores, & Doctores, niſi vt nō iam ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris? videmus quidem Rempublicam omnem ſuis legibus adminiſtrari; eſſe tamē præterea iudices animatos, qui ex legibus ipſis videant, an abſolui, an condēnari rei debeant, & quæ in eos pœna cōſtituenda ſit. Ita præter Sanctum Chriſti Euangeliū aderant & Patres illi, qui emergenti impietati occurrerent, & Orthodoxam fidem contra Neſtorium ſtabilirent. Quis verò dixerit conceſſui illi tot Patrum in nomine Chriſti congregatorum

Epheſ. 4.

adſiſtentiam Spiritus Sancti, qui docet Eccleſiam omnem veritatem, defuiſſe; vt opus fuerit eum euocari Roma, prout in rebus tam ſerijs ludit Mornæus? verùm quemadmodum Act. 15. in controuerſia illa de Legalibus orta, primus ſentētiam dixit Petrus, reliqui ſunt aſſēſſ Apoſtoli, & ſeniores; & primus ſententiā illius probauit Iacobus Hieroſolymorū Antiſtes: ita, ſi quę controuerſia in dogmatibus fidei oriatur, Romanus Pontifex, Petri ſucceſſor primus ſententiam dicit; quid credendum ſit vniuerſæ Eccleſiæ proponit; cum tamen, & iudices eſſe ſuo ordine reliquos Epiſcopos in Concilijs non negemus. Meritò igitur à Cęleſtino primùm lata ſententia in Neſtorium, deinde ab omnibus illis Patribus probata; & omniū ſententia idem exauctoratus. Et quidem eodem Spiritu Sācto inſpirati Romani Pontifices omnes hæreſes condemnarunt, ac Patres in ſacris Concilijs congregati, vel etiā reliqui Epiſcopi Rectores Eccleſiarum eorū definitionibus ſubſcripſerunt. Quid, quod Patres illi in epiſtola Synodali ad Imperatores iam citata, diſertè aſſerunt Cęleſtinū Cyrillo, vt ſuas vices ſubiēs Romę deſpiita pficeret, cōmſiſſe? Quod iocatur iſte: *Romanā Synodum à tergo Epheſinæ tam longè relictam*; certè cum ob eādē cauſſam eiuſdē Pontificis authoritate celebrata, ſit vtraque, vnam veluti cenſeri debere par eſt; quia tamē in Oriente ea hæreſis orta erat, & Epheſi adfuit Neſtorius ad id Conciliū citatus, & vndique Patres cum Cyrillo ad hæreſim Neſtorij condemnandam eò non Romam conuocati ſunt, ideò Epheſina meritò generalis Tertia Synodus dicta eſt: quemadmodum & Nicæna 318. in qua affuit, & condemnatus eſt Arius, & ad quā vndique conuenerant Patres, vt eā hæreſim profligarent, habita fuit prima Synodus Generalis; cum tamen conſtet, & Romæ in Synodo à Syluestro Arium condēnatum; ſicut etiam Conſtantinopolitana ſecunda Synodus generalis habita eſt, in qua anathema dictum contra omnes hæreſes, quæ tūm Orientem infeſtabant; cūm tamen & Synodum Romæ coegiſſet Damaſus, à quo probata, & confirmata fuit Conſtantinopolitana illa Synodus; idcoquè generalis, & Oecumenica habita.

Cur Epheſina Synodus habita ſit tertia generalis.

At ſubſcriptiones (inquit) *aduertere iuuat, quas Baronius nos celatas voluit.* Pag. 61.

QVod ſi Baronius eas ſuis Annalibus intexuiſſet, ſtatim Mornę exclamaſſet: Quid opus tot ſubſcriptionibus, ſi in Actis Concilij habētur? Verùm ſuo ordine Cyrillus vt Patriarcha, Alexādrinus, Mornæus obijcit, ſubſcribit:

De ſubſcriptionibus Cōc. Epheſ. quæſtio.

Non aliū præter propriū aſciſcit titulū; non aliunde dignitatem emendicat. Pag. 61.

ATqui Acta ipſa Synodi, tum græcè, tum latinè edita ſatis teſtantur, Cyrillū Cęleſtini locum tenuiſſe, dicitur enim tom. 2. c. 1. coacta illa Synodus καθεσθείσης ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ καλουμένῃ Μαρίᾳ, τῶν θεοφιλεστάτων, καὶ ὁσιωτάτων ἐπισκόπων Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας διέποντος καὶ τὸν τόπον τοῦ ἁγιωτάτου. καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Κελεστίνου id eſt: [illegible] Con:

Cyrillus locum tenuit Cæleſtini.

Conſidentibus in ſanctiſſima Eccleſia, quæ appellatur Maria. ſanctiſſimis, Deoq. dilectiſſimis Epiſcopis, Cyrillo Alexandriæ, qui et Cœleſtini quoque Sanctiſſimi, ſacratiſſimique Romanæ Eccleſiæ Archiepiſcopi locū obtinebat. Et in epiſtola Synodali ad Imperatores, quæ eſt relatio de Legatorũ Pōtificis aduētu, ita græcè habeť in Actis græcè editis pag. 197. ταῦτα μέντοι, καὶ πρότερον καὶ ὁ τῆς μεγάλης Ῥώμης ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Κελεστῖνος, καὶ πρὸ συλλεγῆναι τὴν ἁγιωτάτην ταύτην σύνοδον. διὰ τῶν ἑαυτοῦ γραμμάτων ἐμήνυσεν, ἐπιτρέψας τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Κυρίλλῳ τῷ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως τὸν αὐτοῦ ἐπέχειν τόπον. Ita latinè tom. 2. c. 17. *Et hanc quidem ſuam, ſuorūque ſententiã, antequam vlla omnino Synodus Epheſi conueniret, Cœleſtinus Sanctiſſimus magnæ Romæ Epiſcopus per litteras ſuas indicauerat, Cyrilloque Sanctiſſimo, Deoquē dilectiſſimo Alexãdrinorum Epiſcopo, vt ſuas hac in parte vices ſubiens Roma definita perficeret, commiſerat.* Iſta ex epiſtola Synodali ad Imperatores quæ nos celata voluit Mornæus. Verùm obijcit, quod in relatione Synodi ad Imperatores, quæ eſt apud Cyrillum epiſtola 5. Synodalis, vocatur Cyrillus,

Pag. 61. *Caput congregationis Epiſcoporum:*

VNde paulò poſt ſubijcit argumentum, debuiſſe Baronium aduertere.

Vt in ipſo Synodi ingreſſu Chriſtum in Euangelio caput Synodi conſtituant.

Pag. 61. *Et ſi caput miniſteriale quæritur, Cyrillum in epiſtola Synodali caput congregationis Epiſcoporum nuncupent.*

Temeraria Mornæi locutio.

SEd debuit iſte magis aduertere, ſe ſacræ Theologiæ, & ſacrarũ litterarũ omnino rudem eſſe, & imperitum: non enim à Patribus illis, immò à Patre æterno Chriſtus cōſtitutus eſt caput Eccleſiæ, & omnis Sanctæ cōgregationis: Math. 18. *Vbicunque duo, vel tres fuerint congregati in nomine meo, in medio eorũ ſum.* Quòd igitur in medio totius ſacri illius cōſeſſus producitur ſacrũ Euangeliũ, ex altera parte proponitur Neſtorius, tanquã Barabbas homicida, vt iudicarent inter Sanctos Euãgeliſtas, & Neſtorij voces. Et Patres illi pro veritate Euangelij ſentētiã proferunt aduerſus Neſtoriũ; quis dubitet Chriſtũ præſediſſe illi Cōcilio, docuiſſe illos Patres, &, ad vendicandã Sacroſanctam, & Orthodoxã fidē à blaſphemijs, & impietate illius heretici, eoſdē cōgregaſſe, impuliſſe? Sed Cōcilio illi nōniſi inuiſibiliter aderat, & pærat Chriſtus. Quærendũ igitur & aliud caput, quod viſibili illi Patrũ conſeſſui viſibiliter præeſſet. Nam & Deus ſua prouidētia omnia hæc inferiora adminiſtrat, *& attingit à fine vſque ad finē fortiter; et diſponit omnia ſuauiter:* an ideò nō ſunt neceſſarij Reges, ac Principes, qui populis præſint, eiſque iura præſcribãt? At Cyrillus erat *caput miniſteriale* illius Cōcilij. Quid inde? nō igitur Cœleſtinus? Equidē capitis materialis nō eſt aliud caput, quia corpus humanũ non eſt pars alterius corporis. Verùm corpus ſimilitudinariè dictũ, id eſt aliqua multitudo ordinata eſt pars alterius multitudinis; ſicut multitudo domeſtica eſt pars

Non ſolum inuiſibile caput, ſed & viſibile in Concilio requiritur.

Exemplum diſcriminis inter caput Corpuſq; materiale, et ſimilitudinarium.

multitudinis ciuilis; & ideò Paterfamilias; qui eſt caput multitudinis domeſticæ, habet ſuper ſe caput Rectorē Ciuitatis. Ita D. Thomas 3. par. q. 8. ar. 1. ad 2. Sic Cyrillus caput erat illorũ Patrũ, Epheſi in nomine Chriſti congregatorũ, qui tamē habebat ſupra ſe caput Cœleſtinũ Romanũ Pontificē, totius Eccleſiæ Catholicæ caput, Chriſto ipſi ſubordinatũ: ſic quilibet Epiſcopus dicitur caput ſuæ Eccleſiæ: Et quòd Cyrillus caput eſſet ſacræ illius cōgregationis, nō habebat iure Eccleſiæ ſuæ, tanquã Patriarcha Alexandrinus; nam Concilio Niceno interfuerunt Patriarchæ, Alexãdrinus, & Antiochenus, cui tamē præfuit illis dignitate inferior Oſius Cordubēſis Epiſcopus: Et quilibet Patriarcha poteſt quidē indicere Cōciliũ Epiſcoporũ ſibi ſubiectorũ, quibus, vt caput, præſit; Verùm Synodus illa Epheſina cōſtabat ex Patribus vndecũque cōuocatis, & multis quidē Epiſcopis Alexãdrino Patriarchæ nō ſubiectis: non igitur alia ratione caput erat totius illius Concilij, quàm quod locũ teneret, & vices gereret Cœleſtini Romani Pontificis, totius Eccleſiæ Paſtoris, & Rectoris. Cũ Epheſim appuliſſent Arcadius, & Proiectus Epiſcopi, & Philip. S.R.E. Presbyter, Apoſtolicæ ſedis Legati; Firmus Epiſcop. Cæſareæ Capadociæ, de his, quæ hactenus acta eſſēt in Synodo, quomodo videlicet ex præſcripto litterarũ Cœleſtini Papæ ad Cyrillum, & ad Neſtoriũ, & alios, eundē Neſtoriũ hereticum, & contumacē omniũ ſententia cōdēnaſſent, eoſdē Legatos reddidit certiores. Excuſauerunt autē iidē Legati tarditatē ſuã, & moram ex maris tēpeſtate productã, petieruntque ſibi legi, quæ ab ipſis hactenus decreta fuiſſent. Vbi Baronius Ad annũ 431. *Inde ſubſequuta Actorũ lectio, & Neſtorij iterata dãnatio.* Et paulò poſt: *Actis iã cōtra Neſtorium à Synodo œcumenica, Legatorum ſubſcriptione munitis, ſcripta eſt epiſtola Synodalis ad Theodoſiũ de cōfirmata dãnatione Neſtorij per Legatos, Apoſtolicam vicem agētes, non ſolum Cœleſtini Romani Pontificis, ſed totius orbis Occidentalis Epiſcoporum.* Vbi quòd iteratam damnationem appellet Baronius, & ſecũdã ſententiã, Synodi cōfirmationem interpretur, nō probat Mornæus:

Quomodo Cyrillus ita fuit caput in Cōcilio, vt aliud ſupra ſe caput, Romanũ Epiſcopũ haberet.

Quilibet Epiſcopus eſt caput ſuæ eccleſiæ.

Cyrillus quo iure caput Cōcilij.

Quia vices gerebat Rom. Pont.

Quid actũ cũ Legatis Rom. Pont. cũ primum Epheſum [illegible].

At Patrũ (inquit) *alia omnino mēs, quãdo in Synodica ad Imperatores, [illegible], eiuſdem ſententiæ, ſe omnes fuiſſe ſignificant, & multipliciter repetũt:* Pag. 61.

Inepta Mornæi ratiocinatio.

QVa verò cōſequētia iſte concludit: fuerunt omnes illi Patres eiuſdē ſententiæ etiã cũ Cœleſtino, & Occidentalibus Epiſcopis: igitur Acta illius Cōcilij nō ſũt à Legatis, nomine, & mãdato Cœleſtini, cōfirmata? Imò verò Patres ea epiſtola ad Imperatores teſtãtur, Cœleſtinũ per Legatos ſuos ſcripſiſſe ad Synodũ, eaque, quæ ante ad Cyrillũ præſcripſerat, denuò cōfirmaſſe.

Verum, hoc ſi ita eſt (ſubiungit Hereticus) *manifeſtam hic contradictionem quis non videt? ſi Cyrillus Legatus, confirmatione quid opus? ſi confirmatione opus, qui Legatus?* Pag. 61.

Quæ

Legati Pontificis quomodo ipſū repræſentāt.

QVæ autem repugnantia, aut cōtradictio, vt Cyrillus, tanquam Legatus Papæ Cæleſtini, præeſſet Concilio, & nihilominus Acta Concilij ab ipſo Cœleſtino confirmarentur? Neque enim Papæ Legati ita ipſum repræſentant, vt, quod ipſi faciant, abſolutè cenſeatur feciſſe Papa, ſed ſolum repræſentant Pontificē tanquam vicarij, & internuncij ipſius, qui ad ipſum referrè debeant, cùm oriuntur dubia, & ſententiam eius expectare, & exequi. Ita rectè Bellarminus libro 2. de Concilijs cap. 11.

Quid vnus ex Legatis in Concilio loquutus.

Vbi lectæ fuere Cœleſtini Papæ litteræ in Concilio Epheſino, tum ab omnibus acclamatum: *hoc rectum iudicium. nouo Paulo Cœleſtino, nouo Paulo Cyrillo &c.* tum loquuti leguntur tres Legati, & inter cæteros Philippus Presbyter in hunc modum tom. 2. cap. 15. *Gratias agimus Sanctæ venerandæque huic Synodo quòd litteris Cœleſtini ſanctiſſimi, Beatiſſimique Papæ vobis recitatis ſanctæ Eccleſiæ membra, Sanctis veſtris vocibus, pijſque præconijs Sancto veſtro capiti vos exhibueritis. non enim ignara eſt veſtra Beatitudo, totius fidei, cæterorùmque Apoſtolorum caput Beatum Petrum Apoſtolum extitiſſe &c. Has voces cum omni reuerentia excipiunt.* Vnde infert Baronius ad annum 431. *Vidiſti lector, & conſideraſti, puto, in plena Synodo profeſſum Philippum Apoſtolicæ ſedis Legatum, eſſe Catholicæ Eccleſiæ caput Romanum Antiſtitem, reliquos verò omnes Epiſcopos ſub hoc capite membra: quod quidem eſt ſusceptum elogium abſque inuidia, & fauſtis poſtea præconijs acclamatum.* Idem Philippus Presbyter, Apoſtolicæque ſedis Legatus cap. 16. ſequēti:

Alius eiuſdem Legati ſermo.

Nulli dubium, immò ſæculis omnibus notum eſt, ſanctum Beatiſſimumque Petrum, Apoſtolorum Principem, & caput, fideique columnam, Eccleſiæ Catholicæ fundamentum à Domino Ieſu Chriſto Saluatore noſtro, humanique generis redemptore, Cœleſtis Regni claues accepiſſe, ſoluendique, atque ligandi poteſtate, quam acceperat, vſum fuiſſe, nec non per ſucceſſores ſuos hucuſque ſemper viuere, cauſſaſque decernere ſemperque victurū eſſe. Huius itaque ordinarius ſucceſſor, et vicarius Sanctus, Beatiſſimuſque Papa, & Epiſcopus noster Cœleſtinus nos ſuos pro ſe quaſi vicarios ad hanc Sanctam Synodum miſit &c.

Petrus Apoſtolorū Princeps, & caput &c.

S. Petrus per ſucceſſores ſuos Romanos Pont. huc vſq; viuit, & cauſas decernit.

Infert Baronius ibidem; *Intelligisnè, quem ſibi locum in Eccleſia Catholica iure vendicare conſueuerint Petri ſucceſſores Romani Pontifices? & in quàm frequenti auditorio, quāque celebri totius planè Catholici orbis theatro, cunctis ſpectantibus, & audientibus, ſit tanta rei veritas prædicata?* Verùm iſte gloſſator adeò perſpicuam veritatis lucem non ferens,

Totus (inquit) hic in ampullas abit. Baronius verò, quod Patres Synodi inſoleſcentem ferant; Non vides, inquit, Lector, quomodò omnes Patres illum abſque inuidia admittant? ex eorum modeſtia lucrum captans, & pios illos viros tumultū excitare voluiſſet. Pag. 61.

Refellitur Mornai commentatio.

CErtè quia pij illi erant viri, & in Spiritu ſancto congregati, diuinæ inſtitutionis, & ſacratum litterarum ſcientiſsimi; ideò ſtatim aſſenſerunt veritati, Philippi voces fauſtis acclamationibus exceperunt, Cœleſtinum ipſum multis laudibus commendarunt, ab vllo tumultu excitando tantùm abfuerunt. Verum nouatores iſti ſectarij, ac inprimis author iſte Myſterij Iniquitatis, Spiritu Diabolico impulſi, contra hanc apertiſsimam, ſæculiſque omnibus apud Chriſtianos omnes prædicatam veritatem, tot, tantoſque rumores, ac tumultus excitarunt, vt à Chriſtiana Republica penitùs euertenda, peſſundandaque parùm abfuerint. An verò confinxiſſet hæc, aut tanquam noua, & prius inaudita Patribus propoſuiſſet Philippus? Annon tot Patres Cœleſtinū in ordinem redegiſſent, ſi ſibi plus æquo tribuiſſet, aut ſupra cœteros, propria authoritate, ius aliquod vſurpaſſet? Et qui epiſtola Synodali de aduentu Legatorum Pontificis. Imperatores Theodoſium, & Valentinianum certiores faciunt, de tantà certè temeritate Cœleſtini, aut Legatorum non tacuiſſent. An verò certatim illi Patres contendebant Cœleſtini Pontificis gratiam aucupari, vt iam tempora illa adeò infecta, & adulatione ſordida fuerint, vt Cœleſtino dicere tùm licuerit, quod Tiberium, quoties Curia egrederetur, græcis verbis in hunc modum exclamare ſolitum refert Tacitus 3. Annalium; *O homines ad ſeruitutem paratos?* quod certè non facerent, niſi longè ſuperiorem eum agnoſcerent; neque enim vllus, aut ſibi æqualis, aut inferioris gratiam multi facit.

Mornæus aſſerit, ſummum huius Synodi imperium penes Imperatores fuiſſe; quia,

Synodus ipſa per litteras veniam, ſuas quemque in partes diſcedendi, ab Imperatoribus humillimè poſtulat, vt ab eadem poteſtate indictio, & venia, conuocatio, & miſſio. Pag. 61.

Cur Ephesini Patres aduentus veniam ab Imperatore poſtularunt.

POſtulant quidem reditum Patres Concilij, petunt fidem publicam pro Concilio; ſiquidem initio Candidiano Comiti mandarant Imperatores, ne quem ex Synodo, aut reditum molientem, aut iter ad eos affectantem, aut ad alium quemcunque locum abſcedere cupientem, prius inde abire permittere, quàm diligēti adhibita diſcuſsione ea omnia decreta, definitaque fuiſſent, quæ in diſquiſitionem venerant tom. 1. Actorū Concilij c. 32. Scribunt itaque ad Imperatores tom. 2. c. 17. *Cum hæc cauſa, & controuerſia finem Dominationi veſtræ peroptatum, Eccleſijsque omnibus tutiſſimum, & Catholicæ fidei ſaluberrimum, iam ſit ſortita, rogamus veſtram pietatem, vt ab hac cura, & exilio nos tandem abſoluat &c.*

Synodi imperium non penes Imperatorem.

An hoc eſt Synodi imperium penes Imperatores fuiſſe? An Candidianus, aut aliquis alius nomine Imperatorum præfuit Concilio? Ita habet Epiſtola Imperatorum, per Candidianum ad Synodum miſſa, initio. *Candidianum præclariſſimum religioſorum Domeſticorum comitem, ad ſacram veſtram Synodum abire iuſſimus: ſed ea lege, & conditione, vt, cum quæſtionibus & controuerſijs, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil commune habeat,*

Candidianus ad Synodū miſſus ea lege, vt ſe definiendis fidei dogmatis non immiſceret. Et cur.

Nefas eſt enim, qui Sanctiſſimorum Epiſcoporum catalogo aſcriptus non eſt, illum Eccleſiaſticis negotijs, & conſultationibus ſeſe immiſcere.

Imperator non confirmauit acta Synodi.

Confirmaſſe Concilium Imperatorem, ex decreto Regio quod habetur tom. 5. cap. 11. putat ſe probare Mornæus. Ibi dicitur, quòd, *cùm Imperator certò comperiſſet, ſacram, & Oecumenicam Synodum iuſtè, hoc eſt canonico, legitimoque ordine vbique ſeruato, Neſtorium depoſuiſſe, Legatorum Synodi ſententia publicè approbata, Orientales quidem condemnat, Neſtorio verò exilium indicit.* Ita habet editio græca pag. 273. ἐπληροφορήθη ὁ βασιλεὺς, ὡς ἡ ἁγία, καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, πάντα κανονικῶς, καὶ ἀκολούθως πράξασα καθεῖλε Νεστόριον. διὸ καὶ ἀποδεξάμενος αὐτοὺς, κατέγνω τῶν ἀνατολικῶν, καὶ λοιπὸν ἐξώρισε μὲν Νεστόριον. Hoc certe non eſt Imperatorem confirmaſſe Acta Synodi: verùm, vt Catholicum Principem decebat, patrocinatum eſſe fidei Catholicæ, & ſubſcripſiſſe Patrum decretis, hoc eſt probaſſe omnia, quæ acta erant in Synodo, quæque à Legatis Pontificis Cœleſtini iam erant confirmata. Et iniungit quidem Legatis, qui venerât ex ſacra Synodo, vt ad Eccleſiam ſe conferant, & Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſcopum præficiant χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον τῇ ἁγίᾳ Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίᾳ, non tamen ipſe eum præficere, aut ordinare ſui iuris eſſe iudicauit.

ſed probauit.

A quibus Imperator iudicet Cōſtantinopolitanæ Eccleſ. præficiendum Epiſcopum.

Fruſtrà laborat Mornęus in citandis aliquot Patrum locis, quos multis iam auctoritatibus paſsim docuimus, idem prorſus de Primatu Romanæ Eccleſiæ ſenſiſſe, quod nunc Catholici vnanimi conſenſu aſſerunt. Eas nunc, ne actum agam, prætermitto; cùm maxime nihil contra nos officiant, quæ multa iſte citat, aut potius toties repetit, vt eo ampliori mole volumen ſuum commendet, ſic etiam, quæ fuerit Ambroſij, Auguſtini, Baſilij, Chryſoſtomi ſententia, iam alibi docuimus, & ijs omnibus, quæ obijci poſſent, reſponſum ſatis.

Quoad locum, quem citat ex Socrate lib. 7. c. 11. vbi exagitat potētiā Romanorū Pōtificū τῆς Ῥωμαίων ἐπισκοπῆς ὁμοίως τῇ Ἀλεξανδρέων πέρα τῆς ἱερωσύνης, ἐπὶ δυναστείαν ἤδη πάλαι προελθούσης. hoc eſt. *Cùm Epiſcopatus Romanus non aliter atq; Alexandrinus, quaſi extra ſacerdotij fines egreſſus, ad ſecularem principatum erat iam ante delapſus*; Verum inde conſtat, vt obſeruauit Billius lib. 1. Sacrarum obſeruationum capit. 16. Socratem Nouati perfidiam, atque impium ſchiſma ſecutum eſſe: inde Romanis Pontificibus Innocentio, & Cœleſtino, qui Nouatianos Roma eiecerant, eiſque Eccleſias ademerant, infenſum ſe oſtendit, & eorum potentiam contra hæreticos adeò prouectam, vt eos ex vrbe eijcere poſſent, moleſtè fert; Sicq; quod zelo fidei debebat aſcribere, inuidiæ tribuit. Non ſecus atque Mornęus cæteris, qui præceſſerunt, hæreticis longè inſolentior, & impudentior, tantam Pontificum authoritatem ad coercendos Chriſti, & Eccleſiæ hoſtes, ægrè admodum patitur. Quomodo & aliæ Patriarchales Eccleſiæ dicantur ſedes Apoſtolicæ, ſed præſertim Romanæ ſit is titulus, iam ex Patribus alibi docuimus: nec eſt, quòd, more iſtius, eadem pluries repetamus.

Socrates nouatianus

De donatione item Conſtantini in Antidoto contra Progreſſum 4. ſatis multa dicta ſunt, vt plura velle adferre ſit ſuperuacaneum.

Quod attinet ad ſchiſma inter Bonifaciū, & Eulalium tempore Honorij Imperatoris, & ſi Symmachus vrbis Præfectus ita ad Imperatorem ſcribat: *Quoniam pietatis veſtræ eſt de hac parte ferre iudicium &c.* videmus tamen religioſiſsimum illum Principem eam cauſſam voluiſſe referri ad Epiſcopos, vt nimirum iudicarent illi, quis legitimè electus eſſet in Pontificem, vt nonniſi ad Epiſcoporum iudicium ipſius etiam Principis acceſſerit ſententia. Et Bonifacius quidem, tanquàm legitimus Pontifex omnium iudicio comprobatus, expertus, quanta ex ſchiſmate mala, diſtractis in varias partes hominum animis, orirentur, nihil antiquius habuit, quàm vt in poſterum, ne ſimilia contingerent, caueretur; quare ea de re ad Honorium ſcripſit, cum concordiæ ſtudens vſque ad mortem ægrotaſſet: eius verò dictis parens Honorius ſtatuit, vt, qui poſthac in ſchiſmate crearentur, ambo Pontificatu cederent, aliuſque à toto Clero eligeretur, qui Catholicam Eccleſiam gubernaret. An verò, ſi quando Imperatores leges vtiles Eccleſiæ, & quibus obuiam irent tùm ſchiſmatibus, tùm hæreſibus, tulerunt, ideò Rectores erant Eccleſiæ, & non magis ipſi ſubſeruiebant, & opem ferebant? Equidem ita initio ſcribit Bonifacius: *Eccleſię meę, cui Deus noſter meum Sacerdotium vobis humanas res regentibus deputauit*: vbi iſte legit *Regni*. Ad finem epiſtolæ rogat, vt in perpetuum ſtatui vniuerſalis Eccleſiæ conſulat: vnde conſtat, Bonifacium vniuerſali Eccleſiæ præfuiſſe, quia Romanæ Eccleſiæ præerat. Ità verò reſcribit Honorius: *Scripta Beatitudinis tuæ, debita reuerentia gratulatione ſuſcepimus*: tùm ſignificat, ſe ipſius Pontificis ſuaſu proſpexiſſe, ne Romæ in Pontificis electione ambitioni eſſet locus, cùm decreuiſſet, ſi duo electi fuiſſent Epiſcopi, neutrum fore Epiſcopum, ſed alium communi omnium conſenſu ex Clericorum numero eſſe eligendum. Multæ quidem leges de religione ab Imperatoribus latæ extant, quæ, quatenus vtiles Eccleſię, & ab ipſis Pontificibus probatæ, vel eorum ſuaſu, & rogatu ſancitæ fuere, vim ſuam obtinent, mutuo enim ſeſe iuuant Reſpublica, & Religio; & illa huic inſeruire debet: non mirum igitur, ſi Pontifices authoritatem Chriſtianiſsimorum Imperatorum, qui propenſi videbantur ad tuendam Sacram religionem, qualis fuit Honorius, aliquando interpellarint ad ferendas leges pro pace Eccleſiæ conſeruanda. Nec verò ſcribit Honorius, duobus de Pontificatu contendentibus, ſe alterum ſuffecturum, ſed illum ſolum in ſede Apoſtolica permanſurum, quem ex numero Clericorum noua ordinatione Diuinum iudicium,

De ſchiſmate inter Bonifacium, et Eulalium.

Imperator cauſa iudicium remiſit ad Epiſcopos.

Bonifacij ſtudium vt ſchiſmata tollerentur.

Honorij lex de Pontificibus in ſchiſmate creatis.

Imperatorū leges de Religione quomodo vim habeant.

cium, & vniuerſalis, conſenſus elegerit. Ad obiectionem Mornæi.

Pag. 64. *Si Epiſcopus Romanus eo tempore, aut Vrbis, aut territorij Romani temporalis Dominus, num eo loquendi genere apud Honorium vſurus.*

EX ſupradictis loco citato conſtat reſponſio. Nec præterea nobis multum curæ eſt, fueritne tum temporis Romanus Epiſcopus temporalis Dominus vrbis; nam de primatu illius, & ſpirituali iuriſdictione in omnes Eccleſias potiſsimùm controuerſia cum aduerſarijs eſt; cui tamen non repugnat dominium temporale, quod legitimo iure iam à multis annis non ſecus, ac quilibet Princeps temporalis, Romanus Pontifex obtinet. Quid ſi Mornæo obijciamus: Honorius, ſi fuiſſet temporalis Dominus Vrbis, futurum fuiſſe, vt Romam, quæ Italiæ caput erat, & non Rauennam ſedem Imperij ſui conſtitueret, & vt poſtea Exarchi, qui vices gerebant Imperatoris Orientalis in Italia, Romæ, & non Rauennæ ſederent? Interim Mornæus, velit quidem Imperatori res ſacras, & Eccleſiaſticas ſubijcere, nullo verò modo Pontifici permittere rerũ temporaliũ Dominiũ, aut adminiſtrationem: quò refert illud Syneſi Epiſt. 57. [illegible] id eſt, *Reipublicæ adminiſtrandæ vim, cum Sacerdotio [illegible] re, perinde eſſe atque cætera, quæ nequaquam connecti nequeant.* An verò minus repugnat Imperatori laico rerum ſacrarum, & Eccleſiaſticarum præfecturam, & adminiſtrationem committere, quàm Pontifici temporalibus præeſſe? Quod ritè in ſequentibus docet Syneſius, vbi enim Aegyptios, & Hebræos Sacerdotum Imperio longo tempore vſos fuiſſe ſcripſit, [illegible] hoc eſt: *Deinde, poſtquam, vt mihi videtur, diuinum opus, humano more fieri cœptum eſt; Deus ambo vitæ genera ſeparauit; vtrumque horum ſacrum; alterum ad regimen, atque imperium conſtitutum eſt. Alios enim ad infimarum rerum fæcem conuertit, alios ſibi ſociauit, &c.* Eadem ſcribit & Epiſtola 121. Longe igitur alia mens Syneſij, quàm iſtius: ſiquidem ille vult Sacerdotes non immiſcere ſe Reipublicæ negotijs, & multò certè minus Laicos Principes regimini ipſius Eccleſiæ. Denique ſenſus Syneſij eſt, potiſsimum Sacerdotum officium eſſe, vt in his, quæ ad Deum ſunt, præſint, neque ſæcularibus ſe negotijs immiſceant, ſi tamen ab officio, ad quod vocati ſunt, per ea diſtrahantur.

ſententia Syneſij re[illegible] in diuina.

ANTIDOTVM
Contra Progreſſum Vndecimum.

De Leone Primo variè diſſertum.

LEonis Primi Pontificis electionem Baronius refert in annum Chriſti 440. De eo ita Caluinus lib. 4. inſtitut. cap. 7. §. 11. *Fuit vir ille vt eruditus, ac facundus, ita gloriæ, & dominationis ſupra modum cupidus.* Caluiniſtæ Mornæi idem eſt iudicium.

Pag 64. *Leo Primus* (inquit) *Primatus tenax, ſuum illud, Tu eſt Petrus, ſedulo inculcare.*

ITa enim ſcribit ſermone 2. in anniuerſario die ſuæ aſſumptionis ad Pontificatum, citãs non ſuum illud, vt ait Mornæus, ſed ipſiſsima Chriſti verba ex 16. Mat. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram &c. Manet ergo* (inquit) *diſpoſitio veritatis; & Beatus Petrus in accepta fortitudine Petræ perſeuerãs, ſuſcepta Eccleſiæ gubernacula non reliquit.*

S. Petrus ſuſcepta Eccleſiæ gubernacula non reliquit.

non aliter certè, quàm, quia ſuprema illa authoritas gubernandi Eccleſiam Petro demandata à Chriſto, in illius ſucceſſore Romano Põtifice perſeuerat. Inde paulò poſt ſubiungit. *Rationabili obſequio celebratur hodierna feſtiuitas, vt in perſona humilitatis meæ ille intelligatur, ille honoretur, in quo & omnium Paſtorum ſolicitudo cum commendatarum ſibi ouium cuſtodia perſeuerat, & cuius etiam dignitas in indigno hærede non deficit. Vnde venerabilium quoque fratrum, & Conſacerdotum meorum deſiderata mihi, & honoranda præſentia hinc ſacratior eſt, & deuotior, ſi pietatem huius officij, in quo adeſſe dignati ſunt, ei principaliter deferunt, quem non ſolum huius ſedis Præſulem, ſed & omnium Epiſcoporum nouerunt eſſe Primatem.* Quæ producens Baronius ad Annum 440. *Duo,* (inquit) *ſimul iunxit in Paſtorali functione ad perfectum optimi Paſtoris exemplar eſſormandam extrema: nimirùm ſummam in ſua conſideratione perſonæ animi demiſſionem, & eminentem, ſublimemque in eius, cuius ſe eſſe ſucceſſorem intelligebat, animi celſitudinem:* Et ſerm. 3. *De toto mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus præponatur; vt quamuis in populo Dei multi Sacerdotes ſint, multique Paſtores; omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Chriſtus. Magnum, & mirabile dilectiſſimi, huic viro conſortium potentiæ ſuæ tribuit diuina dignatio, & ſi quid cum eo commune cæteris voluit eſſe Principibus, nunquam niſi per ipſum dedit, quicquid alijs non negauit.*

S. Petrus omnium Epiſcoporum Primas.

S. Petrus omnibus & Apoſtolis, & Patribus Eccleſiæ præpoſitus.

Hoc ille (inquit Mornæus) *Romæ ſermocinabatur apud ſuos.* Pag. 64.

AN verò fabulas, aut meras nugas illis narrabat? Nonnè hęc ſunt verba Chriſti expreſsiſsima ad Petrum: *Tu es Petrus &c.* Quid aliud, quàm ſolidiſsimam illam fidei Petram apud ſuos proponebat? Annon verò omnes Patres, & vniuerſa Eccleſia intellexit, his verbis ineſſe Myſterium, & cæteris Apoſtolis Petrum eſſe prælatum? Non igitur aliquid nouũ, aut inſolitum, aut veritati minus conſonum

Refellitur Mornæi prætextus.

Leo Romanis inculcabat; Et quod ille Romę apud ſuos, hoc apud cæteras gentes reliqui in partem ſolicitudinis aſſumpti Epiſcopi ex verbis Chriſti docebant, & ſermocinabantur.

Pag. 64.

Conqueritur etiam (inquit) *apud Flauianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quod ipſum ante omnes de Eutichis negotio non admonuerit. Vnde dubitandi illi anſa, num legitimè ab Eccleſiæ cõmunione reiectus fuerit.*

De Eutichete.

ITa quidem ſcribit Leo Epiſt. 7. ad Theodoſium Auguſtum: *quid in Conſtantinopolitana Eccleſia perturbationis acciderit, quod ita fratrem, & Coepiſcopum noſtrum Flauianum potuerit commouere, vt Eutychen Presbyterum communione priuaret, nondum potuimus euidenter cognoſcere. Quamuis enim prædictus Presbyter ad ſedem Apoſtolicam per libellum doloris tui quærimoniam miſerit; breuiter tamen aliqua prælibauit, aſſerens, ſe Nicenæ Synodi cõſtituta ſeruantem fruſtra in fidei diuerſitate culpatum &c.* Vbi vides doloſi hæreſiarchæ fraudulentiam, qua ſibi Catholicum nomen apud Romanum Pontificem aucupari quæſiuit. Eadem Epiſtola Leo miratur nimium ſilentium Flauiani, quodque nihil de Eutychete à ſe excommunicato ſcripſiſſet: *cum ſtudere debuerit* (inquit) *nobis primatus omnia reſerare.* Et Flauianus quidem ſcripſerat, ſed Palatinorum fraude litteræ Eutychetis Leoni priùs redditæ fuerant, quàm Flauiani. Vnde ad eum ſcribit S. Leo Epiſt. 10. redarguens quodammodo eius negligentiam, quod illi, quæ acta eſſent, minimè renunciaſſet, cùm interea Eutyches ſuam damnationem factam conquereretur; iuſſitque omnia, quæ geſta eſſent in cauſſa Eutychetis, ſibi tranſmitti: quod Flauianus datis alijs ad ipſum litteris, & Synodi tum Conſtantinopoli habitæ aliquot Epiſcoporũ, præſtitit, verſutias, & impietatem noui hæretici aperiens. Extat vtraque Epiſtola tom. 1. Epiſt. Pont. poſt Leonis Epiſt. 10. Inde verò rectè Baronius ad annũ 449. *Attende lector ex veteri inſtituto abſque controuerſia profiteri eoſdem interſe altercantes Flauianum, & Eutychetem legitimum, & præcipuum Iudicem Eccleſiaſticarum controuerſiarũ eſſe Romanum Pontificem, ad quem tam actor, quam reus, ſponte currunt iura ſua proſecuturi.* Neq; verò dubitauit vnquam Leo Pontifex, an hæretici ab Eccleſiæ communione reijciendi eſſent; hoc ſiquidem eſſet in ipſo iure errare, ſed ignorauit, qua de cauſſa excommunicatus eſſet à Flauiano Eutyches, & an hæreticus eſſet, maximè cũ is ſe apud Leonẽ fingeret Catholicũ: nec certè id ſciri potuit, cùm tùm nondùm ad eum perueniſſent litteræ Flauiani de hæreſi, & damnatione illius hæretici. Et Epiſtola quidẽ ad Flauianum, Leo non queritur, aut perſuadere intendit, vllam ſibi, aut Eutycheti ab eo factam iniuriam, vt fingit aduerſarius: verùm, ſcribit, ſe accepiſſe libellũ Eutychetis Presbyteri, qui ſe querebatur, accuſante Euſebio Epiſcopo, immeritò cõmunione priuatum: maximè cũ euocatum ſe adfuiſſe teſtaretur, nec ſui præſentiam denegaſſe: adeò vt in ipſo iudicio libellũ appellationis ſuæ aſſereret ſe obtuliſſe, nec tamẽ fuiſſe ſuſceptũ; vnde Leo vult, cuncta ad ſuã notitiam deferri. Et quidem mentitus erat Põtifici verſipellis ille Eutyches, prout Flauianus eundem certiorem fecit, *Litteræ* (inquiens) *datæ ſunt veſtræ Sanctitatis, per quas ſumus edocti, quia idẽ Eutyches libellos direxit vobis plenos omni fallacia, atque calliditate, dicens, iudicij tempore libellos ſe dediſſe appellationis & nobis, & hic conuenienti Sancto Cõcilio, & appellaſſe veſtram Sanctitatem: quod nequaquã ab eo factum eſt. Sed etiam in hac parte mentitus eſt; tã quam per fallaciam mendacij ſubrepere ſe ſanctis veſtris auribus putans.*

Gesta in cauſa Eutychetis Leo ſibi tranſmitti iubet: et tranſmittuntur.

Pręfert ſe autoritate ex geſtis Flauiani, & Eutychetis denotata.

De quo in cauſa Eutychetis Leo dubitauerit.

Eutyches querimoniam miſit ad Apoſtolicam ſedem.

Eutyches dolus.

Palatinorũ fraus.

Fictio Mornæi.

Eutyches mentitus Leoni Pont.

Proſequitur Mornæus,

Pag. 64.

Queritatur quoque apud Epiſcopos Viennenſis Prouinciæ, quòd ſe inconſulto Hilarius Arelatenſis Epiſcopus inſtituat, & deſtituat &c.

NEc mirũ certè; nam Leonis Papæ erat vnicuique Eccleſiarum iura ſua ſeruare: cùm verò viguiſſet inter Epiſcopos Arelatenſes, & Viennenſes antiqua cõtrouerſia, quod illi prętenderent ius ordinandi Epiſcopos Prouinciæ Viennenſis ſpectare ad Epiſcopos Arelatẽſes; in Cõcilio Taurinenſi id ordinatũ eſt, vt vnaquæque Metropolis ſuis finibus cõtenta eſſet: cui decreto haud acquieſcere viſi sũt Arelatẽſes Epiſcopi; ſed Epiſcopos ordinare reclamãtibus populis in Viennẽſi, & Narbonẽſi Prouincijs ſępe tentarũt. Igitur tẽpore Leonis Papę eadẽ querela contra Hilariũ Arelatensẽ perlata eſt, quòd in Prouincia Viẽnẽſi ordinatum Epiſcopũ Celidoniũ deponere præſumpſiſſet, & aliũ in locũ Epiſcopi, Proiecti nomine, nondũ mortui, ſubſtituere. Et cũ Romã idẽ Hilarius ad dicendã cauſã ſe contuliſſet, de his omnibus conuictus, haud expectatã ſentẽtia, vel obtẽta licẽtia ab vrbe recedẽs Arelatẽ redijt: aduerſus quẽ Leo epiſtolã, quę eſt 89. in tõ. Cõcil. 87. in 1. tom. epiſt. Põt. 93. ad Epiſcopos Viennẽſis Prouinciæ dedit vbi aliqua præfatus de primatu Romanæ Eccleſiæ, quæ iuratũ hũc Põtificiæ dignitatis hoſtẽ excruciant; pergit poſtea de præſũptione Hilarij in excedendis ſuæ Prouinciæ terminis, & de Celidonio Epiſcopo, eiuſque cauſſa agitata, ipſo præſente Hilario, Romæ in Epiſcoporũ Cõcilio. Subdit & de cauſſa Proiecti Epiſcopi, cui ægrotãti Hilarius ſubrogauerat ſucceſſorẽ; cũ, etiã ſi mortuus eſſet, ad Viennẽſẽ id ſpectaret Epiſcopũ, cuius in Prouincia proiectus erat Antiſtes. Vnde poſtremò ſubiungit. *Suis vnaquæque Prouincia ſit cõtenta Cõcilijs, nec vltra Hilarius audeat cõuentus indicere Synodales, & Sacerdotũ Domini iudicia ſe interferẽdo turbare, qui nõ tantũ nouerit ſe ab alieno iure depulſũ, ſed etiã Viennẽſis Prouinciæ (quàm malè vſurpauerit) poteſtate priuatum &c.* Quod verò ad eoſdẽ ſcribit eadẽ Epiſtola: *Nobiſcũ itaque veſtra fraternitas recognoſcat, Apoſtolicã ſedẽ, pro ſui reuerẽtia, à veſtræ etiã Prouinciæ Sacerdotibus innumeris relationibus eſſe conſultam & pro diuerſarum* (quemadmodum vetus conſuetudo poſcebat) *appellatione cauſſarum, aut retractata, aut confirmata fuiſſe iudicia.* Ita gloſſat Mornæus:

Leo Pont. de Hilario Epiſc. Arelat. iuſtè conqueſtus.

Controuerſia inter epiſcopos Arelatenſes, & Viennenſes: quæ.

Et eius deciſio.

Querela contra Hilariũ ad Leonem delata.

Hilarius ad dicendam cauſã Romã ſe contulit, & alia, quæ deinceps egit.

Quid Leo in Epiſtola contra Hilariũ Arelat. Epiſcop.

Apoſtolica ſedes conſulenda.

Pag. 64. *Vt Galliarum Epiſcopis (Leo) adblandiatur, & blandorum illis verborum prætextu primatum ſuum deglutiendum proponet.*

Leo non ad blanditur Epiſcopis in beneficium ſui Primatus.

AN verò reuocare veterem conſuetudinem, hoc eſt illis adblandiri? aut falſa profert Leo Põtifex, cum ſedem Apoſtolicam ſæpe ab Epiſcopis Galliarum eſſe conſultam ſcribit? Et Hilarius quidem, licet iura Eccleſiæ ſuæ vindicaturus plus æquo, viſus ſit eſſe prolapſus, & tãti Pontificis meruerit offenſam, iuſsis tamen illius cedens, eò tandem peruenit culminis ſanctitatis, vt ore omnium meruerit commẽdari. Torquet Mornæum, quòd Leo,

Hilar. Leonis iuſſis ceſſit.

Pag. 64. *Papam ſe Eccleſiæ Catholicæ Vrbis Romæ cognominat; interdum, & vniuerſalem.*

Epiſcopus Rom. vniuerſalis.

QVem tamen titulum, nec reliquis Epiſcopis, aut Presbyteris ſupra pag. 60. inuidebat: & vniuerſalem eſſe Romanum Põtificem, cuius auctoritas nullis circumſcripta ſit locorum, aut perſonarum limitibus, alibi iam oſtendimus: vt nihil ſibi præter ius arroget Leo Pontifex. Quam verò iuſtè per Legatos intercederet in Concilio Calcedonenſi, ne Cõſtantinopolitanus, ſecundum à Romano Pontifice locum haberet, iam antea docuimus, nec ille certè ſuo loco mouebatur: vt non tàm ius ſuũ, quàm aliorum Patriarcharum tueretur; cùm præterea Canonib. Nicæni Concilij aliter cautum eſſet: vbi iſte gloſſat:

Pag. 64. *Vt Pontificibus eorum auctoritate abuti iam pridem ſolemne.*

Rom. Pont. nunquã abuſi Nicæni Canonib.

QVo verò auctore docebit iſte mendaciorũ conſarcinator, abuſos fuiſſe aliquando Romanos Pontifices Canonibus Nicæni Concilij; immò non fuiſſe eorum obſeruãtiſsimos? Scribens ipſe Leo ad Epiſcopos per Cæſarienſem Mauritaniam in Africa conſtitutos epiſt. 91. *Nihil per contentionem agentes, ſed ad omne ſtudium deuotionis vnanimes, Diuinis, & Apoſtolicis cõſtitutionibus pareatis, & in nullo patiamini pia canonum decreta violari.* An non verò Canon eſt VII. Concilij Nicæni de ordine ſediũ Patriarchalium, vbi nulla mentio Epiſcopi Conſtantinopolitani? Siquidem Eccleſia Conſtantinopolitana non erat ſedes Apoſtolica, quemadmodum reliquę. Nec ſatis Mornæus conuenit cum magiſtro Caluino; ſiquidẽ non ſcribit ille, Leonem abuſum eſſe canone Concilij Nicæni, ſed futilè eſſe, quod obtrudit Leo, non eſſe deferendum honorem Conſtantinopolitanæ ſedi, qui, Synodi Nicænæ auctoritate, Alexandrinæ datus foret. *Hoc enim dictat communis ſenſus* (inquit) *fuiſſe huiuſmodi decretum, quod, pro temporum ratione, tolli poſſet.* An verò fuit illa mens Sanctorum Patrum, vt, quos tùm ſancirẽt Canones pro diſciplina Eccleſiaſtica conſeruanda ita, pro tẽporum ratione, tollerentur, & non magis perpetuis temporibus obſeruarentur? An melius Caluinus aſſecutus eſt mentem Sanctorum Patrum, quàm Leo ipſe Pontifex, & Legati illius, qui Canonem Nicænum oppoſuerunt, & Patrũ magnæ illius Synodi conſtitutionem nulla voluerunt temeritate violari? Leo ipſe Pontifex epiſt. 53. ad Anatolium Epiſcopum: *Sancti illi, & venerabiles Patres, qui in Vrbe Nicæna, ſacrilego Ario cum ſua impietate damnato, manſuras vſque in finem mundi leges Eccleſiaſticorum Canonum condiderunt, & apud nos in toto orbe terrarum in ſuis conſtitutionibus viuunt, & ſi quid vſquam aliter quam illi ſtatuere, præſumitur, ſine cunctatione caſſatur, vt, quæ ad perpetuam vtilitatem generaliter inſtituta ſunt, nulla commutatione varientur, &c.* Quæ ergo temeritas ita Nicænum decretum interpretari, vt, pro temporum varietate, tolli poſſet? Scilicet ita licebit reliquos Canones à ſacris Cõcilijs ſancitos interpretari, vt nimirum, pro temporum varietate, id eſt, quando Caluino, Mornæo, & reliquis ſectarijs videbitur, tollendi ſint. Nonniſi verò impudenter Caluinus tribuit Leonis ambitioni, quòd huic canoni, quo Eccleſia Cõſtantinopolitana primum poſt Romanam locum habere cenſeretur, reclamarit: ſiquidem non pati, antiquos canones violari, & præterea velle, iura ſua cuique Eccleſiarum integra ſeruari, nulla certè eſt ambitio: neque res hæc tãtula erat, qualem fingit Caluinus, qui & ſcribit, Orientalium neminem repugnaſſe, quorum intererat maximè: Atqui is canon, fraude Anatolij Conſtantinopolitani Epiſcopi, & Orientalium clãdeſtinè, ſoluta iam Synodo, promulgatus eſt: vbi & vafriciem eorundem eò notat Baronius ad annum 451. quòd, non tãtùm abſentibus, qui poſt iudices receſſerunt abſoluta actione, legatis, ea de priuilegijs Eccleſiæ Cõſtantinopolitanæ ſtatuere cùm Anatolio auſi ſint Orientales Epiſcopi: ſed quòd eiuſmodi decretum verterent in præiudicium Eccleſiæ Alexandrinæ, diſtulerunt poſt Synodum electionem Epiſcopi Alexandrini, ne ſi præſens eſſet, obſiſtere voluiſſet. Mentitur itaque Caluinus, cùm ſcribit, Proterium Epiſcopum Alexãdrinum adfuiſſe, cùm is Canon aſtu Anatolij, & Orientalium ſancitus eſt: Immò nec Aegyptios Epiſcopos præſentes eſſe voluerit, eo prætextu, quòd abſque Alexandrino Epiſcopo ijs minimè liceret Synodicis decretis ſubſcribere: Plura de hoc canone, & de interceſsione Leonis, ac illius Legatorum iam ante diximus in Antidoto 4. Nunc in hoc progreſſu ſatis immorati tandem ad oppoſitionem veniamus:

Mornæus non ſatis cõſentit cum Caluino.

Nic. Canon de ordine ſediũ Patriarchaliũ quo lis obſeruationem eſſe debeat.

Leo à ſi ... irrita de... mutabile Nicænorũ Canonũ obſeruatione.

Ambitionis vitiũ Leoni impudenter tributum à Caluino.

Canõ in fauorẽ Eccleſiæ Conſtãtinopolitãæ ſtinè ſancitus.

Caluini mẽdacium.

Sed videndum (inquit Mornæus) *quouſque hæc ab alijs tolerentur.* Pag. 64.

SIc Caluinus lib. 4. Inſtitut. cap. 7. §. 11. *An Eccleſia fidem tunc habuerit eius teſtimonio tùm ita ſe extollit, id verò eſt, quod quæritur.* Quæ igitur opponit iſtè progreſſui præcedenti, deinceps expendenda ſunt.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem Vndecimam.

Pag. 64.

Ac Primum Leo ipſe interdum ſtilum temperat: Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: ſuper hanc (inquit) *fortitudinem æternum extruam templum; & Eccleſiæ meæ cœlo inſerenda ſublimitas, in huius fidei firmitate conſurget. Hanc confeſſionem portæ inferi non terrebunt, mortis vincula non ligabunt.*

Eccleſia ſupra Petrum fundata.

VBi non ſuper Petrum, ſed ſuper fidei confeſsionem, quæ communis ſit omnibus Apoſtolis, omnibus Eccleſijs Orthodoxis, fundatam eſſe Eccleſiam velit Mornæus, vt nihil ſic habeat Petrus præ alijs Apoſtolis. Verùm, vt rectè docet Cardinalis Bellarminus lib. 1. de Romano Pontifice cap. 10. illud pronomen *hanc* clariſsimè oſtendit, per Petrã non poſſe intelligi fidem abſolute, ſeu prout omnibus eſt communis; nam refertur ad Petrã proximè nominatam: proximè autem dictum fuerat Simoni: Tu es *Petra*, non *fides*: dicendum igitur, non quamlibet fidem, ſed Petri fidem, & Petri, non vt hominis priuati, ſed vt Paſtoris Eccleſiæ eſſe fundamentum: quod idem eſt, ac Petrum eſſe fundamentum; dicitur enim Petri fides fundamentum Eccleſiæ duplici ratione; Primò, quia ob meritum huius fidei Petrus conſecutus eſt, vt ſit fundamentum Eccleſiæ, ſicut exponunt Hieronymus, Hylarius, Chryſoſtomus, & alij hoc loco. Secundò, quia Petrus in hoc potiſsimùm eſt Eccleſiæ fundamentum, quòd, cùm fides eius deficere non poſsit, ipſe omnes alios in fide confirmare, & ſuſtentare debet. Sic enim ad eum Dominus ait Lucæ 22. *Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Itaque cum ratione fidei ſuæ indefectibilis Petrus ſit Petra firmiſsima, totam Eccleſiam ſuſtentans, idem eſt dicere, ſuper Petrum, & ſuper eius fidem Eccleſiam eſſe fundatam.

Fides S. Petri duplici ratione eſt fundamentũ Eccleſiæ.

Temperat (inquit Mornæus) *Leo ſtilum.*

Mornæus malignè ſuppreſsit, quæ ſibi in hoc Leonis loco repugnabant.

Immò verò ex verbis præcedentibus, quę malignè ſuppreſsit, conſtat Petrum eſſe illam Petram, ſuper quam Chriſtus Eccleſiam ſuam ædificauit. Ita enim Leo, ſerm. in Natali Apoſt. Petri, & Pauli: *Ille primus eſt in Domini confeſſione, qui primus eſt in Apoſtolica dignitate; qui cum dixiſſet: Tu es Chriſtus filius Dei viui; reſpondit ei Ieſus: Beatus es Simon Bar-Iona quia caro, & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed Pater meus qui eſt in Cælis. Ideò Beatus es, quia Pater meus, te docuit &c. Et ego* (inquit) *dico tibi. Hoc eſt; ſi Pater meus tibi manifeſtauit Diuinitatem meam, ita ego notam tibi facio excellentiam tuam.* Quia: *Tu es Petrus, id eſt, cùm ego ſim inuiolabilis Petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum, tamen tu quoque Petra es quia mea virtute ſolidaris; vt quæ mihi poteſtate ſunt propria, ſint tibi mecum participatione communia. Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, &c. ſuper hanc* (inquit) *fortitudinem æternum extruam templum*: Vbi certè fortitudo illa Petrus eſt, ſeu Petri fides; nam certè pronomen *hanc*, vt iam dictum eſt, debet referri ad aliquid proximum: proximè autem dictum à Chriſto fuerat ipſi Petro: *Tu es Cephas*, id eſt, *Petra*, & ita Leonem intellexiſſe conſtat ex ſequentibus. *In Petro omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratię ita ordinatur auxilium, vt firmitas, quæ per Chriſtum Petro tribuitur, per Petrum Apoſtolis conferatur.* Poſtea concludit: *Gratias agentes ſempiterno Regi, & redemptori noſtro Ieſu Chriſto, quòd tantam potentiam dedit ei, quem totius Eccleſiæ Principem fecit, &c.* Perperam igitur iſte, pro ſuo more, Leonis Papæ verba interpretatur, cum eum ſtilum ſuum temperaſſe ſcribit.

Quo diſcrimine Chriſtus & Petrus ſint Petra.

Fortitudo, ſuper quam Chriſtus extruxit Eccleſiã, eſt Petrus, ſeu Petri fides.

Quod attinet ad Flauianum, vt ex ſupra dictis à nobis cõſtat, falſum eſt, illum ſe vnquam oppoſuiſſe Pontificis Leonis auctoritati: immò eum ſtatim certiorem fecit de hæreſi, & damnatione Eutychetis: & cùm Leo ad eum ſcripſiſſet, eius negligentiam quodammodo redarguens: quod de his, quę acta eſſent in cauſſa Eutychetis, nihil ad ſe ſcripſiſſet; ille alijs ad eum datis litteris iuſtas ei cauſſas, quibus ad Eutychetem condemnandum compulſus fuerat, ſignificat; in quo certè Leoni tanquam ſuperiori obtemperare viſus eſt. Quòd verò ad Leonem ſcribit: *vt Sanctitas veſtra hoc cognoſcens omnibus Epiſcopis ſub Beatitudine veſtra degentibus manifeſta reddi iubeat illius impietatem, &c.* non is ſenſus eſt, vt ſint aliqui Epiſcopi non ſubiecti Rom. Pontifici, ſed Leonem alloquitur tanquam Patriarcham Occidentalem, ſub quo eo modo degebant Epiſcopi Occidentales, quemadmodum ſub alijs Patriarchis Epiſcopi Orientales; cum tamen, quatenus erat Petri ſucceſſor, & Paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, eius iuriſdictioni omnes Epiſcopi ſubijcerentur, vt ſententię Leonis omnes ex æquo acquieſcere deberent. Quòd ait Mornæus, Eutychetem à Flauiano, & Synodo Orientali damnatum, ad Leonem appellaſſe,

Flauianũ oppoſuit ſe Põtificis auctoritati.

Epiſcopi quomodo ſub Rom. Pont. quatenus Petri ſucceſſor.

Ea ſpe, vt ſuam cauſſam tuendam ſuſciperet.

Certè in eam ſpẽ deuenerat Eutyches, quia fingebat ſe orthodoxum, & ſe iniuſtè damnatum, cõquerebatur apud Leonem: & præterea ſcribebat, ſe paratum fore corrigere, quicquid reprehenſione dignum dixiſſet. Nec certè iudicium ſuum Leo ſuſpendit, quaſi dubitans, an damnandus, & excommunicandus eſſet hæreticus; verùm nondum certus, an hæreticus eſſet Eutyches, & ignarus, qua de cauſſa à Flauiano, alijs Epiſcopis damnatus eſſet. Equidem Flauianus Leoni ſcribit, Eutychetem illi mentitum eſſe; nec enim tempore iudicij ad eum appel-

[illegible]

Cur Leo ſuſpẽderit iudiciũ de Eutyche te incerti.

[illegible]

Digitized by Google

appellaſſe. Vbi gloſſator Mornæus:

Pag. 65. *Haſce* (inquit) *appellationes in illis regionibus ignotas haud dubiè innuens.*

Inepta Mornæi deductio.

QVis obſecro ſenſus iſte? Flauianus ſcribit ad Leonem, Eutychetem ad eum non appellaſſe; innuit igitur, appellationes in illis regionibus fuiſſe ignotas. Nec certè iudicauit vnquam Flauianus, non fore iuridicas appellationes ad Romanum Pontificem, ſed tantum ſcribit, non appellaſſe Eutychetem, & mentitum fuiſſe, cum ad eum ſcripſit, ſe ad eum appellaſſe. An non verò & Epiſcopi Cōſtantinopolitani, qui Flauianum ipſum præceſſerunt, & alij Orientales prouocarunt aliquādo ad Romanum Pontificem? Id de Athanaſio, Chryſoſtomo, & alijs iam alibi docuimus. An non & ipſe Flauianus, vt auctor eſt Liberatus in Breuiario, cap. 12. iniuſtè contra ſe prolata ſententia à Dioſcoro, & Epheſina PſeudoSynodo, per eius Legatos ſedem Apoſtolicam appellauit libello? Quomodo ergo innuiſſet, ignotas eſſe in hiſce regionibus appellationes? Quòd verò ſcribebat Flauianus: *Secundum quod Sacerdotio competit, propriamque faciens communem cauſſam, & Sanctarum Eccleſiarum diſciplinam ſimul decerne damnationem, aduerſus eum regulariter factam:* Mornæus ſubiungit.

Flauianus etiā appellauit ad Rom. Pont.

Pag. 65. *Qui ſic loquebantur, quæſo, obſecuturos putas, etiamſi appellaſſet?*

Cur Flauiani ſint obſecuturi nō fuiſſet Eutychetis, vel appellationem profeſſi ad Rom. Pont.

CErtè obſecuturi illi non fuiſſent. Atqui non ideo, quòd appellationem ad Pontificem Romanum tanquam appellationem ad Iudicem nō legitimum improbaſſent; verùm quòd hæretici manifeſti, & ob contumaciam condēnati, quem ſtatim puniri propter atrocitatem delicti intereſſet, appellationem non ſuſcepiſſent. Itaque ſcribebat Flauianus ad Leonem Romanum Pontificem, cupiens, ab eo rata haberi, quæ ipſe vna cum alijs Epiſcopis contra Eutychetem ſtatuiſſet: probè ſciens, primæ ſedis eſſe de recens emergentibus hæreſibus cognoſcere, & aduerſus earum promulgatores hæreſiarchas ſententiam ferre. Quanti verò faceret iudicium Romani Pontificis Flauianus, conſtat ex ſequentibus: *Cauſſa* (inquit) *eget ſolummodò veſtro ſolatio, atque defenſione, qua debeatis conſenſu proprio ad tranquillitatem, & pacem cuncta perducere: Sic enim hæreſis, quæ ſurrexit, & turbæ, quæ propter eam factæ ſunt facillimè deſtruentur, Deo cooperante, per veſtras ſacratiſſimas litteras. Remouebitur autem, & Concilium, quod fieri diuulgatur: quatenus nequaquam vbique ſanctiſſimæ turbentur Eccleſiæ:* Vbi Baronius, ad annum 449. *Quibus intelligis tā tam vim ineſſe litteris Apoſtolicis, vt Concilio dicat non indigere Oecumenico id, quod eiuſdem Romani Pontificis fuiſſet litteris definitum.*

Quāti Flauianus faciat iudiciū Rom. Pont.

Quod attinet ad Hilarium Arelatenſem Epiſcopum, conſtat quidem ex Leonis Papæ epiſtola, eum non ſatis Pontificis Primatum, aut dignitatem æſtimaſſe; nō tamen quod iſte ſcribit, *de Primatu ſubruendo fuiſſe ſollicitum.* Equidem plus æquo iuribus Eccleſiæ ſuæ, vt ſibi videbatur, defendendis videtur eſſe prolapſus; nihilominus cum Romam ad dicendam cauſſam venerit, Pontificis in ſe, vt in reliquos Galliarum Epiſcopos, auctoritatem agnouit. Deinde, illicita auſus eſt Hilarius Arelatenſis, nec ſatis, vt par erat, Pontificis detulit dignitati: numquid ergo quidquam illi deperiit? illicita verò & præter fas commiſiſſe, nō modò teſtis eſt Leonis epiſtola, cuius fragmenta hic citat Mornæus, ſed & Epiſcopi illi Galliarum Viennenſis Prouinciæ, qui querelam contra eum ad Leonem detulerunt: immò & Nouella Theodoſij, & Valentiniani, quam deſcribit Baronius, ad annum 445. quæ habetur inter Nouellas Theodoſij poſt Cod. Theod. tit. 14. *de Epiſcoporum ordinatione;* ex qua hæc citare viſum eſt: *Cum ſedis Apoſtolicæ Primatum Sancti Petri meritum, qui Princeps eſt Epiſcopalis coronæ, & Romanæ dignitas Ciuitatis ſacræ etiam Synodi firmarit auctoritas: ne quid præter auctoritatem ſedis iſtius in licitum præſumptio attentare nitatur: tunc enim demum Eccleſiarum pax vbiq; ſeruabitur, ſi rectorem ſuum agnoſcat vniuerſitas. Hæc cùm hactenus inuiolabiliter fuerint cuſtodita:* (Notet aduerſarius, nec enim hæc dicit Leo Pontifex; vt reſpondeat iſte, in cauſſa ſua nō eſſe illi credendum; ſed Imperatores ipſi ſua Nouella.) *Hilarius Arelatenſis* (*ſicut venerabilis viri Leonis Romani Papæ fideli relatione comperimus*) *contumaci auſu in licita quędam præſumenda tentauit; & ideo Tranſalpinas Eccleſias abominabilis tumultus inuaſit quod recens maximè teſtatur exemplum. Hilarius enim, qui Arelatenſis Epiſcopus vocatur, Eccleſię Romanæ Vrbis inconſulto Pontifice, indebitas ſibi ordinationes Epiſcoporum ſola temeritate vſurpans, inuaſit: nam alios incompetenter remouens, indecenter alios, inuitis, & repugnantibus Ciuibus, ordinauit. Qui quidem quoniam non facilè ab his, qui non elegerant, recipiebātur, manum ſibi contrahebat armatam, & clauſtra murorum in hoſtilem morem vel obſidione cingebat, vel egreſſione reſerabat, & ad ſedem quietis pacem prædicaturos per bella ducebat. His talibus & contra Imperij maieſtatem, & contra reuerentiam Apoſtolicæ ſedis admiſſis, per ordinem religioſi viri Vrbis Papæ cognitione diſcuſſis, certa in eum ex his, quos malè ordinauerat, lata ſententia eſt. Et erat quidem ipſa ſententia per Gallias, etiam ſine Imperiali ſanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis auctoritati in Eccleſias non liceret? Sed noſtram quoque præceptionem, hæc ratio prouocauit, ne vlterius vel Hilario, quem adhuc Epiſcopū nuncupari, ſola manſueti Præſulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri Eccleſiaſticis rebus arma miſcere, aut præceptis Romani Antiſtitis liceat obuiare. Auſibus enim talibus fides, & reuerentia noſtri violatur Imperij. Nec hoc ſolum, quod eſt maximi criminis, ſubmouemus; verùm, ne leuis ſaltem inter Eccleſias turba naſcatur, vel in aliquo minui religionis diſciplina videatur, hoc perenni ſanctione decernimus; ne quid tam Epiſcopis Gallicanis, quàm aliarum Prouinciarum, contra conſuetudinem veterem liceat, ſine Viri venerabilis Papę Vrbis æternę auctoritate tentare: ſed illis, omnibuſque pro lege ſit, quicquid ſanxit, vel ſanxerit Apoſtolicæ ſedis auctoritas: ita vt quiſquis Epiſcoporum ad iudicium Romani Antiſtitis venire neglexerit, per moderatorem eiuſdem Prouinciæ adeſſe cogatur: per omnia ſeruatis, quæ Diui parentes noſtri Romanæ Eccleſię detulerunt.* Ex qua Imperiali conſtitutione ſatis

Rurſus de Hilario Arelatenſi.

Hilar. auſus illicita.

Reſcriptum aduerſus Hilarium Arelatenſ. luculenter teſtificans, & eius præſumptionem, & auctoritatē ſupremam Rom. Pont.

conſtat,

conſtat, & Hilarium contra ſedis Apoſtolicæ auctoritatem illicita præſumpſiſſe; præterea de Romani Pontificis in omnes Eccleſias auctoritate; & ad hoc illi Imperatores inſeruire, vt eius auctoritas aduerſus omnes refractarios ſarta tecta cuſtodiatur. O qualem, Deus bone, triumphum ageret Mornæus, ſi quid haberet ſimile, quod contra nos produceret.

Pag. 65. *Agebatur verò* (inquit) *hic non dignitas Petri, ſed Papæ, ſed Leonis primatus.*

Leonis Papæ primatus à primatu S. Petri indiuiſus.

Verum vnum ab altero indiuiſum erat; *vt in perſona humilitatis meæ* (ait idem Leo Pontifex, ſerm. 2. in die aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum) *ille intelligatur, ille honoretur, in quo & omnium Paſtorum ſollicitudo, cum commendatarum ſibi ouium cuſtodia perſeuerat, & cuius etiam dignitas in indigno hærede non deficit.* Non enim aliud ſibi vēdicabat Leo Pontifex, quàm quod à Chriſto Petro Principi Apoſtolorum, cuius ſucceſſor erat, collatum fuerat; & ſedis ſuæ dignitatem, non perſonæ, curabat.

Pag. 65. *Quæ perpetuò omnia ex occaſione quorundam Epiſcoporum, quos Comprouinciales Epiſcopi cenſuris Eccleſiaſticis illigarant, à quibus Romæ abſolui ſperabant.*

Hic ſibi cōtradicere Mornæus videtur. Nam ſi Galliarum Epiſcopi à Comprouincialibus Epiſcopis cenſuris Eccleſiaſticis illigati, ab eis Romæ abſolui ſperabant; intelligebant igitur Romani Pontificis ſupra reliquos Epiſcopos auctoritatem. Pergit porrò:

Pag. 65. *Nec tamen apud noſtros Epiſcopos, quod per ambitum contendebat, obtinuiſſe videatur; in Gallicorum præſertim Epiſcoporum electione, quando ſub annum 478. Sidonius Apollinaris, &c.*

Quòd i Galliæ Epiſcopi eligerentur à Metropolitano, nihil detrahitur auctoritati Rom. Pont.

Qvod ſi Galliarum Epiſcopi, vt in alijs prouincijs, à Metropolitano, & Comprouincialibus Epiſcopis eligebantur, & ordinabantur, quid inde deperit iuriſdictioni Romani Pōtificis; cùm rectè intelligatur ab eo comprobata hæc forma inſtituendi Epiſcopos? Etſi enim omnes Epiſcopi ab eo ſuam iuriſdictionē agnoſcant, non eſt tamen neceſſe, vt omnes ille immediatè creet Epiſcopos. Hoc igitur ſenſu, cum tantæ apud omnes, etſi ſeniores Epiſcopos, Sidonius Apollinaris eſſet exiſtimationis, oborta contentione in eligendo Metropolitano Epiſcopo Bituricenſis Eccleſiæ, ipſi vni à Comprouincialibus Sacerdotibus, Clero, & Populo, quem vellet, eligēdi liberum delatum eſt arbitrium: ipſe verò, quanto in dijudicādis hominibus iudicio polleret, declarauit, eligēs Simplicium, quem omnes ſummo gaudio ſuſceperunt. Ridicula igitur hæc gloſſa Mornæi, cum ait:

Nec tamen apud noſtros Epiſcopos quod per ambitum contendebat obtinuiſſe videatur; in Gallicorum præſertim Epiſcoporum electione, &c.

Proferat quæſo aliquod Concilium Gallicanum, quo vnquàm decretum ſit, nullum habere ius Pontificem Romanum in Eccleſias Galliarum. Quo verò ſenſu ſuos illos vocat Epiſcopos Mornæus?

Pag. 65. *Apud noſtros* (inquit) *Epiſcopos:*

Nam etſi illi Galli erant, vt, ſiniſtro Galliæ fato, Morneus, non tamen erant Epiſcopi reformatæ iſtius, & purioris Caluini, aut Mornæi Eccleſiæ, quæ Sacerdotes, & Epiſcopos non habet; ſed eiuſdem, quæ nunc eſt Catholica Apoſtolica Romana Eccleſia.

Verùm obijcit, quòd,

Pag. 66. *Sidonius, Lupo Tricaſſinorum Epiſcopo, ſcribens Dominum Papam vocat. Immò Patrem Patrum, Epiſcopum Epiſcoporum, ſuper omnia membra Eccleſiæ Dei vigilantem:*

Quo ſenſu Lupus dictus fuerit Epiſcopus Epiſcoporum.

Lib. 6. epiſtola 1. Equidem Papæ appellationem fuiſſe tùm Epiſcopis omnibus communem, conſtat ex epiſtolis ipſius Sidonij, vt etiā obſeruabit ad eum locum Ioānes Sauarus; quo tamen ſenſu ſolius ſit Pontificis Romani proprium, videndus Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice capite 31. quod verò dicatur Pater Patrum, & Epiſcopus Epiſcoporum, intelligendum eſt, non ordinis, aut poteſtatis, ſed ſanctitatis, ætatis, ac eruditionis priuilegio; cùm tamen ratione poteſtatis, & iuriſdictionis, (quicquid iſte nugetur,) idem titulus Pontifici Romano ab alijs tribuatur: vt cum ad Damaſum ſcribit Stephanus Archiepiſcopus: *Sancto Patri Patrum Damaſo Papæ.* Edictum Cōſtantini Auguſti Imperatoris: *Sanctiſſimo, ac Beatiſſimo Patri Patrum Sylueſtro, Vrbis Romæ Epiſcopo, & Papæ.* Sic Iſidori liber. Synodalis epiſtola in Concilio Epiri: *Domino noſtro per cuncta ſanctiſſimo, ac Beatiſſimo Patri Patrum, Comminiſtro, & Principi Epiſcoporum Hormiſdæ Papæ.* Quem certè titulum, nō niſi ratione eminentiæ, dignitatis, & auctoritatis in omnes Epiſcopos Romanis Pontificibus tribuunt.

Quo iſt ſenſu idē titulus Rom. Pontif. præ cæteris attribuatur.

Tituli Rom. Pont. in Concil. Epiri attributi.

Producit Mornæus Canonem Chalcedonēſis Concilij, de prærogatiua delata Eccleſiæ Conſtantinopolis, eò quòd eſſet noua Roma, vt ſecūda eſſet poſt Eccleſiam ſenioris Romæ, quòdque ibidem dicatur: Patres antiquæ Romæ throno, quòd vrbs illa imperaret, iure primi legia tribuiſſe; Vbi iſte gloſſat.

Non autem quia ſedes Petri.

Deinde,

Pag. 66. *Quæ igitur Roma per omnia exequatur, vna excepta primæ ſedis, ſeu ſeſſionis prærogatiua. Quæ in ordinis, vt ita loquamur, Prioritate, paritatem poteſtatis non impedit.*

Sed de hoc Canone iam non ſemel dictum eſt,

Digitized by Google

Canõ de prærogatiua Cõſtantinopol. Eccleſ. ſancitus, cõtradicẽtib. Legatis Ro. Eccleſ. & à Leone Papa exploſus.

eſt, qui, contradicentibus Apoſtolicæ ſedis Legatis, ſancitus eſt, & poſtea à Leone Pontifice meritò exploſus: & cum Patres illi ſcirent, hũc Canonem nullas vires habiturum, niſi ab ĳ ſcodẽ confirmaretur, in epiſtola ad eundem eum poſtularunt confirmari: vbi tamen nullã fecerunt mentionem eorundem priuilegiorum, ſed tantùm vt poſt Apoſtolicam ſedẽ Romanam, honorem haberet Eccleſia Conſtantinopolitana: Immò, quamuis hoc tantum eſſet ipſorum

Canon ille nõ eadẽ priuilegia Eccleſ. illi vẽdicabat, quæ ſunt Rom.

conſilium, Anatolius ipſe Cõſtantinopolis Antiſtes, qui callidè Canonis huius promulgationem impetrarat, coactus eſt tandem intra priſtinos limites ſe continere, & ab infauſtis ambitionis conſilĳs animum reuocare. Neque verò ideo decernebant illi Patres, nõ fore poſtea

Anatolius coactus ſeſe intra proprios fines continere.

ſubiectam Conſtantinopolitanam Eccleſiam ipſi Romano Pontifici, nõ ſecus ac reliquas Patriarchales, adeò vt foret *prioritas* tãtummodo *ordinis* vt vult Mornæus, non verò in Romana Eccleſia ſuperioritas poteſtatis: ſic enim multis poſtea annis ſcribebat Gregorius Magnus,

Nec idẽ ille canõ extimabat eam Eccleſiã poteſtati Romanæ Eccleſ.

Ioanni Epiſcopo Syracuſano lib. 7. epiſt. 63. & recitantur verba à Gratiano diſt. 22. cap. 4. *De Conſtantinopolitana Eccleſia quod dicunt, quis dubitet, eam ſedi Apoſtolicæ eſſe ſubiectamè quod & Dominus piĳſſimus Imperator, & frater noſter Euſebius, eiuſdẽ Ciuitatis Epiſcopus, aſſiduè profitentur.* Igitur cõtra mentem Imperatoris, & Epiſcopi Cõſtantinopolitani docet Mornæus æquatam eſſe omnino Conſtantinopolitanam Romanæ Eccleſiæ. vt nullo modo ei foret ſubiecta; aut certè mentitur Gregorius Sanctiſsimus ille, & doctiſsimus Pontifex.

Pag. 66.

Sed Gratianus (inquit) *Epiſcopo Romano gratulaturus.*

(Sic enim ex ſententia iſtius, Catholici nonniſi vt gratulentur Romano Pontifici, veritatem aſſerunt)

Gratianus nõ corrupit canonẽ, vt calũniatur Mornæus.

Canonem corrupit; & vbi Patres Chalcedonenſes (etiam in rebus Eccleſiaſticis) ſubſtituit impudenter (non autem in rebus Eccleſiaſticis) qua voce mentem Synodi planè euertit.

Pag. 66.

VErùm non viderat emendatiores Codices Gratiani, in quibus habetur cap. illo *Renouantes* diſt. 22. (*nec non in Eccleſiaſticis rebus*, &c.) Et de eo quidem non multum contendimus. Quod verò dicitur eo canone ſedi ſenioris Romæ, propter Imperium Ciuitatis illius, Patres conſequenter priuilegia tradidiſſe, & eadem ratione permotos cẽtumquinquaginta Patres Conſtantinopolitanæ Synodi æqua ſedi nouæ Romæ priuilegia tribuiſſe, rationabiliter iudicantes, Vrbem Imperio, & Senatu ornatam æquis ſenioris Regiæ Romæ priuilegĳs frui, &c. Longè aliter ſe habet; Neque enim Patres Primatum tribuerunt Romanæ Eccleſię; quemadmodum habetur diſt. 22. *Sacroſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro Primatum obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum*

Rom. Eccleſia nõ à Patrib. ſed à Chriſto primatum accepit.

Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt, ſicut ipſe Beato Petro Apoſtolo dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, &c. Ac licet Regia eſſet Ciuitas Conſtantinopolis; tamen non poterant ipſi illi Patres eam facere ſedem Apoſtolicum.

Atque vt mentem Patrum omnium generalis illius Synodi intelligamus: quid, quæſo, omnia illius acta magis præſeferunt, quàm ſingularem quandàm Romanæ ſedis præ alĳs Epiſcopis dignitatem? In ea Vicarĳ illius præſederunt, caput omnium Eccleſiarum coram Marciano Imperatore, & cunctis Patribus, nemine contradicente, aſſeruerunt; Act. 2. Concilĳ Patres lecta epiſtola Leonis Papæ ad Flauianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, acclamauerunt: *Hæc Patrum fides, Hæc Apoſtolorum fides, Petrus per Leonem locutus eſt*. Ibidẽ Atticus Epiſcopus Nicopolitanæ Ciuitatis, dixit. *Quoniam verò nunc Domini noſtri, & Sanctiſſimi Patris, & Archiepiſcopi Leonis adornãtis Apoſtolicam ſedem, lecta eſt epiſtola*, &c. Act. 3. cùm ſententia fertur in Dioſcorum, dicitur: *Leo Petri Apoſtoli præditus dignitate* Dioſcorũ depoſuiſſe; & in epiſtola ad Leonem: *Totum Concilium dicit, Leonem vocis Petri interpretem fuiſſe*, id eſt, *Petrum per Leonem locutum.* Ex quibus conſtat, Patribus illis perſuaſiſsimũ fuiſſe, Leonem Epiſcopum Romanum Petri eſſe ſucceſſorem; Idem Conciliũ act. 1. 2. & 3. paſſim vocat Leonem *vniuerſalis Eccleſiæ Pontificem*: & epiſt. ad Leonem: *poſt hæc* (inquit) *omnia, inſuper & contra ipſum, cui vineæ cuſtodia à Saluatore cõmiſſa eſt, extendit inſaniam, id eſt, contra tuam quoque Apoſtolicam ſanctitatem.* Quibus confitetur Concilium, Romano Pontifici à Deo ipſo vineæ, id eſt, Eccleſiæ vniuerſæ cuſtodiam eſſe commiſſam: & quidem, vt conſtat, non quia ſedebat in ea Vrbe, quæ imperabat; ſed quæ Petri Principis Apoſtolorum ſedes fuerat: Eadem epiſtola ita ad eundem Leonem Papam ſcribunt. *Sacerdotibus tu quidem ſicut membris caput, præeras.* Vbi non modo ſingulis ſeorſum Epiſcopis, verum toti ſimul Concilio, haud aliter præeſſe agnoſcitur, quàm caput membris præeſt. Et ex ĳs Epiſcopis pluſquàm ſexcenti erant, ex Eccleſia Græca, cum in Aſia haberetur Synodus, & nõnulli ex Occidente eo potuiſſent conuenire. Eadem porrò epiſtola: *Rogamus igitur & tuis decretis honora noſtrum iudicium, & firmitas tua filĳs, quod decet, adimpleat:* Vbi Epiſcopi huius Synodi ſe filios Epiſcopi Romani vocant, & confirmationem Actorum poſtulant. Quo igitur argumẽto iſte fretus audet contra Primatum Romani Pontificis celebrẽ illam Chalcedonenſem Synodum producere?

Romanæ ſedis dignitas ſuprema euinditur ex ipſiſmet actis Synodi Chalcedon.

Leonis encomia, & iudicia ſuprema auctoritatis a Patribus Chalcedonenſib.

Gregorius Magnus teſtatur, quòd, pro Beati Petri Apoſtolorum Principis honore, per venerandam Chalcedonenſem Synodum Romano Pontifici nomẽ, *Epiſcopi vniuerſalis*, oblatum ſit: ſed nullus vnquam eorũ hoc ſingularitatis vocabulum aſſumpſit. Sed Mornæus.

Nihil iuuat (inquit) *quòd Gregorius affirmare non veretur. Ex Concilĳ enim Actis de eius fide lector iudicet.* Pag. 66.

Vbi

Digitized by Google

Mornæus in eo cū Caluino mētitur, in quo Gregor. Magn. mēdacij inſimulat.

VBi non ſuboſcurè velit ſignificare(quæ eius eſt impudentia) tantum Pontificem mentiri. Re vera tamen non Gregorius mentitur, ſed Mornęus,ſcilicet ſic edoctus à Caluino,cui iam ante libuit ſimiliter mentiri lib.4.Inſtitut. cap.7.§.4. his verbis: *Quòd ſcribit Gregorius, oblatum fuiſſe Leoni hunc honorem in Synodo Chalcedonenſi,nullam habet veri ſpeciem;nec enim tale quidpiam in Actis illius Synodi legitur. Et Leo ipſe qui multis epiſtolis decretum illius in honorem Conſtantinopolitanæ ſedis factum impugnat, nō prætermiſſet proculdubio hoc argumentum, quod erat omnium maximè plauſibile; ſi verum fuiſſet, ipſum repudiaſſe, quod ſibi dabatur; & homo,alioqui honoris plus ſatis cupidus,non libenter omiſiſſet,quòd ad ſuam laudem faceret Falſus eſt igitur in eo Gregorius,quòd titulum illum putauit ſedi Romanæ fuiſſe delatum à Synodo Chalcedonenſi.* Sed meritò Sanderus vir doctiſsimus,lib.7.de Viſib. Monarch.§.317.mirari ſe dicit Caluini audaciam, qui Gregorium Magnū ob id notauit quaſi falſò dixerit, Synodum Chalcedonenſem obtuliſſe Beato Leoni *vniuerſalis Epiſcopi* nomen; *Cum enim & Paſchaſinus Concilio præſidens ita Leonem appellarit, & libelli omnes in eam formam concepti fuerint,nec quiſquam de Concilio non modo Paſchaſinum, aut formam libellorum ob eam cauſſam reprehenderit; ſed potius appareat, libellos per publicos Concilij Notarios & Concilij totius voluntate, ſub ea forma editos fuiſſe (alioqui enim in formula, & modo non vſq; adeò conſenſiſſent) facilè conſtat, eundem vniuerſalis Epiſcopi, ſeu Patriarchæ titulum Epiſcopis Romanis recipere in æternum, ex Concilij Chalcedonenſis auctoritate, licuiſſe; niſi quod aliter ſanctis Pontificibus Romanis aliquando viſum eſt,ob id,credo periculi,aut ſcādali potius, quòd in vniuerſalis appellatione latebat.*

Nomē Epiſcopi vniuerſalis re vera Rom. Pon. oblatum à Synodo Chalcedonenſi.

Hæc Sanderus Actorum Concilij Chalcedonenſis, adeòque totius hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & rei Theologicæ longè peritior, quàm Caluinus. Certe ſi tenebrio iſte Mornæus Acta illius Concilij legiſſet,& intellexiſſet, Gregorij profecto, Magni fidem nullo modo ſuſpectam habuiſſet.

Quantùm ad priuilegia Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ per Canonem Chalcedonenſem delata: cum eum callidè, Anatolius impetraſſet,& ab eſſent Romani Pontificis Legati;merito certè illi intercesſerunt, & poſtea contradixit Leo Pontifex: ſed quia obijciebant,iam ita conſtitutum à centumquinquaginta Patribus in Synodo Conſtantinopolitana, ſub Damaſo Pōtifice, & Theodoſio Seniore celebrata: ideo Lucentius Epiſcopus Vicarius ſedis Apoſtolicæ dixit,quæ hic retulit Mornæus: *Accedit ad cumulum, quòd, trecentorum decem, & octo conſtitutionibus poſt poſitis, centum quinquaginta, quæ in Synodicis Canonibus non habentur, mentionem tantum feciſſe noſcuntur, quas dicunt,ante octoginta propè annos conſtitutas fuiſſe:*

Pag. 67. *Id eſt, Canonibus Nicænis* (inquit Mornæus)*Conſtantinopolitanos prætulerunt.*

QVia ſcilicet reuera vbi in Concilio Nicæno agitur de Patriarchalib.ſedibus,poſt Romanam nulla fit mentio Conſtantinopolitani Epiſcopi,ſed Alexandrini, Antiocheni,& Hieroſolymitani.& Canon ille,qui proferebatur ex Concilio Conſtantinopolitano,aut non extabat,aut commentitius erat: aut certe nullius erat momēti, vt venerabilium Patrum decreta ſoluerentur, quorundam Epiſcoporum proferre conſenſum, *cui tot annorum ſeries negauit effectum*,vt ſcribebat ipſe Leo epiſt.55.ad Pulcheriam Auguſtam: nec vnquam à Damaſo probatus. Vnde Lucentius rectè illis obiecit: *Si his temporibus hoc beneficio vſi ſunt, quid nunc requirunt? ſi nunquàm vſi ſunt, quare nunc requirunt?* Verum,de hoc in Antidoto quarto, iam fuſius dictum eſt.Et ſerio quidem,non cum riſu,Baronius audiendus, dum ſcribit, hunc Canonem clandeſtinum eſſe, & ſubreptitium,qui, abſentibus Legatis Pontificis,ab Anatolio,& Orientalibus Epiſcopis clam,& ſubreptitiè compoſitus ſit: qui & clariſsimè oſtendit (quod oppugnare non potuit Mornæus) ob huiuſmodi Legatorum contradictiones aduerſus ipſum Anatolium,& vniuerſam Synodum,quæ huic Canoni ſubſcripſit, nihil imminutum reuerentiæ, & obſeruantiæ erga ipſum Leonem Romanum Pontificem, cuius ea de re mandatum audierant. Neq; ſi Patres illi Orientales poſtea ſubſcripſiſſe ſe huic Canoni ex voluntate, & libere,profeſsi ſunt,ideo non initio clam, & ſubreptitiè ab eiſdem ſancitus fuit. Quòd verò Euſebius Dorilæi Epiſcopus dixit: *Sponte ſubſcripſi, quoniam & hanc regulam ſanctiſſimo Papæ in Vrbe Roma ego relegi præſentibus Clericis Conſtantinopolitanis, eamque ſuſcepit;* Rectè in margine additur: *Aut Euſebius mentitur,aut ad bonam Sāctum Leonem fefellit.* Equidem reſponderi etiam poteſt; propoſuiſſe quidem Euſebium huic Canonem Romæ Leoni Pontifici,ſed, quia tacuit, nec apertè contradixit,putaſſe,eum huic Canoni conſenſiſſe. At iuxta regulam iuris,qui tacet, verū quidem eſt eum non negare,non tamen vtique fatetur: neque,qui tacet,habetur pro conſentiente,vbi requiritur expreſſus conſenſus, vt in re tanti momenti: neque vnquam conſenſiſſe Leonem,ſed id falſo exiſtimaſſe Euſebium, patuit ex his, quæ ſequuta ſunt;immò etiam, Leo ſubolfaciens inde,quid in animo haberent Orientales Epiſcopi, ſuis Legatis mandauit, ne eum Canonem admitterent. Nam cum dixiſſet Aetius Archidiaconus Eccleſiæ Conſtantinopolitanę,vt,ſi de hoc capitulo aliquod mādatum accepiſſent,proferrent: Bonifacius Presbyter ſedis Apoſtolicæ Vicarius dixit: *Beatiſſimus, & Apoſtolicus vir Papa inter cætera hoc nobis mandauit, & ex chartula recitauit: Sāctorum Patrum conſtitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari, ſeruantes omnimodo perſonæ noſtræ in vobis, quos vice noſtra tranſmiſimus, dignitatem. Ac ſi qui forte, Ciuitatum ſuarum ſplendore confiſi, aliquid ſibi tentauerint vſurpare, hoc qua dignum eſt, conſtantia retundatis.*

De forma ſubſcriptionis Euſebij Dorilæi Epiſcopi quid ſentiendum.

Nō ſemper habetur pro conſentiente qui tacet.

Hinc indicet quiſque quandoquidem mera ex Concilijs Patrum verba

promimus, qua aut fronte, aut fide, &c.

In legē cōmittit, qui legis verba cōplectens cōtra legis nititur voluntatem.

PRofitetur Mornæus, ſe mera ex Concilijs Patrum verba promere. Verùm fruſtra verba promit, qui ea non intelligit, &, vt habet regula iuris: *Certum eſt, quòd is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem*; facilè verò nobis eſt ab iſtius impudentia fidem Baronij, & Bellarmini vindicare. Ita ſcribit Bellarminus libro 2. de Romano Pontifice capit. 13. *Quocirca in eodem Concilio Chalcedonenſi act. 16. poſt lectum hunc canonem ſextum Concilij Nicani, Iudices dixerunt: Perpendimus omnem Primatum, & honorem præcipuum ſecundùm canones Antiquæ Romæ Deo amantiſſimo Archiepiſcopo conſeruari*: An non ita iudices, prolato illo Canone, profeſsi ſunt, & fatentur ex Canonibus antiquis Primatum Romani Pontificis? Nam ſcopus eſt Bellarmini loco citato ex Cōcilijs probare Primatum Romani Pōtificis. Quòd enim ibidem ſubiungunt de priuilegijs concedendis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, non erat, quod eo loco produceret Bellarminus. Qua igitur fronte, aut impudentia Baronium, aut Bellarminum iſte hoc loco, vt ſuſpectæ fidei notare voluit?

In Concil. Chalced. agnitus ex canonib. antiquis primatus Romani Pont.

Et quidem ex verbis Archidiaconi Liberati, quæ citat Mornæus ex Breuiario cap. 13. pro auctoritate Pontificis, firmiſsimum argumentum ducere poſſumus.

Pag. 68.

Legatorum Apoſtolicæ ſedis contradictio à iudicibus, & Epiſcopis omnibus ſuſcepta non fuit. Et licet ſedes Apoſtolica nunc vſque contradicat, quod à Synodo firmatum eſt, Imperatoris patrocinio permanet quodammodo.

Qui ſtatus priuilegiorū Conſtantinop. Eccl. antequā cōceſſa eſſent à Rom. Pōt.

SI tanta erat auctoritas Patrū Concilij Chalcedonenſis condendi illum Canonem, & ea priuilegia concedendi Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, vt non opus eſſet, à Leone Pontifice ea confirmari, quatenus vim ſuam obtineren, quomodo poſtea, quod à Synodo firmatum erat, permanebat tantum *quodammodo*, idque patrocinio Imperatoris? ſcilicet quia, vt vim ſuā plenè, & ex omni parte obtinerent, requirebatur magis Romani Pontificis auctoritas, & aſſenſus, quàm patrocinium Imperatoris, quod ad hoc tantum valebat, vt freti illius auctoritate ea priuilegia per vim vſurparent, quæ nūquam legitimè obtinuerunt vſque ad tempora Innocentij Tertij; cùm in Concilio Lateranēſi cap. 5. à Pontifice, totoque Concilio conſtitutum eſt: *vt poſt Romanam Eccleſiam, quæ, diſponente Domino, ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet Principatum, vtpote mater vniuerſorum Chriſti fidelium, & magiſtra, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena Tertium, Hieroſolymitana, quartum locum obtineant*: habeturque ext. de priuilegijs cap. *Antiqua*. Vnde cōſtat, nōniſi ab Eccleſia Romana Patriarchales ſedes ſuū ordinem, & dignitatem obtinere,

Innoc. III. Conſtantinop. Eccleſiæ optata priuilegia conceſſit.

Eccleſiarū ordo & dignitas.

Quod ſcribit Mornæus, Leonem epiſtola ad Anatolium data poſt hāc Synodum ad Synodi mentionē excandeſcere, eius occaſione Synodum Conſtantinopolitanam vniuerſam eiurare; ſplendidè certè pro more ſuo mentitur. Hoc enim ſolum conqueritur epiſt. 53. quòd Anatolius ſanctam Synodum ad extinguendā ſolam hæreſim, & confirmationē fidei Catholicæ, ſtudio Chriſtianiſsimi Principis cōgregatam, in occaſionem ambitus traheret. Ibidem: *In totius Eccleſiæ perturbationem ſuperba hæc tendit elatio, quæ ita abuti voluit Concilio Synodali, vt fratres in fidei tātummodo negotiū conuocatos, & definitione eius cauſę, quæ erat curanda perfunctos, ad conſentiendum ſibi, aut deprauando traduceret, aut terrendo compelleret*. Hoc certè non eſt excandeſcere ad mentionē Concilij, immò id maximè probare, prout congregatum erat ad definiendam fidem Catholicā, & Eutychetis, ac Dioſcori hæreſim condemnandam. Neque eiurat Synodum Conſtantinopolitanam vniuerſalem ſecundam: neque enim ſcribit (vt fingit iſte impoſtor) eam ab initio ſui caducam, dudumque collapſam, & cui ſera nunc, & inutilia fomenta ſubijcere velint. Non enim hoc de Synodo Conſtantinopolitana, ſed de Canone Epiſcoporum illius Synodi, quem iactabant, & citabant iſti, in fauorem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, intelligit Leo Pontifex. Vnde & hinc quoque maximè verum experior, quod ſcribit Cyprian. lib. de vnit. Eccleſiæ cap. 7. de hæreticis, cuiuſmodi eſt Mornæus, loquens: *Corruptores Euangelij, atque interpretes falſi, extrema ponunt, & superiora prætereunt, partis memores, & partem ſubdolè comprimentes. Vt ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſunt, ita capituli vnius ſententiam ſcindunt, &c.* Ita igitur ſcribit Leo Pontifex epiſt. citata: *Perſuaſioni tuæ in nullo penitus ſuffragatur quorundam Epiſcoporum antè ſexaginta (vt iactas) annos facta ſubſcriptio numquamque à prædeceſſoribus tuis ad Apoſtolicæ ſedis tranſmiſſa notitiā, cui ab initio ſui caducæ, dudumque collapſæ ſera nunc, & inutilia ſubijcere fomenta voluiſti, eliciendo à fratribus ſpeciem conſenſionis, quam tibi in ſuam iniuriam verecundia fatigata præberet.* Ergo de ſubſcriptione illa loquitur, quòd *ab initio ſui caduca, &c.* non autem de Synodo: neque eam abſolutè eiurat (vt fingit Mornæus) in epiſtola porrò ad Maximum Antiochenum Epiſcopum quæ eſt 62. non ei bilem mouet partes ſecum facturo; ſiquidem iudex erat, non partes faciebat: ſed tantùm monet, vt priuilegia ſuæ ſedis agnoſcat, vt in nullo cuiuſquam ambitione minuantur. *Quia tanta* (inquit) *apud me eſt Nicænorum Canonum reuerentia, vt ea quæ ſunt à Sanctis Patribus conſtituta, nec permiſerim, nec patiar, aliqua nouitate violari.* Ibidem: *Cum aliquid pro Antiochenæ Eccleſiæ priuilegijs dilectio tua agendum eſſe crediderit, proprijs litteris ſtudeat explicare, vt & nos conſultationi tuæ abſolutè, & congruè reſpondere poſſimus.* Vbi & reprobat Canonem illum de priuilegijs à Chalcedonenſi Synodo Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ delatis, quòd à regulis, conſtitutionibuſque Patrum Nicænæ Synodi diſcordaret. Idem argumentum eſt epiſt. 54. & 55. ad Martianum Auguſtum, & ad Pulcheriam

Pag. 68.

Splendidū Mornæi mēdacium de Leone Papa.

Quāta Nicænorū Canonū reuerentia eſſet apud Leonē Papam.

cheriam Auguſtam, nempe de ambitu Anatolij Epiſcopi Conſtantinopolitani reprimẽdo. Quid verò myſterij contineretur his Chriſti Domini verbis ad Petrum: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ędificabo Eccleſiam meam*; quæque poteſtas Petro, & ſucceſſoribus illius eſſet conceſſa, ſatis intellexerunt Patres illi Concilij Chalcedonenſis, qui vniuerſalis Epiſcopi titulum Leoni detulerunt, *vineę Dominicę, id eſt: Eccleſię vniuerſę, cuſtodiam à Domino ei commiſſam*, proteſsi ſunt; cumque faſsi ſunt, tanquam caput membris, ſic ipſi Concilio præfuiſſe, & ab eodem omnium Actorum confirmationem poſtularunt. Quod Leo Pontifex ſcribebat ad Martianum Auguſtum, & ad Pulcheriam, Auguſtam: *Concilium Nicænum ſacrum, & inuiolabile nulla nouitate violandum*: id vbi retulit Mornæus, ſubiungit gloſſam:

Pag. 68. *In quo interim de vniuerſali ſuo Epiſcopatu, de illo tantopere decantato Primatu, ne verbum quidem;*

HVius contrarium alibi iam oſtẽdimus; nec tamen mirum eſſet, nullibi in illo Cõcilio tractatum de primatu Romani Põtificis; ſiquidem congregatum erat id Cõcilium aduerſus impium Arium, cuius hæreſis nõ ipſum Romanum Pontificem, ſed Chriſti Domini perſonam, ſcilicet eius Diuinitatem, & conſubſtantialitatem cum Patre petebat.

Pag. 68. *Supereſt, vt, quis Chalcedonenſem Synodum indixerit, ei præfuerit, ſeu præſederit, examinemus.*

Chalcedonenſem Synodũ indixerit Imp. ſed ex conſenſu ſedis Apoſtolicæ.

CHalcedonenſem Synodum quis indixerit, ei præfuerit, ſeu præſederit, examinat Mornæus. Ac primùm, ab Imperatoribus ipſis indictam eſſe multis oſtendit, neque nos repugnamus; non tamẽ ſine conſenſu ſedis Apoſtolicæ. Ita enim Leo ſcribit epiſt. 61. Sanctæ Synodo apud Chalcedonem habitæ ſe non ſolum per fratres, qui vicem eius executi eſſent, ſed etiam per approbationem geſtorum Synodalium, propriam cum illis inijſſe ſententiam, *in ſola videlicet fidei cauſſa, quod ſæpe* (inquit) *dicendum eſt, propter quam generale Concilium & ex præcepto Chriſtianorum Principum, & ex conſenſu ſedis Apoſtolicæ placuit congregari*. Neque verò ab Imperatore Concilio adeſſe compellitur Pontifex, quod conſtat ex Martiani Imperatoris epiſtola ad Leonem: *Supereſt* (inquit) *vt ſi placuerit tuæ Beatitudini, in has partes aduenire, & Synodum celebrare, hoc facere religionis affectu digneturː noſtris vtique deſiderijs veſtra Sanctitas ſatisfaciet, & ſacræ religioni, quæ vtilia ſunt, decernet*. Non putat igitur, ſui iuris eſſe compellere Romanum Pontificem; Præterea fatetur illius eſſe, & celebrare Synodum, etiam extra Italiam, & decernere, quæ religioni ſunt vtilia. Atque cùm deſideraſſet Leo Pontifex differri ad opportunius tẽpus Sacerdotalem Synodum, vt vocatis de cunctis Prouincijs Sacerdotibus verè poſſet eſſe vniuerſale Concilium, ſed amore Catholicæ fidei congregationem tunc fieri Martianus voluiſſet, Leo acquieuit, & ne deuoto obuiare videretur arbitrio, ſignificat, eo ſe mittere ſuos Legatos, qui vices ſuas poſsint implere. Idemque ſcribit, & epiſt. 17. ad Theodoſium Auguſtum, & voluerat equidem vniuerſale Concilium intra Italiam celebrari, vt conſtat ex epiſtola 9. & 33. ad Theodoſiũ Auguſtum. Sed videamus, quæ ſcribit epiſt. 51. ad Pulcheriam Auguſtam. *Quòd Synodum Chalcedonenſem haberi clementia veſtra præcepit, cum à me, vt in Italia haberetur, manſuetudo veſtra retineat poſtulatum, vt omnes noſtrarum partium conuocati Antiſtites, ſi ſecuritas temporis ſuppeteret, conuenirent: adeò tamen non aſpernanter accepi, vt binos de Coepiſcopis meis, & Compresbyteris ordinarem, qui vicem meam implere ſufficerent; etiam datis ad venerabilem Synodum congruentibus ſcriptis, quibus fraternitas aduocata cognoſceret, quàm formam ſeruare in hac dijudicatione deberet*: vnde conſtat, & conſenſu Pontificis habitam eſſe illam Synodum, & illius fuiſſe formam Synodo præſcribere. Hæc itaque citando Mornæus nihil aliud, quàm nobis contra ſe argumenta ſuppeditauit. Valdè verò ingenioſum, & ſubtile illius argumentum.

Leo Põt. Synodo Chalcedonenſi præſcribit formam in ea dijudicatione ſeruãdam.

Pag. 68. *In quibus quidem omnibus* (Leonis epiſtolis) *quod notare operæpretiũ, Conſulum nomina, quibus datæ ſunt, ſubſcribuntur. Quod argumento ſit, Epiſcopum Romanum eorum auctoritatẽ tunc adhuc reueritum, tantum abeſt, vt vrbis dominatum, aut haberet, aut ad ſe pertinere contenderet.*

Stupidum Mornæi argumẽtum.

O Hominis ineptiam? Conſtitutiones Imperatorum habent ſubſcripta nomina Conſulum, quibus datæ erant; vt videre eſt paſsim in Codice. Et apud D. Auguſtinum præſertim lib. ad Donatiſtas poſt collationem cap. 33. Numquid igitur Imperatores tũc adhuc reuerebantur Conſules: tantũ abeſt, vt ciuitatum, vel Prouinciarum Imperij Dominatum, aut haberẽt, aut ad ſe pertinere contenderent?

Dioſcorus in Concil. iuſſus nõ ſedere inter Epiſcopos: & quare.

Bellarminus lib. 1. de Concilijs cap. 12. Põtificis eſſe congregare Concilia, docet ex Concilio Chalcedonenſi act. 1. vbi Dioſcorus Alexãdrinus iubetur non ſedere inter Epiſcopos, eò quòd Synodum facere auſus fuiſſet ſine auctoritate Apoſtolicæ ſedis, *quod* (inquit) *nunquam licuit, nunquam factum eſt*. Vbi Mornæus;

Pag. 68. *Nec hic audiendus Bellarminus, Lectoribus enim, pro ſuo more, imponit, cùm hæc ſint verba Lucentij Romani Legati, non ipſius Synodi.*

SEd quæ Lucentius Legatus Romanus proponit Patribus, & toti Synodo probantur, annon & ipſi Synodo rectè tribuuntur? Verum non negabit Mornæus verbis totius ipſius Concilij act. 3. epiſtol. ad Valentinianum, &

Leo Pont. nõ compulſus ab Imp. adeſſe Concil.

Mar-

Digitized by Google

Martianum Imperatorē damnatum eſſe Dioſcorum: *Quoniam*(inquiũt Patres)*ſuper alias ſuas nequitias, & aduerſus ipſam Apoſtolicam ſedem latrauit, & excommunicationis litteras aduerſus Sanctiſſimum, & Beatiſſimum Papam Leonem facere conatus eſt, &c.* Quo certè facto multò magis eadem ſancta Synodus damnauit impium Mornæum, qui aduerſus ſedē Apoſtolicam latrat, eamq; tã atrocibus iniurijs appetit, Myſteriũ Iniquitatis, hiſtoriã Papatus interpretatur, & Põt. Romanũ ore ſacrilego Antichriſtũ vocat.

Idē dãnatus, inter alias cauſas quòd aduerſus Apoſtolicã ſedem latrauit.

Radē itaq; cõdẽnatione digniſſimus Morn.

Quod attinet ad præſidētiam προεδρίαν. Mornæus Græcarum litterrarum magnus interpres, eam diſtinguit a προκαθεδρία, quam vltrò fatetur, ob Vrbis dignitatem Romano cõceſſam. Nos verò vtramq; quia ſedet Romæ in Cathedra Petri, & non ob dignitatē Vrbis, idq; ex auctoritate ſcripturæ, Patrum, & Conciliorum cõceſſum illi contendimus: & præſediſſe quidem Leonem per Legatos Concilio Chalcedonēſi, conſtat ex illius Actis, & interfuit Cõcilio quidem Martianus Imperator, rogatu Legatorũ Pontificis, alioqui enim proteſtati erant, ſe eò non venturos; non tamen præſedit Imperator, quod conſtat ex oratione habita in Concilio act. 1. *Nos* (inquit) *ad confirmandam fidem non ad oſtendendam virtutem, exemplo Imperatoris Conſtantini, adeſſe Synodo excogitauimus*. Quaſi dicat profiteor, me non veniſſe ad explicandam fidem, & controuerſias iudicandas, ſed ad hoc, vt fides à Concilio explicata firma, ac tuta conſiſtat, defenſa ſcilicet mea Imperatoria ope, & auctoritate; non inquam vt legem de fide ferrem ſed, vt latã à Patribus, vtiq; pro magnitudine noſtræ auctoritatis obſeruandam curarē. Similiter alij iudices in alijs actionib. nomine Imperatoris, interfuerunt; verũ non erant illi iudices controuerſiarum fidei, ſed tantũ, an omnia fierent legitimè, ſine vi, ſine fraude, ſine tumultib. Quia enim paulò ante in Cõcil. Epheſino Dioſcorus violenter adegerat Epiſcopos ad ſubſcribendũ: in hoc Concilio, vel Imperator, vel eius nomine iudices eius Vicarij interfuerunt ad impediendam violentiam. Nunquã illi ſententiam ferunt, nunquàm ſubſcribũt, &, in omnibus ſententijs Epiſcoporum acquieſcũt. Extant eorundem verba in Concilio: *Quod placuit Reuerendo Concilio, de Sancta fide, ipſum nos doceat.* Sed Mornæus,

Leo Chalcedonenſi Cõcilio præſedit.

Non Imperator, qui tametſi adeſſet; tamē de cõtrouerſiis neq; iudicauit.

Sicut nec ij qui poſtea nomine Imperatoris in Concil. adfuerunt.

Cur in hoc Concil. vel Imperator, vel alij eius nomine adfuerint.

Iudices (inquit) *Imperatoris Vicarij, actionem moderantur, rem proponunt, ſuffragia poſcunt, ſententiam renunciant.*

Pag. 69.

HIc certè velit omnia confundere, ſi cauſſæ fidei ad laicos iudices referantur maximè præſentibus Epiſcopis. Act. 5. Concilij cũ Dioſcorus Patriarcha Alexandrinus hæreſeos accuſatus poſtularet, Imperatorem, & Iudices adeſſe, hoc reſponſum tulit. *Quando quædam regularia examinantur, nec iudices, nec alios laicos intereſſe oportet*. Vt refert Athanaſius epiſt. ad ſolitariam vitã agentes: Oſius Epiſcopus Cõſtantio Imperatori aliquãdo reſpõdit: *Ne te immiſceas Imperator rebus Eccleſiaſticis, neq; nobis in hoc genere præcipe, ſed potius ea à nobis diſce. Tibi Deus Imperium commiſit, nobis, quæ ſunt Eccleſiæ, concredidit.* Leontius Trypolis Lydiæ Epiſcopus, vt refert Suidas, Conſtantio aliquando inter Epiſcopos præſidente, & Eccleſijs præſcribere volente: *Miror* (inquit) *qui fiat, vt alijs curis deſtinatus, alia tractes; qui cum rei militari, & Reipublicæ præſis, Epiſcopis ea præſcribas, quæ ad ſolos pertinent Epiſcopos.* Quid quod Athanaſius eundem *Antichriſtum* appellat, quòd de fide cognoſcere vellet? Quorſum igitur iſte velit iudicium Epiſcoporum in controuerſijs fidei ipſi Imperatori, vel Magiſtratui Ciuili ſubijcere? Ipſe Leo Pontifex epiſtol. 47. ad ipſam Synodum: *In his Fratribus Paſchaſino, & Lucentio Epiſcopis, Bonifacio, & Baſilio Presbyteris, qui ab Apoſtolica ſede directi ſunt, me Synodo veſtra fraternitas exiſtimet præſidere: non abiuncta à vobis præſentia mea, qui nunc in Vicarijs adſum, &c.* Et epiſt. 49. Ad Martianum Auguſtum. *Quia verò quidam de fratribus (quod ſine dolore non dicimus) contra turbines falſitatis non valuere Catholicam tenere conſtantiam, prædictum fratrem, & Coepiſcopum meum vice mea conuenit Synodo præſidere*. Concilium ipſum ad Leonem: *Quibus tu, ſicut caput membris, præeras, &c.* Præfuiſſe Legatos Pontificis, vt iudices Eccleſiaſticos, inde oſtendit Bellarminus: lib. 1. de Concilijs capitulo 19. *Ipſi enim in omnibus actionibus primi nominantur, primi ſedent, primi loquuntur, primi ſubſcribunt, ipſi ſententiam definitiuam in Dioſcorum profe-rũt*, nomine Papæ, & totius Conc. Siquidem act. 3. Iulianus Epiſcopus Hyppepenſis nomine totius Concilij Legatos ita alloquitur: *Petimus veſtram ſanctitatem, qui habes, magis autem qui habetis locum Sanctiſſimi Papæ Leonis, promulgare in eum, & regulis inſitam contra eum proferre ſententiam; omnis enim, & tota vniuerſalis Synodus concors efficitur veſtræ ſanctitatis ſententia.* Sic igitur primi pronunciant ſententiam damnationis in Dioſcorum: *Vnde Sanctiſſimus, & beatiſſimus Archiepiſcopus, magnæ, & ſenioris Romæ Leo, per nos & præſentem Synodum, vna cum ter beatiſſimo, & omni laude digno Beato Petro Apoſtolo, qui eſt Petra, & crepido Catholicæ Eccleſiæ, & ille qui eſt rectæ fidei fundamentum, nudauit eum tam Epiſcopatus dignitate, quàm etiam ab omni Sacerdotali abalienauit miniſterio.* Inſuper ſuffragijs, ac ſubſcriptionibus Patrum, quæ ſequuntur eandem damnationem, videre eſt, quantam agnoſcerent eſſe Romani Pontificis auctoritatem. Verùm hic gloſſator Mornæus:

Quid reſpõſum Dioſcoro poſtulanti, Imper. et iudices adeſſe.

Quid item ab Oſio reſponſū Conſtantio Imperatori.

Quid itē à Leotio Tripolis Lydiæ Epiſcopo.

Athanaſ. Cõſtãtium vocat Antichriſtum, quòd de fide cognoſcere vellet.

Synodus rogat Legatos Leonis, vt ſententiã ferant cõtra Dioſcorum.

Iidē primi ipſum priuãt Epiſcopatus dignitate, & ab omni Sacerdotali miniſterio abalienant.

Quã damnationē alij quoq. Patres ſubſcribunt.

Bellarminus; hic primi ſedent, primæ ſedis hoc fuit, primi loquuntur, præſidem hoc minimè ſapit. Argumentum, rectius procederet (inquit) *quod omnibus notum, ſi poſtremi loquerentur:*

Pag. 69.

ATqui tota Synodus ab ore eorum pendebat, rogantur primi dicere ſententiam, cui omnes Patres ſuffragētur, & præſidis quidē eſt, cæteros rogare eius ſentētiam, q̄d ipſi faciunt.

X 2 *Verum*

Digitized by Google

Pag. 69.

Verum aliud eſt (inquit) *ſententiam dicere, quod Paſchaſinus primus Leonis vice: aliud ſententiam ferre, Arreſtũ, vt loquimur, pronunciare*

Mornæus ridicule diſtinguit inter dicere ſentẽtiã, & ferre.

PAulus Iuriſconſultus lib. 19. *De receptis, qui arbitri dicere ſententiam* (inquit) *eum exiſtimamus, qui ea mente, quid pronunciat, vt ſecundùm id diſcedere eos à tota controuerſia velit.* Briſſonius doctiſsimus Iuriſconſultus, & Verborum Iuris longè peritior, quàm Mornæus de Verborum ſignificat. lib. 17. *Sententiam* (inquit) *dicere, ferre, dare, pronunciare pro eodem Iuriſconſulti tam ſæpe dicunt, vt putidum ſit exempla adferre.* Quid igitur iſte nugatur, vt ſententiam dixerit Paſchaſinus, non autem ſententiam tulerit? Ad ſe reuerſus Mornæus:

Pag. 69.

Demus (inquit) *Leonẽ præſediſſe in ſuis Legatis, quid inde conſequatur?*

Leo nõ coactus pati æqualem.

VTique conſequitur, eum caput eſſe totius Eccleſiæ militantis, & omnium Epiſcoporum; nõ modo ſi ſeorſum ſpectentur, ſed & ſi in vnum congregati conſiderentur: conſequitur, eum eſſe iudicem ſupremum controuerſiarum fidei, vt reliqua omittam. Ad nugas iſtas.

❧ *Leonem in ipſo auctoritatis ſuæ ſplendore, & culmine cauſſa cecidiſſe, de Primatu deturbatum eſſe,*

Satis, ſuperque ex prædictis patet reſponſio: neq; ſupremum Imperium in Eccleſia affectabat, cui diuinitus id in Petro, in cuius Cathedra ſedebat, erat collatum. Quomodo verò ❧ *pati cogitur æqualẽ*, qui ab ipſa Synodo rogatur, vt confirmet canonem de prærogatiua Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ delata? vbi nec meminerunt ęqualium priuilegiorum cum Eccleſia Romana. An verò coactus eſt confirmare, aut cõfirmauit vnquàm illum canonem? immò Anatolius ipſe, intra limites ſuos coactus eſt ſe continere, ſeque tandem excuſauit apud Leonem, quod aliorum Concilijs inductus ſuperiorem quàm par eſt, locum ambijſſet. Id conſtat ex epiſt. 71. Leonis ad eundẽ. *Illam autem culpam, quam de augẽda poteſtate, aliena (vt aſſeris) adhortatione, contraxeras, efficacius, atque ſincerius tua charitas diluiſſet, ſi, quod tentari ſine tua voluntate non potuit, non ad ſola Clericorum conſilia tranſtuliſſes: quia ſicut in mala ſuaſione delinquitur, ita & in mala conſenſione peccatur. Sed gratum mihi (frater chariſſime) eſt, quod dilectio tua profitetur, ſibi diſplicere, quod tunc etiam placere non debuit. Sufficit in gratiæ communis regreſſum profeſſio dilectionis tuæ, & atteſtatio Principis Chriſtiani. Nec videtur tarda correctio, cui tam venerabilis aſſertor acceſſit, &c.* Quomodo ergo pati æqualem volens, nolens coactus eſt, cum potius Leo vnus, ſua auctoritate irritum reddiderit, quod ſexcenti Patres comprobaſſent?

Quo modo Anatolius apud Leonẽ ſe de ambitu excuſauit.

Anatolius à Leone in gratiam receptus.

Leonis auctoritas auctoritati 600. Patrũ præponderans.

Refellitur Caluini figmentũ, cur Legati Leonis in Synodo Chalcedon. præſederint.

Ineptiora ſunt, quàm vt refellantur, quæ ſcribit Caluinus libro quarto. Inſtitut. capitulo 7. §. 2. Legatos Romanæ Eccleſiæ primam ſedem occupaſſe, conceſsione Imperatoris, nimirum ſingulari, priuilegio, & extra ordinem, non ex communi lege; & quòd Imperator id conceſſerit, non quòd ſedi Romanæ, id deberetur, ſed quia graui, & apto moderatore Synodus opus habebat, quæ certè mendacia ſunt impudentiſsima, vt rectè obſeruauit Bellarminus, libro primo de Concilijs capitulo 19. cum nihil tale ab illo narretur; immò videamus, Leonem Legatos abſolutè miſiſſe, vt præſiderent, nullius conſenſu petito, nedum venia aut permiſsione: & mirum eſt, quod ſcribit Caluinus, inter ſexcentos, & eo amplius Patres, nullum fuiſſe aptum, vt præſideret Concilio, ideoque Leoni locus ab Imperatore datus ſit. Noluit omiſſum Mornæus,

Valentinianum Imperatorem latius euagantem (vt ait) *Epiſcoporum auctoritatem anno 452. lege coercere coactum.* Pag. 69.

De lege, qua Valentinian. ſuſtulit iudiciale tribunal Epiſcoporum.

EXtat lex illa poſt Cod. Theodoſij inter Nouellas Valentiniani lib. 2. titul. 12. Meritò eam ſanctionem Chriſtiano Principe indignã vocat Baronius ad annum 452. quam & multa mala conſecuta ſunt, vt Attilæ redditæ ſunt vires, & Genſerico ad cladem Vrbis aperta via. Vbi Mornæus.

Auctores coæui plus fidei mereantur, qui Eccleſiæ corruptelis imputant Cleri ipſius laſciuiæ: Et hic conſulatur Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus. Pag. 70.

Saluianus vniuerſim conqueſtus de moribus Chriſtianorum.

NOn diffitemur equidem, Saluianum, vbi ſcribit ad Eccleſiam toto orbe diffuſam, multum conqueri de moribus, non Clericorum modo, ſed & vniuerſim Chriſtianorum, qui adeò primorum Chriſtianorum eſſent diſsimiles. *Abit* (inquit) *illa egregia, ac ſupereminens dudum primitiuæ plebis tuæ Beatitudo, quæ omnes Chriſtum agnoſcentes caducas rerum mundialium facultates in ſempiternas Cæleſtiũ poſſeſſionum opes conferebant, mulctantes ſe vſu præſentium, & præclaram ſpẽ futurorũ immortales diuitias preſentis paupertatis ambitu ementes: at nunc, pro his omnibus auaritia, cupiditas, rapina, &c.* Poſt. *Multiplicatis fidei populis fides imminuta eſt, & creſcentibus filijs, mater ęgrotat, factaque es Eccleſia profectu tuę fœcunditatis infirmior, atque acceſſu relabens, & quaſi viribus minus valida*: & alia ibidem in hanc rem. Verùm ita ſit: impuris moribus, ac vita contaminata fuerint tum Clerici, & à primæuo Chriſtianorum inſtituto deflexerint: an ideò iuſta cauſſa Valentiniano condendi legem contra Iudiciale Epiſcoporum tribunal? Syneſius epiſtola aduerſus Andronicum: αἱ κακοποιοὶ δυνάμεις ἐν κόσμῳ, συντελοῦσι μὲν τῇ χρείᾳ τῆς προνοίας· κολάζουσι γὰρ τοὺς ἀξίους κολάζεσθαι· εἰσὶ δὲ ὅμως θεομισεῖς τε. καὶ ἀποτρόπαιοι. ἐγχειρῶ γάρ φῆσιν ἔθνος ἐφ᾽ ὑμᾶς ἀφ᾽ οὗ πείσεσθε τόσα, καὶ τόσα. καὶ τελευτῶν αὐτοῖς ἐκείνοις οἷς ἐπιστρατεύει φῆσιν ἐπεξελεύσεσθαι: *Quę in mundo ſunt maleficę virtutes, etiamſi ex vſu diuinę prouidentię ſint, cum in eos animaduertant, qui ſunt animaduerſione digni; illę tamen, & inuiſę Deo ſunt, & execrabiles.*

Clericorũ impuritas non potuit eſſe iuſta cauſa condendæ eius legis.

Deus aliquãdo vtitur medijs, ſibi inuiſis vt animaduertat, in nexios.

Suſci-

Digitized by Google

Suſcitabo enim (inquit) *gentem aduerſum vos, à qua hæc, & illa patiemini: ac tamen illos ipſos, per quos expeditionem agit, vindicaturum ſeſe ait.* Et poſtea, Βαβυλώνιος βασιλεὺς ἱερουσαλὴμ μὲν τὴν πόλιν κατέσκαψε, τὸ δὲ ἔθνος ἠνδραποδίσατο. ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος οὐκ εἰς μακρὰν ἐμεμήνει. &c. *Babilonius Rex Hieruſalem Ciuitatem demolitus eſt: gentem in ſeruitutẽ redegit: at is ipſe non multo poſt furore correptus eſt. Ibidẽ,* ὅταν δέηται κολαστῶν χρῆται νῦν μὲν ἀγγελάρχαις ἀκρίδων δαίμοσι. νῦν δὲ ὧν ἔργα λοιμοί: καὶ νῦν μὲν ἔθνη βαρβάρων, νῦν δὲ ἄρχοντι πονηρῷ, καὶ καθάπαξ εἰπεῖν ταῖς ἐπιτηδείοις εἰς τὸ ποιῆσαι κακὰ δημοσίαις φύσεσι, μισεῖ δ᾽ ὅμως αὐτὰς, ὅτι πρὸς τοῦτο γεγόνασιν ἐπιτήδειοι. οὐ γὰρ ἐποίησεν ὁ θεὸς ὄργανα συμφορῶν· ἀλλ᾽ ὑφ᾽ ἑαυτῶν εἰς τοῦτο ταχθεῖσιν ἑτοίμως ἐχρήσατο, καὶ διότι πρὸς τοῦτο σὺ γέγονας χρήσιμος, (Alloquitur Andronicum ipſum, qui multa impiè, ac ſceleratè in Deum, & homines moliretur) αὐτὸ τοῦτο ἐστὶν ὃ καὶ παντάπασιν ἀποκόπτει θεοῦ; *Quoties pœnarum exactoribus indiget, interdum locuſtarum agmini præfectis Dæmonibus vtitur, nonnunquam ijs, quorum munus eſt peſtilentia, & alias quidem barbara aliqua natione; alias nefario Principe: &, vt vno verbo dicam, publicis velut adminiſtris naturis, quæ ad malefaciendum idoneæ ſunt: Eas tamen odio proſequitur, quòd ad id idoneæ reperiuntur. Non enim calamitatum inſtrumenta molitur Deus, ſed ſuaptè ſponte ad hoc officium accommodatas in promptu habet. Et quoniam tu ad id idoneus redditus es, hoc eſt, quod te à Deo penitus abſcindit.* Clericorũ igitur flagitia (ſiquidem ita placet Mornæo) hanc legem mererentur: an ideo extra culpam Valentinianus, quo inſtrumento ad vindicandas Eccleſiæ corruptelas, & Cleri ipſius laſciuiam, vſus ſit Deus? An ideo culpa vacat Semei, cùm maledicit Dauid maledictione peſſima; aut Abſalon filius, cùm eundem perſequitur; quia ob culpas aliquot religioſiſsimi illius Regis, Deus id iuſtè permittebat? Sed quoniam Mornæus omiſſum noluit, Valẽtinianum Imperatorem lege coercuiſſe Epiſcoporũ auctoritatem; vbi tamen iudiciale Epiſcoporum tribunal in rebus Eccleſiaſticis, & quæ ad religionem pertinerent, nõ abſtulit; nec certè nos omiſſum volumus, quod idem ſcribebat ad Theodoſium Auguſtum: eſtque præambularis epiſtola in Synodum Chalcedonenſem: *Debemus cum omni competenti deuotione defendere, & dignitatem propriæ venerationis Beato Apoſtolo Petro intemeratam, & in noſtris temporibus conſeruare: quatenus Beatiſſimus Romanę Ciuitatis Epiſcopus, cui principatum Sacerdotij ſuper omnes antiquitas contulit, locum habeat, ac facultatem de fide, & Sacerdotibus iudicare:* Vbi teſtatur, ab omni antiquitate Romanum Epiſcopum iudicatum eſſe Principem Sacerdotum; idque non ob ſplendorẽ, aut dignitatem Vrbis, ſed ad venerationem Beati Petri: illius præterea eſſe, de fide, & de Sacerdotibus iudicare. Igitur in Cõcilijs, vbi agitur de fide, & de cõdemnandis hæreſibus, & præterea, vbi cauſſæ Sacerdotum tractantur, nõ alterius eſt, quam Romani Pontificis præſidere.

Sic vſus eſt Valentiniano ad vindicãdas Eccleſiæ corruptelas.

Valentinianus non abſtulit Epiſcoporũ tribunal in rebus Eccleſiaſticis & ad religionem ſpectãtibus.

Valentiniani ſentẽtia de primatu Rom. Pont.

Dioſcorus ordinatus Alexandri

Baronius tomo 6. ad annum Chriſti 444. *Ordinatus* (inquit) *hoc anno Dioſcorus Alexandrinus Epiſcopus legationem ex more miſit ad Romanum Pontificem: qui autem hoc functus eſt munere, Poſſidonius Presbyter nominatur, &c.*

nus Epiſc. Legatũ mittit ad Rom. Pont.

Hanc (inquit Mornæus) *legationem Hominij præſtationem interpretatur.*

Pag. 70.

IBi tamen nihil de Hominij præſtatione Baronius: verùm morem fuiſſe contendit Mornæus, quo præcipuarum præſertim ſedium Epiſcopi, ſtatim à ſua electione epiſtolas encyclicas ad omnes Eccleſias, ſaltem primarias, cum fidei ſuę profeſsione mittere ſoliti, quibus & cõmunionem inter ſe arctius obſtringerent, & de recta fide ſua eos facerent certiores; vt, quòd ordinatus Dioſcorus Epiſcopus Alexandrinus legationem miſerit ad Romanum Põtificem, nihil inde velit colligi poſſe iuris fuiſſe Romano Pont. in Alexandrinum Epiſcopũ. Non negamus equidem, Rom. Pontif. recenter creatos ordinationem, electionemq; ſuam litteris communicatorijs ſignificare ſolitos, vt teſtatur Gelaſius 1. epiſt. 2. ad vniuerſos Epiſcopos, p Dardaniam conſtitutos: *Regimen* (inquiens) *Apoſtolicæ ſedis adepti, ſtrepitu publico retardante, cõmiſſum nobis ſacræ diſpẽſationis officium proprijs, vt mos erat, litteris nequiuimus indicare, quò veſtra fraternitas de communionis Domini nobiſcum munere gratuletur.* Ita Cyprianus, quẽ citat Mornæus, epiſt. 42. ad Cornelium Papam: *Quod ſcripta Collegarum noſtrorũ, qui illic ordinationi tuæ affuerant, deſiderauimus, non veteres mores obliti, nouũ aliquid quærebamus; nam ſatis erat, vt tu te Epiſcopum factum litteris nunciares.* Vbi Pamelius: *Aduerte hic morem veterem, quo ſolẽt Romani Epiſcopi omnibus per orbẽ Epiſcopis ordinationẽ ſuam nunciare, quod certè etiam ad præeminentiã illius pertinet.* Quòd verò adeò argutè iocetur Morn.

Rom. Pont. recenter creati cõmunicatorijs litteris ſignificare ſoliti ſuam electionẽ, &c.

Ambò, an idcircò Cyprianus Annatas à Cornelio extorturus?

Pag. 70.

HAeretici, adeòque reprobati hominis cachinnos non curamus: neque de Annatis hic differendi locus.

Non negamus, etiam præcipuarum ſediũ Epiſcopos in ordinatione ſua litteras viciſsim mittere ſolitos, cum fidei ſuę profeſsione. Id enim teſtatur Greg. Magnus lib. 7. Indic. 2. epiſt. 53. cuius hæc ſunt verba: *Hinc eſt etiã, quòd quoties in quatuor præcipuis ſedibus Antiſtites ordinantur, Synodales ſibi epiſtolas viciſſim mittant, in quibus ſe ſanctã Chalcedonenſem Synodum cum alijs generalibus cuſtodire, fateantur.* Verùm, aliud eſt litteras mittere cũ fidei ſuæ profeſsione, quo ſcirent illi, ſe eiuſdẽ eſſe cum illis fidei, ac communionis: aliud legationem, quod fecit Dioſcorus ad Leonem, quò ſua electio, & ordinatio illi probaretur. Neque verò reliqui Patriarchæ omnibus per orbẽ conſtitutis Epiſcopis ſuam electionẽ, & ordinationem ſignificabãt, aut profeſsionẽ ſuæ fidei mittebant, quemadmodũ Rom. Pontifex; omnium enim intererat ſcire, quis in Cathedra Petri ſederet, cui in eadẽ fide communicarent, & cuius eſſet omnib. iura preſcribere. Inde Gelaſius epiſt. 1. ad Laurentium de Lignido Epiſcopũ: *Mos eſt Romanæ Eccleſiæ Sacerdoti nouiter conſtituto formam fidei ſuæ ad ſanctas Eccleſias prærogare.*

Sic etiã præcipuæ ſedes inter ſe viciſſim, cum fidei ſuæ profeſſione.

Mittere tamen huiuſmodi litteras nõ perinde eſt, ac mittere legationem, quo ſua electio probetur.

Rom. Põtifices electionẽ ſuam ſignificãt omnib. Epiſcopis: & cur

De Poſsidonio Legato miſſo à Dioſcoro ad Leonem Pontificem, ſubiungit Baronius: *Retinuit ſecum aliquot diebus S. Leo Papa eundem Legatū, quem & Eccleſiaſticis functionibus voluit ſemper eſſe præſentem; vt ex inſtitutis Romanæ Eccleſiæ diſceret, quid emēdandum eſſet in Eccleſia Alexandrina redditis ad ipſum Dioſcorum litteris, inter cætera hæc ſcribit* epiſt. 81. *Cùm Beatiſſimus Petrus Apoſtolicum à Domino acceperit Principatum, & Rom. Eccleſia in eius permaneat inſtitutis, nefas eſt credere, quòd Sanctus diſcipulus eius Marcus, qui Alexandrinam primus Eccleſiam gubernauit, alijs regulis traditionum ſuarū decreta formauerit: Cū ſine dubio de eodem fonte gratiæ vnus ſpiritus fuerit, & diſcipuli & Magiſtri; nec aliud ordinatu tradere potuerit, quā, quod ab ordinatore ſuſcepit. Non ergo patiamur, vt, cum vnius nos eſſe corporis, & fidei fateamur, in aliquo diſcrepemus, & alia doctoris, alia diſcipuli inſtituta videantur. Quibus ſubdit Baron. At quinam iſte prauus vſus, qui in Alexandrinā Eccleſiam irrepſerat, ipſe declarat; nempè die quolibet fieri ſolitas ſacrorum Miniſtrorum ordinationes, nullo præcedente ieiunio, cū Romæ res tanta aliter ageretur.* Quid igitur Dioſcoro in Eccleſia Alexādrina obſeruandum ſit, ipſe præſcribit. Vbi Mornæus,

Leo Ponti. quid emendādum in Alexandrina Eccleſ. Dioſcoro ſcribit.

Epiſt. 81.

Et Leonem hoc nomine inturgeſcere, quis ſubinde non videt?

Pag. 70.

IN quas tamen voces tam impias nunquàm Dioſcorus prorupit, etſi homo ſummæ arrogantiæ, cuius magis intererat dignitati ſuæ cōſulere, & Rom. Pontificis conatibus obuiā ire. Verùm iſti hæretico omnes turgent Rom. Pontifices, qui hæreſes profligarunt, fidem Catholicam ſtrenuè defendendā ſuſceperunt, & circa diſciplinam Eccleſiaſticam, aut inſtituēdam, aut conſeruandam Epiſcopis per Orbem iura præſcripſerunt; nimirū Momo iſti hoc vnū propoſitum eſt, facta omnia Pontificum, quocunque ſpectent, carpere, ac improbare. Hic tamen nobis obijcit,

Impias voces, quas in Leonē Pōt. non effudit Dioſcorus in propria cauſa, effūdit Morn.

Ergo Cyprianus Carthaginēſis Epiſcopus, cum aut Corneliū fraternè admonet, aut Stephanum acriter obiurgat, Epiſcopos vtiq; Romanos Primatū ſibi eo nomine aut affectarit, aut aſſeruerit?

Pag. 70.

REſpondetur, Cyprianum nūquàm iura præſcribere Romanis Pōtificibus, quemadmodum Dioſcoro Alexandrino Leo Papa præſcribit; neq; eius litteras eam præſeferre auctoritatem, quam litteræ Leonis Papæ ad Dioſcorum: Primùm: *Paterna igitur, & fraterna collatio debet sāctitati tuæ eſſe gratiſſima, & à te taliter ſuſcipi, quēadmodū à nobis eam intelligis proficiſci.* Quæ certè verba ſunt ſuperioris Epiſcopi ad inferiorē. Deinde: *Quod à Patribus noſtris propenſiore cura nouimus eſſe ſeruatum* (inquit) *à vobis quoq; volumus cuſtodiri, vt nō paſſim diebus omnib. Sacerdotalis, vel Leuitica ordinatio celebretur, etc.* Vbi nō ſimplex eſt admonitio fraterna, ſed iuſsio ſuperioris. Vrget Morn.

Cypri. non præſcripſiſſe Rom. Pont. ſicut Leo Pont. Dioſcoro.

Paulus ipſe in Petrum euicerit, qui in facie ei reſiſtit?

Pag. 70.

Et Paulus quidem reprehendit Petrum Principem Apoſtolorum, propter imminens periculum ſcandali circa fidē, D. Auguſtinus epiſt. 19. ad D. Hieronymū; *Ipſe Petrus, quod à Paulo fiebat vtiliter libertate charitatis, ſancta, ac benigna pietate humilitatis accepit; atque ita rarius, & ſanctius exemplum poſteris præbuit, quo non dedignerentur, ſicubi fortè, recti tramitem reliquiſſent, etiam à poſterioribus corrigi quàm Paulus; quò cōfidenter auderent etiam minores maioribus pro defendenda Euangelica veritate, ſalua fraterna charitate reſiſtere.* Paulus itaq; non enicit Primatum in Petrum, etſi in faciem ei reſtitit; quia licet inferiorib. Prælatos, vbi imminet periculum ſcandali circa fidem, reprehēdere; quod tamen non eſt eis iura præſcribere: *Eſt laus* (inquit D. Auguſtinus ibidem) *iuſtæ libertatis in Paulo, & ſanctæ humilitatis in Petro.* Porphyrius, vt refert D. Hieronymus epiſt. ad D. Auguſtinum, quæ eſt apud eundem 11. ita blaſphemabat, vt Pauli argueret procacitatem, quòd Principē Apoſtolorum Petrum auſus eſſet reprehēdere, & arguere in faciem, vnde colligitur, iam tùm vulgò illud receptū apud Gentiles, à Chriſtianis Petrum habitum fuiſſe, & æſtimatum Principem Apoſtolorum.

Qua in re, & quomodo S. Paul. S. Petro reſtiterit.

Paul. inferior Petro.

Propter periculū ſcandali circa fidē liceat inferiorib. reprehendere Prælatos.

Chriſtianorū ſententia, de primatu S. Petri, Gētilib. prius nota.

De Hilario Arelatenſi, querela contra eum ad Leonem Pontificem delata, quidque contra eū ſcripſerit ad Epiſcopos, per Viennenſem Prouinciam cōſtitutos, ſupra ſufficienter dictū eſt: vbi & Nouella citata Valētiniani Imperatoris, in eā rem edita, de qua, quod ſit iudiciū Mornæi pauliſper conſiderandum. Primo;

Hiſtoria (inquit) *nos docet, Imperatores huius ſæculi imminutam ſuam auctoritatem Epiſcoporum Romanorum fauore non illibenter ſuſtentaſſe.*

Pag. 70.

QVia verò hiſtorici id doceant, non refert. Verùm, ſi Imperatores erant Domini Vrbis, non Rom. Pontif. adeòq; tot Prouinciarum Imperij, & Epiſcoporū Romanorum auctoritas diœceſeos Vrbis limitibus cōſtringebatur, (ita enim ſentit Mornæus) quid opus habebāt eorum fauore ad ſuſtentandam ſuam auctoritatem? Nec. n. videmus, Orientis Imperatores poſt multa tempora, cum longè magis imminutæ eſſent vires illius Imperij, & Barbarorum incurſionibus multæ inde auulſæ Prouinciæ, ad ſuſtentandā ſuam auctoritatem fauore Patriarcharum Conſtantinopolitanorum indiguiſſe. Deinde ſi Imperatores huius ſæculi poterāt ſine conſenſu, & fauore Romanorum Pōtificum indicere Concilia Epiſcoporum ex toto orbe, eiſdemq; præſidere (vt vult Mornęus) mirū certè, eos indiguiſſe ad ſuſtentādam ſuā auctoritatem fauore Romanorum Epiſcoporum. Sed veriſsimum illud: *& tempore, quo Valentinianus Auguſtus Eccleſiaſticum tribunal deprimit, tunc Deus illum comprimit, atque ſuper Reges Pontificem Romanum exaltat: &, ne quid minus habere videretur nouæ legis ſummus Sacerdos à veteris teſtamenti propheta, ad quem Dominus:* (Hiere. 3.) *Ecce conſtitui te ſuper gētes & regna: dat ei, vt barbarū atq; trucē Regem* (de Attila loquitur, cui Romā hoſtiliter proficiſcēti diuina Leonis eloquentia perſuaſū eſt, vt

Mornæus ex ſuis refellitur.

Baron. ad an. Chriſti 452.

regre-

Digitized by Google

regrederetur) *coerceat, parereq́; cogat, & Valētinianum Imperatorem labantē confirmet in eo, de quo periclitabatur, Imperio, qui nuper ab eo fuerat è tribunali depoſitus. Ita planè, qui nutu cuncta gubernat, hunc,* Pſalm. 74. *humilians, & hunc exaltans, ſacra ſemper voluit præſtare profanis.*

Mornæus iſtis citatis ex Nouella Valentiniani; *Nequid præter authoritatem ſedis iſtius illicitum præſumptio attentare nitatur. Sed illis omnibus ſit pro lege, quicquid Papa æternæ Vrbis ſanxit, vel ſanxerit:* Subÿcit.

Pag. 71.

Immò memorem eum eſſe opportuit (Baronium) *quam ſæpe in exclamationes illas erūpit? Quanta detrimēto immiſceant ſe Principes rebus ſacris.*

Principes rectè condunt leges cōtra Hæreticos, & ſchiſmaticos.

SCilicet hoc ſenſu, quia Principum non eſt res ſacras adminiſtrare, aut de fide, & religione iudicium ferre; rectè tamen & religioſè contra ſacrilegos hæreticos, & ſchiſmaticos leges condunt. *Quis noſtrum, quis veſtrum* (inquit D. Auguſtinus epiſt. 48. ad Vincentium Donatiſtam de vi corrigendis hæreticis) *non laudat leges ab Imperatoribus datas aduerſus ſacrificia Paganorum? Rectè eorum opem implorat Eccleſia, ac debet ſuis legibus Chriſto, & Eccleſiæ ſubſeruire.* Idem lib. 2. cōtra litteras Petiliani cap. 58. Et recitātur verba à Gratiano diſt. 10. cap. 7. *Si in adiutorium veſtrum etiam terreni Imperÿ leges aſſumendas putatis, non reprehendimus: fecit hoc Paulus* (Act. 22.) *cùm aduerſus iniurioſos ciuem Romanum ſe eſſe teſtatus eſt:* Et epiſtola 50. *Quicunque legibus Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande ſupplicium.* Vbi & reſpondet ÿs, qui obÿciebant, non petiiſſe à Regibus terræ Apoſtolos talia, vt ſcilicet leges ferrent pro religione aduerſus illius hoſtes: *Non conſiderant* (inquit) *aliud fuiſſe tunc tempus, & omnia ſuis temporibus agi. Quis enim tunc in Chriſtum crediderat Imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo ſeruiret &c.* Poſt, *Aliter ſeruit, quia homo eſt; aliter quia etiam Rex eſt: quia homo eſt, ei ſeruit viuendo fideliter: quia vero etiam Rex eſt, ſeruit, leges iuſta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti vigore ſanciendo: ſicut ſeruiuit Ezechias* (4 Reg. 18.) *lucos, & templa Idolorum, & illa excelſa, quæ contra præcepta Dei fuerant conſtructa, deſtruendo: ſicut ſeruiuit Ioſias* (4. Reg. 22.) *taliter etiam faciendo: ſicut* (Ioan. 3.) *ſeruiuit Rex Niniuitarū, vniuerſam Ciuitatem ad placandum Dominum compellendo: ſicut* (Daniel 24.) *ſeruiuit Darius, Idolum frangendum in poteſtatem Danielis dando, & inimicos eius Leonibus ingerendo: ſicut ſeruiuit Nabuchodonoſor, omnes in Regno ſuo poſitos à blaſphemando Deo Lege terribili prohibendo* (Daniel 3.)

Rex, Dei ſeruus, duplicitér.

Certè hoc ſenſu, nimirùm Sanctiſsimas leges pro religione ferendo, religioſè immiſcent ſe rebus ſacris Imperatores, quod amplius confirmatur ex ipſa Leonis epiſt. 75. ad Leonem Auguſtum: *Debes incunctanter admittere, Regiam poteſtatem tibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam; vt auſus nefarios comprimendo, & quæ benè ſunt ſtatuta, defendas,*

Regia poteſtas Imperatori data non ſolū ad mundi regimē, ſed maximè ad præſidiū Eccleſiæ.

& veram pacem his, quæ ſunt turbata, reſtituas, depellenda ſcilicet peruaſores iuris alieni &c. Et prius epiſt. 31. ad Pulcheriam Auguſtam. *Res humanæ aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad diuinā confeſſionem pertinent, & Regia, & Sacerdotalis defendat authoritas.* Ita laudando Nouella Valentiniani Imperatoris, quam, interpellante eius officium Leone Pontifice, edidit aduerſus Hilarium Arelatenſem, vel Epiſcopos contumaci auſu illicita præſumentes, aut Romani Pontificis decretis minus obtemperantes.

Mornæi mendaciū.

Neque vero in Reſcripto Valentiniani habetur, quod mentitur Mornæus, *id eum velle, vt, qui ſucceſſores dicuntur Petri, hanc prærogatiuam, & Vrbis dignitati, & deceſſorum ſuorum beneficio acceptam ferant: Conſuetudini, non diuino iuri;* neque id ſignificant ea verba Reſcripti: *Sedis Apoſtolicæ Primatum Sancti Petri meritum, qui Princeps eſt Epiſcopalis coronæ?* Quæ verba malignè omiſit hæreticus) *& Romanæ dignitas Ciuitatis, ſacræ etiam Synodi firmauit authoritas.* Vbi nihil de ſuorum deceſſorum beneficio. Rogat vero iſte, *cuius Synodi?* Nicœnæ vtique, Conſtantinopolitanæ, Epheſinæ, & Chalcedonenſis, quibus omnibus authoritatem dedit Romanus Pontifex, titulo Epiſcopi vniuerſalis à Chalcedonenſi decoratus; quæ quantum Romano Pontifici detulerit, oſtenſum eſt ſupra, cuius act. 16. recitatur 6. canō Nicœni Cōcilÿ, qui ſic incipit: *Eccleſia Romana ſemper habuit Primatū:* quiq; licet recitetur à Paſchaſino Legato Pōtificis, nemo tamen reclamat, & poſtea: *Iudices ipſi, qui aderant nomine Imperatoris: Ex his quæ geſta ſunt, vel ab vnoquoque depoſita* (inquiunt) *perpendimus omnem quidem primatum, & honorem præcipuum ſecundum canones antiquæ Romæ Deo amantiſſimo Archiepiſcopo conſeruari.* Quod cum ſatis Imperatori Valentiniano perſpectū eſſet, id in ſua Nouella omiſſum noluit; non, vt iſte nugatur, *Mentientibus credulus nimis.* Quid verò aliud ſignificat in Reſcripto Imperatoris, *meritum Petri firmaſſe ſedis Apoſtolicæ Primatum?* Niſi quia Petrus ſedit Romæ, quem *Principem* vocat *Epiſcopalis coronæ*, ideoq; eam ſedem Apoſtolicam eſſe, & primatum obtinere in omnes Eccleſias, vt non tàm ſpectandi ſint vitia, & mores ſucceſſorum Pontificum, quam Petri ipſius meritum; *cuius etiam dignitas in indigno hærede non deficit* ait. Leo Papa ſermone ſecundo, in die aſſumptionis ſuæ ad Pōtificatum, & Vrbis quidem illius magna eſt dignitas, quòd fuerit caput Imperij, ac tot nationes armis ſubegerit, ſuiſq; legibus ſubiugarit; verum longè maior quòd fuerit ſedes Petri. Ita Leo Papa ſermone primo in natali Apoſtolorum Petri, & Pauli: *Iſti ſunt, qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt gens Sancta, populus electus, Ciuitas Sacerdotalis, & regia per ſacram Beati Petri ſedem caput orbis effecta, latius præſideres religione diuina, quàm dominatione terrena, Quāmuis enim multis aucta victorÿs, ius Imperÿ tui terra, marique protuleris; minus tamen eſt, quod tibi bellicus labor ſubdidit, quam quod pax Chriſtiana ſubiecit.* Neq; certè dignitas vrbis huic ſedi primatum contulit, cùm ipſa ſedes Petri ſplendorem,

Omiſſa malignè à Mornæo verba, quibus Petrus appellatur Princeps Epiſcopalis Coronæ.

Quomodo meritum Petri firmauerit primatum Apoſtolicæ ſedis.

Petri dignitas in indigno etiam ſucceſſore nō deficit.

Roma dignitatem maiorem accepit ex Pōtificatu S. Petri, quam ex Imperio.

rem,

Digitized by Google

rem, & dignitatem ampliorem ei contulerit? An verò quia ſubiungit Valentinianus, *per omnia ſeruatis, quæ Diui parentes noſtri Romanæ Eccleſiæ detulerunt*, ideo prærogatiuam ſuam Romana Eccleſia deceſſorum ſuorum beneficio acceptam refert? Non certè quia Imperatores Eccleſiæ Romanæ tantum detulerunt, ideò illa caput eſt Eccleſiarum; immò quia iure diuino, & ex inſtitutione Chriſti illa, tanquàm ſedes Petri Principis Apoſtolorum, caput eſt, & radix omnium Eccleſiarum, ideò Valentinianus ſua Nouella, & reliqui Chriſtiani Imperatores tantum ei deferendum putarunt; denique Romanæ dignitas Ciuitatis producitur in Nouella tanquàm acceſſoria quædam cauſſa: verùm Petri meritum hoc demum eſt, quod primò ac principaliter ſedis Apoſtolicę firmauit Primatum. Mornæus cum ſibi ipſi non ſatisfaceret, & videret, ſe multum premi authoritate ipſius Reſcripti Valentiniani,

Romana Eccleſia prærogatiuam ſuam nō accepit ab Imperatoribus.

Et porrò (inquit) *in controuerſijs huius generis, vter plus fidei apud nos inuenire debeat, Valentinianus, an noſter Hilarius?*

MAgna prius erat Valentiniani Imperatoris apud Mornæum authoritas, cum lege coercebat Epiſcoporum authoritatem, vt nec id omiſſum voluerit. Nunc verò, cùm, pro Pōtificis tuenda authoritate, Sanctionem edit contra Hilarium, vel alios Epiſcopos, contumaci auſu illicita præſumentes, plus fidei apud eū habet Hilarius, quam Valētinianus.

Nec inficiamur, Hilarium Arelatenſem Sāctitate, ac doctrina fuiſſe conſpicuum, in publicis Eccleſiæ, etiam Romanæ monumentis titulo meruiſſe Sanctitatis aſcribi; iure tamen ille redarguebatur, quòd inconſulto Romano Pontifice ſibi aſſumpſiſſet ordinationes Epiſcoporum, ad alios Metropolitanos ſpectātium, & ſtudioſior, quàm par erat, non ſine aliorum iniuria, videretur ampliandæ Eccleſiæ Arelatenſis. Quid ſi poſtea pœnitentia emendauit quicquid zelo tuendi Eccleſiæ ſuæ iuris, tàm in S. Leonem, quàm in Galliarum Epiſcopos deliquiſſet? An verò quia primus in prima Arauſicana Synodo ſubſignat, quia Pelagianorum, aut Semipelagianorum in Gallia maſtix fuit à Proſpero tāntopere celebratus, in Martyrologio Romano inter ſanctos relatus eſt: ideò nunquam in Deum deliquiſſe putandus eſt, aut nihil commiſiſſe, vnde Pontificis, & Imperatoris indignationem iuſtè mereretur. Dauid vir Sanctiſsimus, & ſecundùm cor Dei, equidem in Sanctos relatus eſt; nec tamen eius parricidium, & adulterium quiſquā probat. Annon Cyprianus Sanctiſsimus Pontifex, & Martyr, rebaptizandos docuit ab hæreticis prius baptizatos, idque contra ſententiam Stephani Papæ, ac deinde totius Eccleſiæ? in quo certè errauit, ac reprehendi meruit, & næuum quendam fuiſſe in candore Sanctæ animæ, quem vbera charitatis contegebāt,

S. Hilarij lapſus.

Quæ à Hilario laudantur, nō impediūt, quominus aliquando vel in Deū deliquerit, vel Pōtificis, Imperatoriſuè iuſtam indignationem meruerit.

S. Cypriani næuus.

ſcribit D. Auguſtinus lib. 1. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 19. Quid igitur, ſi & næuum quendam fuiſſe in candore animæ Hilarij Epiſcopi Arelatenſis, alioqui vter Sanctitate conſpicui, reſpondeamus? fuerit ille Pelagianorum maſtix in Gallia; Nōnè & Origeniſtarum maſtix fuit Theophilus Alexandrinus, eoque nomine à D. Hieronymo tantopere celebratus? An ergo propterea non deliquit grauiter, tàm atrocem perſecutionem mouendo in Chryſoſtomum, Sanctitate, & doctrina tam inſignem Epiſcopum? Miror vero, qui iſte fidem Hilarij Arelatenſis commendet, quòd in ipſo Martyrologio Romano inter Sanctos ſit relatus, cùm Martyrologium eiuret, & nihil illi commercij ſit, aut cum Eccleſia Romana, aut cum Sanctis in Eccleſiaſticas tabulas ab eadem relatis: & inde certum ſit, Hilarium Arelatenſem nunquàm ſe à Romanę Eccleſię, aut Leonis Pontificis communione ſeparaſſe: vt neque, ſe Cyprianus ſeparauit, licet diſſentiret à Stephano Pontifice Romano; quem ideo perperam in ſui erroris patrocinium Donatiſtæ, vt Mornæus Hilarium Arelatenſem, adducebant.

Theophilus Alexandrinus Origeniſtarum maſtix, & tamen aliquādo deliquit.

Hilarius nunquàm ſe à cōmunione Leonis Pont. ſeparauit.

Tertio (inquit Mornæus) *Pontificiam omnipotentiam in Hiſpaniam vſque extendit. Etenim* (inquit Baronius) *Synodum ibi generalem, & indicit, & congregat ex omnibus Prouincijs.* Pag. 71.

BAronius tom. 6. ad annum Chriſti 447. initio: *S. Leo Romanus Pontifex peruigili ſollicitudine cura incumbens vniuerſalis Eccleſię, in Hiſpanias conuertens oculos, & figens obtutus, laborantes eas adhuc pleriſque in locis nefandorum Priſcillianiſtarum erroribus, liberare penitus feſtinauit: & qui iam ſemel ad ſuccedendos infelices Manichęorum ialmites palcem acceperat, ad pręcidendas etiam in fauſtas radices Priſcillianiſtarum erroris, Manichęis affinis, Apoſtolicam ſecurim admouit.* Sollicitam habere curam Eccleſiarum velle, ex Hiſpanijs profligare nefandam hæreſim Priſcillianiſtarum, Mornæus interpretatur, Pontificiam Omnipotentiam in Hiſpaniam vſque extendere.

Proſequitur Baronius. *Sanctus Turibius Aſturicenſis Epiſcopus, vehementi Catholicę veritatis ardore ſuccenſus, luſtrans Hiſpanias, luſtra eiuſmodi inueniens beſtiarum, ad eas pellendas, earumque latebras deſtruendas, Apoſtolicę ſedis, à qua ſincerum acceperant Hiſpanię Euangelium, ſubſidium implorauit: miſſoque ad hoc opus ſuo Diacono Romam, de omnibus reddidit Leonem Pontificem certiorem. Qui abſque mora de cunctis, quę agenda eſſent, redditis litteris, Turibium monuit.* Epiſtola eſt apud Leonē 93., vbi vltimò de colligendo in Hiſpania generale Concilio mandans, iſta perorat: *Habeatur ergo inter vos Epiſcopale Concilium, & ad eum locum, qui omnibus opportunus ſit, vicinarum Prouinciarum conueniant Sacerdotes, vt, ſecundùm ea, quę ad tua conſulta reſpondimus, pleniſsimo diſquiratur examine, an ſint*

S. Turibius ad Hiſpanias erroribus liberādas, Apoſtolicæ ſedis auxiliū implorat.

Leo Pōt. ad id mādat, vt generale Concilium in Hiſpania colligatur.

Digitized by Google

ſint aliqui inter Epiſcopos, qui huius hæreſeos contagio polluantur, à communione ſine dubio ſeparandi; ſi nefan diſſimam ſectam per omnium ſenſuum prauitates damnare noluerint : Et paulò poſt : *Dedimus itaque litteras ad fratres, & Coepiſcopos noſtros Tarraconenſes, Chartaginenſes, Luſitanos, atque Gallicianos, eiſquè Conciliū Synodi generalis indiximus*. Vbi Mornæus.

Pag. 71.

Dicat hic, qui latinè ſcit, legendum conſilium Synodi, non Concilium.

Subtilis Mornæi diſquiſitio grammaticalis.

Dicat, quæſo, apud quem latinum authorem legerit: indicare conſilium, cùm frequens ſit illud: Concilium indicere? Verùm inquit.

Pag. 71.

Concilium Synodi generalis quid erit, cum Concilium, & Synodus idem?

Quo diſcrimine vſurpari poſſint hæ voces: Conciliū, et Synodus

Vis vocis βουλὴ apud Græcos.

Vrbs et Ciuitas aliquando in ſignificatione diſtinguuntur.

Equidem dicimus: Concilium generale, aut Prouinciale: Synodus item generalis, aut Prouincialis, nihil tamen obſtat, aliquo inter ſe differre has voces: aut certè Concilium intelligi ipſam conuocationem, coitionem, aut conſeſſum: Synodi vero nomine ipſos in vnum coeuntes Epiſcopos, quemadmodum & apud Græcos βουλὴ ſignificat, & locum ipſum, & ipſos conſultores, & præterea illud, de quo conſultatio agitur. Vrbs, & Ciuitas pro eodē ſumuntur à Cicerone; tamen in Academ dicitur: *Ciuitas eſſe in Vrbe*: ſcilicet ex Non. Marcello *Vrbs eſt ædificia*; *Ciuitas, incolæ*: Item ex Seruio in illud 2. Aeneid. *Inuadunt Vrbem ſomno, vinoque ſepultam*. *Vrbs* (ait) *muros ſignificat*; *Ciuitas, eius habitatores*. Ita in epiſtola Leonis quid prohibebit, Concilium intelligi ipſam conuocationem, ipſum conſeſſum? Synodum, ipſos Epiſcopos, qui ex Prouincijs Hiſpaniæ conuocabantur? In eadem epiſtola poſtea: *Ad tuæ dilectionis ſolicitudinem pertinebit, vt noſtræ ordinationis authoritas ad prædictarum Prouinciarum Epiſcopos deferatur*: Subiungit Baronius: *Hactenus Leo generalem in vniuerſa Hiſpania, more maiorum, indicens Synodum, quod munus erat Apoſtolicæ ſedis Antiſtitis*.

Mornæi cauillum de Turibio, & Leone Papa refellitur.

Mornæus, Turibium conſuluiſſe de hæreſi Priſcillianiſtarum reſpondet: *Leonem verò occaſionibus omnibus, pro more, incumbentem, conſultationem hanc ſubiectionem interpretatum, verbis ad ſuæ authoritatis amplificationem ſelectis, non iam conſulenti Conſilium impertiri, ſed mandatum dare*. At nos dicimus, non defuiſſe alibi alios Epiſcopos, quorum conſilio Turibius vteretur, verùm, quia Romani Pontificis potiſsimùm erat hæreſes condemnare, & Concilia Epiſcoporum cogere, ideò ad eum vnum maxime ſcripſiſſe; cui nō modo cōſilium ſit impertitus, quod cuiuslibet erat; ſed & mandatum dederit, quod eſt ſuperioris, & iuriſdictionem habentis. Et Patres Braccarenſis primæ Synodi hanc authoritatē, ac præceptum Leonis Papæ agnouerunt; Vbi Lucretius Epiſcopus hæc præloquitur: *Credo, veſtræ Beatitudinis fraternitatem noſſe, quia eo tempore, quo in his regionibus nefandiſſima Priſcilliana ſectæ venena ſerpebant, Beatiſſimus Papa Vrbis Romæ Leo, qui quadrageſimus ferè extitit Apoſtoli Petri ſucceſſor, per Turibium Notarium ſedis ſuæ ad Synodum Galliciæ contra impiam Priſcilliani ſectam ſcripta ſua direxit; cuius etiam præcepto Tarraconenſes, & Carthaginenſes Epiſcopi, Luſitani quoque, & Boetici, facto inter ſe Concilio, regulam fidei contra Priſcillianam hæreſim, cum aliquibus capitulis conſcribentes ad Balconium, tunc huius Bracarenſis Eccleſiæ Præſulem, direxerunt*. Si ergo nullam agnouiſſent authoritatem Romani Pontificis in Prouincias Hiſpaniæ, non vtique eius præcepto conueniſſent. Verùm nugator iſte;

Synodus (inquit) *Bracarenſis prima, quam citat* (Baronius) *ſub Honorio primo habita, 180. poſt annis, teſtis locuplex, Reges tunc temporis, non vtique Romanos Epiſcopos Synodos conuocaſſe. Ex præcepto glorioſiſſimi Ariamiri Regis.*

Pag. 71.

Brachare[n]ſe Conciliū non coactū à Rege.

Vbi *Theodomiri* legendum &c. Reſpondetur primò, ex eadem Synodo conſtare Epiſcopos varijs ex Prouincijs conueniſſe, præcepto Leonis Papæ, ad Concilium, in quo dānata eſt hæreſis Priſcillianiſtarum; igitur Pontificis Romani erat tum temporis indicere Concilia.

Deinde, nullum tùm Regem fuiſſe in Hiſpania, qui ex omnibus Prouincijs potuiſſet indicere generalem Synodum, aut præcipere Epiſcopis omnibus Hiſpaniarum, vt eò conuenirent; ſed ex locis tantum ſibi ſubiectis; igitur id fuit vnius Pontificis, cuius authoritas in omnes Epiſcopos ſeſe porrigebat: & Synodus illa Bracarenſis prima erat Prouincialis, ad quam cogendam non requirebatur authoritas Pontificis, ſed tantùm Metropolitani. Poſtremò reſpondetur, Ariamirum Regem (vt loquitur Mornæus) non indixiſſe Concilium, ita vt ex authoritate Epiſcopos conuocaret; ſed, cùm ſecundum inſtituta venerabilium canonum, & decreta Catholicæ, & Apoſtolicæ diſciplinæ, vt ibidem dicitur, deſiderarent, Sacerdotalem inter ſe ferri debere conuentum, voluerunt accedere conſenſum, & fauorem Regis, quod ibidem teſtantur: *Nunc igitur, quoniam optatum nobis huius congregationis diem glorioſiſſimus, atque piiſſimus filius noſter, aſpirante ſibi Domino, Regali præcepto conceſſit &c.* Vbi *Filium* Regem appellant.

Quamuis Rex celebrandū curauerit Cōciliū Bracarenſi, nō tamen ei præfuit.

Etſi verò Theodomirus Rex, vt teſtantur hiſtorici Hiſpaniæ, non vero Ariamirus, qui fuit eius filius, celebrari curauerit Concilium Bracarenſe primum; præfuit tamen Synodo Lucretius Bracarenſis Epiſcopus, non Rex per ſe, aut per miniſtros. Ex præſcripto ſedis Apoſtolicæ damnata ibi hæreſis Priſcillianiſtarum, & aliorum hæreticorum errores, capitulis decem & ſeptem. Et ſicut recta fides ſancita eſt ex Apoſtolicæ ſedis inſtitutione, ſic ex eiuſdem ſcriptis datis prius ad Profuturū Epiſcopum, Lucretij prædeceſſorem, quæ ſpectarent ad Eccleſiaſticam diſciplinam, viginti duabus regulis ſunt inſtituta. De litteris à Romano

Quæ in eo definita ſūt ex Apoſtolicæ ſedis inſtitutione prouenerunt.

Pon-

Digitized by Google

Pontifice ad Profuturum antea datis teſtãtur illi Patres: *ſiquid eſt illud magnum, vel paruum, quo variari uidemur ad vnam formulam præfixis rationabiliter capitulis renouetur præcipuè, cùm, & de certis quibuſdam cauſſis inſtructionem ſedis Apoſtolicæ apud nos habeamus quæ ad interrogationes ſuas quõdam venerandæ memoriæ prædeceſſoris tui Profuturi prudentia, ab ipſa Beatiſſimi Petri accepit Cathedra.* Lecta eſt poſtea Romani Pontificis epiſtola, quam ſe omnes ſequi profeſsi ſunt, in ipſis præſertim ſacris ritibus, vt inter alia de Miſſa, reg. 4. *Item placuit, vt eodem ordine Miſſę celebrentur ab omnibus, quem Profuturus quondã huius Metropolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ab ipſa Apoſtolicæ ſedis authoritate ſuſcepit ſcriptum.* Hinc Baronius Tom. 7. ad annum Chriſti 563. *Ita quidem more maiorum vſus ſemper ille viguit in Eccleſia Catholica, qui ab exordio ipſius incipiens idem ad poſteros ſemper propagatus eſt, nempè vt ad Apoſtolicam ſedem, ipſam Romanam Eccleſiam veniant omnes longè lateque per orbem vniuerſum ſitæ Eccleſiæ; vt ab eadem tùm de fide, tùm de his, quæ ad ſacros ritus, nec non ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinent, erudiantur.* Vnde manifeſtè conſtat ex illo Concilio Bracarenſi quanti fecerunt authoritatem ſedis Apoſtolicæ, ſeu Romani Pontificis, Epiſcopi illi Hiſpaniarum; cùm nihil, niſi ex illius præſcripto, non verò Regis, circa rectam fidem ſanciuerint aut circa diſciplinam Eccleſiaſticam ſtatuerint. Et hæc Impoſtor iſte non citauit: quæ tamen nos, vt tota rei veritas illuceſceret, iſtiuſquè non niſi fallendi, & in errorem inducendi animus detegeretur, omiſſa noluimus: de Flauiano, & Eutychete ab eodem hæreſis nomine ab Eccleſiaſtica communione ſummoto; item de relatione eiuſdem ad Leonem Pontificem, & Leonis litteris ad eũdem, & de tota hac actione conſuli poſſunt, quæ ſupradicta ſunt, quibus nihil addendum videtur.

De Indictione item Synodorum per Imperatores olim facta, ſed non ſine conſenſu Pontificum, & cur tùm neceſſum eſſet indictionem fieri per Imperatores, iam non ſemel dictum eſt. Baronius ad annum 449. *Porrò* (inquit) *intentatum hactenus ſibi Theodoſius Imperator ius arrogat, & vſurpat, dum celebrandæ Synodo Oecumenicę qui illi in omnibus præſit, Epiſcopum deligit* (nempè Dioſcorum) *quod quidem Romani eſſe Pontificis, docent, quę acta ſunt in habitis antea Synodis Oecumen. &c.* Vbi Mornæus.

Romani Pont. ius à Theodoſio Imp. vſurpatum.

Pag. 73. *Quod illi* (inquit) *ſolemnè* τὸ ἐν ἀρχῇ *meræ principij petitiones plus ſatis antea refutatæ.*

VErùm id ſufficienter oſtenderat Baronius ex his, quæ acta erant in Synodis Oecumenicis antea habitis: ſiquidem Nicœnæ Synodo Oſius à S. Silueſtro miſſus præfuit: Epheſino verò Concilio paulò ante celebrato Cyrillus Alexandrinus à Cæleſtino Pontifice delegatus præſes illius Concilij. Et quidem id probare ex actis præcedentium Conciliorum, quæ certè regulam præſcribebant futuris Concilijs, non eſt petere principium: at verò petitiones iſtas principij, quas adfingit Baronio, quando vnquàm iſte refutauit, qui nihil in toto hoc opere, ſi quis diligentius animaduertat, præter nugas, impoſturas, & aperta mendacia adferre videbitur? Interim τὸ ἐν ἀρχῇ, q̃ docet Baroni⁹; meræ illi petitiones principij plus ſatis ab eo refutatæ, qui ne quidẽ capuit, quid ſit petitio principij; cùm omnia doceat contraria veritati, aliena ab vſu, & inſtituto Eccleſiæ, à doctrina ſacrorum Conciliorum & Sanctorum Patrum, omnia ſibi concedi velit, quæ Catholici omnes inficiantur; & nihil omninò, aut certè per ea, quæ ignotiora, vel quæ ignota ſunt, demonſtret. Theodoſius Imperator Dioſcorum præſidere vult; quid inde? Dicimus factum, non ius, ideoq. nõ fuiſſe legitimam Synodum, nec in nomine Chriſti congregatã, vbi Flauianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus Dioſcori factione occiſus, Legati Leonis Romani Pontificis fugati, ac demum hæreſis Eutychiana confirmata. Vnde huic Synodo, cui præfuit Dioſcorus ab Imperatore Concilij præſes inſtitutus, non verò Legati Pontificis; meritò λῃστρικῆς nomen inditum: prædatoria Synodus, ſeu latrocinium Epheſinum, quæ cùm abominabili initio cœpta fuerit, nihil mirùm, ſi tantorum malorum fons fuerit, & origo. Et hanc quidem, licet coactam Imperatoris authoritate, reprobauit Leo Pontifex epiſt. 22. ad Conſtantinopolitanos: epiſt. 24. & 25. ad eundem Theodoſium Auguſtum: 26. ad Pulcheriam Auguſtam. Equidem Theodoſius Chryſaphij Eunuchi fautoris Eutychetis aſtutia deceptus fuerat, & in fraudem inductus, vt pſeudoSynodum illam cogeret, cui, & præſidere Dioſcorum iuberet. Euagrius author eſt lib. 1. cap. 10. *quòd vbi comperit perquàm grauiter* (ait Niceph. lib. 14. cap. 49.) *& impietatem in Flauiano perpetratam, & alijs Epiſcopis nefariè illatam contumeliam, & condemnationem tulit, &, cùm dolori ſuo mederi non poſſet, in Chryſaphium legitimũ, iuſtumque effudit furorem. Itaquè illum primùm dignitate. mox etiam omni ſubſtantia ſpoliatum in Inſulam quandam relegauit. Cuius iudicium quòd cæleſtis quoque calculus comprobaret, in mari nauigantem aſſecutus eſt.* In mari merſum ſignificans.

Qualis ſit diſciplina Mornai.

Theodoſij factum in præficiendo Dioſcorum Synodo Epheſinæ, quot mala pepererit.

Epheſina Synodus appellata prædatoria.

Eadem à Leone Pont. reprobata.

Theodoſius à Chryſaphio ſeductus Epheſinã Synodũ coegit, eiq; præficit dioſcorum.

Theodoſi⁹. re comperta, dolet.

Et in Chryſaphium animaduertit.

Cum Flauianus iniuſtam ſententiam damnationis tuliſſet à Dioſcoro in Epheſina pſeudoSynodo, prout legitur act. 1. Concilij Chalcedonenſis, dixit; *Appello à te.* Hinc Liberatus in Breuiario cap. 12. *Flauianus contra ſe prolata ſententia, per eius Legatos ſedem Apoſtolicam appellauit libello.* De Theodoreto Baronius ad annum Chriſti 449. *Theodoretus Epiſcopus Cyri cum audiſſet, ſe à pſeudoSynodo Epheſina eſſe depoſitum, appellans* (vti Flauianus fecerat) *Romanum Pontificem quem vnicum ſciret eſſe reliquum legitimum iudicem; qui perperàm à Synodo facta reſcindere poſſet; honorificam ad eum Legationem miſſit, proſecuturus iam ipſe præſens cauſſam ſuam apud ipſum S. Leonem Papam, ſi, qui iuſſus erat Theodoſij reſcripto à ſua Eccleſia non recedere, ab eodem commeatum obtinere valuiſſet, &c.* Theodoretus in Epiſtola ad Leonem

Flauianus appellat ad Romanum Pont.

Theodoretus etiam.

Baronius non petit principiũ, vt Mornæ' fingit.

nem

Digitized by Google

nem: Si (inquit) *Paulus* (Act. 11.) *præco veritatis, tuba ſanctiſſimi Spiritus ad magnum Petrum cucurrit, vt ijs, qui Antiochiæ contendebant, ab ipſo afferret ſolutionem: multò magis nos, qui abiecti ſumus, & puſilli, ad Apoſtolicam veſtram ſedem cucurrimus; vobis namquè per omnia primos eſſe conuenit. Multis enim, quibus ſuperiores eſtis, ornatur veſtra ſedes. Alias ſiquidem Vrbes ornant, vel magnitudo, vel pulchritudo, vel multitudo eorum, qui inhabitant: nonnullas autem priuata dona quædam illuſtrant Spiritalia: veſtræ verò redundantem bonorum copiam dedit is, qui eſt bonorum largitor.* Ibidem: *Ego autem Apoſtolicæ veſtræ ſedis expecto ſententiam: & ſupplico, & obſecro veſtram Sanctitatem, vt mihi appellanti iuſtum veſtrum & rectum iudicium, opem ferat; & iubeat ad vos accurere, & oſtendere meam doctrinam veſtigia Apoſtolica ſequentem.* Poſtea: *Ante omnia rogo, vt ſciam à vobis, an in iniuſta hac depoſitione debeam acquieſcere, an non; veſtram enim expecto ſententiam: & ſi iudicatis me ſtare aſſertis; ſtabo &c.* Vbi appellet ad Pontificem Romanum, examini illius doctrinam ſuam ſubijcit, quicquid ille ſtatuerit, vel iudicauerit, ſe ſtaturum eius iudicio profitetur. Totam Epiſtolam Theodoreti deſcribit Baronius, cui ſubiungit. *Hactenus Theodoreti appellantis ad Apoſtolicam ſedem ad ipſum Leonem Papam epiſtola: ex qua quidem perſpicuò videas, contrecteſque manu, vnum ſemper fuiſſe Hierarcham in Eccleſia, ad quem paſſi iniuriam, vel à ſuis Epiſcopis, aut à Comprouincialibus, ſiuè Oecumenicis Concilijs omnes confugiant.* Ridicula vero, quæ hic, pro more ſuo, garrit Mornæus, Primò.

Theodoreti, appellatio.

At ſaltem quo pudore, (inquit) *qua non audacia Theodoreti in hac Synodo geſtis ad ſuam ſuperbiam tàm impudenter abuti?*

Pag. 73.

QVæ, obſecro, audacia citare epiſtolam ipſam Theodoreti, in qua ad Leonē Pontificem appellat, ſeque totum, ſuamque doctrinam eius iudicio, & examini ſubijcit? Quæ verò ſuperbia poſtea ſubiungere, vnum eſſe ſupremum in Eccleſia Antiſtitem, ad quem paſſi iniuriam appellent? An non vſus appellationis in omni Republica bene cōſtituta perpetuò obſeruatus? Vlpianus D. *de appellationibus* leg. 1. *Appellandi vſus quàm ſit frequens, quamque neceſſarius nemo eſt, qui neſciat; quippè cùm iniquitatem iudicantium, vel imperitiam corrigat.* Secundò, Mornæus contendit, Flauianum appellaſſe *à Synodo turbulenta ad legitimam,* non vtique ad Pontificem. Atqui authorem, Liberatum Carthaginenſem Archidiaconum producit Baronius.

Baronius ſine fundamento reprehenſus audaciæ à Mornæo.

Appellandi vſus neceſſarius.

Flauianus appellat, nō ad Synodū ſed ad ipſummet Leonē Pōt.

Verùm (reſpondet) *authoris huius fidem is ipſe pluribus argumentis alibi labefactat.*

Pag. 73.

SEd iſto loco nullo argumento labefactare poterat, & Mornæo incumbebat aliquod proferre argumentum ad labefactandam eius fidem; & cum non eſſet ita facilè cogi concilia ad ſubleuandos oppreſſos, & iniuriam paſſos, oportuit certè, eſſe ſupremum aliquem in Eccleſia iudicem cauſſarum, & controuerſiarum, per quem oppreſsis ſubueniretur, & ad quem appellare liceret. Quia videbat Mornæus, ſe premi authoritate epiſtolæ Theodoreti ad Leonem, in qua ab Epheſina PſeudoSynodo ad eundem appellauit, cùm nihil haberet, quod reſponderet, confugit ad metaphoram.

Frigidum Mornæi effugium ad metaphorā quoad voce appellationis, in cauſſa Theodoreti.

Nùm forenſi ſignificatu (inquit) *an translatitio?*

VBi verba ſunt clara, & manifeſta, & patiūtur proprium ſenſum: quid opus ad metaphoras confugere, aut à proprio ſignificatu in improprium ſenſum vocem transferre? An in his verbis: *ſupplicio, & obſecro veſtram ſanctitatem, vt mihi opem ferat, iuſtum veſtrum, & rectum appellanti iudicium &c.* voluit Theodoretus metaphoricè loqui? Annon verè condemnatus erat in Epheſina PſeudoSynodo, & de Epiſcopali dignitate deiectus? Annon hæc fuit appellatio forenſis, ſcilicet ab inferiore iudice ad ſuperiorem facta prouocatio, vt is cauſſam antea quidem cognitam, verùm, vt appellans intendit, iniuſtè definitam, denuò cognoſcat & ſententiam prius latam in melius reformet? Hæc certè manifeſtè conſtant in verbis epiſtolæ Theodoreti ad Leonem Pontificem. Quod ſi vox appellationis translatitia eſt, & tota epiſtola, metaphoricè interpretanda erit.

Appellatio forenſis quæ.

Si Codex Græcus exhiberetur (inquit Mornæus) *facilius iudicaremus, cum vox græca* ἐπικαλεῖσθαι *non eo perpetuo rigore exponatur.*

Pag. 73.

COnſtat equidem apud authores ἐπικαλοῦμαι, & aliud interdum ſignificare, & in loco, quem citat ex Synodo Aegyptiaca, eſſe, idem, quod inuocare, implorare ὑμᾶς γὰρ ἐκδίκους κατὰ τῆς τοιαύτης ἀδικίας ἐπικαλούμεθα. *Vos vindices aduerſus talem iniuſtitiam inuocamus, imploramus;* Interpretatur *appellamus,* vtiquè & per nos ei liceat. Annon contra Arianos, hæreticos manifeſtos, Athanaſij hoſtes legitimi iudices erant Epiſcopi Catholici, ad quos ſcribebant ex Synodo illa Aegyptiaca, maximè cùm eorum numero comprehenderetur, tanquàm Princeps, & caput, Romanus Pontifex, cuius iudicium in cauſſa Athanaſij reliqui ſequerētur? Neq; certè negandum, maximè propriè vocem ἐπικαλεῖσθαι, apud authores ſignificare idem, quod *prouocare ſuperiorem, appellare.* Plutarchus ὅδε ἐπικαλεῖται τοὺς δημάρχους *appellat tribunus plebis.* Acto. 25. Καίσαρα (inquit Paulus) ἐπικαλοῦμαι: ad Cæſarem appello. Sed ſubtilis iſte interpres.

De ſignificatione vocis ἐπικαλοῦμαι.

ἐπικαλεῖσθαι maximè propriè ſignificat prouocare, ſuperiorem appellare.

Leonem appellare (inquit) *nihil aliud, quàm ad eum confugere, cuius ſolicitudine legitima Synodus impetretur.*

Pag. 73.

VErùm in appellatione Flauiani Act. 1. Synodi Chalcedonēſis, & apud Liberatum,

item

Digitized by Google

Quā belle Mornaus interpretetur Theodoretū appellare ad Leonem.

item Theodoreti in epiſtola ad Leonem, de Synodo impetrāda, ne verbum quidem. Quæ, obſecro, interpretatio verborum Theodoreti? *ſupplico, & obſecro veſtram ſanctitatem, vt mihi opem ferat, iuſtum veſtrum, & rectum appellanti iudicium*; hoc eſt; ad veſtram Sanctitatem confugio, vt eius ſolicitudine legitima Synodus impetretur. Annon ibidem; *Ego* (inquit) *Apoſtolicæ veſtræ ſedis exſpecto ſententiā*, non vtique Concilij impetrandi. Et poſt; *Ante omnia rogo, vt ſciam à vobis, an in iniuſta hac depoſitione me oporteat acquieſcere, an non; Veſtram enim expecto ſententiam* (non vtique Synodi impetrandæ) *& ſi iudicatis me ſtare aſſertis, ſtabo*. Quam ſit igitur futilis, & ridicula eius interpretatio, quàmque nonniſi fabuloſè nugetur, quiſque inde conijciat. Nec quidquàm in contrarium probant, quæ poſtea iſte citat. Quæ enim conſequentia? Leo Pontifex curauit apud Imperatores indici Concilium, in quo cauſſa fidei tractaretur contra Eutychem, cauſſa item Theodoreti, aut aliorum Epiſcoporū, qui in Pſeudoſynodo Epheſina depulſi erant ab Epiſcopatu; ergo propriè, & in rigore, non iudicandus eſt ad eum appellaſſe Theodoretus. Nam certè potuit ipſe cognoſcere cauſſam ad eum appellantis, item eam committere agnoſcendam, & iudicandam Concilio, eius opera, & ſolicitudine coacto. Et potuiſſe quidem Leonem Pontificem, tanquàm ſuperiorem iudicem, cognoſcere, & iudicare cauſſam Theodoreti, intellexit ipſa Synodus, Act. 8. vbi, cum anathema dixiſſet Neſtorio, & Eutycheti, Iudices dixerunt: *Omnis iam dubitatio de Theodoreto Reuerend. eſt ſoluta, quippè & Neſtorium coram nobis anathematizauit, & à ſanctiſſ. & Deo amantiſſimo Archiepiſcopo ſenioris vrbis Leone ſuſceptus eſt, & definitionem fidei à religioſitate veſtra prolatam libenter ſuſcepit: & inſuper epiſtolę memorati Sanctiſſimi Archiepiſcopi Leonis ſubſcripſit. Deeſt igitur, vt ſententia proferatur à Deo amabili Sanctitate veſtra, vt Eccleſiam ſuam recipiat, ſicut & ſanctiſſimus Leo Archiepiſcopus iudicauit. Legi legimus. Omnes Reuerendiſſimi Epiſcopi clamauerunt: Theodoretus dignus eſt ſede Eccleſiæ. Archiepiſcopo Leoni multos annos: poſt Deum, Leo iudicauit*. Inde legati Pontificis definiunt, ei reddendam ſuam Eccleſiam, vt quem Leo dudum in communionem ſuſcepiſſet, & qui Neſtorium, & Eutychem, non ſolum ſcripto, ſed & ſub præſentia totius conſeſſus, ore proprio anathematizaſſet.

Leonē Pōt. potuiſſe per ſe iudicare cauſſam Theodoreti Chalcedonenſis Synodus agnouit.

Theodoretus ſedi ſuæ reſtitutus.

Pag. 74.

Aſſerit Mornæus primatum Pontificis propriè ex iure poſitiuo cenſeri. Primò ex epiſtola Valentiniani Imperatoris ad Theodoſium Auguſtum, vbi de Epiſcopo Romano loquens: *Cui* (inquit) *Primatum Sacerdotij ſuper omnes antiquitas contulit*: vbi conſultò omiſit quæ ſequūtur: *Debemus dignitatem propriæ venerationis Apoſtolo Petro intemeratam & in noſtris temporibus conſeruare*. Secundò ex epiſtola Gallæ Placidiæ Auguſtæ ad eundem Theodoſium Auguſtum filiū ſuum: *Decet nos huic maximè Ciuitati, quę domina eſt omnium ciuitatum tuarum, in omnibus reuerentiam conſeruare*: Et paulo ante ex eadem epiſtola citauerat: *Vt res ad Concilij, & Apoſtolicę ſedis iudicium tranſmittatur*: vbi malignè verba præcedentia omiſit: *ſecundum formam, & definitionem Apoſtolicę ſedis, quā & nos, tanquàm pręcellentem, ſimiliter veneramur*. Item & ſequentia: *In qua primus ille, qui cæleſtes Claues dignus fuit accipere, principatum Epiſcopatus ordinauit*. Vt inde Princeps Epiſcoporum non aliunde intelligatur Romanus Pontifex, quàm quia Petri ſucceſſor. Reſpondet iſte nugator.

Maligna Mornai omiſſiones, vt Primatū Pōtificis iuri poſitiuo referat acceptum.

Quod Petro dictum allegant, dicis cauſſa adiungi.

Pag. 74.

ET nos melius dicimus, quæ ex Euangelio allegant Chriſti verba ad Petrū, dedita opera, & ex animo ab eis citari: quæ verò de dominio vrbis Romæ, dicis cauſſa adiungi, nam quæſtio de primatu, cenſerinè debeat iuris diuini, an poſitiui, potiſsimum ex verbis Euangelij definienda eſt. Neque verò, cuius iuris ſit, quidquàm aut Valentinianus Auguſtus, aut Galla Placidia, definiunt ſuis litteris. Quamquam etiam circa hanc controuerſiam magis animaduertendum, quid ſacra Concilia definierint, quid Sancti Patres, ſacræ ſcripturæ interpretes, docuerint, & quid Theologi ſentiant, quàm, quid ſuis conſtitutionibus ſanciuerint, aut in litteris ſcripſerint Imperatores: quos tamen idem prorſus ſenſiſſe, teſtis eſt epiſtola: *Inter claras*, in Cod. Iuſtiniani, de ſum. Trinit. & fide Cathol. vbi quæ ſcribebat Alciatus Iuriſconſultus longè doctiſsimus, & antiquitatis omnis peritiſsimus, & πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, omittenda minime iudicaui: *Numquid humanis ſanctionibus* (inquit) *potius quàm iure diuino probetur, quod Pontifex Romanus Principatum habeat Eccleſiarum? Nodus eßet haud ſanè facilis, niſi veteres, & ſancti illi Eccleſię Antiſtites nobis pręfuißent, et iuris diuini id eſſe demonſtraſſent. Cum enim dixiſſet Chriſtus Dominus noſter Petro: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ędificabo Eccleſiam meam; apparet, per hęc verba ei vniuerſalis Eccleſię adminiſtrationem promiſſam: quod autem ab eo promiſſum eſt, fatuum eſſet opinari, non & fuiſſe ſeruatum: conſenſuque prudentium proditur, tunc vere traditam, cùm poſt reſurrectionem ei dixit: Paſce oues meas. Vt enim caput fidei ipſe Chriſtus eſt, qui gratiam quotidie in Eccleſiam ſuam inuiſibiliter infundit, ita & loco ſui Petrum, eiuſque ſucceßores in terris reliquit, qui ea, quibus Eccleſia indiget, viſibiliter ipſi conficerent*. Vbi acriter in eos inuehitur, qui Primatum Ecleſiæ Romanis Pontificibus denegant: multorum teſtimonijs probat caput Eccleſię eſſe Petrū, eiuſque ſucceſſores; ac poſtremò de ſectarijs ſubiūgit: *Sed certè nobis videntur iſti, non tam credere, quę aſſerunt, quàm id agere, vt inuidiam aduerſus Pontificem, & Pręſules colligant, & contra Chriſtianorum dogmatum ſinceritatem Principibus populi ſui maledicant; cùm tamen Chriſtus quoquè ipſe Pontifici & Sacerdotibus libentiſſimè detulerit*.

Primatum Rom. Pont. eſſe de iure diuino, cōſentiūt Imperatores.

Alciati Iuriſconſulti teſtimonium.

Pag. 74.

Ex iure poſitiuo (inquit Mornæus) *Primatus Pōtificis propriè cenſeri debet.*

DEnuo hoc, an verò ius illud, tot annorū præſcriptione quæſitū, Regū, Principū, ac populorum aſſenſu comprobatum, & confirmatum,

Digitized by Google

Si Romani Pontificis Primatus eſſet ex iure tantùm poſitiuo, adhuc tamen reprahendendus eſſet Mornaeus, qui illum oppugnat.

um, citra ſummam iniuriam iam oppugnari poteſt? Libenter, ex Mornæo id quæſiuerim, ſit ne nobilis iure diuino, aut poſitiuo? an prędia, villas, aut oppida poſsideat iure diuino, aut poſitiuo? Certè neque ad naturale ius, quo æquales ſunt omnes homines, neque ad diuinum poſitiuum, quod in lege, & Euangelio cõtinetur, ſuam nobilitatem, aut alia iura ſibi quæſita referet: ſi quis tamen illi de nobilitate ſua, aut de iuribus alijs legitima præſcriptione, aut vſucapione quæſitis, litem moueret, meo certè iudicio iniquo animo id ferret. Imperialem dignitatem iure poſitiuo Francis primùm, deinde Germanis quæſitam, ac primùm Carolo Magno à Leone III. delatã, aut Regiam etiam à populis primum inſtitutam ſi quis oppugnaret, vel etiam in diſputationem vocaret, nonnè is perturbator Reipublicæ haberetur, nec ſine ſummo ſcelere, aut citra crimen læſæ maieſtatis, id faceret? Si igitur non ſolum Epiſcopi, & Sacerdotes, ſed & Imperatores ipſi, vt fatetur Mornæus, indicarunt, vni Epiſcopo Romano Primatum totius Eccleſiæ deferendum, quod quemadmodum Rempublicam videbant melius ab vno ſuprema authoritate Principe adminiſtrari, quàm à multis: ita fortaſſe longè meliùs, ac tranquilliùs Eccleſiam gubernandam iudicabant, ſi Romano Pontifici ſuprema authoritas concederetur, & ius definiendarum controuerſiarum, quæ ſuboriri poſſent, ac cauſſarum cognoſcẽdarum, ac iudicandarum, ei vni deferretur: cur iſte nunc, quod ſapienter à maioribus inſtitutum eſt, oppugnare ac perturbare velit? Non prætereundum hoc loco, quod ſcribebat Barlaamus Epiſcopus Gyracenſis ad amicos ſuos in Græcia conſtitutos: *Omnibus modis, quibus iuſtè aliquid poſſidetur, totius Eccleſiæ illa primatum obtinuit ſedes, ſcilicet diuina ſententia, Apoſtolorum inſtitutionibus, Synodorum Canonibus, Sanctorũ decretis, multitudinis aſſenſu, tẽporis pręſcriptione ab omnibus cõſenſu, & quòd omnibus ſuperioribus tẽporibus piè, et rebus cõmunibus vtiliter dominiũ exercuit.*

Exemplum à Mornai nobilitate.

Aliud à dignitate Imperiali, vel etiam Regia.

Sententia Barlaami de iure, quo ſedes Apoſtolica poſſidet Primatũ Eccleſiæ.

Repetit Mornæus, à Martiano Imperatore Synodũ Oecumenicam Chalcedone indictã.

In qua Eccleſia Conſtantinopolitana (inquit) *canone in eam rem ſancito, quòd ante Conſtantinopolitanus canon decreuerat, Romanæ exequatur;*

Pag. 74.

SEd de vtroque canone iam alibi ſatis dictũ eſt, &, vtrum in Concilio Conſtantinopolitano conditus fuerit ille canon, dubitatum. Si tamen ibi conditus, eo tantùm, decretus eſt honor Primatus Epiſcopo Conſtantinopolitano, poſt Romanum: non igitur pares. τὸν μέντοι Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον; Vbi Primatus honoris, non poteſtatis ei tribuitur, & quidem poſt Romanũ, vt nec ei honore æquetur. Vnde etiam in can. illo Chalcedonenſi definita eſt illius poteſtas certis Prouincijs, vt nimirùm ordinaret Metropolitanos Ponticæ, Aſianæ, & Thraciæ diœceſis. Non igitur æqua cum Romano poteſtas illi collata, cuius eſt, & Patriarchas ipſos cõſtituere, Metropolitanos, & Epiſcopos vbique terrarum ordinare, ipſorumq; cauſſas iudicare, Concilia Oecumenica conuocare, de rebus vniuerſæ Eccleſiæ, & negotijs vbique decernere. Et quidem (vt iam alibi dictum eſt) ſecundum eam conſiderationem, qua Romanus Epiſcopus Patriarcha eſt Occidentis, ſecũdum locum tribui Conſtantinopolitano voluerunt, ob dignitatem vrbis, vt nimirum præcederet Alexandrinum, & Antiochenum: at, prout conſideratur vt ſummus Pontifex, Paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, & Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſor, Patres certè illi ſecundum à Romano Pontifice locum Epiſcopo Conſtantinopolitano deferre minimè voluerunt, vt plures vniuerſales Paſtores, aut ſummos Pontifices conſtituere voluerint. Deinde, Eccleſia Conſtantinopolitana à Synodo ſua omnia habet priuilegia, quæ nè Apoſtolica quidem erat ſedes: Verum *Eccleſia Romana*, vt habetur diſt. 21. c. quamuis. *Nullis Synodicis conſtitutis cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini, & Saluatoris noſtri primatũ obtinet: Tu es Petrus* (inquiẽs Matth. 16.) *& ſuper hãc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portę inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues Regni cœlorum, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Et quidem verum, eſt, quod obſeruat Baronius (quicquid iſte contradicat) Patres confirmationem illius canonis à Leone Pontifice poſtulaſſe, nec putaſſe poſſe ſubſiſtere, niſi accederet ipſius confirmatio.

Eccleſia Conſtantinopolitana in Concilio Chalced. nõ exequata Romanæ.

Epiſcopi Conſtantinop. poteſtas quantùm decedat à Romana.

Quo ſenſu tributus fuerit Epiſcopo Conſtantinop. ſecundus locus poſt Romanũ.

Cõfirmatio Canonis de prærogatiua Conſtantinop. Eccleſiæ à Leone poſtulata.

At canon ipſe (inquit nugator) *rem ipſam præciſè definit, & euentus, à confirmatione Leonis eum non pendere, ad illam vſque effectum eius non ſuſpendi, ſatis manifeſtum fecit.*

Pag. 74.

VIdeamus quid Patres illi in relatione de geſtis in Synodo ad Leonem ſcribant: *Iudicamus verò, quia & alia quædam pro rerum ipſarum ordinata quiete, & propter Eccleſiaſticorum ſtatutorum definimus firmitatem, ſcientes quia & veſtra Sanctitas addiſcens, & probatura, & confirmatura eſt eadem;* Et ſubiungũt mentionem canonis. *Confirmauimus autem, & centum quinquaginta Sanctorum Patrum, qui in Conſtantinopoli congregati ſunt, regulam ſub piæ memoriæ maiore Theodoſio, quæ præcepit poſt veſtram Sanctiſſimam, & Apoſtolicam ſedem, honorem habere Conſtantinopolitanam, quæ ſecunda eſt ordinata* (vbi non meminerunt æqualium priuilegiorum) *confidentes quia lucente apud vos Apoſtolico radio, & vſque ad Conſtantinopolitanorum Eccleſiam conſuetè gubernando, illum ſpargentes* (quid ſignificat niſi Eccleſiam Conſtantinopolitanam ſubijci gubernationi Romani Pontificis?) *hunc ſæpius expanditis, eo quòd abſque inuidia conſueueritis veſtrorum honorum participatione ditare domeſticos.* Ergo domeſticus Pontificis Romani, ex teſtimonio illorum Patrum, Epiſcopus Conſtantinopolitanus. Quid ita, niſi quia ille eſt Paterfamilias, Præfectus domus Dei; id eſt totius Eccleſiæ, cuius portio erat Eccleſia Conſtantinopolitana? Subijciunt

Digitized by Google

Patres illi: *Quę igitur definiuimus, ad interemptionem quidem totius confuſionis, confirmationem verò Eccleſiaſticæ ordinationis definiuimus. Hæc ſicut propria, & amica, & ad decorem conuenientiſſima dignare complecti Sanctiſſime, ac Beatiſſime Pater.* Poſtea: *Rogamus igitur: & tuis decretis noſtrum honora iudicium, et ſicut nos capiti in bonis adiecimus conſonantiam, ſic & ſummitas tua filijs (quod decet) adimpleat.* Non igitur ita præcisè canonem illum definierant, quin iudicarent, opus eſſe confirmatione Leonis Pōtificis, illamq́ue ſummis votis (vt vidim⁹) expeterēt, & euentus, à confirmatione Leonis canonis effectum pēdere, ſatis oſtendit, quòd, vt antea dictum eſt, Anatalius coactus ſit ſe intra ſuos limites continere, & excuſauerit ſe apud Leonem, quòd aliorum conſilijs inductus ſuperiorem, quam par erat, locum ambijſſet, vt conſtat ex epiſt. 57. Leonis ad eundem.

Qui Cōſtātinopoli Romā appellarunt.

Hic vult iſte, vt edamus actionem vllam, in qua Conſtantinopoli Romam appellatū. Atqui, vt alibi iam oſtendimus, Sanctus Chryſoſtomus à ſententia Theophili Alexandrini, & aliorum Epiſcoporum Romam ad Innocentiū Pontificem appellauit, vt patet ex epiſtolis ei⁹ duabus ad Innocentium: &, vt paulò ante vidimus, Flauianus à Dioſcori ſententia ad Leonem Papam. Idque poſt canonem Conſtantinopolitani Concilij. Et poſt canonem Chalcedonenſem Agapetus Romanus Pontifex Conſtantinopolim profectus, cum de Anthimi Epiſcopi Conſtantinopolitani rebus inquireret, multoſque ab Archimandritis huius Vrbis, & ab alijs, libellos oblatos acciperet, illi, ne in conſpectum quidem admiſſo, Epiſcopatum abrogauit, & in eius locum Mennas ſubrogatus, cuius calculum monaſteria etiam Palæſtina, & Petrus Hieroſolymitanus Antiſtes, nec non reliqui Eccleſiarum Præfecti comprobarunt. Scribunt Niceph. lib. 17. capit. 9. & Aimoinus de geſtis Francorum lib. 2. cap. 16. & fuſius Baronius tom. 7. ad annum Chriſti 536. Legi poteſt, & Synodus Conſtantinopolitana tempore Siluerij Papæ, præſide Menna, celebrata; vbi act. 4. extat Synodi ſententia contra Anthimum; & item ipſius Mennæ; probantque ſententiam Agapeti Pontificis contra eūdem. Igitur ipſimet Conſtantinopolitani, ne poſt canonem quidem Chalcedonēſem agnouerunt parem eſſe Romano Pontifici ipſum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & illum eius iudicem facto profeſſi ſunt, cum libellos ei contra eundem obtulerint. Ita alij Epiſcopi cum hæretici eſſent, vt teſtatur Nicolaus I. Papa epiſt. ad Michalem Imperatorem, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, ſedis Apoſtolicæ diſcurrentibus conſultationibus, ac decretis, eiecti ſunt. Et ad cœtera quidem, quæ nugatur iſte, ſatis iam reſponſum eſt. Quod ſupradictū, Acta Synodi miſſa ad Leonē, gloſſat iſte.

Anthimo Conſtantinop. Epiſcopo Epiſcopatus ab Agapeto Papa abrogatus, & alius ſubrogatus in eius locum.

Nonnulli Epiſcopi decreto Apoſtolicæ ſedis eiecti.

Vt cognoſcatis (aiunt) nos gubernari nutu diuino:

Pag. 73.

ET quidem in his, ob quæ congregatum erat Concilium, nempe ob definitionem, & defenſionem fidei contra hæreticos Dioſcorum, & Eutychem: ob id enim congregati erant in nomine Chriſti, nutu diuino gubernabantur. Verum longè aliam rationem dicimus Canonis illius 27. Concilij Chalcedonenſis, qui etſi nihil contra fidem ſtatueret, ſed eſſet tantùm de honore ſedium, & potuiſſet à Leone Pontifice confirmari; quia tamen contrarius Canoni Nicæno, meritò ab illo improbatus eſt. Quod ſubiungit, decreta Concilij confirmata fuiſſe ab Imperatore Martiano; certè nō illius erat decreta, ſeu Canones ſancire Eccleſijs, aut de fide aliquid ſtatuere, ſed, quæ à Patribus conſtituta erāt, ſuo calculo comprobare, quia maximè intererat, vt omnes intelligerēt, Imperatorem ſequi fidem, & decreta Concilij Chalcedonenſis; vnde & Imperatores ipſi leges Sanctiſsimas in fauorem fidei Catholicæ promulgarunt. Hoc igitur ſenſu in ſacra Martiani Imperatoris legimus; *Nulli contra venerabilem Chalcedonenſem Synodum liceat aliquid vel dictare, vel ſcribere, edere, atque emittere, aut aliorum ſuper eadem reſcripta proferre; neque huiuſmodi habere libros, & ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſeruare. Quodſi qui in his criminibus fuerint deprahenſi, perpetua deportatione damnentur.* Verum decreta fidei, aut Canones circa diſciplinā Eccleſiaſticam, ſuam vim, & robur non habebant ab aſſenſu, vel authoritate ipſius Imperatoris.

Martiani edictū pro obſeruatione Synodi Chalcedō.

Antiquos canones volebat Leo Pontifex obſeruari, nec quidquam innouari contra 6. Canonem Nicænum; & ſuum honorem volebat Eccleſijs Alexandrinæ, & Antiochenæ cōſeruari. Interim inſolentiæ à Mornæo, ſed hæretico, & quidem impudētiſsimo, notatur. Qua verò arte conſtitutus ille canon, abſentibus, & poſtea contradicentibus Legatis Pontificis, iam alibi dictum eſt.

Clerus Alexādrinus à Timotheo oppreſſus, ad Imperatorem Leonem ſcribit, eius impietates Pontifici Romano, & alijs declarari rogat. Epiſtola habetur poſt Concilium Chalcedonenſe inter epiſtolas illuſtrium perſonarum pro Concilio Chalcedonenſi, & eam exſcribit Baronius ad annum Chriſti 457. vbi impietates Timothei recenſuerunt: *Scribere (inquiunt) dignemini Sanctiſſimo Romanæ Vrbis Epiſcopo, quatenùs hæc ei à veſtra trāquillitate nota fiant, necnon & Antiocheno, & Hieroſolymitano, & Theſſalonicenſium Vrbis Epiſcopo, & Epheſino, alijſque, quibus veſtræ viſum fuerit poteſtati.* Mornæi gloſſa.

Clerus Alexandrinus Imperatorem rogat, vt Romano Pōtifici, & alijs declaret impietates Timothei.

Pag. 75.

Nullum (inquit) hic diſcrimen &c.

Vbi ſibi apertè contradicit: nam ſi nullum diſcrimen Rom. Epiſc. qui 1. loco ponitur, à cæteris, certè neque erit diſcrimē Antiocheni, & Hieroſolymitani à reliquis, qui ſubiunguntur, vel ſubdicantur: itaque inutilis prorſus fuerit ille Canon Concilij Chalcedonenſis, quo primatus honor deferebatur Conſtantinopolitano poſt Romanum Epiſcopum, & quo dicuntur Patriarchę ex officio ordinare Metropolitanos, illi verò reliquos Epiſcopos: vbi cōſtituit diſcrimen inter Patriarchas, Metropolitanos, & Epiſcopos: cū tn̄ Mornæus, qui antea tanti facere videbatur Canonem illum, vt à ſexcentis Patribus in legitima Occumenica Syno-

Mornæus ſibi contradicit.

Synodo ſtatutum, modò nullum diſcrimen eſſe velit. Deinde ſubiungunt: *Nam Archiepiſcopo huius Regiæ ciuitatis Anatolio declarata eſt noſtris libellis huiuſmodi cauſſa.* Gloſſa Mornæi.

Pag. 75.

Conſtantinopolis; In vim nimirùm huius decreti.

Timotheus Hæreticorũ opera intruſus in ſedẽ Alexandrinam.

DE Timotheo, dicto Aeluro poſt cruentam cædem Proterij Epiſcopi Catholici, ſuffecti in locum Dioſcori hæretici, in ſedem Alexandrinã opera hæreticorum intruſo, eiuſque impietatibus, videndus Niceph. lib. 15. ca. 16. *Interim* (inquit) *cum non modò contra eum ad Imperatorem Leonem ſcripſiſſent Catholici; verùm & pro eo hæretici, qui per ordinationem Timothei pacem Alexandrinæ Eccleſiæ redditam mentirentur, animi dubius Imperator ad Anatolium ſcripſit, vt, rei veritate peruestigata, de omnibus ad ipſum reſcriberet: inde factum eſt, vt Aegyptiacæ diœceſis Catholici Epiſcopi ad Anatolium ſcripſerint, & de impietatibus Timothei Aeluri, qui Alexandrinum thronum impius, & immeritus inuaſerat, eum certiorem fecerint.* Verùm, in vim decreti Chalcedonenſis ad Anatolium illi ſcripſerint: quid inde obtinet Mornæus? An quidquam eſt in ea epiſtola, quo profiteantur, nullum eſſe diſcrimen inter Leonem Epiſcopũ Romanum, & Anatolium Conſtantinopolitanum? *Noſtros* (inquit) *gemitus Synodicis litteris Sanctiſſimæ Eccleſiæ Romanæ Pontifici Leoni, nec non & Antiocheno, & Hieroſolymitano, atque Theſſalonicenſi, & Epheſino Deo amantiſſimis Epiſcopis, vel alijs, quibus fuerit viſum, Eccleſijs indicetis.* An ideò quia iſti Leoni ſubiunguntur, cuius potiſsimam habent rationem, ideò non ille poteſtate reliquis ſuperior?

Imperator ad Anatoliũ ſcribit, vt veritatem de Timotheo ad ſe reſcribat.

Pag. 75.

Leonem Pont. promulgaſſe Anatoliũ hæreticũ, et indignum ſacerdotio eſt Mornæi mendaciũ.

Quod ſcribit Mornæus, Leonem Pontificem de facto in epiſtola, quam Leoni Imperatori inſcribit, hæreticum, & Sacerdotio indignum promulgare Anatolium; de facto ſplẽdidè mẽtitur: nam ibi conqueſtus, quòd in Eccleſia Conſtantinopolitana inuenirentur quidã Clerici hæreticorum ſenſui conſonantes, & intra ipſa Catholicorum viſcera aſſertionibus ſuis hæreticos adiuuantes. Subiungit: *In quibus deturbandis ſi frater meus Anatolius, cum nimis benignè parcit, ſegnior inuenitur, dignamini, pro fide veſtra, etiam iſtam præſtare medicinam; vt tales non ſolum ab ordine Clericatus, ſed etiam ab Vrbis habitatione pellantur, ne vlterius ſanctus Dei populus peruerſorũ hominum contagio, polluatur.* Segnitiei notare Anatolium in deturbandis hæreticis, non eſt hæreticum, & Sacerdotio indignum promulgare; nec certè Epiſcopum hæreticum Pontifex fratrem appellaret.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum Duodecimum.

Pag. 75.

Iam, ex quo conditus hic canon, inter Epiſcopum Romanum, & Conſtantinopolitanum, perpetua rixa; dum hic Superiorem pati non vult, ille æqualẽ; & hic eo prætextu iuriſdictionem ſuã per vniuerſum Orientem extendere ſatagit, ille Occidentem ſimul, & Orientem ad ſe contrahit vnum &c.

Epiſcopi Cõſtantinopolitani cæteris Patriarchis præferri volebant, non Romano Põtificis, cui nec ſe æquabant.

HAec Mornæus. Vnde verò rixæ illæ natæ, niſi ex ſuperbia, & ambitione Epiſcoporũ Conſtantinopolis? Attamen Anatolius, vt ſupra oſtendimus, Leoni Pontifici obtemperauit, & intra ſuos limites ſe continuit; & poſtea licet ipſi Epiſcopi Conſtantinopolitani locum ambirent ſupra alios Patriarchas; nihilominus Romani Pontificis primatum in omnes Eccleſias agnoſcebant; non verò ſe ei æquabant. Pelagius II. epiſt. 1. ad eos, qui Conſtantinopolim ad Synodum, illicita vocatione Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani, conuenerant: *Prædeceſſores Ioannis, & ipſe Ioannes non ſemel, ſed ſæpiſſimè epiſtolas, atque libros propria manu ſubſcriptos, Sanctis anteceſſoribus noſtris miſerunt, quibus coram Deo proteſtati ſunt, nihil vnquàm proteruè contra Apoſtolicam ſedem agere, nec de illius, aut aliorum priuilegijs quicquam vſurpare. Qui hactenus in archiuo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſub ſigillis, ac chirographis eorum roborati habentur integri:* Et S. Gregorius lib. 7. Indict. 2. epiſt. 63. *De Conſtantinopolitana Eccleſia quod dicunt, quis eam dubitet ſedi Apoſtolicæ eſſe ſubiectam? quod & pijſſimus dominus Imperator, & frater noſter Euſebius eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus aſſiduè profitentur;* nec certè quidquam in contrarium ſtatuerãt Patres Concilij Chalcedonenſis, nec eo ſenſu canonem condiderant, vt Romanus Pontifex Occidentem, Cõſtantinopolitanus Orientem ſibi vendicaret. An verò diuiſus eſt Chriſtus? Annon vnica Eccleſia Orientalis, & Occidentalis, ita vnus ſupremus Hierarcha, vnicum corporis illius myſtici caput. Videmus quidem, aliquando duos fuiſſe Imperatores, vnum in Oriente, alterum in Occidente: & duos fuiſſe Auguſtos, ita vt ex æquo ſummam in Imperio poteſtatem haberent, vt vterque in ſolidum præeſſet: at repugnat cum ipſo iure diuino, & Chriſti Domini inſtitutione, vt duo ſint in Eccleſia ſummi Pontifices, ſiquidem vnum Chriſtus inſtituit, & vni Petro dictum eſt: *Paſce oues meas.* Non ambitione certè, aut illicita vſurpatione æqualem pati non vult, aut Orientem, & Occidentem ad ſe contrahit Romanus Pontifex; verum quia iurium diuinorum, & inſtitutionis Chriſti Domini acerrimus eſt defenſor, & debet ſaluti animarum inuigilare, & de ſibi concredito Ouili ſolicitus eſſe. Conſtat id ex verbis Nicolai Papæ 1. epiſt. ad Michaelem Imperatorem: vbi de priuilegijs

Duo quidẽ poſſunt eſſe Imperatores; at non duo Põtifices et cur.

Cur Pontifex Rom. æqualẽ patiatur, & ad ſe contrahat Orientẽ & Occidentẽ.

Digitized by Google

Priuilegia Romanæ Eccles. à Chriſto donata cogunt. Pōtifices habere omniū Eccleſiarū ſolicitudinem.

Sanctæ Romanæ Eccleſię loquens; *Iſta* (inquit) *priuilegia, huic ſanctæ Eccleſiæ à Chriſto donata, à Synodis non data, ſed ſolummodò celebrata, & venerata, per quæ non tam honor, quàm onus nobis incumbit, licet ipſum honorem non meritis noſtris, ſed ordinatione gratiæ Dei per B. Petrum, & in B. Petro ſimus adepti, nos cogunt omnium habere ſolicitudinem Eccleſiarum.* Quod ſi aliquando Patriarchæ Conſtantinopolitani, maximè à Photio, tyrānicè, & per vim in locum Ignatij ſubrogato, à fide, & obedientia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ deſciuerunt, & primatum Pontificis eiurarunt; An is ideo iure ſuo cecidiſſe putandus eſt? Annon ideo Græci ſchiſmatici habiti ſunt, his verbis notati à D. Bernardo libro 3. de Conſiderat. ad Eugenium Papam: *Ego addo & de pertinacia Græcorum, qui nobiſcum ſunt, & non ſunt iuncti fide, pace diuiſi: quanquam & in fide ſua claudicauerunt à rectis ſemitis*, & S. Antoninus 3. par. Chronic. tit. 22. c. 73. §. 1. & 2. ſcribit, præcipuas Orientis Eccleſias, & maximè Conſtantinopolitanam, duodecies ſe ipſas ab Eccleſię Romanæ fide, & poteſtate ſubſtraxiſſe: verum quoties in diſputationem venerunt cùm latinis, & controuerſia ipſa accuratiùs diſcuſſa, ac veritas diligentiùs inueſtigata, toties ab ipſa conuicti, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fidem, & obedientiam profeſsi ſunt, vt in Concilio Magno Lateranenſi anno Domini 1215. ſub Innocētio III. cui interfuerunt Patriarchæ Conſtantinopolitanus & Hieroſolymitanus, Metropolitani ſeptuaginta Epiſcopi quadringēti, duodecim Abbates, & Priores Conuentuales octingenti; Græci, & Romani Imperij Legati, Regum Hieruſalem, Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ & Cypri Oratores. In Concilio Lugdunenſi ſub Gregorio X. Anno Domini 1274. Legati Michaelis Paleologi Græcorū Imperatoris interfuerunt, ibidemq; eius, & Græcorū Epiſcoporū litteræ lectæ ſunt, in quibus profitebātur fidem Catholicam, & Romanę Eccleſię Primatum agnoſcebant, eorumq; Legati ſummo Pontifici obedientiam exhibuerunt. Et in Cōcilio Florentino ſub Eugenio 4. Anno ſalutis 1438. cui Ioannes Paleologus Imperator Græcorum, Patriarcha Conſtantinopolitanus, & quamplurimi alij ex Oriente Epiſcopi interfuerunt, & poſtquàm cum Latinis de Romanæ Eccleſiæ primatu diſputarunt, in hanc iuerunt ſententiam. *Definimus, Sanctam Apoſtolicā ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, et ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe B. Petri Principis Apoſtolorum, et verum Chriſti Vicarium, totiusq; Eccleſiæ caput, et omnium Chriſtianorum Patrem, & doctorem exiſtere; et ipſi in B. Petro paſcendi, regendi et gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino Ieſu Chriſti poteſtatem plenam traditā eſſe, quemadmodum etiam geſtis Oecumenicorum Conciliorum, & in Sacris Canonibus continetur.* Et huic quidem veritati Ioſephus ipſe Patriarcha Cōſtantinopolitanus, morti vicinus Florētię ſubſcripſit his verbis. *Quoniam ad extremū vitæ meæ perueni, idcircò, pro meo munere, dilectis filys benignitate Domini meam ſententiam his litteris palam facio:*

Greci habiti ſchiſmatici, quòd deſciuerint ab obedientia Rom. Eccleſiæ, primatum eiurarint.

Græci toties à Latinis de Primatu Eccleſiæ Rom. conuicti, quoties in diſputationem venerunt.

Vt in Cōcilio Lateranenſi ſub Innocentio III.

In Lugdunenſi ſub Gregor. X.

In Florentino ſub Eugenio IV.

Concilij Florentini, ex conſenſu etiam Græcorum definitione Primatu Romani Pont.

Verba ſubſcriptionis patriarchæ Conſtantinop.

Namque Domini Ieſu Chriſti Catholica et Apoſtolica Eccleſia Romæ veteris ſētiat, ac celebret omnia me quoque ſentire, credereque profiteor, ac ipſis plurimum acquieſco: Beatiſſimum autē Patrum Patrem, ac ſummū Pontificem, Romæque veteris Papam, Domini noſtri Ieſus Chriſti Vicarium eſſe concedere: atque animarum purgatoriū eſſe non inficior. Quid igitur iſte nobis obijcit ſuperbiam, aut peruicaciā Conſtātinopolitanorū Patriarcharum, qui ſuperiorē pati noluerint? Factum quidē id eſſe aliquādo non diffitemur, ſed iniuria, nō iure affirmamus. Quod ſi Mornæus, ac cæteri hæretici ſaluificā orthodoxam fidem abiurarūt, & ab obedientia Romani Pōtificis defecerunt, iurene id factū? aut quid inde Pōtifici decidit? Si Pharao Deū Hæbræorū non nouerat, nec, vt eius vocē audiret, induci poterat; *Quis ē Dominus* (aiebat Exodi 3.) *vt audiā vocē eius? neſcio Dominū, et Iſrael nō dimittā:* ſi plures eò dementiæ venerunt, vt Deum eſſe negarēt: an inde quidquā Dei maieſtati decreſcebat? Et ſi Lucifer, prę nimia ſuperbia ſimilis voluit eſſe Altiſsimo, & diuinos honores affectauit, an ideò quicquā intulit detrimēti Deo ipſi.

Schiſmaticorū, & Hæreticorū defectionibus, nocet auctoritati Rom. Pont.

Explicatur exemplis.

Hinc etiā Alexandriæ, et Antiochiæ Epiſcopi, vt Cōſtātinopolitani conatus infringāt &c. ad Epiſc. Rom. ſæpe cōfugiūt.

Pag. 75.

SI aliquando Alexandriæ, & Antiochiæ Epiſcopi ad Epiſcopū Romanū confugerūt, nihil mirū, cū veriſsimè ſcripſerit aliquādo D. Hieronymus in Eccleſia Romana Catholicæ cōmunionis tutiſsimū eſſe portū. Equidē adhærebāt Aegypti Rom. Pon. tanquàm poſt Chriſtū authori, & cōditori ſuo; nā Petrus cū Romæ ſedē fixiſſet: inde B. Marcū diſcipulū, & comitem ſuum, Alexandriā trāſmiſit, vt ibi Eccleſiā fundaret, ac inde ſedes Apoſtolica quòd eius diſcipulo, & Legato ſuo, Petrus præfuiſſet Alexādrina Eccleſia habita eſt: itē Antiochena, quòd ibi aliquot annos, ante ſuū Romā aduētum, ſediſſet. Certè Epheſina Eccleſia, vbi Ioannes ſedit, vel aliæ, quas reliqui inſtituerunt Apoſtoli, non ſunt habitæ ſedes Apoſtolicæ; ſed ex facto vnius Petri Principis Apoſtolorū contigit, vt primariæ Eccleſię, & ſedes Apoſtolicę iſtę haberētur. Teſtatur B. Gregorius lib. 6. Indict. 15. epiſt. 37. ad Eulogiū Epiſcopū Alexādrinū. *Cū multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamē principatu ſola Apoſtolorū Principis ſedes in authoritate conualuit, quæ in tribus locis vnius eſt: ipſe enim ſublimauit ſedē, in qua etiam quieſcere, et præſentē vitam finire dignatus eſt. Ipſe decorauit ſedē, in qua Euangeliſtam diſcipulū miſit. Ipſe firmauit ſedem in qua ſeptē annis, quamuis diſceſſurus, ſedit.* Quo iure igitur Cōſtantinopolitanus Epiſcopus ſuperiorē locū Alexādrino, & Antiocheno Patriarchis affectabat, cū illæ ſedes eſſent Apoſtolicæ, minime verò Conſtantinopolitana Eccleſia? An nō iure igitur, vt Cōſtantinopolitani Epiſcopi conatus infringerent: *eò magis inuidiæ obnoxios*, vt loquitur Mornæus, *quòd, et à nouo Epiſcopo, et ex iure nouo proficiſcebantur*, ad Epiſcopum Romanum confugiebant? ad quem verò alium, niſi ad eum, cui incumbebat iura tueri Eccleſiarum, & cuius erat, ob memoriam Beati Petri Principis Apoſtolorum, ſingularis quidam

Alexandrina ſedes apoſtolica habita: & quare.

Item Antiochena.

Apoſtolicæ ſedes non niſi à Petro denominata.

Alexādrini & Antiochiæ Epiſcopi iure ad Romanum confugiebant.

erga

Digitized by Google

erga illas Eccleſias affectus, vt ſcribebat idem S. Gregorius lib. 5. Indict. 14. epiſt. 66. ad eundem Eulogium. *Eſt aliquid, quod nos erga Alexandrinam Eccleſiam quadam peculiaritate conſtringit, & in eius amore promiores exiſtere, ſpeciali quodammodò lege, compellit: nam ſicut omnibus liquet, quòd Beatus Euangeliſta Marcus à Sancto Petro Apoſtolo Magiſtro ſuo Alexandriam ſit transmiſſus; ſic huius nos Magiſtri, & diſcipuli vnitate conſtringimur, vt & ego ſedi diſcipuli præſidere videar propter Magiſtrum, & vos ſedi Magiſtri propter diſcipulum. Ad hanc autem vnitatem cordium, etiam veſtræ Sanctitatis meritis ligamur, quos authoris ſui ſalubriter ſequi inſtituta cognoſcimus, & ſemper ad Magiſtri ſui gremium, vnde prædicatio ſalutis exorta eſt, tota ſe conferre deuotione ſentimus.*

Peculiaris nexus inter Romanam ſedem, & Alexandrinam.

Quòd ad Epiſcopum Romanum confugerint aliquando Alexandrinus, & Antiochenus Epiſcopi, hos,

In Conſtantinopolitani contemptum, ei plus ſatis detuliſſe. *Interpretatur Mornaus.* Pag. 75.

Conſtantinopolitani Epiſcopi, qui ad Rō. anos Pont. cōfugerūt.

VErùm ad Iulium confugit, vnà cum Athanaſio Alexandrino, Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, non certè in contemptum Epiſcopi Conſtantinopolitani: ad Innocentium I. confugit Ioannes Chryſoſtomus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, coniuratione Theophili Alexandrini, & aliorum Epiſcoporum, de Epiſcopatu deiectus: & poſtea ad Leonem Flauianus. Et ſtatuerat Concilium Sardicenſe, immò & in Eccleſia is mos ſemper obtinuit, vt cauſſæ Epiſcoporum ad Romanum Pontificem deferrentur; non certè in cuiuſquam contemptum, ſed quia ſupremus ille iudex, & latiſsimam habens, quacunque Eccleſia diffunditur, iuriſdictionē. At Mornæ.

Vnde & Epiſcopo Romano, & Baronio eius patrono, ſuperbiendi non leuis anſa. Namq; ſi eos audimus, Simplicius Romanus Epiſcopus Calendionē Epiſcopum Antiochenum confirmat. Pag. 75.

VErùm non vni Baronio, ſed & omnibus ex æquo Catholicis, idem de primatu Romani Pontificis cum eo ſentientibus eadem ſuperbiendi anſa. Ita Baronius ad annum Chriſti 482. *Stephanus Iunior Antiochenus Epiſcopus tertio ſuæ ſedis anno ex hac vita migrauit, ſtatimque in eius locum electus eſt Calendion Epiſcopus; moxquè à collecta ibi Synodo diretus eſt Anaſtaſius Epiſcopus ad Romanum Pontificem ex more, vt eius electionem ratam haberet.* Fuit iſte quidem Catholicus, qui, vt Euagrius habet libro 3. cap. 10. omnes, qui ipſum adibant, induxit, vt tum hæretico Timotheo, tum litteris Baſiliſci generatim ad omnes ſcriptis, anathema dicerent. Probaſſe autem Sanctum Simplicium Papam Calendionis electionem litteræ ipſius, ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum datæ, ſignificant, in quibus hæc leguntur. *Neceſſario fratris, & Coepiſcopi noſtri Calendionis Sacerdotium gremio Apoſtolicæ ſedis amplexi, in conſortium noſtrum per gratiam Chriſti Dei noſtri tantæ Vrbis Antiſtitem Collegij vnione numeramus.* Nihil aliud ad hæc Mornæus, quàm, quod vulgò ſolet reſpondere:

Calendion à Synodo Epiſcoporū electus in Alexandrinū epiſcopū & Anaſtaſius pro electionis confirmatione miſſus ad Rom. Pont.

Calendionis electio à ſimplicio Rom. Pont. probata.

Ipſe in ſua cauſſa teſtis. Pag. 76.

Refellitur Mornæi Cātilena de Rom. Pont. teſte in ſua cauſſa.

VErùm & ſcribit Baronius à Synodo Epiſcoporum, qui Calendionem elegerant, directum eſſe Anaſtaſium Epiſcopum ad Romanum Pontificem, ex more, vt eius electionē ratam haberet: igitur ſatis intellexerunt illi Patres, debere Calēdionis electionem probari, & ratam haberi à Pontifice Romano; non ergo ille vnus in ſua cauſſa teſtis. Et Pontifex quidē de facto teſtatur, illi verò de iure, quòd illius eſſet eam ratā habere Preſentire potuit hanc obiectionem Aduerſarius; verum, cum nihil haberet, quod reſponderet, conſultò eam ſuppreſſit. Simplicius eadem epiſtola ad Acacium: *Miramur* (inquit) *nihil nos de ſtatu Alexandrinæ Eccleſiæ, te inſtruente, didiciſſe; quem nunc ita ſe habere comperimus, vt improbi, per occaſionem obitus ſanctæ memoriæ Timothei, eandem Eccleſiam conētur habere captiuam.* Scilicet quia ad eum etiam Alexandrinæ, immò omnium Eccleſiarum, ſolicitudo ſpectabat. Cum Timotheus ille Catholicus Epiſcopus Alexandrinus diem ſuum obijſſet, tunc coeuntes in vnum Aegyptij Epiſcopi, ex communi conſenſu elegerunt Ioannem, hominem Orthodoxum, & Legatione miſſa ad Simplicium Pontificem Romanum, Ioannis electionem ab eodem confirmari petierunt. Id conſtat ex epiſtola 17. ipſius Simplicij ad Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum. *Nuper ab Aegyptia Synodo, quæ & numero plurima, & fidei Catholicæ eſſet communione ſuffulta, atquè ab ipſo omni propemodum Clero Alexādrinæ ſedis ad nos, ex more, relatio miſſa patefecit, ſanctæ memoriæ fratrem quondam Epiſcopum noſtrum obijſſe Timotheum; inque eius vicem, conſona fidelium voluntate, Ioannem, cui ad Sacerdotium conſtare crederentur omnia ſubrogatum: & nihil omnino reſtare videbatur, niſi vt Deo noſtro gratias agentibus nobis, atque gaudentibus, vt ſine ſtrepitu, quòd Catholicus in defuncti miniſterium ſucceſſiſſet Antiſtes, Apoſtolicæ quoque moderationis aſſenſu votiuam ſumeret firmitatem. Cùm ecce ſecundùm conſuetudinem mihi talia diſponenti, tranquilliſſimi Principis ſcripta ſunt reddita, quibus memoratum, tanquam periurij reum, (quod fraternitati quoque tuæ non eſſe diceretur incognitum) ſacerdotio perhiberet indignum: Illicò retraxi pedem, & meam reuocaui ſuper eius confirmatione ſententiam, ne quid contra tantum, ac tale teſtimoniū præproperè feciſſe iudicarer.* Infert Baronius: ad annum 482. *Hæc cum adeò diſertis verbis de confirmatione Epiſcopi Alexandrini Simplicius dicat: Puto, lector, intelligis veterem morem, vt non haberetur firma, ratauè Alexandrini, ſicut nec Antiocheni noui Antiſtitis electio, niſi illa à Romano Pontifice confirmaretur: cum eius rei cauſa mox ijdem electi, & Synodi, quæ elegerant, ſtatim poſt creationem eorundem, vt ſæpius factum vidimus, mittere ſolerent ad ipſum Romanum Pontificem Legationem cum fidei profeſſione; vt quæ per ipſos acta eſſent, ab eodem Romano Pōtifice confirmarentur. Ante hac autem haud idonei*

Simplicius Rom. Pont. de Acacio queritur, quod eum nō monuerit de ſtatu Alexādrinæ Eccleſ.

Electio Alexandrini, & Antiocheni Epiſcopi infirma, niſi à Rom. Pont. cōfirmetur

illi habebantur, vt ipſis reliqui Epiſcopi communicarent, quibus nondum Romanus Antiſtes communicaſſet. Licet interim Mornæi mirari impudētiam, qui ſcribit, Baronium nullum hactenus attuliſſe, aut exemplum, aut decretum. Annon Calendionis Epiſcopi Antiocheni, & Ioannis Alexandrini profert exempla, quorum electionem Synodi Epiſcoporum, qui elegerant, ratā haberi, & confirmari à Romano Pontifice poſtularunt? Annon id ſecundùm conſuetudinem factum ſcribit Pontifex? Idem conſtat ex Leone Papa epiſt. 33. ad Theodoſium Auguſtum, vbi ſcribit, ſe nolle confirmare Anatolium Epiſcopum Cōſtantinopolitanum, niſi ea ſe credere profiteretur, quæ Sancti Patres de Incarnatione Domini tenuiſſent, ac prædicaſſent, & quæ in ſua ad B. Flauianum, & Cyrilli ad Neſtorium epiſtolis continerentur. Scribit Liberatus in Breuiario ca. 18. poſt Acacium ordinatum fuiſſe Flauitam Epiſcopum Cōſtantinopolitanum. *Qui non conſenſu* (inquit) *ſine Romano Epiſcopo inthronizari, ſed tranſmiſit Synodicam Papæ Romano Felici: qui modico viuens tempore, moritur; non accipit epiſtolam ipſius, & factus eſt Euphemius Epiſcopus genere Alexandrinus, qui et ſuſcepit a Papa Romano ſcripta.* Teſtatur S. Gregorius lib. 5. Indict. 14. epiſt. 6. non fuiſſe conſuetudinem Romano Pontifici ſcribere ad nouum Patriarcham, antequam Synodica epiſtola eius nomine redderetur illi. Et libro 6. Indict. 15. epiſt. 4. ad Synodicam epiſtolam Cyriaci Epiſcopi Conſtantinopolitani reſpondet, & de cura paſtorali, & de cuſtodienda charitate. Atq; ex eadem epiſtola conſtat; Cyriacum ad eundem miſiſſe profeſsionem ſuæ fidei in Synodica.

Mornæi impudētia in calumniādo Baronium.

Quam cōditionem Leo Pont. requirat, vt Anatoliū Epiſc. Conſtantinop. confirmet.

Flauita non cōſentit, ſe intronizari Epiſcop. Conſtantinop., niſi à Rom. Pōt. cōfirmetur.

Scribit Baronius ad Annum 482. officium vicariæ, Præfecturæ curæ ſedis Apoſtolicæ in Oriente Acacio Cōſtantinopolitano Epiſcopo à Simplicio Papa tributum: Et id conſtat ex epiſtola 17. eiuſdem, vbi conqueritur, quòd de his, quæ acciderant in Alexandrina Eccleſia, certiorem eum non feciſſet. *Proinde* (inquit) *delegatum tibi munus impendens ſenſus tuos prudenter attolle.* Hic Mornæus.

Simplicius Rom. Pont. Vicariam ſui præfecturam in Oriente tribuit Acacio Conſtātinop. Epiſcopo.

A quo igitur? Et tenemur nos delegatum à Simplicio interpretari, an potius à Deo? cum neutrum exprimas? Pag. 76.

VAldè ſubtile argumentum. Quidni ab vtroque? Omnis poteſtas à Domino deo eſt, ita tamē, vt inferior poteſtas ab eo ſit mediante poteſtate ſuperiore. Ex canone Chalcedonenſi, quem iſte nobis toties obijcit, Patriarchæ inſtituunt Metropolitanos, Metropolitani Epiſcopos, ita ut officium Paſtorale à ſuperioribus mandetur ipſis inferioribus: & tamen annō id etiam à Deo mandatur? Epiſcopi ſunt à Chriſto inſtituti in Eccleſia Act. 20. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Et ad Epheſ. 4. *Alios dedit paſtores, & doctores;* ita tamen, vt non à Deo immediatè, ſed à Romano Pontifice Petri ſucceſſore aſſeramus eorum iuriſdictionem pendere. Sic Leo Papa epiſt. 89. *Huius numeris ſacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officiū voluit pertinere, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorū omniū ſummo principaliter collocaret vt ab ipſo, quaſi quodam capite, dona ſua, velut in corpus omne, diffunderet.* Igitur à Deo Epiſcopalem dignitatem, & paſtorale munus, ſed & ab ipſo Romano Pōtifice accipiunt. Quidni igitur Vicariam præfecturam in Oriente Acacio tributam à Deo, quia ab ipſo Romano Pontifice eiuſdem vicario, interpretemur? In rebus ipſis naturalibus ita videmus effectus prodire à cauſsis ſubordinatis, vt tamen inferiores à ſuperioribus vim ſuam, qua eos producunt, mutuentur. Et cùm Pontifex Simplicius Acacio ſcribit, vt delegatum ſibi munus impendens, ſenſus ſuos prudenter attollat, & pro tuendis Chalcedonenſis Synodi conſtitutis vehementer inuigilet: *ne per negligentiam, deſidiamque noſtram* (inquit) *ſubrepatur gregibus Domini lethale diſpendium,* ſignificat, ſuum fuiſſe, tanquàm ſuperioris, eum monere ſui officij Paſtoralis, & curare vt non modo in Romana Eccleſia, ſeu diæceſi, vel etiam in Occidente, ſed & vt in Oriente, Conſtantinopoli, Alexandriæ, & vbiquè locorum fides Catholica ab hæreticis aſſereretur, ac defenderetur. Alioqui enim, cur negligentiæ, vel deſidiæ notandus fuiſſet, ſi greges illi, hoc eſt Eccleſia Conſtantinopolitana, & Alexandrina, diſpendium aliquod paſſæ fuiſſent, ſi illius curæ, tanquàm ſupremo omnium paſtori commiſſæ non fuiſſent? Vnde rectè cum Baronio interpretamur munus illud Acacio delegatum, vicariam præfecturam illi à Simplicio in Oriente demandatam: maximè, cum certum ſit, Pontifices Romanos in Prouincijs remotis ſolitos delegare vices ſuas aliquibus Epiſcopis, qui illarum Prouinciarum Eccleſijs præſentiam quodammodo Apoſtolicæ viſitationis impenderent. Id conſtat ex Epiſt. 84. capit. 1. Leonis Papæ ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem. *Quoniam ſicut præceſſores mei* (inquit) *præceſſoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ priorum ſecutus exemplum vices mei moderaminis delegaui; vt curam, quam vniuerſis Eccleſijs principaliter ex diuina inſtitutione debemus, imitator noſtræ manſuetudinis effectus adiuuares & lōginquis ab Apoſtolica ſede Prouincijs præſentiam quodammodò noſtræ viſitationis impenderes.* Verùm Mornæus.

Omnis poteſtas ita à Deo eſt, vt tamen ordinatè ſit etiam ab eius miniſtris.

Epiſcoporū iuriſdictio pendet à Deo mediatè, immediate à Rom. Pont.

Vſus Romanorū Pont. vt in remotis Prouincijs vices ſuas Epiſcopis delegarent.

Rex immò (inquit) *eum ita ſtipulatum: Acacium acceptaſſe vbinam inuenias?* Pag. 76.

VBi, quid ſit ſtipulatio, non ſatis intellexiſſe videtur, nam Inſtitut. de verb. obligat. *verbis obligatio contrahitur ex interrogatione, & reſponſione, cum quid dari, fieriuè nobis ſtipulamur? ſpondet? ſpondeo dabis? dabo facies? faciam,* & *D.* de verb. obligat. L. 5. ex Pomponio. *Stipulatio eſt verborum conceptio, qui-*

Stipulatio quid ſit, quod intellexiſſe non videtur Mornæus.

bus

Digitized by Google

Inter quos conficiatur ſtipulatio, vel ſecus.

bus is, qui interrogatur, daturum, facturumuè ſe, quod interrogatus eſt, reſponderit. Non igitur fuit ſtipulatio niſi Simplici interrogationem ſequuta ſit Acacij reſpõſio. Deinde quomodò ſtipulatum dabimus Simplicium cum abſens eſſet, & ab eo longè remotus, nimirùm Conſtantinopoli, Acacius. Nam D. de verb. obligat. L. 1. ex Vlpiano *ſtipulatio non poteſt confici niſi vtroque loquente; & ideo neque mutus, neque ſurdus, neque infans ſtipulationem contrahere poſſunt: nec abſens quidem, quoniam exaudiri inuicem debent.* An verò non potuit vices ſuas Acacio delegare, niſi ſtipulãdo Simplicius? An ſtipulando Rex Chriſtianiſſimus ditioni Salmurienſi Mornæum præfecit, vt oportuerit ſolemnibus verbis Regis interrogationem precedere, ſubſequi Mornæi reſponſionem? Proſequitur Mornæus.

Pag. 76. *In ſuis litteris* (inquit) *nũm alio, quàm Archiepiſcopi nomine compellat?*

Maligna Mornæi pręteritio.

Rom. Pont. nullũ Epiſcopum, ne Patriarchã quidẽ appellat Dominum, aut Patrem.

SCilicet Acacius Simplicium. Ita habet inſcriptio, quã dolo malo ſuppreſſam voluit: *Domino Beatiſſimo Sancto Patri Archiepiſcopo Simplicio Acacius*; & ad finem: *In domino conſerueris, Sanctiſſime, ac Beatiſſime Pater*; cum tamen in omnibus epiſtolis Simplicius non alium titulum Acacio tribuat, quàm Epiſcopi Conſtantinopolitani; neque vllum Epiſcoporum, ne Patriarcharum quidem, Pontifex Romanus Dominum, aut Patrem appellat: quibus vocibus Simplicium honorandum meritò Acacius iudicauit. Quòd ſcribit Acacius ad Simplicium de Timotheo, ſedi Alexandrinæ reſtituto: *Propria ſedis honore lætatur, & ſpiritualium filiorum voces accipiens gratiam curationis expectat, multiplicato in ſe honore à Chriſto Principe Sacerdotum, &c.* Quid habet iſte, quod inde inferat? Annon omne datũ optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſſe ſcimus à Patre luminũ? ſic ſi Metropolitanus à Patriarcha ordinetur, ſi Epiſcopus à Metropolitano inſtituatur; non ideo honorem illum, aut Metropolitanus, aut Epiſcopus, magis Chriſto totius Sacerdotij, & Principi, & auctori, quàm ille Patriarchę, aut iſte Metropolitano referre debet acceptum.

Pag. 76. *Et eodem porrò inſtituto* (inquit) *Zenonem Hiſpalenſem Epiſcopum Vicarium ſuum (Simplicius) inſtituebat.*

Idẽ Simplicius Vicarium ſuum inſtituit Zenonẽ Hiſpalenſem Epiſc.

NImirum epiſtola 1. *Congruum duximus Vicaria ſedis noſtræ te auctoritate fulcire, cuius vigore munitus Apoſtolicæ inſtitutionis decreta, vel ſanctorum terminos Patrum, nullo modo tranſcendi permittas.* Et id quidem eodem inſtituto factum concedimus; ſiquidem Romani Pontificis auctoritas ſeſe ex æquo in Orientem, atq; in Prouincias Hiſpaniæ porrigebat. Itaque ſicut Acacio vicariam præfecturã ſedis Apoſtolicæ delegarat, ita potuit in Hiſpania Vicarium Zenonem inſtituere; quia ſolicitudinem omnium Eccleſiarum, & curã totius gregis Dominici ſibi impoſitam eſſe nouerat.

Mortuo Timotheo Epiſcopo Alexandrino Catholico, Epiſcopi Aegypti Ioannem Talaidam eligunt ex Oeconomo Orthodoxum; quẽ Zeno improbat quaſi ſacrilegum, Acacio inſtigante, quod aliquando iuraſſet, ſe non paſſurum, vt in Epiſcopum Alexandrinum eligeretur. Et in eius quidem locum ei Eccleſiæ præficit Petrũ Mogum, ob hæreſim antea pulſum, de quo grauiter in ſuis litteris apud Acacium. Simplicius Papa expoſtulauit; maximè quòd hominem hæreticum, contra ſententiam Apoſtolicæ ſedis communionem admiſiſſet. *Oportebat enim* (inquit) *communi decreto damnatum, tanquàm adulterum, communi Concilio à damnatione liberari.* Liberatus in Breuiario capitulo 18. Hic Mornæus.

Stilum (inquit) *his verbis temperat. Et quo igitur omnipotentia iſta abit?* Pag. 76.

Felix 3. Simplicij ſucceſſor.

Sententia Felicis 3. cõtra Acacium.

HAec cum contigiſſent anno 482. ſequẽti vita defuncto Simplicio, videamus, an ſtilũ temperet Felix III. illius ſucceſſor ad Acaciũ ſcribens: *Multarum tranſgreſſionum reperiris obnoxius, & in venerabilis Concilij Nicæni contumelia ſæpe verſatus alienarum tibi Prouinciarum iura temerariè vindicaſti. Hæreticos peruaſores, atque ab hæreticis ordinatos, & quos ipſe damnaueras, atque ab Apoſtolica inſtitiſti ſede damnari, non modo communioni tuæ recipiendos putaſti, verùm etiam alijs Eccleſijs (quod nec de Catholicis fieri poterat) præſidere feciſti; aut etiam honoribus, quos non merebantur, auxiſti.* Et ad finem epiſtolæ. *Habe cum his, quos libenter amplecteris, portionem ex ſententia præſenti, quam per tuæ tibi direximus Eccleſiæ defenſorem, Sacerdotali honore, & communione Catholica, necnon etiam à communione fidelium ſegregatus; ſublatum tibi nomen, & munus miniſterij Sacerdotalis agnoſce, ſancti ſpiritus iudicio, & Apoſtolica auctoritate damnatus, numquamque anathematis vinculis exuendus.* Et coacta Romæ Synodo Acacium ipſum Conſtantinopolitanum, & Petrum Mogum inuaſorem ſedis Alexãdrinæ, item Petrum Cnapheum Hæreticum, pulſo Calendione Catholico Epiſcopo, Acacij opera Antiochiæ reuocatum, anathemate percuſſit. Quid verò mirum; ſi Acacius Simplicio obſequi cunctatus eſt, cum eſſet hereticus, proditor fidei Catholicæ, &, eiectis Catholicis Epiſcopis, hæreticos ſedibus, vnde pulſi prius erãt, ob hæreſim, contra ſtatuta ſacrorum Canonum, reſtitueret? *Qui mente ſenſuque omni captus*, vt ex Baſilio Cilice refert Niceph. lib. 16. cap. 17. *primus ipſe Papæ nomen è ſacro albo exemerit.*

Felix 3. coacta Romæ Synodo, excommunicat eundẽ Acaciũ, Petrũ Mogum, & Petrũ Cnapheum.

Acacius qualis.

Ioannes Epiſcopus Alexandrinus Catholicus, Zenonis iuſſu expulſus, Antiochiam primũ ad Calendionẽ Epiſcopum ſe contulit: *Et ſumptis ab eo interceſſionis Synodicis litteris Romanũ Pontificem Simplicium appellauit: ſicut & Beatus fecit Athanaſius.* Liberatus loco citato.

Ioann. Epiſcopus Alexandrinus ad Simplicium Rom. Pont. appellat.

Teſtis vtique (inquit Mornæus) *longius petitus, quàm vt fidem mereatur.* Pag. 76.

Mornæi temeritas, & mendacitas.

NVlla interim adducta ratione, cur in hoc Liberati fidem habeamus ſuſpectam; Mentitur verò ſe pridem euiciſſe Athanaſium non appellaſſe ad Romanum Epiſcopum, ſed adeũ confugiſſe. Verum de hoc iam alibi: & certum eſt,

Digitized by Google

eſt, Iulium Romanum Pontificem reſtituiſſe ſuę ſedi Athanaſium ab Arianis Epiſcopis expulſum. Et hæc quidē circa Progreſſum dicta ſunt: nunc oppoſitio nobis diſcutienda.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem Duodecimam.

Ac primùm:

Pag. 77.

Et hi quidem omnes (inquit) *iuriſdictionis conflictus, à Canone Chalcedonenſi profecti, cui Romani Epiſcopi acquieſcere recuſabant; qui interim Concilia nobis perpetuò ingeminant, priſca illa vniuerſalia præſertim vrgere velle videntur, quæ Euangelijs coæquant.*

Simplicius vindex cõcilij Chalced.

FAcilè eſt Mornæum hic conuincere, nam certè Simplicius vindex erat, & aſſertor Concilij Chalcedonēſis, qui epiſt. 4. Acacium hortatur, vt Imperatorem Zenonem moneat, ne Chalcedonenſis Concilij ſtatuta permittat violari: quique Catholicos Epiſcopos, & aſſertores fidei Concilij Chalcedonenſis Eccleſijs Alexandriæ, & Antiochiæ curabat præfici: ſicut Acacius contra communicabat cum Epiſcopis hæreticis, &, Catholicis eiectis, eos in ſedes primarias intrudebat, vt Petrum Mogum in Alexandrinam Eccleſiam, qui in Acta Chalcedonēſis Concilij, Leoniſque epiſtolam de Incarnatione Verbi cōtra Eutychetem, & Dioſcorum, atque eos, qui Dioſcori, & Timothei Aeluri hæreticorum ſcripta nō reciperēt, anathema coniecit, Niceph. lib. 16. cap. 17. Miror, igitur, qui fieri potuerit, vt Acacius Canone Chalcedonenſi niteretur ad tuēdum ſuum primatum; aut eo innixus de iuriſdictione cum Epiſcopo Romano confligeret: niſi velimus, Acacium de fide Orthodoxa definita in Concilio Chalcedonenſi parum ſolicitum fuiſſe; cū communicaret Petro Mogo Hæretico, Dioſcori, & Eutychis ſectatori; ſuum verò primatū, & dignitatem, cui videbatur ſuffragari Canon ille Chalcedonenſis, nunquam tamē à ſede Apoſtolica probatus, pluris faceret quàm fidem ipſam Catholicam. Equidem Baronius ad annū Chriſti 472. ita de Acacio ſcribit, *Acacius Conſtantinopolitanus Epiſcopus ad nouas res adijciens animum reuocare tentauit, quod Anatolius fruſtra conatus fuerat ſub Leone Romano Pontifice, tanquàm ex duobus Oecumenicis Concilijs Conſtantinopolitano, & Chalcedonenſi indebitè vſurpare, vt ſedes Conſtantinopolitana poſt Romanam, locum principem obtineret: cuius rei gratia aſtuto Conſilio rē pedetentim acturus, tantæ erigendæ molis iecit huiuſmodi fundamentum: Leonem Imperatorem adiens fit illi auctor ſanctionis edendæ, qua cuncta conceſſa Eccleſiis priuilegia, iam perdita, reſtitueret, atq; firmaret: id nimirum acturus, vt hac via, quod Anatolius Gennadij prædeceſſor, reſiſtēte Leone Romano Pontifice de Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ primatu, viſus fuerat feciſſe diſpendium, ipſum illi in integrum reſtitueret. Sed attende Imperatoriam ſanctionem, & conſidera Acacium per ſecretum tramitem in iura Patriarchalium Eccleſiarum irrumpere.*

Heretica Petri Mogi audacia in Acta Synodi Chalcec. & Leonis epiſtolam contra Eutychetem, &c.

Acacius Cõſtãtinopol. Epiſc. pro reſtituta Eccleſia ſua priuilegijs, quid tentet.

Inde producit ſanctionem, quæ habetur L. 16. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & ex ea fragmentum citat hoc loco Mornæus: *Sacroſanctam quoque religioſiſſime huius Ciuitatis Eccleſiam, & matrem noſtræ pietatis, & Chriſtianorum Orthodoxæ religionis omnium, & eiuſdem Regiæ Vrbis ſanctiſſimam ſedem, priuilegia, & honores omnes ſuper Epiſcoporum creationibus, & iure ante alios reſidendi, & cætera omnia, quæ ante noſtrum Imperium, vel nobis imperantibus habuiſſe dignoſcitur, habere in perpetuum firmiter, Regiæ Vrbis intuitu, iudicamus, & ſancimus.* Inde Baronius ibidem: *Hæc Leo* (inquit) *ſed Acacij faſtu tumentis proculdubio verbis concepta, & ſtylo ſuperbiæ exarata: haud enim pij Principis verba illa eſſe potuerint, quibus dicitur, Conſtantinopolitanam Eccleſiam Chriſtianorum omnium, & Orthodoxæ religionis matrem eſſe.* Ad hæc nihil aliud Mornæus, quàm quòd,

Leo Imper. pro Cõſtantinop. Eccleſia priuilegijs ſanctionē edit.

Eccleſia Conſtantinop. impiè vocata Chriſtianorū omniū, & orthodoxæ religionis mater Acacij ſcilicet inſtinctu.

Pag. 77.

Baronius Acacium pio Imperatori iubēs, obrepſiſſe perſuadeat, æſtuans quippe, & quo ſe vertat neſcius:

Mornæus perperā fingit Baron. æſtuantem.

AN verò æſtuare Baronium neceſſe erat, vt ſcriberet, hanc ſanctionem auctore, & incentore Acacio, à Zenone Imperatore ſcriptam? Nam id manifeſtè demonſtrat ex epiſt. 11. Gelaſij ad Dardaniæ Epiſcopos, vbi primū de Leone Papa locutus, de Simplicio reſiſtente Leoni Imperatori, & Acacio talia poſtulantibus hæc ſubiungit: *Eaque nihilominus ſub ſanctæ memoriæ Papa Simplicio Legatum ſedis Apoſtolicæ ſanctæ memoriæ Probum, Canuſinæ Vrbis Epiſcopum, Leone Principe tunc præſente, docuiſſe, nullatenus poſſe tentari: neque his prorſus præbuiſſe conſenſum. Atque ideò non ad Ciuitatis cuiuslibet reſpiciant qualitatem, ſed modum diſpenſationis Eccleſiaſticæ, Patrum traditione firmatum conuenienter conſeruent. Hæc* (inquit Baronius) *Gelaſius de tentatis per Acacium huius Leonis Imperatoris tempore: qui licet ſub eius ſucceſſoribus Zenone, & Baſiliſco repulſus ſit, idem rurſus ab eo eſt inſtauratum certamen: ſed ſemper tùm Simplicium, tùm eius ſucceſſorem Felicem Papam paſſus eſt Acacius aduerſantes, ac penitus reſiſtentes. Nam idem Gelaſius ſubdit, Sanctę memorię nihilominus Papa Simplicius, & poſt eum Sanctę memorię Papa Felix, non ſolum Baſiliſcum Tyrannum, ſed etiam Imperatorem Zenonem pro ijſdem ipſis exceſſibus auctoritate libera ſepè increpaſſe noſcuntur: flectique potuiſſet, niſi Conſtantinopolitani præſulis accenderetur inſtinctu, qui particeps externę communicationis effectus neceſſariò in*

quod

quod inciderat, iam ſequebat, malens in ſue preuaricationis obſtinatione perſiſtere, quam curanaus ad ſalubria remeare ſicut ipſe rerum probauit euentus. Si Acacij inſtinctu pro huiuſmodi exceſſu, ideſt, pro ſua fouenda ambitione, accenſus eſt Zeno Imperator, probabile vtique eſt quod ſcribit Baronius, fuiſſe Acacium auctorem Zenoni Imperatori ſanctionis, de qua ſuperius, edendæ. Neque lex iſta vllam vim obtinet, nec Imperatoris erat de dignitatibus, aut priuilegijs Eccleſiarum, aut de creationibus Epiſcoporum ſancire legem, aut Epiſcopo Cõſtantinopolitano concedere priuilegium ante alios reſidendi.

Imperi. lex pro priuilegijs Eccleſia Conſtãtinop. nullam vim obtinet.

Deinde cõſtat nonniſi falsò Leoni perſuaſum, ante ſuum Imperium Eccleſiam Conſtantinopolitanam hæc priuilegia habuiſſe: contendebant quidem, id priuilegium ſibi à ſede Apoſtolica concedi: obijciebant Canonem illum Chalcedonenſem, de quo Morneo ſæpius reſpõſum eſt: Verùm reclamarunt Summi Pontifices. *Cognoſcant igitur* (inquit Gelaſius Papa, tom. de vinculo anathematis) *illud ſecundùm ſcripturas ſanctas traditionemque maiorum, ſecundùm Canones, regulaſque Eccleſiæ pro fide communi, & veritate Catholica, & Apoſtolica pro qua hanc fieri* (Chalcedonenſem Synodum) *ſedes Apoſtolica delegauit, factamque firmauit, à tota Eccleſia indubitanter admitti. Alia autem, quæ per incompetentem præſumptionem illic prolata ſunt, vel potius ventilata, quæ ſedes Apoſtolica gerenda nullatenus delegauit, mox à Vicarijs ſedis Apoſtolicæ contradicta manifeſtum eſt.* Vbi certum, cum ad Canonem illum Chalcedonenſem alludere, cui Leo, Felix, & ipſe Gelaſius, reclamarunt.

Leoni Imp. falſa perſuaſum, Eccleſiã Conſtantinop. ante ſuum Imperium hæc priuilegia habuiſſe.

Quid ex Cõc. Chalced. in Eccleſia admiſſum ſit, & quid reiectum.

Proſequitur Mornæus,

Pag. 77. *Gelaſius velificationem ſibi mutandam ratus, primatui deinceps tutando non Nicænam Synodum, vt Leo, non antiquam conſuetudinem, vt cæteri, amplius vrget, ſed vnum illud: Tu es Petrus, amplectitur.*

QVomodò ergo ſcribit Gelaſius in commonitorio ad Fauſtum magiſtrum fungentẽ Legationis officio Conſtantinopoli, Conſtantinopolitanæ Ciuitatis Epiſcopum vtique per Canones inter ſedes nullum nomen accipere? Et epiſt. 11. ad Dardanos ſcribit, ſedem Conſtantinopolitanam, non ſolùm inter ſedes minimè numerari, ſed nec inter Metropolitanorum iura cenſeri. Quo verò Canone niſi 6. Concilij Nicæni, ſedes primariæ ſunt nominatæ? Scribit ibidem, *Papam Leonem, cuius Synodus Chalcedonenſis auctoritate firmata eſt, quicquid vltra, quàm ab eodem pro fide & cõmunione Catholica atque Apoſtolica illic agendum, conſtaret eſſe delegatum, per occaſionem congregationis illius, præter Nicænos Canones, noua videretur actione tentatum, competenti refutatione.* Mentitur igitur Mornæus, vbi ſcribit Gelaſium tutando primatui vnum illud: Tu es Petrus, amplecti.

Mornæi mẽdacium de argumeto, quo Gelaſ. tutatus ſit Primatũ.

Pag. 77. *Petrum Romæ ſediſſe, aut præſediſſe* (inquit Mornæus) *aut Petro Pontifices Romanos ſucceſſiſſe, ſi probandum illi incumberet* (Baronio) *in quas anguſtias redigendus?*

ATqui tomo 1. ad annum Chriſti 44. citat in hanc ſententiam omnes Patres Græcos, & Latinos. Et ſubiungit; *Ac denique, ne in re toto Cælo perſpicua laboremus, idipſum ſacroſanctæ Oecumenicæ Synodi, idem etiam Romani Pontifices ſuis epiſtolis, Imperatores ſuis edictis, ac, vt vnico tantum verbo rem abſoluam, tanta de Petri Romam aduentu memoria omni ſcriptionum genere meruit conſeruari, adeò vt nec cuiuſuis perfrictæ frontis hæreticus, vel ſchiſmaticus eorum, qui ante noſtrum ſæculum vixerint* (notat impudentiam Mornæi) *auſus fuerit de eo vel leuiter dubitationem mouere.* Hoccinè eſt ad anguſtias redigi? habere conſpirantem totam antiquitatem, & in ſuam ſententiam citare omnes Patres? De eodem argumento fuſiſsimè Bellarminus pluribus capitulis libro 2. de Romano Pontifice. Expendamus verò ſubtile argumentum Mornæi.

S. Petrus Romæ ſedit.

Non hoc (inquit Gelaſius) *Conſtitutionibus Synodicis, ſed voce Euangelij, & cæt.* Pag. 77.

TV es Petrus, & alia quæ citat ex epiſtola 11. eiuſdem ad Dardanos.

Ridiculum argumẽtũ Mornæi.

Prædeceſſores igitur, Leo in primis, cur ad rauim vſque decretum Nicænum deblaterant? Pag. 77.

SEd longè aliud eſt citare Canones ad probandum primatum Romani Põtificis; aliud dicere, à Canonibus illum inſtitutum. Ita enim citauimus verbum Chriſti ex Euangelio: *Tu es Petrus, & paſce oues meas*, vt Verbo Chriſti primatum dicamus inſtitutũ. Ita verò citauimus, aut ſacros Canones, aut ſanctos Eccleſiæ Patres pro eadem veritate confirmanda, vt tamẽ minimè aſſeramus, à ſacris Canonibus, vel Patribus eum primatum inſtitutum. An verò ſi producimus teſtimonium Ariſtotelis, aut aliorum Philoſophorum ad probandum, mundum eſſe ſphericæ figuræ, vel animam eſſe immortalem, & iſtius generis philoſophicas propoſitiones; idcirco à teſtimonio Ariſtotelis, vel aliorũ Philoſophorum habet cœlum, quod ſit ſphericæ figuræ, vel anima, quod ſit immortalis; aut aliæ propoſitiones inde habent, quod ſint veræ?

Quo diſcrimine Primatus Rõ. Pont. probetur ex verbu inſtitutionis Chriſti, & ex Canonib. alijſq. id generu.

Scripſerat Gelaſius: *Ad Apoſtolicam ſedem de qualibet Mundi parte Canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus. Siquidem de omni Eccleſia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio; Eccleſia enim hæc* (inquit) *ſine ruga, & macula*: At contra hic Mornæus nobis obijcit Anaſtaſium Gelaſij proximum ſucceſſorem, qui ea ipſa hæreſi infectus aſſeritur, quam Gelaſius in Acacio oppugnabat.

Aca-

Digitized by Google

Pag. 77.

Acacianus ipſe, vt Baronius hanc ei maculam abſtergere fruſtra conetur.

Ab Anaſtaſii Papa cõmunione multi ſe retraxerunt: & cur.

BAronius ad annum Chriſti 497. ad ea, quæ hic citat Mornæus ex libro Pontificali in vita Anaſtaſij: *Eodem tempore multi Clerici, et Presbyteri ſe à communione ipſius retraxerunt, eo quòd cõmunicaſſet, ſine conſilio Epiſcoporum, vel Presbyterorum, vel Cleri cunctæ Eccleſiæ, Diacono Theſſalonicẽſi nomine Photino, qui communionis erat Acacij, & quia occultè voluit reuocare Acacium, & nõ potuit, qui nutu diuino percuſſus eſt,* reſpondet, ea contra Anaſtaſium ſparſa eſſe à ſchiſmaticis Laurẽtianis, de quibus ſuo loco dicturus eſt. *Cæterũ* (inquit) *ſi contentioſè nimis quis aſſerere velit, Anaſtaſium propenſiorem fuiſſe in reſtituẽdo ſublato, è Diptychis, Acacij nomine, ſed morte præuentum id præſtare minimè valuiſſe: in hoc eſt quidem quo magis magiſque admireris diuinam prouidentiam erga Romanam Eccleſiam, cùm titubantem Apoſtolicæ ſedi præſidentem Pontificem ex humanis ante ſubduxerit, quàm, quod meditaretur, impleret.* Anaſtaſium Papam à criminibus quæ hæretici ei obijciunt, rectè vindicat Bellarminus libro quarto, de Romano Pontifice cap. 10. qui, ne acta agamus, ibi conſuli poteſt.

Diuina erga Romanã Eccleſ. prouidẽtia aduerſus eos, qui cõtendunt, Anaſtaſiũ fuiſſe hæreticum.

Quia ſcripſit Gelaſius, à ſede Apoſtolica appellari non poſſe, ad eam ex qualibet mundi parte Canones appellari voluiſſe, ideò ex Mornæi, ſcilicet perfidi, & ſacrilegi hæretici, ſententia,

Pag. 77.

Clarum, Pontificatus Romanus in Eccleſiaſticam tyrannidem, quàm præcipiti iam curſu ferretur.

Mornæi blaſphemia.

ITaque Chriſtus his verbis: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, &, paſce oues meas,* Eccleſiaſticam tyrannidem inſtituit. Huic tyrannidi ſacroſancti Canones, adeòque totus Chriſtianus orbis, & ſacri omnes Antiſtites ſuffragati ſunt. Scilicet huic tyrannidi ſubſcripſerunt pluſquàm trecenti Patres Orthodoxi in Concilio Sardicenſi contra Arianos congregati, quorum quartus, & ſeptimus Canon eſt; de appellationibus ad Romanum Pontificem. Hanc tyrannidem fouerunt ſanctiſsimi illi Epiſcopi, & Canonum ſacrorum peritiſsimi, Athanaſius, Chryſoſtomus, Flauianus. *O præcidendam linguam, & per partes, ac fruſtra lacerandam;* de Vigilantio Hieronymus. Ego idẽ de Mornæo, omnibus vigilantijs longè ſceleſtiori hæretico.

Pag. 77.

Ad politicam quod attinet (inquit) *ſeſe adhuc vtcumque cohibebat, quin &, vt olim Caiphas, prophetaſſe videatur.*

Mornæus impiè confert Gelaſiũ Papam Caiphæ.

ITa proſequitur blaſphemias ſuas homo reprobus, & Diaboli inſtinctu percitus. Gelaſius, quem cum Caipha homo impius confert. Tom. de anathematis vinculo: *Fuerunt* (inquit) *hæc ante aduentum Chriſti, vt quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actibus conſtituti, pariter Reges exiſterent, atque Sacerdotes, quod Sanctum Melchiſedech fuiſſe ſacra prodit hiſtoria* (Gen. 14. & Heb. 7.) *Quod in ſuis quoque Diabolus imitatus eſt, vtpotè qui ſemper, quæ diuino cultui conuenirent, ſibimet tyrannice vendicare contendit, vt pagani Imperatores, iidem et maximi Pontifices dicerentur. Sed, cum ad verum ventum eſt eundem Regem, atque Pontificem, vltra ſibi nec Imperator Pontificis nomen impoſuit, nec Pontifex Regale faſtigium vendicauit, &c.*

Chriſti in Pontificiã dignitatẽ ab Imperatoria diſcreuiſſe, Gelaſii ſententia.

Pag. 77.

Hinc iudicet lector (inquit Mornæus) *ſucceſſores huic legi num ſteterint, proinde, num non ipſo iudice Ethnicorum imitatores, inſtinctu diabolico perciti, qui omnibus poteſtatibus politicis immineant, & inſultent.*

VIdeamus, quorſum hæc ſcribat Gelaſius. Tunc Imperatores immiſcebant ſe cauſsis fidei, & controuerſijs Epiſcoporum. Nam Leo Imperator de primatu Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, ſupra alias Patriarchales ſedes ſanctionem prius ediderat: & Zeno Imperator *Enoticon*, hoc eſt, edictum vnitiuum, de quo Euagrius lib. 3. cap. 14. promulgarat, quo Catholica fides labefactabatur, & Concilium Chalcedonenſe proſcribebatur, & quo inferebatur in Epiſcopos, & in omnes alios Orthodoxos anathema: eiecto Ioanne Talaida Epiſcopo Catholico, & legitimè ordinato, Petrum Mogum hæreticum, & ob hæreſim prius depoſitum in ſedem Alexandrinam reſtituerat, idque abſque Synodo, & inconſulto, qui eum damnauerat, Romano Pontifice, nec oblata prius ab hæretico illo fidei Catholicæ profeſsione. Hoc igitur eſt, quod vult Gelaſius, Chriſtum has dignitates diſcreuiſſe, *vt militans ideo Pontifex, minime ſe negotijs ſæcularibus implicaret: ac viciſſim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet negotijs ſæcularibus implicatus: vt & modeſtia vtriuſque ordinis curaretur, ne extolleretur vtroque ſuffultus, & competens qualitatibus actionum ſpecialiter profeſſio aptaretur. Quibus omnibus ritè collectis* (ait Gelaſius) *ſatis euidenter oſtenditur, à ſæculari poteſtate nec ligari prorſus, nec ſolui poſſe Pontificem: quo manifeſtius approbatur, Alexandrinum Petrum per Imperialem tantũmodo ſententiam nullo modo potuiſſe prorſus abſolui.* Hoc certè erat Imperatorem Chriſtianum, vt pridem apud Ethnicos velle ſeſe, & Põtificem dici, & Pontificis munus obire, quod meritò reprehendit Gelaſius. Neque verò iura Imperatorum vnquàm Pontifices inuaſerunt, nec Imperatorum nomen, aut munus, ſeu dignitatem affectarunt, vt Ethnicorum imitatores, nonniſi impiè ab iſto hæretico nominentur: qui & mentitur, eos omnibus poteſtatibus politicis imminere; & inſultare. Sacros Canones, & regulas Eccleſiaſticas ſanciuerunt quidem Pontifices; de ordinationibus Epiſcoporum, Presbyterorum, ac reliquorum Clericorum: de regimine Eccleſiarum; de collatione Sacramẽtorum reliquaſſuis ſanctionibus inſtituerunt, quæ ſpectarent ad diſciplinam Eccleſiaſticam: ſi quando verò de adminiſtratione Imperij, aut Reipublicæ

Impe. alias ſeſe cauſſis fidei, & Epiſcoporum cõtrouerſiis immiſcebant.

Quo ſenſu Gelaſ. dixerit, eas dignitates diſcretas inter ſe à Chriſto fuiſſe.

Põtifices nũquã inuaſerunt iura Imper. aut eorũ alia affectarũt.

Digitized by Google

blicæ in ſacris Concilijs,quibus & Regum Oratores intereſſe ſolent,aut ſacris Canonibus definitum;id factum,vt Reipublicæ Chriſtianæ ſaluti proſpicerent ipſi Pōtifices, qui alioqui neque Magiſtratus inſtituunt, neque Regnorum adminiſtrationem ſibi vendicāt:vt mirer, quo ſenſu iſte dicat,eos imminere,& inſultare omnibus politicis poteſtatibus. Quanto id verius de inſigni calūniatore Mornæo,& de Puritanis illius Symmiſtis aſſeri debet,qui, vel teſte Sereniſs. Iacobo I. Rege Magnæ Britanniæ, apud iſtum Principē magnæ fidei,præfatione in ſuū *Βασιλικὸν δῶρον magnæ laudi ſibi ducunt, ſi quando ipſi Regibus litem intentent, & vniuerſa regna nimis ſeditioſè conturbent*: Et qui ſæpe conuentus ad perturbandam pacem reipublicæ Chriſtianæ egerunt;quin & Chriſtianiſsimorum Regum capitibus non ſemel inſidiati ſunt: annon verò ad hoc inſtinctu diabolico perciti? De Gregorio VII.alias erit dicendi locus,vbi refellentur ab hæreticis conficta in eum mendacia.

Sectarij litiū, ac perturbationū ſtudioſi.

Baronius ad annum Chriſti 490.ſcribit S.Honorati Maſſilienſis Epiſcopi ſcriptoris luculentiſsimi ſcripta, à Gelaſio Papa fuiſſe comprobata.Inde ſubiungit: *Vſu namque veniſſe videtur, vt Romani Pontifices quæ eſſent ſcripta Catholica, cognoſcerent,cognitaque probarent*. Nam magni certè intereſt, ne hæreticorum libri circumferantur,& manibus omnium indiſcriminatim terātur: ſiquidem ſermo eorum, vt cancer, ſerpit; atque probentur, an Catholicam doctrinam, an verò perfidiam hæreticam contineant. Cuius verò hoc iudicium eſſe debet, niſi ſupremi totius Eccleſiæ Antiſtitis? Quod ipſum videmus vſu receptum; ſiquidem Leo I.Pontifex libros Priſcillianiſtarum proſcripſit, & Turibio Aſturicenſi Epiſcopo,vt eoſdem proſcriberet, auctor fuit epiſt. ad eundem capit.15. Gelaſius Pontifex (de quo ſupra) Indicem edidit in Cōcilio Romano ſeptuaginta Epiſcoporum, quo libros probos à noxijs ſecernit, illorumque lectionem fidelibus permittit,horū vetat. Apud Gratianum diſtin.15.can.*Sancta Romana*. Quid? quod Diuus Auguſtinus ſcribens ad Bonifaciū, quæ duabus epiſtolis Pelagianorum reſpondebat,ad eum potiſsimum dirigere ſe conſtituiſſe, ſignificat lib.1.contra duas epiſtolas Pelag. cap.1.vt ea ab ipſo non tam diſcerentur,quàm examinarentur,&, vbi forſitan aliquid diſpliuiſſet,emendarentur? Verùm inſignis iſte impoſtor (in quo,ſuperbiamne magis cum arrogantia coniunctam,an procacem imperitiam mireris, non facilè dignoſcas) nullius iudicio, ſua ſcripta, vtpotè nonniſi calumnijs, mendacijs,& erroribus referta,ſubijcere velit,eodem artificio,quo Pſeudopropheta Mahumetes,cū legem ſuam, nullo ſolido fundamento niti videret, de illa diſputare vetuit; nam certè non minori leuitate,& imperitia conſtare hoc Myſterium Iniquitatis, ſeu totam hāc farraginem Mornæi, quàm Mahumetis Alcoranum; immò Mornæo, ſacræ Orthodoxæ fidei hoſti infeſtiſſimo,longè impietate cedere Mahumetē,tam audacter,quàm verè aſſeruerim.

S.Honorati Maſſil. Epiſco.ſcripta, ex vſu Romanorum Pont. à Gelaſio cōprobata.

Libri Hæreticorū cauendi,& à Catholicorū libris diſcernendi.

Libri Priſcillianiſtarū à Leone I. proſcripti.

Index librorū à Gelaſio editur, permiſſa lectio proborū, vetita noxiorum.

D. Auguſt. ſcripta ſua ſubijcit iudicio Bonifacij Rom. Pont.

Mornæus, alter Mahumetes.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum decimumtertium.

Pag. 78.

Deuaſtabant tum vniuerſam Italiam Septentrionales populi,qui in eam, quaſi perrupto aggere, exundabant. Quod ambitioni reprimendæ plus ſatis, ni pluſquàm humana extitiſſet.

CErtum equidem, miſerabilem tum fuiſſe faciem Eccleſiæ, Italiam tenente Odoacre Rege Ariano;Gallias Burgundionibus,Gothis,& Francis nedùm Chriſtianę religioni initiatis;Hiſpanias Gothis,item Arianis: Africam Genſerico Ariano, Orthodoxorum perſecutore ſæuiſsimo: vniuerſum Orientale Imperium Zenone Imperatore Eutichiano hæretico. Quis igitur non putaret omnino extinguendam Catholicam Eccleſiam,niſi diuinis promiſsionibus niteretur,& verbis Chriſti Domini firmiſsimè ſtabilita eſſet: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meā, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*? Non igitur efficit ambitio pluſquàm humana Pontificum, prout interpretatur Mornæus, vt à Septentrionalibus populis exundantibus in Italiam,& quidem hæretica prauitate infectis,reprimi non poſſent. Quibus enim armis,aut præſidijs fulta illa ambitio, vt ſubſiſteret, immò magis tum ſeſe attolleret Pontificum auctoritas; ſed manet terra, cœloque firmior diuina promiſſio, quà portas inferni, vim omnem Sathanicam aduerſus eam minimè præualiturā, Dominus pollicitus eſt. Sæuiant venti, fremat mare,inſaniat Mornæus,rugiant omnes dæmones, incaſſum nitentur Petri nauim ſubmergere: *Non dormitabit* (Pſal.120.) *neque dormiet,qui cuſtodit Iſrael*; Excitatur Dominus, imperat mari, & ventis,& ſedatur tempeſtas.

Miſerabilis Eccleſiæ facies: et cur.

Matt. 16.

Quà diuino beneficio Eccl. Rom. accepit hoc Mornæus tribuit ambitioni Pōtificum.

Multa mētitur ad libitum Mornæus.

Quæ nullo citato illius temporis auctore ſcribit:

Pag. 78.

Ad Epiſcopatum Romanum, neminem iam niſi per vim,ſordes,aut ambitum perueniſſe: in annos Pontificis inquiſitum,de eius ſucceſſore ante obitum pacta inita, ſuffragia redempta, numerata pecunia, verbo, iureiurando, ſigillo, pacta illa contra bonos

mores

Digitized by Google

mores firmata, idque in legis vim tranſiſſet.

SEd iſte ex Patre diabolo, ille mendax erat ab initio. Annum 500, iam attigit Mornæus; non deſunt Scriptores illius temporis; producat, qui id referant.

Pag. 78. *Teſtis* (inquit) *Romana ipſa Synodus ſub Symmacho Can. 2. & 3.*

De Symmachi decreto ad comprimendũ ambitũ in electione Rom. Pont.

FAtemur equidem Symmachum decretũ ſtatuiſſe de comprimendo ambitu in electione Romani Pontificis: an ideò per ambitum Symmachus, aut alij poſtea Romani Põtifices ad Pontificatum peruenere? fieri quidem potuit, vt tum aliqui eam dignitatem ambirent, &, vt eò peruenirent, aliqua committerent indigna, & ſordida, & quidem creato legitimè Symmacho Pontifice, opera, & ſtudio Feſti Patricij contra eum electus eſt, præter conſuetudinem, Epiſcopus quidam Laurentius Romanus Pontifex: inde cędes, diſsidia, & odia in vrbe; & cum omnes cuperent, vt vtrius electio potior eſſet, Rauẽnæ apud Theodoricum Regem diſcuteretur: Rex eius iura potiora eſſe cẽſuit, qui & tempore, & numero alteri præſtaret, atque ita in Symmachum fauorabilis ſententia fertur, quem omnes, vt verum paſtorem agnouerunt, eiuſque Pontificatus in Synodo anni ſequentis comprobatus eſt. Videbantur tũc Romæ neces, diſſenſiones, & odia peſsima, digladiantibus inter ſe nõ ſolum Clericis, ſed etiam ciuibus, & Senatoribus, alterutram partem defendentibus: & Laurentio quidem fauebant viri potẽtiſsimi Feſtus, & Probinus, & Paſchaſius Diaconus, vir ſanctitate, & Doctrina præſtans, quem cum poſt mortem inueniſſet in Thermis Angulanis ſtantẽ Epiſcopus Capuanus, reſpondit, ſe pro nulla alia cauſſa in hoc pœnali loco detineri, niſi quia in parte Laurentij contra Symmachum ſenſiſſet. Auctor S. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 40. Non itaque Symmachus, legitimè ordinatus Põtifex, ſed Laurentius ſchiſmaticus ambitionis eſt notandus, & qui ei adhærebant contra legitimum, & verum Pontificẽ ſchiſmatici, cædibus, ac ſtragibus cauſſam dederunt: & in Synodo Romana ſub Symmacho obuiam itum ambitioni, & ita conſtitutũ: *Si quis Presbyter, aut Diaconus, aut Clericus, Papa incolumi, & eo inconſulto, aut ſubſcriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pitacia promittere, aut Sacramentum præbere tentauerit, aut aliquod certè ſuffragium polliceri, vel hac de cauſſa, priuatis conuenticulis factis, deliberare, atque decernere; loci ſui dignitate, atque communione priuetur.* Miror certè, qui inde colligat Mornæus, vt ad Epiſcopatũ Romanum nemo, niſi per vim, ſordes, aut ambitũ perueniret, &c. in legis vim tranſijſſe. Lex iſta ſanctiſsima eſt, Pontificatus item à Chriſto inſtitutus; quòd ſi mores hominum adeò ſunt deprauati, vt nullis legibus, ne diuinis quidẽ, nedùm humanis, aut Eccleſiaſticis coerceantur: an ideò reprobãdum, quod à Deo inſtitutum? Si quis malis artibus ſibi deuinciat populos, vt Regiam dignitatem cõſequatur; nõ ideò eam explodendam, meo iudicio, dicet Mornæus: cũ tamen blatero iſte falsò aſſerat, Symmachum, aut alios tum temporis Pontifices per vim, ſordes, aut ambitionem ad Pontificatum perueniſſe.

Schiſma exortum, & vnde.

Symmach. legitimè electus Põtifex, & pronunciatus.

Paſchaſius poſt mortẽ detentus in thermis Angulanis, q' pro Laurẽtio, contra Symmach. ſenſiſſet.

Ambitio Laurentij Antipapæ, malorum cauſſa.

Directi exẽplum.

Mornæus exemplis refellitur.

Pag. 78. *Si ſolam ouium Chriſti curam* (inquit) *ſibi propoſuiſſent, tam acriter de eo dimicaturos, quis ſanus exiſtimet?*

OPortet igitur Pontificis officium commendet Mornæus, ſi ad hoc inſtitutum eſt, vt ouium Chriſti curam gerat: neque verò ſi Reges, ac Principes aliquando pro tuenda ſua dignitate contra rebelles acriter dimicẽt, ideò ſubditorum curam deſerere, aut Reipublicæ deeſſe intelligendi ſunt. Neque tum Symmachus, cui ouium Chriſti cura cõmiſſa erat, ſed ſchiſmatici in Vrbe, ſeditiones commouerunt, ac ſtrages ediderunt, vt ex Anaſtaſio Bibliothecario, Platina, & alijs conſtat.

Citatur à Gratiano ex Symmacho diſt. 40. *Non nos B. Petrum, ſicut dicitis, à Domino cum ſedis priuilegijs, vel ſucceſſore eius peccãdi iudicamus licentiam ſuſcepiſſe. Ille perennem meritorum dotem cũ hæreditate innocentiæ miſit ad poſteros; quod illi conceſſum eſt pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conuerſationis ſplendor illuminat. Quis enim ſanctum eſſe dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? in quo ſi deſunt bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à loci deceſſore præſtantur. Aut enim claros ad hęc faſtigia erigit, aut, qui eriguntur, illuſtrat.* Vbi Mornæus:

Nec S. Pet. nec eius ſucceſſores peccãdi licentiã cum dignitate ſuſceperunt.

Pag. 78. *Si Gratiani collectantis fides* (inquit) *non pudet Symmachum hæc profari.*

HAbentur iſta apud Ennodium, libello pro ea Synodo, quæ inter Romanas ſub Symmacho quarta numerari debet, *Palmaris*, cognominata, in qua cum abſolutus fuiſſet Symmachus à criminibus, quibus ab aduerſarijs impetebatur, reperti ſunt inter ſchiſmaticos, qui cõtra illam auderent ſcribere: & titulũ operi ſuo indidere: *Aduerſus Synodum abſolutionis incongruæ.* Quibus Ennodius, ex Synodi auctoritate, atq; mandato, hoc apologetico reſpondit, & ſingula eorum argumenta refellens, vniuerſam. Symmachi, Synodique cauſſam diligenter, accuratèque tutatus eſt. Obijciebant igitur illi, quòd Petrus, & ſucceſſores eius licentiam peccandi à Domino cum ſedis dignitate acceperunt; vt non eſſet mirum ſi crimina Symmacho obijcerentur. Reſpondet igitur hoc falſum eſſe, nam Petrus tranſmiſit ad poſteros Apoſtolicam dignitatem cum hæreditate innocentiæ. Nulluſque dubitare debet, ſanctum eſſe, qui in apice tantæ dignitatis ſit conſtitutus, vt de ſucceſſoribus Petri ſemper bene iudicandum ſit, & præſumendum, nec crimina obijcientibus facilè credendum; quia officium Sacerdotij, ac Pontificatus non cõfert, ſed magis adimit peccandi licẽtiam. Similis eſt locus Synodi ipſius Palmaris: *Maximè cum illæ, quę pręmiſimus, inter alia de auctoritate ſedis Apoſtolicę obſtarent. Quia quòd præceſſor eius quondam B. Petrus meruit, in nobilitatem*

Symmach. à criminibus ſibi obiectis abſolutus.

Symmach. ab Ennodio defenſus.

De ſucceſſorib. Petri benè iudicandum: nec his, qui obijciũt crimina, facilè credendũ.

Digitized by Google

tem poſſeſſoris ſucceſſoris acceſſit; & claritatem veterũ,nobis dat de Chriſti dote rectorib. Vbi Iacobus Sirmundus in notis ad hunc Ennodij libellum.

Quod de ſedis auctoritate dictum à Synodo fuerat, ad ſanctimoniam quoque tranſtulit Ennodius.

Symmachi integritas, & præclarè geſta.

Quid verò habet iſte, quod Symmacho obijciat, qui in Synodo Epiſcoporum innocentiam ſuam probauit, & crimina ſibi falsò à ſchiſmaticis impoſita diluit; multa ſanctiſsimè in Eccleſia conſtituit, magno fidei zelo accenſus impiũ Anaſtaſium hæreticum Imperatorem anathemate percuſsit, tot Eccleſias extruxit, reſtaurauit, ornauit ampliſsimis operibus, & muneribus; vt mirum ſit, vnde tanti illi ſuppeditati theſaurī, cum alioqui paſtorali munificentia in redimendis captiuis, & alendis Epiſcopis Africanis, in Sardinia relegatis, tam multa profuderit? Quid igitur in eo Pontifice reprehendendum? qui certè ſi per vim, ſordes, aut ambitionem ad Pontificatum peruenisset, vt impudenter mentitur Mornæus; aut ſi vera fuiſſent à ſchiſmaticis obiecta crimina, nunquàm illius electio Theodorico Regi, quantumuis hæretico, deinde Synodo Epiſcoporum, tanquàm legitima, probata fuiſſet?

Mendacium Mornæi de Symmacho refutatur.

Hoc moleſtè fert Mornæus, quod ius Canonicum, ſeu decretales Epiſtolæ Pontificum tantam vim auctoritatis obtineant. Ita enim apud Gratianum diſtinct. 19. *Si Romanorum Pontificum decreto cæterorum opuſcula Tractatorum approbantur, vel reprobantur; ita vt quod ſedes Apoſtolica probauit, hodie teneatur acceptum; & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur; quanto potius quæ ipſa pro Catholica fide, pro ſanis dogmatibus, pro varijs, & multifarijs Eccleſiæ neceſſitatibus, & fidelium moribus diuerſo tempore ſcripſit, omni debent honore præferri?* &c.

Quãta ſint auctoritatis decretales Epiſtolæ Rom. Pont.

Nec mirum, ſi Apoſtolicis decretis exequentur; ſiquidem multa Apoſtoli inſtituerunt, prout Paſtores erant Eccleſiarum; eadem prorſus auctoritate multa Pontifices, ouilis Chriſti ſupremi Paſtores, pro regimine Eccleſiæ ſcripſerunt, & ſanciuerunt. Vbi de apice dignitatis Pontificiæ Ennodius ſcripſerat: *Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut, qui eriguntur, illuſtrat:* Hæreticus Mornæus;

Decreta Pōtificũ non immeritò exequata decretis Apoſtolicis.

Quanto (inquit) potiore iure propediem dicturus, Lector; impios hæc ſedes ſpeciali prærogatiua aut excipit, aut facit?

Pag. 79.

Blaſphemia Mornæi in Apoſtolicam ſedem.

QVa voce, quid, quæſo, ſceleratius? quid impudentius aut audacius ſcribere potuit? ſed non niſi os ſacrilegum, & diabolicum Mornæi has blaſphemias eructare poterat. Non equidem id aſſerimus, omnes, qui in Cathedra Petri ſedẽt, eo ipſo ſanctos eſſe, aut nulli crimini, vel culpæ obnoxios; ſed tamen ſacroſanctã eſſe dignitatem, ac ſedem illam contendimus, eam eſſe Apoſtolicam Cathedrã, in qua poſt Petrum Apoſtolorum Principem, tot ſanctiſsimi Martyres, tot ſanctitate admirabiles, & doctrina inſignes Pontifices ſederint; vt quã nefaria ſit, & impia hæc vox: *Impios hæc ſedes ſpeciali prærogatiua facit:* Nullis verbis exprimi, ac ne mente quidem comprǽhendi poſsit. *Cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ? in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius* (ſic enim aiebat Diuus Auguſtinus libro 2. contra litteras Petil. cap. 51. ſed nos dicamus: Paulus Quintus) *ſedet, quare appellas Cathedram peſtilentiæ, Cathedram Apoſtolicam? Si propter homines, quos putas legem loqui, & non facere: nunquid Dominus Ieſus propter Phariſæos, de quibus ait: Dicunt enim, & non faciunt, Cathedræ, in qua ſedebant, vllam fecit iniuriam? Nonne illam Cathedram Moyſi commendauit, & illos tamen ſeruato honore Cathedræ, redarguit?*

Pont. nõ eo ipſo ſancti, quo ſedent in Petri cathedra.

Eorũ tamẽ dignitas, et ſedes ſancta eſt.

Chriſtus Phariſæos redarguit, ſeruato honore Cathedræ Moyſi.

Vt enim Diuus Auguſtinus hæc olim in petulantem illum Petilianum: ſic nos nũc in ſacrilegum Mornæum; qui, cùm ſpeciali prærogatiua impios hanc ſedem excipere, & quod longè intolerabilius eſt, facere ſcribit, non tàm homines ipſos criminatur, quàm Cathedræ ipſi iniurius eſt.

Mornæus nec Cathedræ quidem Petri parcit.

Quod ex Gratiano citat diſt. 19. de Anaſtaſio II. prædeceſſore Symmachi, ipſum, quòd cum Photino communicaſſet, Acacij hæreſiarchæ ſequaci, nutu diuino percuſſum eſſe. Hæc quidem habentur in 2. tomo Concil. in vita Anaſtaſij, ſed omnino conficta eſſe ex alijs multis argumentis, tum ex hoc manifeſtè oſtenditur, quòd ibidem dicitur, eum *occultè voluiſſe reuocare Acacium:* At verò Acacius teſte Niceph. libro 16. cap. 12. & Euagrio libro 3. capitulo 18. & Anaſtaſio Bibliothecario tempore Felicis III. obijt, cui Gelaſius ſucceſsit, & Gelaſio Anaſtaſius: quomodo ergo de eo reuocando potuit tractare, qui iam obierat? At dicent, voluiſſe reuocare eius nomen; Verum extat epiſtola eiuſdem ad Anaſtaſium Imperatorem, in qua petit, vt Imperator iubeat nomen Acacij deleri in Eccleſia; quandoquidem iuſtiſsimè à Felice Papa prædeceſſore ſuo fuerit condemnatus. Et illud de Photino fortè, eſt mendacium, ſicut de reuocatione Acacij: *Sed, verùm ſit* (inquit Bellarminus, libro 4. de Romano Pontifice capitulo 10.) *num propterea non erit Catholicus Anaſtaſius? Annon licet Summo Pontifici ſine Concilio Epiſcoporum, Presbyterorum, & Clericorum totius Eccleſiæ, abſoluere vnum excommunicatum?*

Falſa, quæ de Anaſtaſio Pont. referuntur.

Anaſtaſius etiã ſi Photinũ reuocare voluiſſet adhuc tamen fuiſſet Catholic⁹.

Quod dicitur, eum nutu diuino percuſſum: inde orta videtur hæc fabula, quòd eiuſdem nominis Imperator Anaſtaſius, aliquot poſt annis, Hormiſda Pontificatum gerente, fulmine Diuino ictus perijt. De hac impoſtura in Anaſtaſium Pontificem legi poteſt Couarruuias libro 4. var. reſolut. cap. 13.

Origo fabulæ de genere mortis Anaſtaſij Pont.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem decimamtertiam.

Baſilij Præfecti Præt. edicta.

EXpendamus nunc, quæ in oppoſitione ſua nugatur Mornæus. Ac primùm quantum ad edictum illud Baſilij Præfecti Prætorio, atque Patricij agentis etiam vices Regis Odoacris, quod, Simplicio mortuo, & ſede vacante, ſpecie quidem præ ſe ferens tumultuum vitandorum cauſſam, re vera autem clanculum Eccleſiaſtica iura ſæcularibus poteſtatibus ſubijcere volens; ne electio Romani Pontificis ſine Præfecti concilio fieri deberet; & quantum ad edictum quod de rebus Eccleſiæ promulgauit, hæc poſtmodùm in 3. Romana Synodo ſub Symmacho, meritò reiecta ſunt, & abolita, tanquam leges à Laico homine contra Eccleſiaſticam libertatem, & auctoritatē, temerariè editæ: quæ cùm in Concilio legerentur, primò Creſconius Epiſcopus Tiburtinus, & demum Eulalius Syracuſanus grauiſſimis verbis abrogarunt.

Vtraque in Rom. Synodo reiecta.

Pag. 79.

Et Signonius quidem, de Occident. imperio lib. 15. & 16. legem illam, auctore, aut conſultore Simplicio, tuliſſe aſſerit; ſed cedo teſtes: Inquit Mornæus.

ID in ſuo edicto videbatur, aſſerere ipſe Baſilius; *Quanquam* (inquiens) *ſtudij noſtri, & religionis interſit, vt in Epiſcopatus electione concordia principaliter ſeruetur Eccleſiæ, ne per occaſionem ſeditionis ſtatus ciuitatis vocetur in dubium; tamen admonitione beatiſſimi viri Papæ noſtri Simplicij, quam ante oculos ſemper habere debemus, hoc vobis meminiſtis ſub obteſtatione fuiſſe mandatum, vt propter illum ſtrepitum, & venerabilis Eccleſiæ detrimentum, cum de hac luce tranſire contigerit, non ſine noſtra conſultatione cuiuslibet celebraretur electio.* Inde igitur motus fuit Sigonius, vt ſcriberet, hoc edictum, auctore Simplicio, à Baſilio promulgatum. Vbi meritò Baronius ad annum 483. *Vides* (inquit) *quibus artibus ſeculares poteſtates immiſcere ſe conatæ ſint in electione Romani Pontificis.* Itaque finxit illud Baſilius: *Potuit fortaſſe* (ſubiungit Baronius) *rogaſſe eum Simplicius Papa, vt ad comprimendas turbas, diſſidiaque vitanda, præſidio eſſet futuræ electioni ſucceſſoris Pontificis, non autem, vt abſque eius conſultatione electio haud fieret.*

Sigonius ſigmento Baſilij Præfecti deceptus.

Odoacer Italia potitus quā moderatè ſe gerat.

Odoacer quidem Regno Italiæ potitus tam moderatè potentia ſua vſus eſt, vt nec purpuram induerit, nec Imperatoris nomen aſſumpſerit, & licet Arianus, non tamen Catholicos vexari voluerit, immò Epiſcopis Orthodoxis petentibus multa conceſſerit, Epiphanio præſertim Ticinenſi Epiſcopo remiſſionem tributorum quinquennalium, ciuibus ſuis Ticinenſibus ab Oreſte impoſitorum. An verò ideo lex iuſta, quàm contra libertatem, & auctoritatem Eccleſiæ tulit Baſilius, eius vices gerens? aut nō meritò, à Synodo Romana abrogata eſt? aut neceſſario probanda ſunt omnia, quæ fecerit, aut ſanciuerit Odoacer Rex, vel eius nomine magiſtratus ipſe? Vt lex aliqua iuſta ſit debet ferri ab habente auctoritatem: verum Odoacer, aut Baſilius eius vices gerens, vtpote laici, non habebant auctoritatem ferendi legem, aut de electione Pontificis, aut de rebus Eccleſiæ non alienandis. Præterea lex illa pugnabat cum libertate, & auctoritate Eccleſiaſtica: Et Symmachus, ac Synodus hanc legem non modo voluerunt, ſed & potuerunt abolere; neque id fruſtra fuit ad Benedictum vſque ſecundum. Nam etſi eo vſque, electo Pontifice, expectabatur aſſenſus Imperatoris: & Conſtantinus Pogonatus, Benedicti ſecundi ſanctitate permotus, conſtitutionem miſit, vt deinceps, electo Pontifice, nulla Conſtantinopolitani Principis, aut Italię Exarchi expectaretur auctoritas, vel aſſenſus; electio tamen libera, nulla Imperatoris præcedente conſultatione, fiebat. Falsò autem Mornæus ſcribit, Anaſtaſium Imperatorem Orientis pecuniam in Clerum Romanum ſparſiſſe, vt Epiſcopum ſuis rebus fauentem, obtineret; & certè Mornæus huius figmenti primus eſt auctor. Feſtus quidem Patricius promiſerat Conſtantinopoli Anaſtaſio Imperatori, ſe curaturum, vt Anaſtaſius Summus Pōtifex *Enotico* Zenonis ſubſcriberet; quod cùm implere non potuiſſet, propter Pontificis Anaſtaſij obitum, operam dedit, vt ſucceſſor crearetur, qui ad id prǣſtandum ſuaderi facile poſſet; quod tamen ei non ſucceſſit; Verùm nuſquàm legimus Anaſtaſium Imperatorem; pecuniam in Clerum Romanum ſparſiſſe, vt Epiſcopum ſuis rebus fauentem obtineret: hoc merum figmentum eſt Mornæi.

Lex Baſilij, ſeu Odoacris iniuſta.

Et legitimo abrogata; nec tamen aliquādiu fruſtra.

Figmentum quod Mornæo primo auctori debetur.

Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Symmachi Papę hæc ſcribit de ſchiſmaticorum rabie, qui Laurentio contra Symmachum fauebant: *Eodem tempore Feſtus caput Senatus Exconſul, & Probinus cœperunt intra Vrbem Romam pugnare cum alijs Senatoribus, & maximè cum Fauſto Exconſule; & cædes, & homicidia in Clero ex inuidia fiebant. Qui verò communicabant Beato Symmacho iuſtè, publicè, qui inuenti fuiſſent intra Vrbem, gladio occidebantur; Etiā & ſanctimoniales mulieres, & virgines deponentes de monaſterijs, vel de habitaculis ſuis, denudātes ſexū fœmineū, cædibus plagarū afflictos vulnerabant, & omni die pugnam contra Eccleſiam in medio Ciuitatis gerebant. Etiam multos Sacerdotes occiderunt, inter quos Digniſſimum, et Gordianum Presbyteros titulorum ad Vincula S. Petri, & ad Sanctos Ioannem, & Paulum, quos fuſtibus, & gladio interfecerunt, & multos Chriſtianos; ita vt nulli eſſet ſecuritas die, vel nocte de Clero in ciuitate inuiolatè ambulare. Solus autem Fauſtus Exconſul pro Eccleſia pugnabat.* De necatis à ſchiſmaticis hęc habet Ennodius epiſt. quadam ad Fauſtum cō ſcripta: *Sed iſta magis illis cū lacrymoſo gaudio dixi, quos aut effuſus ſanguis Albo curiæ cæleſtis adſcripſit, aut clara confeſſio, qui ſecundis confirmēt primordia noſtra ſucceſſib. Quibus declarat* (inquit Baron. ad annum Chriſti 502.) *necatos in hoc ſchiſmate, martyrij dignos fuiſſe corona; & illos gloria confeſſionis nobilitatos, qui aliquid ea de cauſſa paſſi eſſent; ſecundùm illam*

De rabie eorū qui Laurentio contra Symmachum fauebant.

Necati in ſchiſmate martyrio coronati.

Digitized by Google

Martyriũ pro vnione Eccleſiæ ſuſceptũ, commendatius eſt, quàm qđ, ne Idolis immoletur.

illam magni Dionyſii Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopi ſententiam: Oportebat omnia incommoda pati potius, quàm Eccleſiæ Dei diſcidiſſe concordiam. At illud martyrium, quòd quis patitur, ne dirimatur Eccleſiæ conſeſſio, non minus certè ſed multò plus, meo quidem iudicio habet commẽdationis, quam illud, quod ſuſcipitur; ne Idolis omnino immoletur: Hæc Dionyſius apud Euſebium lib. 6. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 37. Ad hæc Mornæus.

Pag. 79.

Ennodius ſanè quidam (inquit) *horum tẽporum ſcriptor, turpiter adulabũdus.*

Ennodius minimè adulabũdus vt Morn. calumniatur.

QVomodo, obſecro, turpiter adulabundus Ennodius, quem fruſtra tẽtatum, cùm pro fidei Orthodoxæ cauſſa Cõſtantinopoli apud Anaſtaſium Imperatorem Legatione fungeretur, nunquàm potuit hæreticus ipſe Imperator in ſuam ſentẽtiam flectere, ac indignis modis vexatum, rimoſoque, ac fragili nauigio impoſitum, cum interdicto, ne ad vllum Græciæ portum appelleret, contumelioſè dimiſit. De quo Nicolaus I. Michaeli Auguſto: *Sicut magnus Chriſti Confeſſor Ennodius, qui ab Hormiſda Apoſtolicæ memoriæ Conſtantinopolim miſſus, innumeras miſerias à Græcorum veſania pro fide Chriſti, & ſtatu Eccleſiæ non ſemel pertulit, &c.* Quod ſi in eo adulabundus Ennodius, quòd Beatos Martyres ſcripſit eos, qui in parte Symmachi à ſchiſmaticis Laurentianis occiſi eſſent, igitur, & adulabundus, quia Symmachi Papæ & Synodi, Palmaris cognominatæ, cauſſam tàm ſtrenuè defendit. Itaque adulabunda Synodus illa altera, quæ libellum illum ſuffragio ſuo confirmarit, atque inter quartam, & quintam ſub Symmacho Romanas Synodos collocare, & decreti vim obtinere iuſſerit. Quod ſcripſerat Ennodius, comprobatum voluit Baronius Dioniſij Alexandrini verbis, vt ex ſupra dictis conſtat: Vbi Mornæus.

Ennodius Magnus Chriſti cõfeſſor.

Pag. 80.

Aduertat (inquit) *hic lector hominis fidem. Nouato ſchiſmatico ſcribebat Dionyſius, qui ad Epiſcopatum ſe vi adactum credi volebat.*

Quã appoſita fuerit probatio Baronij, demõſtratur cõtra Mornæum.

QVàm bona fide, quamque accommodatè, ſententiam Ennodij, de martyrio enecatorum, in parte Symmachi legitimi Pontificis à ſchiſmaticis Laurentianis, comprobarit Baronius ex verbis Dionyſij Alexandrini, nobis eſt facilè demõſtratu. Loco citato Euſebius: *Videamus* (inquit) *quænam ipſe Dionyſius ad Nouatũ Eccleſiam Romanam id temporis perturbantẽ, præſcripſerit.* Quare verò Nouatus perturbabat Eccleſiam? niſi quia curarat eligi in ſchiſmate Pontificem cõtra Cornelium legitimè electum, licet eo ſe ab alijs compulſum eſſe ſimularet: ſed ex ſententia Dionyſij Alexandrini debuiſſet potius mortem ſubire, quàm pati, ſe in ſchiſmate eligi, qui & illud verum Martyriũ reputat, quod quis patitur, ne ſchiſma in Eccleſia fiat, immò plus habere illud commendationis, quã, quod ſuſcipitur, ne Idolis immoletur: *Nam in hoc* (inquit) *pro vna quiſque anima ſuffert martyrium, in illo autem pro tota Eccleſia.* Verùm, cum electus fuiſſet in ſchiſmate Laurentius contra Symmachum, legitimum Pontificem, vt Nouatus cõtra Cornelium, qui adhærebant Symmacho, legitimi Paſtoris vocẽ ſequebantur, ægre ferebant Eccleſiæ diſcindi concordiam, mortem pati elegerunt magis, quã Epiſcopo ſchiſmatico adhærere. Quidni igitur, ex ſententia Dionyſij, verũ ſit, quod ſcribebat Ennodius, necatos in hoc ſchiſmate martyrij dignos fuiſſe corona, & illos gloria confeſſionis nobilitatos, qui aliquid ea de cauſſa paſsi eſſent? In quo igitur ſuſpecta fides Baronij, qui & auctoritate totius Eccleſiæ idem confirmat? *Nam ſcimus* (inquit) *Conſtantinopolitanam Eccleſiam necatos Clericos à ſchiſmaticis, tempore S. Ioannis Chryſoſtomi, æquè martyres coluiſſe, cuius probaſſe conſtat iudicium vniuerſam Eccleſiam Catholicam, eoſdem Martyres pariter venerantem.*

Ratio diſcriminis inter prædicta martyria.

Clerici à ſchiſmaticis necati, habiti martyres ab Eccleſia Conſtantinop. & alijs.

Synodum quartam Romanam ſub Symmacho, à Theodorico Rege indictam oppugnat Mornæus: vbi tamen fatetur, Epiſcopos in principio admonuiſſe, ius conuocandi ad Epiſcopum Romanũ pertinere: & id conſtat ex Actis eiuſdem Concilij. Ergo iudicarunt tum Epiſcopi, ius conuocandorum Conciliorum nõ penes Regem fuiſſe, ſed penes Romanum Pontificẽ: & Theodoricus Rex, ipſum quoq; Papã in colligenda Synodo voluntatem ſuam litteris demonſtraſſe, ſignificauit: vnde à manſuetudine eius paginæ poſtulatæ ſunt, quas ab eo directas conſtabat; haſq; dari Sacerdotibus ſine tarditate conſtituit; Et ipſe Symmachus de euocatione Synodali Clemẽtiſsimo Regi gratias retulit, & rẽ ex deſiderio ſuo eueniſſe, teſtatus eſt: Vnde ſubiũgitur: *Cauſſa ergo de Sacerdotum animis, quæ de Concilio nondum firmato triſtitiam miniſtrabat, abſciſſa eſt.* Sentiebant enim Epiſcopi, Conciliũ hoc ſine Pontificis aſſenſu, ratum eſſe non poſſe: & Theodoricus reueretur culmen Apoſtolicæ ſedis, cũ profert litteras Symmachi, & nonniſi illius aſſenſu, ſe Concilium Epiſcoporũ conuocaſſe oſtendit: & Symmachus non coactus, ſed ſpontè de obiectis criminibus, iuri ſuo cedens, ſe iudicio inferiorum iudicãdum permiſit; Neque id vnius Ennodij teſtimonio, ſed & ſacrorum Canonũ auctoritate firmatur apud Gratianum 9. q. 3. Iuonem p. 5. cap. 10. *Aliorũ hominũ cauſſas Deus voluit homines terminare: ſed ſedis iſtius præſules ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio: voluit, B. Petri Apoſtoli ſucceſſores cælo tantum debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſsoris indagini inuiolatam exhibere conſcientiam, &c.* Si id non credidit Theodoricus (in quo tamen fallitur Mornæus) quid ad nos? An verò non pluris debemus facere ſacros Canones, & Epiſcoporum iudiciũ in cauſsis Eccleſiaſticis, quàm vnius Regis Ariani perſuaſionem? Expendamus pauliſper rationem iſtius:

Ius conuocãdi Concilia non penes Regem, ſed penes Rom. Pont.

Theodoricus Rex Romanã Synodum ex Symmachi Rom. Pont. volũtate cõuocauit.

Symmachus ſpõte ſe inferiorũ iudicio ſubiecit.

Solus Deus Pontificum Rõ. iudex.

Quia Metropolitani in Metropolitanum (inquit) *nulla ſit poteſtas, vbi, ex diuerſis prouincijs conflabatur Synod. auctoritate Regia erat opus; Et verò huc conueniebant Ligures, Aemiliani, Veneti,*

Pag. 80.

neti, Epiſcopi Rom. cauſſā iudicaturi.

Auctoritas Regia non ſit ad Generales Synodos neceſſaria.

ERgo ex ſententia Mornæi nunquàm ex toto orbe poterit cōuocari Synodus Epiſcoporum; ſiquidem nullius Regis auctorit. s vnquam ſe porrigit tantum. Si igitur nullus in orbe Epiſcopus habet iuriſdictionem in cæteros Epiſcopos. & ius eos conuocandi, cum Imperatoris ipſius, Regum, ac cæterorum Principum certis prouinciarum limitibus circumſcripta ſit iuriſdictio: cuius tandem erit ex toto orbe Chriſtiano cogere Synodum Epiſcoporum? Neque verò ſatis conſtat, an Theodoricus omnium prouinciarum dominium obtineret, vnde Romā Epiſcopi conuenerant. Metropolitani quidem in Metropolitanum nulla eſt poteſtas, at in Metropolitanos ipſos, ex Canone ipſo Chalcedonenſi, quem toties nobis Mornæus inculcauit, Patriarchæ ipſi habebant poteſtatem, & ius eos creandi. Quid igitur abſurdi, ſi & dicamus, ipſum Pontificem Romanum in ipſos Metropolitanos, qui conuocabantur, ius, & poteſtatem habuiſſe? Sed obijcit, quod habet ipſa Synodus:

Patriarcha in Metropolitanos habet poteſtatem.

Pag. 80. *Sancta Synodus apud Vrbem Romam ex præcepto glorioſiſſimi Regis Theodorici, diuerſis è regionibus congregata.*

IAm reſpondimus, ex confeſſione ipſius Regis, eam non ſine auctoritate, & nutu ipſius Pontificis Symmachi coactam eſſe: & aliæ Synodi Romæ habitæ ſunt ſub Symmacho, quibus conuocandis non acceſſit Theodorici Regis auctoritas. Quid, quod in eadem Synodo abrogauit ea, quæ ab Odoacre Rege itē Ariano, prædeceſſore Theodorici, fuerant per Baſilium Patricium contra Eccleſiaſticam immunitatem vſurpata? vbi conſtat, & eum, propoſita cauſſa Anaſtaſij Imperatoris hæretici, rogata ſententia ſingulorum, communi omnium cōſenſu eum excommunicaſſe: tanta Pōtificis in Synodo, non verò Regis, erat auctoritas. Quod ſi Theodoricus Petrum Altini Epiſcopum Romam delegauit, qui, viſitatoris partes agens, de criminibus Symmacho impoſitis quæſtionem haberet; Verùm apertè Anaſtaſius. *Sed* (inquit) *Canones prohibebant, & coacta Synodo à Symmacho centumquinquaginta Epiſcoporum damnatur tanquam inuaſor ſedis Apoſtolicæ, & Laurentius Nucerinus, quia, viuo Epiſcopo Symmacho, inuaſerunt ſedem eius.* Sed obijcit Mornæus.

Eccleſiaſtica immunitas ab Odoacris vſurpatione vindicata.

Anaſtaſius Imp. à Symmacho excommunicatus.

Petrus Altinas, et Laurentius Nucerinus à Symmacho damnati.

Pag. 80. *Decernere aliquid Synodus ſine Regia notitia non præſumpſit. Et iuſſus eſt Regis præceptionibus Papa Symmachus, cum impugnatoribus ſuis in diſceptatione confligere corā Patribus* (inquit) *Synodi, qui quidem Principis in hac cauſſa commiſſarij.*

Symmachi poſtulata.

QVomodo hæc intelligantur; animaduertendum (vt ex Actis conſtat) à Synodo duo poſtulaſſe Symmachum, vnū vt Viſitator, qui contra religionem, contra ſtatuta veterum, vel contra regulas maiorum à parte Cleri, vel aliquibus Laicis fuerat poſtulatus, ex ordinatione Epiſcoporum cederet; alterum, vt omnia, quæ per ſuggeſtionem inimicorum ſuorum amiſerat, ante iudicium ipſi redintegrarentur. Digna res viſa eſt maximo Sacerdotum numero, quæ mereretur effectum: nam ſpoliatos ante omnia reſtitui Eccleſiaſticæ leges iubent. Verùm, cùm Regis auctoritate, non ſine Pontificis aſſenſu (vt dictum eſt,) qui in cauſſa propria cum impeteretur aduerſariorum calumnijs, voluit cedere iuri ſuo, & ſpontè ſe ſubmittere Synodo, Synodus conueniſſet, nō præſumpſit aliquid ſine Regia notitia. Placuit autem Regi, vt Symmachus ante reſtitutionem iudiciū ſubiret. Id igitur ſignificatur verbis ſequentibus, quæ à Mornæo citantur: *Iuſſus eſt Regis præceptionibus Papa Symmachus ante patrimonij, vel Eccleſiarum, quas amiſerat, receptionem, cum impugnatoribus ſuis in diſceptatione confligere.* Verum notanda verba, quæ ſequuntur: *Qui poteſtatis ſuæ priuilegia, æquè pro conſcientia (quantum iuſtè æſtimamus) emendatione ſubmiſerat, nec hæc voluit vice reſumere.* Quid hoc innuit aliud, quàm quod non tenebatur aut Regis ſe committere poteſtati, aut Epiſcoporum ſubire iudicium: ſed id ſpontè fecit ad euitandum ſcandalum, ne putarentur vera crimina, quæ ab aduerſarijs obijciebantur, & vt innocentia ſua, atque integritas omnibus innoteſceret? Neq; tam Regis illi extiterunt, quàm Pontificis commiſſarij, qui nō agnouerunt eam legitimam Synodum, niſi probaretur coacta Pontificis aſſenſu, & auctoritate, & qui potius ſuam cauſſam illis commiſit, quàm à Rege ſit commiſſa.

Qua in re Symmacho non aſſenſit Rex.

Cur Symmachus inferiorū iudicio ſe ſubmiſerit.

Notandum verò inſigne dictum Regis, quod ibidem habetur de cauſſis Eccleſiaſticis. *In Synodali eſſe arbitrio, in tanto negotio ſequenda præſcribere, nec aliquid ad ſe, præter reuerentiam, de Eccleſiaſticis negotijs pertinere: committens etiam poteſtati Pōtificum, vt ſiue propoſitum vellent audire negotium, ſiue nollent, quod magis putarent vtile, deliberarent, dummodo venerandi prouiſione Concilij pax in Ciuitate Romana Chriſtianis omnibus redderetur.* Vbi Mornæus.

Theodoricus cauſſā Symmachi vel ad ſe nō pertinere, Synodo dimiſit.

Hic igitur (inquit) *an non auctoritatem ſuam integram tuetur? Et ſi quàm pro ſua prudentia, et modeſtia Synodo impertitur, num idcirco Epiſcopus Romanus ſibi aſſerat?* Pag. 80.

SEd nihil mirum, ſi ſacrilegus, & hæreticus Mornæus hæretico Regi, vtpotè Theodorico Ariano, ius in Eccleſias, ac Epiſcopos ipſos, vel inuito, ac reluctanti tribuat: Agnouit ille, non eſſe ſui iuris conuocare Epiſcopos ad Synodum: auctoritate Symmachi Papæ, vt ex eius teſtimonio conſtat, id perficiendum curauit, & ab ipſo Pontifice litteras ea de re ad Epiſcopos, vt ſe ad Synodum ſtatuta die conferrent, dari voluit. At Mornæus, nullam fuiſſe Pontificis Symmachi, ſed Theo-

Theodorico Regi Ariano, vel inuito, Mornæus tribuit ius in Eccleſias & Epiſc.

Digitized by Google

Theodorici Regis Ariani auctoritatem conuocandæ Synodi Epiſcoporum affirmat. Significauit idem Rex, nihil ad ſe pertinere, præter reuerentiam, de Eccleſiaſticis negotijs, vt totam auctoritatem de his tractandi penes Epiſcopos eſſe intellexerit; at Mornæus eundem vult Synodo auctoritatem tribuiſſe. Aliqua certè religionis nota in Rege illo, quantumuis Ariano; cùm ne minima quidem ſcintilla in Mornæo, ſeditionis face, & omnibus ad vnum Caluiniſtis conſpiciatur. Chriſtianorum paci vult in primis proſpectum in Ciuitate Romana; nā religioſi Principis eſt, non modo ſaluti Reipublicæ, ſed & paci Eccleſiarum conſulere; immò vix hæc duo ab inuicem poſſunt diſiungi. Patres Synodi in purgatione ipſius Symmachi ita inquiunt: *Secundùm principalia præcepta, quæ noſtræ hoc tribuunt poteſtati, ei quicquid Eccleſiaſtici intra ſacram Vrbem Romam, vel foris iuris eſt, reformamus.* Vbi Mornæus.

Theodoſius Arianus minus irreligioſus, quàm Mornæus, & Caluiniſta.

Num proinde totius Orbis Epiſcopum eum ipſo iure cenſent? Pag. 81.

NOn certè, qui reliquos Epiſcopos excludat, ſed tamen, qui in omnes poteſtatē habeat, & cùm Epiſcopum Romanum legitimum eum agnoſcant Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſorem; ex conſequenti vniuerſalis Eccleſiæ Catholicæ Paſtorem, cui omnes Chriſtiani ſubijciātur, cum neceſſe eſt agnoſcant; quandoquidē Pontificatus Eccleſiæ vniuerſalis Epiſcopatui Romano intelligitur annexus.

Rom. Epiſc. non ita eſt totius orbis Epiſcopus, vt reliquos excludat.

Superiora amplius confirmata voluit Mornæus.

Cùm eodem (inquit) tempore Agathenſem in Septimania Orthodoxorum Synodum Alarici Gotthorum Regis, & quidem Ariani auctoritate, conuocatam legamus. Pag. 81.

Id autem ſic probat Mornæus.

Quod in Actorum exordio ipſi profitentur Patres, Cum in Dei nomine ex permiſſu Regis, in Agathenſem Ciuitatem ſancta Synodus conueniſſet. Pag. 81.

AN verò ideò quia permiſit Rex, conuenire Synodum Epiſcoporum; eum conuocaſſe Epiſcopos intelligemus, aut præfuiſſe ipſi Synodo, aut ad eum ſpectaſſe iudicium ferre, vel aliquid ſtatuere de Canonibus, qui in ea Synodo ſanciti ſunt? Quandò quis aliquid permittit, num ideò illius auctor intelligēdus eſt? Præfuit ei Synodo S. Cæſarius Arelatenſis, præſentibus vigintinouē Epiſcopis: ſi ex permiſſione Alarici Regis Ariani congregati, in ipſo limine Synodi pro ſalute Regis precati ſunt; nihil miri, cū antiquitus pro Imperat. Ethnici ſalute Chriſtiani Deum orarent, quorum tamen auctoritate non conuocabant Synodos; immò qui collegia in odium Chriſtianorum prohibuiſſent. Quoad Aurelianēſem Synodum primam, Clodoueus Rex Concilium Epiſcoporum fieri quidem poſtulauit, vbi Canones tres, & triginta conditi leguntur; cui Synodo nec præfuiſſe, nec auctoritatem dediſſe condendi eos Canones Rex intelligitur, etſi Regi, quę in Concilio acta eſſent, inſinuarint. Conuocauit autem Epiſcopos, idque conſilio S. Remigi, qui nimirùm perſuaſum voluerit tanto Regi nouo Chriſtiano, tunc ipſi cuncta dextere proceſſura, cum primùm omnium religionis ſtatui, & Eccleſiæ proſpexerit; neque enim negamus, Regum eſſe, nō minus proſpicere religioni, & Eccleſiæ, quàm Reipublicæ: cùm tamen eorum ſit leges ciuiles condere, & Rempublicam adminiſtrare; Epiſcoporum verò, Canones ſancire, & Eccleſiam gubernare. Obijcit Mornæus:

Alaricus Synodū Agathenſem fieri nō iubet, ſed permittit.

Cōcil. Aurelianenſi I. Clodoueus Rex nō præfuit.

Rex in ſuo diplomate pari eos (Epiſcopos Synodi Aurelianenſis) *reuerentia, ac ipſum Romanum Epiſcopum, affatur; Dominis ſanctis, & Apoſtolica ſede digniſſimis Epiſcopis, Clodoueus Rex. Et inferius. Orate pro me Domini ſancti, & Apoſtolica ſede Papæ digniſſimi.* Pag. 81.

SEd nimirùm adhuc tempore Symmachi, Papæ nomen omnium Epiſcoporum fuiſſe commune, non diffitemur, vt non mirum ſit, ſi Rex Epiſcopos Papas vocet. Quòd eos dicit, *Apoſtolica ſede digniſſimos*: vtique omnes Eccleſiæ, & Epiſcopales Cathedrę, vt ab Apoſtolis ſunt inſtitutæ, aut ab Apoſtolorum ſucceſſoribus, & Apoſtolica auctoritate, ideoq; latius accepto vocabulo, ſedes Apoſtolicæ dicuntur. Addo, quòd Epiſcopi præſunt Eccleſię Catholicę, quę & Apoſtolica dicitur, licet in partem ſolicitudinis aſſumpti, & quilibet ſuæ diœceſi: vnde ſede Apoſtolica, hoc eſt Epiſcopali officio, & dignitate dicuntur digniſsimi; cū tamen ſpecialiter, & ſingulari ratione, vt alibi oſtenſum eſt, ſedes Apoſtolica Romana Eccleſia intelligatur; & Dominus Apoſtolicus vnus Romanus Pontifex appelletur. Hæretico, pro ſuo more, cachinnari liceat.

Papæ nomē olim commune omnib. Epiſcopis.

Quo ſenſu omnes Eccleſiæ, et Epiſcopales Cathedræ dici poſſint Apoſtolicæ.

Bonus ille Clodoueus noſter (inquit) *à S. Remigio licet inſtitutus, Apoſtolicam ſedem non alibi, quàm Romæ eſſe, nondum didicerat.* Pag. 81.

ANnon verò, vt auctor eſt Hincmarus Rhemēſis Epiſcopus epiſt. 6. ad Epiſcopos Rhemēſis diœceſis cap. 11. *Hormiſda Pontifex vices ſuas S. Remigio per totum Regnum Galliarum commiſit?* Intelligendus eſt igitur habuiſſe auctoritatem, & ius in Eccleſias illius Regni. Et Clodoueus Rex coronā auream cum gemmis (quæ *Regnum* appellari ſolet) Beato Petro, id S. Remigio Rhemenſi Epiſcopo ſuggerente, dixerit: vnde hoc niſi quia ſedem B. Petri Principis Apoſtolorū, cui tum præerat Hormiſda, præcipuo honore colebat?

Remigius Hormiſda Pont. Vicarius ab eo ꝑ Galliā conſtitutus.

Clodoueus Rom. Pont. agnouit ſupremū Eccleſiæ caput.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum decimumquartum.

Pag. 81. *Iam in hoc ſæculo, quo 500. à Chriſto anni clauduntur, &c.*

Conficta à Mornæo cauſſa Progreſſus Pontificatus.

OCcaſiones aliquot fingit Mornæus, vnde Romanis Epiſcopis bene gerendi facilitas.

Prima. *Imperatorũ abſentia, Cõſtãtinopoli vt plurimũ degẽtium, qui vt in fide Romanos continerent, libenter Epiſcopis Romanis gratificabantur, et eò* (inquit) *impenſius, quò ipſi Cæſarũ abſentia ad ſuam ambitionem gnauiter abuterentur.* Secunda. *Septentrionalium populorũ appulſus, an affluxus, quorũ duces ſeſe mutuo ſupplantabãt, expellebãt; et vt in Italia pedẽ fortius figere poſſent, eorũ gratiã omnibus adulationibus demerebantur.* Tertia. *Hæreſeon ſubinde pullulantiũ ſeges, quarum proceres modò in Africa, modò in Oriente profligati, damnati, vt iuri ſe ſubducerent, Romanorum Pontificum Primatu abutebãtur, ſeu appellationis ſpecie, ſeu retractationis ſpe, ad eos cõfugientes.* Poſtrema. *Omnes toto orbe amicitiam primæ ſedis Epiſcopi exãbiebant, cuius domiciliũ Vrbs primaria, Orbis epitome, in grauioribus rebus olim Conſilij fons, & origo.* Pag. 82.

Diſcutitur prima cauſſa Progreſſus.

HAE ſunt cauſſæ progreſſus Pontificiæ auctoritatis quas nobis producit Mornæus, quẽ quidem progreſſum non alio referimus, quàm in Verbum Dei Omnipotentis Matth. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Quàm verò fictitiæ ſint, & friuolæ occaſiones iſtæ Mornæi, procliue nobis oſtendere. Quoad primã ſi Imperatores (vt non diffitebitur Mornæus) curarunt tam ſolicitè, vt æqualibus priuilegijs gauderet Conſtantinopolitanus Epiſcopus, quibus Romanus Pontifex; neque eorum præſentia, & Vrbis dignitas, quæ ſedes eſſet Imperij, id efficere vnquam potuit; quid, quæſo, conferre potuit eorum abſentia ad progreſſum Romani Pontificatus? Deinde Imperatores Conſtantinopolitani magna ex parte fuerunt hæretici infeſtiſsimi ſedi Apoſtolicæ, quales eo ſeculo Zeno, Baſiliſcus, Anaſtaſius, plus æquo tribuentes Epiſcopis Conſtantinopolitanis, vt plurimum eorum perfidiæ aſſentientibus, Pontificis Romani mandata aſpernantibus. Quid igitur conferebant, vel abſentes, vel præſentes ad progreſſum Romani Pontificatus? Quòd ſi, vt fidem apud Romanos retinerent, gratificabantur Romanis Epiſcopis; nullum tamen inde ius in cæteras Eccleſias eis conferebant. Nec mirum certè, ſi quælibet ciuitas erga ſuum Epiſcopum, tanquàm præcipuam curam ſalutis eorum gerentem, benè affecta ſit, vt non minimi ſit momẽti illius auctoritas ad continendos populos in fide, vtque Principes inde facilè ſacris Antiſtitibus gratificentur; verùm id nihil iuris confert in alias Eccleſias. Non ergo inde progreſſus Pontificatus. Quid, quod ipſi Pontifices, aliquando Imperatores ipſos in ordinem redegerunt, minaces ad eos litteras ſcripſerunt, eoſdem anathemate percuſſerunt? cum tamen magis adblandiri debuiſſent, & gratificari: ſi ab illis putaſſent vllo modo pendere ſuam auctoritatem.

Diſcutitur ſecũda cauſſa.

Quoad ſecundam cauſſam: Quid, quæſo, cõtulit auctoritatis Pontificibus, Septentrionalium populorum, ferè hæretica labe infectorũ, appulſus, vel affluxus in Italiam; vnde, ſi rationem humanam conſulamus, potius foret deprimenda, aut extinguenda prorſus Pontificum auctoritas, niſi ſolidiori fundamento, hoc eſt, diuinis promiſsionibus niteretur? Quos verò ex Septentrionalibus illis populis iuuerunt Põtifices ad inuadendam Italiam, vel ad fortius in ea pedem figendum? aut ſi conſeruerunt inter ſe manus, à cuius partibus ſteterunt? Odoacer Erulorum Rex, in Italiam accerſitus contra Auguſtulum Oreſtis filium, electum ab exercitu Imperatorem; ſed ab his, qui Nepoti fauebant, non à Pontifice Romano, tum temporis Simplicio adiutus Theodoricus Gotthorum Rex in Italiam ingreſſus, bis occurrentem cum exercitu Odoacrem ſuperauit, ſemel ad Iſontium, atque iterum Veronæ. Quis eorum gratiam Felicis Papæ II. Simplicij ſucceſſoris adulationibus demeritus eſt, vt fortius pedem in Italia figeret?

Diſcutitur tertia cauſſa.

Quoad tertiam cauſſam, quis præter Romanos Pontifices in Africa, aut in Oriente profligauit hæreſes, aut hæreticos condemnauit? Quòd ſi aliquando ad eos appellarunt hæretici; certè, vel quia inuiti intellexerunt, quanta eſſet Romani Pontificis in controuerſijs fidei dijudicandis, vel hæreſibus condemnandis auctoritas, & putarunt, ſe eis facilè impoſituros; non autem quòd ſibi perſuaderent vnquam, ab vllo Romano Pontifice, pro quo Dominus in prædeceſſore Petro orauit, vt non deficiat fides eius, eorum hæreſim probatum iri,

Digitized by Google

iri. Catholici etiam ipſi Epiſcopi, nonne de grauioribus negotijs ex Africa, & ex Oriente ſemper ad Romanum Pontificem retulerunt, ac ſi quæ Concilia contra hæreticos coegerūt, eorum authoritate, quæ definita eſſent, firmari voluerunt?

Diſſoluitur quarta cauſa.

Quoad poſtremam cauſſam: Ambierint omnes amicitiam primæ ſedis Epiſcopi; an verò ideò probabile eſt, paſſuros fuiſſe ius aliquod Pontificem Romanum in eos ſibi vendicare, niſi id ſciuiſſent diuinitus illi tributum? Omnes Principes potentiorum ſe, ac dignitate ſuperiorum amicitiam quidem ambiunt; ita tamen, vt non patiantur, facilè, ſibi iugum imponi, neque eos extra limites ſuarum ditionū euagari. Hæc igitur ambitio nihil conferre potuit ad progreſſum Pontificatus. Nec tantùm amicitiam ſedis Apoſtolicæ Epiſcopi toto orbe ambierunt, ſed & Eccleſiam Romanā, in qua ſemper viguit Apoſtolicæ ſedis principatus, vt matricem, & radicem omnium Eccleſiarum venerati ſunt, illiuſq; Pontificem, vt Principem Epiſcoporum, & ſupremum iudicem controuerſiarum fidei, ac cauſſarum Eccleſiaſticarum coluerunt.

Et quia abyſſus abyſſum inuocat; ideò ad alias hæreticales blaſphemias vltrò Mornæus progreditur.

Pag. 82. *Eodem* (inquit) *ſæculo inuocatio, & adoratio Sanctorum, & Martyrum propagatur: Deorum illi in locum iam ſubeunt.*

QVàm antiqua ſit inuocatio, interceſsio, veneratio, cultusque Sanctorum, & Martyrum in Eccleſia; immò quam ſit ab initio naſcentis Eccleſiæ vſitata, id ita copiosè ex Patribus oſtenderunt multi, qui de hac re ex inſtituto contra hæreticos ſcripſerant, vt ſuperuacaneum ſit plura hoc loco contra Mornæum velle adferre, qui falsò ſcribit, hoc ſæculo 500. propagatam eſſe inuocationem, & adorationem Sanctorum, & Martyrum.

Sācti apud Catholicos non ſubeūt in locū Deorum Gentilium vt blaſphemat Mornæus.

Quis verò Chriſtianus ferat, ab hoc perfido homine eodē loco haberi Sanctos, & Martyres, templa ipſius Spiritus Sancti, quo inanes illos Deos, quos à Diabolo ſeducta, olim finxit antiquitas, nihilq; differre cultum, & inuocationem Sanctorum ab Idololatria, & cultu dæmonum? Hæc certe eadem blaſphemia eſt, quam ore ſacrilego profert Fauſtus Manichæus apud D. Auguſtinum lib. 20. cap. 2. *Sacrificia paganorum vertiſtis in agapas, Idola in Martyres, quos votis ſimilibus colitis.* Cui deinde cap. 21. reſpondet D. Auguſtinus: *Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur, atque orationibus adiuuetur: ita tamen vt nulli Martyrum, ſed ipſi Deo Martyrum ſacrificemus, quamuis in memorijs Martyrum conſtituamus altaria &c.* Poſt: *Colimus Martyres eo cultu dilectionis, & ſocietatis, quo, & in hac vita coluntur Sancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Euangelica veritate paſſionem paratum eſſe ſentimus. Sed illos tantò deuotiùs, quantò ſecuriùs poſt certamina ſuperata: quantò etiam fidentiore laude prædicamus iam in vita feliciore victores, quàm in iſta adhuc vſque pugnātes &c.* Poſteà oſtendit, longè nos alium cultum exhibere Sanctis Martyribus, quàm exhiberent pagani Dijs ſuis. *At verò illo cultu, quæ græcè, latria, dicitur* (inquit) *cùm ſit quædam propria Diuinitati debita ſeruitus, nec colimus, nec colendum docemus, niſi vnum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio ſacrificij, vnde Idololatria dicitur, eorum qui hoc etiam Idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam Martyri, vel cuiquam Sanctæ animæ, vel cuiquam Angelo &c.* Sed cultu latriæ colebant Deos ſuos, illisque offerebant ſacrificia Ethnici: igitur diſpar ratio. Valeant itaque iſtius Ethnici, in quo Vigilantij, & Fauſti Manichæi, & aliorum hæreticorum Spiritus reuixit, impoſturæ, & blaſphemiæ in Chriſtianam religionem, in vineam Chriſti Domini.

Sicut & antea Fauſtus Manichæus.

Non martyribus: ſed Deo Martyrū ſacrificium fit.

Cultus Latriæ Deo non martyribus defertur.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem Decimamquartam.

NVnc quæ in ſua oppoſitione Mornæus, effutiat, pauliſper expendendum.

Pag. 82. *Epiſcopo interim Romano* (inquit) *extra limites euaganti, non deerat ſubinde aliquis, qui frænum inijceret, quod nobis probatu facilius, ſi bonorum interceſſiones, & vſurpationes prauorum Eccleſiæ Miniſtrorum pari fide, & diligentia conſcripta fuiſſent.*

Mornæo quid ſit Romanum Pont. extra limites euagari.

POntificem Romanum, pro demandato ſibi à Deo officio, & prout omnium Eccleſiarum ſolicitudo illi incumbit, totius Ouilis Chriſti curam gerere, vbique locorum fidem aduerſus hæreticos, immò Principes, hæreſeon patronos, intrepidè tueri, hæreſesq; ipſas profligare: hoc eſt, Mornæo, omnium hæreſeon Cloacæ, *extra limites euagari*? Qui verò vnquàm Epiſcopo Romano frænum inijcere conati ſunt, niſi Principes hæretici, aut hæreſiarchæ ipſi? hos bonos ſcilicet intelligit? *Væ qui dicis bonum malum, & malum bonum; ponis tenebras lucem, & lucem tenebras.* At verò qui boni illi, qui interceſſerint, vt tamen eorum inter-

Hæretici antiqui Mornæo ſunt interceſſores probati, & boni Iſai. 5.

interceſsiones non pari fide ac diligentia conſcriptæ fuerint? *Quæ vſurpationes* (vt loquitur) *prauorum Eccleſiæ Miniſtrorum?* Nimirum cum ſua figmenta aliunde probare non poſsit, bonos nobis fingit, qui nunquam vel interceſſerint, vel etiam extiterint. Verùm non modò Sacris Canonibus ſancitum, ſed & cautum legibus Imperatorum, vt bonorum iſtorum, quos appellat Mornæus, hoc eſt hæreticorum libri, proſcriberentur, immò exurerentur, vnde fieri poteſt vt ſumma diligentia, & fide ſuas illi interceſsiones conſcripſerint, minimè tamen ad Mornæum peruenerint.

Hæreticorũ libri nõ ſolum Sacris Canonibus ſed & Imperatorum legibus proſcripti.

Pag. 82.

At ſaltem vidimus (inquit) *vt Leo in ordinem coactus fuerit, ne quicquam rugiens.*

IMmò ipſe non modò Anatolium Epiſcopũ Conſtantinopolitanum, ſed & Patres illos Orientales, qui, inſcijs, & poſtea reclamantibus Apoſtolicæ ſedis Legatis, canonem illum in Concilio Chalcedonenſi condiderant pro Primatu Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ poſt Romanam, in ordinem coegit, quin & Hilarium Arelatenſem. Sed de his ſupra ſuo loco.

Leo nũquã coactus in ordinem, ſed coegit.

Pergit Mornæus,

Pag. 82.

Ex Symmachi Epiſtola diſcimus, in Illirico, Dardania, & Dacia, quam ipſe malè habitus, & Romæ à Clero ſuo apud Theodoricum criminis accerſitus, vt ei non ſuccurrat illud hodie tantopere decantatum; Quis ei dicat, cur hoc facis?

PRimùm quidem legi poteſt epiſtola illa Symmachi ad vniuerſos Epiſcopos, Presbyteros Diaconos, Archimandritas, & cunctum ordinem, vel plebem per Illiricum, Dardaniam, & vtramque Daciam: qua eos monet, vt ab hæreticorum caueant communione.

Quòd ſi malè habitum ſe ea epiſtola ſignificat; certè non ab alijs, quàm ab ipſis hæreticis Eutychetis Dioſcori, Timothei Æluri, Petri Cnuphei, & Acacij ſectatoribus; vbi & ſcribit, illa his accidiſſe, quia Apoſtolicæ ſedis admonitionem negligẽdam eſſe credidiſſent, quæ ſolatio deſtitutis euenire ſolent. Malè igitur acceptus de facto, non de iure, ab hæreticis, non ab Orthodoxis. Quòd ſi factione aduerſariorum, id eſt ſchiſmaticorum Laurentianorum, Symmachus apud Theodoricum Regem plurium criminum reus accuſatur, agentibus id Feſto, & Probino Senatoribus, qui etiam teſtes ſubornatos Rauennam miſerunt ad Regem: annon videmus, illum inter tot, tanque potentes aduerſarios, tandem præualuiſſe, quin & Imperatorem Anaſtaſium, cui illi ſuffragabantur, nullis minis perterritum anathemati ſubiеciſſe, leges à Regibus latas contra libertatem Eccleſiæ, & Cleri abrogaſſe; ſeſe non coactum, ſed ſponte Synodo Epiſcoporum ſubiеciſſe? Quod verò Pontifex Romanus à nemine iudicari poſsit, quia Princeps eſt Eccleſiæ totius, ac proinde in terris ſuperiorem non habet, vt nemo illi dicat, *cur ita facis?* videndus inter cæteros Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice capit. 16. & ſequentibus.

Si Symmachus Pont. male habitus; certè ab hæreticis, ſeu de facto, non de iure.

Quantum ad epiſtolam illam Epiſcoporum Gallorum, Germanorum ad Anaſtaſium ſecundum in Collectaneis Auentini, vt notat in margine, & ex qua præcipuas ſententias eium hic inſerere non piget, an ficta ſit hæc epiſtola à Mornæo; vel qui Epiſcopi, & qua occaſione ad Anaſtaſium ſecundùm hæc ſcripſerint, fateor non mihi conſtare, nec vſquàm reperire potuiſſe hanc epiſtolam, nec Collectanea illa, quæ citat, Auentini, cuius apud me extant Annales Boiorum & cuius lego ab aliquot authoribus citata alia opera, nuſquàm tamen Collectanea. Addo, Authorem illum nõ magnæ eſſe apud nos authoritatis; præterea non lego, Pontifice Anaſtaſio ſecundo Concilium aliquod in Gallia, vel in Germania celebratũ, quò conuenerint gentis vtriuſque Epiſcopi, vt hanc epiſtolam potuerint ſcribere ad Anaſtaſium ſecundum. Et Sanctiſsimi quidem Epiſcopi in Gallia fuere eo ſæculo, vt patet ex Concilio Agathenſi, & Aurelianenſi primo, tempore Symmachi Papæ, & Clodouei Regis habitis, quos hæc certum eſt ad Anaſtaſium ſecundum non ſcripſiſſe; ſub id namq; tempus S. Remigius vixit, cui vices ſuas in toto Regno Clodouei Hormiſda Pontifex commiſit; & quod fuerit de Epiſcopis Romanis, non modo Epiſcoporum Gallorum, ſed & Regum Chriſtianiſsimorum, ac totius gentis iudicium, quãque illi Apoſtolicæ ſedis dictis audientes fuerint, ex Authoribus, qui perpetuis ſeculis ſcripſerunt, notum eſt. Iuo Carnotenſis epiſt. 240. ad Paſchalem ſummum Pontificem. *Nouit Paternitas veſtra, quia Regnum Francorum præ cæteris Regnis ſedi Apoſtolicæ ſemper fuit obnoxium.* Nec aliunde, quàm à Romanis Pontificibus miſsi ſunt, qui Galliam, & Germaniam Chriſtianæ religionis inſtitutis imbuerent, quorum authoritate Cathedrales Eccleſiæ apud illas nationes inſtitutæ; vt mirandum non ſit, ſi Galliarum Epiſcopi ad Leonem Papam aliquando ſcripſerunt, ſe gratias Domino agere, quòd tantæ fidei Antiſtitem dediſſet Apoſtolicæ ſedi; Vnde (inquiunt) *Religionis noſtræ propitio Chriſto, fons, & origo manauit*; Et Gregorius Magnus lib. 4. Indict. 13. epiſt. 51. ad Virgilium Arelatenſem Epiſcopum: *Quia cunctis liquet, vnde in Galliarum regionibus fides ſancta prodierit, cùm priſcam conſuetudinem ſedis Apoſtolicæ fraternitas veſtra repetit; quid aliud, quàm bona ſoboles ad ſinum Matris Eccleſiæ recurrit?* Gregorius VII. lib. 8. Regiſtri epiſt. 21. ad Suetonum Regem: *Gallicana ſiquidem Eccleſia non vos alienis documentis inſtruxit, ſed, quod de theſauris Matris ſuæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ accepit, ſalubri vobis eruditione contradidit.* Vnde verò S. Dionyſius Areopagita, aut primi illi Epiſcopi ordinati, & miſsi in

De epiſtola quadã Epiſcoporum Gallorũ & Germanorum ad Anaſtaſiũ.

Gallia ſemper Põtifici deditiſſima.

Religio in Gallijs ex Apoſtolica ſede deriuata.

ſi in

ſi in Gallias ad prædicandum Chriſti Euangelium, de quibus Gregorius Turonenſis libro 1. Hiſt. Francorum cap. 30. niſi à Romana Eccleſia? maximè cùm idem expreſsè doceat lib. 10. cap. 31. Gratianum primum Epiſcopum Turonenſem anno Imperij Decij primò à Romanæ ſedis Papa tranſmiſſum eſſe. Inde certè conſtare poteſt, quod nam perpetuò fuerit Epiſcoporum Gallorum de Romanis Epiſcopis iudicium; vt ad præcipuas ſententias epiſtolæ à Mornæo citatæ non ſit alia reſponſione opus.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum decimumquintum.

NVnc de Hormiſda Symmachi ſucceſſore anno 518.

Pag. 82. *Nec iſte (*inquit*) ſegnis in Occidente, ſi epiſtolis eius fides. Vicarios in diuerſis Prouincijs conſtituit &c.*

Hormiſda Symmachi ſucceſſor.

EXſtat epiſtola ipſius Hormiſdæ ad S. Remigium, qua ei vices ſuas in Regno Francorum committit: *& hanc epiſtolam germanam eſſe Hormiſdæ, recognoſces* (inquit Baronius ad annū Chriſti 514) *ex eiuſdem Pontificis ſcribendi ſtylo, ſi conferas cum alijs eiuſdem Papæ epiſtolis &c. quòd enim moris eſſet, vt recens creatus Romanus Pontifex, immenſæ molis opus, totius Catholici orbis curam, cum Collegis Coepiſcopis, in diuerſis prouincijs partiretur, & vices ſuas eiſdem abſentibus delegaret; non ad Remigium tantùm iſta conſcripſit, ſed ad alios, in alijs prouincijs exiſtentes, maioris ordinis Sacerdotes, eiuſdem argumenti litteras dedit, vices ſuas ijſdem delegando &c.* Hæc ibi Baronius.

Variæ Epiſtolæ Hormiſdæ, apud varios.

Hanc epiſtolam Hormiſdæ Papæ ad S. Remigium habes etiam citatam apud Hincmarum epiſt. 6. cap. 11. vbi oſtendit, & alios Pontifices, iuxta morem antiquum, alijs in Gallia, vel alibi ſuas vices commiſiſſe. Extat eadem epiſt. apud Surium in vita S. Remigij 13. Ianuarij. Ita Auito Viennenſi in Gallia Narbonenſi potuit committere vices ſuas. Extat eiuſdem epiſtola 59. ad Ioannem Tarraconēſem, & 61. ad Saluſtium Hiſpalenſem Epiſcopos, qbus eos in illis Prouincijs Vicarios ſuos inſtituit: neq; verò, vt nugatur Mornæus,

Hormiſda Pōt. varios varijs in locis ſibi Vicarios inſtituit.

Pag. 83. *Vt ſupra fratres ſuos ſe extollerent, hunc titulum ab eo lubenter accipiebant;*

NEc enim, niſi agnouiſſent, eum habere iuriſdictionem in alias Eccleſias, eum ab eo titulum accepiſſent: & ipſe Auitus ad Hormiſdam ſcribens, eum vniuerſalis Eccleſiæ præſulem agnoſcit: *Dum religionis* (inquit) *ſtatui, & plenis Catholicæ fidei regulis perſpicitis conuenire, vt gregem per tota vobis vniuerſalis Eccleſiæ membra commiſſum, peruigil cura veſtræ adhortationis informet, Viennenſem Prouinciam ſuperiore anno, ſi meminiſſe dignamini, datis ad humilitatem meam litteris, viſitaſtis &c.* Ergo, ex ſententia Auiti, doctrina, & Sanctitate eximij Viennenſis Epiſcopi, præerat Hormiſda Pontifex Romanus vniuerſalis Eccleſiæ, & poterat per eundem viſitare Viennenſem Prouinciam, eumque ibi ſuum Vicarium inſtituere. Neq; veriſimile eſt, tam Sanctum Epiſcopum, qualem eum fuiſſe, teſtantur Gregorius Turonenſis libro 2. hiſt. Francorum ca. 34. & Ado Viennenſis in Chronico anno 492. & qualem præterea eum Eccleſia veneratur, talē titulum ab Hormiſda accipere voluiſſe, vt ſe ſupra fratres ſuos Coepiſcopos extolleret: & certè is titulus nullus fuiſſet, niſi ab habente iuriſdictionem eſſet collatus: & cœteri Epiſcopi nullam in ſe, aut Hormiſdæ, aut Auiti iuriſdictionem agnouiſſent, niſi Romanum Pontificem, vt Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſorem, toti Eccleſiæ præeſſe intellexiſſent. Nequè etiam, vt aliorum cupiditati adblandirentur Pontifices, aut ſuæ indulgerent, Vicarios inſtituebant. Longè certe aliam rationem adfert Gregorius Magnus lib. 4. Indict. 13. epiſt. 52. ad Epiſcopos Galliarum; De Virgilio Arelatenſi eis Prælato, & vices Apoſtolicæ ſedis gerente, hęc inter alia ſcribit. *Quia vnum quodque tunc ſalubriter completur officium, cùm fuerit vnus, ad quem poſſit recurri, præpoſitus, idcircò opportunum eſſe perſpeximus, in Eccleſijs, quæ ſub regno præcellentiſſimi filij noſtri Childeberti Regis ſunt, ſecundùm antiquam conſuetudinem fratri noſtro Virgilio, Arelatenſis Ciuitatis Epiſcopo. vices noſtras tribuere, quatenus, & Catholicæ fidei integritas, id eſt, ſanctarum quatuor Synodorum, Deo protegente, ſolicita deuotione ſeruetur: & ſi inter fratres, Conſacerdoteſque noſtros aliqua euenerit fortè contentio, authoritatis ſuæ vigore, vicibus nempe ſedis Apoſtolicæ functus, diſcreta moderatione compeſcat:* ſupra autem ſcripſerat. *Ad hoc diuinæ diſpenſationis prouiſio gradus diuerſos, & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt, dùm reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordiæ fieret ex diuerſitate contexio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret.* Hac igitur ratione, non ea, quam fingit Mornæus, Pontifices in Prouincijs remotis Vicarios inſtituebant; & illi, non vt ſupra fratres ſuos ſe extollerent, ſed vt Pontificum onus in cura Paſtorali ſubleuarent, operamq; ſuam Eccleſiæ præſtarent, eum titulum accipiebant.

Auitus Viennenſis Epiſcopus Hormiſdā vniuerſalis Eccleſiæ Præſulem fatetur.

Figmentū Mornæi quā nihil in Auit. ꝯ quadret.

Cur Pontifices inſtituerent ſibi Vicarios.

In

Pag. 83.

In Oriente (inquit) *non ſecùs componendarum in religione controuerſiarum, et Synodi Chalcedonenſis conſtabiliẽdi prætextu, Legatos ad Imperatorem Anaſtaſium mittit, qui aduerſam partem tuebatur.*

Hormiſda Legatos mittit in Graciam.

ITa Anaſtaſius Bibliotec. in Hormiſda teſtatur. *Eodem tempore ex conſtituto Synodi miſit in Graciam, humanitatem oſtendens ſedis Apoſtolicæ, quia Græci obligati erant ſub vinculo anathematis, propter Petrum Alexandrinum & Acacium Cõſtantinopolitanum Epiſcopos, ſub Ioanne Epiſcopo Cõſtantinopolitano, cum Conſilio Regis Theodorici.* Vbi correctoris Mornæi gloſſa,

Permiſſu (inquit) *dicere noluit.*

Fidei formula Legatis data, quã redire ad fidē cupientes profitentur.

D*Irexit Ennodium Epiſcopum Ticinenſem, & Fortunatum Epiſcopum Catenenſem, & Venantium Presbyterum vrbis Romæ, & Vitalem Diaconum ſedis Apoſtolicæ, & Hilarium Notarium ſedis ſupradictæ.* Extat Indiculus illis datus, quo præſcriptum, quid Conſtantinopoli agere deberent, & fidei formula, quam ad fidem redire cupientes profiterentur, præſcripta; *Vt Sancta Synodus Chalcedonenſis, & epiſtolæ Sancti Leonis Papæ ſeruentur: Vtq; clementiſſimus Imperator conſentiens debeat pietatis ſuæ Sacra generalia ad vniuerſos Epiſcopos deſtinare, in quibus ſignificet, prædicta ſe, & credere, & vendicare. Conſentientes etiam Epiſcopi in Eccleſia, præſente plebe Chriſtiana hæc prædicare debeant: Amplectiſe ſanctam Synodum Chalcedonenſem, & Epiſtolas Sanctiſſimi Papæ Leonis, quas ſcripſit contra hæreticos Neſtorium, & Eutychetem, & Dioſcorum, ſed & contra ſequaces eorum, Timotheum Aelurum, Petrum, vel contra eos, qui in ipſa cauſſa tenentur obnoxij: ſimul etiam, & Acacium, qui quondam Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ fuit Epiſcopus, ſed & Petrum Antiochenum anathematizantes cum ſocijs eorum.* Vbi Mornæus,

Pag. 83.

Nec iniucundum (inquit) *obſeruare, in Legatorum mandatis, vt omnes eis greſſus admetiatur; omnia verba minutim præſcribat &c.*

Minuta inſtrutio Legatis dari ſoluta.

Hormiſda prudentia & cautela cum Imperatore Orientis hæretico

AN verò hoc inſolitum eſt, vt minutim omnia Legatis præſcribantur, quibus nec licet fines excedere mandati; alioqui enim eſſet παραπρεσβεία perperam obita Legatio. Hinc verò intelligitur Baronij obſeruatio ad annum Chriſti 515. quanta ſcilicet agat prudentia Romanus Pontifex, quantaque cautela tractet cum hæretico Principe, pollicente, licet, ſe Catholicam fidem integrè profiteri, vt & illud in primis ab eo exigat, vt, publica edicta ſanctione, in omnibus, quibus imperat locis, innoteſcere faciat, ſe in omnibus aſſentiri Catholicæ fidei, ipſi exhibitæ per Legatos Romani Pontificis: quod ſi facere renuat, eum indignum putat Apoſtolicæ Eccleſiæ communione; ſicque cogit, vt cuncta antea præſtet, quæ Catholicum decent Imperatorem, vt ſic in omnibus proſpectum eſſet Catholicæ Eccleſiæ maieſtati, atque Romani Pontificis authoritati, qua perfidus conaretur abuti ad ſua ipſius ſtudia confouenda, & labentem ſtatum Imperij ſolidandum. Quia verò Eutychianus erat hæreticus, Anaſtaſius inſectator Concilij Chalcedonenſis, & Orthodoxorum perſecutor, ob idquè antea à Symmacho Papa meritò excommunicatus, ideò non prætextu Concilij Chalcedonenſis conſtabiliendi, vt nugatur Mornæus, Legatos in Orientẽ mittebat; ſed hoc vnum illi erat propoſitum, vt Imperatorem, & Orientales ad profeſſionem fidei Orthodoxæ, & communionem Apoſtolicæ Eccleſiæ reduceret; quo certè nihil ſanctius, & animarum ſaluti ſalubrius ſibi tantus Pontifex proponere poterat; & ipſe Imperator Anaſtaſius, datis ad eum initio litteris, præſeferebat, ſe magno teneri deſiderio, vt diſſidia orta in Eccleſia, etiam coacto Concilio, componerentur. Sed hic Mornæus,

Cur Hormiſda Legatos in Orientem miſerit.

Pag. 83.

Interim vt zelum ſuum erga hanc Synodum oſtentet, à Decreto illo præcipuo, quo Epiſcoporum fines regebantur, recedit &c.

Hormiſdæ tepore nec Romæ, nec Conſtantinopoli actũ de Canone quo priuilegia Eccleſiæ Conſtantinop. continebãtur.

ATqui nunquàm Romæ apud Hormiſdam, vel Conſtantinopoli apud Legatos, actum de eo decreto: nec tùm erat contentio de priuilegijs Conſtantinopolitani Epiſcopi, ſed de profligandis hæreſibus, quæ tùm miſerè vexabant Orientem, & de conſtabilienda fide Synodi Chalcedonenſis, ac de epiſtolis Papæ Leonis, quas contra Eutychem & Dioſcorum, & alios hæreticos ſcripſerat, recipiendis. Si quando verò Pontifex proteſtatur, ſe nihil præter Synodum Nicœnam agnoſcere; non vtique excludit Concilium Chalcedonenſe, de quo conſtabiliendo per Orientem magis tùm agebatur, quàm de Nicœno: neque contraria erat fides Concilij Chalcedonenſis de Incarnatione verbi contra hæreticos Dioſcorum, & Eutychem, fidei Nicœni Concilij, de diuinitate Filij, & conſubſtantialitate cum Patre, contra impium Arium; neque alia fides condita in Chalcedonenſi Synodo, præter fidem Concilij Nicœni; ſed canon ille, quem toties inculcat Mornæus, de æqualibus priuilegijs Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ cum Romana, pugnabat cum Canone Concilij Nicœni; immò ita cum inſtitutione diuina, vt Patres illi à Leone poſtulantes, confirmari Acta Concilij, eorundem priuilegiorum Conſtantinopolitanę cum Romana Eccleſia nec auſi ſint meminiſſe. Sed de his iam ſatis ſuo loco. Hoc vnum iſti hæretico propoſitum eſt, vt quacunque ratione exagitet Romanos Pontifices: eò non laudat Hormiſdam, quòd tam gnauiter laboraret in reſtituenda fide Catholica per Orientem, quod inficiari non poteſt; ſed ei criminis loco obijcit, quòd à decreto illo præcipuo, quo Epiſcoporum fines regerentur,

Quo ſenſu Hormiſda Pot. proteſtatus, ſe nihil præter Synodũ Nicœnam agnoſcere.

rentur,

rentur, apertè recederet; quòd falſum eſt, cum de decreto illo nunquàm actum: & ſi quis Epiſcopus Conſtantinopolitanus tùm temporis contendit de primatu cum Romano Pontifice, non certè alius potuit eſſe, quàm Timotheus ille, in locum Macedonij Catholici ab Anaſtaſio Imperatore intruſus; ſed ille, cum hæreticus eſſet, & anathematizaſſet Concilium Chalcedonenſe, non potuit illius niti decreto pro ſuo Primatu:

Pag. 83.

Ne in Canonem (inquit) Conſtantinopolitanum, & Chalcedonenſem, tanquam in laqueum ſeſe induat.

AN verò Conſtantinopolitano Canone veteris, & nouæ Romæ priuilegia coequantur? *Conſtantinopolitanæ Ciuitatis Epiſcopum habere oportet Primatus honorem poſt Romanum Epiſcopum:* vbi prælertur quidem Alexandrino, & Antiocheno Epiſcopis; non autem coequatur, immò poſt ponitur Romano; vbi & Primatum Romani Pontificis apertè Concilium aſſerit, quem non legimus ab aliquo Concilio illi delatum, ſed ab omnibus agnitum, tanquàm diuinitùs conceſſum. Superfluum eſſet in reliquis, quæ habet in ſuo progreſſu, immorari. Expendenda, quæ in oppoſitione ſequenti.

ANTIDOTVM
Contra Oppoſitionem Decimamquintam.

Ac primùm quod ſcribit Legatos,

Pag. 84.

Multis honoribus ab Imperatore Anaſtaſio cumulatos.

Duas Legationes confundit Aduerſarius.

Deinde,

Imperatorem legatos ablegaſſe, & naui periculoſæ impoſuiſſe.

Prima Legatio miſſa ab Hormiſda ad Anaſtaſium Imperatorem.

NOn id ad vnam, & eandem legationem referendum eſt; nam Hormiſda primò Legatos miſit, Ennodium Ticinenſem Epiſcopum, Fortunatum item Epiſcopum, Venantium Presbyterum, & Vitalem S. Romanæ Eccleſiæ Diaconum, quibus eorum, quæ agere deberent Conſtantinopoli, datum mandatum, & fidei formula, quam profiterentur redeuntes ad fidem Catholicam, præſcripta, quod vocat Mornæus.

Pag. 84.

Religionem potius imperare quàm de ea conferre:

CVm tamen non aliam fidem per ſuos Legatos proponeret Pontifex, quàm à ſacroſanctis Concilijs contra hæreticos, præſidente, & docente ipſo Spirituſancto, definitam: neque certè de his conferendum erat, quæ à Sanctis Patribus in Concilijs iam erant definita; Et hi Legati quidem honorificè ab Anaſtaſio ſuſcepti ſunt, qui & capitibus cunctis à Legatis oſtenſis, profeſſus eſt ſe aſſentiri, & omnibus, quæ ab eis poſtulata ſunt nomine Hormiſdæ, acquieuit, vno excepto capitulo de nomine Acacij cum alijs hæreticis condemnando; non certè quòd in animo haberet reſtituere Catholicam fidem, ſed vt per ſimulatam pietatem Catholicam ſibi infenſum populum Conſtantinopolitanum conciliaret, & milites aduerſantes, ac ſectantes Vitalianum Magiſtrum militum, ob Catholicam fidem contra eum pugnantem, ad reſtituta penitùs ſigna reuocaret.

Quomodo Imperator ſe geſſerit, quoad capita, et poſtulata Hormiſdæ Pont.

Quod itaque ſcribit Anaſtaſij Bibliotheca rius, Legatos tum nihil egiſſe; eo ſenſu verum eſt, quòd Anaſtaſio nihil curæ fuerit reſtituere fidem Catholicam, & ſe magis verbis, quàm factis Catholicum ſit profeſſus: Idem Pontifex alteram miſit Legationem, de qua idem Anaſtaſius. *Idem ſecundò miſit Ennodium ipſum, & Peregrinum Epiſcopum Mezeenſem portantes epiſtolas confirmatorias fidei, & conteſtationes ſecretas numero decem, & nouem, & textum libelli, in quo libello noluit conſentire Auguſtus Anaſtaſius; quia & ipſe in hæreſim Eutychianam communicarat. Voluit itaque eoſdem Legatos per remunerationem corrumpere: Legati verò ſedis Apoſtolicæ, contempto Anaſtaſio Auguſto, nullatenùs conſenſerunt accipere pecunias, niſi ſatisfactionem ſedis Apoſtolicæ operarentur. Tunc Imperator repletus furore eiecit eos per poſticulum, & impoſuit eos in naui periculoſa, cum militibus, & Magiſtrianis, & Præfectis nomine Heliodoro, & Demetrio: quibus hoc dedit in mandatis Imperator, vt nullam Ciuitatem ingrederentur.* Quæ certè non ad priorem, ſed ad poſteriorem legationem referenda ſunt; cum tamen vtramque legationem videatur hic confundere Mornæus. Quam itaque is vocat *inſolentiam* Legatorum, qua offenſus fuit Anaſtaſius, non alia fuit, quàm quod non paſsi ſint, ſe ab eo corrumpi; neque illius hæreſi conſenſerint, ſed ſtrenuè Legationem ſuam obierint:

Quo ſenſu dicat hanc Legationē nihil egiſſe

Secunda eiuſdem Legatio.

Hormiſdæ Legati quomodo, neglectis Imperatoris muneribus eiecti.

Incorruptam Legatorum fidē Mornæus vocat inſolentiam.

Quod ſcribit Legatos in Patriarcham Ioannem ſecundum Baſilidem incidiſſe,

Qui iuriſdictionem alienam inuadentibus ſeſe grauiter oppoſuerit: Pag. 84.

AVthorem citat Sabellicum Ennead. 8. lib. 2. ex quo Patriarchæ verba producit. Sed quid ſentiat Sabellicus, ſupprimit; Ita enim ille ſcribit. *Damnauit Hormiſda Eutychianos celebri conuentu, quem Romæ habuit; Ioannem Conſtantinopolitanum litteris, & nuncijs hortatus eſt ad duas in Chriſto naturas credendas, ſed homo Græcus, ſuaque natura contumax, Anaſtaſijque fauore adhuc contumacior factus, Romani Pontificis litteras, & monitus non ſolum aſpernari, ſed Legatos etiam, ad id miſſos,*

Suppreſſa à Mornæo ſententia Sabellici de Hormiſda, & Ioanne Eutychiano.

Digitized by Google

miſſos, contrà ingentium; graui contumelia affecit: Fuerunt Legati, qui ab Hormiſda miſſi ſunt, Ennodius Ticinenſis Antiſtes, Fortunatus Catinenſis, Venantius Presbyter, & Vitalis Diaconus; hi in rimoſam nauim, ac penè ſolutilem impoſiti, rectà in Italiam nauigare iuſſi ſunt, vetitique Græciæ littus vllum attingere: ſed quàm per hæc ignominiosè legatos dimiſit, tam ſuperbè, & inſolenter reſpondit, vt diceret, ſcire ſe Auguſtorum eſſe, non Pontificis imperare: aut ſi quis foret, in quo hunc, cui diuina curæ ſunt, iubere oporteat; ſe eum eſſe, à quo alij multò melius ſua iuſſa expectent, quàm ſua proponant exequenda. Vbi cùm Mornæus ex Sabellico citat ſola verba Patriarchæ, perinde facit, ac ſi quis ex ſcriptura Pſal. 52. citaret: (*non eſt Deus*,) ſuppreſsis verbis Pſalmiſtæ, *dixit inſipiens in corde ſuo*; aut ſi quis ex Iob 22. ea citaret: *circa cardines cæli verſatur, nec noſtra conſiderat*: ſupprimendo, quod ea ex perſona impiorum dicantur: aut illud ex Euangelio Ioannis cap. 9. *Scimus, quia peccatores Deus non audit*: non exprimendo, quod ea in Euangelio quidem referantur ſcripta, ſed vt à cæco nato, nedũ à Chriſto perfectè illuminato, prolata. Ita ex Sabellico refert ea, quæ à Patriarcha Ioanne dicta, ſed non exprimit, ex mente Sabellici, eadem eſſe à Patriarcha in hoc contumaci, ſuperbo, & inſolenter dicta; vt ille de facto quidem, ſed nonniſi contra ius ſeſe oppoſuerit mandatis Pontificis, & Legatorum illius. Verum notandum hic in multis decipi Mornæum hæreticum, cum Sabellico, ſed Catholico: nam primò confundunt vtramque legationem Hormiſdæ. Secundò, Sabellicus ſcribit, Conſtantinopolitano Antiſtiti nõ diu id ſcelus fuiſſe inultum, quippe qui haud multò poſt de cœlo ictus fuerit ſuæ impietatis pœnas; quod de Anaſtaſio Imperatore verum eſt, non de vllo tum temporis Patriarcha Cõſtantinopolitano. Tertio; falſum eſt, Legatos incidiſſe in Patriarcham Ioannem; nam in prima Legatione Timotheus hæreticus erat Epiſcopus Conſtantinopolitanus, eò ab Anaſtaſio Imperatore, Macedonio Catholico eiecto, intruſus. Id conſtat, ex Indiculo legatis dato; & cum ſecundò Legatos miſit Hormiſda, idem ad huc præerat Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & ad eum ſcripſit Pontifex litteras per Legatos, non quidem communicatorias, Catholicis dumtaxàt dari ſolitas, ſed commonitorias, etiam hæreticis communes, & eſt inter epiſtolas Hormiſdæ 12. in 1. volum. epiſt. Pont. quo morte inopinata de medio ſublato, in eius locum ſubrogatus eſt Ioãnes Cappadox; cuius electio, cùm poſt vtramque Legationem contigerit, & Catholicæ fidei cultor extiterit, & præterea miſerit libellum ad Pontificem, quo Catholicam fidem profitebatur, & ipſius Pontificis nomen in dyptichis deſcriptum eſſe ſignificabat: non potuerunt certè illius eſſe verba, contumaciæ, inſolentiæ, & arrogantiæ plena ad Legatos Pontificis, quæ citat Mornæus, etiam ſi alioqui fidem Catholicam ſub Anaſtaſio Imperatore aliquandiu diſsimulaſſet, aut timore perterritus, ſilentio obriguiſſet.

Mornæus in citandis ex Sabellico verbis Io. Conſtantinop. cui ſit ſimilis.

Errata Sabellici, & Mornæi quoad præſentem hiſtoriam.

Fulmine de Cœlo percuſſo Anaſtaſio nefario Imperatore hæretico, ſuccedit Iuſtinus Thrax, omnium conſenſu Orthodoxus, qui & Pontificis authoritati plurimum ſuffragatus eſt; tantùm abeſt, vt ei ſe oppoſuerit. Sed primum, quòd obijcit Mornæus,

Anaſtaſius Imp. fulmine ictus moritur, eique ſuccedit Iuſtinus, vir Orthodoxus.

In Actis Synodi Conſtantinopolitanæ act. 1. & inter acclamationes populi Cõſtãtinopolitani in Eccleſia, Ioãnẽ Epiſcopum Cõſtantinopolitanum Patriarcham Oecumenicum nuncupari. Pag. 84.

REctè monet Baronius Ad annum 518. art. 14. cauendam in hoc poſteriorum græcorum impoſturam: *Cum enim ipſa Acta vera omninò, atque legitima ſint, haud tamen dubium putamus, ipſa quidem in eo eſſe falſata, dùm, quoties nominatus reperitur ipſe Ioannes Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, toties fermè additus eſt titulus Patriarchæ Oecumenici. Haud enim recepiſſet Romana Eccleſia eiuſmodi Acta, in quibus adeò frequens titulus eiuſmodi legeretur, quo Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Patriarcha Oecumenicus diceretur. Etenim Pelagius Papa II. Sancti Gregorij prædeceſſor, in Ioannem Conſtantinopolitanum Antiſtitem, eius nominis tertium, qui ſibi huiuſcemodi titulum vſurpauerat, impugnator inſurgens, cum ad vniuerſos Epiſcopos ſcribit, inter alia plurima, in deteſtationem nouæ præſumptionis hæc habet: State fortes, ſtate ſecuri, ſcripta; quæ vniuerſalis nominis falſitate condemnata ſunt, nec dare vnquam, nec accipere præſumatis. Idemque ſuperius tradit, nihil eiuſmodi ab eiuſdem Ioannis prædeceſſoribus Conſtantinopolitanis Epiſcopis aliquando tentatum fuiſſe: in quam ſententiam Sanctus etiam Gregorius Papa ad eundem epiſtolam dedit, libro 4. epiſt. 38.* Vnde rectè argumentatur Baronius. *Cum adeò graues extent teſtificationes Romanorum Pontificum, de eiuſdem tituli deteſtatione, atque abrogatione, quonam pacto inter publica Acta Concilij illa reperiuntur eſſe deſcripta, atq; recepta Acta, in quibus iaem damnatus, reiectuſque titulus toties legitur repetitus? Præterea ſi in eadem Synodo idem ſæpe titulus lectus, nec reiectus ab aliquo fuit, cur hæc non citata fuerunt contra eoſdem Romanos Pontifices Pelagium, atque Gregorium?* His Baronij ſolidiſsimis argumentis nihil habuit, quod reſponderet Mornæus: qui & falsò ſcribit, tantum abeſſe, vt Orientis Epiſcopi eam authoritatem Romano elargirentur; cum in Concilio Chalcedonenſi, vt ſuo loco vidimus, eũ titulũ vniuerſalis Epiſcopi Leoni Põtifici detulerint. Pergit Mornæus

Titulus Patriarchæ Oecumenici per impoſturam adiectus nomini Ioannis Epiſcopi Conſtãtinopol.

Et tamen (inquit) Baronius, regnante Iuſtino, multum iuriſdictioni Epiſcopi Romani accreuiſſe lubẽs perſuadeat. Pag. 84.

CErtè hæretici Imperatores, quantum in illis fuit, Romani Pontificis depreſſerũt authoritatem, & iuriſdictionem, vbi Catholici poſtea eam releuarunt. An verò Catholicus Princeps eſſe poteſt, qui nõ communicat cum Pontifice Romano, eiuſque iuriſdictioni ſuffragatur? Cum itaque ſub Iuſtino Catholicæ fidei patrono, erectus ſit animus Orthodoxorum

Digitized by Google

Quo ſenſu ſuo Iuſtino Imp. aucta iuriſdictio Rom. Pont.

rum Epiſcoporum, nouos ſpiritus reſumpſerit Catholica fides in Oriente, hoc ſenſu veriſsimè ſcripſit Baronius, tum multum accreuiſſe iuriſdictionem Romani Pontificis. Quid, quod de ſua creatione litteras dedit Iuſtinus Auguſtus, tanquam Eccleſiæ filius, ad Hormiſdam Papam? Vbi Baronius ad annum 518. art. 67. *Vides veterem morem Orthodoxorum Imperatorum, qui ſimul ac eſſent creati Auguſti, ad Romanum Pontificem, quem vt parentem venerarentur, litteras darent. Nulla enim fortiori potentia, quàm communione cum Catholicæ totius Eccleſiæ primario Antiſtite conciliari ſibi populorum fidelium voluntatem poſſe ſciebant.*

Iuſtinus Imp. de ſua creatione litteras ad Hormiſdã dedit.

Orientales Epiſcopi quanti fecerint Hormiſda Rõ. Põt. authoritatem.

Ad ea quæ ſcribit Baronius ibidem art. 70. *Inter hæc Orientales Epiſcopi, à quibus Conſtantinopoli Synodus celebrata eſt, probè ſcientes, quæ in ea decreta eſſent, nullarum eſſe virium, niſi Romani Pontificis conſenſus accederet, & fruſtra pro Catholica fide inſtauranda laborare, niſi Catholica per eundem communione impartirentur, hanc vt ab Hormiſda Papa conſequi poſſent, Iuſtini Imperatoris primùm litteris agunt, inſuper & ijdem ipſi ea de re ſcribunt litteras Synodales ad eundem Pontificem. Id enim ipſe Imperator ſuis litteris teſtatur, quibus omnibus ijdem illud expetierunt, vt Legati ab ipſo Romano Pontifice Conſtantinopolim mitterentur, qui Apoſtolica authoritate conciliarent Eccleſijs pacem, & lapſos in Eccleſiam reſtituerent.* Subiungit ibidem litteras Iuſtini Imperatoris ad Hormiſdam Baronius, & extant tom. primo Epiſt. Rom. Pont. poſt Epiſt. 22. Hormiſdæ Papæ, quibus ſubiecit Epiſtolam Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani, quæ ibidem ſubijcitur Epiſtolæ 23. Hormiſdæ; Vbi ridiculus blatero noſter;

Ergonè hanc ex charitate præuentionem, hominij præſtationem interpretabitur? & hoccine quæſtionem definit? Num Epiſcopus Romanus ibi ſuperior, cum ipſi ad Synodum eum inuitent? non ille conuocet? Pag. 84.

SI Orientales Epiſcopi non agnoſcerent Romanum Pontificem ſuperiorem, quid opus erat, tanta ſolicitudine illos ad eundem ſcribere, & ad idem præſtandum Imperatorem monere, idque pro concordia colentium veram, & Orthodoxam fidem, proque vniuerſitate venerabilium eius Eccleſiarum? Sciebant nimirùm, non poſſe inter ſe concordes eſſe Eccleſias, niſi & cum capite ipſo concordarent; & qui ſchiſmatici antea fuiſſent, aut communicationi hæreticorum ſe turpiter miſcuiſſent, eos à ſupremo Antiſtite debere in communionem Eccleſiæ admitti: falſum verò eſt, ipſos Pontificem ad Synodum inuitare. Nunc ex litteris Iuſtini Imperatoris, & Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi, conſtabit, Mornæum pro more ſuo falſa ſcribere. Rogant eum vt viros religioſiſsimos, pacificos, & dignos Apoſtolica ſede eò deſtinet, nempe qui legatione in Oriente fungatur.

Hormiſda non inuitatus ad Synodum.

At verò Patriarcha Conſtantinopolitanus (obijcit Mornæus) Sanctiſſimum fratrem, et Comminiſtrum Hormiſdam compellat, & ille non alio titulo apud Patriarcham vtitur; Hormiſdas Epiſcopus Ioanni Epiſcopo Cõſtantinopolitano. Pag. 84.

VErùm, & Ioannes Hormiſdam *Dominum ſuum* appellat; Ita enim habet Epiſtolæ inſcriptio poſt vigeſimamtertiam Hormiſdæ Epiſtolam. *Domino meo, & per omnia Dei amatori ſanctiſſimo fratri, & Comminiſtro Hormiſdæ Ioannes in Domino ſalutem.* Certè ſi ſe parem Hormiſdæ agnoſceret, non vtique *dominum* eum compellaret: vnde, & Pontifex Romanus ſcribens ad Patriarchas, eos quidem *fratres, & Comminiſtros*, ſed nunquam *Dominos* appellat. *Ex huiuſmodi inſcriptione* (inquit Baronius) *redarguas impoſturam illapſam in Acta publica, ſuperiùs recitata, in quibus ſemper ferè ipſe Ioannes inſcriptus reperitur, Patriarcha Oecumenicus; cum in litteris ad Hormiſdam neque Archiepiſcopum ſe nominet.*

Patriarcha Cõſtãtinop. Hormiſdã vocat Dominum, et ſuperiorem agnoſcit.

Epiſcopus Rom. nunquã alios epiſc. vocat Dominos, ſed fratres, et cõminiſtros.

Iuſtini Imp. reuerẽtia erga Legatos Hormiſdæ.

Magna reuerentia proſecutus eſt Iuſtinus Imperator Catholicus Legatos Hormiſdæ Põtificis, vt proceres aulæ miſerit illis obuiam, quod teſtatur ſuggeſtio Legatorum ad Hormiſdam, quæ habetur poſt Epiſt. 34. Hormiſdæ tom. primo Epiſt. Pont. quam vbi Baronius exſcripſit. *Vides* (inquit ad annum 519. art. 36.) *Lector, qualia eſſe conſueuerint obſequia Orthodoxorum Imperatorum erga Romanum Põtificem, vt miſſæ ab eo legationi, per viros clariſſimos occurri voluerint &c.* Idem teſtatur, & Anaſtaſius Bibliothecarius in Hormiſda, vbi nominatis Legatis à ſede Apoſtolica decretis, Germano Capuano Epiſcopo, Ioanne, & Blando Præsbyteris, Felice, & Dioſcoro Diaconis ſedis Apoſtolicæ, & Petro Notario, *quibus venientibus* (inquit) *iuxta Conſtantinopolim tanta gratia fidei refulſit, vt multitudo Monachorum Orthodoxorum, & illuſtrium virorum maxima multitudo occurreret. In quibus Iuſtinus Imperator, & Vitalianus Conſul ſimul occurrerunt ad Caſtellum Rotundum, quod ducit vſque in Ciuitatem Conſtantinopolim cum gloria, & laudibus. Qui ingreſſi, vna cum Grato, & Illuſtri ſuſcepti ſunt à Iuſtino Auguſto Orthodoxo cum gloria. Omnis itaque Clerus vna cum Epiſcopo Ioanne Conſtantinopolitano gauiſus eſt, ſentientes eò quod gratanter ſuſcepti ſunt.* Hic Mornæus non ferens tantam reuerentiam exhibitam Legatis.

Et reuerentia à pio Principe exhibita ſeruitutem induxerit? Pag. 84.

ATqui hæc non fuit reuerentia coacta, & ſeruilis, ſed libera, & filialis; An verò legimus Conſtantinopoli aliquando tam hono-

Qualis fuerit hæc reuerentia.

Digitized by Google

rificè exceptos ab Imperatore, Clero, & populo alios Patriarchas, nedùm eorum legatos? Aliquid igitur longè ſublimius iudicabāt de Romano Pontifice, vt totius Chriſtiani gregis ſummo Antiſtite, quod non de cœteris. Theodoritus Epiſcopus de Lignido, ita litteras Hormiſdæ ſcribit, poſt eandem trigeſimamquartam Hormiſdæ Epiſtolā: *Domino Sancto, Beato prædicabili, & adorando Apoſtolico Patri Hormiſdæ Papæ Vrbis Romæ humilis famulus tuus Theodoritus*. Vbi Baronius. *Ex quarum inſcriptione pariter cognoſcas, quo cultu Orthodoxi Epiſcopi venerarentur Romanum Epiſcopum*. Et Andreas Præualitanus Epiſcopus in Epiro; *Domino ſemper meo Beatiſſimo, & Apoſtolicæ ſede intima veneratione præferendo, atque Angelicis meritis coæquando, Patri Patrum, Papæ Hormiſdæ Andreas*. Has inſcriptiones *ineptias*, *& impietates* vocat Mornæus: atqui ſunt Orthodoxorum Epiſcoporum qui Sacroſanctam Catholicam fidem profitebantur, & ab hæretica perfidia plurimùm abhorrebant, quos nec adulabundos iſte dicet, cum nec officia, aut dignitates ab Hormiſda exambirent. Itaque ex ſententia Mornæi, impij erunt Archimadritæ, & cæteri Monachi ſecundæ Syriæ; qui cum perſecutionem ſæuiſsimam ab Eutychianiſtis hæreticis paterentur, ita Hormiſdæ litteras quæ poſt vigeſimam Horſmidæ epiſtolam tomo primo epiſto. Pontif. habentur: *Sanctiſſimo, & Beatiſſimo vniuerſæ orbis terræ Patriarchæ Hormiſdæ, continenti ſedem Principis Apoſtolorum Petri, deprecatio &c.* Impius Pompeius, ille inclytus Senator, cuius hæc extat inſcriptio. *Domino meo Beatiſſimo, & Apoſtolico Patri Hormiſdæ Archiepiſcopo vniuerſalis Eccleſiæ*. Impiæ, & illæ clariſſimæ fœminæ Senatoriæ, ac Patriciæ, quæ tempore perſecutionis Anaſtaſij hæretici Imperatoris, pro Catholica fide ſteterunt inconcuſſæ, quarum Anaſtaſia in hunc modum ſcribebat. *Domino Sancto, & Beatiſſimo Patri Patrum Hormiſdæ, Archiepiſcopo vniuerſalis Eccleſiæ*; Et Iuliana Anicia: *Domino Beatiſſimo, atque Apoſtolicæ ſedis probatiſſimo Pontifici Hormiſdæ*: Impij inſuper illi Patres Conſtantinopolitanæ Synodi, quorum hæc eſt inſcriptio: *Domino noſtro Sancto, ac Beatiſſimo Patri Patrum Archiepiſcopo, & Patriarchæ Hormiſdæ*; Theophilus, Baſilius, Eſaias, Anaſtaſius, Paternus, Martianus, & cætera Sancta Synodus, quæ in Conſtantinopolitana eſt Ciuitate congregata. Iſti omnes impij; ſed impio nouatori, qui ponit tenebras lucem, & lucem tenebras; qui dicit bonum malum, & malum bonum.

Inſcriptiones aliquot epiſtolarū ad Hormiſdam Pont.

Qudam multi ex ſententia Mornæi cēſēdi ſint impij.

Libellus profeſsionis à Legatis oblatus, Roma ab Hormiſda Pontifice miſſus, (de quo Baronius ad annum 519. art. 50.) ita ſe habet: *Prima ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire, & à Patrum traditione nullatenùs deuiare; quia non poteſt Domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti ſententia dicentis: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam Hæc quæ dicta ſunt rerum probantur effectibus: quia in ſede Apoſtolica inuiolabilis ſemper cuſtoditur religio.* Eo libello anathematizat omnes hæreticos, præſertim in duabus poſtremis Synodis Epheſina, & Chalcedonenſi condemnatos: his coniungens Timotheum Aelurum parricidam cognominatum, & huius diſcipulum, & ſequacem, in omnibus Petrum Alexandrinum; anathematizat ſimiliter Acacium quondam Conſtantinopolitanæ Vrbis Epiſcopum, complicem eorum, & ſequacem factū, nec non & perſeuerantes eorum communioni, & participationi. Hic Mornæus,

De libello profeſſionis ab Hormiſda, per Legatos ſuos miſſo Conſtantinopolim.

Libellus iſte (inquit) *authoris ambitionem in fronte præ ſe fert. Tu es Petrus.* Pag. 14

AN verò hæc Chriſti verba ambitionem præ ſe ferunt, aut ambitio eſt citare hæc verba Chriſti? Subiungit.

Et quicquid importunè inde colligunt.

NOs certè inde colligimus, quod Sacroſanctæ Synodi, & omnes Patres collegerunt, Petro, & ſucceſſoribus illius datas eſſe claues Regni cœlorum, & poteſtatem ligandi, & ſoluendi ſuper terram; nec id importunè colligimus, cùm id habeant expreſsiſsimè verba Chriſti. Annon verò huic libello ſubſcripſit tùm Imperator, tùm Patriarcha Conſtantinopolitanus, & omnes Orthodoxi Orientales,

Ei libello quot, & quanti ſubſcripſerint

Et Imperator (inquit) *Iuſtinus, cui pax Eccleſiæ cordi, ne aliqua Contentione obturbaretur, quia Orthodoxæ fidei aduerſari non videbat, à ſuis ſubſcribi, ſatagebat.* Pag. 14

ERgo in illo libello nihil proponebat Pontifex, quod diſſentiret à fide Catholica. Quæ igitur occaſio eſſe poterat Imperatori, aut ſuis non ſubſcribendi libello? Qui itaquè Orthodoxus erat, & integrè fidem Catholicam profitebatur, & eandem ſuos profiteri volebat, ab omnibus etiam ſubſcribendū curauit: & quidem poterat eſſe contentio de nomine Acacij, quondam Conſtantinopolitani Epiſcopi, quod è diptychis deleri, multi ægrè ferebant: ſed tamen hic etiam Romani Pontificis præualuit authoritas. *Negatū eſt* (inquit Imperator ſcribens ad Pontificem in epiſtola, poſt trigeſimamquartam Hormiſdæ Tomo 1. epiſt. Pontific.) *inter, diuina myſteria memoriam in poſterum fieri pro tenore libelli, quam diximus, Acacij præuaricatoris quondam huius Vrbis Epiſcopi, nec non aliorum ſacerdotum, qui vel primi contra conſtituta venerunt Apoſtolica, vel ſucceſſores erroris facti ſunt, nulla, vſque ad vltimum diem ſuum, pœnitentia correcti*; vt ex his verbis conſtat, nonniſi iuſta ab Orientalibus poſtulaſſe Pontificem. Sed Mornæus ſolus opportunus interpres ſcripturarum: alter Salomon, cuius ſapientia præcedat ſapientiam omnium Orientalium.

Pro-

Digitized by Google

Pag. 85.

Peracto (inquit) *negotio, ſcribunt Iuſtinus Imperator, & Patriarcha Ioannes ad Hormiſdam, & Imperator quidem, Hormiſdæ Archiepiſcopo, & Patriarchæ.*

Quæ malignè ſupprimat Mornæus.

VBi malignè has voces ſupprimit, *Sanctiſſimo ac Beatiſſimo*, quàm enim ſanctè colebat nomen Pontificis Iuſtinus pius, & Orthodoxus Imperator, tàm illud impius, & impurus hæreticus deteſtatur. Fallit verò, vel fallitur, cum ex Iſidoro ſcribit Hormiſdam id tituli à Iuſtino primum accepiſſe; cum neque in Chronico, neque alibi id habeat Iſidorus. Ita in inſcriptione Epiſtolæ Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi: *Fratri, & Comminiſtro*; illud tacuit, *Domino meo per omnia ſancto & Deo amabili.*

Mornæi error de Iſidoro.

Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus ad Hormiſdam Pontificem (extat hæc Epiſtola in primo Tomo Epiſt. Pontificum poſt trigeſimamquartā Hormiſdæ, ita ſcribebat; *Sanctiſſimas Dei Eccleſias, ideſt ſuperioris veſtræ* (corrector iſte librorum *ſenioris* vult legendum) *& nouellæ iſtius Romæ, vnam eſſe accipio; illam ſedem Apoſtoli Petri, & iſtius Auguſtæ Ciuitatis vnam eſſe definio*: Et in alia Epiſtola: *Sicut oportet dicere, & olim ſcripſi, vtraſque Eccleſias tàm ſenioris, quàm nouæ Romæ vnam eſſe euidenter intelligens, & vtriuſque earum vnam ſedem rectè eſſe definiens, indiuiſibilem adunationem, & vtriuſque noſtrum conſonam confirmationem, tum iudicij integritate cognoſco.* Hinc Mornæus.

Pag. 85.

Hoccine eſt (inquit) *ſuam ſedem Romanæ ſubijcere, an potius exæquare?*

Ioānes Epiſcopus Cōſtātinop. Eccleſiam ſuā nō exæquabat Romanæ.

SEd facile eſt huius contrarium oſtendere; nam ſi libello Romani Pontificis ſubſcripſit Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus, quo anathematizabatur Acacius deceſſor ſuus & de ſacris diptychis, cum alijs item Conſtantinopolitanis Epiſcopis ſchiſmaticis, deleri iubebatur: certè eo faſſus eſt, Romanum Pontificem Conſtantinopolitano eſſe ſuperiorem: profitetur ſe conſentire in omnibus cum Romano Pontifice, omnes ab eo repudiatos hæreticos renuere. Repetit ea, quæ in fronte libelli ambitionem præ ſe ferre ſcribit Mornæus: *Non poteſt Domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti ſententia, dicentis. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Hæc, quæ dicta ſunt; verum probantur effectibus, quia in ſede Apoſtolica inuiolabilis ſemper Catholica cuſtoditur religio*; Vna quidem erat tùm Conſtantinopolitana cum Romana Eccleſia, quia cum antea ſchiſmate ab ea eſſet diuiſa, vigilantia Pontificis, & ſtudio, atquè opera pij Orthodoxi Imperatoris, in communionem Romanæ Eccleſiæ redierat. Annon omnes Eccleſiæ Catholicæ inde vnitatem habent, quòd inter ſe, & cum capite cohærent: matrici, inquam, & radici omnium Eccleſiarum Romanæ Eccleſiæ adhærent? Id docet manifeſtè Cyprianus libro de vnitate Eccleſiæ capit. 3. *Loquitur Dominus ad Petrum. Ego dico tibi* (inquit) *quia tu es Petrus* (Sed hæc dicet Mornæus ambitionem in fronte ſententiæ Cypriani præ ſe ferre) *Et ſuper iſtam Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferorum non vincent eam, & Tibi dabo Claues Regni Cœlorum &c. Et iterum eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit: Paſce oues meas, ſuper illum vnum ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas. Et quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem parem poteſtatem tribuat, & dicat: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos etc. tamen, vt vnitatem manifeſtaret, vnam Cathedram conſtituit, & vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit, & Primatus Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra vna monſtretur.* Ibidem. *Hanc Eccleſiæ vnitatem qui non tenet, tenere ſe fidem credit? qui Eccleſiæ renititur, & reſiſtit, qui Cathedram Petri ſuper quam fundata eſt Eccleſia, deſerit, in Eccleſia ſe eſſe confidit?* Et alia in eandem ſententiam. Ergo cum Eccleſia Conſtantinopolitana, ſchiſmate prius auulſa, in communionem Romanæ Eccleſiæ rediſſet, vna vtique erat cum ea, ſed tanquam matrici, radici, origini, & capiti ſuo illi adhærens.

Cōſtantinopolitana Eccleſia quo ſenſu vna cū Romana

Eccleſia Catholica vna eſt ab Eccleſia Romana.

Expendamus verò, quàm ſubtile ſit argumentum Mornæi. Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſcribit, pro vna, eademque ſe habere vtraſque Eccleſias, tàm ſenioris, quàm nouæ Romæ: Ergo ſedem ſuam Romanæ non ſubijcit. Retorqueo in eum argumentum: Eccleſiæ Orientales erant vna, & eadem Eccleſia cum Conſtantinopolitana, eidemquè vnitæ: ergo Eccleſiæ omnes Orientales Cōſtantinopolitanæ exæquabantur. Itaque Metropolitani, & reliqui Archiepiſcopi, & Epiſcopi inter ſe, & cum Patriarcha Conſtantinopolitano æquales erant: quod directè pugnat cum Canone Conſtantinopolitano, & Chalcedonenſi, quem toties nobis Mornæus obiecit. Apoſtolus Paulus vult, omnes nos vnum eſſe in Chriſto Ieſu: ergonè in Eccleſia non erit diſtinctio graduum, & officiorum, & nullus alio erit ſuperior?

Argumētū Mornæi in ipſummet retortum.

Iuſtinianus Comes, poſtea Iuſtini in Imperio ſucceſſor, vtitur hac inſcriptione ad Pōtificem: *Domino meo ſanctiſſimo Hormiſdæ primo Archipontifici*: vbi mentitur impudenter Mornæus, à Baronio hanc vocem interpretari, primum Archiepiſcopum, & primam ſedem, non ſuperiorem deſignare: primarium vtique Pontificem, ac Principem Pontificum, ſeu Epiſcoporum ſignificat. A Pompeio item inſcribitur: *Archiepiſcopus Eccleſiæ vniuerſalis*, quia Pontifex Romanus præeſt toti Eccleſiæ, & nullis habet limitibus coarctatam ſuam authoritatem, ac iuriſdictionem. Quod ſi Baſilius, Athanaſius, aut alij τῆς καθολικῆς ἐκκλη-

Archipōtifex quid ſignificet.

Quo ſenſu quidam dicti Epiſcopi καθολικῆς ἐκκλησίας

Digitized by Google

neti, Epiſcopi Rom. cauſſã iudicaturi.

Auctoritas Regia non ſit ad Generales Synodos neceſſaria.

ERgo ex ſententia Mornæi nunquàm ex toto orbe poterit cõuocari Synodus Epiſcoporum; ſiquidem nullius Regis auctoritas vnquam ſe porrigit tantum. Si igitur nullus in orbe Epiſcopus habet iuriſdictionem in cæteros Epiſcopos & ius eos conuocandi, cum Imperatoris ipſius, Regum, ac cæterorum Principum certis prouinciarum limitibus circumſcripta ſit iuriſdictio: cuius tandem erit ex toto orbe Chriſtiano cogere Synodum Epiſcoporum? Neque verò ſatis conſtat, an Theodoricus omnium prouinciarum dominium obtineret, vnde Romã Epiſcopi conuenerant. Metropolitani quidem in Metropolitanum nulla eſt poteſtas, at in Metropolitanos ipſos, ex Canone ipſo Chalcedonenſi, quem toties nobis Mornæus inculcauit, Patriarchæ ipſi habebant poteſtatem, & ius eos creandi. Quid igitur abſurdi, ſi & dicamus, ipſum Pontificem Romanum in ipſos Metropolitanos, qui conuocabantur, ius, & poteſtatem habuiſſe? Sed obijcit, quod habet ipſa Synodus:

Patriarcha in Metropolitanos habet poteſtatem.

Pag. 80.

Sancta Synodus apud Vrbem Romam ex præcepto glorioſiſſimi Regis Theodorici, diuerſis è regionibus congregata.

IAm reſpondimus, ex confeſsione ipſius Regis, eam non ſine auctoritate, & nutu ipſius Pontificis Symmachi coactam eſſe: & aliæ Synodi Romæ habitæ ſunt ſub Symmacho, quibus conuocandis non acceſsit Theodorici Regis auctoritas. Quid, quod in eadem Synodo abrogauit ea, quæ ab Odoacre Rege itẽ Ariano, prædeceſſore Theodorici, fuerant per Baſilium Patricium contra Eccleſiaſticam immunitatem vſurpata? vbi conſtat, & eum, propoſita cauſſa Anaſtaſij Imperatoris hæretici, rogata ſententia ſingulorum, communi omnium cõſenſu eum excommunicaſſe: tanta Põtificis in Synodo, non verò Regis, erat auctoritas. Quod ſi Theodoricus Petrum Altini Epiſcopum Romam delegauit, qui, viſitatoris partes agens, de criminibus Symmacho impoſitis quæſtionem haberet; Verùm apertè Anaſtaſius. *Sed* (inquit) *Canones prohibebant, & coacta Synodo à Symmacho centumquinquaginta Epiſcoporum damnatur tanquam inuaſor ſedis Apoſtolicæ, & Laurentius Nucerinus, quia, viuo Epiſcopo Symmacho, inuaſerunt ſedem eius.* Sed obijcit Mornæus.

Eccleſiaſtica immunitas ab Odoacris vſurpatione vẽdicata.

Anaſtaſius Imp. à Symmacho excommunicatus.

Petrus Altinas, et Laurentius Nucerinus à Symmacho damnati.

Pag. 80.

Decernere aliquid Synodus ſine Regia notitia non præſumpſit. Et iuſſus eſt Regis præceptionibus Papa Symmachus, cum impugnatoribus ſuis in diſceptatione confligere corã Patribus (inquit) *Synodi, qui quidem Principis in hac cauſſa commiſſarij.*

Symmachi poſtulata.

QVomodo hæc intelligantur, animaduertendum (vt ex Actis conſtat) à Synodo duo poſtulaſſe Symmachum, vnũ vt Viſitator, qui contra religionem, contra ſtatuta veterum, vel contra regulas maiorum à parte Cleri, vel aliquibus Laicis fuerat poſtulatus, ex ordinatione Epiſcoporum cederet; alterum, vt omnia, quæ per ſuggeſtionem inimicorum ſuorum amiſerat, ante iudicium ipſi redintegrarentur. Digna res viſa eſt maximo Sacerdotum numero, quæ mereretur effectum: nam ſpoliatos ante omnia reſtitui Eccleſiaſticæ leges iubent. Verùm, cùm Regis auctoritate, non ſine Pontificis aſſenſu (vt dictum eſt,) qui in cauſſa propria cum impeteretur aduerſariorum calumnijs, voluit cedere iuri ſuo, & ſpontè ſe ſubmittere Synodo, Synodus conueniſſet, nõ præſumpſit aliquid ſine Regia notitia. Placuit autem Regi, vt Symmachus ante reſtitutionem iudiciũ ſubiret. Id igitur ſignificatur verbis ſequentibus, quæ à Mornæo citantur. *Iuſſus eſt Regis præceptionibus Papa Symmachus ante patrimonij, vel Eccleſiarum, quas amiſerat, receptionem, cum impugnatoribus ſuis in diſceptatione confligere.* Verum notanda verba, quæ ſequuntur: *Qui poteſtatis ſuæ priuilegia, æquè pro conſcientia (quantum iuſtè æſtimamus) emendatione ſubmiſerat, nec hac voluit vice reſumere.* Quid hoc innuit aliud, quàm quod non tenebatur aut Regis ſe committere poteſtati, aut Epiſcoporum ſubire iudicium: ſed id ſpontè fecit ad euitandum ſcandalum, ne putarentur vera crimina, quæ ab aduerſarijs obijciebantur, & vt innocentia ſua, atque integritas omnibus innoteſceret? Neq; tam Regis illi extiterunt, quàm Pontificis commiſſarij, qui nõ agnouerunt eam legitimam Synodum, niſi probaretur coacta Pontificis aſſenſu, & auctoritate, & qui potius ſuam cauſſam illis commiſit, quàm à Rege ſit commiſſa.

Quæ in re Symmacho non aſſenſeris Rex.

Cur Symmachus inferiorũ iudicio ſe ſpõte ſubiecerit.

Notandum verò inſigne dictum Regis, quod ibidem habetur de cauſsis Eccleſiaſticis. *In Synodali eſſe arbitrio, in tanto negotio ſequenda præſcribere, nec aliquid ad ſe, præter reuerentiam, de Eccleſiaſticis negotijs pertinere: committens etiam poteſtati Põtificum, vt ſiue propoſitum vellent audire negotium, ſiue nollent, quod magis putarent vtile, deliberarent, dummodo venerandi prouiſione Concilij pax in Ciuitate Romana Chriſtianis omnibus redderetur.* Vbi Mornæus.

Theodoricus cauſſã Symmachi vel ad ſe nõ pertinẽtẽ, Synodo dimiſit.

Pag. 80.

Hic igitur (inquit) *an non auctoritatem ſuam integram tuetur? Et ſi quàm pro ſua prudentia, et modeſtia Synodo impertitur, num idcirco Epiſcopus Romanus ſibi aſſerat?*

SEd nihil mirum, ſi ſacrilegus, & hæreticus Mornæus hæretico Regi, vtpotè Theodorico Ariano, ius in Eccleſias, ac Epiſcopos ipſos, vel inuito, ac reluctanti tribuat: Agnouit ille, non eſſe ſui iuris conuocare Epiſcopos ad Synodum: auctoritate Symmachi Papæ, vt ex eius teſtimonio conſtat, id perficiendum curauit, & ad ipſo Pontifice litteras ea de re ad Epiſcopos, vt ſe ad Synodum ſtatuta die conferrent, dari voluit. At Mornæus, nullam fuiſſe Pontificis Symmachi, ſed

Theodorico Regi Ariano, vel inuito, Mornæus tribuit ius in Eccleſias & Epiſc.

Theo-

Digitized by Google

Theodoſius Arianus minus irreligioſus, Q. Mornaus, & Caluiniſta.

Theodorici Regis Ariani auctoritatem conuocandæ Synodi Epiſcoporum affirmat. Significauit idem Rex, nihil ad ſe pertinere, præter reuerentiam, de Eccleſiaſticis negotijs, vt totam auctoritatem de his tractandi penes Epiſcopos eſſe intellexerit; at Mornæus eundem vult Synodo auctoritatem tribuiſſe. Aliqua certè religionis nota in Rege illo, quantumuis Ariano; cùm ne minima quidem ſcintilla in Mornæo, ſeditionis face, & omnibus ad vnum Caluiniſtis conſpiciatur. Chriſtianorum paci vult in primis proſpectum in Ciuitate Romana; nã religioſi Principis eſt, non modo ſaluti Reipublicæ, ſed & paci Eccleſiarum conſulere; immò vix hæc duo ab inuicem poſſunt diſiungi. Patres Synodi in purgatione ipſius Symmachi ita inquiunt: *Secundùm principalia præcepta, quæ noſtræ hoc tribuunt poteſtati, ei quicquid Eccleſiaſtici intra ſacram Vrbem Romam, vel foris iuris eſt, reformamus.* Vbi Mornæus.

Pag. 81.

Num proinde totius Orbis Epiſcopum eum ipſo iure cenſent?

Rom. Epiſc. non ita eſt totius orbis Epiſcopus, ut reliquos excludat.

NOn certè, qui reliquos Epiſcopos excludat, ſed tamen, qui in omnes poteſtatẽ habeat, & cùm Epiſcopum Romanum legitimum eum agnoſcant Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſorem; ex conſequenti vniuerſalis Eccleſiæ Catholicæ Paſtorem, cui omnes Chriſtiani ſubijciãtur, eum neceſſe eſt agnoſcant; quandoquidẽ Pontificatus Eccleſiæ vniuerſalis Epiſcopatui Romano intelligitur annexus.

Superiora amplius confirmata voluit Mornæus.

Pag. 81.

Cùm eodem (inquit) tempore Agathenſem in Septimania Orthodoxorum Synodum Alarici Gotthorum Regis, & quidem Ariani auctoritate, conuocatam legamus.

Id autem ſic probat Mornæus.

Pag. 81.

Quod in Actorum exordio ipſi profitentur Patres. Cùm in Dei nomine ex permiſſu Regis, in Agathenſem Ciuitatem ſancta Synodus conueniſſet.

Alaricus Synodũ Agathenſem fieri nõ iubet, ſed permittit.

AN verò ideò quia permiſit Rex, conuenire Synodum Epiſcoporum; eum conuocaſſe Epiſcopos intelligemus, aut præfuiſſe ipſi Synodo, aut ad eum ſpectaſſe iudicium ferre, vel aliquid ſtatuere de Canonibus, qui in ea Synodo ſanciti ſunt? Quandò quis aliquid permittit, num ideò illius auctor intelligẽdus eſt? Præfuit ei Synodo S. Cæſarius Arelatenſis, præſentibus vigintinouẽ Epiſcopis: ſi ex permiſſione Alarici Regis Ariani congregati, in ipſo limine Synodi pro ſalute Regis precati ſunt; nihil miri, cũ antiquitus pro Imperat. Ethnici ſalute Chriſtiani Deum orarent, quorum tamen auctoritate non conuocabant Synodos; immò qui collegia in odium Chriſtianorum prohibuiſſent. Quoad Aurelianẽſem Synodum primam, Clodoueus Rex Concilium Epiſcoporum fieri quidem poſtulauit, vbi Canones tres, & triginta conditi leguntur; cui Synodo nec præfuiſſe, nec auctoritatem dediſſe condendi eos Canones Rex intelligitur, etſi Regi, quæ in Concilio acta eſſent, inſinuarint. Conuocauit autem Epiſcopos, idque conſilio S. Remigi, qui nimirùm perſuaſum voluerit tanto Regi nouo Chriſtiano, tunc ipſi cuncta dexterè proceſſura, cum primùm omnium religionis ſtatui, & Eccleſiæ proſpexerit; neque enim negamus, Regum eſſe, nõ minus proſpicere religioni, & Eccleſiæ, quàm Reipublicæ: cùm tamen eorum ſit leges ciuiles condere, & Rempublicam adminiſtrare; Epiſcoporum verò, Canones ſancire, & Eccleſiam gubernare. Obijcit Mornæus:

Cõcil. Aurelianenſi I. Clodou. Rex nõ præfuit.

Pag. 81.

Rex in ſuo diplomate pari eos (Epiſcopos Synodi Aurelianenſis) *reuerentia, ac ipſum Romanum Epiſcopum, affatur; Dominis ſanctis, & Apoſtolica ſede digniſſimis Epiſcopis, Clodoueus Rex. Et inferius. Orate pro me Domini ſancti, & Apoſtolica ſede Papæ digniſſimi.*

Papæ nomẽ olim commune omnium Epiſcopu.

SEd nimirùm adhuc tempore Symmachi, Papæ nomen omnium Epiſcoporum fuiſſe commune, non diffitemur, vt non mirum ſit, ſi Rex Epiſcopos Papas vocet. Quod eos dicit, *Apoſtolica ſede digniſſimos*: vtique omnes Eccleſiæ, & Epiſcopales Cathedræ, vt ab Apoſtolis ſunt inſtitutæ, aut ab Apoſtolorum ſucceſſoribus, & Apoſtolica auctoritate, ideoq; latius accepto vocabulo, ſedes Apoſtolicæ dicuntur. Addo, quòd Epiſcopi præſunt Eccleſiæ Catholicæ, quæ & Apoſtolica dicitur, licet in partem ſolicitudinis aſſumpti, & quilibet ſuæ diœceſi: vnde ſede Apoſtolica, hoc eſt Epiſcopali officio, & dignitate dicuntur digniſsimi; cũ tamen ſpecialiter, & ſingulari ratione, vt alibi oſtenſum eſt, ſedes Apoſtolica Romana Eccleſia intelligatur; & Dominus Apoſtolicus vnus Romanus Pontifex appelletur. Hæretico, pro ſuo more, cachinnari liceat.

Quo ſenſu omnes Eccleſiæ, et Epiſcopales Cathedræ dici poſſint Apoſtolicæ.

Pag. 81.

Bonus ille Clodoueus noſter (inquit) *à S. Remigio licet inſtitutus, Apoſtolicam ſedem non alibi, quàm Romæ eſſe, nondum didicerat.*

Remigius Hormiſdæ Pont. Vicarius ad in Galliã conſtitutus.

ANnon verò, vt auctor eſt Hincmarus Rhemẽſis Epiſcopus epiſt. 6. ad Epiſcopos Rhemẽſis diœceſis cap. 11. *Hormiſda Pontifex vices ſuas S. Remigio per totum Regnum Galliarum commiſit?* Intelligendus eſt igitur habuiſſe auctoritatem, & ius in Eccleſias illius Regni. Et Clodoueus Rex coronã auream cum gemmis (quæ *Regnum* appellari ſolet) Beato Petro, id S. Remigio Rhemẽſi Epiſcopo ſuggerente, dixerit; vnde hoc niſi quia ſedem B. Petri Principis Apoſtolorũ, cui tum præerat Hormiſda, præcipuo honore colebat?

Clodoueus Rom. Pont. agnouit ſupremũ Eccleſiæ caput.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum decimumquartum.

Pag. 81.

Iam in hoc ſæculo, quo 500. à Chriſto anni clauduntur, &c.

Confictæ à Mornæo cauſſæ Progreſſus Pontificatus.

OCcaſiones aliquot fingit Mornæus, vnde Romanis Epiſcopis bene gerendi facilitas.

Pag. 82.

Prima. *Imperatorũ abſentia, Cõſtãtinopoli vt plurimũ degentium, qui vt in fide Romanos continerent, libenter Epiſcopis Romanis gratificabantur, et eò (inquit) impenſius, quò l ipſi Cæſarũ abſentia ad ſuam ambitionem grauiter abuterentur.* Secunda. *Septentrionalium populorũ appulſus, an affluxus, quorũ duces ſeſe mutuo ſupplantabãt, expellebãt; et vt in Italia pedẽ fortius figere poſſent, eorũ gratiã omnibus adulationibus demerebantur.* Tertia. *Hæreſeon ſubinde pullulantiũ ſeges, quarum proceres modò in Africa, modò in Oriente profligati, damnati, vt iuri ſe ſubducerent, Romanorum Pontificum Primatu abutebãtur ſeu appellationis ſpecie, ſeu retractationis ſpe, ad eos cõfugientes.* Poſtrema. *Omnes toto orbe amicitiam primæ ſedis Epiſcopi exãbiebant, cuius domiciliũ Vrbs primaria, Orbis epitome, in grauioribus rebus olim Conſilij fons, & origo.*

Diſcutitur prima cauſſa Progreſſus.

HAE ſunt cauſſæ progreſſus Pontificiæ auctoritatis quas nobis producit Mornæus, quẽ quidem progreſſum non alio referimus, quàm in Verbum Dei Omnipotentis Matth. 16. *Tu es Petrus; & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Quàm verò fictitiæ ſint, & friuolæ occaſiones iſtæ Mornæi, procliue nobis oſtendere. Quoad primã ſi Imperatores (vt non diffitebitur Mornæus) curarunt tam ſolicitè, vt æqualibus priuilegijs gauderet Conſtantinopolitanus Epiſcopus, quibus Romanus Pontifex; neque eorum præſentia, & Vrbis dignitas, quæ ſedes eſſet Imperij, id efficere vnquàm potuit; quid, quæſo, conferre potuit eorum abſentia ad progreſſum Romani Pontificatus? Deinde Imperatores Conſtantinopolitani magna ex parte fuerunt hæretici infeſtiſsimi ſedi Apoſtolicæ, quales eo ſeculo Zeno, Baſiliſcus, Anaſtaſius, plus æquo tribuentes Epiſcopis Conſtantinopolitanis, vt plurimum eorum perfidiæ aſſentientibus, Pontificis Romani mandata aſpernantibus. Quid igitur conferebant, vel abſentes, vel præſentes ad progreſſum Romani Pontificatus? Quòd ſi, vt fidem apud Romanos retinerent, gratificabantur Romanis Epiſcopis; nullum tamen inde ius in cæteras Eccleſias eis conferebant. Nec mirum certè, ſi quælibet ciuitas erga ſuum Epiſcopum, tanquàm præcipuam curam ſalutis eorum gerentem, benè affecta ſit, vt non minimi ſit momẽti illius auctoritas ad continendos populos in fide, vtque Principes inde facilè ſacris Antiſtitibus gratificentur; verùm id nihil iuris confert in alias Eccleſias. Non ergo inde progreſſus Pontificatus. Quid, quod ipſi Pontifices, aliquando Imperatores ipſos in ordinem redegerunt, minaces ad eos litteras ſcripſerunt, eoſdem anathemate percuſſerunt? cùm tamen magis adblandiri debuiſſent, & gratificari: ſi ab illis putaſſent vllo modo pendere ſuam auctoritatem.

Diſcutitur ſecũda cauſſa.

Quoad ſecundam cauſſam: Quid, quæſo, cõtulit, auctoritatis Pontificibus, Septentrionalium populorum, ferè hæretica labe infectorũ, appulſus, vel affluxus in Italiam; vnde, ſi rationem humanam conſulimus, potius foret deprimenda, aut extinguenda prorſus Pontificum auctoritas, niſi ſolidiori fundamento, hoc eſt, diuinis promiſſionibus niteretur? Quos verò ex Septentrionalibus illis populis iuuerunt Põtifices ad inuadendam Italiam, vel ad ſortius in ea pedem figendum? aut ſi conſeruerunt inter ſe manus, à cuius partibus ſteterunt? Odoacer Erulorum Rex in Italiam accerſitus contra Auguſtulum Oreſt is filium, electum ab exercitu Imperatorem; ſed ab his, qui Nepoti fauebant, non à Pontifice Romano, tum temporis Simplicio adiutus Theodoricus Gotthorum Rex in Italiam ingreſſus, bis occurrentem cum exercitu Odoacrem ſuperauit, ſemel ad Iſontium, atque iterum Veronæ. Quis eorum gratiam Felicis Papæ II. Simplicij ſucceſſoris adulationibus demeritus eſt; vt fortius pedem in Italia figeret?

Diſcutitur tertia cauſſa.

Quoad tertiam cauſſam, quis præter Romanos Pontifices in Africa, aut in Oriente profligauit hæreſes, aut hæreticos condemnauit? Quòd ſi aliquando ad eos appellarunt hæretici; certè, vel quia inuiti intellexerunt, quanta eſſet Romani Pontificis in controuerſijs fidei dijudicandis, vel hæreſibus condemnandis auctoritas, & putarunt, ſe eis facilè impoſituros; non autem quòd ſibi perſuaderent vnquam, ab vllo Romano Pontifice, pro quo Dominus in prædeceſſore Petro orauit, vt non deficiat fides eius, eorum hæreſim probatum

iri,

iri. Catholici etiam ipſi Epiſcopi; nonne de grauioribus negotijs ex Africa, & ex Oriente ſemper ad Romanum Pontificem retulerunt, ac ſi quæ Concilia contra hæreticos coegerũt, eorum authoritate, quæ definita eſſent, firmari voluerunt?

Diſſolutio quarta cauſſa.

Quoad poſtremam cauſſam: Ambierint omnes amicitiam primæ ſedis Epiſcopi; an verò ideò probabile eſt, paſſuros fuiſſe ius aliquod Pontificem Romanum in eos ſibi vendicare, niſi id ſciuiſſent diuinitus illi tributum? Omnes Principes potentiorum ſe, ac dignitate ſuperiorum amicitiam quidem ambiunt; ita tamen, vt non patiantur, facilè, ſibi iugum imponi, neque eos extra limites ſuarum ditionũ euagari. Hæc igitur ambitio nihil conferre potuit ad progreſſum Pontificatus. Nec tantùm amicitiam ſedis Apoſtolicæ Epiſcopi toto orbe ambierunt, ſed & Eccleſiam Romanã, in qua ſemper viguit Apoſtolicæ ſedis principatus, vt matricem, & radicem omnium Eccleſiarum venerati ſunt, illũq; Pontificem, vt Principem Epiſcoporum, & ſupremum iudicem controuerſiarum fidei, ac cauſſarum Eccleſiaſticarum coluerunt.

Et quia abyſſus abyſſum inuocat; ideò ad alias hæreticales blaſphemias vltrò Mornæus progreditur.

Pag. 82.

Eodem (inquit) *ſæculo inuocatio, & adoratio Sanctorum, & Martyrum propagatur: Deorum illi in locum iam ſubeunt.*

QVàm antiqua ſit inuocatio, interceſsio, veneratio, cultusque Sanctorum, & Martyrum in Eccleſia; immò quam ſit ab initio naſcentis Eccleſiæ vſitata, id ita copioſè ex Patribus oſtenderunt multi, qui de hac re ex inſtituto contra hæreticos ſcripſerunt, vt ſuperuacaneum ſit plura hoc loco contra Mornæum velle adferre, qui falsò ſcribit, hoc ſæculo 500. propagatam eſſe inuocationem, & adorationem Sanctorum, & Martyrum.

Sãcti apud Chatolicos non ſubeunt in locũ Deorum Gentilium vt blaſphemat Mornæus.

Quis verò Chriſtianus ferat, ab hoc perfido homine eodẽ loco haberi Sanctos, & Martyres, templa ipſius Spiritus Sancti, quo inanes illos Deos, quos à Diabolo seducta, olim finxit antiquitas, nihilq; differre cultum, & inuocationem Sanctorum ab Idololatria, & cultu dæmonum? Hæc certe eadem blaſphemia eſt, quam ore ſacrilego profert Fauſtus Manichæus apud D. Auguſtinum lib. 20. cap. 2. *Sacrificia paganorum vertiſtis in agapas, Idola in Martyres, quos votis ſimilibus colitis.* Cui deinde ca. 21. reſpondet D. Auguſtinus: *Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur, atque orationibus adiuuetur; ita tamen vt nulli Martyrum, ſed ipſi Deo Martyrum ſacrificemus, quamuis in memorijs Martyrum conſtituamus altaria &c.* Poſt: *Colimus Martyres eo cultu dilectionis, & ſocietatis, quo, & in hac vita coluntur Sancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Euangelica veritate paſſionem paratum eſſe, ſentimus. Sed illos tantò deuotiùs, quanto ſecuriùs poſt certamina ſuperat: quantò etiam fidentiore laude prædicamus iam in vita feliciore victores, quàm in iſta adhuc vſque pugnãtes &c.* Poſteà oſtendit, longè nos alium cultum exhibere Sanctis Martyribus, quàm exhiberent pagani Dijs ſuis. *At verò illo cultu, quæ græcè, latria, dicitur* (inquit) *cum ſit quædam propria Diuinitati debita ſeruitus, nec colimus, nec colendum docemus, niſi vnum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio ſacrificij, vnde Idololatria dicitur, eorum qui hoc etiam Idolis exhibent; nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam Martyri, vel cuiquam Sanctæ animæ, vel cuiquam Angelo &c.* Sed cultu latriæ colebant Deos ſuos, illisque offerebant ſacrificia Ethnici; igitur diſpar ratio. Valeant itaque iſtius Ethnici, in quo Vigilantij, & Fauſti Manichæi, & aliorum hæreticorum Spiritus reuixit, impoſturæ, & blaſphemiæ in Chriſtianam religionem, in vineam Chriſti Domini.

Sicut & contra Fauſtus Manichæus.

Non martyribus; ſed Deo Martyrũ ſacrificium offertur.

Cultus Latria Deo nõ martyribus defertur.

ANTIDOTVM
Contra Oppoſitionem Decimamquartam.

NVnc quæ in ſua oppoſitione Mornæus, effutiat, paulisper expendendum:

Pag. 82.

Epiſcopo interim Romano (inquit) *extra limites euaganti, non deerat ſubinde aliquis, qui frænum inijceret, quod nobis probatu facilius, ſi bonorum interceſſiones, & vſurpationes prauorum Eccleſiæ Miniſtrorum pari fide, & diligentia conſcriptæ fuiſſent.*

Mornæo quid ſit Roman. Pont. extra limites euagari.

POntificem Romanum, pro demandato ſibi à Deo officio, & prout omnium Eccleſiarum ſolicitudo illi incumbit, totius Ouilis Chriſti curam gerere, vbique locorum fidem aduerſus hæreticos, immò Principes, hæreſeon patronos, intrepidè tueri, hæreſesq; ipſas profligare: hoc eſt, Mornæo, omnium hæreſeon Cloacæ, extra limites euagari. Qui verò vnquàm Epiſcopo Romano frænum inijcere conati ſunt, niſi Principes hæretici, aut hæreſiarchæ ipſi? hos bonos ſcilicet intelligit? *Væ qui dicis bonum malum, & malum bonum; ponis tenebras lucem, & lucem tenebras.* At verò qui boni illi, qui interceſſerint, vt tamen eorum inter-

Hæretici antiqui Mornæo ſunt interceſſores probati, & boni Iſaiæ 5.

ſi in Gallias ad prædicandum Chriſti Euangelium, de quibus Gregorius Turonenſis libro 1. Hiſt. Francorum cap. 30. niſi à Romana Eccleſia? maximè cùm idem expreſsè doceat lib. 10. cap. 31. Gratianum primum Epiſcopum Turonenſem anno Imperij Decij primò à Romanæ ſedis Papa tranſmiſſum eſſe. Inde certè conſtare poteſt, quod nam perpetuò fuerit Epiſcoporum Gallorum de Romanis Epiſcopis iudicium; vt ad præcipuas ſententias epiſtolæ à Mornæo citatæ non ſit alia reſponſione opus.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum decimumquintum.

NVnc de Hormiſda Symmachi ſucceſſore anno 518.

Pag. 82. *Nec iſte (inquit) ſegnis in Occidente, ſi epiſtolis eius fides. Vicarios in diuerſis Prouincijs conſtituit &c.*

Hormiſda Symmachi ſucceſſor.

EXſtat epiſtola ipſius Hormiſdæ ad S. Remigium, qua ei vices ſuas in Regno Francorum committit: *& hanc epiſtolam germanam eſſe Hormiſdæ, recognoſces* (inquit Baronius ad annũ Chriſti 514) *ex eiuſdem Pontificis ſcribendi ſtylo, ſi conferas cum alijs eiuſdem Papæ epiſtolis &c. quòd enim moris eſſet, vt recens creatus Romanus Pontifex, immenſæ molis opus, totius Catholici orbis curam, cum Collegis Coepiſcopis, in diuerſis prouincijs partiretur, & vices ſuas eiſdem abſentibus delegaret; non ad Remigium tantùm iſta conſcripſit, ſed ad alios, in alijs prouincijs exiſtentes, maioris ordinis Sacerdotes, eiuſdem argumenti litteras dedit, vices ſuas iiſdem delegando &c.* Hæc ibi Baronius.

Varia Epiſtola Hormiſdæ apud varios.

Hanc epiſtolam Hormiſdæ Papæ ad S. Remigium habes etiam citatam apud Hincmarum epiſt. 6. cap. 11. vbi oſtendit, & alios Pontifices, iuxta morem antiquum, alijs in Gallia, vel alibi ſuas vices commiſiſſe. Extat eadem epiſt. apud Surium in vita S. Remigij 13. Ianuarij. Ita Auito Viennenſi in Gallia Narbonenſi potuit committere vices ſuas. Extat eiuſdem epiſtola 59. ad Ioannem Tarraconẽſem, & 61. ad Saluſtium Hiſpalenſem Epiſcopos, qbus eos in illis Prouincijs Vicarios ſuos inſtituit: neq; verò, vt nugatur Mornæus,

Hormiſda Pôt. varios varijs in locis ſibi Vicarios inſtituit.

Pag. 83. *Vt ſupra fratres ſuos ſe extollerent, hunc titulum ab eo lubenter accipiebant;*

NEc enim, niſi agnouiſſent, eum habere iuriſdictionem in alias Eccleſias, eum abeo titulum accepiſſent: & ipſe Auitus ad Hormiſdam ſcribens, eum vniuerſalis Eccleſiæ præſulem agnoſcit: *Dum religionis* (inquit) *ſtatui, & plenis Catholicæ fidei regulis perſpicitis conuenire, vt gregem per tota vobis vniuerſalis Eccleſiæ membra commiſſum, peruigil cura veſtræ adhortationis informet, Viennenſem Prouinciam ſuperiore anno, ſi meminiſſe dignamini, datis ad humilitatem meam litteris, viſitaſtis &c.* Ergo, ex ſententia Auiti, doctrina, & Sanctitate eximij Viennenſis Epiſcopi, præerat Hormiſda Pontifex Romanus vniuerſalis Eccleſiæ, & poterat per eundem viſitare Viennenſem Prouinciam, eumque ibi ſuum Vicarium inſtituere. Neq; veriſimile eſt, tam Sanctum Epiſcopum, qualem eum fuiſſe, teſtantur Gregorius Turonenſis libro 2. hiſt. Francorum ca. 34. & Ado Viennenſis in Chronico anno 492. & qualem præterea eum Eccleſia veneratur, talẽ titulum ab Hormiſda accipere voluiſſe, vt ſe ſupra fratres ſuos Coepiſcopos extolleret: & certè is titulus nullus fuiſſet, niſi ab habente iuriſdictionem eſſet collatus: & cæteri Epiſcopi nullam in ſe, aut Hormiſdæ, aut Auiti iuriſdictionem agnouiſſent, niſi Romanum Pontificem, vt Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſorem, toti Eccleſiæ præeſſe intellexiſſent. Neque etiam, vt aliorum cupiditati adblandirentur Pontifices, aut ſuæ indulgerent, Vicarios inſtituebant. Longè certè aliam rationem adfert Gregorius Magnus lib. 4. Indict. 13. epiſt. 52. ad Epiſcopos Galliarum; De Virgilio Arelatenſi eis Prælato, & vices Apoſtolicæ ſedis gerente, hæc inter alia ſcribit. *Quia vnum quodque tunc ſalubriter completur officium, cùm fuerit vnus, ad quem poſſit recurri, præpoſitus, idcircò opportunum eſſe perſpeximus, in Eccleſijs, quæ ſub regno præcellentiſſimi filij noſtri Childeberti Regis ſunt, ſecundùm antiquam conſuetudinem fratri noſtro Virgilio, Arelatenſis Ciuitatis Epiſcopo, vices noſtras tribuere, quatenus, & Catholicæ fidei integritas, id eſt, ſanctarum quatuor Synodorum, Deo protegente, ſolicita deuotione ſeruetur: & ſi inter fratres, Conſacerdoteſque noſtros aliqua euenerit fortè contentio, authoritatis ſuæ vigore, vicibus nempe ſedis Apoſtolicæ functus, diſcreta moderatione compeſcat:* ſupra autem ſcripſerat. *Ad hoc diuinæ diſpenſationis prouiſio gradus diuerſos, & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt, dùm reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordiæ fieret ex diuerſitate contexio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret.* Hac igitur ratione, non ea, quam fingit Mornæus, Pontifices in Prouincijs remotis Vicarios inſtituebant; & illi, non vt ſupra fratres ſuos ſe extollerent, ſed vt Pontificum onus in cura Paſtorali ſubleuarent, operamq; ſuam Eccleſiæ præſtarent, eum titulum accipiebant.

Auitus Viennenſis Epiſcopus Hormiſdã vniuerſalis Eccleſiæ Præſulem fatetur.

Figmentũ Mornæi quã nihil in Auit. quadret.

Cur Pontifices inſtituerint ſibi Vicarios.

In

Digitized by Google

In Oriente (inquit) *non ſecùs componendarum in religione controuerſiarum, et Synodi Chalcedonenſis conſtabiliẽdi prætextu, Legatos ad Imperatorem Anaſtaſium mittit, qui aduerſam partem tuebatur,*

Pag. 83.

ITa Anaſtaſius Bibliotec. in Hormiſda teſtatur. *Eodem tempore ex conſtituto Synodi miſit in Græciam, humanitatem oſtendens ſedis Apoſtolicæ, quia Græci obligati erant ſub vinculo anathematis, propter Petrum Alexandrinum & Acacium Cõſtantinopolitanum Epiſcopos, ſub Ioanne Epiſcopo Cõſtantinopolitano, cum Conſilio Regis Theodorici.* Vbi correctoris Mornæi gloſſa,

Hormiſda Legatos mittit in Græciam.

Permiſſu (inquit) *dicere noluit.*

DIrexit *Ennodium Epiſcopum Ticinenſem, & Fortunatum Epiſcopum Catenenſem, & Venantium Presbyterum vrbis Romæ, & Vitalem Diaconum ſedis Apoſtolicæ, & Hilarium Notarium ſedis ſupradictæ.* Extat Indiculus illis datus, quo præſcriptum, quid Conſtantinopoli agere deberent, & fidei formula, quam ad fidem redire cupientes profiterentur, præſcripta; *Vt Sancta Synodus Chalcedonenſis, & epiſtolæ Sancti Leonis Papæ ſeruentur: Vtq; clementiſſimus Imperator conſentiens debeat pietatis ſuæ Sacra generalia ad vniuerſos Epiſcopos deſtinare, in quibus ſignificet, prædicta ſe, & credere, & vendicare. Conſentientes etiam Epiſcopi in Eccleſia, præſente plebe Chriſtiana hęc prædicare debeant: Amplecti ſe ſanctam Synodum Chalcedonenſem, & Epiſtolas Sanctiſſimi Papæ Leonis, quas ſcripſit contra hęreticos Neſtorium, & Eutychetem, & Dioſcorum, ſed & contra ſequaces eorum, Timotheum Ælurum, Petrum, vel contra eos, qui in ipſa cauſſa tenentur obnoxij: ſimul etiam, & Acacium, qui quondam Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ fuit Epiſcopus, ſed & Petrum Antiochenum anathematizantes cum ſocijs eorum.* Vbi Mornæus,

Fidei formula Legatis data, quã redire ad fidẽ cupientes profitentur.

Nec iniucundum (inquit) *obſeruare, in Legatorum mandatis, vt omnes eis greſſus admetiatur; omnia verba minutim præſcribat &c.*

Pag. 83.

AN verò hoc inſolitum eſt, vt minutim omnia Legatis præſcribantur, quibus nec licet fines excedere mandati; alioqui enim eſſet παρεπίσημα perperàm obita Legatio. Hinc verò intelligitur Baronij obſeruatio ad annum Chriſti 515, quanta ſcilicet agat prudentia Romanus Pontifex, quantaque cautela tractet cum hæretico Principe, pollicente, licet, ſe Catholicam fidem integrè profiteri, vt & illud in primis ab eo exigat, vt, publica edicta ſanctione, in omnibus, quibus imperat locis, innoteſcere faciat, ſe in omnibus aſſentiri Catholicæ fidei, ipſi exhibitæ per Legatos Romani Pontificis: quod ſi facere renuat, eum indignum putat Apoſtolicæ Eccleſię communione; ſicque cogit, vt cuncta antea præſtet, quæ Catholicum decent Imperatorem, vt & in omnibus proſpectum eſſet Catholicæ Eccleſiæ maieſtati, atque Romani Pontificis authoritati, qua perfidus conaretur abuti ad ſua ipſius ſtudia confouenda, & labentem ſtatum Imperij ſolidandum. Quia verò Eutychianus erat hæreticus, Anaſtaſius inſectator Concilij Chalcedonenſis, & Orthodoxorum perſecutor, ob idquè antea à Symmacho Papa meritò excommunicatus, ideò non prætextu Concilij Chalcedonenſis conſtabiliendi, vt nugatur Mornæus, Legatos in Orientẽ mittebat; ſed hoc vnum illi erat propoſitum, vt Imperatorem, & Orientales ad profeſſionem fidei Orthodoxæ, & communionem Apoſtolicæ Eccleſiæ reduceret; quo certè nihil ſanctius, & animarum ſaluti ſalubrius ſibi tantus Pontifex proponere poterat; & ipſe Imperator Anaſtaſius, datis ad eum initio litteris, præſeferebat, ſe magno teneri deſiderio, vt diſſidia orta in Eccleſia, etiam coacto Concilio, componerentur. Sed hic Mornæus,

Minuta inſtructio Legatis dari ſolita.

Hormiſda prudentia & cautela cum Imperatore Orientis hæretico.

Cur Hormiſda Legatos in Orientem miſerit.

Interim vt zelum ſuum erga hanc Synodum oſtentet, à Decreto illo præcipuo, quo Epiſcoporum fines regebantur, recedit &c.

Pag. 83.

ATqui nunquam Romæ apud Hormiſdam, vel Conſtantinopoli apud Legatos, actum de eo decreto: nec tùm erat contentio de priuilegijs Conſtantinopolitani Epiſcopi, ſed de profligandis hæreſibus, quæ tùm miſerè vexabant Orientem, & de conſtabilienda fide Synodi Chalcedonenſis, ac de epiſtolis Papæ Leonis, quas contra Eutychem & Dioſcorum, & alios hæreticos ſcripſerat, recipiendis. Si quando verò Pontifex proteſtatur, ſe nihil præter Synodum Nicœnam agnoſcere; non vtique excludit Concilium Chalcedonenſe, de quo conſtabiliendo per Orientem magis tùm agebatur, quàm de Nicœno: neque contraria erat fides Concilij Chalcedonenſis de Incarnatione verbi contra hæreticos Dioſcorum, & Eutychem, fidei Nicęni Concilij, de diuinitate Filij, & conſubſtantialitate cum Patre, contra impium Arium; neque alia fides condita in Chalcedonenſi Synodo, præter fidem Concilij Nicœni; ſed canon ille, quem toties inculcat Mornæus, de æqualibus priuilegijs Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ cum Romana, pugnabat cum Canone Concilij Nicœni; immò ita cum inſtitutione diuina, vt Patres illi à Leone poſtulantes, confirmari Acta Concilij, eorundem priuilegiorum Conſtantinopolitanę cum Romana Eccleſia nec auſi ſint meminiſſe. Sed de his iam ſatis ſuo loco. Hoc vnum iſti hæretico propoſitum eſt, vt quacunque ratione exagitet Romanos Pontifices: eò non laudat Hormiſdam, quòd tam gnauiter laboraret in reſtituenda fide Catholica per Orientem, quod inficiari non poteſt; ſed ei criminis loco obijcit, quòd à decreto illo præcipuo, quo Epiſcoporum fines regerentur,

Hormiſda tepore nec Romæ, nec Conſtantinopoli actũ de Canone quo priuilegia Eccleſiæ Conſtantinop. continebãtur.

Quo ſenſu Hormiſda Pont. proteſtatur, ſe nihil præter Synodũ Nicænam agnoſcere.

Digitized by Google

rentur, apertè recederet; quòd falſum eſt, cum de decreto illo nunquàm actum: & ſi quis Epiſcopus Conſtantinopolitanus tùm temporis contendit de primatu cum Romano Pontifice, non certè alius potuit eſſe, quàm Timotheus ille, in locum Macedonij Catholici ab Anaſtaſio Imperatore intruſus; ſed ille, cum hæreticus eſſet, & anathematizaſſet Concilium Chalcedonenſe, non potuit illius niti decreto pro ſuo Primatu:

Pag. 83. *Ne in Canonem (inquit) Conſtantinopolitanum, & Chalcadonenſem, tanquam in laqueum ſeſe induat.*

AN verò Conſtantinopolitano Canone veteris, & nouæ Romæ priuilegia coequantur? *Conſtantinopolitanæ Ciuitatis Epiſcopum habere oportet Primatus honorem poſt Romanum Epiſcopum:* vbi præfertur quidem Alexandrino, & Antiocheno Epiſcopis; non autem coequatur, immò poſt ponitur Romano; vbi & Primatum Romani Pontificis apertè Concilium aſſerit, quem non legimus ab aliquo Concilio illi delatum, ſed ab omnibus agnitum, tanquàm diuinitùs conceſſum. Superfluum eſſet in reliquis, quæ habet in ſuo progreſſu, immorari. Expendenda, quæ in oppoſitione ſequenti.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem Decimamquintam.

Ac primùm quod ſcribit Legatos,

Pag. 84. *Multis honoribus ab Imperatore Anaſtaſio cumulatos.*

Deinde,

Duas Legationes confundit Aduerſarius.

Imperatorem legatos ablegaſſe, & naui periculoſæ impoſuiſſe.

Prima Legatio miſſa ab Hormiſda ad Anaſtaſium Imperatorem.

NOn id ad vnam, & eandem legationem referendum eſt; nam Hormiſda primò Legatos miſit, Ennodium Ticinenſem Epiſcopum, Fortunatum item Epiſcopum, Venantium Presbyterum, & Vitalem S. Romanæ Eccleſiæ Diaconum, quibus eorum, quæ agere deberent Conſtantinopoli, datum mandatum, & fidei formula, quam profiterentur redeuntes ad fidem Catholicam, præſcripta, quod vocat Mornæus.

Pag. 84. *Religionem potius imperare quàm de ea conferre:*

CVm tamen non aliam fidem per ſuos Legatos proponeret Pontifex, quàm à ſacroſanctis Concilijs contra hæreticos; præſidente, & docente ipſo Spirituſancto, definitam: neque certè de his conferendum erat, quæ à Sanctis Patribus in Concilijs iam erant definita; Et hi Legati quidem honorificè ab Anaſtaſio ſuſcepti ſunt, qui & capitibus cunctis à Legatis oſtenſis, profeſſus eſt ſe aſſentiri, & omnibus, quæ ab eis poſtulata ſunt nomine Hormiſdæ, acquieuit, vno excepto capitulo de nomine Acacij cum alijs hæreticis condemnando; non certè quòd in animo haberet reſtituere Catholicam fidem, ſed vt per ſimulatam pietatem Catholicam ſibi infenſum populum Conſtantinopolitanum conciliaret, & milites aduerſantes, ac ſectantes Vitalianum Magiſtrum militum, ob Catholicam fidem contra eum pugnantem, ad reſtituta penitùs ſigna reuocaret.

Quomodo Imperator ſe geſſerit, quoad capita, et poſtulata Hormiſdæ Pont.

Quod itaque ſcribit Anaſtaſi⁹ Bibliotheca- rius, Legatos tum nihil egiſſe; eo ſenſu verum eſt, quòd Anaſtaſio nihil curæ fuerit reſtituere fidem Catholicam, & ſe magis verbis, quàm factis Catholicam ſit profeſſus. Idem Pontifex alteram miſit Legationem, de qua idem Anaſtaſius. *Idem ſecundò miſit Ennodium ipſum, & Peregrinum Epiſcopum Mezeenſem portantes epiſtolas confirmatorias fidei, & conteſtationes ſecretas numero decem, & nouem, & textum libelli, in quo libello noluit conſentire Auguſtus Anaſtaſius; quia & ipſe in hæreſim Eutychianam communicarat. Voluit itaque eoſdem Legatos per remunerationem corrumpere: Legati verò ſedis Apoſtolicæ, contempto Anaſtaſio Auguſto, nullatenùs conſenſerunt accipere pecunias, niſi ſatisfactionem ſedis Apoſtolicæ operarentur. Tunc Imperator repletus furore eiecit eos per poſticulum, & impoſuit eos in naui periculoſa, cum militibus, & Magiſtrianis, & Præfectis nomine Heliodoro, & Demetrio: quibus hoc dedit in mandatis Imperator, vt nullam Ciuitatem ingrederentur.* Quæ certè non ad priorem, ſed ad poſteriorem legationem referenda ſunt; cum tamen vtramque legationem videatur hic confundere Mornæus. Quam itaque is vocat *inſolentiam* Legatorum, qua offenſus fuit Anaſtaſius, non alia fuit, quàm quod non paſsi ſint, ſe ab eo corrumpi; neque illius hæreſi conſenſerint, ſed ſtrenuè Legationem ſuam obierint.

Quo ſenſu dictũ hanc Legationẽ nihil egiſſe

Secunda eiuſdem Legatio.

Hormiſdæ Legati quomodo, neglectis Imperatoris muneribus eiecti.

Incorruptam Legatorum fidẽ Mornæus vocat inſolentiam.

Quod ſcribit Legatos in Patriarcham Ioannem ſecundum Baſilidem incidiſſe,

Qui iuriſdictionem alienam inuadentibus ſeſe gnauiter oppoſuerit: Pag. 84.

AVthorem citat Sabellicum Ennead. 8. lib. 2. ex quo Patriarchæ verba producit. Sed quid ſentiat Sabellicus, ſupprimit; Ita enim ille ſcribit. *Damnauit Hormiſda Eutychianos celebri conuentu, quem Romæ habuit; Ioannem Conſtantinopolitanum litteris, & nuncijs hortatus eſt ad duas in Chriſto naturas credendas, ſed homo Græcus, ſuaque natura contumax, Anaſtaſijque fauore adhuc contumacior factus, Romani Pontificis litteras, & monitus non ſolum aſpernari, ſed Legatos etiam, ad id miſſos,*

Suppreſſa à Mornæo ſententia Sabellici de Hormiſda, & Ioanne Eutychiano.

miſſos, contra ius gentium, graui contumelia affecit: Fuerunt Legati, qui ab Hormiſda miſſi ſunt, Ennodius Ticinenſis Antiſtes, Fortunatus Catinenſis, Venantius Presbyter, & Vitalis Diaconus; ubi in rimoſam nauim, ac penè ſolutilem impoſiti, recta in Italiam nauigare iuſſi ſunt, vetitique Græciæ litus ullum attingere: ſed quàm per hæc ignominioſè legatos dimiſit, tam ſuperbè, & inſolenter reſpondit, vt diceret, ſcire ſe Auguſtorum eſſe, non Pontificis imperare, aut ſi quis fuerit, in quo hunc, cui diuina curæ ſunt, iubere oportet, ſe eum eſſe, à quo alij multò melius ſua iuſſa expectent, quàm ſua proponant exequenda. Vbi cùm Mornæus ex Sabellico citat ſola verba Patriarchæ, perinde facit, ac ſi quis ex ſcriptura Pſal. 52. citaret: (*non eſt Deus*,) ſuppreſsis verbis Pſalmiſtæ, *dixit inſipiens in corde ſuo*; aut ſi quis ex Iob 22. ea citaret: *circa cardines cœli verſatur, nec noſtra conſiderat*: ſupprimendo, quod ea ex perſona impiorum dicantur: aut illud ex Euangelio Ioannis cap. 9. *Scimus, quia peccatores Deus non audit*; non exprimendo, quod ea in Euangelio quidem referantur ſcripta, ſed vt à cæco nato, nedū à Chriſto perfectè illuminato, prolata. Ita ex Sabellico refert ea, quæ à Patriarcha Ioanne dicta, ſed non exprimit, ex mente Sabellici, eadem eſſe à Patriarcha in hoc contumaci, ſuperbo, & inſolente dicta; vt ille de facto quidem, ſed non niſi contra ius ſeſe oppoſuerit mandatis Pontificis, & Legatorum illius. Verum notandum hic in multis decipi Mornæum hæreticum cum Sabellico, ſed Catholico: nam primò confundunt vtramque legationem Hormiſdæ. Secundò, Sabellicus ſcribit, Conſtantinopolitano Antiſtiti nō diu id ſcelus fuiſſe impunitum, quippe qui haud multò poſt de cœlo ictus fuerit ſuæ impietatis pœnas: quod de Anaſtaſio Imperatore verum eſt, non de vllo tum temporis Patriarcha Cōſtantinopolitano. Tertiò; falſum eſt, Legatos incidiſſe in Patriarcham Ioannem; nam in prima Legatione Timotheus hæreticus erat Epiſcopus Conſtantinopolitanus, eò ab Anaſtaſio Imperatore, Macedonio Catholico eiecto, intruſus. Id conſtat, ex Indiculo legatis dato; & cum ſecundò Legatos miſit Hormiſda, idem ad huc præerat Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & ad eum ſcripſit Pontifex litteras per Legatos, non quidem communicatorias, Catholicis dumtaxàt dari ſolitas, ſed commonitorias, etiam hæreticis communes, & eſt inter epiſtolas Hormiſdæ 12. in 1. volum. epiſt. Pont. quo morte inopinata de medio ſublato, in eius locum ſubrogatus eſt Ioānes Cappadox; cuius electio, cùm poſt vtramque Legationem contigerit, & Catholicæ fidei cultor extiterit, & præterea miſerit libellum ad Pontificem, quo Catholicam fidem profitebatur, & ipſius Pontificis nomen in dypticħis deſcriptum eſſe ſignificabat: non potuerunt certè illius eſſe verba, contumaciæ, inſolentiæ, & arrogantiæ plena ad Legatos Pontificis, quæ citat Mornæus, etiam ſi alioqui fidem Catholicam ſub Anaſtaſio Imperatore aliquandiu diſsimulaſſet, aut timore perterritus, ſilentio obriguiſſet.

Mornæus in citandis ex Sabellico verbis Io. Conſt antiſt. cui ſit ſimilis.

Errata Sabellici, & Mornæi quoad præ...

Fulmine de Cœlo percuſſo Anaſtaſio nefario Imperatore hæretico, ſuccedit Iuſtinus Thrax, omnium conſenſu Orthodoxus, qui & Pontificis authoritati plurimum ſuffragatus eſt; tantùm abeſt, vt ei ſe oppoſuerit. Sed primum, quòd obijcit Mornæus,

Anaſtaſius Imp. fulmine ictus moritur, cui ſuccedit Iuſtinus, vir Orthodoxus.

In Actis Synodi Conſtantinopolitanæ act. 1. & inter acclamationes populi Conſtātinopolitani in Eccleſia, Ioānē Epiſcopum Cōſtantinopolitanum Patriarcham Oecumenicum nuncupari. Pag. 84.

REctè monet Baronius Ad annum 518. art. 14. cauendam in hoc poſteriorum græcorum impoſturam: *Cum enim ipſa Acta vera omninò, atque legitima ſint, haud tamen dubium putamus, ipſa quidem in eo eſſe falſata, dùm, quoties nominatus reperitur ipſe Ioannes Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, toties fermè additus eſt titulus Patriarchæ Oecumenici. Haud enim recepiſſet Romana Eccleſia eiuſmodi Acta, in quibus adeò frequens titulus eiuſmodi legeretur, quo Epiſcopus Conſtantinopolitanus Patriarcha Oecumenicus diceretur. Etenim Pelagius Papa II. Sancti Gregorij prædeceſſor, in Ioannem Conſtantinopolitanum Antiſtitem, eius nominis tertium, qui ſibi huiuſcemodi titulum vſurpauerat, impugnator inſurgens, cum ad vniuerſos Epiſcopos ſcribit, inter alia plurima, in deteſtationem nouæ præſumptionis, hæc habet: State fortes, ſtate ſecuri, ſcripta, quæ vniuerſalis nominis falſitate condemnata ſunt, nec dare vnquam, nec accipere præſumatis. Idemque ſuperius tradit, nihil eiuſmodi ab eiuſdem Ioannis prædeceſſoribus Conſtantinopolitanis Epiſcopis aliquando tentatum fuiſſe: in quam ſententiam Sanctus etiam Gregorius Papa ad eundem epiſtolam dedit, libro 4. epiſt. 38.* Vnde rectè argumentatur Baronius. *Cum adeò graues extent teſtificationes Romanorum Pontificum, de eiuſdem tituli deteſtatione, atque abrogatione, quonam pacto inter publica Acta Concilij illa reperiuntur eſſe deſcripta, atq; recepta Acta, in quibus idem damnatus, reiectuſque titulus toties legitur repetitus? Præterea ſi in eadem Synodo idem ſæpe titulus lectus, nec reiectus ab aliquo fuit, cur hæc non citata fuerunt contra eoſdem Romanos Pontifices Pelagium, atque Gregorium?* His Baronij ſolidiſsimis argumentis nihil habuit, quod reſponderet Mornæus: qui & falsò ſcribit, tantum abeſſe, vt Orientis Epiſcopi eam authoritatem Romano elargirentur; cum in Concilio Chalcedonenſi, vt ſuo loco vidimus, eū titulū vniuerſalis Epiſcopi Leoni Pōtifici detulerint. Pergit Mornæus

Titulus Patriarchæ Oecumenici per impoſituram adiectus nomini Ioannis Epiſcopi Conſtātinopol.

Et tamen (inquit) Baronius, regnante Iuſtino, multum iuriſdictioni Epiſcopi Romani accreuiſſe lubēs perſuadeat. Pag. 84.

CErtè hæretici Imperatores, quantum in illis fuit, Romani Pontificis depreſſerūt authoritatem, & iuriſdictionem, vbi Catholici poſtea eam releuarunt. An verò Catholicus Princeps eſſe poteſt, qui nō communicat cum Pontifice Romano, eiuſque iuriſdictioni ſuffragatur? Cum itaque ſub Iuſtino Catholicæ fidei patrono, erectus ſit animus Orthodoxorum

Digitized by Google

Quo ſenſu ſuo Iuſtino Imp. aucta iuriſdictio Rom. Pont.

rum Epiſcoporum, nouos ſpiritus reſumpſerit Catholica fides in Oriente, hoc ſenſu veriſsimè ſcripſit Baronius, tum multum accreuiſſe iuriſdictionem Romani Pontificis. Quid, quod de ſua creatione litteras dedit Iuſtinus Auguſtus, tanquam Eccleſiæ filius, ad Hormiſdam Papam? Vbi Baronius ad annum 518. art. 67. *Vides veterem morem Orthodoxorum Imperatorum, qui ſimul ac eſſent creati Auguſti, ad Romanum Pontificem, quem vt parentem venerarentur, litteras darent. Nulla enim fortiori potentia, quàm communione cum Catholicæ totius Eccleſiæ primario Antiſtite conciliari ſibi populorum fidelium voluntatem poſſe ſciebant.*

Iuſtinus Imp. de ſua creatione litteras ad Hormiſdã dedit.

Orientales Epiſcopi quanti fecerint Hormiſda Rõ. Põt. authoritatem.

Ad ea quæ ſcribit Baronius ibidem art. 70. *Inter hæc Orientales Epiſcopi, à quibus Conſtantinopoli Synodus celebrata eſt, probè ſcientes, quæ in ea decreta eſſent, nullarum eſſe virium, niſi Romani Pontificis conſenſus accederet, & fruſtra pro Catholica fide inſtauranda laborare, niſi Catholica per eundem communione impartirentur, hanc vt ab Hormiſda Papa conſequi poſſent, Iuſtini Imperatoris primùm litteris agunt, inſuper & ijdem ipſi ea de re ſcribunt litteras Synodales ad eundem Pontificem. Id enim ipſe Imperator ſuis litteris teſtatur, quibus omnibus ijdem illud expetierunt, vt Legati ab ipſo Romano Pontifice Conſtantinopolim mitterentur, qui Apoſtolica authoritate conciliarent Eccleſijs pacem, & lapſos in Eccleſiam reſtituerent.* Subiungit ibidem litteras Iuſtini Imperatoris ad Hormiſdam Baronius, & extant tom. primo Epiſt. Rom. Pont. poſt Epiſt. 22. Hormiſdæ Papæ, quibus ſubiecit Epiſtolam Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani, quæ ibidem ſubijcitur Epiſtolæ 23. Hormiſdæ; Vbi ridiculus blatero noſter;

Ergonè hanc ex charitate præuentionem, homini præſtationem interpretabitur? & hoccine quæſtionem definit? Num Epiſcopus Romanus ibi ſuperior, cum ipſi ad Synodum eum inuitent? non ille conuocet? Pag. 84.

SI Orientales Epiſcopi non agnoſcerent Romanum Pontificem ſuperiorem, quid opus erat, tanta ſolicitudine illos ad eundem ſcribere, & ad idem præſtandum Imperatorem monere, idque pro concordia colentium veram, & Orthodoxam fidem, proque vniuerſitate venerabilium eius Eccleſiarum? Sciebant nimirum, non poſſe inter ſe concordes eſſe Eccleſias, niſi & cum capite ipſo concordarent; & qui ſchiſmatici antea fuiſſent, aut communicationi hæreticorum ſe turpiter miſcuiſſent, eos à ſupremo Antiſtite debere in communionem Eccleſiæ admitti: falſum verò eſt, ipſos Pontificem ad Synodum inuitare. Nunc ex litteris Iuſtini Imperatoris, & Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi, conſtabit; Mornæum pro more ſuo falſa ſcribere. Rogant eum vt viros religioſiſsimos, pacificos, & dignos Apoſtolica ſede eò deſtinet, nempe qui legatione in Oriente fungãtur.

Hormiſda non inuitatus ad Synodum.

At verò Patriarcha Conſtantinopolitanus (obijcit Mornæus) *Sanctiſſimum fratrem, et Comminiſtrum Hormiſdam compellat, & ille non alio titulo apud Patriarcham vtitur; Hormiſdas Epiſcopus Ioanni Epiſcopo Cõſtantinopolitano.* Pag. 84.

VErùm, & Ioannes Hormiſdam *Dominum ſuum* appellat; Ita enim habet Epiſtolæ inſcriptio poſt vigeſimamtertiam Hormiſdæ Epiſtolam. *Domino meo, & per omnia Dei amatori ſanctiſſimo fratri, & Comminiſtro Hormiſdæ Ioannes in Domino ſalutem.* Certè ſi ſe parem Hormiſdæ agnoſceret, non vtique *dominum* eum compellaret: vnde, & Pontifex Romanus ſcribens ad Patriarchas, eos quidem *fratres, & Comminiſtros*, ſed nunquàm *Dominos* appellat. *Ex huiuſmodi inſcriptione* (inquit Baronius) *redarguas impoſturam illapſam in Acta publica, ſuperiùs recitata, in quibus ſemper ferè ipſe Ioannes inſcriptus reperitur, Patriarcha Oecumenicus; cum in litteris ad Hormiſdam neque Archiepiſcopum ſe nominet.*

Patriarcha Cõſtãtinop. Hormiſdã vocat Dominum, et ſuperiorem agnoſcit.

Epiſcopus Rom. nunquã alios epiſc. vocat Dominos; ſed fratres, et cõminiſtros.

Magna reuerentia proſecutus eſt Iuſtinus Imperator Catholicus Legatos Hormiſdæ Põtificis; vt proceres aulæ miſerit illis obuiam, quod teſtatur ſuggeſtio Legatorum ad Hormiſdam, quæ habetur poſt Epiſt. 34. Hormiſdæ tom. primo Epiſt. Pont. quam vbi Baronius exſcripſit. *Vides* (inquit ad annum 519. art. 36.) *Lector, qualia eſſe conſueuerint obſequia Orthodoxorum Imperatorum erga Romanum Põtificem, vt miſſæ ab eo legationi, per viros clariſſimos occurri voluerint &c.* Idem teſtatur, & Anaſtaſius Bibliothecarius in Hormiſda, vbi nominatis Legatis à ſede Apoſtolica decretis, Germano Capuano Epiſcopo, Ioanne, & Blando Præsbyteris, Felice, & Dioſcoro Diaconis ſedis Apoſtolicæ, & Petro Notario, *quibus venientibus* (inquit) *iuxta Conſtantinopolim tanta gratia fidei refulſit, vt multitudo Monachorum Orthodoxorum, & illuſtrium virorum maxima multitudo occurreret. In quibus Iuſtinus Imperator, & Vitalianus Conſul ſimul occurrerunt ad Caſtellum Rotundum, quod ducit vſque in Ciuitatem Conſtantinopolim cum gloria, & laudibus. Qui ingreſſi, vna cum Grato, & Illuſtri ſuſcepti ſunt à Iuſtino Auguſto Orthodoxo cum gloria. Omnis itaque Clerus vna cum Epiſcopo Ioanne Conſtantinopolitano gauiſus eſt, ſentientes eò quod gratanter ſuſcepti ſunt.* Hic Mornæus non ferens tantam reuerentiam exhibitam Legatis.

Iuſtini Imp. reuerẽtia erga Legatos Hormiſdæ.

Et reuerentia à pio Principe exhibita ſeruitutem induxerit? Pag. 84.

ATqui hæc non fuit reuerentia coacta, & ſeruilis, ſed libera, & filialis; An verò legimus Conſtantinopoli aliquando tam hono-

Qualis fuerit hæc reuerentia.

Digitized by Google

rificè exceptos ab Imperatore, Clero, & populo alios Patriarchas, nedùm eorum legatos? Aliquid igitur longè ſublimius iudicabat de Romano Pontifice, vt totius Chriſtiani gregis ſummo Antiſtite, quod non de cæteris. Theodoritus Epiſcopus de Lignido, ita litteras Hormiſdæ ſcribit, poſt eandem trigeſimamquartam Hormiſdæ Epiſtolã: *Domino Sancto, Beato prædicabili, & adorando Apoſtolico Patri Hormiſdæ Papæ Vrbis Romæ humilis famulus tuus Theodoritus*. Vbi Baronius. *Ex quarum inſcriptione pariter cognoſcas, quo cultu Orthodoxi Epiſcopi venerarentur Romanum Epiſcopum*. Et Andreas Præualitanus Epiſcopus in Epiro: *Domino ſemper meo Beatiſſimo, & Apoſtolicæ ſedi intima veneratione præferendo, atque Angelicis meritis coæquando, Patri Patrum, Papæ Hormiſdæ Andreas*. Has inſcriptiones *ineptias, & impietates* vocat Mornæus: atqui ſunt Orthodoxorum Epiſcoporum qui Sacroſanctam Catholicam fidem profitebantur, & ab hæretica perfidia plurimùm abhorrebant, quos nec adulabundos iſte dicet, cum nec officia, aut dignitates ab Hormiſda exambirent. Itaque ex ſententia Mornæi, impij erunt Archimadritæ, & cæteri Monachi ſecundæ Syriæ; qui cum perſecutionem ſæuiſsimam ab Eutychianiſtis hæreticis paterentur, ita Hormiſdæ litteras quæ poſt vigeſimam Horſmidæ epiſtolam tomo primo epiſto. Pontif. habentur: *Sanctiſſimo, & Beatiſſimo vniuerſi orbis terræ Patriarchæ Hormiſdæ, continenti ſedem Principis Apoſtolorum Petri, deprecatio &c.* Impius Pompeius, ille inclytus Senator, cuius hæc extat inſcriptio. *Domino meo Beatiſſimo, & Apoſtolico Patri Hormiſdæ Archiepiſcopo vniuerſalis Eccleſiæ*. Impiæ, & illæ clariſſimæ fœminæ Senatoriæ, ac Patriciæ, quæ tempore perſecutionis Anaſtaſij hæretici Imperatoris, pro Catholica fide ſteterunt inconcuſſæ, quarum Anaſtaſia in hunc modum ſcribebat, *Domino Sancto, & Beatiſſimo Patri Patrum Hormiſdæ, Archiepiſcopo vniuerſalis Eccleſiæ*; Et Iuliana Anicia: *Domino Beatiſſimo, atque Apoſtolicæ ſedis probatiſſimo Pontifici Hormiſdæ*: Impij inſuper illi Patres Conſtantinopolitanæ Synodi, quorum hæc eſt inſcriptio: *Domino noſtro Sancto, ac Beatiſſimo Patri Patrum Archiepiſcopo, & Patriarchæ Hormiſdæ*; Theophilus, Baſilius, Eſaias, Anaſtaſius, Paternus, Martianus, & cætera Sancta Synodus, quæ in Conſtantinopolitana eſt Ciuitate congregata. Iſti omnes impij; ſed impio nouatori, qui ponit tenebras lucem, & lucem tenebras; qui dicit bonum malum, & malum bonum.

Inſcriptiones aliquot epiſtolariũ ad Hormiſdam Pont.

Quàm multi ex ſententia Mornæi credendi ſint impij.

De libello profeſſionis ab Hormiſda, per Legatos ſuos miſſo Conſtantinopolim.

Libellus profeſsionis à Legatis oblatus, Roma ab Hormiſda Pontifice miſſus, (de quo Baronius ad annum 519. art. 50.) ita ſe habet: *Prima ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire, & à Patrum traditione nullatenùs deuiare; quia non poteſt Domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti ſententia dicentis: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam Hæc quæ dicta ſunt rerum probantur effectibus: quia in ſede Apoſtolica inuiolabilis ſemper cuſtoditur religio.* Eo libello anathematizat omnes hæreticos, præſertim in duabus poſtremis Synodis Epheſina, & Chalcedonenſi condemnatos; his coniungens Timotheum Aelurum parricidam cognominatum, & huius diſcipulum, & ſequacem, in omnibus Petrum Alexandrinum: anathematizat ſimiliter Acacium quondam Conſtantinopolitanæ Vrbis Epiſcopum, complicem eorum, & ſequacem factũ, nec non & perſeuerantes eorum communioni, & participationi. Hic Mornæus,

Libellus iſte (inquit) *authoris ambitionem in fronte præ ſe fert. Tu es Petrus.* Pag. 84

AN verò hæc Chriſti verba ambitionem præ ſe ferunt, aut ambitio eſt citare hæc verba Chriſti? Subiungit.

Et quicquid importunè inde colligunt.

NOs certè inde colligimus, quod Sacroſanctæ Synodi, & omnes Patres collegerunt, Petro, & ſucceſſoribus illius datas eſſe claues Regni cœlorum, & poteſtatem ligandi, & ſoluendi ſuper terram; nec id importunè colligimus, cùm id habeant expreſsiſsimè verba Chriſti. Annon verò huic libello ſubſcripſit tùm Imperator, tùm Patriarcha Conſtantinopolitanus, & omnes Orthodoxi Orientales,

Et libello quot, & quanti ſubſcripſerint.

Et Imperator (inquit) *Iuſtinus, cui pax Eccleſiæ cordi, ne aliqua Contentione obturbaretur, quia Orthodoxæ fidei aduerſari non videbat, à ſuis ſubſcribi, ſatagebat.* Pag. 84

ERgo in illo libello nihil proponebat Pontifex, quod diſſentiret à fide Catholica. Quæ igitur occaſio eſſe poterat Imperatori, aut ſuis non ſubſcribendi libello? Qui itaquè Orthodoxus erat, & integrè fidem Catholicam profitebatur, & eandem ſuos profiteri volebat, ab omnibus etiam ſubſcribendũ curauit: & quidem poterat eſſe contentio de nomine Acacij, quondam Conſtantinopolitani Epiſcopi, quod è diptychis deleri, multi ægrè ferebant: ſed tamen hic etiam Romani Pontificis præualuit authoritas. *Negatũ eſt* (inquit Imperator ſcribens ad Pontificem in epiſtola, poſt trigeſimamquartam Hormiſdæ Tomo 1. epiſt. Pontific.) *inter, diuina myſteria memoriam in poſterum fieri pro tenore libelli, quam diximus, Acacij præuaricatoris quondam huius Vrbis Epiſcopi, nec non aliorum ſacerdotum, qui vel primi contra conſtituta venerunt Apoſtolica, vel ſucceſſores erroris facti ſunt, nulla, vſque ad vltimum diem ſuum, pœnitentia correcti*; vt ex his verbis conſtat, nonniſi iuſta ab Orientalibus poſtulaſſe Pontificem. Sed Mornæus ſolus opportunus interpres ſcripturarum: alter Salomon, cuius ſapientia præcedat ſapientiam omnium Orientalium.

Digitized by Google

Pag. 85. *Peracto* (inquit) *negotio, ſcribunt Iuſtinus Imperator, & Patriarcha Ioannes ad Hormiſdam, & Imperator quidem, Hormiſda Archiepiſcopo, & Patriarcha.*

Quã malignè ſupprimat Mornaus.

VBi malignè has voces ſupprimit, *Sanctiſſimo ac Beatiſſimo*, quàm enim ſanctè colebat nomen Pontificis Iuſtinus pius, & Orthodoxus Imperator, tàm illud impius, & impurus hæreticus deteſtatur. Fallit verò, vel fallitur, cum ex Iſidoro ſcribit Hormiſdam id tituli à Iuſtino primum accepiſſe; cum neque in Chronico, neque alibi id habeat Iſidorus. Ita in inſcriptione Epiſtolæ Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi: *Fratri, & Comminiſtro*; illud tacuit, *Domino meo per omnia ſancto & Deo amabili.*

Mornai error de Iſidoro.

Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus ad Hormiſdam Pontificem (extat hæc Epiſtola in primo Tomo Epiſt. Pontificum poſt trigeſimamquartã Hormiſdæ, ita ſcribebat; *Sanctiſſimas Dei Eccleſias, id eſt ſuperioris veſtra* (corrector iſte librorum *ſenioris* vult legendum) *& nouellæ iſtius Romæ, vnam eſſe accipio; illam ſedem Apoſtoli Petri, & iſtius Auguſtæ Ciuitatis vnam eſſe definio*: Et in alia Epiſtola: *Sicut oportet dicere, & olim ſcripſi, vtraſque Eccleſias tàm ſenioris, quàm nouæ Romæ vnam eſſe euidenter intelligens, & vtriuſque earum vnam ſedem rectè eſſe definiens, indiuiſibilem adunationem, & vtriuſque noſtrum conſonam confirmationem, tum iudicij integritate cognoſco.* Hinc Mornæus.

Pag. 85. *Hoccine eſt* (inquit) *ſuam ſedem Romanæ ſubijcere, an potius exæquare?*

Ioannes Epiſcopus Cõſtãtinop. Eccleſiam ſuã vt exaquat Romanæ.

SEd facile eſt huius contrarium oſtendere; nam ſi libello Romani Pontificis ſubſcripſit Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus, quo anathematizabatur Acaci⁹ deceſſor ſuus & de ſacris diptychis, cum alijs item Conſtantinopolitanis Epiſcopis ſchiſmaticis, deleri iubebatur: certè eo faſſus eſt, Romanum Pontificem Conſtantinopolitano eſſe ſuperiorem: profitetur ſe conſentire in omnibus cum Romano Pontifice, omnes ab eo repudiatos hæreticos renuere. Repetit ea, quæ in fronte libelli ambitionem præ ſe ferre ſcribit Mornæus: *Non poteſt Domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti ſententia, dicentis. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Hæc, quæ dicta ſunt; verum probantur effectibus, quia in ſede Apoſtolica inuiolabilis ſemper Catholica cuſtoditur religio*; Vna quidem erat tùm Conſtantinopolitana cum Romana Eccleſia, quia cum antea ſchiſmate ab ea eſſet diuiſa, vigilantia Pontificis, & ſtudio, atque opera pij Orthodoxi Imperatoris, in communionem Romanæ Eccleſiæ redierat. Annon omnes Eccleſiæ Catholicæ inde vnitatem habent, quòd inter ſe, & cum capite cohærent: matrici, inquam, & radici omnium Eccleſiarum Romanæ Eccleſiæ adhærent? Id docet manifeſtè Cyprianus libro de vnitate Eccleſiæ capit. 3. *Loquitur Dominus ad Petrum. Ego dico tibi* (inquit) *quia tu es Petrus* (Sed hæc dicet Mornæus ambitionem in fronte ſententiæ Cypriani præ ſe ferre) *Et ſuper iſtam Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferorum non vincent eam, & Tibi dabo Claues Regni Cælorum &c. Et iterum eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit: Paſce oues meas, ſuper illum vnum ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas. Et quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem parem poteſtatem tribuat, & dicat: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos etc. tamen, vt vnitatem manifeſtaret, vnam Cathedram conſtituit, & vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit, & Primatus Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra vna monſtretur.* Ibidem. *Hanc Eccleſiæ vnitatem qui non tenet, tenere ſe fidem credit? qui Eccleſiæ renititur, & reſiſtit, qui Cathedram Petri, ſuper quam fundata eſt Eccleſia, deſerit, in Eccleſia ſe eſſe confidit?* Et alia in eandem ſententiam. Ergo cum Eccleſia Conſtantinopolitana, ſchiſmate pri⁹ auulſa, in communionem Romanæ Eccleſiæ rediſſet, vna vtique erat cum ea, ſed tanquam matrici, radici, origini, & capiti ſuo illi adhærens.

Conſtantinopolitana Eccleſia quo ſenſu vna cũ Romana.

Eccleſia Catholica vna eſt ab Eccleſia Romana.

Expendamus verò, quàm ſubtile ſit argumentum Mornæi. Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſcribit, pro vna, eademque ſe habere vtraſque Eccleſias, tàm ſenioris, quàm nouæ Romæ: Ergo ſedem ſuam Romanæ non ſubijcit. Retorqueo in eum argumentum: Eccleſiæ Orientales erant vna, & eadem Eccleſia cum Conſtantinopolitana, eidemque vnitæ: ergo Eccleſiæ omnes Orientales Cõſtantinopolitanæ exæquabantur. Itaque Metropolitani, & reliqui Archiepiſcopi, & Epiſcopi inter ſe, & cum Patriarcha Conſtantinopolitano æquales erant: quod directè pugnat cum Canone Conſtantinopolitano, & Chalcedonenſi, quem toties nobis Mornæus obiecit. Apoſtolus Paulus vult, omnes nos vnum eſſe in Chriſto Ieſu: ergone in Eccleſia non erit diſtinctio graduum, & officiorum, & nullus alio erit ſuperior?

Argumẽtũ Mornai in ipſummet retortum.

Iuſtinianus Comes, poſtea Iuſtini in Imperio ſucceſſor, vtitur hac inſcriptione ad Põtificem: *Domino meo ſanctiſſimo Hormiſdæ primo Archipontifici*: vbi mentitur impudenter Mornæus, à Baronio hanc vocem interpretari, primum Archiepiſcopum, & primam ſedem, non ſuperiorem deſignare: primarium vtique Pontificem, ac Principem Pontificum, ſeu Epiſcoporum ſignificat. A Pompeio item inſcribitur: *Archiepiſcopus Eccleſiæ vniuerſalis*, quia Pontifex Romanus præeſt toti Eccleſiæ, & nullis habet limitibus coarctatam ſuam authoritatem, ac iuriſdictionem. Quod ſi Baſilius, Athanaſius, aut alij τῆς καθολικῆς ἐκκλη-

Archipõtifex quid ſignificet.

Quo ſenſu quidam dicti Epiſcopi καθολικῆς ἐκκλησίας.

Digitized by Google

Vſus vocis καθολικὴ.

σίας Epiſcopi dicũtur; tales vtiq; dicũtur, prout diſtinguuntur ab Epiſcopis Arianis, qui nõ erant Epiſcopi Catholici, ſed hæretici. Deinde, licet καθολικὴ vniuerſalem ſignificet; tamen ex vſu loquendi quælibet Eccleſia particularis Catholica dicitur, vt pars homogenea Catholicæ, id eſt vniuerſalis Eccleſiæ, ideoquè nomen ſui totius retinens; at non ita quælibet Eccleſia ſeorſum dicitur vniuerſalis: Non igitur idem ſenſus eſt, cũ Athanáſius, Baſilius, & alij τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας Epiſcopi dicuntur, & cum Hormiſda Eccleſiæ vniuerſalis Archiepiſcopus inſcribitur. Prætereà id præter vſum communem eſt, vt alij Epiſcopi Catholicæ Eccleſiæ dicantur; vbi vnius Pontificis Romani vſitatus eſt is titulus. De Agapeto Papa, & Menna Conſtantinopolitano Epiſcopo, ſuo loco dicemus.

Etſi omnes Epiſcopi ſint in Eccleſia comminiſtri, tamen inter eos eſt imparitas.

Dorotheus porrò Theſſalonicenſis Epiſcopus, Romanum Pontificem *Comminiſtrum* vocat, vt obijcit aduerſarius; certè tamen appellat, & *Patrem*, quo ſanè ſuperiorem eum agnoſcit. Deinde, etiamſi omnes comminiſtri ſint in Eccleſia, quos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo: quis tamen neget, miniſteriorum eſſe differentiam? Eccleſiaſtica hierarchia cum ſit inſtar illius cœleſtis diſpoſita, & ordinata, quemadmodùm inter Angelos, *qui omnes* (vt Apoſtolus ait ad Heb. 1.) *ſunt adminiſtratorij Spiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*, diſtinctio eſt ordinum, vt alij ſuperiores ſint, alij inferiores: ita in Eccleſia, licet omnes ſint Comminiſtri, diſtinctionem tamen eſſe miniſteriorum, nemo ibit inficias; vt hinc conſtet, quàm rudis ſit iſte, & imperitus rerum ſacrarum, qui in rebus tàm ſerijs nitatur adeò futilibus argumentis.

Pag. 85.

Sed ab effectis* (inquit) *certiſſimum indicium; Theßalonicæ vnus ex Hormiſdæ Legatis magnis contumelijs affectus fuerat; & Dorotheus iſte, qui eos ante maximo plauſu acceperat, huius facinoris accuſatur.

Dorotheus primùm bene ſenſit.

Dicimus, Dorotheum ipſum bene ſenſiſſe primùm; cùm litteras ad Hormiſdam Pontificem dederit, quibus eius electioni cõgratulatus eſt, quòd, ſublato Eccleſiæ Romanæ ſchiſmate, omnes in eius electionem conſenſiſſent, ſimul etiam ea, quæ ſunt ad vnitatem Eccleſiæ, ſe optare ſignificans, vtpote qui deſideret ſedis Apoſtolicæ dignitati in omnibus eſſe conſultum. Id conſtat ex eius litteris ad Hormiſdam in primo vol. Epiſto. Pont. poſt primã epiſtolam ipſius Hormiſdæ: poſtea verò timore, & minis Imperatoris Anaſtaſij adactus communicauit cum Timotheo Epiſcopo Conſtantinopolitano hæretico, de quo ita Anaſtaſius Bibliothecarius in Chronico: *Sanè Theſſalonicenſi Epiſcopo communicante ob metum Imperatoris Anaſtaſij Timotheo Conſtantinopolitano Epiſcopo, qui Concilium Chalcedonenſe anathematizauerat, quadraginta Epiſcopi Illirici, & Græciæ conuenientes in vnum propter profeſſionem in ſcriptis factam à proprio Metropolitano diſceſſerunt ab eo, & Romam mittentes Romano communicare in ſcriptis profeſſi ſunt.*

Poſtea verò cum Timotheo hæretico communicauit.

Quomodo ab eo Theſſalonicæ excepti ſint Legati, conſtat ex his, quæ habentur in ſuggeſtione Dioſcori Diaconi ad Hormiſdam. *Ad Theſſalonicam* (inquit) *peruenimus, quas intentiones habuerimus cum Epiſcopo Theſſalonicenſi* (Dorotheo) *& quæ dicta fuerint, vel etiam conſtituta, harum portitoris viua inſinuatione diſcetis; quod tamen non oportet præterire ſilentio, inſinuare non differo, poſt multa certamina præfatus Epiſcopus ratione conuictus libellum ſubſcribere voluit: ſed quia Epiſcopi, qui ſub eius ſunt ordinatione conſtituti, omnes non aderant, in præſenti hoc conuenit, hoc promiſit, vt poſt dies vno ex nobis à ſede Conſtantinopolitanæ Vrbis directo, Epiſcopis congregatis, qui in eius ſunt diœceſi conſtituti, libellum conſcriberent: quod cum Dei adiutorio credimus eſſe completum. Hæc ſunt Theßalonicæ conſtituta.* Atque hic primus cõgreſſus Legatorum cum Dorotheo Epiſcopo Theſſalonicenſi, poſtea ex Legatis Conſtantinopoli Ioannes Epiſcopus Theſſalonicam, directus eſt, & cum ipſo ex communi electione Epiphanius Presbyter, Germanus venerabilis, & Illuſtris Epiſcopus erat cùm eis, & Licinius Comes ſcholæ ex ordinatione clementiſſimi Imperatoris: & cum Dorotheo nunciatum eſſet per Comitem Licinium, præſentem adeſſe Legatum Ioannem Epiſcopum cum alijs, direxit Ariſtidem Presbyterum cum alijs duobus Epiſcopis, quos ſolus ſciebat aduerſarios eſſe negotij, qui primum voluerunt certamina facere de libellis, dicentes: *Sunt capitula, quæ debeant emendari*. Vt intelligas, cos habuiſſe in animo perſeuerare in ſchiſmate, non ſubſcribere libello Hormiſdæ Pontificis. Atque ita concitauit in eos populum, peſſimè tractarunt Ioannem Epiſcopum Legatum, vt parum abſuerit, quin ei mortem intulerint: Et Ioannem Catholicum, qui eos exceperat hoſpitio, necarunt.

Legati Hormiſdæ à ſchiſmaticis peſſimè tractati.

Hæc omnia conſtant ex ſuggeſtione Germani Epiſcopi, Felicis, & Dioſcori Diaconorum, & Blandi Presbyteri, quæ ſubijcitur Epiſtolæ 56. Hormiſdæ. Iſta cũ perueniſſent ad notitiã Imperatoris, promiſit vindicare, & citare Dorotheum: & conteſtati ſunt Legati, dicentes, nulla ratione Dorotheum inter Epiſcopos, aut communione ſedis Apoſtolicæ poſſe Beatiſſimum Papam recipere. Extat Epiſt. 57. Hormiſdæ ad Germanum, & Ioannem Epiſcopos, & Blandum Presbyterum: *Grauiter nos Ioannis Catholici afflixit interitus, quem* da-

Hoc comperto ab Imperatore & Pontifice, quid factum.

hæretici Dorothei vaſania perhibetis extinctæ vnà nam eundem Dorotheum Conſtantinopolim iuſſu Principis didicimus euocatum, aduerſus quem Domino, & filio noſtro Clementiſſimo Principi debetis inſiſtere, ne ad eandem Ciuitatem denuò reuertatur; ſed Epiſcopatus, quem nunquam bene geſſit, honore depoſito, ab eodem loco, ac Eccleſia longius relegatur, vel certè huc ad vrbem ſub proſequutione congrua dirigatur. Ad hanc etiam partem inuigilare debetis, ne in loco eius Ariſtides totius mali incentor, & conſcius, quibuslibet ſubreptionibus ordinetur; nam nihil prodeſt mutari perſonam, ſi eiuſdem forma nequitiæ perſeueret. Poſtea ſcribunt ad Pontificem ijdem Legati, Dorotheum Hæracleam fuiſſe perductum, donec cauſa terminum reperiret: ſe interim authoritatem Apoſtolatus ſui Principi inſinuare curauiſſe, vt ad percipiendam doctrinam Catholicæ puritatis Romam præfatus Dorotheus vna cum Ariſtide mitteretur, qui reſpondit, *cauſſam non eſſe, pro qua Romam delegarentur audiendi, vbi ſine accuſatorum controuerſia ſeſe poſſent liberiùs excuſare.* Dorotheus, re cognita, per aliquot dies Hæracleam amandatus, Theſſalonicæ reſtituitur. Hic Mornæus:

Pag. 86.

Hæc actio ab illa plenitudine poteſtatis quantum abeſt? quæ tamen ex ipſis Legatorum ad Hormiſdam litteris deſumpta.

Contemptus Legatorũ lædit, at non minuit authoritatẽ mittētis.

SEd quid inde concludet? Si primùm à Dorotheo male excepti ſunt Legati, illis non obtemperatum, nec ſubſcriptum libello Hormiſdæ, quid inde Pontificis authoritati deperit? Si Legati, aut miniſtri Regum, ac Principum, ſeu ipſi magiſtratus contumelijs afficiuntur aliquandò, immò cæduntur à ſubditis, eorum quidem læditur, non tamen minuitur authoritas. Ex indiculo directo à Ioanne Epiſcopo, vel ab Epiphanio Præsbytero è Theſſalonica ad Hormiſdam, conſtat eos, qui Conſtantinopolim profecti ſunt, Dorotheum, atque Collegas, tantum nefas in Legatum Apoſtolicæ ſedis perpetratum, auro, corrumpendo iudices, conatos eſſe excuſare: igitur corruptis iudicibus, & oppreſſa iuſtitia reſtitutus eſt ſuæ ſedi Dorotheus: an id iure factum? annon iuſtiſsimam cauſſam habuerat Pontifex eum è ſede ſua deturbandi, & apud Imperatorem, vt aliò relegaretur, inſiſtendi? neque de plenitudine poteſtatis Pontificis iudicandum eſt ex effectu, quem actu producit, ſi quando minùs ei obtemperetur; ſed ex effectu, quem iure producere poteſt, & ipſe quidem Dorotheus poſtea conatus eſt apud Pontificem litteris ſe excuſare, quod certè minimè feciſſet, niſi conſcientia conuictus, factum improbandum eſſe, ac Legatis ſibi fuiſſe obtemperandum, iudicaſſet.

Dorotheus Epiſcopatui ſuo reſtitutus, iniquè tamen.

Ex cuiuſmodi effectu iudicãdum ſit de plenitudine Pōtificiæ poteſtatis.

Dorotheus conatus ſe apud Hormiſdam excuſare.

Iuſtinus Imp. Rom. Pontificem ſupremum

Iuſtinus Imperator de fidei quæſtionibus Hormiſdam conſulit, vt conſtat ex illius epiſtola, quæ ſubijcitur epiſtolæ 64. Hormiſdæ Tomo primo Epiſt. Pont. Cum enim aliqui Epiſcopi, ad vnitatem Eccleſiæ Catholicæ velle ſe redire ſignificarent libellos obtulerunt Imperatori Iuſtino, vt de his, quæ ad fidem ſpectant, quæſtiones aliquot ſoluerentur, ne quis dubitationis ſcrupulus mentibus eorum inſideret. His acceptis Imperator probè ſciens, non eſſe Principum ſæcularium de fide quæſtiones ſoluere, ſed primarij Eccleſiæ Catholicæ Antiſtitis, controuerſiarum fidei ſupremi iudicis, eaſdem ad Hormiſdam Pontificem ſoluendas miſit. Et Iuſtinianus Comes, poſtea Imperator in epiſtola, quæ ſexageſimam ſecundam Hormiſdæ epiſtolam ſubſequitur, ad eundem ſcribens: *Hoc credimus* (inquit) *eſſe Catholicum, quod veſtro religioſo reſponſo nobis fuerit intimatum.* Vnde perſpicuè quiſque ſatis intelligat, quanta eſſe ſoleret in fidei controuerſijs definiendis Apoſtolicæ ſedis authoritas; vt, quod ab illa eſſet definitum, apud omnes Catholicum haberetur. Vbi Mornæus.

controuerſiarũ fidei Iudicem agnoſcit.

Iſtis hominibus vel tantillum honoris deferre quàm periculoſum? Pag. 86.

Mornæus nō vult vllũ supremũ iudicẽ cōtrouerſiarũ fidei: quã abſurdè.

EX ſententia igitur Mornæi periculoſa eſt deciſio quæſtionum fidei, ac credere, ſupremum eſſe aliquem iudicem controuerſiarum, quæ occurrere poſſunt: vt fas ſit cuilibet de fide, pro arbitrio, decernere, &, quod velit, credere: vt non ſecus apud Chriſtianos, quàm quondàm apud Philoſophos, liceat varias ſectas inducere; minuſque conſultum ſit Eccleſiæ, quàm ſynagogæ, in qua, ſi quid difficile, & ambiguum oriebatur, & iudicum verba variabant, iubebantur ire ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: *Qui indicabunt tibi* (inquit Deutero. 17.) *iudicij veritatem, & facies, quodcumque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus*; cum in Eccleſia non ſit iudex, ad quem confugiendum: non ſit locus, quem elegerit Dominus, cui qui præſunt, in difficilibus, & ambiguis quæſtionibus ſint conſulendi. Baronius ad annum 520. eam citarat ſententiam, Chriſtiano certè Principe, dignam, ex epiſtola Iuſtiniani ad Hormiſdam, nec reliquum epiſtolæ ſubiunxerat. Vnde Mornæus.

Nec interim (inquit) *ſine myſterio ſententiam hanc, addito, &c. abrumpit, qui alias Epiſtolas integras tàm liberaliter interſerat; vnde in ſubſequentibus deſtrui, quod exſtructum volebat, ſuſpicio nō deſit.* Pag. 86.

VErùm, vt omnis ſuſpicio tollatur, & perſpicuè conſtet, in ſequentibus non deſtrui, quod extructum volebat Baronius, reliquum epiſtolæ ſubijciemus, quod huiuſmodi eſt: *Quia verò dictum eſt, Scythicos Monachos hac ratione ad ſedem veſtram acceſſiſſe pro traditione Patrum, & ordine regularum præbito, eis reſpon-*

ſo, nihil formidante, ad nos cum veſtris litteris iubete remittere. Quarum etiam exemplaria conſignata prædicto viro ſtrenuo Eulogio dari præcipite. Hæc enim omnia ideò petimus vos diſponere cautiùs, vt ne locus mendacio, vel inſidijs detur: Quoniam ſummo cum deſiderio fidem Catholicam amplectentes, veſtra doctrina vnitatem vniuerſo orbi petimus condonare. Iam hinc quiſq; iudicet, an ſequentia hæc deſtruant, quod extructum volebat Baronius.

Pag. 86. *Maximè cum has epiſtolas* (inquit Mornæus) *è Vaticano producat, quarũ pleraque nondũ viderunt lucẽ.*

SCilicet præſtigiator iſte imponere ſolitus, velit nobis Baronij, veritatis ſtudioſiſsimi, & amantiſsimi, ac de republica Chriſtiana quàm optimè meriti fidem in dubium reuocare. Et quidem anno 1601. prodierunt hæ epiſtolæ Pontificum in lucem, cùm aliquot poſt annis, nimirùm 1611. prodierit *Myſterium Iniquitatis* Mornæi; ſi ergo nondum edita erat in lucem illa epiſtola Iuſtiniani ad Hormiſdam, quæ habetur primo tom. epiſt. Pont. cùm hæc ſcriberet Mornæus, opportuit certè eum in componendo ſuo *Myſterio Iniquitatis*, hoc eſt, in conſarcinandis ſuis mendacijs, impoſturis, & erroribus multos annos inſumere. Sed quid mirum? ducentis viginti annis tradunt templum Dianæ Epheſiæ, concurrente tota Aſia, fabricatum. *Myſterium* igitur *Iniquitatis*, tàm inſigne videlicet opus, quod cupiebat Mornæus toto orbe celebrari, concurrente tota caterua Miniſtrorum reformatæ & purioris ſuæ Eccleſiæ, nonniſi multis labẽtibus annis, conſarcinari decuit, ac perfici.

Poſſeſſor Cõmentariũ ſuũ mittit ad Hormiſdam. Poſſeſſor Epiſcopus Africanus miſerat ad Hormiſdam Pontificem ſcriptum commentarium in Epiſtolas Pauli, *quod ſcires* (inquit Baronius ad annum Chriſti 520.) *eas tantum recipi ab Eccleſia Catholica interpretationes diuinæ ſcripturæ, quas Apoſtolicæ ſedis iudicium comprobaſſet.* At contra Mornæus,

Pag. 86. *Cyprianum, Hilarium, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum Chryſoſtomum, Romanos Epiſcopos librorum ſuorum iudices feciſſe, num vſquam inueniat?*

VTique Mornæe; ita enim ſcripſerunt illi Patres, vt ſcripta omnia ſua ſedis Apoſtolicæ cenſuræ, & examini ſubijcerent, vt ſi quid illa improbaſſet, idem condemnaturi fuiſſent, & probamus eorum ſcripta, quia ſedes Apoſtolica ea probat, diſt. 15. can. Sancta Romana Eccleſia, & quia, Sanctitate, & doctrina præcelluiſſe, ac in interpretandis ſacris ſcripturis diuinitùs adiutos fuiſſe, intelligimus. Sed velit Hæreticus iſte non minus ſuum eſſe, quàm ſedis Apoſtolicæ, iudicare de ſenſu ſcripturæ; quis enim liber ſit ſacer, & Canonicus; quis apocryphus, quis ſenſus locorum ſacræ ſcripturæ, volunt iſti ex priuato cuiuſque teſtimonio pendere; vt apud eos hanc garrula anus, delirus ſenex, Sophiſta verboſus, cuiuſmodi Mornæus, cerdones denique præſumant, & lacerent. Quod obijcit, Marcellinum Idolis ſacrificaſſe, Liberium Ario adſtipulatum, facilè reſpondetur, Marcellinum nunquàm docuiſſe aliquid contra fidem, neque à fide excidiſſe, nec fuiſſe hæreticum, vel infidelem, niſi actu externo, ob metum tormentorum, cuius tamen eum ſtatim grauiter pœnituit, & martyrio coronatus eſt: nec enim ideo dicimus, quia Summus Pontifex iudex eſt ſupremus cõtrouerſiarum, cuius ſit fratres ſuos confirmare in fide, vt ex aſsiſtentia Spiritus ſancti nunquàm permittendus ſit, errorem in Eccleſia, loco fidei Catholicæ, proponere, credendum eſſe, eum in aliquod peccatum labi, vel à gratia Dei excidere non poſſe. Fallitur autem, cùm dicit, Liberium Ario aliquando adſtipulatum, vt ſuo loco docuimus; & plures alios Pontifices in hæreſim lapſos eſſe, conſtanter negamus. Ineptiæ ſunt iſti hæretico, quæ ſcripſit Baronius: vtique, & hæreticis omnibus ineptiæ ea, quæ Sancti Patres ſcripſerunt, aut quæ ſacroſanctis Concilijs definita ſunt. Quid mirum? nam, & Atheis, & Epicureis ineptiæ ſunt ſcripturæ ſacræ veteris, & noui teſtamenti.

Cyprianus &c. cenſuræ ſedis Apoſtolicæ ſua ſcripta ſubiecerunt.

Marcellinꝰ actu tantũ externo contra fidem peccauit.

Liberius nõ adſtipulatus Ario.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum decimumſextum.

HOrmiſdæ ad meliorem vitam tranſlato, ſubrogatus eſt Ioãnes I. anno Chriſti 523. cum Iuſtinus in Imperio ageret annum 7. & Theodoricus ſui Regni in Italia annum 32. Cùm verò Iuſtinus Imperator in Oriente zelo fidei Catholicæ omnes hæreticos, ne Gothis quidem Arianis exceptis, exagitaret, Theodoricus Rex, Arianæ perfidiæ conſors, ac patronus, id non ferens, Ioannem obire coegit Legationem Conſtantinopolim ad Iuſtinum Imperatorem, comminatus, niſi reſtituerentur Eccleſiæ Arianis, quas illis Iuſtinus abſtulerat, ſe omnes Italiæ Eccleſias, Catholicas præſertim, demoliturum. Hanc cauſſam Legationis nonnulli fuiſſe referunt. Hic Mornæus.

Iuſtin Imp. hæreticos omnes exagitat.

Propterea Theodoricus Rex Arian. Ioannẽ Põt. Rõ. obire coegit Legationẽ ad Iuſtinũ.

Ioan-

Digitized by Google

Pag. 86.

***Ioannem primum** (inquit) **Romanæ Vrbis Epiſcopum ad eum Legatum mittit, (&) illi hodie Reges ipſos delegarent.**)*

SEd vi vſus, tanquàm tyrannus, Arianus hæreticus. Verùm hæreticis perfidis Arianis, diuinitatis Chriſti Domini Saluatoris noſtri hoſtibus infeſtiſsimis, quælibet iura perfidus iſte hæreticus defert, modò Pontifices Romanos exagitet; hæc enim præcipua, & ſola religio eſt Mornæo, Pontificatui bellum indicere. Diſrumpatur iſte inuidia: magno gaudio, ac triumpho Iuſtinus Imperator Pontificem excepit, quia meruit temporibus ſuis Vicarium Beati Petri Apoſtoli videre in Regno ſuo, de cuius manibus cum gloria coronatus eſt Iuſtinus Auguſtus, immò humiliauit ſe pronus, & adorauit Beatiſsimum Papam Ioannem, omnis Ciuitas illi obuiam occurrit cum cæreis, & crucibus in honorem Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli. Quod verò nobis iudicium pluris faciendum? Iuſtini nè Orthodoxi, & pij Imperatoris, & Catholicorum Orientis; qui tanto honore excipiunt Pontificem; an Theodorici Regis Ariani, qui eum cogit obire legationem ob cauſſam, vt iſte vult, Arianorum, vt poſsint liberè ſuam perfidiam in Oriente profiteri? Alij volunt, idque longè probabilius, cauſſam Legationis fuiſſe, quòd, cùm ſuſpectum haberet Senatum Theodoricus de occulta conſpiratione cum Iuſtino, voluerit, per ipſum Romanum Pontificem Iuſtino perſuaderi, ne in eum, illiuſque Regnum aliquid moliretur. Quod aſt Mornæus Baronium excuſare velle Ioannem Pontificē: certè Baronius ad an. 525. art. 8. vēdicat Ioannem Pontificē, & meritò quidem, ab hac calumnia, quam ei quidam inurunt, ipſum, pro reparandis rebus Arianorum collapſis, eo munere functum eſſe. Nam etſi eam fortaſſe ob cauſſam coegerit Legationem ſuſcipere Theodoricus, alioqui interminatus, ſe Catholicis faceſſiturum negotium in Prouincijs ſui Regni; & ſibi perſuaſerit, Pontificem effecturum apud Imperatorem, vt Eccleſiæ reſtituerentur Arianis; nunquam tamen ea fuit mens Pontificis, immò potius Imperatorem rogaturus erat, vt ſua auctoritate Regis Ariani reprimeret audaciam, & conſuleret ipſi Catholicæ religioni, ne in Italia diſpendium aliquod pateretur: Longè itaque à verò alienum, quod ſcribunt aliqui, Pontificem eò pepuliſſe Imperatorem, vt Arianos reſtitueret, atque eos viuere ſuis legibus, & inſtitutis ſineret; nam certè grauiſsimè peccaſſet, & Imperatorem ad malum induxiſſet: etſi enim permittantur aliquando hæretici à Principibus, etiam Catholicis, viuere ſuis legibus, & ſuam perfidiam profiteri; cum id exigat nonnunquam temporum calamitas; ſi tamen vellent hæreſim è ſuis ditionibus, vbi opportunum illis videretur, proſcribere, & quiſpiam eos rogaret, aut impelleret, vt hæreticos reſtituerent, meo iudicio non citra grauiſsimam Dei offenſam id faceret. Valdiſsimę ſunt etiam rationes ipſius Baronij: Quo enim pacto egiſſe potuit ipſe Ioānes de ablatis Eccleſijs, ipſis Arianis reſtituendis, vt idem fuerit ab Imperatore Iuſtino conceſſum, ſi iam, ex eius ſententia negotio bene geſto, in Ioannem adeò exacerbatus eſt Theodoricus, vt ipſum redeūtem in carcerem detruſerit, ibique eum mori coegerit? Si enim ex optato Theodorici Regis, Ioannis opera, & interceſsione, reſtitutæ fuiſſent Arianis Eccleſiæ in Oriente, par erat certè, vt ei redeunti Theodoricus honores decerneret, non vt in carcerem conijceret, qui de eo, & ſuis Arianis benè meritus eſſet. Deinde id conſtat ex epiſtola ipſius Ioannis I. quæ ſecunda eſt tomo 1. Epiſt. Pontif. quam poſtea ad omnes Epiſcopos Italiæ ſcripſit è carcere, in qua hæc leguntur: *Eccleſias Arianorum vbicunque inueneritis, Catholicas eas diuinis precibus, & operibus, abſque vlla mora, conſecrate, quia & nos, quando fuimus Conſtantinopoli, tàm pro Religione Catholica, quàm & pro Theodorici Regis cauſſa negotij ſuadente, atque hortante, Arianoſque extirpante pijſſimo, atque Chriſtianiſſimo Iuſtino Orthodoxo Imperatore, quaſcunque illis in partibus eorum Eccleſias reperire potuimus, Catholicas eas (Domino opem ferente) conſecrauimus*. Et hæc cauſſa fuit, cur Rex Arianus adeò ira exarſerit in Pontificem, vt redeuntem mox in carcerem conieceerit, & mori coegerit. Scribit Niceph. lib. 17. capite 9. Ioannem ad parem inuitatum ſeſsionem, vt ſcilicet Cōſtantinopolitano Antiſtiti aſsideret. Verum ſubiungit: *Non prius Apoſtolicæ Sedis prærogatiuam deſerere ſuſtinuit, quàm ſupra Epiphanium in throno collocaretur*. Non igitur quia Theodorici nomine Legatione fungebatur, vt effingit Mornæus, ſed ob prærogatiuam ſedis Apoſtolicæ in auguſtiori throno collocabatur. An verò Iuſtinus Imperator tam honorificè cum tota Ciuitate Ioannem excepit, quia legatus Theodorici Regis? minimè certè; ſed quia totius Chriſtiani gregis ſummus Antiſtes, & Chriſti vices gerens in terris. Nam neque ipſi Theodorico Regi Imperator pronus in terram ſe humiliaſſet, vt fecit Pontifici; nec eum adoraſſet, aut denuò Coronam imperialem ab eo accepiſſet. Liber Pontificalis ſic habet: *Iuſtinus Imperator dans honorem Deo, humiliauit ſe pronus, & adorauit Beatiſſimum Papam Ioannem. Superbius* (inquit Mornæus.) Id ſcilicet perfidus homo ſuperbiæ in Pontifice adſcribit, quod religioni in Imperatore tribuendum eſt. Quemadmodum cæcis oculis odioſa eſt lux, quæ puris eſt amabilis; ita perfidi iſti ægrè ferunt, tantum honorem, ſemper Pontificibus delatum, vt illis Imperatores, & Reges obuiam ierint, illorum pedibus prouoluti ſint, eoſque religioſa deuotione exoſculati; cùm Chriſto Domino obſequium ſe præſtare, & famulatum exhibere facilè intelligerent, qui ei in ſuo Vicario eum honorem deferrent. Nunc examinemus, quæ delirus iſte garrit in ſua oppoſitione.

Quā honorificè, & reuerēter Ioānes exceptus à Iuſtino.

Iuſtini, & Catholicorū Orientis iudiciū pluris faciendū, quàm Theodorici Ariani.

Ioan. meritò à quadā calumnia vindicatus.

Quorundā error de Ioanne.

Principem proſcribere volentē hæreſes è ſuis ditionibus, reuocare à propoſito nō licet.

Theodoricus Legationis fine nō aſſecutus ī Ioannē ſæuit.

Ioan. admonitio de cōſecrādis in Catholicas Arianorū Eccleſijs.

Vndenam Theodorici ira in Ioānem.

Ioann. propter Apoſtolicæ ſedis prærogatiuam in throno ſupra Epiphaniū collocatus, & alijs honoribus affectus.

Quod religionis eſt Mornæus adſcribit ſuperbiæ.

ANTI-

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem decimamſextam.

Pag. 87. PRimum negatur, Theodoricum, Arianũ licet, ab inſigni moderatione commendatum, ſeu ſuperbiam illam ferre impatientem, ſeu tanto honore à Iuſtino inebriatum arbitratum, Ioannem redeuntem Rauennæ in carcere aſſeruari iuſsiſſe, vbi vitam finierit. Hæc certè ſubtiliter excogitata ratio carceris, & necis Ioanni Pontifici irrogatæ, quæ nullo fundamento nititur. An iuſtam habuit cauſſam Theodoricus recludendi in carcerem Ioannem, quia tanto honore à Iuſtino fuerat exceptus? an id erat crimen læſæ Maieſtatis, ab Imperatore Pontificem honorari? Quando Cornelius Centurio, Act. 10. Petro iuit obuiam, & procidens ad pedes eius adorauit eum, an verò ideo alterutrum, aut in carcerem conijciendi, aut morte mulctandi ius habuit? Quod ſi ideò Theodoricus habuit aliquod ius Ioannem in carcerem conijciendi, quia exceptus eſſet tàm honorificè ab Imperatore, longè certè iuſtiorem habuit rationem belli Imperatori inferendi, quia tantis honoribus Pontificem eſſet proſecutus. An verò ſuperbus, aut tanto honore ideo Ioannes Pōtifex inebriatus, quia tanto triumpho, & omnium ciuium applauſu Conſtantinopoli exceptus? Mornæus quia præter meritum tot præfecturis, & honoribus à Rege Chriſtianiſsimo auctus, ideoque ſuperbus eſt, nùm propterea reliqui ſuperbiæ inſimulandi, qui honoribus afficiuntur? Sed iſte nimirum πάντα ἄτοπος. καὶ μοχθηρὸς κρίνει τὰ τῶν ἄλλων τοῖς οἰκείοις πάθεσι, vt cum Nazianzeno loquar, in Apologetico, *plenè abſurdus, atque improbus, aliorum res proprijs affectibus perpendit*. Longè igitur probabilior ratio, Regem Arianum exarſiſſe ira in Pontificem, quòd Arianorum Eccleſias, (vt ex epiſtola eius circulari conſtat) Catholicas conſecraſſet. Probabile quidem eſt, eum, quia Arianus hæreticus erat, moleſtè tuliſſe, tot honoribus exceptum fuiſſe Pōtificem ab Imperatore; quemadmodum Philippus Mornæus id legens, quàm acerbè ferat, quia Hæreticus Caluiniſta eſt, diſsimulare non poteſt.

Commentitia Mornæi cauſſa, cur Ioan. in carcerem coniectus.

Pag. 87. ***Hinc cautiores redditi*** (inquit) ***in aliquod tempus, ſucceſſores.***

QVia nimirum ſeſe eorum progreſſui Theodoricus Arianus Rex oppoſuerat, in inſcriptione operis Mornæus recipiebat, ſe oſtenſurum:

Pag. 87. ***Quibus gradibus ad id faſtigij eniſus ſit Papatus, quamque acriter omni tempore vbique à pijs interceſſum.***

ITaque ex illius ſententia pius erat Theodoricus, pij Ariani Diuinitatis Chriſti Domini abnegatores, & Sacroſanctæ Nicænæ Synodi hoſtes infeſtiſsimi. Annon igitur iſte impius Arianus, immò, vt verius dicam, omnium hæreſeon cloaca?

Theodoricus cum ſuis Aria- / *nus Mornæo pius.*

Fabulæ loco habet, quod D. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 30. refert de Theodorico Rege poſt mortem cuidam viro Dei in Lipara Inſula agenti eo die, & hora, qua exijt è vita Theodoricus, eum viſum eſſe inter Ioãnem Papam, & Symmachum Patricium, diſcinctum, & diſcalceatum, & vinctis manibus deductum, & iactatum in Vulcani Ollam. Scilicet Magnus ille Gregorius in ſuis Dialogis Fabulas texere voluit? An verò Fabula fuit, quod Rauennæ mortuo Theodorico in Liparitana Inſula adeò remota eodem die, & eadem hora viro Dei reuelatum, eum è vita diſceſsiſſe? Nam & Iuliani Apoſtatæ cædes eo die, quo peracta eſt in Perſide, Iuliano, cognomento Sabę, Monacho, virtute præclaro viro, & alijs ſanctis viris in viſione oſtenſa, ac reuelata fuit, prout refert Niceph. lib. 10. cap. 35. Ita enim Deus ſuorum ſpē aliquando recreare ſolet, perfidiorum Tyrannorum, ac perſecutorum fidei mortem illis reuelando.

Theodorici mortui apparitio minimè fabuloſa.

Iuliani Apoſtatæ cædes in viſione Monacho, & alijs oſtenſa.

At tùm iam (inquit) ***fabulis populum paſcere ſolenne.*** Pag. 87.

NOn certè, quod ſcribit Gregorius, ſimile exiſtimandum Homeri, aut Virgilij Fabulis, apud quos fingitur Vlyſsi, ac Aeneæ varia pœnarum genera oſtendi, quibus vrgētur apud Inferos relegati: nec fabula eſt, Theodoricum Regem Arianum poſt illatam iniuſtiſsimè necem Boetio & Symmacho clariſsimis viris, & coniectum in carcerem Ioannem Pontificem, vnde mors illius ſecuta, ad Inferos eſſe relegatum; quod ſi ea viſione id ſignificare Deus voluit; quod ſi eò relegata tùm anima illius, vbi, id in viſione ſancto viro oſtenſum, quid inde abſurdi? Non paſcimus populum fabulis, cùm aſſerimus, Mornæum, & illius Collegas, niſi reſipiſcant &, eiurata hæreſi, Catholicam fidem profiteantur, ac in gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ recipiantur, ituros in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.

Quod Ioannem Pontificem Martyrem faciamus, & in catalogum Sãctorum referamus, meritò quidem illius memoria ſolemnis habetur in Eccleſia ſexto Kalendas Iunij: ſiquidem propter Orthodoxam fidem in carcere diu maceratus vitam finiuit. De eo ita Gregorius Turonēſis lib. 1. de gloria Martyrũ c. 40. *Hic cum ad Eiſcopatum veniſſet, ſummo ſtudio hæreticos execrans, Eccleſias eorum in catholicas dedicauit. Quod cùm Theodoricus Rex comperiſſet, furore ſucceſſus, quia eſſet ſectæ Arianæ deditus, iuſſit gladiatores, per Italiam dirigi, qui vniuerſum, quotquot inueniſſent, catholicum populum, iugularent. Hæc audiens B. Ioan-*

Ioannes I. Pōt. colitur in Eccleſia vt Martyr & meritò.

Digitized by Google

B. Ioannes, ad regem, ne hæc fierent, deprecaturus acceſſit. A quo cum dolo ſuſceptum alligauit eum, & poſuit in carcerem, dicens, ego te faciam, ne audeas contra ſectam noſtram amplius muſſitare. Poſitus vero, Sanctus Dei in carcere tantis attritus eſt iniurijs, vt non poſt multum tempus ſpiritum exhalaret, obijtque in carcere cum gloria apud Vrbem Rauennam. Domini autem miſericordia ſuper regem improbum irrogauit: nam ſubitò à Deo percuſſus plagis magnis, exinanitus interijt, ſuſcepitque protinus perpetuum gehennæ flammantis incendium. Sed Mornæus:

Pag. 87. *Gregorius Turonẽſis implicatiùs* (inquit) *quàm vt fidem mereatur.*

ITa Epiſcopi ſanctitate, & doctrina tam eximij, qui Francorum Regno maximo quondam fuerit ornamento, ac de eo tam benè meritus ſit, nobis iſte fidem velit in dubium reuocare, nullo alio argumento, quàm quòd

Pag. 87. *Implicatiùs (ſuo iudicio) quàm vt fidem mereatur. Vt veriſimilius ſit* (inquit) *Maieſtatis poſtulatum, non ſecus ac eodẽ tempore Boetius, ac Symmachus.*

Symmachus, et Boetius iniuſtè occiſi.

VErùm tàm innocens ille, quàm iſti. Quanta fuerit integritas Boetij in adminiſtranda Republica, quales illius accuſatores, & quæ in eum accuſatio, conſtat ex his, quæ ſcribit libro 1. de Conſolat. Philoſ. proſa 4. Quam iniuſtè occiſi Symmachus, ac Boetius, docet Procopius lib. 1. de bello Gothorum: *Hi poſtquam ad ingentem gloriam euaſere* (inquit) *deterrimos quoſque in ſui inuidiam concitarunt, nam his delatoribus Theodoricus Rex perſuaſus, Symmachum, Boetiumque, perinde ac res nouantes, occidit, eorumque bona omnia publicauit:* Ibidem. *Haud longè poſt moritur Theodoricus, cum primum id iniuſtitiæ, & vltimum in ſuos idcirco exercuiſſet exemplum, quia non ſuo, & priſtino more diligenter perueſtigata cauſſa, in tantos viros animaduerterat.*

Quod ſi calumniam paſſus Ioannes Pontifex, ſi falsò Maieſtatis accuſatus, quid mirum? cum id frequens eſſet, & apud Gentiles, Chriſtianos Maieſtatis accuſari, nam Chriſtianæ religionis profeſsio tùm erat crimen læſæ Maieſtatis; nemo enim refert hoc ei crimen obiectum, quòd, in Imperatoris gratiam, Gothorũ iugum voluerit excutere, aut quidquam contra Theodoricum Regem cum Imperatore Põtificem Ioannem molitum eſſe. Verùm cõſtat, non quidem ex Anaſtaſio Bibliothecario, qui omnia non potuit ſcire, aut referre, ſed ex Epiſtola Ioannis Circulari, cuius ſupra meminimus, eum Arianorum Eccleſias in Catholicas conſecraſſe, dùm eſſet apud Imperatorem Cõſtantinopoli, quo quid Ariano Regi poterat eſſe grauius, ac moleſtius? Mirum eſt, iſtũ adeò laborare, vt Ioannem Põtificem, & clariſsimos illos Senatores Boetium ac Symmachum Orthodoxos, de religione, ac de Republica tàm benè meritos, in ſuſpicionem criminis læſæ Maieſtatis adducat, idque vt Theodoricum Regẽ à Tyrannidis, ac læſæ ſacræ religionis liberet infamia. Quid hoc eſt, niſi Mornæum Arianum ſe, non Orthodoxum profiteri?

Mornæus accuſat Boetiũ, & Symmachũ orthodoxos, vt Theodoricum Arianũ excuſet.

Theodoric. arrogat ſibi electionem Pont. & Felicem nominat.

Poſt Ioannis obitum Apoſtolicæ ſedis Epiſcopi electionem, atque nominationem Theodoricus ſibi procaciter arrogauit: &, vt ipſius voluntati nulla eſſet occaſio refragandi, quem in Romano Clero probatiſsimum nouit virũ, Felicem IV. Romanum Pontificem nominauit. Inde factum eſt poſtea, vt, ſublatis Italiæ Regibus, Orientis Imperatores ſibi id arrogarent, vt, quem Clerus Pontificem elegiſſet, ſuo confirmarent aſſenſu. Vnde Baronius ad annum 526. *Vidiſti Lector, quinam auctor fuerit redigẽdi ſub ſeruitutem Romanam Eccleſiam, vt electioni, vel nominationi Romani Põtificis ſe immiſcerẽt Reges: nõ niſi ſæuus, Barbarus, dirus, Tyrannus, & impius Arianus, quem Deus abſque dilatione, diſſimulationeuè, qua frequentius vti ſolet cum peccatoribus, repẽtina immiſſa cœlitùs vindicta, proſtrauit, & poſt acceleratum dirum exitium ad inferos perpetuò relegauit.*

Hinc poſtea Imp. Orientis ſibi arrogarũt confirmationẽ electi Pont.

Vbi Mornæus.

Qui nuper Baronio moderatus Princeps, iam tyrannus audit, iam plus, quàm Barbarus. Pag. 87.

Theodoric. Catholicis primò addictus, poſtea infenſus.

QVod ſi Theodoricus (vt de Salomone ſcripſit D. Auguſtinus. lib. 17. De Ciuit. Dei cap. 20. *Bonis initijs malos exitus habuit*) licet Arianus, ita fauit initio ſacræ religioni, vt nullũ Catholicis faceſſeret negotium, immò de eiſdem ſępè benè meritus fuerit, & Romanam Eccleſiam à Schiſmaticorum oppreſsione leuarit, & alia præſtiterit, quæ vix à Catholicis Principibus ſperari potuiſſent; quo nomine, à Baronio certè commendatus; poſtea autem, cum Ioannem Põtificem per ſummum nefas in carcerem detruſit, clariſsimis Senatoribus Orthodoxis necem irrogauit; & ſibi ius eligendi, ac nominandi Pontificis arrogauit, non moderatum, vt antea, Principem ſe pręſtitit. Sicut ſcriptura Sacra laudat initia Salomonis, eiuſdem verò ſenectutem tam grauiter inculpat; cur ſimiliter non licuit Baronio eundem Theodoricum Regem primùm quidem, vt moderatum, & de Orthodoxa religione benè meritum, laudare, poſtea verò, vt eiuſdem perſecutorem, exagitare?

Sic meritò primũ à Baronio laudatus, poſtea exagitatus.

De lege ab Odoacre Rege deceſſore Theodorici ſancita, ſuo loco diximus.

Simoniaca labes inualuit.

Cum Ioannes II. Pontificiam ſedem obtineret, quòd multa accidiſſent indigna in ipſa Romana Eccleſia ſede vacante, dum ſcilicet complures, vt ad Pontificatum adipiſcendum ſibi aditum præpararent, Eccleſiæ bona effudiſſent, & inter eos alij fuiſſent, qui corruperint aliquos ex Senatoribus, dando pecunias, vt poſtularentur in Romanum Pontificem. Id indignè ferens in primis Senatus, aduerſus eos, qui adeò turpiter aliquid accepiſſent, Senatusconſultum promulgauit. Egit inſuper & Ioannes Papa apud Athalaricum Regem, vt, qui impudenter Eccleſiaſticos Canones proculcarent Regis perterrerentur edicto: per Eccleſiæ enim defenſorem petit ab ipſo Athalarico Rege, vt aduerſus eiuſmodi Simoniacos, quos non compeſcerent ſacri Canones, regia ageret poteſtate, pœniſque ſæculi eoſdem comprimeret, quos nec

Athalaric. rogatu Pont. legẽ ſancit aduerſus Simoniacos.

Dei

Digitized by Google

Dei timor, neque Eccleſiaſtica cenſura corrigeret, Ita Baronius ad annum Chriſti 533. qui & ſubijcit Epiſtolam Athalarici Regis ad Ioannem Papam, quæ extat apud Caſsiodorum Variar. lib. 9. epiſt. 15. vbi duo obſeruat Baronius. Primum quod Senatuſcõſultum, de quo ſupra, *non aduerſus Clericos promulgatum, ſed in laicos, quibus ob poſtulationem alicuius in Epiſcopum, aliquid datum, vel promiſſum eſſet; ſed omnia reddens irrita, nec eis aliquod voluit eſſe ſuffragium in poſtulãdo.* Et Athalaricus ſua ſanctione confirmat idem Senatus decretum. Secundo obſeruat, *non auſum Regem in dantes Clericos pœnam conuertere, ſed in accipientes tantummodò laicos, relinquens illos Canonum cenſura plectendos; vt ſicut Senatuſconſultum, ita & Regis, edictum laicas tantum perſonas reſpiciat, quæ aliquid huiuſmodi ex cauſſa acceperint.* Et exſcripto toto edicto Athalarici Regis, *Ex quibus intelliges* (inquit) *quàm execrabilis ſemper fuerit in Eccleſia Simoniaca culpa, aduerſus quàm (quòd Canones non proficerent) Ariani Regis auxilium oportuerit implorasse.* An vero non & ſacri Canones ſymoniacam prauitatem execrãtur? lib. 5. Decret. extãt plures Pontificum Cõſtitutiones contra Simoniam. Sed quia & in laicas perſonas poteſt cadere, quæ timore legum, & pœnarum in eoſdem conſtitutarum, magis coerceri poſſunt, quàm pœnis à ſacris Canonibus ſancitis, inde factũ, vt tàm oportunè lex illà ab Athalarico ſancita fuerit. Sed Romæ tum Simonia commiſſa. Quid inde concludet Mornæus? An Põtifices, an ſacri Canones aliquando Romæ Simoniam probarunt? hoc dicimus, quod eleganter Proculus, *non tàm ſpectandum, quid Romæ factum ſit, quã quod fieri debeat*, L. 12. *Sed licet* D. de offic. præſid. Etſi verò hoc reſcriptum Athalarici Regis cõtra Romanam Simoniam probemus, non tamen decretum illud prius Theodorici aui ſui materni, quo ſibi eligendi, & nominandi Romani Pontificis ius arrogabat.

Eo validius ſe argumentum propoſuiſſe de Simonia Romana, ab Athalarico repreſſa, putauit Mornæus, quòd Athalaricum, vt minus nobis æquum, non ſit quod opponamus; quandoquidem ad Cleri Romani ſupplicationem relaxat legem Valentiniani ſecundi, qui in cauſsis tùm ciuilibus, tùm criminalibus Clericos non minus, quàm alias quasvis perſonas ſæculari iuriſdictioni ſubiecerat. Cùm arrogãtia Gothorum eo vſque progreſſa fuiſſet, vt iura Eccleſiarum inuaderet, adeò vt Clerici paſſim ad laicalia tribunalia traherentur, dedecus haud ferendum ratus Felix, eius nominis quartus, tum Pontifex, vna cum Romano Clero expoſtulauit, de his vehementer apud ipſum Regem; qui vbi eos benignè audiſſet, humaniterque tractaſſet, ex ipſorum ſententia ſanctionem edidit, qua adeò nefaria, & inconceſſa, temereque præſumpta, fieri omnino vetuit. Extat apud Caſsiod. lib. 8. Var. Epi. 24. Citabimus inde partem, vt, quantum Clericis & Eccleſiæ Romanæ deferat, clarius conſtet: *Tanto* (inquit) *diuinitati plurima debemus, quanto à cæteris mortalibus maiora ſuſcepimus. Nam quid ſimile rependet Deo, qui potitur Imperio? ſed licet pro tanto munere nihil compenſari poſſit idoneè: ipſi tamen gratia redditur, dùm in ſeruientibus honoratur. Itaque flebili aditione cauſamini, hoc fuiſſe longæ conſuetudinis inſtitutum, vt ſi quis ſacro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeruientem aliqua crederet accuſſatione pulſandum, ad ſupradictæ Ciuitatis Antiſtitem negotium ſuum dicturus occurreret; ne Clerus veſter, forenſibus litibus prophanatus, negotijs potius ſæcularibus occupetur: addentes, Diaconum quoque veſtrum ad contumeliam religionis tanta executionis acerbitate compulſum, vt Saius eum propria cuſtodiæ crederet mancipandum: Præsbyterum quinetiam Romanæ Eccleſiæ pro leuibus cauſis aſſeritis criminaliter impetitum. Quod nobis pro ingenita reuerentia, quam noſtro debemus auctori, diſplicuiſſe profitemur, vt qui pridem ſacris meruerant inſeruire miſterijs, conuentionibus irreuerenter neſarijs expoſiti, iniurijs ſubiacerent. Sed aliorum plectenda ſubreptio nobis obtulit pleniſſimæ laudis euentum; vt cauſſa contigerit præſtandi, quæ nos cæleſtibus commendaret auxilijs. Atque ideò conſiderantes Apoſtolicæ ſedis honorem, & conſulentes deſiderijs ſupplicantium, præſenti auctoritate moderato ordine definimus, vt ſi quiſpiam ad Romanum Clerum pertinentem, in qualibet cauſa probabili crediderit actione pulſandum, ad Beatiſſimi Papæ iudicium prius conueniat audiendus.* Hinc intelligis, qua ratione moueatur Athalaricus, vt tàm religioſam ſanctionem promulget; ne, qui inſeruiunt Diuinis miſterijs, litibus forenſibus occupentur. Vbi obſeruatu dignum, quomodo vocet Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, & ſedem Apoſtolicam, non, vt impurus Mornæus, ſedem Antichriſti: & quomodo profiteatur, ſe ei honorem deferre, & Beatiſsimum Papam appellet, licet Arianus, non, vt Mornæus cum ſuis Symmiſtis, Antichriſtũ, Vnde recte Baronius, exſcripta tota conſtitutione ad annum 527. *Hactenus* (inquit) *Athalarici conſtitutio, hominis licet Ariani, cuius comparatione ſi ſeipſos metiantur Principes Nouatores, planè inferiores ipſo quàm longiſſimè inuenientur.*

Felicis 4. querela ad Regẽ pro Rom. Clero exaudita.

Verba Athalarici ex conſtitutione pro Rom. Clero.

Ratio ſuperioris ſanctionis.

Athalaric Arianus colit Romanã Eccleſiam.

Quod Iuſtinianus Imperator de rebus ſacris, ac perſonis Eccleſiaſticis leges aliquando ſanciuerit; non immeritò quaſi rerum diuinarum inuaſor à pluribus arguitur; dùm diuinis ſe immiſcuit, qui humanis tantùm rebus eſſet præfectus. Nam & Ozias Rex, dum vult rebus ſacris ſe immiſcere, & ſacerdotale officium exercere, lepra percuſſus eſt à Domino 2. Paralip. capit. 26. Nec erat Iuſtiniani Imperatoris, ſed Epiſcoporum, in primiſquè Romani Pontificis ruentem in peius Eccleſiam, vt loquitur Mornæus, quaſi ſui flaminare. Ad excuſationem tamen eius multa ſunt, quæ poſſunt adferri, de quibus Baronius ad annum Chriſti 528. Vbi & docet, par eſſe credere, omnes Eccleſiaſticas Iuſtiniani Conſtitutiones Epiphanij fuiſſe Cõſtantinopolitani Epiſcopi, & Mennæ, qui in locum illius ſucceſsit, quas lubentiùs edi illi voluerint nomine Imperatoris, vt validioris eſſent obſeruantiæ: idque facile probatur; cùm enim ἀναλφάβητος eſſet Iuſtinianus *litterarum rudis*, Triboniani Iuriſconſultiſsimi opera potiſsimùm in ſanciendis legibus vtebatur, qui cum Ethnicus eſſet, non eſt veriſimile, eius operа vſum in conſtituendis legibus Eccleſiaſticis.

Iuſtin. Imp. reprahẽſus, quòd de rebus ſacris, & Eccleſiaſticis perſonis leges tulerit.

A quibuſdã excuſatur.

Eccleſiaſticas Iuſtiniani Conſtit. quorum eſſe ſit credibile.

Vnde

Digitized by Google

Vnde minimè mentiatur (inquit Baronius ad annum 528.) *qui dixerit, per Iuſtiniani os Epiſcopos Conſtantinopolitanos eſſe locutos, & quotquot de fide Catholica, & Eccleſiaſtica diſciplina latæ eſſe reperiuntur ab Imperatore Iuſtiniano ſanctiones, tot eſſe eorundem Antiſtitum ſcripta decreta.* Id etiam obſeruat Baronius Iuſtinianum haud tantam ſibi vendicare auctoritatem, vt ſe dicat de rebus, perſoniſuè ſacris agere Imperatoria poteſtate, ſed potius ex præſcripto ſacrorum Canonum: vt ſe in his non earum legum conditorem, ſed Sacrorum Canonum præfeferat executorem, atque cuſtodem: idque ex pluribus illius Nouellis, cū de rebus Eccleſiaſticis aliquid decernit, non obſcurè ibidem docet Baronius. *Sed minimè de his mirari quis debet* (inquit ibidem) *aut ſcādalum pati, quòd ſæcularis Principis vigeant eiuſmodi leges. Quæ enim iuſta, rectaque ſancita nouit Eccleſia, minimè reſpuere conſueuit, ſed ea ſuis legibus, & decretis probat, etiamſi, eorum non Chriſtianus Princeps, ſed Diocletianus fuerit promulgator, vel quiuis alius perſecutor Eccleſiæ: ſecus verò, ſi quid minimum aduerſus ſacras leges, ac bonos mores ab eis præſumptum ſit, &c.*

Iuſtinianus qua auctoritate leges ſerat de reb. Eccleſiaſt.

Eatenus igitur vim habent leges Iuſtiniani de Eccleſiaſticis rebus, & ſacris perſonis, quatenus ab Eccleſia receptę ſunt, & approbatæ. De iuramento calumniæ citatur lex Marciani Imperatoris, ne Clerici iurare cogantur: & alia Iuſtiniani Imperatoris, qui & eo commendatur, quòd decreuerit, Canones Patrum vim legum habere: 96. *diſtinct. capit. Cum ad verum: dicuntur Pontifices pro curſu temporalium rerum legibus Imperatorum vti.* Quantum igitur ad ſanctionem primam, quàm producit Mornæus, eam Iuſtinianus Imperator edidit ad coercendam ambitioſorum hominum leuitatem, quamlibet occaſionem captātium, vt ad comitatum venirent, magno præiudicio Eccleſiaſticorum bonorum, quæ in his impendi neceſſe erat; & hanc inſcripſit Epiphanio Conſtantinopolitano Epiſcopo: vbi cum legimus inferri in delinquentes excommunicationis ſententiam, non vtique dicit, ſe eā inferre, ſed per eos, ad quos pertinet, exercendam fuiſſe. Ita enim loquitur. *Sed & ſub excommunicatione fiet: ſi quidem Metropolites ſit, à tua Beatitudine: ſi verò Ciuitatis ſit Epiſcopus, qui Metropolitæ ſit ſubiectus, ab ipſo Metropolita:* vt in fauorem quidem Eccleſiarum, & bonorum Eccleſiæ, leges ſanciat; nam magnum diſpendium patiebantur ex abſentia Epiſcoporum, maximè quia diuinæ liturgiæ impediebantur, aut non conuenienter curabantur: non tamen adeò præſumit, vt cenſuras Eccleſiaſticas ipſe irroget, ſed ab ipſis Epiſcopis irrogari cupit.

Cur Eccleſiaſtica Iuſtiniani leges vigeāt.

Cur Iuſtinianus cauerit, ne Epiſcopi ad curiā venirent.

Quomodo hac lege excōmunicatio in delinquentes inferatur.

Quoad ſanctionem alteram, quàm producit Mornæus de ordinatione Epiſcoporum, quàm ſanciuit, ſcribens ad Artabium Præfectum Prætorio, idem dicimus, quod de ſuperiori, & in vniuerſum de legibus Imperatorum circa res, aut perſonas Eccleſiaſticas, non aliter vim habere, quàm ſi ſacris Canonibus ſint conſentaneæ, aut ab Eccleſia ſint vſu receptæ. Sed miror, qui nobis hanc ſanctionem obijciat, ſiquidem in Eccleſia ſua reformata, & puriori non admittit ordinationem Epiſcoporum: nō admittit item cælibatum; cum tamen decernat illa ſanctione Iuſtinianus, huiuſmodi eligi, & ordinari Sacerdotes, quibus nec liberi ſint, nec nepotes. *Etenim fieri vix poteſt* (inquit d. l. 42. C. de Epiſc. & Cler.) *vt vacans huius quotidianæ vitæ curis, quas liberi creant parentibus maximas: omne ſtudium, omnemque cogitationem circa diuinam liturgiam, & res Eccleſiaſticas conſumat. Nam cum quidam ſumma in Deum ſpe, & vt animæ eorum ſaluæ fiant, ad ſanctiſſimas occurrant Eccleſias, & eis omnes ſuas facultates afferant, & derelinquant, vt in pauperes, & egentes, & ad alios vſus pios conſumantur: indecens eſt, Epiſcopos in ſuum illas auferre lucrum, aut in propriam ſobolem, aut cognatos impendere.* Sed hoc non probat Mornæus, vt pro ſalute animæ Eccleſijs relinquatur. Ibidem: *Prætereà ſancimus, vt omnes Clerici per omnes Eccleſias conſtituti, per ſeipſos pſallant nocturna, & matutina, & veſpertina, ne ex ſola Eccleſiaſticarum rerum conſumptione Clerici appareant, nomen quidem habentes Clericorum, rem autem non implentes Clerici circa liturgiam Domini Dei.* At in Eccleſia Mornæi non ſunt Clerici, nec pſalluntur nocturna, & matutina, & veſpertina. Ibidem: *Nam qui conſtituerunt, vel fundarunt ſanctiſſimas Eccleſias* (vbi impius Mornęus, & ſacrilegi Caluiniſtæ eas demoliuntur) *pro ſua ſalute, & communis Reipublicæ reliquerunt illis ſubſtantias, vt per eas debeant ſacræ liturgiæ fieri, & vt in illis à miniſtrantibus pijs Clericis Deus colatur.* Quid ſacrarum Liturgiarum nomine Patres, ſacræ Synodi, & Iuſtinianus ſua ſanctione intelligit? Nonne ſacrarum miſſarum ſolemnia, oblationem, inquam, incruentam corporis, & ſanguinis Domini in Miſſæ ſacrificio, quo nihil eſt, quod magis oderint, & deteſtentur iſti Sathanæ miniſtri, tantum abeſt, vt relinqui velint Eccleſijs ſubſtantias, per quas ſacræ Liturgiæ fiant, & in Eccleſijs à miniſtrantibus pijs Clericis Deus colatur? Potiori ergo iure nos iſtis ſacrilegis ſanctionem Iuſtiniani obiecerimus, quàm illi nobis. Neque verò quidquam de ambitu, aut de ſegneſcentibus Epiſcopis in hac ſanctione, vt ob Epiſcoporum ſegnitiem opus fuerit Iuſtinianum ſacrum Eccleſiæ officiū, aut ipſam Sacramentorum adminiſtrationem reformare. Semper id cauit Eccleſia potiſsimum ne ſegnes eſſent Epiſcopi in adminiſtrando ſuo officio, & ſalute animarum procuranda: neque Iuſtinianus ſub pœnis ſpiritualibus ita decernit, vt indicet, ſuum eſſe ſpirituales pœnas irrogare; Verùm ab his, quorum intereſt, irrogari optat. Mēdacium verò eſt, quod Mornæus ait, eundem ſtatuere,

Mornæi Eccleſia ex legib. Iuſtiniani refellitur.

Quales Iuſtinianus eligi Epiſcopi ac Sacerdotes: & cur.

De recitandis horis Canonicis.

Liturgia quid ſit.

Sacra vti lingua populo nota celebrentur.

Pag 88.

Mornæi mēdacium de lingua, qua ſacra celebrentur.

SIquidem nihil tale in illa ſanctione. Quod ſi perſonas Eccleſiaſticas ſacris dignitatibus indecenter inhiantes, iam inuaſerat ambitio, vtique Epiſcoporum erat magis, quàm Imperatoris, ſacris Canonibus editis, huic morbo occurrere, quemadmodum ſi per Reipublicæ ciuilis membra graſſetur idem vitium, non concedet vtique Epiſcopis Mornæus, vt leges de ambitu ferant, ſed id Principum, & Magi-

ſtratuum

ſtratuum ius eſſe contendet. Eccleſia Reſpublica eſt ſacra, a Chriſto inſtituta, cuius Principes ſunt Epiſcopi, in primiſquè Romanus Pontifex: penes eos, non penes Imperatores regimen eſt Eccleſiarum; nec quis in alterutrius iura inuolare debet. Sed vtinam non verum, eſſet illud Ambroſij epiſtola 33. *Vulgo dici, quod Imperatores Sacerdotium magis optauerint, quàm Imperium Sacerdotes.*

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum decimumſeptimum.

DE Bonifacio Secundo, Felicis Quarti ſucceſſore, non aliter iudicandum, quā creatū legitimè Pontificem an. 530. in Baſilica Iulij, aduerſus quē deinde in ſchiſmate in Baſilica Conſtantiniana electus eſt Dioſcorus Diaconus. Probabilis valde coniectura Baronij, inde conflatum illud Schiſma, quòd, conante Athalarico Rege aliquem conſecrādum deligere Sacerdotem, ac parte Cleri illi conſentiente, reliqui aduerſati alium ex aduerſo creauerunt Romanum Pontificem. Verùm, morte Dioſcori poſt aliquot dies ſubſecuta, ceſſauit illud ſchiſma.

Bonifac. ſtatuit de ſucceſſore ſibi deligendo.

Quod Bonifacius conuocata Synodo fecerit conſtitutum, vt ſibi ſucceſſorem deligeret, vt habet Anaſtaſius in Bonifacio ſecūdo: quo conſtituto cum chirographis Sacerdotum, & iureiurando ante Confeſsionem Beati Petri Apoſtoli, Diaconum Vigilium conſtituit ſucceſſorē: hac cum ratione adductum putat Baronius ad annum 531. quòd Gothorum Reges Italiæ dominantes impiè ſibi vendicaſſent Romani Pontificis electionem, vt eiuſmodi præſumptam, & vi vſurpatā licentiam ex Gothorum manibus Eccleſia Romana extorqueret. Hanc itaque rationem iniuit, ſed eo prætextu, vt ſucceſſorem deligens Pontifex nullum relinqueret locum ſedis vacantis. Et id quidem aliquam iuſtitię ſpeciem prę ſe ferebat: poſtea tamen, altera cōuocata Synodo, ab omnibus id eſt improbatum: & quia contra Canones hoc fuerat factum, & quia culpa eum reſpiciebat, vt ſucceſſorem ſibi conſtitueret, ipſum conſtitutum in præſentia omnium Sacerdotum, & Cleri, & Senatus incendio conſumpſit. Idque poſtea à Silnerio Pontifice Vigilio obiectum, quod contra iura canonica temporibus ſanctæ memoriæ Bonifacij Papæ, ipſo viuente, Pōtifex deſignari curaſſet. Extat Epiſt. 2. tom. Cōcil. & 1. tom. Epiſt. Pont. & ex his, quæ cōſecuta ſunt, conſtat, Vigilium ipſum valdè Pontificatum ambiuiſſe. Inde Mornæus,

Idem abrogat tale decretum.

Vt electioni (inquit) *Romanorum Pontificum Spiritum Sanctum præfuiße, haud tibi ambiguum fiat.*

Pag. 88.

VAlidum certè argumentum: Reuocat inſtitutum ſuum Bonifacius; decretum ſuū cōbuſſit, quia iudicatum eſt, non expedire, vt prędeceſſor ſucceſſorem eligat; ergo Romani Pōtificis electioni non præeſt Spiritus Sanctus? Etſi deſignatus fuiſſet, ſucceſſor Vigilius à Bonifacio; non eo tamen erat Pontifex, niſi poſtmodùm, decedente Bonifacio, Clerus illi ſuffragatus fuiſſet, quem dicimus non alium eligere, quàm qui ſit à Deo ordinatus. Et ſi ea forma eligendi Pontificem fuiſſet ab initio inſtituta, & probata ab Eccleſia, vt deceſſor ſucceſſorem eligeret, quemadmodum antiquitùs in veteri lege, vt filij parentibus in Pōtificatu ſuccederent, eam vtique, Deo inſpirante, ordinatam interpretaremur, vt quacunque ratione legitimus eligatur Pontifex, etſi aliquando Pontificatu indignus, eum diuinitùs ordinari, & eius electioni pręeſſe Spiritum Sanctum, interpretemur. Deinde concedamus hoc Mornæo, in electione Romanorum Pontificum aliquando ab hominibus peccari, neque omnes in eo facto eandem ſibi proponere rationem, ſed aliquos proprijs commodis, & affectibus magis, quàm Eccleſiæ Dei ſtudere; an ideo Pontificatus, ſeu ſuprema ſpiritualis poteſtas, ad regimē Eccleſię, & ſalutem animarum inſtituta, improbandus eſt? Neque enim ſi quis malis artibus dignitatem Epiſcopalem in Eccleſia conſequatur, aut per ſimoniam ordinetur, ideò dignitas illa, aut ſacra ordinatio hoc nomine accuſanda erit. Neque verò ſine Dei conſilio eligitur ſummus Pōtifex: & Deus actibus hominū, etſi malis, nonnunquam vtitur ad executionē ſuæ diuinæ prouidentiæ, & non quem volunt, ſed, quem Deus ordinauerit, eligunt; neque vnus Bonifacius; ſed & omnes Pontifices aſſeruerunt, ſe à Chriſto auctoritatem accepiſſe, qua Eccleſiæ vniuerſali ſubuenirent. In Epiſtola Bonifacij II. ad Eulalium, quæ habetur 2. tomo Concil. hæc leguntur. *Quia verò quæque creatura in vna, eademque ęqualitate gubernari, vel viuere nō poteſt, cœleſtium militiarum exempla nos inſtruūt, quia dum ſint Angeli, ſint Archangeli, liquet, quia non ęquales ſunt, ſed in poteſtate, & ordine (ſicut noſtis) differt alter ab altero. Si ergo inter hos, qui ſine peccato ſunt, conſtet, iſtam eſſe diſtinctionem, quis hominum abnuat, libenter illorum ſe diſpoſitioni ſubmittere?* Hæc eadem ſcribit S. Gregorius Papa lib. 4. indict. 13. Epiſt. 52. Hic Mornæus:

Spiritus S. electioni Pōtif. præeſt.

Deus aliquãdo rob. malis vtitur ad ſua conſilia.

Vnaquæq; creatura nō poteſt in æqualitate gubernari.

Exemplum quidem vtcumque militet, vt ſupra Epiſcopos ſint Archiepiſcopi; verùm, niſi ſe Deo ipſe æquiparet, Papam inter Angelos vbinam inueniet?

Pag. 89.

Sed

Nos Deo nō æquiparamus Pont.

SEd valeant ſcurriles iſtæ hominis prorſus imperiti nugæ. An Epiſcopos, & Archiepiſcopos Angelis, & Archangelis æquiparamus, & non longè inferiores eſſe intelligimus? Ita multò minus Papam Deo æquiparamus: & quando mutuamur exemplum è cœlo, vt Monarchiam præſtantiſsimum regimen oſtendamus; vt quemadmodum vni Deo omnia ſubſunt, & illius prouidentia gubernantur, ita in Republica humana ſit vnus Dominus, vnus Rex, qui omnia ſuprema auctoritate moderetur, certè Regem ipſum Deo minimè æquiparamus; ita nec in Eccleſia Papam ipſi Deo; ſed id nimirùm volumus, Eccleſiam militátem eſſe ordinatam ad exemplar ipſius triumphantis, in qua ſunt Angeli, Archangeli, ac cæteri ordines, qui omnes vni Deo Creatori ſuo ſubſunt. Hoc docuit Sanctus Bernardus, cuius ſanctitate, & doctrina tam olim Gallia nobilitata, quàm nunc ignorantia, atque impietate Mornæi dedecorata, lib. 3. de conſiderat. cap. 4. *Nec vilem*, inquit, *reputes formam hanc, quia in terra eſt: exemplar habet è cœlo. Neque enim filius poteſt facere quicquam, niſi quæ viderit patrem facientem: præſertim cum ei ſub Moyſi nomine dictum ſit, vide, omnia facias ſecundùm exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.* (Exodi 15.) *Viderat hoc qui dicebat. Vidi Ciuitatem Sanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo, à Deo paratam* (Apocal. 21.) *Ego enim propter ſimilitudinem dictum reor, quòd ſicut illic Seraphim, & Cherubim, ac cęteri quique vſque ad Angelos, & Archangelos ordinantur ſub vno capite Deo, ita hic quoque, ſub vno ſummo Pontifice primates, vel Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Presbyteri, vel Abbates, & reliqui in hunc modum. Non eſt parui pendendum, quod & Deum habet auctorem, & de cœlo ducit originem. Quod ſi dicat Epiſcopus: nolo eſſe ſub Archiepiſcopo, aut Abbas: nolo obedire Epiſcopo, hoc de cœlo non eſt, niſi tu fortè Angelorum quempiam dicentem audiſti: nolo ſub Archangelo eſſe, aut ex alio quolibet inferiorum ordinum aliquem non ferentem, ſubeſſe cuiquam, niſi Deo.* An quæſo Diuus Bernardus voluit ſummum Pontificem Deo æquiparare? nec igitur voluerit ipſe Bonifacius, ſi illius germana eſſet hæc Epiſtola, Deo ipſi ſeipſum ęquiparare. Aliud certè eſt dicere, diſtinctos eſſe gradus in Eccleſia, vt Epiſcopos, Archiepiſcopos, &c. quemadmodùm in cœlo diſtincti ſunt ordines Angeli, Archangeli, &c. aliud Epiſcopos, & Archiepiſcopos Angelis, & Archangelis æquiparare. Summum igitur Pontificem Deo non æquiparamus, cum dicimus, ei Archiepiſcopos, & Epiſcopos ſubeſſe, quemadmodum Archangeli, & Angeli, & cæteri ordines Deo ſubſunt: longè enim differt ſimilitudo ab æqualitate. Et valde certè rudis, & imperitus eſt Mornæus, ſi hæc non intelligit.

Primates, & alij inferiores ita ſunt ſub vno ſummo Pont. ſicut Angeli ſub Deo.

Epiſtola de reconciliatione Carthagin. Eccleſiæ cum Rom. ficta eſt.

Quod in ea Epiſtola loquitur de reconciliatione Carthaginenſis Eccleſiæ cum Romana, quòd, à tempore iam Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi ante centum circiter annos, tempore Bonifacij primi, & Cæleſtini, ab eius communione ſegregata fuiſſet; hoc falſum eſſe, & confictam eſſe iſtiuſmodi Epiſtolam, validiſsimis rationibus oſtendit Baronius Tomo 5. ad annum Chriſti 419. & non modò, quod ſcribit Mornæus, *vt excommunicati Auguſtini culpam effugiat*: neq; habetur inter Epiſtolas Pontificũ Romæ æditas, neque in noua editione Conciliorum. Neque verò qui Concilia digeſſerunt, & eam Epiſtolam Bonifacij nomine inſeruerunt, criminis falſi rei ſunt habendi: nam & multa opera Patrum nomine circumferebantur, quin & à uiris doctis eorum nomine bona fide citabantur, quæ tamen poſtea à viris doctis depræhenſa ſunt, falsò illis aſcripta: quod idem, & de hac Epiſtola iudicandum. Neque nobis authentica ea omnia, quæ à Gratiano Decreto ſuo inſeruntur: & prætereaquę citantur diſtinct. 89. c. *Ad hoc. De graduum, & ordinum diſtinctione in Eccleſia*, non modò habentur in ea Epiſtola, ſed & apud Gregorium Magnum lib. 4. indict. 13. Epiſt. 52. & potuit citare ex ea Epiſtola, ſiue germana ſit Bonifacij, ſiue conficta, quæ veritati ipſi conſonant: verum eo conficta oſtenditur, quòd multa abſurda contineat, vt quod ſcripta ſit ad Eulalium Alexandrinum Epiſcopum; cùm conſtet, tempore Bonifacij Secundi nullum Eulalium præfuiſſe Eccleſiæ Alexandrinæ, ſed Timotheum eius nominis tertium, ſiue quartum potius dicendum, eundemque hæreticum, & à Romana Eccleſia alienum, quem præfuiſſe illi Eccleſiæ tempore Iuſtiniani Imperatoris, quo Imperante, Pontificatum geſsit Bonifacius, auctor eſt Nicephorus Conſtantinopolitanus in Chronologia, vbi nullum Eulalium recenſet inter Epiſcopos Alexandrinos. Deinde, in eadem Epiſtola dicitur, eiuſdem nominis Eulalium Carthaginéſem Epiſcopum humiliaſſe ſe, & pacem, ac cōmunionem Romanæ Eccleſiæ petiuiſſe; cum tempore eiuſdem Bonifacij, regnante in Africa Gelimere Vuandalorum Rege Ariano, nec vnus poſſet ibi reperiri Catholicæ communionis Epiſcopus. Et falſum eſſe conſtat, quod ibidem dicitur, Aurelium, & illius Collegas tempore Bonifacij primi, & Cæleſtini ſuperbire cæpiſſe contra Romanam Eccleſiam, vt ab eo tempore Eccleſia Carthaginenſis ſegregata fuerit à communione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ; cum conſtet certiſsimè, poſt Aurelium fuiſſe Carthagini Epiſcopos Orthodoxos eiuſdem cum Romana Eccleſia communionis, quin & ſanctitate eximios. Plura adduximus Antidoto contra Oppoſitionem decimam.

Cur prædicta Epiſtola cenſenda ſit ficta.

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem decimam ſeptimam.

NVnc à Progreſſu ad Oppoſitionem. Iuſtinus, & Iuſtinianus Imperatores, agnouerintnè Romanum Epiſcopum vniuerſalem, parum noſtra refert, ſed vt Catholici fuerunt, ita agnouiſſe, nemini dubium. Canonem Concilij Chalcedonenſis iam toties nobis iſte inculcauit. Quod clarum iſte ſignificat ex Nouella Iuſtiniani 131. Ibi Imperator *Sancimus* (inquit) *ſecundùm quatuor ſanctarum Synodorum definitiones, ſanctiſſimum ſenioris Romæ Papam primum eſſe omnium Sacerdotum, beatiſſimum autem Archiepiſcopum Conſtantinopoleos, nouæ Romæ, ſecundum habere locum poſt Sanctam Apoſtolicam ſenioris Romæ ſedem: alijs autem omnibus ſedibus præponatur:* Vbi Conſtantinopolitanus Epiſcopus cęteris quidem præponitur, ſed Romano poſtponitur, non æquatur. Et quidem ita intelligendum Patriarcham Conſtantinopolitanum ſecundum à Romano habere locum, quatenus Romanus Epiſcopus eſt etiam Patriarcha Occidentalis; nam quatenus ſummus etiam Pontifex, vnicus eſt, nec habet ſecundum, &, vt alibi iam dictum, ſecundus locus dignitatis illi collatus, ſed non poteſtatis: neque verò aliquid illi conferre potuit Nouella Iuſtiniani, aut etiam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Nã vt dicitur diſt. 22. *Omnes ſiue Patriarchij cuiuslibet apices, ſiue Metropoleon primatus, aut Epiſcopatuum Cathedras; vel Eccleſiarum cuiuslibet ordinis dignitates inſtituit Romana Eccleſia. Illam verò ſolus ille fundauit, & ſuper petram fidei mox naſcentis erexit, qui Beato æternæ vitæ clauigero* (Petrũ intelligit) *terreni ſimul; & cœleſtis Imperij iura commiſit: non ergo quælibet terrena ſententia, ſed illud verbum, per quod conſtructum eſt cœlum, & terra, per quod denique omnia condita ſunt elementa, Romanam fundauit Eccleſiam.* Et cap. 2. diſt. ead. *Sacroſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatum obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt, ſicut ipſe Beato Petro Apoſtolo dixit. Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, &c.* Ideoque non ex Nouella Iuſtiniani, ſed ex conceſſione tandem ſedis Apoſtolicæ, Prælatus eſt Epiſcopus Conſtantinopolitanus Alexandrino, & Antiocheno.

Quo ſenſu Conſtantinop. Epiſc. dicatur ſecundus à Romano.

Omnes Eccleſiarum dignitates, ab Eccleſia Rom. inſtitutæ: ipſa verò à Chriſto.

Ambitioni Romanæ coercendæ (inquit Mornæus) *vix iam vlla repagula ſatis erant.*

Pag. 90.

VBi ambitionem Romanam intelligit vſum poteſtatis, ſibi à Chriſto datæ in omnes Eccleſias: vt non alius auctor, & incentor iſtius ambitionis, quàm Chriſtus Dominus. De lege Odoacri à Theodorico confirmata, & de Senatusconſulto, quod apud Caſsiodorum extat: de conſtitutione item Athalarici, iam ſuis locis diximus; vt mirum ſit, iſtum nænias ſuas velle toties repetere.

Vſus poteſtatis à Chriſto acceptæ apud Mornæũ eſt ambitio.

Iuſtinianus Imperator ad Ioannem ſecundum Bonifacij ſucceſſorem Legationem decreuit; qua fidem ſuam Orthodoxam profitetur, C. de Summa Trinit. & fide Cath. *Reddentes honorem Apoſtolicæ ſedi, & veſtræ ſanctitati (quod ſemper nobis in voto & fuit, & eſt) &, vt decet, Patrem honorantes veſtram Beatitudinem, omnia, quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinauimus ad notitiam deferre veſtræ ſanctitatis, quoniam ſemper nobis fuit magnum ſtudium vnitatem veſtræ Apoſtolicæ ſedis, & ſtatum Sanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodire, qui hactenus obtinet, & incommotè permanet, nulla intercedente cõtrarietate: ideoque omnes Sacerdotes vniuerſi Orientalis tractus, & ſubijcere, & vnire ſedi veſtræ ſanctitatis properauimus.*

Profeſſio fidei Iuſtiniani, miſſa ad Ioan. 2. Põtificem.

Fallitur Mornæus, cùm recens Regno potitum Iuſtinianum, eam Legationem decreuiſſe ad Ioannem ſecundum ſcribit; ſiquidem anno 7. ſui Imperij eam Legationem miſit, cum ſuperiore anno creatus eſſet Pontifex Ioannes Secundus: Friuola etiam eſt ratio, quam iam alias produxit, & nunc repetit.

Mornæi deceptio de tẽpore Legationis Iuſtiniani.

Quia Imperatores in Orientem quaſi relegati, in Occidente vt fidem retinerent, eorum gratia opus habebant.

Pag. 92.

NAm Iuſtinianus Regnum Gothorum in Italia, & Vvandalorum in Africa euertit, cui tamen ad id neque gratia tum Pontificum aliquid contulit. Annon verò Theodora Imperatrix tunc ferè temporis Siluerium Papam primò, deinde Vigilium è ſede ſua deturbauit, quod neuter voluiſſet reſtituere Anthimum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, ab Agapeto prius ob hæreſim expulſum? Non igitur adeò opus habebant Imperatores Oriẽtis eorum gratia, vt fidem in Occidente retinerent. Addo, quod tùm toti Italiæ adhuc imperabãt Gothorum Reges, cùm hæc Legatio miſſa ad Ioannem: ſiquidem erat octauus annus regni Athalarici, quos nuſquàm legimus gratiam Põtificũ ambiuiſſe, aut ea opus habuiſſe, vt ſubditos in fide retinerent: multo igitur minus id de Iuſtiniano Imperatore Orientis, quod fingit Mornæus, iudicandum. Sed ipſum cruciat mirũ in modũ hæc profeſsio fidei Iuſtiniani, quæ, vt Princeps Orthodoxus, tantum defert ſedi Apoſtolicæ, vt eius Pontificem, non ſecus ac patrẽ, veneretur, ac plenitudinem poteſtatis illius agnoſcat; nec enim ei ſubijcere omnes vellet Eccleſias Orientis, niſi Eccleſiam Romanam matrem, ac Principem eſſe reliquarum Eccleſiarum, probè ſciret: & cùm Imperator eſſet Oriẽtis, magis vellet, iura illarum Eccleſiarum illæſa ſeruari, quàm quidquã de illis detrahi, quod certè fieret, ſi præter inſtitutionem Chriſti Eccleſiæ Occidentali ſubijcerentur.

Mitta-

Digitized by Google

Pag. 91.

Mittamus verò (inquit) *hanc legem à doctiſſimis Iuriſconſultis falſi ſuſpectam fieri.*

Hæc Iuſtiniani lex falſi ſuſpecta eſſe non debet.

NEſcio, quis Iuriſconſultus eam in dubium reuocet, niſi Othoman' hęreticus, & iſtiuſmodi farinæ homines, quos nihil remoramur. Certè Anaſtaſius Bibliothecarius in Ioãne II. teſtatur apertè, Iuſtinianũ ſummo amore Chriſtianæ religionis miſiſſe fidem ſuam chirographo ſcripto proprio ad ſedẽ Apoſtolicam per Epiſcopos Hypatium, & Demetrium ſed & in hac lege, in qua Pontifici reſcribit de ſua fide, expreſsè legimus; *Vnde properauimus hoc ad notitiã deferre veſtræ Sanctitatis per Hypatium, & Demetrium*: nullo modo igitur falſi ſuſpecta eſſe debet. Nobis ſint inſtar omnium Iureconſultorum Doctiſsimus Alciatus lib. 4. Parergon cap. 23. qui eam cùm Epiſtola Ioannis Papæ agnouit vt germanam, & Iuriſconſultorum noſtri ſęculi Princeps Ciiiacius lib. 12. obſeruat. cap. 26. *Meritò* (inquit) *Doctiſſimus Alciatus non tulit eos, qui à tit. De Summa Trinit. & fide Cathol. conabantur abſtrahere Epiſtolam Ioannis Papæ ſiue Archiepiſcopi Romani ad Imperatorem Iuſtinianum, cui inſerta eſt etiam ab ipſo Iuſtiniano ad eundem ſcripta fidei profeſſio; nec enim in eo titulo ponendæ Epiſtolæ illius auctor alius fuit, quàm Iuſtinianus ipſe, qui Pontificis Romani, cui libenter defert primas in Eccleſia, iudicio, & approbationi tribuebat omnia.* Sub finem *Reſtitit: merito Alciatus his, qui à Codice Iuſtiniano eijcere conabantur Ioannis, & Iuſtiniani mutuas Epiſtolas.* Verùm (inquit Mornæus.)

Pag. 19.

Hæc ſi honeſtatis verba ad litteram perpetuò exigere vult, non videt, in quot incommoda incurrat? Inſcribitur enim illa primùm, ſanctiſſimo Ioanni Archiepiſcopo Eccleſiæ Romanæ, & Patriarchæ, &c. qui titulus, nùm vniuerſalem Epiſcopatum includit?

Iuſtinian' ex debito iuſtitiæ ſic Põtificẽ compellat.

REſpondemus primò, non ex honeſtate modo, ſed ex debito religionis, & iuſtitiæ Principem ita compellare Põtificem: deinde eum honeſtatis verbis ſalutare, quia Princeps erat pius, & Orthodoxus; Mornæum verò, quia impius, & hæreticus, ſcurrilitatis, & impietatis verbis vti ſolitum, quia malus homo, nonniſi mala poteſt proferre de theſauro ſuo.

Iuſtinian. Rom. Pont. profeſſus eſt vniuerſalẽ Epiſcopũ.

Secundo ſi ad litteram verba illa exigamus, in nullum incommodum incurrimus, & titulum hunc, *Sanctiſſimi Archiepiſcopi Eccleſiæ Romanæ* dicimus includere *Epiſcopatum vniuerſalem*: ſiquidem Romano Epiſcopatui annexus eſt Epiſcopatus Eccleſiæ vniuerſalis, idq; profeſſus eſt hoc ſuo reſcripto Iuſtinianus his verbis: *Omnes Sacerdotes vniuerſi Orientalis tractus & ſubijcere, & vnire ſedi veſtræ ſanctitatis properauimus.* Vnde Ioannes II. in ſua reſponſione. *Inter claras* (inquit) *ſapientiæ, ac manſuetudinis veſtræ laudes, Chriſtianiſſime Principum, puriore luce tanquàm aliquod Sydus irradias, quod amore fidei, quod charitatis ſtudio, edocti Eccleſiaſticis diſciplinis, Romanæ ſedis reuerentiam conſeruatis, & ei cuncta ſubijcitis, & ad eius deducitis vnitatem, ad cuius auctorem, hoc eſt Apoſtolorum primum, Domino loquente, præceptum eſt: Paſce oues meas.* Ad hæc Mornæus terminorum interpres:

Pag. 91.

Cum Imperator (inquit) *illud ſubijcere per vnire exponit, annon mentem ſuam aperit ſatis? Non quidem vt eidem Diœceſi ſubmittat, ſed in eiuſdem fidei vnionem compellat; veræ vtique doctrinæ, quam Eccleſia Romana ſeruabat.*

Quo ſenſu Iuſtinian. hic accipiat vocẽ, ſubijcere.

AVctor huius interpretationis primus Mornæus. Primùm Imperator vtrumque exprimit, *& ſubijcere, & vnire ſedi veſtræ ſanctitatis*, quæ verba ſunt ita manifeſta, vt non egeant alia expoſitione. Deinde quia vera illa ſubiectio non poterat fieri niſi per vnionem Eccleſiarum in vna, & eadem fide cum Eccleſia Romana; ideò verbo, *ſubijcere*, ſubiunxit, *vnire*: Præterea membra corporis naturalis ita inter ſe vniuntur, vt tamen caput ſit, quod cæteris ſuperemimet, & dominatur: ſi quis verò ita interpretaretur, reliqua corporis membra ſubijci, id eſt, vniri capiti, vt nullum ſit capitis in illa dominium, nonnè ridicula plane eſſet interpretatio? ſic non minus futilis eſt expoſitio Mornæi, Imperatorem velle ſubijcere, & vnire omnes Sacerdotes vniuerſi Orientalis tractus Eccleſiæ Romanæ, hoc eſt, efficere, vt conueniant in eandem fidem cum Eccleſia Romana: vt nulla tamen ſit illius Eccleſiæ in reliquas præeminentia. Longè certè alia mens Iuſtiniani; ſcilicet eum velle ſubijcere, vt vnire Eccleſias Orientis ipſi ſedi Apoſtolicæ, ſeu Romanæ Eccleſiæ, tanquam membra capiti: & hæc interpretatio colligitur ex verbis expreſsis ipſius Imperatoris, vbi Romanum Pontificem vocat: *caput omnium ſanctarum Eccleſiarum*, & ſubiungit: *per omnia enim properamus honorem, & auctoritatem creſcere veſtræ ſedis.* Vnde Ioannes Pontifex in ſua reſponſione. *Quàm eſſe omnium verè Eccleſiarum caput, & Patrum regula, & Principum ſtatuta declarant, & pietatis veſtræ Reuerendiſſimi teſtantur affatus.* Cæcus igitur, qui non videat, rudis, & imperitus, qui non intelligat, hoc ſignificare Iuſtinianum, ſe velle ſubijcere, & vnire Eccleſias Orientis ſedi Ioannis Pontificis, ſeu ſacroſanctæ Romanę Eccleſię, tanquàm membra capiti. Denique, ex interpretatione Mornæi, non leue duci poteſt argumentum: ita enim exponit, vt Iuſtinianus velit ſubijcere, hoc eſt vnire Eccleſias Orientis Romanæ Eccleſiæ: *non quidem vt eidem Diœceſi ſubmittat, ſed in eiuſdem fidei vnionem compellat: veræ vtique doctrinæ, quam Eccleſia Romana ſeruabat.* Igitur ex teſtimonio aduerſarij habemus, tum Eccleſiam Romanam ſeruaſſe veram doctrinam: atqui non ibit iſte inficias,

Noſter, & legitimus eius vocis ſenſus ex Mornæo cõfirmatur.

Digitized by Google

tùm doctrinam Ioannis Pontificis, & Eccleſiæ Romanæ hoc continuiſſe, eam eſſe caput omnium Eccleſiarum: nam Ioannes Pontifex (vt fatetur) inter claras Iuſtiniani Imperatoris virtutes hanc extollit, quod omnia ſedi Romanæ ſubijciat: ergo ex ſententia Mornæi vera eſt hæc doctrina, Eccleſiam Romanam caput eſſe omnium Sanctarum Eccleſiarum. Verùm obijcit Mornæus.

Pag. 91.

Hic idem Imperator in alia lege diſertè; Eccleſia Conſtantinopolitana eſt caput omnium Eccleſiarum, quod & à Zenone repetitum. Num Romam Conſtantinopoli protinùs ſubiectam velit?

Qua ſenſu Conſtantinop. Eccleſia mater omniũ Eccleſiarũ. & alia de hoc titulo.

RElata eſt in Codicem Iuſtiniani 16. *de Sacroſanct. Eccleſ.* quàm alij Leonis, alij Zenonis eſſe volunt. Primò vt reſpondet Baronius: ad annum 534. *Quis non intelligat, ipſum ad Orientales tantùm Eccleſias habere reſpectum: prout expreſsè habet in Nouella* 131. qua poſtponitur Romanæ, & alijs omnibus ſedibus præponitur. *Zenonis quoque conſtitutionem* (d.L. 16. C. eod.) *quis non videat ita intelligendam? Nam nihil amplius idem ei contulit Imperator, niſi vt vindicatam a tyrannide Baſiliſci in integrum reſtitueret ipſam Conſtantinopolitanam Eccleſiam.* Deinde aliud reſpondemus; Si Leonis eſt Orthodoxi Principis, vt alibi diximus, non dubium, aſtu Acacij, qui primatum poſt Romanum Pontificem affectabat, exaratam fuiſſe; neque enim pij Principis potuerũt eſſe verba, *Conſtantinopolitanam Eccleſiam Chriſtianorum omnium, & Orthodoxæ religionis eſſe matrem;* quæ neque ſcripturis ſacris, neque ſacris Canonibus, aut regulis, aut doctrina Patrum nituntur. Nec enim vllo vnquam tempore pro matre omnium Chriſtianorum, & Orthodoxæ fidei habita fuit Eccleſia Cõſtantinopolitana, quæ ne quidem ante Conſtantini tempora Metropolis erat. Quod ſi Zenonis eſt lex; atqui

Zenõ hæreticus Eutychianus.

ille Eutychianus hæreticus erat, & Acacij Epiſcopi Conſtantinopolitani, cuius conſilio omnia agebat, ſuffragabatur ambitioni: Nos verò ſententiam Imperatoris hæretici Eutychiani, lege decernentis, Conſtantinopolitanam Eccleſiam eſſe matrem Orthodoxæ fidei, & omnium Chriſtianorum, non pluris facimus, quàm Mornæi hæretici Caluiniſtæ iudicium, quo negat, Romanam Eccleſiam caput eſſe omnium Eccleſiarum: Et quomodo mater Orthodoxæ fidei Conſtantinopolitana Eccleſia, cui tot Hæretici præfuerunt à D. Gregorius lib. 4. indict. 13. Epiſt. 32. ad Mauritium Auguſtum.

Eccleſia Cõſtãtinop. hæretici, & hæreſiarcha præfuerunt.

Certè multos Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ in hæreſeos voraginem incidiſſe nouimus Sacerdotes, & non ſolùm hæreticos, ſed etiam hæreſiarchas factos. Inde quippe Neſtorius, qui mediatorem Dei, & hominum Ieſum Chriſtum duas eſſe perſonas exiſtimans quia Deum fieri hominem potuiſſe non credidit, vſq; ad Iudaicam perfidiam erupit. Inde Macedonius qui, conſubſtantialem Patri, & Filio Spiritum Sanctum Deum eſſe, denegauit. Addamus, & his Eudoxium Arianum, Demophilum Arianum, Acacium ob communionẽ cum hæreticis etiam poſt mortẽ è ſacris Diptychis expũctũ, Anthimũ ob hæreſim ab Agapeto Papa remotũ & Monothelitas illos Sergiũ, Pirrhum, Paulum: Verùm Orthodoxæ fidei mater Romana Eccleſia, quicquid calumnientur aduerſarij, nulla vnquã hæreſeos labe infecta. Neq; Nouella 131. vult Iuſtinianus, porem eſſe Epiſcopum Conſtantinopolitanum Pont. Romano, vt ſupra iam oſtendimus, neq; id in Synodis Conſtantinopolitana, & Chalcedonẽſi vnquàm ſtatutum, vt fingit Mornæus. Sed id ſupra videbatur oſtendere ex inſcriptione, qua vtitur ſimili Imperator ad Epiſcopum Romanum, & Cõſtantinopolitanum: *Epiphanio Epiſcopo Conſtantinopolitano ſanctiſſimo, ac beatiſſ. Archiepiſcopo Regiæ huius Vrbis, & Oecumenico Patriarchæ:*

Patriarchæ vtique titulum vniuerſalis, ſuperaddens: Inde Io, Io triumphè *Baronium* (inquit) *quis tenere poſſet, ſi Iuſtinianus de Epiſcopo Romano idẽ?* Pag 91.

ATqui non ex Iuſtiniani ſententia, aut reſcripto, qui non magis Epiſcopalem dignitatem, aut Epiſcopatum vniuerſalem, quã Sacramenta diuina potuit inſtituere; ſed ex Chriſti Domini ordinatione Rom. Põtifex Epiſcopus eſt vniuerſalis, Petri ſucceſſor, cui à Domino cõmendata eſt cura paſcendarum omnium omniũ ouium; neq; tamen eum titulum vnquàm affectauit, qui non rapina ſe talem eſſe arbitratur. Verùm eum titulum, in ſeſe nullo iure cadẽtẽ, ambierunt Patriarchæ Conſtantinopolitani; quorum ambitioni ſuffragati ſunt ipſi Imperatores, qui Regiam ſuam Vrbem Patriarchatu decorari volebant. Neq; inde putet, Iuſtinianũ velle exequare Conſtantinopolitanum Epiſcopum ipſi Romano; nã, vt ex Logica familiare petam exemplum, non modò apud Porphyriũ genus ipſum, quod latiſsimè patet, & ſuo ambitu longè plura complectitur, ſed & ſpecies ipſa, quæ generi ſubijcitur, & longè pauciora ſub ſe complectitur, quàm genus, vniuerſale dicitur: & Monarcha non modo dicitur, qui pluribus Regnis, ſed & qui pluribus Prouincijs dominatur: ita Romanus Epiſcopus vniuerſalis dicitur, qui nemini ſubijcitur, & cuius auctoritas in omnes mundi Eccleſias porrigitur; Epiſcopus verò Conſtantinopolitanus, quòd ſibi de facto, ſuffragio Imperatorum ampliſsimam in Oriente vindicaret auctoritatem, ac cæteris præferretur Patriarchis; quod tamen iure nunquàm obtinuit, niſi poſtquàm à ſede Apoſtolica id ei conceſſum eſt: Eodem ſenſu dicitur Eccleſia Conſtantinopolitana aliarum eſſe caput in aliquo tractu Orientis, licet Romanæ ipſi ſubiecta. Inſtat Mornæus.

Quo diſcrimine Rom. & Conſtãtinop. Epiſcopi dicti ſint vniuerſales.

Pag. 91.

At ſanè ne inſoleſcat ijſdem etiam verbis Epiphanium affatur: Cognoſcere volentes tuam ſanctitatem ea omnia, quæ ad Eccleſiaſticum ſpectant ſta-

tum

Digitized by Google

tum. Similia hiſce ad Papam veteris Romæ perſcripſimus.

VErùm, qui candor eſt Mornæi, reticet iſta, quæ ſequuntur: *Neque enim ſuſtinemus, quicquam eorum, quæ ad Eccleſiaſticum ſtatum ſpectant, non referri etiam ad eius Beatitudinem, vtpotè quæ caput eſt omnium piiſſimorum Dei Sacerdotum.* Mornæum quis tenere poſſet, ſi Iuſtinianus de Epiſcopo Conſtantinopolitano idem? Verùm non ſcribit ad Epiphanium, ſe velle ſubijcere, & vnire omnes Eccleſias illius ſedi, quemadmodum ad Ioannem Papam, ad quem præterea ſcribit in hunc modum: *Petimus veſtrum paternum affectum, vt veſtris ad nos deſtinatis litteris, & ad Sanctiſſimum Epiſcopum huius almæ Vrbis, & Patriarcham veſtrum fratrem, quoniam & ipſe per eoſdem* (Hypatium, & Demetrium) *ſcripſit ad veſtram ſanctitatem, feſtinans in omnibus ſedem ſequi Apoſtolicam Beatitudinis veſtræ, manifeſtum nobis faciatis, quo omnes, qui prædicta rectè confitentur, ſuſcipit veſtra ſanctitas, & eorum, qui iudaicè auſi ſunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam, &c.* Vbi vult Epiſcopum Conſtantinopolitanum regulam fidei à Romano Pontifice accipere, non econtra.

Quæ Mornæus ſupprimit.

Quod fuerit iudicium Iuſtiniani Auguſti de Eccleſiæ Romanæ primatu, deque ſumma ſuper omnes Romani Pontificis poteſtate, ſupremaque auctoritate in vniuerſa Eccleſia Catholica, amplius docet Baronius ad annum Chriſti 534. articulo 33. ex Nouella 9. Vbi vult, Romanam Eccleſiam gaudere præſcriptione centum annorum. Et in ipſius exordio. *Vt legum* (inquit) *originem anterior Roma ſortita eſt, ita & ſummi Pontificatus apicem apud eam eſſe, nemo eſt, qui dubitet. Vnde & nos neceſſarium duximus patriam legum, fontem Sacerdotij ſpeciali noſtri numinis luce illuſtrare.* Reſpondet Mornæus primò, *illam Nouellam Græcè non extare.* Id quidem non ignorauit doctiſſimus Cuiacius lib. 5. Obſeruat. capitulo 5. *Græca forma* (inquit) *deeſt nec inuenitur in Baſilicis*, qui tamen eam minimè reijcit. Et libro de diuerſ. Temp. præſcript. & terminis capitulo 31. & 34. eam cum alijs Iuſtiniani Nouellis confert: & in omnibus, latinis exemplaribus extat. Martinus etiam Delrio in Miſcellaneis ad eam Nouellam: *Fuit* (inquit) *Latina lingua conſcripta, ideoque in omnibus editionibus Græcis deeſt.* Non igitur eo reijcienda, quòd Græcè non extet. Secundò,

Iuſtiniani Auguſti iudicium de primatu Eccleſiæ Rom.

De Nouella 9. Iuſtinia.

Pag. 91. *Notatum* (inquit) *ab eo* (Baronio) *oportuit, Patriarcham Vrbis Romæ ſimpliciter vocare.*

VErùm, à Mornæo notatum oportuit, diſertis verbis ſcribere Iuſtinianum apud Romam eſſe *ſummi Pontificatus apicem*, & eam eſſe *fontem ſacerdotij*; item *ſedem ſummi Apoſtoli Petri*: ergo qui Patriarcha veteris Romæ, idem ſummus Pontifex, idem Princeps Sacerdotum, idē ſucceſſor ſummi Apoſtoli Petri, cui Dominus poſt reſurrectionem paſcēdas omnes oues ſuas commiſit. Nec ibi diſtinguit Imperator Eccleſias Occidentales ab Orientalibus, ſed loquitur de poſſeſſionibus, quas tùm in Occidentis, tum in Orientis partibus habuerit Eccleſia Romana. Verùm, diſtinguat: quid inde? An ideò non ſunt omnes illæ Eccleſiæ vna Chriſti Eccleſia, vnum corpus myſticum, cui vnum caput viſibile præfecerit Chriſtus? Vnum Ouile, cui vnus Paſtor præſit? Paſsim in ſcriptura plures Eccleſiæ; & tamen vna Eccleſia, quemadmodum vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma: & in Symbolo confitemur vnam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam: hæc autem vnitas conſiſtit in vnione membrorum inter ſe, & cum capite Romano Pontifice. Et ſeptem ante annis idem priuilegium conceſſerat Eccleſijs Orientalibus, vt propterea indignum arbitraretur, ſi eo ipſa omnium caput Eccleſiarum priuilegio careret, quod meminerat, ſe Orientalibus Eccleſijs conceſsiſſe ante ſeptennium, anno ſecundo ſui Imperij, ſuo pariter Conſulatu ſecundo l. 13. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Baronius inſuper producens ibidem Nouellam 42. *Intuere* (inquit) *illa quæ ad Mennam Conſtantinopolitanę Eccleſię Patriarcham itidem de Romana Eccleſia ſcribit, dum agit de Agapeto Romano Pontifice, quòd Conſtantinopolitanæ ſedis Epiſcopum iure depoſuerit Anthimum, eo quòd cum Eccleſia Romana minimè conueniret, vtpotè quæ tanquam lapis lydius, quæ ſincera, quæuè ſint ſpuria dogmata probet: atque etiam quę Apoſtolica auctoritate præcellens, omnes cuiuſuis ampliſſimę Eccleſiæ Sacerdotes à recto fidei tramite deuiantes, condemnet.* Et ea Nouella Græcè, & latinè extat edita. Vbi Mornæus,

Textum ipſum (inquit) *cautè reijcit: Agapetus ſanè Conſtātinopoli tum degens Synodo præſedit, in qua Anthimus Patriarcha exauctoratus fuit. Et id ſibi vult Imperator, throno pulſum cum dicit* παρ' ἀγαπητοῦ πρώεδρου γεγονότος *ab Agapeto primam ſedem in veteri Roma obtinente.* Pag. 92.

ITa gloſſat, aduerſarius. Sed textū ipſum producamus vt nullo dolo malo reticuiſſe Baronium, omnes clarè perſpiciant: *Quemadmodū, & nuper factum eſſe circa Anthimum ſcimus, qui quidem deiectus eſt de ſede huius Regię Vrbis à ſanctæ, & glorioſę memorię Agapeto ſanctiſſimę Eccleſiæ antiquę Romę Pontifice, eo quòd nullo modo ſibi ipſi conuenienti* (contra omnes ſacros Canones) *ſe intruſerat ſedi; ſed & communi ſententia ipſius Sanctę memorię viri primùm, atque etiam ſacræ Synodi hic celebratę condemnatus, & depoſitus fuit, eo quòd à rectis dogmatibus receſſit.* Non dicit, Anthimum à Synodo, cui præſedit Agapetus, condemnatum fuiſſe, ſed ab ipſo Agapeto, cuius ſententię poſtea ſuffragata eſt tota Synodus, ſicque Græcè legitur ἠκούσα δὲ ἀπὸ τούτῳ αὐτοῦ τῆς ἁγίας μνήμης ἀνδρὸς πρότερον, καὶ μὲν καὶ τῆς ἐνταῦθα γενομένης ἱερᾶς συνόδου καταδεδικασμένος, τε καὶ καθῃρημένος. Ita Anaſtaſius in Agapeto I. *Ex pręcepto Auguſti accerſito Epiſcopo Conſtantinopolitano, nomine Anthimo, & diſcuſſione facta, nunquam voluit confiteri*

Digitized by Google

in doctrina Catholicę reſponſionis ad interrogationem Beati Papæ Agapeti duas naturas in vno Domino Ieſu Chriſto. Quem conuicit S. Papa Agapitus, & glorificatus eſt ab omnibus Chriſtianis. Tunc piiſſimus Auguſtus Iuſtinianus, gaudio repletus humiliauit ſe ſanctę ſedi Apoſtolicę, & adorauit Beatiſſimum Papam Agapetum. Eodem tempore eiecit Anthimum à communione, & expulit in exilium. Tunc piiſſimus Auguſtus Iuſtinianus rogans beatiſſimum Agapetum Papã, & in locum Anthimi Epiſcopum conſecrauit Catholicum, nomine Mennam.

Quod ſi poſtea Theodora Auguſta inſtitit apud Silnerium, & Vigilium, Agapeti ſucceſſores, vt reſtituerent Anthimum; igitur exiſtimauit, & Romani Pontificis fuiſſe eum deponere, & nonniſi eiuſdem eſſe eum reſtituere: Etſi verò hac Nouella Iuſtinianus illius probat depoſitionem, tanquam de fide perperam ſentientis; non tamen ipſe eum depoſuit, ſed depoſitum, & condemnatum à Pontifice teſtatur. Et ſi quando Imperatores depoſuerunt ipſos Patriarchas, & alios ſubrogarunt, nonniſi per vim, & illicitè id factum intelligi poteſt, ſicut nonnunquam ab hæreticis Principibus Patriarchas Catholicos de ſede ſua deturbatos, alijs de fide prauè ſentientibus ſuffectis, legimus.

Agapeti Pont. Rom. miraculũ. Interim quando iſte Agapeti Pontificis meminit, non prætereundum ſilentio miraculum, quod ab eo in Græciæ partibus perpetratum refert Sanctus Gregorius libro 3. Dialog. cap. 3. quod cum obtuliſſent illi curandum mutum, & claudum, qui neque vlla verba edere, neque ex terra vnquàm ſurgere valebat, ac dicerent, in virtute Dei ex auctoritate Petri fixam ſe illius ſalutis ſpem habere; protinùs orationi incubuit, & Miſſarum ſolemnia exorſus, ſacrificium in conſpectu Dei Omnipotentis immolauit. Quo peracto, ab Altari exiens, claudi manum tenuit, atque aſsiſtente, & aſpiciente populo, eum mox à terra in proprijs greſsibus erexit. Cumque ei Dominicum corpus in os mitteret, illa diu muta ad loquendum lingua ſoluta eſt: mirati omnes flere præ gaudio cœperunt, eorumque mentes illicò metus, & reuerentia inuaſit, cum videlicet cernerent, quid Agapetus facere in virtute Domini ex adiutorio Petri potuiſſet. An fabulæ ſunt, quas texere voluerit Sanctus Gregorius, aut nobis imponere? Sed facile conijcio, hæc Mornæum præſtigias interpretaturum; nam & Iudæi miracula Chriſti Domini in Beelzebut Principe Dęmoniorum fieri, calumniabantur: & Pagani ea magicis artibus tribuebant.

Quod ea Nouella Mennę Patriarchę inſcripta Iuſtinianus eum Patriarcham Oecumenicum cognominat.

Pag. 92. ***Haloander** (inquit) **pias Paparum aures offendere veritus, vertit, vniuerſi eius tractus Patriarchæ.***

De Haloãdri interpretatione. ET quidem interpretatio valde cõſentanea eſt, & Canoni Chalcedonenſi, quem toties nobis Mornæus obiecit, quo certæ Prouinciæ Epiſcopo Conſtantinopolitano ſubijciuntur: & menti ipſius Iuſtiniani, qui nihil hoc titulo derogatum voluerit alijs Patriarchis, qui Conſtantinopolitano minimè ſubijciebantur.

Qua fide? (inquit Mornæus) *cùm οἰκουμένην vniuerſam terram habitabilem ſignificet?* Inde Oecumenici interpretationem confingit, *Patriarchalium Eccleſiarum Epiſcopos, nullo inuicem præiudicio, interdum dici Oecumenicos, quatenus in eminentioribus Orbis Chriſtiani locis, tãquàm in ſpeculis, cõſtituti, Eccleſiæ vniuerſali inuigilare præcipuè tenentur, non tantùm ſinguli, ne ſua cuiuſque Diœceſis detrimentum capiat, ſed vbique, & vndequaque omnes, ne Sathan, hoſtis ille peruigil per hæreſes, & ſchiſmata Eccleſiæ, aut valetudinem labefactet, aut tranquillitatem conturbet.* *Pag. 90.* *Noua interpretatio nominis Oecumenici.*

Refellitur. HAEc interpretatio moderna eſt, ab acutiſſimo Mornæo recenter excogitata, & falſo nititur argumento: ſiquidem nullus Patriarcharum, præter Conſtantinopolitanum, eò ambitionis venit, aſſentientibus, & fauentibus Imperatoribus, vt Oecumenici nomen vſurparet: neq; Alexandrinum, neq; Antiochenum, neque Hieroſolymitanum Oecumenicos vnquam ſe nũcupaſſe, aut ab alijs inſcriptos eſſe, legimus. Deinde ſi ea ratione Oecumenici dicti, quatenus in eminẽtioribus orbis Chriſtiani locis, tãquàm in ſpeculis conſtituti, Eccleſię vniuerſali inuigilare pręcipuè tenẽtur, cur Carthaginẽſis Primas totius Africæ, Arelatenſis in Gallia, Toletanus in Hiſpania, alijq; alibi locorum nõ dicti ſunt Oecumenici? Præterea, eo ſenſu nihil prohiberet, omnes Epiſcopos dici Oecumenicos; ita. n. omnes inuigilare debent, ne per hęreſes, & ſchiſmata Eccleſiæ valetudo labefactetur, aut tranquillitas conturbetur. Act. 19. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus Sanctus poſuit vos Epiſcopos regere Eccleſiã Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo;* Vnde conſtat, quàm debili fundamento nitatur iſta interpretatio: & licet omnes ita inuigilare debeãt; quilibet tamẽ in partem ſolicitudinis vocatus eſt, nec in ſolidũ omnes de cura Paſtorali totius Eccleſię tenentur, nec Diœceſi vnius alter ſe immiſcet: ſolus Romanus Pontifex, vniuerſo gregi Chriſti præeſt, ad cum cæteri de grauioribus negotijs, & fidei controuerſijs, conſpecto hoſte, id eſt, exurgẽtibus nouis hæreſibus, ſemper retulerũt. Ille pręeſt Synodis vniuerſalibus, eorum Acta probat, & in eis definita confirmat, hęreſeſq; omnes cõdemnat. Hoc eſt, quod perſpicuè teſtatur Iuſtinianus L. 1. C. de Sum. Trinit. & fide Cathol. Epiphanio *Solus Rom. Epiſc. toti gregi Chriſti præeſt.*

Digitized by Google

phanio Conſtantinopolitano Epiſcopo ſcribens: *Quotieſcunque in hiſce partibus hæretici repullularunt, ſententia, & recto ordine illius ſedis coerciti ſunt: & conſulebatur tanquam is, cuius iudicio omnes ſtare deberent*. Neque verò ob Vrbis ſplendorem dumtaxat cæteri loco, & dignitate Romano Pontifici cedebant, vt vult iſte interpres; verùm quia Roma ſedes Petri, propterea eius in omnes iuriſdictionem agnoſcebant. D. Proſper lib. de ingratis cap. 2.

Sedes Roma Petri quæ paſtoralis honoris:
Facta caput Mundo, quicquid non poſſidet armis,
Religione tenet.

Neque vnquam occlamatum ei iuriſdictioni, quam ſibi in reliquos Epiſcopos aſſeruit Romanus Pontifex, tanquam tyrannidi, vt iſte prædicat, ſed tanquam diuinæ inſtitutioni ab omnibus, non Epiſcopis dumtaxat, ſed & Imperatoribus, Regibus, Principibus, & reliquis Chriſtianis ſuffragatū, & aſſenſum: vt ex Scriptoribus Catholicis omnium ſæculorum ad noſtra hæc tempora conſtat; & condemnati ſunt ab Eccleſia, vt hæretici, vel Schiſmatici, qui occlamarunt: ſicut & hæreticum eſſe Mornæū, nemo bonus dubitat.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum Decimumoctauum.

STatim in limine iſtius Progreſſus curam ſui officij exercendi, & ſalutis omnium ouium Chriſti ex iniuncto ſibi munere procurandæ, Mornæus, quia hæreticus, dominandi appetitum in Romanis Pontificibus interpretatur,

Pag. 92. *Qui ſubinde licet repreſſus* (inquit) *mirum, quàm pungeret*.

AT viribus humanis non poſſe reprimi, aut imminui eorum authoritatem, ſatis hactenùs experientia ipſa compertum; magnas ſiquidem perſecutiones ab hæreticis, & Schiſmaticis, à potentiſsimis Principibus paſſa eſt, quas tamen omnes in virtute Chriſti deuicit: ſiquidem *Conſilium Domini ſtabit, & omnis voluntas eius fiet*. Iſaiæ 46. Notet Phariſæus iſte verba Gamalielis Act. 5. Nam ſi ex hominibus fuiſſet Conſilium hoc, aut opus, diſſolutū fuiſſet, At quia ex Deo eſt, non potuerunt homines illud diſſoluere.

Romani Pō. aliquādo coacti ab Hæreticis obire Legationes: & cur. Reges illi ex Gothis oriundi, qui Italiam occupabant, erant Ariani hæretici, ideoque non mirum, ſi coegerint aliquando Romanos Pontifices ſubire Legationes, cum non eis eā, quam debebant reuerentiam, atque obſeruātiam, præſtarent. Deinde certò ſciebant, magnam eſſe authoritatem Romani Pontificis apud Imperatores Catholicos, & neminē ab eis ita facilè poſſe impetrare, quæ vellent, & quæ eſſent ex eorum ſententia, ſicut Romanū Pontificem, atq; ideo rogabant magis, quàm imperabant, vt cauſa ſui Legationem obiret; Præterea Romanus Pontifex legationem obibat, magis vt conſuleret ipſi religioni, & Catholicis, quàm Gothorum Regibus Arianis: namprout ſcribit Liberatus in Breuiario cap. 21. cùm Agapetus eſſet ordinatus Papa, *Theodatus Rex Gothorum ſcribens ipſi Papæ, & Senatui*

Agapetus ſuſcepta Legatione profectus Cōſtantinop. ad quid. *Romano, interminatur non ſolum Senatores, ſed et vxores, & filios, filiaſque eorum gladio ſe interempturum, niſi egiſſent apud Imperatorem, vt deſtinatum exercitum ſuum de Italia ſubmoueret. Sed Papa pro eadem cauſa Legatione ſuſcepta Conſtantinopolim profectus eſt*. Non igitur vt accuſaret necem Amalaſunthæ Theodorici filiæ à Theodato Rege nefariè perpetratam vt fingit Mornæus: neque id docet Anaſtaſius; ſed vt Senatui, & ciuibus ſuis præſto eſſet, & ab eorum ceruicibus furorem Tyranni repelleret, Legationem obiuit Agapetus neque vnquàm Amalaſuntha fuit *De Amalaſuntha.* vxor Theodati Regis, quam, vbi eius opera, atque authoritate liberas Regni nactus eſſet habenas, vinculis alligatam, in Inſula ad lacum Vulſinum poſita aſſeruari in carcere iuſſit, & poſtea nonnullorum perſuaſione, quorū cognatos olim Amalaſuntha neci tradi iuſſiſſet, obtruncandam curauit.

Agapeto ſuccedit Siluerius. Agapeto Conſtantinopoli mortuo, ſubrogatus eſt in eius locum Siluerius, natione Campanus ex Patre Hormiſda. Huius electionem minus legitimam aſſerit Mornæus, & mandata porro, & Acta cætera, quæ inde conſequebantur, quia vt habet Anaſtaſius in Siluerio, Theodatus Rex Gothorum *talem timorem induxit Clero, vt qui non conſentirent in eius ordinationē, gladio punirentur*: Verùm vt cōſequenter legitur, *Syluerius primò intruſus Pōtifex deinde legitimè inſtitutus.* *& ſi Sacerdotes non ſubſcripſerunt in eum ſecundùm morem antiquum, neq; decretum confirmauerunt ante ordinationem; iam tamen ordinato ſub vi, & metu Silverio propter adornationem Eccleſiæ, & religionis poſtmodùm ſubſcripſerunt Presbyteri*. Vbi Baronius ad annum 536. dignum exemplum notat Cleri Romani, dum ad euitandum ſchiſma, quod abſque dubio conflandum erat, ſi alium elegiſſent, cùm electionem, immò intruſionem Siluerij primitùs improbaſſent, poſtea demū, vno omnium accedente conſenſu, vt legitima eſſet electio, effecerunt: & qui primò non legitimus Antiſtes, mox legitimus bonus paſtor apparuit, & quidem talis, vt ſuum Pontificatum martyrij corona inſignierit. Igitur intruſum quidem primò facile probant, quæ profert Mornæus; ſed reticet, cum poſtea, ſubſcribente eius electioni, & conſentiente Clero Romano, inſtitutum fuiſſe legitimè Pontificem.

Quoad ea, quæ ex Liberato citat de Vigilio, quod nimirùm Theodora Auguſta vo- *Theodora Auguſta, & Vigilij colloquiū.* cans eum, ab eo ſibi ſecretò profiteri flagitauerit, vt, ſi Papa foret, tolleret Synodum Chalcedonenſem: Et ſcriberet Theodoſio, Anthemio,

mio, & Seuero hæreticis, & per epiſtolam ſuã eorum firmaret fidem, promittens ei dare præceptum ad Beliſarium, vt eum Papam ordinarent, & dari centenaria ſeptem: vnde ſuſcepit promiſſum eius amore Epiſcopatus, & auri, & quod, inuento Siluerio iam ordinato Papa, promiſerit duo auri centenaria Beliſario ſi, Siluerio remoto, ipſe pro eo ordinaretur. Præterea quod is Siluerio eiecto in exilium fauore Beliſarij ordinatus ſit Papa, ſcripſerit Epiſtolam ad Eutichianorum Proceres, vt vult Mornæus, vel ad Theodoram Auguſtam, qua Eutichianorum hæreſim confirmare videtur; Ad hæc omnia facilè reſpondetur primo Vigilij ingreſſum minimè legitimum fuiſſe, cũ præter Eccleſiaſticas regulas, prædeceſſore ſuo Siluerio viuente, & Pontificatus adminiſtratione ſummoto, per vim Pontificatum Romanum occupârit; certumq; eſt, Vigilium ambitionis Spiritu diu laboraſſe; ſiquidem iam antea ſub Bonifacio Papa ſecundo ſe in Pontificatu ſucceſſorem nominari, procurauerat, ac poſtea, factis promiſsis indignis, ac turpibus tum Theodoræ Auguſtæ, tum Beliſario Duci, de ſede ſua deturbato, & in exilium expulſo Siluerio legitimo Pontifice, illius locum inuaſit. Hæc illi Siluerius exprobrat in Epiſtola ad eundem, quæ excuſa eſt 2. tom. Concil. & 1. Tom. Epiſt. Pont. & quidem quamdiu Siluerius vixit, non fuit legitimus Pontifex, ſed ſchiſmaticus Vigilius. Secundo, Quoad Epiſtolam Vigilij, qua damnauit fidẽ Catholicã, & ſubſcripſit fidei Eutichianorum, reſpõdetur primò, id exteriori tantum profeſsione feciſſe, quæ hæreticum non facit: neque aliquid palàm vnquam cõtra fidem definijſſe, immo voluiſſe, occultum eſſe, quod ſcribebat, vt ex eadem Epiſtola cõſtat. Secundo mirum nõ eſſet, ſi Vigilius tum etiam hæreticus fuiſſet, & ſubſcripſiſſet fidei hæreticorum, viuente adhuc Siluerio, cum eſſet Pſeudopapa, & non legitimus Pontifex. Tertio, ex pluribus rectè colligit Baronius, eam Epiſtolam minime eſſe Vigilij, ſed nomine ipſius ab aliquo Eutychiano ſuppoſitam, eoque imperito. Nam nomine Vigilij ab hæreticis ſcriptas fuiſſe litteras, ſextæ Synodi Acta teſtantur Act. 15. Tomo 2. Conc. in quibus hæc de damnatis impoſturis hæreticorum: *Anathema libro, qui dicitur Mennæ ad Vigilium, & qui eum finxerunt, ſiue ſcripſerunt: Anathema libellis, qui dicuntur facti fuiſſe à Vigilio ad Iuſtinianum, & Theodoram &c.* vbi non dubium, intelligi eam Epiſtolam, qua confirmatur error Eutychianorum: nam inſcriptio Epiſtolæ nomine Vigilij *Ad Dominos*, ad Iuſtinianum, & Theodoram Aug. ſcriptam eam fuiſſe demõſtrat. Sed & abhorret à conſueto ſcribentis more, dùm non ſolùm ad *Dominos*, ſed & *ad Patres* eadẽ Epiſtola habetur inſcripta; vt iure poſsit argui impoſturæ. Cum enim Vigilius, expulſo Siluerio, ſe egerit tanquam Romanũ Pontificem, quodnam vnquàm extitit Prædeceſſorum exemplum, vt ipſos Imperatores Patres nominarit Romanus Pontifex, quos potius conſtat filios ſolitum appellare? Sed hic Mornæus.

Vigilij ingreſſus in Põtificatũ illegitimus.

Eutychiana hæreſis, quomodo, quãdo, vel etiam an ſubſcripta à Vigilio.

Epiſtola Vigilij ſuppoſititia.

Euidenter (inquit) hallucinatur (Baronius) dum Auguſtis inſcriptam ſibi fingit, quæ ad primarios hæreticos dirigitur, ſicuti Theodora cum eo pepigerat, vt ſcriberet Theodoſio, Anthemo, & Seuero, & per Epiſtolam eorum firmaret fidem. Vnde & Liberatus ipſe ſub finem capitis, Epiſtola illa recitata, ſubiungit; Et hæc Vigilius ſcribens hæreticis, occultè permanſit ſedens. Pag. 94.

SEd Baronius id iam expugnarat: *Nã ſi dicas* (inquit ad annum 538. art. 19.) *ſcriptam ad Epiſcopos, qui nouus mos iſte, & penitus inuſitatus, vt Romanus Pontifex Coepiſcopos Patres appellet, & Dominos? vel ſi legas Fratres, certe procul abhorret, vt eoſdem dicat, & Dominos.* Præterea verò in eadem Epiſtola author à ſe diſcrepat. Quomodo enim cum Eutichete, & Dioſcoro negat duas in Chriſto naturas, & paulò inferius vna cùm alijs anathema Dioſcoro infert? quæ cùm ſibi inuicem aduerſentur, augent ſuſpicionem de impoſtura. Et certe ſi impoſturę arguitur, quod Auguſtis inſcripta ſit, & eos vocet *Dominos, & Patres*, multo magis impoſturæ conuinceretur, ſi proceribus Eutychianorum, hoc eſt eorum Epiſcopis inſcripta ſit, quos Vigilius, qui ſe pro Romano Pontifice gerebat, nũquàm Dominos, & quidem multò minùs, quàm Auguſtos ipſos, appellaſſet:

Hæ certè rationes non ſunt contemnendæ, quibus eã Epiſtolam Vigilij minimè eſſe, ſed illius nomine ab aliquo imperito Eutychiano ſuppoſitam, docuit Baronius. Quod ſi Liberatus eam ſuo Breuiario inſeruit; dici poteſt, credidiſſe eum vtique falſo rumori, quem hæretici ſparſerant de ea Epiſtola, & putaſſe, reuera eſſe Vigilij, quæ eius nomine cõficta erat. Baronius hæc primum ibidem de Vigilio. *Auſus ſemel Cathedram erigere cõtra Cathedram, & viuente Paſtore legitimo nulla niſi ſæcularis hominis authoritate, ab ſque iudicij vlla forma, ſententia condemnato, ſedere Pontifex: Quonam alio nomine, quàm lupus gregem inuadens, fur, & latro, non per oſtium, ſed aliunde in Ouile Ouium conſcendens Pſeudoepiſcopus contra legitimum Epiſcopum ſtans, ac deniquè Antichriſtus contra Chriſtum iure potuit appellari?* Vbi Mornæus.

Liberatus circa authorem huius epiſtolæ errauit.

Qui interim pauculis poſt diebus, poſtquã Siluerium necauit, Sanctus illi, & incomparabilis Chriſti Vicarius. Pag. 94.

Baronius ſibi contradictoria nõ ſcribit de Vigilio.

QVid verò abſurdi in iſtis Baronij dictis? De Vigilio prius loquebatur, vt Antipapa, & inuaſore ſedis Apoſtolicæ, viuente adhuc

huc

Digitized by Google

huic Silverio; de eodem poſtea loquitur, vt Cleri ſuffragijs inſtituto, & ordinato legitimo Pôtifice, à quo tempore nullus in Vigilio fuit erroris inuentus, at nec erroris quidem ſimulatio, ſed ſumma conſtantia in fide vſque ad mortem; vt appareat, cum ipſo Pontificatu firmitatem fidei eum accepiſſe, & de leui palea in ſolidiſsimam petram commutatum fuiſſe: nam cum Theodora Auguſta eum vrgeret, vt reſtitueret Anthimum ſedi Conſtantinopolitanæ, ob hæreſim prius depoſitum, quod ſe facturum illi promiſerat, in hunc modum reſcripſit. *Abſit hoc à me, Domina Auguſta, prius loquutus ſum malè, & inſipienter, modò autem nullo modo tibi conſentio, vt reuocem hominem hæreticum, & anathematizatum*. Et cum eſſet Conſtantinopoli, ac per biennium eſſent contentiones de Anthimo Patriarcha, quomodo ipſe promiſiſſet, eum in locum ſuum reſtituere, cautionem manus ſuæ ei oſtendentes, quomodo promiſerat eum in ordinem ſuum reuocare, nullatenùs voluit cõſentire, ſed tanta roboratus virtute, magis mori deſiderabat, quàm viuere. Hæc Anaſtaſius in Vigilio. Idem teſtantur Paulus Diaconus in Iuſtiniano, Aymoinus lib. 2. de rebus geſtis Frãcorum cap. 32. Marianus Scotus, & alij; ſcribit etiam S. Gregorius lib. 2. indict. 10. Epiſt. 36. ad Epiſcopos Hiberniæ, Vigilium Papam in Vrbe Regia conſtitutum, contra Theodoram tunc Auguſtam & Acephalos damnationis promulgaſſe ſententiam.

Vigilius eſt Pontificatu firmitatem fidei adeptus.

Ex ſuperioribus conſtat, Silverium, & Vigilium, licet ab initio intruſos, vbi tamen Cleri Romani ſuffragia acceſſerunt, legitimè inſtitutos, & ordinatos fuiſſe Pontifices, & vtrumque Theodoræ Auguſtæ reſtitiſſe, fidem Orthodoxam aſſeruiſſe, & hæreticos condemnaſſe. De eorum deceſſore Agapeto, quomodo Anthimum hæreticum depoſuerit, Mennam in eius locum ordinauerit, quicquid coaxet iſta rana, iam ſupra oſtenſum eſt.

Vigilius Epiſt. 1. ad Eutherium non arrogãter, aut truculentè, vt nugatur Mornæus, ſed veriſsimè hæc profatur: *Quod Eccleſia Romana fundamentum, & forma ſit Eccleſiarum, à quo omnes Eccleſias principium ſumpſiſſe, nemo rectè credentium ignorat. Quoniam licèt omnium Apoſtolorum par eſſet electio; Beato tamen Petro conceſſum eſt, vt cæteris præmineret, vnde & Cephas vocatur, quia caput eſt, & primus omniũ Apoſtolorũ: & quod in capite præceſſit, in membris ſequi neceſſe eſt. Quamobrem in Sancta Romana Eccleſia eius merito Domini voce cõſecrata, & Sanctorum Patrum authoritate roborata, primatum tenet omnium Eccleſiarum, ad quam tam ſumma Epiſcoporum negotia, & iudicia, atquè querelæ, quàm, & maiores Eccleſiarum quæſtiones, quaſi ad caput, ſemper referendæ ſunt &c. Ipſa namque Eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis Eccleſijs vices ſuas credidit largiendas, vt in partem ſint vocatæ ſolicitudinis; non in plenitudinem poteſtatis.*

Vigilius de Eccleſia Rom.

Subijcit Mornæus.

Et hæc ſanè profanus ille Baronio ad huc, & Antichriſtus, qualẽ ipſe deſcribebat. Pag. 95.

EQuidem concedimus iſta à Vigilio ad Eutherium ſcripta, cùm nondum eſſet legitimus Pontifex, adhuc viuente Silverio, ſed magis ſchiſmaticus, & Antipapa: quæ tamen ſcribit, non Antichriſti idioma, aut vocem referunt, ſed viri Catholici, & Orthodoxi, cum econtra Mornæus profanus, ſit hæreticus, & Antichriſtus, & procul à numero credentium, qui iſtis tanta temeritate, & audacia aduerſatur. Et hæc quidem ad Progreſſum. Nunc expendenda quæ in Oppoſitione.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem decimamoctauam.

IS autem mos eſt Mornæo, vt volumen ſuum excreſcat, ſæpius eadem inculcare. Redit igitur ad id, quod præcedenti Oppoſitione citârat ex Nouel. 42. Iuſtiniani de Anthimo ab Agapeto exauctorato, & contendit, in depoſitione Anthimi nihil niſi ex iuris formula factum, non per vim exactum, ſed damnatum primum, ac depoſitum per Agapetum, ex communi Synodi ſententia, pronunciatum: id enim ſignificare Iuſtinianum his verbis: κοινῇ ψήφῳ. Sed expreſſa ſunt verba Iuſtiniani, quæ in ſuperiori Antidoto citauimus: neque legimus, Agapetum ad exauctorandum Anthimum, vel ordinandum Mennam Iuſtiniani rogatu vllum Concilium conuocaſſe: & illa Synodus, cuius in ea Nouella meminit, à qua cõdemnatus, & depoſitus fuit, celebrata eſt Cõſtantinopoli poſt mortem Agapeti, cum iã ab eo exauctoratus fuiſſet Anthimus; & illud κοινῇ ψήφῳ non ſignificat, ex ſententia Synodi Agapetum eum exauctoraſſe, ſed primum Agapetum eum condemnaſſe, deinde Synodum eidem ſententiæ, cum minimè reſipiſcere vellet, & pertinax eſſet in hæreſi, ſubſcripſiſſe: idque ſignificant verba Iuſtiniani κοινῇ δὲ ψήφῳ τοῦτε αὐτοῦ τῆς ἁγίας μνήμης ἀνδρὸς πρότερον, καὶ μὴν καὶ τῆς ἐνταῦθα γενομένης ἱερᾶς συνόδου καταδεδικασμένον, τὲ καὶ καθῃρημένον. hoc eſt: *communi ſententia ipſius ſanctæ memoriæ Viri primùm, atque etiam ſacræ Synodi hic celebratæ, cõdemnatum, & depoſitum*. Quod ſi non propria authoritate eum Agapetus exauctoraſſet, ſed ſententiam tantùm Synodi pronunciaſſet, vt vult Mornæus, non vtique dixiſſet Imperator: *Quemadmodum, & nuper factum eſſe circa Anthimũ ſcimus, qui quidem deiectus eſt de ſede huius Regiæ Vrbis, ſanctæ, & glorioſæ memoriæ Agapeto Sanctiſſimæ Eccleſiæ antiquæ Romæ Epiſcopo*: Et Poſtea: *ſed & com-*

Iterum de exauctoratione Anthimi.

Digitized by Google

communi ſententia ipſius Sãctæ memoriæ Viri prius. Vbi primùm intelligitur depoſitus ab Agapeto. Deinde cum ſtatuiſſet Agapetus,vt Anthimus, quoties ab errore pœnitens ad Eccleſiam redire vellet, priſtinus Epiſcopatus Trapezũtiæ Eccleſiæ eidem reſtitueretur: id ægrè ferentes Orthodoxi Archimandritæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, libello oblato Pontifici, qui extat. Act.1. Concilij Conſtantinopolitani, id ad certum tempus arctari petierunt,vt ſicut Cœleſtinus Papa definitum tempus Neſtorio præſcripſerat, intra quem reſipiſceret, & rediret ad Eccleſiam: ſic Anthimo præfinitus daretur terminus ad reſipiſcẽdum, quo elapſo, nullus illi vltra pateret aditus ad priorem ſuam, nempè Trapezuntiam Eccleſiam. Si Agapetus ex authoritate non depoſuerat Anthimum, ſed tantùm Synodi ſententiam pronunciarat, & ita conſtituerat,vt reſipiſcens ad priorem ſuam Eccleſiam rediret; quorſum hæc ſcribebant ad Agapetum, cuius alioqui non fuiſſet, ex ſententia Mornæi, eum terminum definire, aut Eccleſiæ Trapezuntiæ Anthimum reſtituere, ſed Synodi? Præterea Theodora Auguſta non curauit cogi Epiſcoporum Concilium pro reſtituendo Anthimo, ſed apud Silueriũ, & Vigilium ſucceſſores Agapeti inſtitit, quantum potuit, etiam minis additis, vt pulſo Menna, eum reuocarent, ac ei ſedi reſtituerent: cognouit igitur, Agapetum in deponendo Anthimo non pronunciaſſe ſententiam Synodi,ſed propria authoritate eum depoſuiſſe, & Romani Pontificis eſſe eundem reſtituere. Nicolaus 1. Epiſt.9.ad Michaelem Imperatorem. *Agapetus Apoſtolicæ ſedis præſul Anthimum Conſtantinopolitanum Antiſtitem ſimiliter condemnauit, & in loco eius ordinauit Mennam, pro quo videlicet Anthimo Silũerius, & Vigilius Romani Pontifices ab Auguſta Theodora multa incommoda,ſed & diſcrimina ſunt perpeſſi, ſed ad reſtitutionem eius nullatenùs inclinati.* Denique etiamſi ad deponendũ Anthimum Agapetus adhibuiſſet Synodum Epiſcoporum, & nihil niſi ex eorum ſententia egiſſet, an ideo non ex authoritate? Nam,& Principes ex conſilio & ſentẽtia Optimatum leges ferunt, prouincias adminiſtrant, vbi tamen ſuam authoritatẽ exercere, non dubium: ita Pontifex,& ſi ſecutus ſẽtentiam Synodi,ſua tamen authoritate Anthimum exauctoraſſet. Obijcit Mornæus.

Ab Agapeto poſtulatũ, vt certũ tempus ad reſipiſcendum Anthimo præſcribat.

Theodora Aug reſtitutionem Anthimi contendit ab Agapeti ſucceſſoribus.

ſed illi renuunt.

Pag. 95. *Si primum efficaciter à ſolo Agapeto ex poteſtatis plenitudine depoſitus Anthimus, quid Synodo opus,quæ potius ſuæ illi authoritati detrahat?*

Synodus cõtra Anthimum à Legatis Agapeti poſt eius mortẽ cõgregata.

SAtisfacit huic obiectioni Baronius ad annum 536. art. 71. nam poſt deceſſum Agapeti Papæ aderant adhuc Apoſtolicæ ſedis Legati, quos idem Pontifex præmiſerat anno ſuperiori ad res componendas Conſtantinopolim, quos decedens nulla imminutos poteſtate reliquit.

His autem cura illa potiſſimum fuit, vt quæ ab Agapeto viuente conſtituta fuiſſet, nullo vnquam hæreticorum labefactarentur inſultu, ſed ſarta tecta, atque in omnibus illibata, & integra permanerent: cuius rei cauſſa ſuis ipſorum verbis etiam obligare Orientales Epiſcopos ipſis in conſilio fuit, atque in eandem ſententiam Mennam adduxerunt Conſtantinopolitanum Epiſcopum. Sic igitur pari conſenſu Synodum in eadem ciuitate ex vicinioribus Epiſcopis, & ijs, qui Conſtantinopoli morabantur, colligere quantocyùs decreuerunt, antequàm rurſus inſurgerent freti potentia Imperatricis, depoſiti nuper hæretici, qui fuerant pontificia Agapeti authoritate compreſſi.

Hæc igitur cauſſa fuit colligendi Concilij, non ab Agapeto viuente, ſed à Legatis poſt eius mortem, in quo rurſus Anthimus condemnatus,& comprobata in eundem Agapeti ſententia. Quod ſi ad Pontificis, aut etiam Epiſcoporum ſententiam acceſsit conſenſus Imperatoris, vt ſubſcripſerit condemnationi hæreticorum; non inde tamen vim, & authoritatem ſuam habebat condemnatio,ſed vt executioni mandaretur, ille ſua authoritate efficiebat. Nam, & D. Auguſtinus Epiſt. 48. & 50. docet, rectè implorari leges Imperatorum ab Eccleſia contra hæreticos, & lib. 1. contra Epiſt. Parmeniani cap.9. in eos inuehitur, qui velint ad Imperatorem nihil pertinere, in eos aliquid ſtatuere, qui praua in religione ſectãtur, & cap.12. legem commendat Theodoſij, in hæreticos, & ſchiſmaticos promulgatam.

Leges cõtra hæreticos rectè ab Imperatoribus implorantur.

Hac ratione conſtitutionem illam edidit Iuſtinianus in Anthimum ab Agapeto ab Epiſcopatu expulſum, & alios hæreticos. *Rem* (inquit) *non inſolitam Imperio & nos facientes, ad preſentem venimus legem. Quoties enim Sacerdotum ſententiam quoſdam indignos ſacerdotio de ſacris ſedibus depoſuit (quemadmodum Neſtorium, Eutychem, Arium, Macedonium,ac Eunomium, ac quoſdam alios ad iniquitatem non minores illis) toties Imperium eiuſdem ſententiæ, & ordinationis cum Sacerdotum authoritate fuit; ſicq; diuina, & humana pariter occurrentia vnam conſonantiam rectis ſententijs fecere.* Nicolaus 1. Epiſt. 32. ad eos, qui in Siluanectenſi Concilio conuenerant: *Imperiali (inquit) iudicio non poſſunt Eccleſiaſtica iura diſſolui, non quod Imperatorum leges, quibus ſæpe Eccleſia circa hæreticos vtitur, ſæpe circa Tyrannos, atque circa prauos quoſque defenditur, dicamus penitus renuendas, ſed quod eas Euangelicis, Apoſtolicis, atque Canonicis decretis, quibus poſtponendæ ſunt, nullum poſſe inferre præiudicium aſſeramus;* Non ergo à confirmatione Imperatoris pendebat decretum Pontificis de Anthimi depoſitione? Non erat Imperatorum de hæreſi iudicare, eſſetnè aliquis Epiſcopus hæreticus, ideoquè exauctorandus,nec ne, eſſetne contra ſacros Canones intruſus, aut legitimè inſtitutus, & ordinatus: Verum vbi à Pontificibus, vel Synodis Epiſcoporum iudicium de hæreſi latum fuiſſet in aliquos, & ſententia damnationis promulgata, tum in eoſdem legibus ſuis animaduertebant, & effi-

Imperialiũ legũ robur quoad iura Eccleſiaſtica.

Quid ad Imperatores circa hæreticos pertineat.

ciebant

ciebant ſua authoritate, vt quæ iuſtè conſtituta eſſent, executioni mandarentur, vt ſi ſacros Canones, & Epiſcoporum iudicia contemnerent, legibus Imperatorum comprimerentur. Non igitur Imperatoris approbationem accedere neceſſe erat, neque ſuis verbis expreſſum voluit Imperator, vt gloſſat Mornæus, confirmationem à ſe pendere, vt rata, & valida eſſet ſententia depoſitionis Anthimi, non ab Agapeto: nam etſi non aſſenſus fuiſſet Imperator ſententiæ Agapeti, neque paſſus fuiſſet, Anthimum ab ea ſede expelli, non tamen poſt ſententiam Pontificis eam ſedem legitimè obtinuiſſet. Obijcit hic Mornæus.

Mornæi figmentum.

Agapeti Synodicam ad omnes Epiſcopos, Synodi nomine, inter Acta vniuerſalis Concilij habemus. In hac totius conſeſſus nomine verba faciens, Sententiauimus, illum neque Catholico, neque ſacro nomine dignum eſſe. Pag. 95.

IGitur nonniſi cùm Synodo, & ex authoritate Synodi eum Agapetus exauctorauit. Sed reſpondemus proprio nomine, & non Synodi, hanc Epiſtolam ab Agapeto ſcriptam eſſe: neque ideo dici Synodicam, quòd à Synodo, vel Synodi nomine ſcripta eſſet; nam, et Synodicæ illæ Epiſtolæ nuncupatæ fuerunt, per quas aut Pontifex Romanus ad Pontificatus faſtigium primò euectus, rectæ fidei formulam Patriarchis, ac Metropolitanis præſcribebat; aut ipſi Patriarchæ, aut Metropolitani recẽs creati Catholicam fidem apud Romanum Pontificem profitebãtur, & fidei cauſſas cum eodem conferebant. S. Gregorius Pontifex libro 1. Epiſt. 4. ad Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & Epiſt. 25. ad Anaſtaſium Patriarcham Antiochenum Synodicas Epiſtolas ad eos ſe ſcribere tradit: quas certè neque cũ Synodo, neque Synodi nomine ad eos ſcribebat. Ioannes Diaconus in eius vita lib. 2. cap. 3. *Synodicam quoque ſuam Gregorius ſecundùm priſcum Prædeceſſorum ſuorum morem, Ioanni Conſtantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Gregorio Antiocheno, Ioanni Hieroſolymitano, & Anaſtaſio Patriarcha Antiocheno deſtinauit.* Ità Patriarchæ, ac Metropolitani, & alij Epiſcopi ſuas Synodicas mittebant ad Romanum Pontificem. Conſtat ex eodem S. Gregorio lib. 5. Epiſt. 64. ad Athanaſium Presbyterum: *De hoc quoquè, & dilecto Fratri noſtro Conſtantinopolitanæ Ciuitatis Antiſtiti, qui in ſupradicti Sancti Ioannis loco ordinatus eſt, noſtra volumus ſcripta tranſmittere, ſed quia conſuetudo non eſt, vt priuſquàm ad nos eius Synodica deferatur, debeamus ſcribere, idcirco diſtulimus,* & lib. 7. indict. 2. Epiſt. 54. teſtatur, quoties in quatuor præcipuis ſedibus Antiſtites ordinabantur, Synodales ſibi inuicem Epiſtolas mittere ſolitos, in quibus, ſe Sanctam Chalcedonenſem Synodum cum alijs Generalibus Synodis cuſtodire, fatebantur. Epiſtolam Sophronij Patriarchæ Hieroſolymitani ad Honorium I. Pontificem Photius in Bibliotheca §. 231. Synodicam appellat. Extat, & Tom. 5. Actorum Concilij Epheſini cap. 22. Epiſtola Synodica Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Leonẽ 3. Pontificem, vbi & ſe excuſat, quòd nõ prius ad eum litteras Synodicas ſcripſerit. Non igitur tantùm dicebantur Synodales Epiſtolæ, quæ à Patribus, qui in Synodum aliquam conueniſſent, ſcribebantur, vt quibus Canonum à ſe ſancitorum confirmationem à Romano Pontifice expoſcebant; ſed etiam, quas Romani Pontifices, vel alij Patriarchæ, & Metropolitani proprio nomine aliquando exarabant, *Synodicæ*, vel *Sinodales* appellabantur, quòd fidei formulam à Synodis præſcriptam, continerent, aut, vt aliqui nolunt, eo conſilio ſcriberentur, vt in Synodo poſtea lectæ Orbi tandem vniuerſo promulgarentur. Ita dicta eſt Synodalis Epiſtola Agapeti Petro Hieroſolymitano Epiſcopo inſcripta, & Synodo Cõſtantinopolitanæ Act. 1. inſerta. Non igitur concludit Mornæus ex nuncupatione Synodicæ, eam Synodi nomine ab Agapeto ſcriptã, aut eum nonniſi Synodi authoritate depoſuiſſe Anthimum. Eadem authoritate Agapetus, & Mennam ſubrogauit; vt non eum tantum in Epiſcopum Conſtantinopolitanum conſecrarit, ſicut quilibet alius Metropolitanus, aut Epiſcopus facere potuiſſet, ſed & verè inſtituerit; nam nonniſi à Romano Pontifice, aut eius authoritate toto Orbe Epiſcopi inſtituũtur, & ab eodem ſuam habent iuriſdictionem, licet ab alijs Epiſcopis ordinentur, vel conſecrentur. Neque Imperator in hoc delatum voluit honorificè Agapeto, in ijs partibus agẽti; ſed agnouit, quæ illius eſſet authoritas ex inſtitutione Chriſti Domini inſtituẽdi, & præficiendi Epiſcopos, eoſquè, vbi rationabilis cauſa ſubeſſet, exauctorandi.

Epiſtola Synodica quæ diceretur.

Quæ erat conſuetudo apud Rom. Pont. & alios.

Epiſtola Synodica vnde dicta.

Agapetus Anthimo Mennam ſubſtituit.

Obijcit Mornæus, in veteri ſcripto, quod ex Vaticano deprõmit Baronius, quo, quæ Agapetus Conſtantinopoli geſſit, continentur.

Agapetum Antiſtitem primæ ſedis ſimpliciter dici, non Papam vniuerſalẽ. Pag. 96.

VErùm vnum non excludit alterum; nam Romana Eccleſia non modo dicitur *prima ſedes*, ſed & *ſedes Apoſtolica, caput, mater omnium Eccleſiarum, radix, & matrix Eccleſiæ Catholicæ*. Secundo obijcit, quod in eodem ſcripto Iuſtinianus, & Agapetus ſibi inuicem occurrentes inducuntur his verbis; *Vterque, Rex, & Pontifex ſancta delibans oſcula, & alter alterum veneratus*; ex quibus ſic concludit;

Quantum valeat hic titulus, Antiſtes primæ ſedis.

Non ſanè, quod Liber Pontificalis, Agapetum à Iuſtiniano adoratum. Pag. 95.

CVi facilè reſpondetur, vtrumque verum eſſe. Nam vbi primum ſibi inuicem occurrerunt, ſancta delibarunt oſcula, & alter alterum veneratus eſt, quod ſignificat antiquum illud ſcriptum: & poſtea eum S. Papa Agapetus conuiciſſet Anthimum hæreticum, tunc pijſſimus Auguſtus Iuſtinianus, gaudio repletus

Iuſtinianus Agapetũ primo oſculatus, poſtea adorauit.

tus

Digitized by Google

tus, humiliauit ſe ſanctæ ſedi Apoſtolicæ, & adorauit Beatiſsimum Papam Agapetum, quod ſignificat liber Pontificalis, ſeu Anaſtaſius in Agapeto. Nec Iuſtinianum dumtaxat, ſed alios Imperatores, ac Reges legimus adoraſſe Pontifices. Quidni eundem honorem Iuſtinianus Agapeto exhiberet, quem Ioanni I. itē Conſtantinopoli exhibuerat prædeceſſor ſuus Iuſtinus, vt teſtatur idem Anaſtaſius in Ioanne I. *Iuſtinus Auguſtus dans honorem Deo, humiliauit ſe pronus, & adorauit Beatiſſimum Papam Ioannem.* Et ſi Alexander Magnus adorauit Iaddum Pōtificem Iudæorum, proteſtatus, ſe Deo, cuius Pontifex eſſet, hunc honorem exhibuiſſe; quidni, & Imperatores Chriſtiani Pontifici, quem ſciunt Chriſti vices in terris gerere, eundē honorem deferant? Equidem Caluiniſtæ, quia perfidi ſunt magis, quàm Ethnici, nec credunt ſcripturis, procul abſunt ab eo exhibendo Pōtifici honore; ſed Iuſtinianum, prout tum Orthodoxus Princeps erat, non dubium adoraſſe Pontificem. Nihil verò refert, quòd Rex primo loco ibi nominetur, ſcilicet *vterque, Rex, & Pontifex ſancta delibans oſcula*, nam vt obſeruauit doctiſsimus Alciatus ad l. *Inter claras De Sacroſ. Eccleſ.* Pontifex nomen Imperatoris ſuo præponit, quem tamen filium nominat, *Glorioſiſſimo, & Clementiſſimo filio Iuſtiniano Ioannes Epiſcopus Vrbis Romæ*: & perperam inde aliquis concludat, Imperatorem ſuperiorem eſſe Pontifice, cum, vt ibidem habetur, Romanæ ſedis reuerentiam ille conſeruaret, & ei cuncta ſubijceret, & eam eſſe omnium veræ Eccleſiarū caput, teſtaretur. Obijcit, & in eo ſcripto

Iuſtinus etiam eius prædeceſſor adorauit Io. I. Pont. Rom.

Alexander Magnus Iaddum Pont. Iudæorum.

Pontifex Imperatoris nomen ſuo præponere ſolitus

Sedem Conſtantinopolitanam Thronum Apoſtolicum vocari, non minùs, quàm Romanam.

Pag. 96.

RESpondetur, Eccleſiam Conſtantinopolitanam non eſſe Apoſtolicam, nec oſtendere ſuam originem ab Apoſtolis. Etſi enim Nicephor' Patriarcha in ſua Chronologia conetur deducere ab Andrea Apoſtolo ſucceſſionem Epiſcoporum Bizantij; nulli tamen veteres id tradunt, nec vnquam à Patribus Eccleſia Bizantina, ſeu Conſtantinopolitana dicta eſt Apoſtolica, &, vt obſeruauit Bellarminus lib. 4. de Notis Eccleſiæ cap. 8. Patres Concilij Conſtantinopolitani primi Epiſt. ad Damaſum apertè fatentur, Eccleſiam illam nouellam eſſe; & Gelaſius Papa Epiſt. 11. ad Dardanos; *Non ſolum* (inquit) *inter ſedes minime numeratur, ſed nec inter Metropolitanorum iura cenſetur.* Quomodo verò dicatur Apoſtolica, ex Tertulliano accipe lib. de præſcript. cap. 20. *Apoſtoli* (inquit) *apud vnam quamque Ciuitatem Eccleſias condiderunt, à quibus traducem fidei, & ſemina doctrinæ cæteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur, vt Eccleſiæ fiant. Ac per hoc, & ipſæ Apoſtolicę deputantur, vt ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum. Omne genus ad originem ſuam cenſeatur, neceſſe eſt. Itaque tot, ac tantæ Eccleſiæ, vna eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, & omnes Apoſtolicæ, dum vnam omnes probant vnitatem.* Hoc igitur ſenſu Eccleſia Conſtantinopolitana tum *Apoſtolica* cenſebatur, ſeu nō quòd in ea ſederit aliquis Apoſtolorum, aut ad aliquem eorum ſuam primam originem referret, quemadmodum Antiochiæ ſedit Petr', & poſtea Romæ, ac per Diſcipulum ſuum Marcum Euangeliſtam Alexandriæ; verùm quia ſaltem ab Apoſtolicis viris inſtituta erat, quemadmodum, & reliquæ Eccleſiæ Catholicæ toto Orbe, & quia doctrinam ſequebatur Apoſtolicam, & cum ſede Apoſtolica Romana Eccleſia in eadem fidei doctrina, & ijſdem ſacramentis communicabat, & hoc quidem ſenſu ex Tertulliani ſententia omnes Eccleſiæ Catholicæ dicentur *Apoſtolicæ*: vbi Eccleſia Mornæi, quæ eiurauit doctrinam Apoſtolicam, & communionem ſedis Apoſtolicæ, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & eiuſdem Sacramenta, Apoſtatica eſt, non Apoſtolica.

Eccleſia Conſtantinopolitana non eſt Apoſtolica, niſi eo ſenſu, quo reliquæ omnes Catholicæ Eccleſiæ.

Eccleſia Mornæi nō Apoſtolica ſed Apoſtatica.

Quæ deinceps ex eodem Libello producit Mornæus, illi manifeſtè aduerſantur. Nam ſi *Eccleſiarum miniſtri* (vt inquit Author eius libelli) *Catholico Principe ſibimet arridente, conſilium vnanimes ineunt; Agapeto Præſuli Mennam Presbyterum ordinandum ſibi Epiſcopum ſuis vocibus commendantes, in medium proferunt*; certè exiſtimarūt Pontificis Romani ius eſſe ordinare illis Epiſcopum, & verè Agapetus eundem ordinauit, qui & ibidem dicitur omnium Epiſcoporum Princeps. At Mornæus.

Antiſtitem (inquit) *antea dixerat.*

Pag. 96.

VTique qui Antiſtitum, & Epiſcoporū Princeps, & ille Antiſtes, & Epiſcopus, nec vnū altero excluditur. Sed dicitur ibidem Mennas (inquit) *vniuerſalem Epiſcopatum adeptus eſſe.* Rectè Baronius interpretatur: *Subiectarum ſibi Prouinciarum videlicet.* Nam quando Canone illo Chalcedonenſi (qui murus aheneus Mornæo) ſecundus locus poſt Romanum Pontificem Conſtantinopolitano Epiſcopo conceſſus eſt, vtique certæ illi Prouinciæ aſsignatæ ſunt, quarum Metropolitanos ordinaret, & quibus iuriſdictio illius definiretur, nec vltrà ſe porrigeret. Vbi Romanus Pontifex in eadem Synodo vniuerſalis Epiſcopus, nullis illi aſsignatis limitibus, citra vllam controuerſiam dictus eſt. Præterea Epiſcopus Romanus ſucceſſor eſt Petri Principis Apoſtolorum, cui Dominus paſcendas oues commiſit, non verò Epiſcopus Conſtantinopolitanus. Non valet igitur argumentum Mornæi: Sicubi Epiſcopum Romanum eodem titulo inſigniri contigit *Vniuerſalis Epiſcopi*, eodem modo exponendum eſſe, quo exponimus vniuerſalem Patriarcham Conſtantinopolitanum.

Conſtātinopolitani Epiſcopatus longè aliter Vniuerſalis, quàm Romanus.

Ad Vigilium redit. Verum ne nos eadem, ipſius more, ſæpius repetamus, ſufficiunt, quæ iam illius impoſturis, & calumnijs ſemel reſpōdimus. Quod ad crimina ſpectat, nempe homicidia, quæ apud Imperatorem obiecta Vigilio ex Anaſtaſio refert Mornæus; ea potuerunt eſſe falſa, à maleuolis conficta; aut ſi verè ab eo perpetrata, potuerunt & pœnitentia deleri. Nec ab eo nefariè perpetrata excu-

ſat

Quæ Baronius de cõuerſione Vigilij, nec immeritò.

ſat Baronius; ſed in hoc ſingularem Dei prouidentiam erga Apoſtolicam ſedem commendat, eiuſque authoritatem, quòd, cum nulla fuerint tempora, quibus ſub Catholico Imperatore adeò ignominioſa, diraquè pati coactus ſit Romanus Pontifex; nunquam tamen magis, quanta in Petri ſucceſſore vis, atque poteſtas eſſet, cognitum fuit, in illo præſertim Antiſtite, quem ante electionem præterita crimina adeo infamaſſent, & violenta præcedens intruſio, illicitæque, atque probroſæ promiſsiones factæ hæreticæ fœminę contemptibilem reddidiſſent, atque demum Siluerij Papæ obitus fermè omnibus deteſtabilẽ effeciſſet: *ita permiſit Deus* (inquit) *Apoſtolicam ſedem adeò fluctuare, atque in diſcrimen adduci, vt ab omnibus intelligatur non humanis, ſed diuinis illam fulciri præſidijs*. Ita Pontificatum quidem, nempe Chriſti Domini inſtitutionem, mirificè, & meritò quidem, commendat Baronius; prout tamen veritatis amans eſt, hominum peccata, ſeu errata minimè tegit, aut excuſat. Vnde, & rectè exclamat ad annum Chriſti 540. *Fuit iſta planè mutatio dexteræ excelſi. Siquidem probarunt euenta (quod apparuit tanquam oſtentum) ipſum, qui hactenus ſterilis arundo fuit, & mobilis in diuerſa agitata pro diuerſitate ventorum, in firmam, ſtabilemquè petram eſſe conuerſum, ſolido inhærentem in Eccleſia poſito fundamento*. Et huius rei euidens probatio eſt, nam cum Pontificatus cupiditate flagrans ſeſe turpiſsimè Theodoræ Auguſtæ inſtar mancipij vendidiſſet, ac ſeſe Anthimum reſtituturum ſpopondiſſet, Beliſario aurum ſe daturum promiſiſſet, ac in ſedem Apoſtolicam cõtra ſacros Canones ſeſe intruſiſſet, poſtea tamen creatus legitimè Põtifex, multa paſſus indignè, nihil tamen indignum Pontificatu egit, neque vllis Auguſtæ minis adduci potuit, vt Anthimum reſtitueret, aut hæreticis ſuffragaretur: immò, vt author eſt D. Gregorius lib. 2. Epiſt. 36. cum eſſet in Vrbe Regia contra Theodoram Auguſtam & Achephalos damnationis promulgauit ſententiam. Quod ſi Vigilius pollicitationis ſuæ de reſtituendo Anthimo quaſi ex Syngrapha conueniebatur; *nunquid non tolerabilius eſt ſtultæ promiſſionis vota reijcere, quàm per inutilium promiſſorum cuſtodiam, exhorrendam criminum implere menſuram*: quæ referuntur ex Concil. Tolet. 8. 22. q. 4. ca. 1. & ca. 2. ex Ambroſio lib. 1. de offic. cap. 50. *Eſt etiam contra officium nonnunquam ſoluere promiſſum, Sacramentum cuſtodire, vt Herodes qui iurauit, quoniam quicquid petitum eſſet, daret filiæ Herodiadis, & necem Ioannis præſtitit, ne promiſſum negaret*. Et cap. 5. ex Iſidoro in Synonymis lib. 2. *In malis promiſſis reſcinde fidem. In turpi voto muta decretum: Quod incautè vouiſti, ne facias. Impia enim eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur*. Atque multa ibidem, quæ eodem ſpectant. Non debuerat igitur promittere Vigilius, & non ſine grauiſsimo crimine promiſſum exoluiſſet. Quod ex Nicephoro producit lib. 17. cap. 26. eo inſolentiæ progreſſum eſſe Vigilium, vt Mẽnam à communione quatuor menſibus excluſerit, & Mennam aduerſus illum idem feciſſe, rectè obſeruauit Pater Antonius Poſſeuinus ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam Nicephori, parum honorificè illum de Vigilio Papa loqui, quòd Conſtantinopolitanum Epiſcopum Mennam à communione ſuſpenderit; vt in eũ inuehatur, ac mendaciſsimè aſſerat, parem ſententiam aduerſus Vigilium ipſum à Menna latam. Quod ſi Mennam Vigilius excommunicauit, prout extat Tom. 1. Epiſt. Pont. & Tom. 2. Concil. vtique ius, & authoritatem, ac non dubium, legitimam cauſam id faciendi habuit. At Mennæ non magis licuit in Vigilium ſententiam ferre excommunicationis, quàm olim Dioſcoro Epiſcopo Alexandrino hæretico in Leonem Papam, cui ideo potiſsimùm Patres Concilij Chalcedonenſis ſuccenſuerunt, eumquè de Epiſcopali dignitate, & officio deiecerunt.

Vigilij Papa conuerſio diuina.

Mali promiſſa non ſeruanda.

Nicephorus Vigilio Papa infenſus: & cur.

Eutychius Mennæ ſucceſſor in Epiſcopatu Conſtantinopolitano, more maiorum fidei ſuę profeſsionem Vigilio Romano Pontifici tradidit. Extat lib. 1. Epiſt. Roman. Pontif. & excribitur à Baronio ad annum Chriſti 553. ea ſiquidem peruetus fuit traditio, vt Epiſcopi recens creati, potiſsimùm autem Metropolitani, ac Patriarchæ per Synodicas litteras apud Romanum Pontificem ſuæ fidei doctrinam profiterentur; ac plures huius generis extant Epiſtolæ. Id igitur officij præſtitit Eutychius, nec ita moris erat ſcribere ad reliquos Patriarchas, vel Metropolitanos Collegas ſuos; nam inde potiſsimùm quis extra omnem ſuſpicionem erat, & Catholicus iudicabatur, ſi eſſet eiuſdem cum Romano Pontificè communionis. At Mornæus.

Fidei profeſſio ab Eutychio ad Vigilium miſſa.

Aduertere (inquit) *debuerat, quas Eutychius ſcribit litteras, Fratri, & Compresbytero inſcriptas eſſe.* Pag. 97.

ATqui habet ita inſcriptio: *Sanctiſſimo, & Beatiſſimo Domino, & Conſacerdoti Vigilio Eutychius*: ſcribit vero, vt dictum eſt, Romano Pontifici pro more maiorum ſuæ fidei profeſsionem editurus: & quidem experientia compertum eſt, quod ex quo Orientales illi Patriarchæ, & Metropolitani fidem ſuam cum fide Eccleſiæ Romanæ per Synodicas litteras conferre, & fidem ſanam Eccleſiæ Romanæ, tanquam normam, ac regulam, Synodicis item litteris deſcriptam accipere, & habere deſierunt, toto fere Oriente interitus inde extitit tum prouinciarum, tum in primis doctrinæ, ac fidei Orthodoxæ. In ſubſcriptione Epiſtolæ: *Ego Eutychius miſericordia Dei Epiſcopus Conſtantinopolis nouæ Romæ omnibus ſupraſcriptis ſubſcripſi*. Vbi gloſſa Mornæi.

Miſericordia Dei (inquit) *vt gratiæ ſuæ nihil acceptum ferat.* Pag. 97

ATqui miſericordia Dei conſenſum, aut electionem, aut ordinationem hominum nõ excludit: & certum eſt, Cleri ſuffragia, item Imperatoris, & Senatus conſenſum in electione Eutychij acceſsiſſe, quæ certè excluſa nolebat, cum ſe miſericordia Dei (cui tanquam

Diuina gratia, cui quã concedens Epiſcopatum, alia multa hominũ officia non excludit.

Digitized by Google

primæ cauſæ, & omnium bonorum fonti, omnia in primis tribuenda ſunt) Epiſcopum inſcribebat. *Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna*, ait Paulus, Rom. 6. vbi tamen *gratia Dei* merita non excludit, verum, & ipſa gratiæ Dei ſunt aſcribenda: Et certè ſpecialiùs in vocatione, & aſſumptione Eutychij ad Epiſcopatum Conſtantinopolitanum miſericordia, ſeu gratia Dei, operata videtur; nam Iuſtinianus Imperator Sancto Clero, ſacroquè Senatui affirmauit, ſibi de illo diuinitùs immiſam viſionem. *Cum enim* (inquit) *in æde Sancti Petri Principis Apoſtolorum in qua Senatus habebatur, me ſomnus complexus eſſet, in quiete vidi Principem Apoſtolorum mihi magnum Eutychium oſtendentem, dicentemquè: Fac, vt hic ſit Epiſcopus. Hæc cum ita ſe habere, iureiurando affirmaret Imperator, omnes ipſius intentionem, & ſtudium, (quod diuino quodam ſplendore vultus declarabat) conſpicientes, vno animo, eademquè mente, & cunctis ſuffragijs atque vna voce ante tempus conclamarunt: Dignus eſt, Dignus eſt.* Hæc apud Surium die 6. Aprilis. Etſi igitur omnes debeant; tamen ſingulari ratione Eutychius ſuam dignitatem gratiæ Dei acceptam referre debebat. Eadem Epiſtola vocat Romanam Eccleſiam ſedem Apoſtolicam, & petit, vt quæſtio de tribus capitulis in Concilio terminetur, *præſidente* (inquit) *nobis veſtra Beatitudine.* Igitur Epiſcopus Conſtantinopolitanus etiam in Oriente, & Conſtantinopoli iudicauit, eſſe Romani Pōtificis Concilijs præſidere.

Electio Eutychij in Epiſcopum Conſtantinop. diuinitùs præcepta.

Ab Eutychio cognitū, eſſe Romāni Pont. Concilijs præſidere.

Quoad Synodum illam ſub Iuſtiniano coactam: etſi Vigilius eam non conuocarit, nec ex eius ſententia Conſtantinopoli ſit celebrata (cum magis vellet, eam in Sicilia haberi, quo faciliùs conuenirent Occidentales cum Orientalibus Epiſcopis) nec Synodo ipſe per ſe, aut per Legatos adfuerit; non alia ratione tamē *Oecumenica* poſtea Quinta habita eſt, quàm quia à Vigilio, & alijs ſucceſſoribus Romanis Pontificibus confirmata fuit: neque nouum illud fuiſſe rectè oſtendit Baronius ad annum 553. vt aliqua Synodus, cui nec per Legatos Pontifex ipſe interfuerit, ſed aduerſatus fuerit, titulum tamen obtinuerit *Oecumenica*, cum poſtea, vt huiuſmodi titulum obtineret, Romani Pontificis voluntas acceſsit.

Quinta Synodus ex confirmatione Rom. Pont. Oecumenica titulum. accepit.

Ita Synodus Conſtantinopolitana prima, ſub Theodoſio maiore celebrata, repugnante Damaſo, qui Synodum Romæ celebrandā indixerat, eiuſdem poſtea conſenſu, & authoritate Oecumenica habita eſt. De hac Quinta Synodo ita S. Gregorius Papa lib. 1. indict. 9. Epiſt. 24. ad Patriarchas. *Quintum quoque Concilium pariter veneror, in quo Epiſtola, quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur: in quo Theodorus perſonam Mediatoris Dei, & hominum in duabus ſubſtantijs ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe conuincitur, Scripta quoque Theodoreti, per quæ B. Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata refutantur.* Et lib. 7. Epiſt. 53. indict. 2. de eadem: *Nam Synodus* (inquit) *quæ poſt eam* (Chalcedonenſem) *generaliter facta eſt, idcirco à nobis recipitur, quia eiuſdem Synodi in omnibus ſequax honorem illius, authoritatemquè cuſtodit.*

Falitur verò Mornæus, cum Mennam Conſtantinopolitanum Epiſcopum in principio huic Concilio præſediſſe, & ſententiam contra Anthimum, & alios hæreticos pronunciaſſe, ſcribit; nam, vt obſeruauit optimè Bellarminus libro primo de Concilijs cap. quinto: Quinta Synodus generalis non eſt, quæ ſub Menna celebrata eſt, quæque in 2. Tom. Conciliorum ſub nomine Quintæ Synodi quatuor Actionibus continetur; ſiquidem illa Particularis fuit, & Quintam Synodum anteceſsit, vt diſertis verbis docent Zonaras in vita Iuſtiniani, & Niceph. lib. 17. cap. 9. ſed coacta eſt Quinta Synodus Conſtantinopoli, Vigilio Summo Pontifice, anno Imperatoris Iuſtiniani 27. cum. 10. eiuſdem anno habita fuiſſet præcedens; & huic vltimæ interfuerunt 165. Epiſcopi, è quibus erant Patriarchæ Eutychius Conſtantinopolitanus, Apollinaris Alexandrinus, Domninus Antiochenus, & Euſtochius Hieroſolymitanus, quanquàm hic non per ſe, ſed per Legatos interfuit: Summus verò Pontifex Vigilius nec per ſe, nec per Legatos; ſed Synodum per Libellum confirmauit. Malè itaque Mornæus vtramque confundit: & Bellarmino imponit, cum ſcribit, ipſo aſſentiente, Eutychium Mennæ ſucceſſorem illi Concilio præſediſſe; nam manifeſtè diſtinguit Belarminus Concilium, cui Mennas præſedit, quod non Generale, ſed Particulare fuit, à Synodo Conſtantinopolitana Quinta Generali, cui Eutychius præſedit; qui tamen profeſſus eſt, præſidentiam debitam eſſe Romano Pontifici, ſi is intereſſe Concilio voluiſſet: immò eò reprehendit Bellarminus Caluinum, quòd Mennam huic Concilio præſediſſe ſcribat, ſicquè confundat illam particularem ſub Menna cum iſta Generali, ſub Eutychio celebrata. Nicephorus quidem ſcribit lib. 17. capit. 27. Vigilium Concilio aſsidere noluiſſe: non tamen eam rationem adfert, quòd in eminentiori loco ſedere voluiſſet: hanc finxit Mornæus; quis enim dubitat, Eutychium ipſi Vigilio loco ceſſurum fuiſſe? cum eius eſſe præſidere Synodo diſertè fateatur Epiſtola ad eundem, in qua petit, vt quæſtio de tribus capitulis in Concilio terminetur, *Preſidente* (inquit) *nobis veſtra Beatitudine.*

Error Mornæi, Particularē Synodū cum quinta Generali confundentis.

Mornæus imponit Belarmino

Mornæi fictio, cur Vigilius huic Cōcilio non aſſuerit.

Zonaras in vita Iuſtiniani ſcribit, huic Concilio interfuiſſe centum ſexagintaquinque Patres, *ὧν ἐξῆρχε Βιγίλιος πάπας Ῥώμης, quorum Princeps fuit Vigilius Papa Romanus.* Vbi contra obijcit Mornæus, nam Zonaras ſubiungit, *καὶ ὁ εἰρημένος Εὐτύχιος, καὶ ὁ Ἀλεξανδρείας Ἀπολινάριος, & quē diximus Eutychius, et Alexādrinus Apolinaris,*

Vigilius huius Cōcilij, cui non interfuit, dictus Princeps et quo modo.

Vox igitur ἐξῆρχε (concludit) *ad tres illos referenda, quippe trium Eccleſiarum Patriarchalium capita,*

NOlim reſpondere, vocem ἐξῆρχε ſingularem eſſe, & potiſsimū referri ad proximū, nēpe Vigiliū: Sed dico, cum alij intereſſent Cōcilio,

Vigi-

Vigilius autem neque per ſe, neque per Legatos adeſſet, non aliter dici Principem Concilij cum alijs, & ſic quidem, vt primo loco ponatur, niſi quia potiſsimùm ab eius confirmatione pendebat authoritas Concilij. Multa quidem Concilia habita ſunt Generalia, non præſentibus, neque illa probantibus alijs Patriarchis; nam Epheſinum Concilium nihil impediuit Generale & eſſe, & nominari, tametſi neque Antiochenus Patriarcha Ioannes præſens eſſet, neque Conſtantinopolitanus Neſtorius hæreticus aſſentiret: & Chalcedonenſe ſimiliter tametſi non aſſentiret Alexandrinus Patriarcha Dioſcorus hæreticus. Atqui ſine Romani Pontificis aſſenſu, aut approbatione nullum vnquam habitum eſt Concilium legitimum, aut Generale; vt etſi Zonaras Vigilio Romano Pontifici ſubiungat alios Patriarchas; longè tamen maius pondus, & authoritatem, quàm cœteri, Concilio adferret, & illius longè maior haberetur ratio, quàm cæterorum. Atque ita cœtera loca, quæ ſubijcit Mornæus, quibus dicuntur & alij cum Romano Pontifice præſediſſe Concilijs, eodem ſpectant, & eodem modo intelligenda ſunt: & oſtendimus iam alijs locis, Romani Pontificis eſſe præſidere Concilijs, & ea ſua authoritate confirmare; vt in his nunc longiùs immorari non ſit opus. Valeat itaq; Mornæus cum ſuis Criticis; ſiquidem omnia exemplaria habent: *præſidente nobis veſtra Beatitudine*; nullum verò: *reſidente nobiſcum veſtra Beatitudine*. Sed iſte neſcit, quò ſe vertat, qui videt, manifeſtè, Eutychium Patriarcham Conſtantinopolitanũ ius præſidentiæ in Concilijs Romano Pontifici tribuere: neque vocem *præſidente* interpretamur duntaxat per *προκαθεζομένης*, ſed, & per *προςάσει*, quando Mornæo ita placet diſtinguere; vt nõ modò *primam* illi *ſedem*, ſed & *προςασίαν* *præſidentiam, authoritatem*, & *primatum* tribuamus in Concilijs.

Multa Cõcilia habita Generalia, tametſi alij Patriarchæ, præter Romanum, nõ adeſſent aut nõ conſentirent.

Cauſam cur Quintæ Synodo non adfuerit Vigilius, nullam aliam fingit Mornæus, quàm quòd de præſidentia ſibi non conſtaret; cùm tamen nunquàm cum Epiſcopis, qui eum nomine Synodi vocarunt, de iure præſidentiæ egerit, nunquàm id illi reuocarint in dubium. Immò qui omnium Princeps fuit in Concilio, Eutychius ipſe Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ad eum ſcribens, illius eſſe præſidere Cõcilio, affirmauit, & quanti facerent præ cœteris Romanum Pontificem; ſatis teſtati ſunt omnes illi Patres; cùm enim alias, ſi Patriarchalium ſedium vocandi eſſent Epiſcopi, tres mitti ſolerent: ad conuocandum ipſum Romanum Pontificem Vigilium ſemel, atque iterum viginti miſsi fuerunt, tres Patriarchæ, reliqui omnes Metropolitani Epiſcopi, vt ex Actis ipſis docet Baronius, in quibus nomina ſingulorum deſcripta leguntur. Quin & magiſtratus nomine Imperatoris eundem conuenerunt. Quorſum verò illius vnius præſentiam tantoperè deſiderabant?

Refellitur Mornæi cauſſa, cur Vigilius huic Cõcilio non adfuerit.

Vigilius ſolẽniſſimè ad Cõciliũ vocatus: & cur.

Vt doctrinam ſuam (inquit Mornæus) *contribueret.* Pag. 99.

ANnon verò centum ſexagintaquinque Epiſcopi illic congregati, ſatis docti erant, vt non adeò deſiderare deberent vnius præſentiam, qui doctrinam ſuam contribueret? potiſsimùm, cùm in his tribus capitulis, de quibus agendum erat, non eſſet tàm quæſtio de fide, quam de perſonis, vt teſtatur D. Gregorius lib. 3. Epiſt. 37. his verbis. *De illa tamen Synodo, quæ in Conſtantinopoli poſtmodum facta eſt, quæ à multis Quinta nominatur, ſcire vos volo, quia nihil contra quatuor ſanctiſſimas Synodos conſtituerit, vel ſenſerit, quippe quia in ea de perſonis tantummodo, non autem de fide aliquid geſtum eſt; & de his perſonis, de quibus in Chalcedonenſi Concilio nihil continetur, ſed poſt expreſſas Synodos, ſeu Canones facta contentio, & extrema actio de perſonis ventilata eſt.* Hæc Gregorius. Subiungit Baronius ad annum 553. art. 225. *Eò quòd ea de controuerſijs Epiſcoporum, poſt fidei definitionem ſtatuta, appendix potius quædam ad ipſam Synodum viderentur.* Idem Gregor. lib. 2. Epiſt. 10. indict. 11. ad Sauinum Subdiaconum: *De perſonis, de quibus poſt terminum Synodi aliquid actum fuerat, eiuſdem piæ memoriæ Iuſtiniani temporibus eſt ventilatum; ita tamen, vt nec fides in aliquo violaretur, nec de eiſdem perſonis aliquid aliud ageretur, quàm apud eandem Sanctam Chalcedonenſem Synodum fuerit conſtitutum.* Non igitur ideò, vt doctrinam ſuam contribueret, tanta ſolemnitate vnus Vigilius vocabatur; ſed quia Patres illi non ignorabant, quanta eſſet Romani Pontificis in Concilijs authoritas, & illius eſſe, tanquàm capitis, cœteris præeſſe, vt membris, ac nihil ratum, & firmum fore eorum, quæ definirent, niſi ab eo probaretur, & confirmaretur.

In hoc Cõcilio quæſitũ potiùs de perſonis, quàm de fide.

Tria illa capitula fuerunt de damnatione Theodori Mopſueſteni, de damnatione Epiſtolæ Ibæ, de damnatione ſcriptorum Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis contra Cyrillum: & certamen de illis non fuit inter hæreticos, & Catholicos, ſed inter Catholicos tantùm ipſos, qui omnes ſaluum vellent Chalcedonenſe Concilium. Et Vigilius fuit quidem promptus in damnandis erroribus, qui in eorum ſcriptis inueniebantur, ſed in damnandis Authoribus, quos ſciret in Catholica communione defunctos, non ita præproperè agendum putauit: & cum nullo modo hinc inde fides periclitaretur, ſatius fuiſſet, eam controuerſiam de tribus Capitulis nunquàm motam fuiſſe, vnde tantum diſsidium in Eccleſia: cuius mali author Iuſtinianus, dum, quæ Epiſcoporum ſunt, ſibi arrogat, & ab adulatoribus ſe decipi, ſibiquè perſuaderi ſinit, ea trium Capitulorum damnatione adunandam in vnum totam Eccleſiam; Prudenter autem non probauit Vigilius ab initio, quòd ea Synodus ſtudio Iuſtiniani, qui plus æquo ſe immiſcebat cauſſis Eccleſiaſticis, ob trium Ca-

Capitula, de quibus in hoc Cõcilio quæſitum.

Satius fuiſſet, controuerſiã de tribus Capitulis non moueri.

Vigilius prudenter primò non probauit hoc Concilium, & poſtea probauit.

pitulorum damnationem coacta eſſet. Quòd ſi poſtmodùm eam aſſenſu ſuo probauit, id fecit ob vnionem Eccleſiæ, quia alioqui videbat, imminere maius periculum ſchiſmatis: & ex illius aſſenſu, & ſucceſſorum Pelagij, & S. Gregorij Oecumenica habita eſt: cùm tamen minimè dici poſsit, Vigilium Synodi vniuerſalis authoritatem aſpernatum, vt calumniatur Mornæus; nam ab initio tantum aberat, vt vniuerſalis Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregata dici poſſet, vt nec priuatæ Synodi nomen mereretur, quippe quæ, reſiſtente Pontifice, fuiſſet congregata, & contra illius conſtitutum, ſeu decretum, ſententiam tuliſſet: quod tamen ſilentio voluerunt omittere, quia ſciebant, nullam tàm numeroſam eſſe Synodum, quæ infringere poſſet Romani Pontificis decreta.

Mornæi calumnia in Vigilium.

De tẽpore, quo Vigilius id Cõcilium probauit.

Quoad exilium Vigilio irrogatum: inde colligit Baronius, non eſſe veriſimile, aut pendente Synodo, aut ſtatim vt abſoluta eſt, ei conſenſiſſe Vigilium; licet aliqui ex Græcis vt Euagrius lib. quarto capit. 37. Nicephorus lib. 17. capit. 27. Euſtathius in vita Eutychij, quæ habetur apud Surium 6. Aprilis, & Photius, de 7. Synodis apud Euthymium, in Panoplia, p. 2. tit. 24. contrarium teſtentur, quòd ſcirent, abſque eius aſſenſu cuncta ipſo iure irrita eſſe. Verùm, ſi conſenſiſſet initio damnationi de tribus Capitulis, minimè in exilium actus eſſet, & litteræ ipſius, quibus aſſenſum præbuiſſe affirmant, fuiſſent ſummo ſtudio, & induſtria Actis inſertæ, & per omnes Orientis, & Occidentis Eccleſias euulgatæ, quòd ex illis validarentur, quæ à Synodo ſancita, ipſo contradicente, eſſent inualida; quæ tamen nuſquam apparent. Verùm, cum Narſetis Ducis, & Cleri Romani rogatu ab exilio reuocaretur, tum accidiſſe putandum eſt, vt, ad tollendum ſchiſma, obortum occaſione trium capitulorum, abrogato, quod pro illis ediderat, conſtituto, Quintam Synodum Apoſtolica authoritate receperit, & probarit, Oecumenicamquè dixerit: cuius ſententiam, & ſucceſſores poſtea ſunt ſecuti, & vniuerſa Eccleſia comprobauit.

Quod ſubiungit Mornæus, hinc liquere ſatis, vniuerſalis Synodi conuocandæ ius nondum ad Epiſcopum Romanum deuolutum eſſe: iam de hoc alibi diſſeruimus. Dicimus interim, non aliundè rata eſſe Concilia, aut vim, & authoritatem habere in Eccleſia, niſi quatenùs à Summis Pontificibus confirmantur: & Quintam illam Synodum, non ex eo quòd à Iuſtiniano Imperatore cõuocata fuit, ſed ex eo, quòd à Vigilio Pontifice, & ſucceſſoribus illius probata, Oecumenicam in Eccleſia habitam fuiſſe.

Ex Nationalibus Synodis profert ſecundã Aurelianenſem habitam anno Childeberti Francorum Regis vigeſimoſecundo, quam refert Baronius ad annum Chriſti 536. & Agapeti ſecundum, vbi Patres illi initio: *Cum ex preceptione glorioſiſſimorum Regum in Aurelianenſem Vrbem de obſeruatione legis Catholicæ tractauri, Deo auxiliante, conuenimus*: & Aruernenſe ſub Vigilio Papa, & Theodeberto Rege anno 541. *Conſentiente Domino glorioſiſſimo, pioquè Rege Theodeberto*: igitur Regum erat, non Pontificum conuocare Concilia. Nihil tamen efficit Mornæus; nam primùm, Concilia illa erant Nationalia, non Generalia, quæ conuocari debent à Primate, vt conſtat ex Epiſt. 517. D. Auguſtini ad Victorium Epiſcopum. Itaque licet iuſſu piiſſimorũ Regum, quorum intererat, vt Catholica fides in ſuis Regnis ſalua, & integra conſeruaretur; non dubium tamen, à Primatibus ipſis coacta eſſe, neque voluiſſe Reges eorum iuribus quidquam detrahi. Præterea, in illis Concilijs non erat Regum, ſed Epiſcoporum definire quæ eſſent de fide, hæreſes condemnare, & quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectarent, conſtituere. At Primates, & Epiſcopos non dubium in Gallia ſemper authoritatem, & iuriſdictionem ſuam à Pontifice Romano agnouiſſe. Sed quorſum nobis illa Concilia producit Mornæus cum quibus ſua neoterica, purior, & reformata Eccleſia nihil prorſus habet commercij? Nam primùm illis Concilijs multi interfuerunt Epiſcopi ſanctitate percelebres, quorum omnium memoria eſt in Romano Martyrologio certis diebus, quibus eorum dies natales celebrantur per Eccleſias Catholicas Galliæ, quæ cum Romana Eccleſia communicant; cum tamen ab eorum memoria abhorreat Eccleſia reformata Mornæi. Deinde, ſi Sacros Canones in illis Concilijs ſancitos inſpiciamus, eos obſeruari in Eccleſia Catholica Apoſtolica Romana per Galliam, non in Eccleſia puriori, & reformata, quam fingit Mornæus, facilè intelligemus. Poſtremò, in illis Concilijs non alij conuenere, & Canones ſanciuere, quàm Epiſcopi, qui tum præerant Eccleſijs per Galliam, quorũ ſucceſſores ſunt, & qui nunc ijsdem præſunt. Vnde manifeſtè liquet eãdem noſtram nunc eſſe in Gallia Eccleſiam, quæ fuit ſub primis illis Chriſtianis Regibus, cum qua nihil Puritanis iſtis Caluiniſtis cõmercij, qui Epiſcopos nõ habẽt.

Nationalia Cõcil. conuocare non eſt Regũ, ſed Primatum.

Eccleſia Mornæi nihil eſt commune cum Aurelianẽſi, et Aruernenſi Concilio.

Quod autem, reuocato ab exilio Vigilio, & alijs Romanis Clericis, refert Anaſtaſius, Iuſtinianum optionem dediſſe, an Vigilium vellent in Papam, an verò Archidiaconum Pelagium: iure id feciſſe, nunquàm probabit Mornæus; neque enim illius erat aut inſtituere Romanum Pontificem, aut legitimè inſtitutum, & ordinatum exauctorare, & alium in illius locum ſubrogare: nec magis legitimus fuiſſet Pontifex Pelagius, viuente Vigilio, quàm fuerat Vigilius, ſuperſtite adhuc Siluerio.

Optio iniquè data à Iuſtiniano.

Quod Iuſtinianus, & alij deinceps Imperatores Conſtantinopolitani noluerint, Pontifices ordinari, & conſecrari, quouſque ſuis litteris patentibus illis licentiam conceſsiſſent,

pro

Digitized by Google

Imperatorum factũ, non ius in vendicãdo ſibi confirmationem electi Rom. Põt. & pro ea pecuniã

pro qua licentia obtinenda electo neceſſe erat certam pecuniæ quantitatem Imperatori tranſmittere, vt iſte ex Onuphrio probat: Imperatores ad eam neceſsitatem adegiſſe de facto, ſed non iure Pontifices, conſtanter aſſero: Qua de re plurimum conqueritur S. Gregorius in Pſal. 5. Pœnitẽtialem in illud, *Tota die exprobabant* &c. vbi tacitè Mauricium Imperatorem exagitat. *Qui turpiſſimi lucri cupiditate illectus, ſponſam Chriſti captiuam cupit abducere, & paſſionis Dominicæ Sacramentum auſu temerario contendit euacuare. Eccleſiam quippe, quam ſui ſanguinis pretio redemptam Saluator noſter voluit eſſe liberam, hanc iſte poteſtatis regiæ iura tranſcendens, facere conatur ancillam. Quanto melius foret ſibi Dominam ſuam eſſe, agnoſcere, eiquè religioſorum Principum exemplo deuotionis obſequium exhibere; nec contra Deum factum extendere dominationis, à quo ſua dominium accepit poteſtatis. Ipſe eſt enim, qui ait: Per me Reges regnant. Sed immenſa cæcatus cupiditatis caligine, & diuino, vt patet, ingratus beneficio, & contra Deum faſtuoſus terminos, quos poſuerunt Patres noſtri, contempto diuino timore, tranſgreditur, & contra Catholicam veritatem ſua furore tyrannidis efferatur. In tantum autem ſua temeritatem extendit veſania, vt caput omnium Eccleſiarum Romanam Eccleſiam ſibi vendicet, & in Dominam gentium terrena ius poteſtatis vſurpet. Quod omninò ille fieri prohibuit, qui hanc B. Petro Apoſtolo ſpecialiter commiſit, dicens: Tibi dabo Eccleſiam meam.* Vbi non dubium, S. Gregorium hanc reprehendere conſuetudinem, qua Romani Pontifices electi, ante conſecrationem ſuam cogebantur aſſenſum requirere Imperatoris, eiquè pecuniã tranſmittere: & id quidem refert Onuphrius; ſed, an id iure fieret, non definit: Et ſi inſtituit Vigilius, vt Imperatoris aſſenſus expectaretur; non tamen vt pecunia tranſmitteretur, & id ſucceſſores reuocare potuerunt: & eo laudatur Conſtantinus Pogonatus Imperator, quòd Benedicti. II. ſanctitate permotus, ſanciuit, vt deinceps, qui electus eſſet Pontifex, ab omnibus verus Chriſti Vicarius crederetur, nulla aut Conſtantinopolitani Principis, aut Italiæ Exarchi expectata authoritate, ſicut antea fieri conſueuerat: neque verò Pontifex ideò ſuam authoritatem ab Imperatore, ſed à Chriſto immediatè agnoſcebat.

Tàm iniquum factũ à Conſtantino Pogonato abrogatũ.

ANTIDOTVM
Contra Progreſſum decimumnonum.

Vigilio ſuccedit Pelagius, qui et Quintã Synodũ probat: quam ob cauſã.

ANno Chriſti 555. imperij Iuſtiniani 29. mortuo Vigilio in Sicilia, dum Romã ex Oriente reuerteretur, ſubrogatus eſt in locum illius Pelagius primus Archidiaconus, fauente illi Iuſtiniano: qui licet priùs Vigilij conſtituto, ſeu decreto, ſubſcripſiſſet pro tribus capitulis; poſteriorem tamen eius ſententiam, probantem Quintam Synodum ſecutus eſt: cùm probè noſſet, nullum ob id generari præiudicium fidei Catholicæ, & alioqui pacem ſanciri: neque enim aliàs Iuſtiniano gratificari voluiſſet, cùm minimo fidei Orthodoxæ diſpendio, aut præiudicio: atque omnes Epiſcopi illius ſententiæ ſubſcribere tenebantur; vt qui ſe opponerent, non aliter quàm Shiſmaticorum loco habendi eſſent: & Pelagius quidem poſt Vigilium, quintam illam Synodum probauit, vt Eccleſiam Orientalem cum Occidentali coniunctam in pace ſeruaret. Quod ſi inde ſciſſura facta Occidentalium Epiſcoporum; nulla fuit Pelagij culpa, & non defuit ſuo officio, quin ad eam conſarciẽdam impigrè laboraret.

ANTIDOTVM
Contra Oppoſitionem decimamnonam.

Epiſcopi Occidẽtales temerè, præcipitanter, & iniquè veriti, ne Chalcedonẽſi præiudicatum eſſet in Quinta Synodo.

QVod in Oppoſitione ſcribit Mornæus, veritos Occidentales, ne quid in Quinta Synodo in præiudicium Chalcedonenſis definitum eſſet: certè illi perſuadere ſibi debuerunt, Pontificem Romanum Pelagium nunquàm recepturum fuiſſe illam Synodum, quæ vel minimum Chalcedonenſi præiudicaret, quam probaſſet, & confirmaſſet prædeceſſor ſuus Leo Magnus, quæq; apud omnes tantam authoritatem obtinuiſſet. Deinde, quemadmodum ſcribebat idem Pelagius Epiſt. 3. ad Narſetem: *Si quid eos de iudicio vniuerſalis Synodi, quod Conſtantinopoli per primam nuper elapſam indictionem actum eſt, fortè mouebat: ad ſedem Apoſtolicam (quemodo ſemper factum eſt) electis aliquibus de ſuis, qui dare, & accipere rationem poſſent, dirigere debuerunt, & non, clauſis oculis, corpus Chriſti Dei noſtri, hoc eſt, ſanctam Eccleſiam lacerare.* Certum equidem, illos Epiſcopos interpretatos eſſe damnationem illorum trium capitum in S. Synodo factam in odium & improbationem Sacroſanctæ Synodi Chalcedonenſis. Sed quàm inique, conſtat ex S. Gregorio lib. 12. indict. 7. Epiſt. 7. ad Theodolin-

Digitized by Google

dam Reginam Longobardorum his verbis: *Eam Synodum, quæ piæ memoriæ Iuſtiniani tempore facta eſt, per latores præſentium tranſmiſi, ut præ dictus filius meus dilectiſſimus ipſam legens agnoſcat, quia falſa ſunt omnia, quę contra ſedem Apoſtolicam, uel Catholicam Eccleſiam audierat. Abſit enim, nos cuiuslibet ſenſum hæretici recipere, uel à Tomo Sanctę memoriæ Leonis prædeceſſoris noſtri in aliquo deuiare. Sed quæcunque à Sanctis quatuor Synodis ſunt definita, accepimus, & quæcunque reprobata ſunt, condemnamus.* Vnde colligitur, ipſam Reginam, & filium eius Regem Longobardorum detrectaſſe tum, ob ſparſos à Schiſmaticis falſos rumores, ſedi Apoſtolicæ communicare, quos, rei veritate dilucidè demonſtrata, S. Gregorius deinde communione catholica, & Apoſtolica impertiuit.

Quinta Synodus ob imperitiã fidei à quibuſdã eiurata.

Quod ſi aliqui Epiſcopi, vt Ligures, Veneti, & Iſtri tùm Conſtantinopolitanam Synodum eiurarunt, nempe in Synodo Aquileię facta: id certè ob imperitiam fidei: vt ex Beda ſcribit Iuo p. 4. capit. 19. nequè illius authoritatem labefactare potuerunt; vt inde magis eluceat Romani Pontificis authoritas; cum habita ſit tandem, & recepta à tota Eccleſia Synodus illa, vt Oecumenica. Quod ſi illi ſeſe Eccleſiæ Romanæ authoritati ſubtraxerunt: factum vtique, nõ ius: & hoc ipſum argumento eſt, eos priùs ſubditos fuiſſe Eccleſiæ Romanæ: vt autem ſcribebat Tertullianus, lib. de præſcript. cap. 31. *Ex ipſo ordine manifeſtatur, id eſſe dominicũ, & uerum quod ſit priùs traditum: id autem extraneum, & falſum, quod ſit poſteriùs immiſſum.* Et Cyprianus lib. de vnitate Eccleſiæ: *Cum hæreſes et ſchiſmata poſtmodùm nata ſint, dum conuenticula ſibi diuerſa conſtituunt, ueritatis caput, atquè originem reliquerunt.* Quòd igitur prius ſubiecti eſſent Romanæ Eccleſiæ, id vtique *dominicum*, hoc eſt, ordini à Chriſto in Eccleſia inſtituto conſentaneum. Quòd eius authoritati poſtea ſe ſubtraxerint, id extraneum & Diaboli opus, qui, vt ibidem ait idem Cyprianus, *hæreſes, & ſchiſmata inuenit, quibus ſubuerteret fidem, ueritatem corrumperet, ſcinderet unitatem.* An verò ſi quæ Ciuitas, vel Prouincia à ſuo Principe deficit, & eius authoritati ſe ſubtrahit; ideò id iure facere putanda eſt? Certè cum nullo vnquam tẽpore contra ius diuinum præſcribi poſsit; iure autem diuino omnes Epiſcopi ſubſint Romano Pontifici, vt beatiſsimo Petro reliqui Apoſtoli, & omnes Chriſtiani: inde fit, vt nulla vnquàm, quantumuis longiſsimi temporis, præſcriptione fieri potuerit, vt eorum Epiſcoporum ſucceſſores, qui ſe primi Romanæ Eccleſiæ authoritati ſubtraxerunt, non ſubeſſent iure Romanis Pontificibus. Itaque etſi Epiſcopi Rauennates olim ſe, & ſuam Eccleſiam conati ſunt à Romani Pontificis poteſtate, & iuriſdictione ſubtrahere; tamen id irrito conatu: Et Eccleſia Mediolanenſis ab Eccleſiæ Romanæ iure aliquando deſciuit: item Eccleſia Aquileienſis; Verum, poſtea in ordinem redacti ſunt illi Præſules, errorem agnouerunt,

Epiſcopi, et Chriſtiani omnes iure diuino ſubiecti Pontifici Rom.

ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ humiliter ſe ſubmiſerunt. Contrà verò, quæ ab Imperio Romano defecerunt Prouinciæ, & Regiones, non ſe deinceps illi ſubdiderunt, nullis Imperatorum legibus aſtringi ſe permiſerunt, proprios Reges ſibi conſtituerunt, qui legitima authoritate illis præfuerunt: ſiquidem non erat ius illud diuinum, aut naturale, quo omnes populi ſubditi eſſent Imperio Romano, quemadmodum illud eſt, quo reliquæ Eccleſiæ per Orbem ſubijciuntur Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Vnde & nunc ſchiſmaticæ habentur Orientales illæ Eccleſiæ, quæ illi ſubeſſe, & obedire detrectant.

Non ſic populi omnes ſubiecti ſũt Rom. Imperio.

Pelagius. I. brachium ſæculare, hoc eſt opẽ Narſetis Ducis contra Schiſmaticos implorat: idque iure ſe facere docet Epiſt. 2. (quæ Tomo 1. Epiſt. Pontif. extat) *Hoc enim & diuinæ, & humanę leges ſtatuerunt, vt ab Eccleſiæ vnitate diuiſi, & eius pacem iniquiſsimè perturbantes à ſęcularibus etiã poteſtatibus comprimantur.* Et Epiſt. 3. *Malũ* (inquit) *ſchiſma eſſe. & per exteras etiam poteſtates huiuſmodi homines debere opprimi, & canonicę Scripturę authoritas. et paternarum regularum nos veritas docet. Quiſquis ergo ab Apoſtolicis diuiſus eſt ſedibus, in ſchiſmate eũ eſſe nõ dubium eſt & contra vniuerſalẽ Eccleſiã altare conatur erigere.* Et pducit Canonẽ Chalcedonẽſis Cõcilij Actio 4. in Epiſt. Archimãdritarum ad ipſũ Concilium, & authoritatem D. Auguſtini in Enchirid. cap. 72. *Sed quid de talibus inſertus Chalcedonenſi Synodo Canon ſtatuat, gloria veſtra conſideret, vbi poſt alia ſic dicit: Qui à communione ſeipſum ſuſpendit, & collectam facit, & altare conſtituit, & noluerit vocanti Epiſcopo conſentire, & noluerit eidem acquieſcere, nequè obedire primò, & ſecũdò vocãti hunc omnino damnari, nec vnquàm, vel orationem mereri. nec recipere eum poſſe honorẽ. Si enim permanſerit turbas faciens. & ſeditiones Eccleſiæ, per exteram poteſtatem tanquam ſeditioſum, comprimi. Et B. Auguſtinus de talibus dicit: Multa etiam cùm inuitis benigna quadam aſperitate plectendis agenda ſunt; quorum potiùs vtilitati conſulendum eſt, quàm voluntati. Nam in corripiendo filio, quantumuis aſperè nunquàm paternus amor amittitur fit tamen quod nollet vt doleat qui etiam inuitus videtur dolore ſanandus. Ecce* (inquit) *videtis, quemadmodum tãti teſtimonio Patris non perſequatur coercendo talia, ſed diligat emendãdo tales ſemper Eccleſia:* Et paulo poſt: *Nolite ergo dubitare huiuſmodi homines principali, vel iudiciali authoritate comprimere: quia regula Patrum hoc ſpecialiter conſtituerunt, vt ſi qua Eccleſiaſtici officij perſona, cui ſubiectus eſt, reſtiterit, vel ſeorſum collegerit, aut aliud altare erexerit, ſeu ſchiſma fecerit iſte excommunicetur, atque damnetur. Quod ſi fortè et hoc contempſerit, & permanſerit, diuiſiones, & ſchiſma faciẽdo, per poteſtates publicas opprimatur.* Et quia Narſetem ſciebat eſſe valde pium, & religioſum, & vereri contra Epiſcopos aliquid agere, ideò ſubiungit. *Ecce Domine quod animus veſter forte timidus eſt, ne perſequi videaris, de Patrum vobis authoritate hæc breuiter dirigenda curaui: cùm mille alia exempla, & conſtitutiones ſint, quibus euidenter agnoſcitur, vt facientes ſciſſuras in*

Pelagius I. Pont. opem Narſetis cõtra ſchiſmaticos implorat: & iure.

Narſes Dux pius.

Sancta

Sancta Eccleſia non ſolùm ex iiſ, ſed etiam proſcriptione rerum, & dura cuſtodia per publicas poteſtates debeant coerceri. Et Epiſt. 5. ad eundem contra Concilium Aquileienſe loquens, quod cōgregarāt illi ſchiſmatici Epiſcopi aduersùs Quintam Synodum Oecumenicam: *Nec licuit alicui aliquando nec licebit particularem Synodum congregare: ſed quoties aliqua de vniuerſali Synodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationem aut ſponte ij, qui ſalutem animæ ſuæ deſiderant, ad Apoſtolicam ſedem pro recipienda ratione conueniant, aut ſi fortè ita obſtinati, & contumaces extiterint, vt doceri non velint, eos ab eiſdem Apoſtolicis ſedibus aut attrahi ad ſalutem quoquomodo neceſſe eſt, aut (ne aliorum perditio eſſe poſſint) ſecundùm Canones per ſæculares comprimi poteſtates.* Non igitur aliquid noui inſtituit in Eccleſia Pelagius, vt brachium ſæculare contra huiuſmodi ſchiſmaticos imploraretur, neque primus in hereticos, & ſchiſmaticos adhibuit ſæcularem poteſtatem: & leges extant Imperatorum in hæreticos longè Pelagio antiquiores: nam & D. Auguſtinus longè antea ſcripſerat, Donatiſtas ſchiſmaticos legibus Imperatorum, ad vnitatem Eccleſiæ vt redeant, cogendos eſſe. Quod ſcribit Mornæus:

Si quid de Synodo vniuerſali dubitetur, ad ſedem Apoſtolicā recurrēdū eſt.

Vſus implorandi brachium ſæculare contra ſchiſmaticos, et hæreticos ante Pelagiū I. in Eccleſia receptus.

Pag. 100

Notare operæ pretium, Pelagium inter ſibi illatas iniurias non recenſere, quod Paulinus, ſe inexpectato, Archiepiſcopus Aquileienſis conſecratus ſit, Pallium non acceperit.

Falſa Mornæi obſeruatio.

Quo igitur ſpectat, quod *Pſeudoepiſcopum* illum appellat, niſi quia ſchiſmaticus, & ab Eccleſiæ Romanæ communione diſtractus, ſicquè contra illius auctoritatem à ſchiſmatico etiam tum Mediolanenſi Epiſcopo conſecratus? Epiſt. 5. ad Narſetem. *Illud eſt, quod à vobis popoſcimus, & nunc iterum poſtulamus, vt Paulinum Aquileienſem Pſeudoepiſcopum, & illum Mediolanenſem Epiſcopum ad clementiſſimum Principem ſub digna cuſtodia dirigatis, vt & iſte, qui Epiſcopus eſſe nullatenùs poteſt, quia contra omnem canonicam conſuetudinem factus eſt, alios vltra non perdat; & illē, qui contra morem antiquum eum ordinare præſumpſit, Canonum vindictæ ſubiaceat.* Hæc certè non leuis erat iniuria Pelagio Pontifici irrogata, quòd Paulinus ſchiſmaticus cōtra ſacros Canones, & præter illius conſenſum, & auctoritatem ordinatus eſſet Aquileienſis Epiſcopus, & non alia ratione eum *Pſeudoepiſcopum* appellat.

Quo Pelagius ad Narſetem, vt Paulinus Aquileienſ. Pſeudoepiſc. & Mediolan. Epiſc. puniantur.

Narſes cùm, vt morem gereret Pelagio Pontifici, ſchiſmaticos illos comprimeret, ab eiſdem communione interdictus eſt, vt conſtat ex Epiſt. 4. eiuſdem.

Pag. 100

Hic rurſum (inquit Mornæus) *Pelagium æſtuare, Narſeti, non iam ſuam, ſed propriam iniuriam proponere, litem vt ſuam deinceps faciat.*

Atqui longè maior iniuria Pontifici, quàm Narſeti inferebatur. Cum enim eum proprum communione ſecernerent, eo ipſo ſe Catholicos, Pontificem verò, & quotquot ei adhærebant, ſchiſmaticos eſſe profitebantur. Pelagius ipſe Epiſt. 4. *Nec enim ſine Dei prouidentia factum eſſe credendum eſt, vt inſenſati, & peruerſi homines ad hoc vſque proſilirent vt ſuam diuiſionem Catholicam eſſe credentes Eccleſiam, à ſua vos pollutione prohiberent. Sic enim per miſericordiam Dei, etiam neſcientibus illis, hoc factum eſt, vt à ſchiſmaticorum factione eruti, Catholicæ, quam diligitis ſeruari vos contigiſſet Eccleſiæ.* Igitur iniuria illa non tam Narſeti priuatim, quàm Eccleſiæ Catholicæ irrogabatur.

Excommunicatio Narſetis magis iniurioſa Pelagio, quàm Narſeti.

Pelagius per Narſetem effecit, vt nonnulli Italiæ Epiſcopi, veluti membra capiti, ſubderentur: Vbi tamen Aquileienſis Epiſcopus Paulinus, & aliquot ipſi adhærentes obſtinati in ſchiſmate permanſere: Atq; eò refert Patriarchatus Aquileienſis originem Mornæus,

De origine Patriarch. Aquileienſis.

Eò (inquit) *ventum, vt Epiſcopi Veneti, & Iſtri Aquileienſem Epiſcopum ſuis rebus proſpecturum Patriarcham eligerent.* Pag. 100

Eius etiam ſententiæ eſt Baronius ad annum Chriſti 570. *quod quidem nomen* (inquit) *bono pacis eidem retinere permiſſum fuiſſe videtur, quo & ad præſens vtitur, ſedis Apoſtolicæ indulgentia*, non quòd Epiſcopi Romani Patriarchatum illum extinguere non potuerint. Immò vt ſcribit Sigonius lib. 1. de Regno Italiæ ad annum 568. *Cum Longobardi in Italiam irrumperent, Paulinus Patriarcha Aquileienſis metu ex animatus, ut ſibi, ſuæquè Eccleſiæ conſuleret, Aquileiam reliquit, atque omni Eccleſiæ theſauro arrepto in inſulam Gradi, ut ab hoſtium aditu liberam, ſe recepit:* Poſtea, vt idē ſcribit ad annum 580. *Helias Patriarcha Aquileienſis Paulini ſucceſſor, cum Gradum, deceſſorum ſuorum exemplo, incoleret, decretum à Pelagio Pontifice elicuit, ut ipſius Eccleſiæ ſedes ex Aquileia Gradum transferretur: atque Epiſcopis ſuis in ædem Sanctæ Euphemiæ ad conuentum uocatis, Decretum recitauit, atque ex eorum ſententia Aquileienſis Eccleſiæ intereſſe, conſtituit, ut relicta immanitati Longobardorum Aquileia, ſedes Patriarchæ in Grado, ut ſecuriore ab eorum immanitate loco, ſtatueretur, & poſthac Gradenſis Eccleſia Venetiæ oræ, Iſtriæquè Eccleſiarum caput, & Mater appellaretur.* Si igitur Patriarchatus titulo, & dignitate aucta illa Eccleſia: id vtique ex decreto Pontificis factum, nec antea iure obtinebat eum titulum.

Patriarch. nomen tenet ex indulgentia ſedis Apoſtolicæ.

Helias Patriarcha Aquileien. impetrat à Pelagio Pōtif. vt Eccleſ. ſuæ ſedes ex Aquileia gradum transferatur.

In Gallia (inquit Mornæus) *non ei plus iuris indultum.* Pag. 101

Quàm ſubtili argumento id doceat, pauliſper inſpiciamus. Producit aliquot Concilia in Gallia celebrata, quæ vtique Prouincialia, & Nationalia, conuocata à Regibus, nō à Pontificibus. Equidem & ſtudio, & opera Regum conuocata; tamen à Metropolitanis ipſis: Et ſi demus, à Regibus conuocata; non tamen illis Reges præfuerunt, immò neque ipſi interfuerunt, non de fide aliquid ſtatuerunt, non Canones ſanciuerunt, non ea ordinarunt,

Conc. Gallicana inutiliter à Mornæo producta.

quæ

Digitized by Google

Eorum tamẽ Patres omnes communicarũt Rom. Eccl. Reformatam nec norunt.

quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectãt. Et ſi Catalogum eorum Epiſcoporum, qui illis Cõcilijs interfuerunt, inſpiciamus; nullus eorum non communicauit cum Epiſcopo Romano in eadem fidei doctrina: nullus non eum ſupremũ Antiſtitem, & Paſtorem Eccleſiæ agnouit, eodem iure, quo nunc eorundem ſucceſſores Galliarum Epiſcopi; cùm tamen Eccleſiæ iſtius reformatæ Mornæi nulla tunc apud Gallos eſſet notitia. Et quoniam producit Aurelianenſem Quintam Synodum, vbi Catalogum Epiſcoporum, qui illi Concilio interfuerunt, contexuit Demochares cap. 17. De diuino Miſſæ ſacrificio Tomo 2. ſubiungit: *In hoc Patrum Catalogo uides, tam Archiepiſcopos, quàm Epiſcopos Galliarum huic Concilio adfuiſſe, Miſſęquè ſacrificio ſubſcripſiſſe, quorum vel minimus plus auctoritate, & fide valere debet, quàm vniuerſa Caluiniſtarum turba.*

Miſſæ ſacrificio ſubſcriptum à Patribus Aurelianẽſis Concil.

Childebertus ad Pelagium.

Quo ad ea, quæ citat Mornæus ex Epiſtola Pelagij ad Childebertum Francorum Regem, hæc ſcribit Papirius Maſſonus lib. 1. Annal. in Childeberto, ad finem. *Childebertus Ruffinum in Italiam ad Pelagium Romanum Pontificem miſerat, rogatum, an Catholica Leonis tomum aduerſus Eutychetem ſequeretur: Pelagius reſpondit, librum illum Eccleſiæ probari: ipſeque, vt Rex poſtularat, nouam fidei formulam ſcripſit. Extat Epiſtola Pelagij ad Childebertum.* Vbi Baronius ad annum Chriſti 556. art. 7. *Porrò eum ſcribendi fidei profeſſionis libellum, ſiue Epiſtolam Pelagio occaſio oborta illa fuiſſe uidetur, quòd cum contra tria capitula pro Quinta Synodo ſententiam ſequeretur, in ſuſpicionem læſę pietatis, offenſęquè Catholicę fidei haud mediocrem adductus eſſet; cum pręſertim defenſores trium Capitulorum illud ubique vulgaſſent, ac pariter exclamaſſent, omnes, qui agerent contra illa tria Capitula, impugnare Chalcedonenſe Concilium: qua quidem calumnia ut dubitantium animos liberaret, eam ad Childebertum de fide Catholica Pelagius Epiſtolam dedit: quod & præſtitiſſe Sanctũ Gregorium a Theodolindam Reginam eandem ob cauſſam oportuit.*

Pelagius illi reſpõdẽs, fidei formulã mittit: quam ob cauſſam.

Pont. Rom. fides examinari ſolita ex fide Anteceſſorum ſuorũ.

Illud etiam obſeruandum monet Baronius, cum in dubium venit Romani Pontificis fides Catholica, non aliunde eius peti conſueuiſſe fidei examinationem, atque diſcuſsionem, quã à fide tradita à prædeceſſoribus, quibus ſi conſentiat, nihil ſit, quod poſsit eum erroris arguere: ſecus, ſi contra. Sic igitur Childebertus Rex de fide Pelagij ſubdubitans, ad S. Leonis Papæ Epiſtolam de recta fide ad Flauianum conſcriptam, prouocauit: cui ſe in omnibus cum Catholica Eccleſia conſentire, cum profeſſus ſit ſcriptis Pelagius, omnem prorsùs conceptam de ſe ſuſpicionem amouit. Itaque vt Pelagius à ſe remoueret ſuſpicionis ſcandalũ, & non ſe aliud credere, quàm ſuos prædeceſſores, oſtenderet, nouam fidei formulam ad Childebertum Regem ſcripſit, non verò vt apud eum rectæ ſuæ profeſsionis, & fidei rationem redderet. Quando enim id obſeruatum, aut quibus Canonibus cautum, vt Pontifices fidei Doctores apud Reges fidei ſuæ rationem redderent? niſi eo ſenſu, quo vult Apoſtolus Petrus 1. 3. paratos nos eſſe omni poſcenti, ſcilicet fideli, ſeu infideli, Domino, aut ſeruo, Regi, vel ſubdito, reddere rationem noſtrę fidei: modò id poſtulent, vt diſcant, & inde vtilitatem aliquam ſecuturam iudicemus. Regum eſt à Sacerdotibus diſcere, Malach. 1. *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam: & legem requirent ex ore eius; Angelus enim Domini exercituum eſt.*

Regum eſt à ſacerdotibus diſcere.

Quod ex eadem Epiſtola profert Mornæus hæc verba:

Quibus Regibus nos etiam ſubditos eſſe Sanctæ ſcripturæ præcipiunt. Et de his ipſe inquit: Pag. 101

Ratio ab hoc ſæculo longè abhorrens.

Quo ſenſu Pelagius Pontif. hæc dixerit.

Reſponderi poteſt, id Pelagium ſcribere primò in perſona aliorum; neq; enim ille Childeberto vllo iure erat ſubditus: deinde, quia officio conſulendi præſunt Pontifices, &, vt omnium ſaluti inſeruiant, iuxta normam à Chriſto præſcriptã, ſunt ſicut miniſtri omniũ. Sic igitur q̃a Childeberto Regi Pelagius obſequebatur, vt eum, eiuſq; ſubditos in cõmunione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ retineret: inde quædam velut ſubiectio, ac ſeruitus erat Paſtoralis illa cura, & miniſterium Pontificis erga Regem.

Ex Concilij Pariſienſis primi Canone 8. de ordinatione Epiſcoporum. *Placuit, ut iuxta antiquam conſuetudinem Canonum decreta ſeruentur:* Hæc profert Mornæus:

Nullus, ciuibus inuitis, ordinetur Epiſcopus, niſi quem populi, & Clericorum electio pleniſſima quæſierit voluntate, Pag. 101

Suppreſſa à Mornæo.

Reticet tamen hęc, quę ſequitur: *Nõ Principis Imperio, neq; per quamlibet conditionem contra Metropolis voluntatem, vel Epiſcoporum Comprouincialium ingeratur. Quod ſi per ordinationem Regiam honoris iſtius culmen peruadere aliquis nimia temeritate pręſumpſerit: à Comprouincialibus loci ipſius Epiſcopis recipi nullatenus mereatur.* Hæc itaque ſuppreſsit, quia non videbantur adeò illi fauere, vt Concilium illud conuocatum à Rege, quemadmodum ſuperiora, doceret. Proſequitur Canon: *Quem indebitè ordinatum cognoſcunt, ſiquis de prouincialibus recipere contra interdicta pręſumpſerit: ſit à fratribus omnibus ſegregatus, & ab ipſorum omnium charitate remotus.* Baronius ad annum Chriſti 559. *Cum iiſdem temporibus* (inquit) *inter ſanctos Epiſcopos Gallicanos vigeret Eccleſiaſtica diſciplina, contigit, vt praui homines à Rege impetrare conarentur, quod ab Epiſcopis ſcirent prohiberi: vnde & fiebat, vt etiam pręter bona, fauore Regis, quam optarent, peterent ſibi coniugem. Cui temeritati Patres obuiantes, iſta etiam vetuere, hæc ſancientes, cap. 6. Nullus res alienas competere à regia audeat poteſtate: Nullus viduam, neque filiam alterius extra voluntatem parentum aut rapere præſumat, aut Regis beneficio æſtimet poſtulandam: quod ſi fecerit, ſimiliter ab Eccleſiæ communione remotus anathematis damnatione plectatur.* Vbi certè Patres ipſi non tam in Reges ipſos

In Cõc. Pariſienſi primo nonnulla damnata, quæ, vel ipſo Rege ſic ordinante, fierent.

Regno

aliquid ſtatuere, quam eorum, & ſubditorum ſaluti, ac prætereà Eccleſiaſticæ diſciplinæ in Regno conſeruandæ proſpicere voluerunt. Sed obijcit Mornæus.

Pag. 101

In illo Canone de Roma ne verbum quidem.

Electiones Epiſcopi tametſi factæ varijs ritibus, omnes tamen factæ nõ ſine cõſenſu Rom. Pont.

NOn inficiamur, veterem illum fuiſſe morem & ritum, tum in Gallia, tum alibi eligendi Epiſcopos; non tamen ſine expreſſo, vel tacito Romani Pontificis conſenſu huiuſmodi electiones fiebãt: ſiquidem, ſcientibus & non repugnantibus, nec aliud ſtatuentibus Romanis Pontificibus, cum iure poſſent, Clerici cuiuſque Eccleſiæ Cathedralis in vnum ſimul cõuenientes, vnum quemdam in Epiſcopum nominabant, deſignabant, eligebant: nec ſemper in hac nominatione, deſignatione, & electione idem mos, & vſus eſt retentus: nam aliquando Clerus, & populus nominabant, deſignabant, eligebant, & offerebant. c. *factus eſt.* 7. q. 1. & diſt. 63. c. *quanto.* Ex S. Gregorio lib. 2. indict. 11. Epiſt. 30. c. *plebs.* c. *noſſe.* c. *Epiſcopos, et* c. *litteras:* qui omnes Canones ſunt Pontificum Romanorum. Aliquando populus petebat, ac poſtulabat Epiſcopum, Clerus verò eligebat. c. *nulla* diſt. 62. Factum eſt etiam aliquando, vt ſoli Canonici Epiſcopum eligerent. Deinde à Romanis Pontificibus conceſſum eſt ius Imperatoribus, & Regibus nominandi, deſignandi, offerendi, & præſentandi Epiſcopos; adeò vt huiuſmodi electiones quocunque ritu factæ ſint, nunquam ſine conſenſu expreſſo, aut tacito ipſorum Romanorum Pontificum: & cum electus à Primate confirmabatur, vel etiam conſecrabatur à tribus Epiſcopis; id nonniſi Romani Pontificis fiebat auctoritate, vt & Canonibus præcedentibus diſtinct. 63. conſtat. Et potuerunt ipſi præſcribere modum eligendi: Vnde ext. *de electione.* cap. *Maſſano*, *ſtatuit Pontifex, vt non valeat electio Pontificis per Laicos, & Canonicos facta etiamſi hoc habeat conſuetudo: Edicto perpetuo prohibemus, ne per Laicos cum Canonicis Pontificis electio præſumatur, quæ ſi forte præſumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem, non obſtante contraria conſuetudine, quæ dici debet potius corruptela.* Non erat opus in eo Canone Pariſienſi Romæ meminiſſe, & certum, tum temporis Galliarum Epiſcopos Romanum Pontificem Paſtorem vniuerſalis Eccleſiæ agnouiſſe; Et ille Canon eſt de electione, & ordinatione Epiſcoporum, quæ à quibuſcunque, & quocunque ritu fieret: ſiue ſuffragijs Cleri, & populi, ſiue à poſtulãte, aut etiam deſignante populo, & Clero eligente, ſiue à Clero, præſente populo, parum certè intererat; ſed ab Eccleſia Mornæi puriori, & reformata prorſus excluſa eſt ordinatio Epiſcoporum, & Epiſcopalis ipſa dignitas: nec in ea habentur Concilia, aut ſanciuntur Canones per Epiſcopos; vt nihil prorſus habeat affinitatis Eccleſia iſta reformata, & purior, quã vocant, cum antiqua illa Galliæ Eccleſia.

Varij ritus eligendi Epiſcopos.

Electio Põtif facta p Laicos, & Canonicos à Pont. improbatur.

Spuria Epiſtola ſub nomine Ioã. Papæ III.

Quantum ad ea, quæ producit Mornæus ex Epiſtola Ioannis Papæ III. Pelagij primi ſucceſſoris, Baronius ad annum Chriſti 572. art. 3. ex multis impoſturæ argui poſſe docet: vt quòd data ſub Conſulatu Iuſtini ſexto cum Narſete, qui nonniſi in annum ſeptimum Imperij Iuſtini potuit incidere, quo vtique, dum 14. Kal. Auguſti data reperitur, nonniſi ad tempus poſt obitum Ioannis referri poteſt: *Item ex alijs ſignis* (inquit) *conuincitur non eſſe Ioannis, ſed ex ſuppoſitis mercibus Mercatoris. Etenim nomen Corepiſcoporum, de quorum munere integra eſt Epiſtola illa ſcripta, in Gallijs, ſiue in Germania penitus erat abolitum: Conſule cuncta Gallicana Concilia, his temporibus celebrata, & nullam de Corepiſcopis inuenies mentionem: Sed quòd eadem Epiſtola contineat de Lino, & Cleto Romanis Pontificibus, quod non fuerint revera Romani Pontifices, ſed Corepiſcopi tantum: eſt planè ab omni antiquitate, & veritate hiſtoriæ alienum. Sunt præterea alia ſigna, quæ vultum exprimant Mercatoris, ſiue potius ſubdoli Vẽditoris.* Quæ tamen Epiſtola ſi genuina eſſet, nihil ſibi verbis illis à Mornæo citatis, præter ius Pontifex ille vſurparet.

De Vrſicino in Synodo Matiſconenſi excõmunicato.

Quod refert ex Gregorio Turonenſi lib. 8. hiſtoriæ Francorum cap. 20. Vrſicinum Cadurcenſem Epiſcopum in Synodo Matiſconenſi excommunicatum: negamus equidem, Epiſcopos collegas ſibi æquales excommunicare poſſe; non diffitemur tamen, Concilium Prouinciale ſuperius eſſe ſingulis Epiſcopis, eoſquè excommunicandi ius habere: ſic in Matiſconenſi Synodo Vrſicinum excommunicatum legimus, neque id quicquam officit Romani Põtificis auctoritati, quæ nullis perſonarum, aut locorum limitibus eſt coarctata, cum Prouincialis Synodus habeat ius excommunicandi Epiſcopos ſuæ dumtaxat Prouinciæ. Et ſi Epiſcopi in Epiſcopos olim hanc poteſtatem retinebant, vt eos excommunicandi ius haberent; indenè inferet Mornæus, non potuiſſe Romanum Pontificem excommunicare eoſdem? cum ei ſubalterna ſit, ab eoquè pendeat cæterorum Epiſcoporum iuriſdictio, & auctoritas. Hic etiam nobis fraus detegẽda Mornæi, nam ex Gregorio Turonenſi refert,

Pag. 101

Vrſicinum officium celebrare, communionem diſtribuere prohibitum.

Detegitur fraus Mornæi, ſupprimẽtis nomina Miſſarũ, ordinationis Clericorũ benedictionis Eccleſiarũ & Chriſmata.

QVod vtrumque referet iſte ad ſacrilegam cœnam Caluiniſtarum; cum tamen ita habeat expreſsis verbis Gregorius Turonenſis: *Vrſicinus Cadurcenſis Epiſcopus excommunicatur pro eo, quòd Gundobaldum excepiſſe publicè eſt confeſsus, accepto huiuſmodi placito, vt pænitentiam tribus annis agens neque capillum, neque barbam tonderet, vino, & carnibus abſtineret, miſſas celebrare, Clericos ordinare, Eccleſiaſque, & chriſma benedicere, eulogias dare penitùs non auderet.* Verùm quia Miſſæ non celebrantur in Eccleſia Mornæi, vt ab omni æuo, ex quo fundatæ ſunt, in omnibus Eccleſijs Galliarum, neque Clerici ordinantur, neque in vſu eſt apud iſtos Eccleſiarum, & Chriſmatis benedictio; ideò, ne videretur proditor Eccleſiæ ſuæ, quam ſtatim inde quilibet manifeſtè depræhendat non eſſe antiquam illam apud Gallos, & vbique gentium, ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus fundatam Eccleſiam, conſultò

hæc

Digitized by Google

hæc verba ſilentio inuoluenda, aliaque ſupponenda iudicauit. Quid, quod iſte, opere ex profeſſo ſuperioribus aliquot annis edito, non modò ſuam ignorantiam prodidit, ſed & rabiem in ſcribendo contra ſacroſanctum illud Miſſæ ſacrificium (quo nihil in terris, ac ne in cœlo quidem ſanctius, & auguſtius) oſtendit? quòd iſtorum furorem in Clericos, & Sacerdotes Domini, in ſacra loca, & altaria miſerrimis hiſcè temporibus Diabolus, qui & vocatur Sathanas, non ſecus, ac impiam Iezabel, & Pſeudoprophetas Baal in Prophetas Domini armauit: non mirum igitur, ſi iſte Sathanæ ſatelles à nomine Miſſarum adeò abhorreat.

Quod ſcribit, Ioanni III. Pontifici in Italia Epiſcopos minus obſecutos, quando, nequicquàm tumultuante Pelagio, Eccleſiæ Aquileienſis, Rauennas, ac Mediolanenſis etiamnum in inſtituto perſeuerabant: iam ſupra reſponſum eſt, ſi tùm illæ Eccleſiæ occaſione Quintæ Synodi deſciuerint à fide, & obedientia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, factum vtique fuiſſe, non iuſſu; ac tandem, agnito errore, ſeſe eidem ſubiecerunt; nam, vt in Sergio Pontifice creato anno Chriſti 687. refert Anaſtaſius. *Huius temporibus Aquileienſis Eccleſia Archiepiſcopus, & Synodus, quæ ſub eo congregata eſt, qui Sanctum Quintum vniuerſale Concilium, vtpotè errantes, ſuſcipere diffidebãt, eiuſdem Beatiſſimi Papæ monitis, atque doctrinis inſtructi, conuerſi ſunt, ydemque venerabile Concilium cum ſatiſfactione ſuſceperunt:* Et Paulus Diaconus lib. 5. cap. 14. *Hoc tempore Synodus Aquileię facta ob imperitiam fidei, Quintum vniuerſale Concilium ſuſcipere diffidit, donec ſalutaribus Beati Sergij monitis inſtructa & ipſa cum cæteris Chriſti Eccleſiis annuere conſenſit.* Baronius Tomo 8. ad annum Chriſti 698. art. 13. refert hoc Concilium, & oſtendit, longè ante hoc tempus reſipuiſſe Eccleſiam Aquileienſem ab antiquo ſchiſmate, cauſſa Quintæ Synodi orto ob tria illa capitula: etenim eiuſdem Aquileienſis Eccleſiæ Epiſcopus, Agatho nomine, interfuiſſe, & ſubſcripſiſſe reperitur Synodo Romæ factæ ab Agathone Romano Pontifice, vt eiuſdem Synodi Acta teſtantur: *Quamobrem* (inquit) *eandem Eccleſiam iterum in errorem lapſam dicere opus eſt, perfectè verò à Sergio Romano Pontifice eſſe curatam.* Et Rauennas quidem Eccleſia defecit ab obedientia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ; non tamen Pelagio primo Pontifice, aut Maximiano Rauennæ Antiſtite, vt vult Mornæus; nam Maximianus ille Epiſcopus Rauẽnas vir fuit ſanctitate inſignis, nunquàm in hæreſim, aut ſchiſma lapſus. Sed (vt docet Hieronymus Rubeus hiſt. Rauenn. libro 3.) Quod Maximiano Iſtriæ Epiſcopo eſt aſcribendum, Rauennati falsò imponunt: & ſi quando aliqui Rauennates Archiepiſcopi eo ſuperbiæ venerunt, vt Romano Pontifici ſubeſſe recuſarent, quemadmodum Maurus ille, qui moriens Sacerdotes ſuos monuit, ne ſe Romano Pontifici vnquàm ſubijceret, cuius eiuſdem demẽtiæ fuit Reparatus eius ſucceſſor; at poſtea Theodorus Eccleſiam illam Romanæ Eccleſiæ, litteris ad Pontificem ſcriptis, reſtituit, & ipſe Romam Concilij cauſſa profectus ad Agathonis pedes ſeſe ſupplex ſubiecit, ac præſens obedientiam, & fidem, quam Maurus, & Reparatus ſui deceſſores abnuerant, Romanæ Eccleſiæ reddidit. Non defuerunt & multi alij eiuſdem audaciæ, & temeritatis Rauennates Archiepiſcopi, quos ſingulos producere nõ eſt opus. Et de Leone II. legimus quod contuderit ſuperbiam Præſulum Rauennatum, inſtitueritque, ne electio Cleri Rauennatis valeret, niſi eadem Romanæ ſedis auctoritate confirmata fuiſſet; tantùm lubet hoc loco citare, quæ ſcribit Sigonius lib. 10. de Regno Italiæ anno 1118. *Sub hoc tempus Rauennates, cum ante Archiepiſcopos ad Regium nutum, qui Romanæ aduerſarentur Eccleſiæ, delegiſſent, Valterum Canonicum regularem, ſedi in primis Apoſtolicæ deditum, deſignauerãt, atque, vt in gratiam Eccleſię reciperentur, orabant. Itaque ea re gauiſus Gelaſius Kalendis Septembris ad Valterum ita ſcripſit: Rauennas Eccleſia per multos iam ante annos à Romanæ corpore Eccleſiæ auulſa, multa eidem incommoda, calamitateſquè attulit, & multis Eccleſiis diſſidij materiam præbuit. Itaque ob eius nequitiam nonnullas ſubiectarum ei Eccleſiarum ſibi Apoſtolica ſedes aſſumpſit, vt hac ratione ad humilitatis, atque vnanimitatis rationem adduceretur. Nunc verò cùm eadem ad auctoritatem matris ſuæ Romanę Eccleſię redierit, ac filij eius, cùm antea per tyrannidem Regiam Præſules Regibus probatos acciperent, nunc Patrum ſuorum errore agnito, ex Canonicis inſtitutis Epiſcopum Deo probatum, elegerint, & diſſidio improbato, in Catholicę congregationis ſinum reuerterint, ac te, Reuerendiſſime Frater Valtere, à diſciplina fratrum regularium aſſumptum religionis, ac ſapientiæ opinione in Beati Apollinaris Cathedra collocarint: ob eam rem nos pro iure noſtro perſonam tuam ad Epiſcopale officium conſecrantes, tibi, & per te Rauennatum Eccleſię dignitatem, quam ante huius diſſidij tempora per Romanam Eccleſiam poſſederat, reſtituimus, ſaluo in omnibus iure, atque auctoritate ſedis Apoſtolicę. Concedimus tibi, tuiſque ſucceſſoribus, in eiuſdem ſedis Apoſtolicę obedientia permanentibus, Epiſcopatus Aemilię Prouincię, id eſt Placentię, Parmę, Regij, Mutinę, Bononię, Ferrariæ, Adrię, Comachi, Imolę, Fauentię, Forilini, Fori Popilij, Bobij, Ceſęnę Ficoclę, Cõfirmamus vobis Ducatum Rauennę, Monaſteria Sancti Adelberti, & Sancti Hilarij, & cęteras poſſeſſiones ab anteceſſoribus noſtris, & Catholicis Regibus traditas; Pompoſiani quoque Monaſterij curam, atque vſum pallij damus; cuius indumenti honore humilitas, atque iuſtitia declaratur, &c.* Tantam itaque dignitatem, ac præeminentiam, & præfecturam aliarum tot Eccleſiarum Romanorum Pontificum fauore, & beneficio obtinuerunt Archiepiſcopi Rauennates, quam ſibi nonniſi illegitimè ſchiſmatici aſſeruerant. Quorſum verò tam anxiè, cum tot annis auulſi fuiſſent ab obedientia Romanæ Eccleſiæ, Rauennates curarunt, & rogarunt, vt in Romanæ Eccleſiæ gratiam reciperentur: niſi quia agnito errore ſuo, iure diuino ſe ei ſubiectos, tanquàm capiti, & Principi omnium Eccleſiarum, eſſe intellexerunt?

Quantum ad Eccleſiam Mediolanenſem, teſtatur idem Sigonius lib. 9. anno 1059. à Nicolao II. Pontifice, Petrum Damianum miſſum Lega-

Patres Synodi Aquileienſis ſeſe Eccl. Rom. ſubijciũt. à qua defecerant.

De tẽpore, quo reſipuerit Aquileienſis Eccleſia.

De tẽpore quo defecerit Rauennas.

Theodorus à reſtituit Rom. Eccl.

Præſulũ Rauennatum ſuperbia à Leone II. Pont. contuſa.

Rauẽnates à ſchiſmate reſipiſcẽtes in Archiepiſcopũ eligũt Valterum.

Gelaſii littera ad Valterum.

Mediolanẽſis Eccleſia à Pet. Damiano re-

ducta ad fidé, & obedientiam Rom. Eccl.

Legatum Mediolanum, Anſelmo Epiſcopo Lucenſi aſſumpto, & Eccleſiam illam ad fidem, & obedientiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reduxiſſe, his verbis in Concione ad Populum præ cæteris vſum: *Quæ Prouincia in terris ab Eccleſiæ Romanæ ditione libera reperitur, cuius arbitrio ipſum quoque cœlum aperitur, & clauditur? Et quidem ſi rectè attenderitis, reliquas Eccleſias ab hominibus inſtitutas eſſe reperietis: Ecleſiam verò Romanã à Deo ipſo eſſe ſundatam, atq; ab ea cùm reliquas alias, tùm maximè Mediolanenſem ortus ſui primordia, & diſciplinæ rudimenta ſumpſiſſe, &c.* Quid verò iſte nobis obijcit, quod iſtæ Eccleſiæ aliquando defecerint ab Eccleſiæ Romanæ fide, & obedientia? De facto cõſtat, ſed iurenè, an iniuria, id eſt, quod quæritur, cum tamen non aliunde argumẽtum ſumamus, quàm ab ipſiſmet Eccleſijs, quæ, cũ ſpontè ſe iterum ſubiecerunt Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ab illius obedientia, & fide ſe nõniſi iniuſtè prius defeciſſe, teſtatæ ſunt. Quid verò iſte nobis Sigonium producit?

Hæc (inquit) *Sigonius ipſe agnoſcit, Paparum licet Hiſtoriographus.* Pag. 102

EQuidem refert factum tanquàm hiſtoricus, nempe Eccleſias illas aliquando ab Eccleſiæ Romanæ communione ſe ſubſtraxiſſe, ſed quia Catholicus id minimè probat, neque iure factum ſcribit. Et quidem lib. 1. ad annũ 564. de dignitate illarum Eccleſiarum loquens; *Secũdum* (inquit) *a Pontifice locum obtinebat Patriarcha Aquileienſis, qui à Clero item, populoquè ſuo creatus, conſecrationem à Pontifice poſtulabat:* Et poſt. *Omnes* (inquit) *Archiepiſcopi à Clero, populoquè ſuo ex ipſo Eccleſiæ gremio ſumebantur; ac priores à Pontifice, Mediolanenſis iuſſu Pontificis à ſuffraganeis ſuis conſecrabatur.* Quid ita niſi quia iure ſubijciebantur Romano Pontifici? Et eòdem libro anno 585. quod Helias Aquileienſis Archiepiſcopus ab Eccleſiæ Romanæ auctoritate defecerit, Ioannes item Rauẽnas Archiepiſcopus, errori, ac ſuperbiæ aſcribit. Non eſt, quod in expendẽdis verbis Guicciardini ab iſto citatis, immoremur, qui hiſtoricum agebat, non Theologum ſe profitebatur; neque illi in animo fuit quidquam de Pontificis ſtatuere auctoritate: Quod ſi Conſtantinopolitanus, & Rauennas Epiſcopi cum Romano Epiſcopo de principatu aliquando diſputabant: & Poetæ ipſi nobis bella Titanum, ac Gigantum aduerſum Deos commemorant.

Sed illud minimè prætereundum, quod obſeruat Mornæus, Longino Patricio Exarcha, id eſt ſummo in Italia Vicario à Iuſtino Imperatore conſtituto, Epiſcopum Romanum in temporalibus nihil omnino iuris habuiſſe, ne Romæ quidem, inde in Spiritualibus intra ſuos limites coercitum,

Quatenus ſpiritualis poteſtas, non ſecus ac vmbra corpus, temporalem ſubſequi ſolita. Pag. 101

Spiritualis poteſtas ineptè à Morneo coparata vmbræ, temporalis corpori.

NOua certè hactenus, & in ſcholis Theologorum minimè audita doctrina: Primum confert temporalem poteſtatem cum corpore, ſpiritualem cũ vmbra, vt, quàm præſtat corpus ipſi vmbræ, tàm præſtet, illius iudicio, temporalis poteſtas ipſi ſpirituali. An verò in Chriſto Domino ſpiritualis ipſa poteſtas, tanquam vmbra corpus, ipſam temporalem ſequebatur? cum nullam temporalem in hoc mundo poteſtatem exercuerit, neque Reges è ſuis ſedibus, etſi id potuiſſet, deturbarit. An quando Apoſtolis ſpiritualem poteſtatem in Euangelio contulit Petro: Matth. 16 *Quicquid ligaueris ſuper terram, &c.* & omnibus Apoſtolis, Ioannis 20. *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis:* & Matth. 28 *Docete omnes gentes baptizantes eos. In nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti*, Reges etiam eos temporales inſtituit, vt in illis ſpiritualis illa poteſtas temporalem, tanquam vmbra corpus ſequeretur? Dicimus itaque, temporalem Romani Pontificis poteſtatem certis locis coarctari: ſpiritualem verò, quæ longè prẽſtantior eſt, quò anima corpus antecellit, nullis perſonarum, aut locorum limitibus ei circumſcribi.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum vigeſimum.

DE Canone Conſtantinopolitano, & Chalcedonenſi, quo poſt Romanum Pontificem cęteris Patriarchis Epiſcopus Conſtantinopolitanus præfertur, non ſemel egimus, vt eadem toties repetere non ſit opus. Etſi verò Conſtantinopolis eſſet noua Roma, & ſedes Imperij, minimè tamen inde exæquanda erat Romanæ Eccleſiæ, quæ non ex dignitate Vrbis dumtaxat habebat, quod eſſet prima ſedes tùm ordine, tùm etiam auctoritate, & iuriſdictione in reliquas Eccleſias. Et vt ſcribebat Gelaſius Papa Epiſt. 11. ad Dardanos: *Alia poteſtas eſt Regni ſæcularis, alia Eccleſiaſticarũ diſtributio dignitatũ. Sicut enim quamuis parua Ciuitas prærogatiuam præſentis Regni non minuit: ſic Imperialis præſentia menſuram diſpenſationis religioſæ non mutat. Sit clara Vrbs illa poteſtate præſentis Imperij, religio tunc ſub eadem firma, tunc libera, tunc prouecta conſiſtit, ſi potius hoc præſente propriam teneat, ſine vlla perturbatione menſuram.* Romanus Põtifex ægrè ferebat, & ſibi Epiſcopum Conſtantinopolitanum æquari, & alijs Patriarchis prẽferri; ſiquidem illud pugnabat, cum iure diuino, hoc ſacro Canoni Nicæno aduerſabatur: *Debet autem Romanus Pontifex, & iuris diuini, & Sacrorum Canonum acerrimus eſſe defenſor:* Item: *Il-*

Imperialis præſentia dignitaté Eccleſiaſticã non mutat.

lius

Digitized by Google

lius eſt iura ſua ſingulis Epiſcopis inuiolata ſeruare. ext. de relig. domibus. c. 2. Quod Ioannes ille Quartus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Ieiunator dictus, quia ſanctitatem ſimulabat, non modò Patriarcha, ſed & Oecumenicus dici affectarit; hoc ſuperbiæ illius aſcribendum, & rectè, *Eccleſiaſticam tyrannidem*, vocat Mornæus, qui titulum tam inſolentem propria auctoritate nullo iure ſibi arrogaret. At non ita Romanus Pōtifex, qui non ſibi aſſumit honorem, ſed vocatus à Deo, tanquam Aaron, fungitur ſibi delato ab eo officio, qui in perſona Petri loquutus eſt ad eū: *Tibi dabo Claues Regni Cœlorum, &c.* Et, *Paſce oues meas.*

Ioā. Quartus Epiſcopus Conſtātinop. cur dictus Ieiunator.

Pag. 102

Quod ſcribit ex Platina in Pelagio 2. nihil tum à Clero in eligendo Pontifice actum fuiſſe, niſi eius electionem Imperator approbaſſet; iam de hoc ſupra egimus. Id conſtanter aſſerimus, nunquàm Imperatorem iure communi, vel conſuetudine, vel præſcriptione potuiſſe ſe intrudere in electionem Romani Pontificis, cum ea cauſa ſit merè ſpiritualis, & Eccleſiaſtica. Quod ſi Iuſtinianus, & ſucceſſores Imperatores ius aliquod habuerunt confirmandi Romanum Pontificem electum: id certè vel cōtra ius ſibi vſurparunt, vel, priuilegio, & auctoritate Pontificum id conſecuti ſunt, quemadmodum poſtea Carolus Magnus, & Otho primus, & nonnulli alij Imperatores; vt apud Gratianum diſt. 63. legimus. Quamquam etiam id priuilegium meritò reuocat in dubium, immò manifeſtis rationibus refutat Cardinalis Baronius ad annum Chriſti 774. & docet, duos Canones *Adrianus, & in Synodo* diſt. illa 63. non eſſe legitimos, idquè ex ipſa Chronologia.

Qualis fuerit Imperatorum ius confirmandi electum Pont.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem vigeſimam.

NVnc Oppoſitio, quam Progreſſui ſubiungit nobis examinanda. Ac primū ex Epiſt. 1. Pelagij ſecundi putat ſe oſtendere, Romanum Pontificem minimè dicēdum vniuerſalem Epiſcopum; *Nullus Patriarcharum* (ait Pontifex) *hoc tàm prophano vocabulo vnquàm vtatur, quia ſi ſummus Patriarcha vniuerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed abſit hoc, abſit à fidelis cuiuſquam mente, hoc ſibi vel velle quempiam arripere, vnde honorem fratrum ſuorum imminuere ex quantulacunque parte videatur. Quapropter charitas veſtra neminem vnquàm ſuis in Epiſtolis vniuerſalem nominet, ne ſibi debitum ſubtrahat, cum alteri honorem offert indebitum.* Et hoc diabolicæ ſuperbię aſcribit, quod Ioannes Epiſcopus Conſtantinopolitanus titulum ſibi vniuerſalis Patriarchæ vſurparet.

Nullus Patriarcharū vniuerſalis vocabulo vtatur.

Subiungit & ſecundam rationem, (inquit Mornæus) *cui veteratores hodierni nihil habent, quod opponant. Ex ea, quam prætendebat, humilitate iactantiam tantam ſumpſit, ita vt vniuerſa ſibi tentet adſcribere, & omnia, quæ ſoli vni capiti cohærent, videlicet Chriſto, per electionem pompatici ſermonis eiuſdem Chriſti ſibi ſtudeat membra ſubiugare.*

Pag. 103

HOc igitur, vult Mornæus ex verbis ipſius Pelagij: ſi Pontifex Romanus ſibi titulum *vniuerſalis* arroget, ſuperbiæ diabolicæ erit hoc tribuendum; & prætereà, quod vnius Chriſti eſt, ſibi vindicabit. Verū, ſi ex verbis Pelagij vult conuincere Mornæus, non debere Pontificem Romanum aſſumere nomen *vniuerſalis*, quia titulus eſt ſuperbiæ, & quia id eſt ſibi tribuere, quod vni Chriſto cōuenit; nobis vtique ex eadem Epiſtola, quicquid ſit de nomine, licebit oſtendere Primatum Romanæ Eccleſiæ, & Pōtificem Romanum habere poteſtatem, & iuriſdictionem in omnes Eccleſias; idque cum Baronio ad annum Chriſti 587. art. 9. Primò, dū habet, Romanum Pontificem verum, legitimumquè eſſe Petri ſucceſſorem, & poteſtatem ei à Chriſto traditam, in ſucceſſores indubitanter tranſiſſe. Secundò, dùm firmiter aſſeuerat, ius generalis Synodi conuocandæ, eiuſque cōfirmandæ vnius tantum eſſe Romani Pontificis. Tertiò, dum, quæ acta ab ipſis eſſent in eadem Synodo Vniuerſali, Pelagius ipſe nullius eſſe præcipit auctoritatis. *Multis* (inquit) *Apoſtolicis, et Canonicis, atq; Eccleſiaſticis inſtruimur regulis, non debere abſque ſententia Romani Pontificis Concilia celebrari: Quapropter rectè non Concilium, ſed veſtrum Conuenticulum, vel Conciliabulum caſſatur, & quicquid in eo actum eſt, irritum habetur, & vacuum.* Quartò, dum iudicium in omnes Patriarchas Orientis exercet, ſententiamquè excommunicationis comminatur, ſi quid eiuſmodi inconceſſum præſumant. *Vos quoque deinceps, vt nullius hortatu talia præſumatis, ſi Apoſtolicæ ſedis communione carere non vultis.* Et de Ioanne ipſo: *Sciat, ſe & ipſe Ioannes, niſi errorem ſuum citò correxerit, à nobis excommunicandum fore, & Apoſtolicæ ſedis, atque omnium Sanctorum Epiſcoporum communione carere.* Quintò, dum dicit, Romanam ſedem (*inſtitute Domino*) *caput* eſſe *omnium Eccleſiarum*. Sextò, dùm dicit, maiores & difficiles quæſtiones, vt ſancta Synodus inſtituit, & beata conſuetudo exegit, ad ſedem Apoſtolicam ſemper referri debere. Septimò, dum Sanctorum Patrum ſtatuta ſequens Synodali auctoritate omnes, qui aduerſus Patres armantur, vt Patrum inua-

Primatus Rom. Pont. ex Epiſt. Pelagij 2. confirmatur.

ſores,

Digitized by Google

ſores, & mactatores infames eſſe decernit. Poſtremò, dum ait ipſos Romanos Pontifices in Eccleſia Catholica vindices Canonum pręſidere, eoſdemquè inſtaurare, ac renouare, quæ prauorum hominum eſſent labefactata conatu.

Quo ſenſu ſcriptū ſit à Pelagio nullū Patriarcham dici debere vniuerſalem.

Vbi igitur tot aſſertionibus Primatum Romanæ Eccleſiæ Pelagius in ea Epiſtola docet: dum ait, nullum Patriarcham debere dici vniuerſalem; vtique de Conſtantinopolitano, & alijs Orientalibus, ad quos ſcribebat, intelligit, in quibus ille erat titulus ſuperbiæ, non verò in Romano Pontifice. Siquidem:

Superbia quid ſit.

Superbia eſt, (auctore Diuo Auguſtino lib. 11. de Gene. ad litter. cap. 14. & lib. 14. de Ciuita. Dei cap. 13.) *immoderatus appetitus propriæ excellentiæ cum contemptu ſubiectionis diuinæ: aut peruerſæ celſitudinis appetitus*:

Peruerſa celſitudo quid ſit.

At peruerſa celſitudo eſt, deſerto eo, cui debet animus inhærere, principio, ſibi quodammodo fieri, atque eſſe principium.

Oecumenicū Patriarchā dici ſuperbū eſt in Conſtantinopolitano.

Eſſe Oecumenicum Patriarcham erat quidem excellentia, & celſitudo, ſed peruerſa in Patriarcha Conſtantinopolitano, vt cuius ſibi Principium eſſet, & auctor, & quam immoderatè præter regulam diuinæ voluntatis appeteret; itaque cum contemptu ſubiectionis diuinæ: verùm in Pontifice Romano ſucceſſore Petri Principis Apoſtolorum, cui

Secus in Rom. Pont.

dictum eſt, Matth. 16. *Quicquid ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in Cœlis*, vendicare ſibi Primatum totius Eccleſiæ, & *vniuerſalem* Epiſcopum dici non eſt peruerſa celſitudo, nequè excellentia præter regulam diuinæ voluntatis, nequè ibi eſt contemptus ſubiectionis diuinæ. Nam qui à Deo habet auctoritatem, & Primatum in omnes fratres ſuos, vtique eum ſibi aſſerendo Deo ſubijcitur, ſed qui propria auctoritate præter regulam diuinæ voluntatis, hoc eſt Chriſti inſtitutionem, ſibi illud vſurpat, minimè vult Deo ſubijci.

Item in Cōſtātinop. eſt vſurpare, quod eſt Chriſti: ſecus in Rom.

Item ſibi arrogabat Patriarcha ille Conſtantinopolitanus, quod Chriſti erat, non verò Romanus Pontifex, cùm Oecumenicus, ſeu vniuerſalis Epiſcopus appellatur. Nam præter alias prærogatiuas Sacerdotij Chriſti, illius proprium eſt nulli alteri Sacerdoti ſubalternum eſſe: at qui vult Oecumenicus eſſe, & vniuerſalis, præter Chriſti Domini inſtitutionem, & proprio iure, non vult illi ſubalternus eſſe, aut ſubijci, & non vocatus à Deo, tanquam Aaron ſeipſum glorificat, vt Pontifex fiat.

Quomodo rem, & nomē Vniuerſalis ſub excōmunicationis pœna dānatum.

Atque eo ſenſu notandum, Pelagium, ac deinde Gregorium ſub excommunicationis pœna, *vniuerſalis* nomen, & rem damnare, nemini niſi pręcurſori Antichriſti ſeruata velle. At Romani Pontificis vniuerſalem Epiſcopatum, & Primatum in omnes Eccleſias non aliunde, quàm ex inſtitutione Chriſti ſacra Concilia, Patres ipſi, & omnes Orthodoxi agnouerunt; vt Chriſto ſubalternum ſe profiteatur, qui non proprio iure tantam dignitatem ſibi vendicat, ſed Chriſto eam acceptam refert. Denique Chriſto omnes ſubſunt, non tanquàm Collegæ, & fratres, quemadmodùm Pontifici, in partem ſolicitudinis aſſumpti: ille verò Conſtantinopolitanus Epiſcopus dedignabatur reliquos agnoſcere tanquàm Collegas, in quo ſibi, quod Chriſti eſt, arrogabat.

Quantum ad illud Gratiani diſt. 99. c. *Nullus, nec etiam Romanus Pontifex, vniuerſalis eſt appellandus*: quo ſenſu huiuſmodi verba intelligenda ſint, latiùs inferiùs oſtendetur in ſubſequenti Antidoto.

De Nicænis Canonibus alibi dictum; vt eadem toties repetenda non ſint.

Profert Mornæus locum D. Gregorij ex lib. 4. Epiſt. 38. Indict. 13. ad Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum: *Qui indignum te eſſe fatebaris, vt Epiſcopus dici debuiſſes, ad hoc quandoque perductus es, vt, deſpectis fratribus, Epiſcopus appetas ſolus vocari. Et quidem hac de re ſanctæ memorię deceſſoris mei Pelagij grauia ad ſanctitatem veſtram ſcripta tranſmiſſa ſunt, in quibus Synodi, quæ apud vos de fratris quondam, & Conſacerdotis noſtri Gregorij cauſſa congregata eſt, propter nefandum elationis vocabulum, Acta diſſoluit: & Archidiaconum, quem iuxta morem ad veſtigia Dominorum tranſmiſerat, Miſſarum vobiſcum ſolemnia celebrare prohibuit.* Quod idem prohibuiſſe ſe ſcribit Sabiniano Diacono ſuo illùc miſſo, ne nimirùm cum Ioanne ipſo Miſſarum ſolemnia celebraret, ſi emendare nollet. Vbi argutè (vt ſolet) Mornæus. Pag. 104

Aduerte Lector hæc verba, Miſſarum vobiſcum ſolemnia celebrare prohibuit. Pag. 104

QVaſi à Pontifice tum abſolutè, & ſimpliciter Miſſarum ſolemnia fuerint prohibita; cùm alioqui prohibeat celebrari cum excommunicatis ipſis, quibus ne communicetur in diuinis, prohibent ſacri ipſi Canones. Sed aduertat Lector, inde inferri, eo ſæculo celebrata fuiſſe Miſſarum ſolemnia, tum Romæ, tum Conſtantinopoli, tum in Eccleſia Occidentali, tum Orientali; vt cùm Eccleſia Catholica illius ſæculi nihil retineat affine neoterica iſta reformata, vt falsò iactant, Mornæi Eccleſia.

S. Greg. tēpore, tū in Occidētali tū Orientali Eccleſia, Miſſæ celebrabantur.

Quod refert ex Gregorio Turonenſi libro 5. cap. 18. Hiſtorię Francorum de Rege Chilperico infenſo Prætextato Epiſcopo Rotomagēſi, & grauiſsima illi crimina obijciente, vt quod in vitam ſuam conſpiraſſet, hoſtem illi filium feciſſet, & quoſdam ſolicitaſſet, vt à Patre deficerent, filiumquè Regem ſalutarent: non id ſcribit Gregorius Turonenſis; ſed fingit Mornæus, Chilpericum declaraſſe, ſe in eum ob ingentia crimina, & flagitia iure agere quidem potuiſſe, ſed audientiæ illorum præſentatū velle, ne Canonibus contradicat; quod ſi admittit Mornæus, ergo Rex, iudiciū ferendo in Prętextatum Epiſcopum, in ſacros ipſos Canones commiſiſſet, quibus certè obſeruandis, cum ſub Chriſto militaret, & Eccleſiæ nomen dediſſet, obſtringebatur. Itaq; vt ex tota hiſtoria conſtat, volebat Rex, ſi conuinceretur Pretextatus de criminibus obiectis, eum iuxta ſacros Canones, & ab Epiſcopis iudicari. Nam cū ab adulatoribus Epiſcopis intellexiſſet, Gregorium Turonenſem non conſentire in condemnatio- Pag. 104

Mornæus ex ſuo ipſius figmēto reuincitur.

Chilpericus Rex ne in ſacros Can. peccaret, voluit Prætextatū ab Epiſcopis ipſis iudicari.

Digitized by Google

nem Prætextati,ad eum ita Rex: *O Epiſcope,iuſtitiam cunctis largiri debes, & ecce ego à te iuſtitiam nõ accipio,ſed,vt uideo, conſentis iniquitati, &c.* Ad quæ Gregorius: *Si quis de nobis,ò Rex,iuſtitiæ tramitẽ tranſcendere uoluerit,à te corrigi poteſt;ſi uerò tu exceſſeris, quis te corripiet?* Vt oſtenderet,lõgè periculoſiuſ fore,ſi Rex aliquid præter ius ſtatuiſſet, quàm ſi Epiſcopi ipſi. Idem ad Regem: *Habes legem, & Canones: hæc te diligenter rimari oportet, & tunc,quæ præceperint ſi non obſeruaris,noueris tibi Dei iudicium imminere.* Idẽ refert,veniſſe ad ſe noctu Fredegundis Reginæ (quæ Regem induxerat ad perſequendum tàm iniquè ipſum Prætextatum) famulos,precatoſque,vt in eius cauſſa contrarius non exiſtat, ac ducentas argenti libras promiſiſſe,ſi Prætextatus, eo impugnante, opprimeretur; dicebant enim,ſe habere reliquorum Epiſcoporum promiſsionem. Volebãt igitur,condemnari ipſum Prætextatum: verũ (ne in ſacros Canones cõmittere viderentur) ſi legitimè reus probaretur,ab ipſiſmet Epiſcopis.

Prætextat⁹ Regis fraudibus indu ctus,vt obiecta ſibi crimina fateretur.

Quod ſcribit Morneus,Prętextatum propria confeſsione conuictum, in exilium relegatum eſſe:qua malitia,& fraude vſus ſit Rex,vt induceret Prætextatum ad vltrò confitendum crimina ſibi falsò obiecta, videri poteſt ibidem Gregorius Turonenſis,& Aimoynus lib.3.de geſtis Frãcorum cap.26.qui & cap.63.refert, eum poſtea ſuæ ſedi reſtitutum:de cuius nefaria cęde per impiam Fredegundem immiſſo ſicario, Turonenſis lib.8.cap.31.

Salonius,et Sagittari⁹ exauctoritati,ſuis Vrbibus reſtituũtur iuſſu Romani Põt. ad quẽ appellarant.

De Salonio Ebredunẽſi Epiſcopo,& Sagittario Vapicẽſi,& indicta iuſſu Guntheramni Regis contra eos apud Lugdunum Synodo,pręſide Nicetio Lugdunenſi Epiſcopo, ſcribũt Gregorius Turonenſis lib.5.Hiſt.Francorum c.20. & Aimonyus lib. 3. de geſtis Francorum c.27. qui cum rei multorum criminum conuicti exauctorati eſſent,conſentiente Rege,ad Ioannem Pontificem Romã profecti ſunt:cui perſuadentes,ſe iniuſtè damnatos,ſcripta eius ad Regem detulerunt,iubentia, vt ſuis reſtituerẽtur locis. Quos Rex verbis corripiens ad proprias iuſsit Vrbes redire. Baronius ad annum Chriſti 570. art.23. *Vigebat his etiam temporibus (uti ſemper uiguit) uſus ille à quouis Concilio ad ſedem Apoſtolicam appellandi:quod & hi feciſſe noſcuntur.* Ibidem: *Videſnè,Lector,quantam reuerentiam exhibuerint Reges, atquè Epiſcopi ſententiæ Romani Pontificis; ut quamuis ijdem uideri potuiſſent iniuſtè reſtituti eſſe, quos Synodus iuſtè damnaſſet, parere tamen ipſi minimè prætermiſerint?*

Pag. 104

At Mornæus amicorum precibus id Regem dediſſe ſcribit, & ad Papam reſcripſiſſe, non vtiquè quòd hæc cognitio ad eum pertineret, Conſtantini exemplo,qui Melchiadis Epiſcopi Romani, & aliorum trium iudicio Donatiſtarum cauſſam lubens commiſerit. Sed de hac controuerſia iam alibi. Si verò cognitio hæc Romani Pontificis non erat, cur eum adeunt cauſſam ſuam dicturi? Annon alijs Epiſcopis Galliarum cauſſa illorum committi poterat? Nonne reſtitutos ſuis ſedibus à Pontifice Romano cõtra ſententiam Synodi Rex ipſe admittit? An permiſiſſet,in ſuo Regno præter ius ipſum Pontificem tantam ſibi auctoritatem arrogare, vt à Synodis Epiſcoporum ſui Regni exauctoratos ipſe reſtitueret, niſi cauſſæ huius cognitionem intellexiſſet ad ipſum pertinere? Appellaſſe eos ſcripſerat Baronius. At contra Mornæus.

Si appellationi locus, quis eos incontinenti ſtatim poſt Synodalem ſententiam appellaturos fuiſſe dubitet? Pag.104

Decem dies dati ad appellandum.

VErùm contra:Annon decem dies & per leges, & per ſacros Canones dantur ad appellandum? Ita Iuſtinianus Nouella 23.c.1. *Sancimus,omnes appellationes &c poſſe intra decem dierum ſpatium, à recitatione ſententiæ numerandorum iudicibus ab ijs, quorum intereſt, offerri, ſiue magni, ſiue minores ſint, ut liceat homini intra id ſpatium pleniſſimè deliberare, ſiue appellandum ei ſit,ſiue quieſcẽdum:* ita ext.de elect.c. *Cum dilectus*,& de Teſtibus,& Atteſtat.cap. *Significarunt nobis.*

Reges aliquando Nationalia Cõcilia coegerũt; ſed iis tamẽ nunquã præfuerunt,&c.

Quoad Synodos Nationales, non dubium, eas aliquando Regum nutu, & auctoritate indictas,quibus curæ erat & fidei Orthodoxæ, & diſciplinę Eccleſiaſticę conſeruatio;non tamẽ vt ipſis Synodis inſtar Metropolitanorum prę-eſſent,aut de fide aliquid definirent,aut Canones ad diſciplinam Eccleſiaſticam pertinẽtes ipſi ſancirent; verùm ipſi poſtea leges contra ſacræ fidei temeratores, aut ſacrorum Canonum violatores conſtituebant.

Synodus Toletana 3.auctoritate Pelagij Papæ celebrata.

De Toletana 3.Synodo ita Baronius ad annum Chriſti 589.art.9. *Non ſine ſcientia, atquè conſenſu,ſimulquè auctoritate Pelagij Papę generale hoc celebratum eſſe Concilium, ex eo intelligi poteſt; dum Lucas Tudenſis ait, S. Leandrum huic interfuiſſe, & præfuiſſe legatione functum pro Romano Pontifice: quod abſquè controuerſia credi debet;cùm certum ſit,Romanos Pontifices tum in alijs,tum in Hiſpaniarum Prouincijs uices ſuas delegare conſueuiſſe eminentioribus earum Eccleſiarum Epiſcopis. Certè quidem præter S. Leandrum, qui magis ſpectatus eſſet hoc tempore inter Hiſpanos Epiſcopos,neminẽ ſcimus.* Hęc Baronij non contemnenda ratio. Verum obijcit Mornæus,

In quibuſdã exemplaribus Leandri nullam eſſe mentionem. Cum deniq; non Iſidorus in Chronico,non in ipſius Leãdri vita tale quidquam habeat. Pag.105

De S.Leandro:an huic Concil. præfuerit vt Legatus Romani Pont.

GArſias Loaiſa de ſubſcriptionibus eius Cõcilij. *In excuſis* (inquit) *malè omittitur Leandri ſubſcriptio, cum D. Iſidorus ſit auctor, eum huic tertio Concilio interfuiſſe,lib.2.Chronic. Sic inquiens: Interfuit tunc dignitate primus ille Catholicus, & Orthodoxus Leander Hiſpalenſis Archiepiſcopus, & Romanæ Eccleſię Legatus, ſanctitate, & doctrina perſpicuus.* Vaſæus in Chronico Hiſpaniæ citat in eandem ſententiam Ioannem Abbatem, ſummam Synodalis negotij fuiſſe in hoc Concilio penes Sanctum Leandrum Hiſpalenſem Epiſcopum, & Beatiſsimum Eutropium, Monaſterij Seruitani Abbatem. Equidem, quòd ex ſubſcriptionibus tertio loco conſediſſe declaratur,Euphemium Toletanum ſecundo,primo

mo Manſonium Emeritenſem, nimirum ordinationis prærogatiua, & antiquitate cæteris prælatum, hanc legationem aliqui in dubium reuocant. Dubitari certè non poteſt, quin Leāder huic Concilio interfuerit, cum orationem tum habuerit ad Patres de conuerſione gentis Gothorum, qui tamen in Tomis Conciliorum errore omiſſus habetur; eodem certe errore fieri potuit, vt non ſuo loco ſubſcriptus legatur; ſiquidem ex Legatione ſedis Apoſtolicæ primo loco legi debuerat. Non itaque rectè argumentatur Mornæus: Tertio loco ſubſcriptus legitur: ergo non functus eſt in eo Concilio legatione ſedis Apoſtolicæ; ſed nos longè rectiùs argumētamur: Functus eſt legatione ſedis Apoſtolicæ: ergo primo loco ſubſcripſit; & fortaſſe errore factum eſt, vt tertio loco ſubſcriptus legatur.

S. Leāder in ſubſcriptione Concilij tertio loco recenſitus per errorē.

Rurſus obijcit Mornæus, quod dicitur in eo Concilio:

Pag. 105.

Cum Richardus glorioſiſſimus Princeps omnes regiminis ſui Pontifices, in vnum conuenire mandaſſet, &c. Cum nulla hic Leandri Legati mentio, nulla Papæ Romani.

AN verò quia mandato Regis coacta eſt illa Synodus, ideò non acceſſit Romani Pontificis auctoritas, maximè cum eliminanda eſſet à toto Regno hæreſis Ariana, & tota gens illa fidei Catholicæ nomen datura? Referunt etiā Hiſtoriæ Hiſpaniæ, Reccaredum poſt conuerſionem ſuam miſiſſe cum muneribus Legatos ad ſedem Apoſtolicam, cui tum Sanctus Gregorius præerat, cuius extat lib. 7. indict. 2. Epiſt. 126. ad eundem Reccaredum, quem in ſuſcepta religione confirmat, laudatque ſuſceptæ pietati pares fructus exiſtere, grandi pecunia à Iudæis tentatum, vt legem quandā in eos promulgatam abrogaret, adduci non potuiſſe. Ijs litteris adiuncta ſunt dona, crux in ſe includēs ligni veræ crucis partem, atque capillos Ioannis Baptiſtæ: geminæ claues, altera contactu corporis Diui Petri ſacrata erat, pellendis morbis virtute ſalutari, in altera ramenta continebantur, ex eiuſdem Apoſtoli catenis religionis ergo detracta: Leandro Pontifici pallium eius meritis debitum præmium. Ex quibus certè conſtat, & Reccaredum Catholicum Regem, & omnes Hiſpanos tum agnouiſſe Pontificem Romanum ſupremum totius Eccleſiæ Catholicæ Antiſtitem. In eadem Synodo primo capitulo, quod eſt de obſeruatione priorum Canonum, ita legimus: *Maneant in ſuo vigore Conciliorum omnium conſtituta, ſimul & Synodicę Sanctorum Prſulum Romanorum Epiſtolæ.*

Reccaredus à S. Greg. laudatus, et donatus.

Concilium Narbonenſe indictum eſt anno 4. Regni Reccaredi, Chriſti 589. Ibi inter cætera definitum eſt, *vt nullus Clericorum veſtimenta purpurea induat, quæ ad iactantiā pertinent mundialem, non ad religioſam dignitatem; vt ſicut eſt deuotio in mente, ita & oſtendatur in corpore, quia purpura maximè Laicorum poteſtate præditis debetur, non religioſis. Quod ſi quis non obſeruauerit, velut tranſgreſſorem legis coercendum.* Vbi Baronius ad annum Chriſti 598. art. 30. *Vſus quidem purpuræ fuiſſe ſcitur Dei præcepto* (Exodi 33.) *in ornatu veſtium ſummi Sacerdotis veteris legis: ceſſit verò eadem vſui ſummi Pontificis Chriſtianorum: qua carere non debuit; cùm maiorem fore gloriam Chriſti Sacerdotij, quàm Aaronici, pariter Prophetæ prædixerint. Porrò quæ peculiaris vſus Romanæ Eccleſiæ eſſent, alijs vti illis vetitum erat, ſicut calceis compaginatis, dalmaticis, mappulis, quibus Clerici aliarum Eccleſiarum vti prohibebantur, vt S. Gregorius tradit*, lib. 2. Epiſt. 54. Indict. 11. lib. 7. Epiſt. 28. Indict. 1. lib. 7. Epiſt. 113. Indict. 2. edit. Rom. Vbi inſulſus planè Mornæus,

Narbonēſe Concilium purpureas veſtes Clericis vetat.

Purpura habitus Rom. Pont.

Baronius (inquit) *hunc ictum exiturus, ſummum Iudæorum Sacerdotem intexta purpura vſum hic obijcit. Ergonè illis vmbras omnes Iudaicas in vſum reuocare ratum?*

Pag. 105

AN verò purpura illa ſummi Sacerdotis Legis erat vmbra Iudaica, aut cæremonia in Lege inſtituta, qua diſtingueretur Lex ab Euāgelio? Non modò ſummo Pontifici, at nec vlli Chriſtianorum licitum eſt vmbras Legis in vſum reuocare. Si igitur purpurea veſtimenta deferre eſt in vſum reuocare Iudaicas vmbras, quia magnus Sacerdos Legis purpura veſtiebatur, certè nec licebit Regibus, ac Principibus Chriſtianis purpuram deferre, quia ex Mornæi ſententia eo facto Iudaiſmum profitebuntur. Exodi 39. de materia veſtium ſummi Sacertis veteris legis. *De hyacintho, & purpura, vermiculo, ac byſſo fecit veſtes, quibus indueretur Aaron, quando miniſtrabat in Sanctuario, ſicut præcepit Dominus Moyſi.* An ſi quis iſta nunc vſurpet, Iudaicas vmbras in vſum reuocabit? Precioſas, & elegātes veſtes ſūmi Sacerdotis voluit eſſe Deus, vt intelligeremus, optima quæq; Deo bonorum omnium auctori eſſe offerenda, & vt dignitas illius miniſterij indicaretur, tamquè ipſi, qui miniſtrabant, quàm reliquus populus ad reuerentiam, & religionem excitarentur. Rectè itaque inferebat Baronius, cùm maiorem fore gloriam Chriſti Sacerdotij, quàm Aaronici, Prophetæ prædixerint, ſi vſus purpuræ erat in ornatu veſtium ſummi Sacerdotis veteris legis, minimè carere ea debere ſummum Pontificem Chriſtianorum; cum id ad vmbras Legis minimè referatur, ſed ad dignitatem Sacerdotij.

Geſtatio purpuræ nō fuit umbra vel cæremonia propria veteris legis.

Veſtes ſūmi Sacerdotis cur Dominus luerit precioſas.

Quod ſcribit ex Epiſtola Pelagij 2. ad Epiſcopos Iſtriæ, Leonem primum Synodum Chalcedonenſem tantùm confirmaſſe in ijs, quę ad fidem ſpectant, cætera retractaſſe, ea vtique quæ Epiſcoporum ordinem intuebantur: Iam alibi de hoc egimus, & quantum eluxerit auctoritas Leonis primi, quantaquè illius ratio habita ſit, oſtendimus.

Quod ſi Pelagius 2. contra Epiſcopos Iſtriæ ſchiſmaticos ſuaſionibus ſuis nihil effecit; vtique quia illi in ſchiſmate, grauiſsimo crimine

Digitized by Google

perſiſtere voluerunt; nec certè Dei ſuaſiones, & inſpirationes, aut Propheticæ interpellationes apud eos quicquam valent, qui obſtinari in peccatis velint viuere. Sed meritò contra eoſdem Smaragdum Italiæ Exarchum concitauit, quemadmodum antea Pelagius primus eoſdem per Narſetem Ducem compeſcere laborarat.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum vigeſimumprimum.

Gregorij Magni Põtificatus.

IN Pelagij 2. demortui locum ſubrogatus eſt Gregorius Magnus, quo ſedente, Ioannes ille Quartus Conſtantinopolitanus Epiſcopus in eadem dementia perſeuerauit, vt Patriarcha *Oecumenicus* dici ambiret. Hoc ſingulari Dei prouidentiæ Mornæus tribuit,

Pag. 106 *Vt & Epiſcopi Romani* (inquit) *& præ cæteris Gregorius, ore proprio in ſemetipſos ſententiam ferrent.*

QVomodo verò iſtud, in Oppoſitione explicat; nam Sanctus Gregorius aliquot Epiſtolis notat ſuperbiam Ioannis Conſtantinopolitani, qui ſibi nomen Patriarchę vniuerſalis arrogabat. Eius igitur Oppoſitionem expendamus.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem vigeſimamprimam.

S. Petro cura totiꝰ Ecclesiæ commiſſa eſt; nec tamen indituũ nome vniuerſalis Apoſtoli.

SAnctus Gregorius lib. 4. Indict. 13. Epiſt. 32. ad Mauritium Auguſtum. *Cunctis* (inquit) *Euangelium ſcientibus liquet, quod voce Dominica Sancto, & omnium Apoſtolorũ Petro Principi Apoſtolo totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt; ipſi quippe dicitur: Petre amas me? Paſce oues meas, &c. Ipſi dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ędificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non pręualebunt aduersùs eam, & tibi dabo claues Regni Cælorum, &c. Ecce claues Regni Cęleſtis accipit, poteſtas ei ligandi, ac ſoluendi tribuitur, cura ei totius Eccleſiæ, & Principatus committitur; & tamen vniuerſalis Apoſtolus non vocatur: & vir Sanctiſſimus Conſacerdos meus Ioannes vocari vniuerſalis Epiſcopus conatur.* Ibidem: *Certè pro Beati Petri Apoſtolorum Principis honore per venerandam Chalcedonenſem Synodum Romano Pontifici oblatum eſt.* Hoc negat Mornæus, vt mendacij tantum Pontificem arguat. Sed iam alibi calumniam hanc retudimus.

Sic nullus Rom. Pont. ſibi aſſumpſit titulũ vniuerſalis Epiſc. tametſi oblatũ à Chalcedonenſi Concil.

Subiungit ibidem: *Sed nullus eorum vnquam hoc ſingularitatis nomen aſſumpſit, nec vti conſenſit, ne dum priuatim aliquid daretur vni, honore debito Sacerdotes priuarentur vniuerſi. Quid eſt ergo, quod nos huius vocabuli gloriam & oblatam non quærimus, & alter ſibi hanc arripere etiam non oblatam præſumit?* Et Epiſt. 34. ad Conſtantiam Auguſtam: *Per omnipotentem Dominum rogo, ne pietatis veſtrę tempora permittatis vnius hominis elatione maculari, neque tàm peruerſo vocabulo vllum quoquo modo præbeatis aſſenſum, atque hac in cauſa nequaquam me pietas veſtra deſpiciat, quia etſi peccata Gregorij tanta ſunt, vt pati talia debeat; Petri tamen Apoſtoli peccata nulla ſunt, vt veſtris temporibus pati iſta mereatur:* nimirum quia non citra iniuriam ſedis Beati Petri, id eſt Eccleſiæ Romanæ, in qua ſedent illius ſucceſſores, Epiſcopus Conſtantinopolitanus tàm inſolenter ſibi eum titulum arrogabat. Epiſt. 36. ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum, & Anaſtaſium Epiſcopum Antiochenum eos hortatur, vt communiter inſequantur ſuperbiam Ioannis Epiſcopi, qui ſibi nomen *vniuerſalis* arrogabat: Epiſt. 38. ad ipſum Ioannem, pluribus verbis exagitat illius ſuperbiam, & vocat, *ſtulti, & ſuperbi vocabuli vſurpationẽ. Et* (rogo) *quis, in hoc tam peruerſo vocabulo niſi ille ad imitandum proponitur, qui, deſpectis Angelorum legionibus ſecum ſocialiter conſtitutis, ad culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere, vt & nulli ſubeſſe, & ſolus omnibus praeſſe videretur? Veſtra autem ſanctitas agnoſcat, quantum apud ſe tumeat, qui illo nomine uocari appetit, quo uocari nullus præſumpſit, qui ueraciter ſanctus fuit. Numquid non, ſicut ueſtra fraternitas nouit, per uenerandum Chalcedonenſe Concilium huius Apoſtolicæ ſedis Antiſtites, cui, Deo diſponente, deſeruio, uniuerſales oblato honore uocati ſunt? Sed tamen nullus unquam tali uocabulo appellari uoluit, nullus ſibi hoc temerarium nomen arripuit, ne, ſi ſibi in Pontificatus gradu gloriam ſingularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegaſſe uideretur.* Libro ſexto indict. 15. Epiſtola 30. ad Mauritium Auguſtum: *Ego fidenter dico, quia quiſquis ſe uniuerſalem Sacerdotem uocat, uel uocari deſiderat, in elatione ſua Antichriſtum præcurrit, quia ſuperbiendo ſe cæteris præponit.*

Qui ſibi arrogat nomẽ vniuerſalis Epiſc. Luciferum imitatur.

Itẽ præcurrit Antichriſtum.

Et quia præceperat Imperator, ne pro appellatione friuoli nominis inter eos ſcandalum

lum

Digitized by Google

Eiuſmodi nomē friuolum quidē, ſed pernicioſum.

dalum oriretur, Rogo (inquit) *vt Imperialis pietas penſet, quia alia ſunt friuola valde innoxia, atque alia vehementer nociua. Numquid non, cùm ſe Antichriſtus veniens Deum dixerit, friuolum valdè erit? Sed tamen nimis pernicioſum. Si quantitatem ſermonis attendimus, duæ ſunt ſyllabæ. Si verò pondus iniquitatis, vniuerſa pernicies*, Et lib. 7. indict. 2. Epiſt. 70. ad Euſebium Theſſalonicenſem, & alios Epiſcopos ſcribens iubet, ob ſuperbiam Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani, & Cyriaci ſucceſſoris, qui ſuperbum *vniuerſalis* nomen vſurpabant, ne quiſquam illorum hoc nomen aliquando recipiat, nullus conſentiat nullus ſcribat, nullus, vbi ſcriptum fuerit, admittat, vel ſubſcriptionem ſuam adijciat, ſed, ſicut omnipotentis Dei miniſtros decet, integrum ſe ab huiuſcemodi venenata infectione cuſtodiat, & callido inſidiatori in ſe locum non præbeat. lib. 7. indict. 1. Epiſt. 30. cum Eulogius Epiſcopus Alexandrinus vniuerſalem eum Papam dixiſſet, vocat ſuperbæ appellationis verbum, & petit, vt vltra ita non ſcribat: *Quia nobis* (inquit) *ſubtrahitur, quod alteri, pluſquàm ratio exigit, præbetur*: & alia, quæ etiam citantur diſt. 99. cap. *Ecce in præfatione*, apud Gratianum: Hæc ex Diuo Gregorio, quibus à nomine vniuerſalis abhorrere videtur, & ipſe illud recuſare, tanquam profanum, & ſuperbum, & quo pax Eccleſiæ diſcindatur. Id obiecit Caluinus libro 4. capit. 7. §. 4. & poſt eum hoc loco Mornæus. Verùm id feciſſe Gregorium, certum eſt, ad declinādam ambigui vocabuli inuidiām, & vt deterreret ab vſurpatione huius tituli Epiſcopum Conſtantinopolitanum, cui nullo ſenſu conueniebat. Nam nomen *Epiſcopi vniuerſalis* duobus modis intelligi poteſt; vno modo vt ille qui dicitur vniuerſalis, intelligatur eſſe Epiſcopus omnium Vrbium Chriſtianarum, ita vt cæteri non ſint Epiſcopi, ſed Vicarij tantùm illius, qui dicitur Epiſcopus vniuerſalis, quo ſenſu nomen iſtud verè eſt profanum, ſacrilegum, & Antichriſti prænuntium: & hoc ſenſu ab illo abhorret, illudque deteſtatur Sanctus Gregorius, vt patet ex locis citatis: alio modo dici poteſt Epiſcopus vniuerſalis, qui in omnes Epiſcopos habet iuriſdictionem, & cui totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt, in qua habet plenitudinem poteſtatis; ita tamē, vt reliquos Epiſcopos non excludat, qui aſſumuntur in partem ſolicitudinis: & hac ratione non conueniebat Epiſcopo Conſtantinopolitano, qui non habebat iuriſdictionem in reliquos Epiſcopos, cui nec alij Patriarchæ Oriētis ſubijciebantur: quo ſenſu abſque aliquo faſtu certum eſt, Romanum Pontificem dici Epiſcopum vniuerſalem, cum eo nomine id, quod eſt, exprimatur, nempe quod ipſi cura paſtoralis totius Eccleſiæ Catholicæ commiſſa ſit, quod ipſum paſsim docet ipſe Greg.

Quæ Greg. de cauendo hoc nomine præſcribat.

Idipſum ſibi inſcriptū Greg. recuſat: & quare.

Cur Greg. id nomē tātopere dānauit.

Quo ſenſu id damnauerit.

Quo ſenſu Rom. Epiſc. verè ſit vniuerſalis, nō ſic autem Conſtantinop.

Expendamus interim fœdifragi iſtius Hæretici in Sanctum Gregorium, magnum illum ſanctitate, & doctrina Pontificem calumnias: Socrates libro 7. Hiſt. Eccleſiaſ. capitulo 23. de Iuliano illo inſigni apoſtata loquens hæc habet, *ἰουλιανὸς τὸ ἴδιον πάθος εἰς τοὺς καίσαρας ἤλεγξεν, πάντας μωμησάμενος τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλεῖς, καὶ οὐδὲ τοῦ φιλοσόφου μάρκου φεισάμενος. Iulianus animi ſui affectionem in Cæſares prodidit, dum cunctos ante ſe Imperatores reprehendit, & nec Marco quidem Philoſopho pepercit*. At quanto impudentior iſte, qui ſanctiſsimos tot Pontifices ſuggillet, ac ne Gregorio quidem Magno pepercerit? Sic quippe hoc loco ſcribit:

Mornæus Iuliano Apoſtata impudentior.

Ne interim exiſtimes, aut Gregorium de ſuo aliquid amiſſum velle, aut alieno inuadendo inuigilare minùs. Etenim ex ipſius Epiſtolis liquet ſatis, fimbrias ſuas quàm ſtrenuè extendat, nullam non occaſionem amplificandæ auctoritatis, non in Italia ſolùm, ſed in cæteris Occidentalibus Prouincijs aut venetur, aut captet. Pag. 108

HOc certè verùm eſt, facto, & opere Gregorium Magnum ſeſe oſtendiſſe totius Orbis Epiſcopum. Neque enim vllus annus eſt huius Pontificatus, quo non appareat, ipſum vniuerſalis Eccleſiæ habenas regere, Orientalibus, & Occidentalibus Epiſcopis iura dare, omnes audire, & omnes itidem iudicare, appellationes ab Orbe vniuerſo recipere, Concilia cognoſcere, probare, vel reijcere, dare Pallia Metropolitanis Epiſcopis, atque Eccleſijs priuilegia impartiri. Ipſe dat Pallium Epiſcopo Corinthiorum, itemque Epiſcopo Nicopolitano, vt prætermittamus de Occidentalibus dicere. Ioannes ipſe Conſtātinopolitanus ſubditum ſe illi cognouit, cum ab eo adeò ſeuerè redargutus eſt in cauſſa Ioānis Presbyteri; de qua extat libro 2. indict. 11. Epiſt. 52. ad ipſum data: cuius cauſſæ Acta Romam diſcutienda miſit. Idem Græcorum Eccleſijs, vt vniuerſalis Paſtor, inuigilans, ad Ioānem Corinthi Epiſcopum ſcribens lib. 4. Epiſt. 50. indict. 13. probauit depoſitionem Epiſcopi Anaſtaſij. Dedit & alias litteras ad eundem de exacta adhibenda cura Paſtorali, præcipuè admonens, ne pro ordinatiobibus quid accipiat. Eiuſdem argumenti extat. lib. 4. indict. 13. Epiſt. ad vniuerſos Epiſcopos per Helladiam Prouinciam conſtitutos. Sic itaque refugit Epiſcopus vniuerſalis dici; vt tamen vniuerſalis Eccleſiæ toto Orbe diffuſæ curam gerat. Hæc obſeruauit Baronius Tomo 8. ad annum Chriſti 595. Videndus etiam Sanderus libro 7. de Viſib. Monarch. Eccleſiæ à nu. 448. & deinceps, vbi ex ordine recenſet, quo pacto Sanctus Gregorius Papa primatum Eccleſiæ exercuerit in Epiſcopos Corſicæ, Sardiniæ, Africæ, Hiſpaniæ, Hiberniæ, Angliæ, Galliæ, Dalmatiæ, Græciæ, Corcyræ, ac reliquarum totius Orbis Eccleſiarum: & iure quidem ſuo vſus eſt, non, vt iſte fingit, alieno inuadendo inuigilauit. An verò Epiſcopi totius Orbis ei obtemperaſſent, niſi poteſtatem, & iuriſdictionem illi à Chriſto datam agnouiſſent? Ex

S. Greg. curā geſſit vniuerſæ Eccleſiæ.

Digitized by Google

Eius Primatus ab omnibus agnitus.

eiuſdem Epiſtolis paſsim conſtat, vt obſeruat idem Sanderus à num. 511. & deinceps, Imperatorem, Reges diuerſarum nationum, & Magnates, fideles populos Romanæ Eccleſiæ primatum agnouiſſe, Patriarchas omnes Eccleſię Romanę ſubiectos fuiſſe, & ipſos id confeſſos eſſe. An verò permiſiſſent cœterarum Eccleſiarum Epiſcopi, ſibi ab eo iura dari, quem inuaſorem iudicaſſent? aut ille nullis fultus præſidijs humanis contra omne ius potuiſſet ſibi omnes Orientis, & Occidentis Eccleſias ſubijcere? aut in eo errore omnes fuiſſent, vt inuaſorem iuris alieni loco ſummi Paſtoris totius Eccleſiæ Catholicæ habuiſſent? aut illi iuribus ſuis cedere voluiſſent?

S. Gregorius vſum Pallij concedit Virgilio Arelatē. Epiſc. eundemq; Legatum ſuum in Regno Childeberti cōſtituit.

S. Gregorium exercuiſſe Primatum in Epiſcopos, & Eccleſias Galliæ patet maxime ex Epiſt. 51. ad Virgilium Arelatenſem Epiſcopum lib. 4. indict. 13. vbi ad petitionem Regis Childeberti ei Pallium tranſmittit, & conſtituit eum ſuum Legatum in Regno Childeberti. Vbi dixerat, Virgilium in ſuis Epiſtolis iuxta antiquum morem uſum Pallij, ac vices ſedis Apoſtolicæ poſtulaſſe. *Libenti animo* (inquit) *poſtulata concedimus, ne aut vobis quidquam de debito honore ſubtrahere aut præcellentiſſimi filij noſtri Childeberti Regis petitionē contempſiſſe videamur.* Neque aliquis vnquàm hanc Epiſtolam, aut alias eiuſdem argumenti *de vſu Pallij* an ſint Diui Gregorij, reuocauit in dubium. At Mornæus.

Pa. 108.

Optimè (inquit) *notatum non eße illas eius temporis quandoquidem tota Gregorij Turonenſis, & quidem contemperanei, hiſtoria docet ſatis, Epiſcopos, & Metropolitanos noſtros à Romanis nulla tum mandata accepiße.*

De ſcopo Hiſtoria Gregorij Turonenſis

EQuidem Gregorius Turonenſis ſcribebat hiſtoriam Francorum, cui multa intexenda erant de Epiſcopis illarum Eccleſiarū, quibus cum Regibus, & ciuibus ſuis multa frequenter fuerunt tractanda negotia: ſed an à Romanis Pontificibus mandata acciperent, necnè, & an Romanus Pontifex exerceret in eos iuriſdictionem, non ita pertinebat ad hiſtoriam Francorum: & licet non ſcribat aliquando, Epiſcopos Galliæ mandata à Romanis Pontificibus accepiſſe, id tamen nuſquam negat, & argumentum ab authoritate negatiuè, vt dici ſolet, non valet. Et ſi id non conſtet ex Gregorio Turonenſi; tamen ex alijs Scriptoribus conſtat.

De origine Pallij in Archiepiſcopis.

Quod aſſerit præterea, de Pallio nihil dùm inaudiuiſſe Epiſcopos, & Metropolitanos Galliarum: atqui erat iam tum diſtinctio aliqua Archiepiſcoporum ab Epiſcopis ipſis; pallium autem eſt Archiepiſcopalis poteſtatis, & dignitatis inſigne, cuius origo in Archiepiſcopis antiquiſsima. Nam Author vetus rituum Eccleſiaſticorū ſanctæ Romanæ Eccleſiæ lib. 1. tit. 10. cap. 5. id colligit ex Maximo Epiſcopo, & Euſebio Cæſarienſi. Rupertus lib. 1. de Diuinis officijs cap. 27. ſcribit, Maternum à S. Petro miſſum Treuerenſi Eccleſiæ hæreditatem Pallij ſuis ſucceſſoribus reliquiſſe. S. Gregorius pluribus locis, vt alibi oſtendimus, vſus Pallij meminit: & quotquot de Diuinis officijs ſcripſerunt, eiuſdem vſus meminerunt.

Mornæi obiectio contra Childeberti petitionem à S. Gregorio

Producit Mornæus aliud argumentum, veriſimile non videri, Childebertum ab Epiſcopo Romano poſtulaſſe, vt Virgiliū Eccleſijs ſui Regni præficeret, Arelatenſem vtique Epiſcopū, Gunthramni Regis ſubditum, cui cum illi frequentes rixæ. Scilicet Hiſtoriæ ignarus hæc ſcribit Mornæus: nam ſi quæ initio rixæ interceſſerunt Regi Gūthramno cum nepote Childeberto; ei tamen poſtea reconciliatus eſt, vt teſtatur Aimoynus lib. 3. de geſtis Francorum cap. 68. eiquè legitur haſtam, quam manu gerebat, tradidiſſe inquiens: *Hac, amantiſſime Nepos, indicio noueris, te mihi ſucceſſurum in Regno. Idcircò, tradita tibi à me poteſtate cunctas Regni mei Ciuitates, tanquam tuas, diſpone, reminiſcens, te ſolum ex noſtra ſupereße ſtirpe.* Deinde hortatus eſt Frāciæ Primates, vt nepotem ſuum ſummo dignū honore cenſerent, fidei cultum ei exhiberent, non contemnerent vt puerum, ſed reuererentur vt Dominum. Et ex hac vita diſcedens Childeberto Nepoti ſuo Regnum reliquit. Itaque veriſimile eſt, nonniſi mortuo Gunthramno, cum Childebertus illius Regno iam potiteretur, eum à S. Gregorio Pallium poſtulaſſe Virgilio Arelatenſi Epiſcopo; cum alioqui nec ſit neceſſaria ea conſequentia, Virgilius Epiſcopus Arelatenſis Gunthramni Regis erat ſubditus; igitur Childebertus ab Epiſcopo Romano non poſtulauit, vt Virgilium Eccleſijs ſuis præficeret; etenim iam, viuente Gunthramno, deſignatus erat ſucceſſor illius Regni; vt Arelatenſis Epiſcopatus intra limites illius Regni iam contineretur. Poſtremò, huic legi Reges non aſtringuntur, vt ſui Regni Epiſcopis dumtaxat, & nō alijs Pallium, aut alios fauores, & dignitates, à Romano Pontifice poſtulent; vt omni ex parte corruat argumentum Mornæi.

Adde (inquit) *Gregorium diſertè Auguſtino Legato ſuo prohibere, ne in Eccleſias Galliæ vllam iuriſdictionem exerceat.* Pa. 109.

Cur S. Gregorius noluerit Auguſtinum Legatum ſuum iuriſdictionem vllā in Eccleſias Galliæ exercere

POterat igitur ei concedere, vt exerceret: ſed quia vices ſuas commiſerat iam Arelatenſi Epiſcopo, ideò noluit, Auguſtinum, qui eius Legatum in Anglia agebat, vllam in Gallia iuriſdictionem exercere. Id conſtat ex reſpōſione ad interrogationem nonam Beati Auguſtini lib. 12. indict. 7. Epiſt. 71. Ex quo loco conſtat, S. Gregorium exercuiſſe iuriſdictionem in Eccleſias Galliarum; cùm Pallium ſe tranſmiſiſſe ſcribat Arelatenſi Epiſcopo, cui & vices ſuas commiſerat, & quod idem etiam per B. Auguſtinum exercebat ſuam iuriſdictionem

in

S. Gregorius exercet iuriſdictionem ſuam in Anglia.

in Anglia, vt ibidem conſtat. *Britannorum verò omnium Epiſcoporum curam tua fraternitati committimus, vt indocti doceantur, infirmi perſuaſione roborentur, peruerſi authoritate corrigantur.* Eodem lib. indict. 7. Epiſt. 15. ad ipſum Auguſtinum *Per loca ſingula duodecim Epiſcopos ordinet, quatenus Londonenſis Epiſcopus Ciuitatis honoris Pallium ab hac Sancta, & Apoſtolica ſede, cui, auctore Deo, deſeruio, percipiat. Eboracenſis quoque Epiſcopus duodecim Epiſcopos ordinet, & Metropolitani honore perfruatur. Sed tua fraternitas omnes Britanniæ Sacerdotes habeat ſubiectos.*

S. Gregorius lib. 7. indict. 2. Epiſt. 114. Pallij vſum concedit Siagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi, & conſtituit, vt Eccleſia Ciuitatis Auguſtodunæ poſt Lugdunenſem Eccleſiam eſſe debeat, & hunc ſibi locum, & ordinem ex eius authoritatis indulgentia vendicare. Vbi Mornæus.

Pa. 109.

Plura (inquit) *eiuſmodi commenta in his Epiſtolis occurrunt.*

S. Gregorij ſcripta quàm ſacieda.

HOc iudicium eſt veſani hæretici de Epiſtolis S. Gregorij, doctrina, & Sanctitate refertis, ſuper cuius caput teſtatus eſt Petrus Diaconus familiariſsimus eius, Spiritum Sanctum in ſimilitudine Columbæ tractantis frequētiſsimè perſpexiſſe, quod in ipſa Petri morte miraculo comprobatum eſt. De quo Iſidorus Hiſpalenſis lib. de Scriptor. Eccleſiaſt. De S. Gregorio. *Gregorius Papa Romanæ ſedis Apoſtolicæ Præſul, compunctione timoris Dei plenus, & humilitate ſummus, tantumq; per gratiam Sancti Spiritus ſcientiæ lumine præditus, vt non modò illi præſentium temporum quiſquam Doctorum, ſed nè in præteritis quidem illi par fuerit vnquam* ibidem. *Felix tamē nimium felix, qui omnium ſtudiorum eius potuit cognoſcere dicta.* Honorius Auguſtodunenſis. De eodem lib. de Illuſtribus Eccleſiaſt. Scriptoribus. *Gregorius Romanæ Vrbis Epiſcopus organum Sancti Spiritus incomparabilis omnibus ſuis prædeceſſoribus multa præ ſole præclara, ac præ obrizo auro pretioſa ſcripſit.* Et Trithemius De eodem, lib. de Script. Eccleſiaſt. *Gregorius Papa primus ex Monacho Ordinis S. Benedicti &c. vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſæcularibus litteris vtique doctiſſimus, Theologorum Princeps, ſplendor Philoſophorum, & Rhetorum lumen, vita, & conuerſatione integer, atque Sanctiſſimus, cui diuinas ſcripturas explananti Spiritus Sanctus aliquoties viſibili ſpecie apparuit, eique arcana Myſteriorum eorūdem inuiſibili magiſterio reſerauit.* Hæc ſunt Scriptorum non ignobilium de tanto Pontifice iudicia, quem etiam Eccleſia vniuerſa tanti ſemper fecit, vt impudentiam Aduerſarij quò progrediatur, ſatis mirari nequeam.

De priuilegio à S. Gregorio conceſſo Monaſterio S. Medardi.

Quoad priuilegium Monaſterio Sancti Medardi à S. Gregorio conceſſum, extat lib. 2. indict. 11. nouę edit. poſt Epiſt. 38. commentitium illùd velit oſtendere Mornæus,

Pa. 109.

Quòd in eo ſubſignet Rex *Theodoricus in Vrbe Sueſſionum, quam nunquàm ingreſſus adhuc infans, loquelæ adeo impos.*

ADuertēdū quidē monet Baronius ad annū 593. art. 85. ſubſcriptionē Epiſcoporū, & Regis Francorū Theodorici haud congruere his temporibus; ſiquidem complures Epiſcopi, qui ſubſcripti reperiūtur, poſt aliquot ab hinc annis creati noſcuntur, velut inter alios Auguſtinus Epiſcopus Cantuarienſis, & Mellitus Lōdonienſis, quos conſtat neque hoc tempore profectos eſſe in Angliam, quo etiam neque Theodoricus regnabat in Gallijs, ſed Childebertus, ac Gunthramnus. Itaque in eam ſententiam inducitur Baronius, vt ea ſubſcriptio poſtea adiecta fuerit. Huius priuilegij non dubitem aliqua extare monumenta, cuius & aliqui Scriptores hiſtoriæ Francorum meminerūt; vt etſi ſubſcriptio illa adiecta ſit poſtea, quæ illi tempori non conueniat, minime tamē commentitium iudicandum ſit. Et non dubium, alios errores irrepſiſſe in Epiſtolas Gregorij: vt cum lib. 1. indict. 13. Epiſt. 44. dicitur illa Synodus habita Imperij Mauricij anno tertiodecimo, indict. 13. quinto die menſis Iulij, corrigendum eſt quod habet de Mauricij Imperij anno decimotertio; nam hoc anno indict. decimatertia non decimuſtertius Mauricij currebat, ſed decimus, vt ex eiuſdem Gregorij ſcriptis apparet lib. 2. in principio, vbi numerat annum ſeptimum ipſius Imperatoris decimà indictione. Id obſeruauit Baronius & Sigonius lib. 1. de Regno Italiæ anno 604. adnotauit, aliquas Epiſtolas D. Gregorij errore eorum, qui eas digeſſerūt, ex vna indictione translatas in aliam; vt non mirum ſit, ſi idem error irrepſerit in priuilegium illud Monaſterio Sancti Medardi conceſſum; nam conſtat, Theodoricum, etſi non illa indictione, Pontificatu tamen Sancti Gregorij in Gallia regnaſſe; & ad eum extant illius Epiſtolæ.

In Epiſtolas S. Gregorij nonnulli errores irrepſerunt.

Ex præcedentibus conſtat, refugiſſe quidē Gregorium *vniuerſalis* titulum, quò deorſum inclinaret, qui illud indigniſsimè vſurparat; cum tamen reipſa iure Pontificis vniuerſalis vtatur, & vbique locorum iuriſdictionem ſuam exerceat; vt territorium ſuum eſſet, quocunquè Eccleſia Catholica diffundebatur, idq; quo ſenſu, iam antea dictum eſt. Baronius Tom. 8. ad annum Chriſti 595. art. 27. de pio conatu Sancti Gregorij loquens in reprimenda ſuperbia Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani ſibi vniuerſalis Epiſcopi titulum arrogantis, *Hoc ipſo anno* (inquit) *vehementer conatus eſt, ſi ad meliorem frugem reducere poſſet hominem faſtu tumidū, illum imitantem Apoſtatam Angelum, qui ſe extulit contra Deum. Qui, eum vt vinceret, imitatus eſt Dei filium, qui cum Sathana, non in ſua maieſtate, ſed in noſtra congreſſus eſt humilitate: ſicquè S. Gregorius pugnans contra Ioannem non egit ipſa ſumma, qua pollebat Apoſtolica authoritate, ſed Chriſtiana humilitate, ſe deprimens, vt iacentem erigeret, ac deorſum humilians, vt lapſum in profundum ſurſum ſubleuaret, qui*

S. Gregorius, vt Ioannis ſuperbiam reprimeret, imitatus eſt Chriſtum.

ſe

ſe extollendo ceciderat. Hæc ſuggillat Mornæus grauiſsimo, vt putat, argumento;

Pag. 109 *Et Chriſtus Dominus* (inquit) *vt Sathanam vinceret, ſe nè Sathanam fecit? Et quid aliud hic Gregorius ſi ſe vniuerſalem credit, qui, quemcunque hunc titulum ſibi vendicantem, nemine excepto, præcurſorem Antichriſti, immò Antichriſtum, immò Sathanam ipſum pronunciat?*

Eiuſmodi imitatio cõtra Mornæi nugas fuſius explicatur.

Certè vt cum Sathana congrederetur, eumquè vinceret Chriſtus, non Sathanam ſe fecit, ſed cum eſſet Deus maieſtatis, & Dominus gloriæ Philipp. 2. in ſimilitudinem hominum factus eſt, & habitu inuentus vt homo, & humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, vt ſua humilitate, cum tamen id poſſet maieſtate, ſuperbiam Diaboli deprimeret, eumquè tyrannico principatu, quem in homines exercebat, exueret: Ita Gregorio congrediendum erat cum Ioanne illo Conſtantinopolitano, qui ſuperbiam Sathanæ imitabatur: erat Gregorius Pontifex Maximus Vicarius Chriſti Dei, & hominis in terris, qui contra eum poſſet agere auctoritate, iure Epiſcopali, dignitate, & officio exuere; vt tamen illius ſuperbiam coerceret, voluit eum in humilitate aggredi, ſicquè *vniuerſalis* titulum refugit, *& ſe ſeruum ſeruorum Dei* inſcripſit, illud Chriſti documentum ſecutus, *Qui maior eſt inter vos, ſit ſicut miniſter veſter*. An verò ſi Sathan diuinos honores ambiuit, & ſimilitudinem Dei appetijt, in has voces præ nimia ſuperbia prorumpẽs: *Deus ego ſum, & ſimilis ero Altiſſimo,* Ezech. 28. & Iſaiæ 14. ideo Chriſtus Sathanam ſe fecit, ſi ſe Deum dixit, & adorari ſe permiſit? Nõ certè *rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo* Philipp. 2. Ita ſi Ioannes ille Conſtantinopolitanus Epiſcopus præ nimio faſtu hunc titulum vſurpauit, & in hoc ſuperbiam Diaboli imitabatur, & Antichriſtum referebat: qui voluit haberi Chriſtus; an ideò profanum erit nomen, aut præ ſe feret ſuperbiam, ſi Romanus Pontifex, cui iure conuenit ex inſtitutione Chriſti, ſibi illud vendicet? Sathan ſibi arrogabat honorem, qui Chriſto Domino debebatur: Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus titulum, qui vnius erat Romani Pontificis: conferendus Ioannes ille Conſtantinopolitanus Epiſcopus cum Core Principe ſchiſmaticorum, qui ſibi Sacerdotium illicitè vendicabat: Pontifex Romanus cum Aarone, vocato à Deo, & inſtituto Summo Sacerdote; nec enim illicita vſurpatione, ſed diuina inſtitutione *vniuerſalis* eſt Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, quacunque diffunditur, cum alij vocati ſint in partem ſolicitudinis.

Citat Mornæus verba S. Gregorij in priuilegio Monaſterio Sancti Medardi conceſſo comminatoria, *ſiqui Regum, &c.* ex quibus argumentum ſuæ auctoritatis in Henricum Imperatorem corroborat Gregor. VII. lib. 8. Epiſt. 21. ad Metenſem Epiſcopum: Et quidem Regum, & Principum ſæcularium iura in adminiſtratione ditionum ſuarum, quis non velit ſalua, & integra manere? Qui tamen cum Chriſtiani Catholici ſint, vocem Chriſti Domini libenter audiunt, & Paſtori, illius vices in terris gerẽti obtemperant, ſtatuta illius obſeruant, ac ſacros Canones reuerentur. Quouſque verò ſe extendat poteſtas Pontificis in Reges, quam & ſuos limites habere non dubium, non eſt meum definire, qui vtramque reuereor, alteram quidem ſpiritualem pro ſalute animarum, alteram temporalem pro adminiſtratione rerum temporalium inſtitutam, & ordinatam: id tamen aſſero non tanquam ſententiam, quæ controuerti poſſit, ſed tanquam propoſitionem fide Catholica tenẽdam, Principes, ac ſubditos, liberos, ac ſeruos, ſi ſalui eſſe velint, debere Romani Pontificis auctoritatem, & iuriſdictionem agnoſcere, ac reuereri, adeoquè hæreticos, & ſchiſmaticos omnes extra gremium Sanctæ Romanæ, Catholicæ Apoſtolicæ Eccleſiæ degentes, vt à corpore Chriſti auulſos in æternum perituros.

Pag 110

Pelagius II. prædeceſſor S. Gregorij Epiſt. 1. de titulo Patriarchæ vniuerſalis. *Nullus* (inquit) *Patriarcharum hoc tam profano vocabulo vnquam vtatur, quia ſi ſummus Patriarcha vniuerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cęteris derogatur. Sed abſit hoc, abſit à fidelis cuiuſquam mente hoc ſibi vel velle quempiam arripere, vnde honorem fratrum ſuorum imminuere ex quãtulacunque parte videatur.* Baronius; *De Orientalibus Patriarchis* (inquit) *Pelagius intellexit, quos Gregorius ipſe quatuor enumerat, &c.* Contra hoc Mornæus:

Summi Patriarchæ (inquit) *dignitatem, dicat nobis Baronius, num alicui ex Patriarchis Orientis concedit?* Pag. 110

Rom. Pont. eſt ſummus Patriarcha.

Reſpondetur quidem, Summum Patriarchã eſſe ipſum Pontificem Romanum, quem & Caſsiodorus lib. 9. Variar. Epiſt. 15. appellat *Patriarcharum Epiſcopum*, vt non modò præcedat ordine omnes, quomodo Alexandrinus præcedit Antiochenum, verùm & in eos intelligatur habere iuriſdictionem: neque Summi Patriarchæ dignitatem Pelagius cuiquam ex Orientalibus tribuit; ſed loquitur ad ſenſum ipſius Ioannis Conſtantinopolitani, qui ſibi Summi Patriarchæ nomẽ arrogabat, ideoquè vniuerſalem ſe inſcribebat, ac cæteros ſibi ſubiectos volebat. Deinde, quo ſenſu, & qua ratione Pelagius 2. & S. Gregorius hunc titulum refugerint, cum tamen reipſa haberent, & exercerẽt Primatum in omnes Eccleſias, iam non ſemel dictum eſt. Quomodo Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſubditum ſe cognouerit Romano Pontifici, cum ab eo adeò ſeuerè redargutus eſt in cauſſa Ioannis Presbyteri Eccleſiæ Chalcedonenſis, eiquè paruerit, antea dictum eſt: & in eum quidem auctoritate vſum eſſe Gregorium, liquido conſtat ex lib. 5 indic. 14 Epiſt. 15. ad ipſum Ioannem Epiſcopum Cõſtantinopolitanum; nam cum Ioãnes ipſe Presbyter

S. Greg. auctoritate vſus in Ioannẽ Conſtant. Epiſcopum.

Digitized by Google

ſbyter iniuſtè damnatus fuiſſet ab his, qui in cauſſa fidei iudices contra eum à Ioanne Epiſcopo Conſtantinopolitano deputati erant: *Nos* (inquit) *facto Concilio, ſicut geſtorum apud nos habitorum tenor oſtendit, cuncta, quæ erant neceſſaria, ſubtiliter perſcrutantes, atque tractantes, quoniam in nullo antedictum Presbyterum reum inuenire potuimus, præcipuè quia libellus, quem delegatis à vobis iudicibus obtulit, rectæ fidei per omnia ſinceritati concordat; eapropter eorundem iudicium reprobantes ſententiam, noſtra eum definitione Catholicum; & ab omni hæretico crimine liberum eſſe, Chriſti Dei Redemptoris noſtri miſericordia, & gratia reuelante, denunciamus*. Annon ſuperioris eſt ſententiam priùs latam, cauſſa cognita, abrogare, & reum prius condemnatum abſoluere? idque certè, nõnisi prouocante, & ſuperioris ipſius auxilium implorante reo, fieri ſolet. Neque rogat, ſed magis præcipit Conſtantinopolitano Epiſcopo S. Gregorius, vt Ioannem illum benignè recipiat: *Quem quoniam ad veſtram retranſmiſſimus Sanctitatem, oportet, vt eum, ſicut ſe cunctis exhibet, benignè ſuſcipiat, & charitatem illi Sacerdotalem impendat, atque à cuncta eum inquietudine tueatur, nec quenquam ſe in eius moleſtia occupare permittat; ſed ſicut alios ab oppreſſione defenditis, ita huic veſtra ſubtrahere ſolatia non debetis*. Quæ verba non tàm rogantis, quàm monentis illum ſui officij, & præcipientis ſunt.

Adrianus Epiſcopus Thebanus ad S. Gregoriũ appellat: Quid Gregorius.

Quod attinet ad Adrianum Thebanæ Ciuitatis in Bœotia Epiſcopum: damnatus ille à Coepiſcopis ſuæ Prouinciæ confugit Romam Apoſtolicam ſedem appellans. Ita quidem, vt ad aſylum, ex toto Orbe Chriſtiano confugiebant, qui iniuſtè perſecutionem aliquam paterentur, quibus Romanæ Eccleſiæ Pontifex ius diceret. Sic igitur præcognitis ijs, quæ contra eundem Adrianum allata eſſent, eum S. Gregorius vt innocentem abſoluit: Archiepiſcopum primæ Iuſtinianæ, qui eum damnauerat, ad certum tempus communione priuauit. At Mornæus.

Pa. 111.

Gregorius (inquit) *emendatè loquitur; Poſt longas tribulationes ſuas, quas Adrianus Thebanæ Ciuitatis Epiſcopus à Conſacerdotibus ſuis, velut ab hoſtibus, pertulit, in Romanam Ciuitatem confugit. Item, ad Romanam Vrbem veniens lachrymabiliter eſt conqueſtus.*

Lib. 2. indict. 11. Epiſtola. 6. & 7.

Pa. 110.

Non appellationem (inquit) *ſed antiquum illud refugium ſapit, apud primarias ſedes olim inuicem vſurpatũ.*

Refellitur Mornæi euaſio.

ITa iſte putat, ſe euadere nugando; cùm tamen conſtet ex S. Gregorio ibidem, Adrianum ad eum appellaſſe. Nam Epiſt. 6. ad Ioãnem Epiſcopum primæ Iuſtinianæ; *Fraternitas tua* (inquit) *neſcio quo mentis motu, diuino, humanoquè iure contempto, abruptam protulit in eius damnatione ſententiam: quæ licet non eſſet appellatione ſuſpenſa; contra leges tamen, Canoneſque prolata, ipſo nõ poterat iure ſubſiſtere. Poſtquam autem ex abundanti appellationem conſtat tibi eſſe porrectam, mirati ſumus, cur nec homines tuos ſecundùm cautionem Honorato Diacono noſtro per reſponſales tuæ Eccleſiæ expoſitam, qui tui iudicij rationem potuiſſent reddere, tranſmiſiſti.* Ibidem: *Caſſatis priùs, atque ad nihilum redactis prædictæ ſententiæ tuæ decretis, ex Beati Petri Principis Apoſtolorum authoritate decernimus, triginta dierum ſpatio te ſacra communione priuatum ab omnipotenti Deo noſtro tanti exceſſus veniam cum ſumma pœnitentia, ac lachrymis exorare*. Hæc ſuppreſſit Mornæus, quibus liquidò teſtatur S. Gregorius, Adrianum Epiſcopum ad ſe appellaſſe. Legi poteſt & Epiſtola ſequens ad Ioannẽ Epiſcopũ Lariſſæũ de iniuſta cõdemnatione eiuſdem Adriani. Atque huiuſmodi frequentes ad S. Gregorium appellationes commemorat ex eius Epiſtolis Baronius Tom. 8. ad annum Chriſti 592.

S. Gregorius Ioannis primæ Iuſtinianæ Epiſcopi ſententiam in Adrianũ latam irritat, eique pœnitentiã iniũgit

Palliũ Orientalibus etiã dedit S. Gregorius.

De Pallio etiam Orientalibus à S. Gregorio dari ſolito conſtat ex lib. 4. Epiſt. 55. indict. 13. ad Ioannem Epiſcopum Corinthiorum, vbi Pallium, quod poſtulauerat, ad eum dirigit: Et lib. 7. indict. 2. Epiſt. 83. ad Maximum Epiſcopum Salonitanum; vbi iubet, vt perſonam ad eum tranſmittat, quæ pallium illi deferendum ex more percipiat. De vſu, & antiquitate Pallij iam alibi dictum. Baronius Tom. 8. ad annum Chriſti 590. *Non ſimulac Pontifex Romanus electus eſt Gregorius, in Petri Cathedra ſedit, neque ſedere licuit; etenim quod ſub Arianis Gothorum Regibus præſumptum, vt electus Pontifex, nonniſi perſoluta pecunia confirmatus à Principe, ſedere deberet, vindicata poſtea Vrbe, cum vniuerſa Italia à Gothorũ tyrannide, non minore ille tyrannide idem ius confirmandi Romanum Pontificem, & pro confirmatione pecuniam exigendi ſibi retinuit*. Deplorat iſta idem S. Gregorius, dum illud Pſalmi pœnitentialis elucidat. *Qui laudabant me, aduerſus me iurabant*. Subijcit deinde verba S. Gregorij, quæ, & nos alibi citauimus. Inde Mornæus.

Pa. 111.

Exquiſitiſſimus ergo (inquit) *illi hypocrita Gregorius, qui longè ſecus, & de Mauritio loquatur, & erga eum ſe gerat; vt ipſius famæ melius conſulat, qui Baronio fidem deneget.*

S. Gregorius nõ exquiſitiſſimus hypocrita, ſicut calũniatur Mornæus.

NOn certè hypocriſis erat, ſcribendo ad Mauritium Imperatorem, qui Chriſtianus, Orthodoxus erat, eius dignitatis rationem habere, eumquè congruis honoribus proſequi, interim, & perperàm ab eo facta repræhendere. Quòd ſi plerique Scriptores Mauritium commendant: & fidem illius Catholicam plurimum commendat S. Gregorius lib. 7. Epiſt. 48. in dict. 2. Et lib. 9. Epiſt. 40. indict. 4. quæ infra producit Mornæus. *Pro vita piiſſimi, & Chriſtianiſſimi Imperatoris Domini noſtri, & tranquilliſſima eius coniuge, & eius manſuetiſſima ſobole ſemper*

Mauritius Imp. à S. Gregorio laudatus.

oran-

Digitized by Google

orandum eſt, quorum temporibus ora hæreticorum cōticeſcunt: quia etſi eorum corda in inſaniam peruerſi ſenſus ebulliunt; Orthodoxi tamen Imperatoris tempore praua, quæ ſentiunt, eloqui non præſumunt. Hæc laude digna de Mauritio Imperatore Gregorius, quibus hæc ſubiungit Baronius ad annum Chriſti 599. art. 12. *Equidem inter fœliciſſimos Imperatores collocandus erat Mauritius, ſi, quemadmodum fuit Catholicæ fidei tenaciſſimus, fuiſſet pariter & in reliquis æquè ſincerus: ſed dum minimè rectæ fidei æquè bona opera coniunxit, & contemptui habuit ſanctiſſimos Sacerdotes Dei, vindictam meruit experiri.* Laudat & ibidem illius in pauperes largitatem, vt etiam Romam vſquè ſe effunderet eius miſericordia, vt conſtat ex eodem S. Gregorio lib. 8. Epiſt. 2. indict. 3. Verùm eum meritò reprehendit, quod Summum Catholicæ Eccleſiæ Sacerdotem, niſi electioni factæ ipſe conſenſiſſet, pecunia perſoluta, non ſineret ſuo munere perfungi: & hoc grauiſsimè repræhendit, atq; hanc vocat hæreſim ſimoniacam; quòdquè in tantum ſuę temeritatem væſaniæ extēdiſſet, vt caput omnium Eccleſiarum Romanam Eccleſiam ſibi vendicaret, & in Dominam gentium terrenæ ius poteſtatis exerceret.

Idem ab eodē reprahenſus.

De lege Mauritij Imp. ne milites in Monaſterijs ſuſciperentur, quid S. Gregorius.

Quantum ad legem illam, quam ſanciuerat Mauritius, ne milites, in Monaſterio ſuſciperentur: eam grauiſsimè tulit S. Gregorius, & de ea conqueritur lib. 2. indict. 11. Epiſt. 62. ad eundem Mauritium, & rogat, vt aut eam temperet, aut immutando vigorem eiuſdem legis inflectat: *Quia tunc magis Dominorum exercitus cōtra hoſtes creſcit, quantò Dei exercitus ad orationem creuerit.* Quod verò ſubiungit: *Ego quidem iuſſioni ſubiectus eandem legem per diuerſas terrarū partes tranſmitti feci: & quia lex ipſa omnipotenti Deo minimè concordat, eccè per ſuggeſtionis meæ paginam ſereniſſimis Dominis nuntiaui; vtrobiquè ergò, quæ debui, exolui, qui & Imperatori obedientiam præbui, & pro Deo, quod ſenſi, minimè tacui.* Hic triumphat Mornæus.

Pa. 122.

Exitus (inquit) *hic fuit, vt lex Mauritij obtinuerit, Gregorius repulſam paſſus eam promulgaret: ſcripta in eam rem ad Metropolitanos, & præcipuarum ſedium Epiſcopos Epiſtola, in qua Mauritium pijſſimum eum, & clementiſſimum ſæpiùs cognominat.*

SEd Baronius ad annum 593. art. 21. & ſeq. reſpondet, non fuiſſe præuaricationem in S. Gregorio, quòd, cum non probaret Edictum Mauritij, vt aduerſarium Eccleſiaſticæ libertati; tamen ex eiuſdem iuſſione dicat, ſe miſiſſe per diuerſas terrarum partes, eò quòd ipſe non fuerit edicti illius iniquiſsimi, contra Eccleſiaſtica iura ſanciti promulgator, ſed potiùs corrector, emendator, & cenſor, maximūque in his ediderit ſpecimen ſacerdotalis vigoris, Pontificiæ authoritatis, & ſuper Imperiū poteſtatis, dum accedens cenſor, & arbiter conſtitutionis Imperatoriæ, & admonens ad ſacram (quam vocabant) tabulam ſtylum, Edicti illius quædam expunxit, quædam addidit, iungens, ac minuens pro arbitrio, vt ad rectam Catholicæ Eccleſiæ normam, & diſciplinam aptaret, nihilquè penitus in eo, quod Eccleſiaſticæ officeret libertati, & ſacris Canonibus, contradiceret, prætermittens intactum, poſteris egregium relinquens exemplum, quicquid leges ſanciendo delirant Imperatores, ac Reges, à Romanæ Eccleſiæ Pontificibus eſſe protinùs emendandum, & corrigendum. Vera hæc eſſe, quicquid cauilletur, & inficietur Mornæus, conſtat ex Epiſtola, quam iſte nos perlegere iubet, quæ eſt 11. ad aliquos præcipuarum ſedium Epiſcopos lib. 7. indict. 1. *Legem, quam pijſſimus Imperator dedit, ne fortaſſe hi, qui militiæ, uel rationibus ſunt publicis obligati, dum cauſarum ſuarum periculum fugiunt, ad Eccleſiaſticum habitum ueniāt, uel in Monaſterijs conuertantur, ueſtræ ſtudui fraternitati tranſmittere, hoc maximè exhortans, quod hi, qui ſeculi actionibus implicati ſunt, in Clero Eccleſiæ præproperè ſuſcipiendi non ſunt: quia dum in Eccleſiaſtico habitu non diſſimiliter, quàm uixerant, uiuunt, nequaquàm ſtudent ſeculum fugere, ſed mutare. Quod ſi etiam tales quoq; Monaſterium petunt, ſuſcipiendi nullo modo ſunt, niſi priùs rationibus publicis abſoluti fuerint. Si qui uerò ex militaribus numeris in Monaſterijs conuerti feſtinant, non ſunt temerè ſuſcipiendi, niſi eorum uita fuerit ſubtiliter inquiſita: & iuxtà normam regularem debent in ſuo habitu per triennium probari, & tunc monachicum habitum, Deo authore, ſuſcipere. Qui ſi ita ſunt probati, atquè ſuſcepti, & pro anima ſua pœnitentiam de perpetratis culpis agere ſtudent, pro eorum uita, & lucro cœleſti non eſt eorum conuerſio renuenda.* Quæ verba recitantur apud Gratianum diſt. 53. vbi certè legem emendat Imperatoris, quam abſolutè ſanciuerat, ne quis publicis adminiſtrationibus implicatus ad Eccleſiaſtica officia veniret, aut ne militibus in Monaſterio conuerti liceret, vt conſtat ex Epiſt. 62. lib. 2. indict. 11. quod maxime repræhendit. Itaque eam promulgando emendat, vt iuſta ſit, & quomodo ſeruari debeat, velùti interpretatur. Vltimò ſubiungit: *Quæ de re etiam Sereniſſimus, & Chriſtianiſſimus Imperator, mihi credite, omni modo placatur, & libenter eorum conuerſionem ſuſcipit, quos in rationibus publicis implicatos non eſſe cognoſcit.* Quia ſi aliud vellet Imperator ſua conſtitutione, non ſatis illa iuſta foret: neque legem Imperatoris iuſtificat S. Gregorius, quam aliàs repræhendit; ſed, vt iuſta ſit, & iuſtè ſeruari poſſit, eam (vt ex Epiſt. citata conſtat) corrigit, & emendat. Neque aliter lex Mauritij obtinuit, quàm quo ſenſu eam interpretatus eſt, & emendauit S. Gregorius. Sanè Scriptores Orthodoxi Edictum illud Imperatoris *impium* appellant; vt non mirum ſit, ſi Pōtificis emendatione opus haberet.

Edictum Mauritij Imp. emendatum à S. Gregorio.

Quomodo dicatur S. Gregorius obediuiſſe Mauritio Imperatori in promulganda hac lege, & quo ſenſu eum *Dominum ſuum* aliquando vocet, legi poteſt Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice cap. 28.

Quod verò ſcribit S. Gregorius, Deum conceſsiſſe

Digitized by Google

Quo ſenſu S. Gregorius dicat, Deû Imperatori cõceſſiſſe, vt ſacerdotibus dominetur.

ceſsiſſe Imperatori non ſolum militibus, ſed etiam ſacerdotibus dominari: Atqui idem Gregorius grauiter expoſtulat in pſalm. 5. pœnit. quòd Eccleſiam, quam ſui ſanguinis pretio Saluator noſter voluit eſſe liberam, hanc iſte, poteſtatis regiæ iura tranſcendens, facere conaretur ancillam. Ne igitur contrarius ſibi eſſe videatur (docet Baronius) neceſſe eſt, vt aliud diuinæ tribuere voluerit voluntati, permiſsioni verò aliud, vt ſic dixiſſe voluerit, ſubiectos à Deo Sacerdotes Imperatori, quemadmodum Chriſtus Redemptor noſter fatetur ſe diuina permiſsione ſubditum poteſtati Pilati, & ſicut ibidem dixit ijs, qui ipſum neci tradere ſatagebant: *Hęc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum*. Et lib. 4. indict. 13. Epiſt. 31. ad ipſum Mauritium. Etſi ex terrena poteſtate dominetur Imperator; vult tamē, eum debitam reuerentiam Sacerdotibus impendere propter eum, cuius ſerui ſunt: ad quod eum hortatur, & exemplo Conſtantini Imperatoris, qui Sacerdotes Dei plurimùm veneratus eſt, immò, & exemplo Paganorum in Republica Principum, qui verum Deum neſciētes, Deos ligneos, & lapideos colebant, & tamen eorum Sacerdotibus honorem maximum tribuebant.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum vigeſimumſecundum.

Quo ſuo merito Mauritius cum familia ſua cædem perpeſſus.

QVod attinet ad cædem Mauritij cum vxore, & liberis à Phoca perpetratā, equidem ille, quòd iniquas leges aliquando tuliſſet, & Gregorij ſanctiſsimi Pontificis ſaluberrima monita ſpreuiſſet, in ſe irā Dei concitauit qui, & ob extremā auaritiam maluit aliquando ſinere, à Barbaris captiuos Romanos milites trucidari, quàm eos redimere, nummo in ſingulos, vel etiam medio nummo perſoluto: Vnde in eum concitata militum odia: ſed cum eum tanti facinoris pœniteret, eſſetquè Imperator valde Catholicus, Deum obnixè precatus eſt, prout referunt Zonaras, Cedrenus, & alij, vt potiùs hic, quàm in futuro ſæculo pœnas exolueret: neq; dubium, tàm indignam ſui, ſuorumq; cædem ſuis peccatis meruiſſe Mauritium; nemo tamē eſt, qui vel militū in eū cōſpirationē, vel Phocæ crudelitatē probet. Nā vt ſcribebat Syneſi⁹ Epiſt. 57.

Mauritius à Deo precatus, vt potius hic, quã in futuro ſæculo ſcelerũ ſui pœnas exolueret.

αἱ κακοποιοὶ δυνάμεις ἐν κόσμῳ συντελοῦσι μὲν τῇ χρείᾳ τῆς προνοίας, κολάζουσι γὰρ τοὺς ἀξίους κολάζεσθαι, εἰσὶ δὲ ὅμως θεομισεῖς, τὲ καὶ ἀποτρόπαιοι.

Quæ in mundo ſunt maleficæ virtutes, etiamſi ex vſu diuinæ prouidentiæ ſint, cum in eos animaduertant, qui ſunt animaduerſione digni; ſunt illæ tamen & inuiſæ Deo, & execrabiles.

Ad Phocã creatũ Imperatorem ſcribit S. Gregorius benè ſperãs de illius Imperio.

Creato Imperatore Phoca, ad eum ſcribit S. Gregorius, item ad Leontiam eius coniugē lib. 11 Epiſt. 38. 46. & 45. indict. 6. Nam, cum Catholicus eſſet, benè de illius Imperio ſperabat S. Gregorius, maximè cùm Mauritius parum ſe illi æquum præſtitiſſet. Vnde immeritò Gregorium Mornæus calumniatur,

Pa. 113.

Quòd ad turpiſſimam adulationem nihil reliqui faciat; Nam certè in litteris Gregorij, nulla vox adulationis. Quem Senatus, & populus in Vrbe Regia Imperatorem creauerat, quemq; Patriarcha, exacta priùs ab eo confeſsione fidei Catholicæ, corona Imperiali exornarat, quidni de eius Imperio benè ſperaret Gregorius? De Caio Caligula flagitioſo Imperatore ſcribit Philo Iudæus, lib. de Legat. ad Caiũ, quod, eo poſt Tiberiū adepto Imperium, omnia plena erāt publica lætitia, gaudēte Romano populo cū vniuerſa Italia, Prouincijsquè omnibus, tū Europeis tùm Aſianis: *Nam ſi vnquàm ante ſub Imperatore aliquo, tunc maximè ſibi videbantur non iam ſperare, ſed certò tenere vſumfructum commodorum publicorum, priuatorumquè, & fælicitatem plenariam, fortunante cuncta numine. Erat igitur videre nihil aliud per ſingulas Vrbes, quàm altaria, victimas, ſacrificia, candidatos, coronatos, bilares, blandoſquè vultus omnium, feſta, celebritates, &c.* Et Poſt: *Gaudebant* (inquit) *ignari veritatis. Cecutit enim humana mens, nec intelligit, quid ſit verè vtile, ſequendo magis coniecturas, quam ſcientiam. Itaque non multò poſt ille ſperatus ſeruator beneficentiſſimus, qui videbatur nouis fælicitatum fontibus inundaturus Europam, et Aſiam, profuturus priuatim, ac publicè, erupit in ſæuitiam, vel potius aperuit, quam diſſimularat hactenùs.* Si primordia Imperij Caligulæ vniuerſum Romanum Orbem exhilararant, qui deinde in flagitioſiſsimum euaſit Principem; quid mirū, ſi S. Gregorius de Imperio Phocæ optimam ſpē initio conceperat, ſi eius electioni litteris ad eum, & Leontiam coniugem datis congratuletur, ſi fauſtis vocibus illi, & coniugi Auguſtæ Romæ ab omni Clero, & Senatu acclamatum: *Exaudi Chriſte: Phocæ Auguſto, & Leontiæ Auguſtę vita;* Si Romam allatę eorum imagines à Pōtifice iuſſæ reponi in Oratorio S. Cæſarij intra Palatium? cum interim ille peſtis fuerit humani generis, vt Cedrenus ſcribit, *vinoſus, mulieroſus, ſanguinarius, rigidus, in dicendo ferox, à miſeratione alienus, moribus ferus:* Addit &, *hæreticus: uxor eius Leontia ijſdem fuit moribus imbuta.* Illius Imperio omnis generis mala in humanum genus quaſi exundarunt.

Caius Caligula flagitioſiſſimi

poſtea Principis, ſnon⁹ rit quantã lætitia in excitarit.

Sic S. Gregorius, & alij optimã de Phocæ Imperio ſperarunt.

Perditi mores Phocæ Imp.

Nec tamẽ adulatur.

Mornæus, producta ex parte Epiſtola S. Gregorij ad Leontiam Auguſtam Phocæ coniugē,

Tandem (inquit) *in id deſinit, vt Eccleſiam Romanam in ſuam tutelam ſuſcipiant; & illud Petro dictum meminerint: Tu es Petrus &c. Petrum* Pa. 113.

viciſ-

viciſſim Imperium ſuum protecturum fideiubens ; nempe eo haud dubiè inſtituto, nec diuinare nobis opus, vt infauſto hoc parricidio ad authoritatem ſuam amplificandam abutatur.

Quid S. Greg. ad Leontiam Imperatricem.

EQuidem illi de dignitate, quam fuerat aſſequuta, gratulatur, hortatur eam ad zelum fidei Catholicę exemplo Pulcheriæ Auguſtæ, quæ pro zelo fidei Catholicæ in Sancta Synodo *noua Helena* vocata fuerat, & vt ſpecialiter Eccleſiam Sancti Petri honoret. *Rogare forſitan debui* (inquit Epiſt. 46.) *Eccleſiam Beati Petri Apoſtoli, quæ nuncuſque grauibus inſidijs laborauit, haberet veſtra tranquillitas ſpecialiter commendatam. Sed quia ſcio, quia omnipotentem Deum diligitis, non debeo petere, quod ſponte ex benignitate veſtræ pietatis exhibetis; quantò enim plùs timetis Conditorem omnium, tantò ampliùs poteſtis eius Eccleſiam amare, cui dictum eſt: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portę inferi non præualebunt aduerſus eam; & cui dicitur: Tibi dabo claues Regni Cælorum:* A quibus Chriſti verbis ad Petrum non minùs abhorret Mornæus, quàm Diabolus à ſigno ſalutiferæ crucis, & à prolatione nominis *Ieſu, qui uenturus eſt iudicare &c.* Quod verò ſcribit Mornæus, S. Gregorium fideiubere, Petrum Imperium ſuum protecturū: Hæc ſunt in fine Epiſtolæ illius verba: *Ipſe ſit veſtri cuſtos Imperij, ſit vobis protector in terra, ſit pro vobis interceſſor in Cælo, vt per hoc quod, releuatis duris ponderibus, in veſtro Imperio ſubiectos gaudere facitis, poſt multa annorum tempora in celeſti Regno gaudeatis.* Quibus verbis non fideiubet, ſed pro eorum Imperio vota ad eum concipit. An verò ſcribere ad Phocam, & Leontiam Auguſtam, commendare illis zelum fidei Catholicæ, & honorem Eccleſiæ Beati Petri, iſtud eſt infauſto parricidio ad authoritatem ſuam amplificandam abuti? An author fuit S. Gregorius conſpirationis in Mauritium, aut crudeliſſimæ illius cædis à Phoca perpetratæ, aut iſti ſcelerato Imperium deferri procurauit? Nihil minus. Sed poſtquàm ab omnibus ordinibus illi delatum intellexit, optimam ſpem de illius Imperio concipiens, illi, & coniugi congratulatus eſt, &, quod ſuarum partium erat, iiſdem zelum fidei Orthodoxæ, & honorē Eccleſiæ S. Petri, cuius dignitatis deceſſor eius Mauritius minimam rationem habuerat, commendauit.

S. Gregorius non fideiubet. S. Petrū protecturum Phocæ Imperium; sed vt protegat, precatur.

Calumnia Mornæi in S. Gregoriū

Bonifacius Tertius (inquit iſte) *anno ſexcenteſimo quinto occaſionē nactus, quòd Phocas erat Cyriaco Patriarchæ, qui ſuis immanitatibus minùs fauiſſet, infenſus, obtinet, vt Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum caput ſit, & Romanus Pontifex Summus, & vniuerſalis earum Epiſcopus dicatur, & ſtatutum hoc imperiale in Synodo 62. Epiſcoporum ſanciri iubet &c. Author* (inquit) *Platina in eius vita, & plures alij.* Pa. 113.

Mornæus Platina teſtimonio abuſus.

VBi verba ipſius Platinæ, quem citat, expēdere licet. *Bonifacius* (inquit) *tertius patria Romanus à Phoca Imperatore obtinuit, vt ſedes Beati Petri Apoſtoli, quæ caput eſt omnium Eccleſiarum, ita & diceretur, & haberetur ab omnibus; quem quidem locum Eccleſia Conſtantinopolitana ſibi vendicare conabatur, fauentibus interdum malis Principibus, affirmantibusquè, eo loci primam ſedem eſſe debere, vbi Imperij caput eſſet.* Ergo ex Platina, quem citat, non obtinuit Bonifacius Papa à Phoca, vt Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum eſſet caput, quæ erat ex Chriſti inſtitutione, quia ſedes Beati Petri; ſed vt talis haberetur, & diceretur, ſicquè reprimeretur contumacia Patriarchæ Conſtantinopolitani. Sed iam attingamus Oppoſitionem huic Progreſſui ſubiunctam.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem vigeſimamſecundam.

Pa. 113.

Fingamus (inquit) *iam redire ad viuos Gregorium, quid dicturum putamus, ſi ſucceſſorem ſuum eo iam titulo & decoratum & ſuperbientem vidiſſet, quem in ſuis Epiſtolis tàm apertè damnaſſet.*

Titulus Vniuerſalis Epiſcopi à nullo Rom. Pont. vſurpatus, quo ſenſu Gregorius eum reiecerat.

REſpondetur, eo ſenſu, quo illum titulum damnarat Gregorius, vt reliquos Patriarchas excluderet, ſibiquè vni illum vendicaret, neque vſurpatum à Bonifacio, neque ab aliquo ſucceſſorum. Deinde, damnarat illum titulum Gregorius, prout ab Epiſcopo Conſtantinopolitano vſurpabatur, in quem nullo modo conueniebat; non, prout ſucceſſori Petri ex inſtitutione Chriſti tribuebatur, qui primatum habet in omnes Eccleſias. At Syllogiſmum format Mornæus, ex verbis ipſius S. Gregorij, toties inculcatis.

Quicunque vniuerſalis Epiſcopus appellari vult, Antichriſti præcurſor eſt; Bonifacius Tertius & vult & poſcit, & obtinet, & ipſe ſancit. Quid Pa. 113.

ſupereſt, niſi ut, ſi minùs Antichriſtus, ſaltem præcurſor Antichriſti & reuera ſit, & à nobis habeatur? Qua ſtropha, (inquit) *eludere, qua logica elidere potuißet?*

Hæreticorũ argumẽtorũ leuitas.

ACHilleum planè iudicio Mornæi argumentum. Rectè olim D. Hieronymus Epiſtola ad Cyprianum: *Super perſona hæreticorum* (inquit) *ſcriptum eſt in Eſaia: telam araneæ texunt, quæ parua, & leuia poteſt capere animalia, à fortioribus autem rumpitur.* Et Gregorius Nazianzen. Orat. 26. ieiunam, ac minutam iſtam ſapientiam contemnendã monet, & quidem magis, quàm aranearum telas, quæ muſcas quidem retinẽt, à veſpis autem perrumpuntur, ne dicam à digitis, aut alio quopiam grauiori corpore. Telis certè aranearum fragiliores ſyllogiſmos iſte texit, quibus eludere ſe putat ſcripturas ipſas, Patrum, ac Conciliorum eodem conſpirantem de primàtu Romani Pontificis authoritatem. Ad ſingulas partes argumenti. *Quicunque vniuerſalis Epiſcopus appellari vult, Antichriſti præcurſor eſt.* Verum eſt, eo ſenſu, quo Epiſcopus Conſtantinopolitanus contra inſtitutionem Chriſti Domini, authoritate propria ſibi ſuperbum hunc titulum arrogabat, & volebat appellari *vniuerſalis Epiſcopus*, cũ non eſſet, & ſibi Patriarchas reliquos ſubijci cupiebat. *Sed Bonifacius tertius & vult, & poſcit, & obtinet, et ipſe ſancit.* Negatur aſſumptio; neque enim quod iure illi Diuino, tanquam Petri ſucceſſori competebat, vt eſſet, vel diceretur *vniuerſalis Epiſcopus*, hoc à Phoca poſtulauit Bonifacius; ſed, quod antea à Mauritio Imperatore Gregorius non obtinuerat, vt Conſtantinopolitanum Epiſcopũ, titulũ ſibi indebitũ vſurpantem compeſceret, hoc à Phoca Bonifacius obtinuit; nec aliud per ſuã ſanctionẽ Phocas fecit, quàm, vt pro poteſtate coerceret eũ, qui Eccleſiã Romanã de poſſeſsione ſibi diuinitùs tradita deijcere moliebantur. Alioqui nec Bonifaciũ, nec reliquos poſt Gregoriũ Pontifices ſe *vniuerſales*, vel *Oecumenicos Epiſcopos*, ſed *ſeruos ſeruorũ Dei* appellaſſe, & inſcripſiſſe, legimus. Falsũ igitur, quod ſcribit Mornæus, Bonifaciũ tertium & voluiſſe, & popoſciſſe, & obtinuiſſe, vt Epiſcop⁹ vniuerſalis appellaretur. Quid igitur ſupereſt, niſi vt non ſit præcurſor Antichriſti? Ita enim emẽdatè loquitur Mornæus, *vt ſi minùs Antichriſtus, ſaltẽ præcurſor Antichriſti et reuerà ſit, et à nobis habeatur.* In quo nõ ſibi ſatis ipſi cõſtãt, qui ferè volũt, Papã eſſe Antichriſtũ, hominem illũ peccati, ex quo Bonifacius tertius (aiũt) ſe vocauit *vniuerſalẽ Epiſcopũ*; quomodo ergò Bonifacius tertius & Antichriſtus, & præcurſor Antichriſti? Aut ſi Bonifacius tertius præcurſor Antichriſti, Papa verò Antichriſtus; quãdo tandem, aut cuius Pòntificatu cępit Romanus Epiſcopus eſſe Antichriſtus, vt priùs quidẽ eſſet Epiſcopus Romanus præcurſor Antichriſti, poſtea verò Antichriſtus? Præterea ſibi aperte cõtradicit Mornæus, qui ſuũ *Myſteriũ iniquitatis*, quod operari cępit Antichriſtus in ſuis præcurſoribus, auſpicatur ab anno 195. cum Romani Põtifices ſibi in alias Eccleſias primatũ tùm primùm, vt putat, vẽdicarũt, & tamen nõ vult, S. Gregoriũ fuiſſe Antichriſtũ, vel præcurſorem Antichriſti, quia titulum *vniuerſalis* refugit, ſed Bonifaciũ tertiũ, qui illũ à Phoca obtinuit. Itaque ex iſtius ſentẽtia, ab anno 195. Põtifex Romanus pcurſor eſt Antichriſti, & ab anno 605. itẽ cœpit eſſe præcurſor Antichriſti; quomodo hæc ſibi conſtant? Denique ab anno 195. Pontifex Romanus præcurſor eſt Antichriſti, & Myſterium iniquitatis in eo operatur Antichriſtus, quia ſibi Primatum in alias Eccleſias tum vendicare cœpit: quomodo ergò non Gregorius ante Bonifacium Antichriſtus, aut ſaltem præcurſor Antichriſti, qui ſibi, vt oſtendimus, eundem primatum vendicauit?

Mornæi Syllogiſmus eliditur.

Quid Bonifacius à Phoca poſtularit.

Aduerſariorum hac in re inconſtantia.

Mornæi cõtradictio.

Bellarminus lib. 2. de Rom. Pont. ca. 17. producta ſentẽtia Caluini lib. 4. c. 7. §. 17. quę eſt, primatũ Pontifici in Gręcos donatũ fuiſſe à Phoca Imperatore; in Gallos autem, & Germanos, primùm à Pipino, deinde à Carolo, Regibus Francorũ; poſtea ad illud de Phoca reſpõdet, *Phocã edidiſſe quidẽ ſanctionẽ, qua declarauit. Romanã Eccleſiã eſſe caput omniũ Eccleſiarũ, vt Beda lib. de ſex ætatibus in Phoca, et Ado in Chronico, ac Paulus Diaconus lib. 18. de rebus Romanis, teſtãtur; ſed nõ propterea à Phoca introductũ eße hunc primatũ. Nam Phocas id ſanxit declarãdo, et aſſerendo, non inſtituendo aliquid noui.* At Mornæus nubẽ teſtiũ nobis in contrariũ opponit, qui ſcribant, Phocam, rogante Papa Bonifacio tertio, ſtatuiſſe, ſedẽ Romanę & Apoſtolicæ Eccleſiæ caput eſſe omnium Eccleſiarũ, quia Eccleſia Cõſtãtinopolitana primã ſe omniũ Eccleſiarũ ſcribebat. Ex quibus verbis colligitur, eos nihil aliud velle, quàm ſuperbiã Epiſcoporũ Cõſtantinopolis cauſſã fuiſſe, cur ita ſtatuerit Phocas. Quia enim illi ſe *Patriarchas vniuerſales, et primos omniũ Epiſcoporum* ſcribebãt contra ius, & fas, & excõmunicationes, quas in eos tulerant Pelagius, & Gregorius Põtifices, cõtumaciã eorũ reprimere nõ potuerãt; voluit Imperator ipſe, quẽ Græci magis timebant, ſe interponere. Itaque declarauit, Romanã Eccleſiã caput eſſe omniũ Eccleſiarum, proindequè Cõſtantinopolitanũ Epiſcopũ nõ eſſe vniuerſalẽ, ſed particularẽ, & Apoſtolicæ, ſedi ſubiectũ. De mẽte Authorũ, quos producit Mornæus, ſatis cõſtat; ſiquidẽ illi omnes catholici fuerũt, & ſanctæ Romanę Eccleſiæ addicti. Sigonius lib. 2. de Regno Italiæ anno 605. cuius verba hic citat: *Legatis* (inquit) *ad Phocã Imperatorẽ miſſis, obtinuit, vt cõtrouerſiæ de Principatu Cõſtãtinopolitanæ Eccleſiæ, quam Mauritius fouerat, modus imponeretur; Decretũquè factũ, vt Romana Eccleſia prima omnium Eccleſiarũ eſſet, perinde atquè veteribus in Cõcilijs ſancitũ eſſet.* Nihil igitur noui Phocas decreuit, ſed, quod antea ſacris Cõcilijs decretũ fuerat. Atqui ſacra Concilia ideò ſtatuerũt primatũ Romani Põtificis in oẽs Eccleſias, quia ita à Chriſto inſtitutũ erat verbis iſtis ad Petrũ *Paſce oues meas*: ſuper quem antea dixerat, ſe ædificaturum Eccleſiam ſuam &c. Gloſſat verò Mornæus ſuperiora verba Sigonij.

Phocas ſanctione ſua declarauit Primatum ſedis Rom. nõ inſtituit

Quam ob cauſſam Phocas id ſtatuerit.

Si primã ſedem intelligit, vltrò agnoſcimus, ſi præſidentiam, vt loquuntur, et Pa. 114

ſupremam authoritatem, quæſtionis eſt, & contrarium oſtendimus.

VErùm de hoc iã alibi: & certũ, Concilia ſacra non modò decreuiſſe, vt Romanus Põtifex ordine pręcederet reliquos Epiſcopos, eo modo, quo Alexandrinus Antiochenũ, ac reliquos inferiores Metropolitanos, Archiepiſcopos, & Epiſcopos præcedit; ſed etiam ſupremã illius authoritatẽ, & iuriſdictionẽ, adeoquè Primatũ in omnes Eccleſias agnouiſſe. Protulerat Bellarminus loco citato Epiſtolã 63. S. Gregorij lib. 7. indict. 2. ad Ioannẽ Epiſcopũ Siracuſanũ, ĩ qua ſic habet: *De ſede Cõſtãtinopolitana, quis dubitet eã ſedi Apoſtolicæ eſſe ſubiectã? Quod et pijſſimus Dominus Imperator, et frater noſter Euſebius eiuſdẽ Ciuitatis Epũs, aſſiduè profitẽtur. Scripta autẽ Epiſtola eſt* (inquit Bellarminus) *ante Phocæ Imperiũ annis, circiter quinque, ut ex indictionis numero apertè colligitur.*

An Epiſtola Gregorij ad Ioannẽ Epiſcopum Siracuſanũ ſit ſuppoſititia.

At vero ſuppoſititiã eſſe hanc Epiſtolã Mornæus cõtendit, neque illius eſſe tẽporis; cũ nullus ea ætate extiterit Euſebius Cõſtãtinopolitanus Epiſcopus: & toto hoc interuallo Onuphrius nõ alios, quàm Ioannẽ Ieiunatorẽ, Cyriacũ, & Thomã Sacellariũ recẽſeat. Reſpõdetur, quinquennio ante Phocę Imperiũ, cũ hanc Epiſtolã ſcriptã eſſe cõtendit Bellarminus, Cyriacũ fuiſſe Epiſcopũ Conſtantinopolitanum. Quid igitur, ſi error irrepſit in M. S. Gregorij? Quid ſi idẽ Euſebius, qui & Cyriacus? Quid ſi nõ propriũ nomẽ, ſed appellatiuũ, & Græcum magis, quàm latinũ Euſebius, quod *piũ* ſignificat? vt nõ ideò ſuppoſititia hæc Epiſtola iudicãda ſit. Neq; verò hãc Epiſtolã citauit Bellarminus, vt inde firmiſsimũ argumentũ pro primatu Romanæ Eccleſiæ duceret; nã etſi Epiſcopus Cõſtãtinopolitanus nõ eſſet profeſſus ſe ſubiectũ Romanæ Eccleſiæ, aut id Gregorius ea Epiſtola teſtatus nõ eſſet; an ideò Põtifex Romanus, vt ſucceſſor Petri, ex inſtitutione Chriſti nõ obtineret primatum in omnes Eccleſias? vt certè parũ efficax ſit hæc ratio Mornæi. An nõ verò ipſe Gregorius, vt antea demõſtratũ eſt, authoritatẽ ſuã exercuit in omnes Eccleſias? vt paſſim ex illius Epiſtolis cõſtat, quas certè omnes ſuppoſititias eſſe, nõ erit adeò impudẽs, vt dicat. Produxerat etiã Bellarminus teſtimonium Iuſtiniani Senioris, qui ante Phocã ſeptuaginta annis fuit, in Epiſtola ad Ioannem. 2. vbi affirmat, Romanã Eccleſiã eſſe caput omniũ Eccleſiarũ, & Valentiniani, qui Phocã 140. annis pręceſsit, in Epiſtola ad Theodoſiũ aſſerentis, Romanũ Pontificem principatũ Sacerdotij ſuper omnes ſemper habuiſſe. Reſpondet Mornæus, Iuſtinianũ Romã appellaſſe omniũ Eccleſiarũ caput, ſed eodẽ ſenſu, quo Cod. de ſacroſ. Eccleſ. l. 24. dicitur Cõſtantinopolitana Eccleſia omniũ aliarũ eſſe caput, vt neutrũ ſtrictè ſumptũ verũ eſſe poſsit. Verùm lõgè alia eſt ratio; nã Iuſtinianus ob dignitatẽ Regiæ Vrbis volebat Conſtãtinopolitanã Eccleſiã in Oriente principẽ locũ obtinere, & reliquarũ Orientaliũ velut caput haberi, vt & alij Patriarchæ Cõſtãtinopolitano ſubeſſent, atque ideò vocat eã *omniũ Eccleſiarũ*, ſcilicet Oriẽtis *caput*: at Romanę Eccleſiæ, vt alibi oſtẽdimus, fatetur, abſolutè omnes Eccleſias eſſe ſubiectas: Romanũ Põtificem profitetur ſe honorare, vt patrẽ, & *Omnes* (inquit) *Sacerdotes vniuerſi Oriẽtalis tract⁹ et ſubijcere, et vnirę ſedi veſtrę Sãctitatis properauimus.* Ibidẽ. *Non patimur quicquã, quod ad Eccleſiarũ ſtatũ pertinet, quãuis manifeſtũ, et indubitatũ ſit, quod mouetur, vt non etia ueſtrę innoteſcat Sanctitati, quia caput eſt omniũ ſanctarũ Eccleſiarũ.* Poſt: *Omnes ſacerdotes ſanctę Catholicę, atque Apoſtolicę Eccleſię, et Reuerendiſſimi Archimãdritę ſanctorũ Monaſteriorũ, ſequẽtes Sanctitatẽ ueſtrã, et cuſtodiẽtes ſtatũ, et unitatẽ ſanctarũ Dei Eccleſiarũ, qua habẽt ab Apoſtolica ueſtrę Sãctitatis ſede, &c.* ita ſub finẽ. *Quę ad nos eſt unitas ſanctarũ Eccleſiarũ &c.* Qua, quæſo, ratione habent ſanctæ Dei Eccleſiæ *unitatem* ab Apoſtolica ſede, hoc eſt Romana Eccleſia? niſi quia illa caput eſt reliquarũ; ſiquidẽ vnitas membrorũ non modò pendet ex connexione eorũ inter ſe, ſed & cũ capite. Equidẽ videmus, omnes Eccleſias, quæ ab iſto capite ſe diuiſerũt, tanquã ramos pręciſos à radice ſtatim aruiſſe; nam, vt rectè Cyprianus lib. de vnit. Eccleſiæ; *Auelle radium ſolis à corpore, diuiſionẽ lucis vnitas nõ capit: ab arbore frãge ramũ, fractus germinare nõ poterit: à fonte pręcide riuũ, pręciſus areſcet.* Denique ſcribit, Patriarchã Cõſtantinopolitanũ ſequi in omnibus ſedẽ Apoſtolicã. Ex quibus conſta, velle Iuſtinianũ Imperatorẽ etiã Oriẽtales Eccleſias ſubiectas eſſe Romanæ Eccleſiæ, quã *caput* appellat *omniũ ſanctarũ Dei Eccleſiarũ.* Non ſic vnquàm Cõſtantinopolitana ſibi primatũ in Occidẽtales arrogauit, neque certè id voluit Iuſtinianus, cùm Cõſtantinopolitanã Eccleſiã omniũ aliarũ *caput* appellat, quę ſcilicet illi ſubijciebãtur, quemadmodũ & quælibet Metropolis ſibi ſubiectarũ caput eſt. Deniquè nõ poterat Imperator ſua authoritate cõſtituere Cõſtãtinopolitanã Eccleſiã aliarum Dei Eccleſiarũ caput; cùm iura ſpiritualia in laicã poteſtatẽ nõ cadant; ſed quod caput ſit Romana Eccleſia omniũ sãctarũ Dei Eccleſiarũ, hoc certè habet ex inſtitutione diuina, quia ſedes Petri Principis Apoſtolorum, hoc vſus ipſe ab initio naſcentis Eccleſiæ, hoc regulæ ſanctorum Patrum ſatis docent.

Vnitas Eccleſia ab Apoſtolica ſede Rom.

Caluinus contra titulum *uniuerſalis* Epiſcopi obiecerat verba Gregorij, qui non ſemel ſcribit, nomen illud eſſe profanum, ſacrilegũ, Antichriſti prænuncium. Reſpondet Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice cap. 31. ſi nomine illo intelligatur is, qui dicitur vniuerſalis, eſſe ſolus Epiſcopus, vt reliqui ſint velut illius Vicarij, hoc modo eſſe verè profanum, ſacrilegum, & Antichriſtianum, quo ſenſu loquitur S. Gregorius, & hunc eſſe illius ſenſum, ex eius locis iam alibi citatis conſtat. Infert Mornæus.

Quo ſenſu nomẽ vniuerſalis profanum &c.

Hac ratione, & ipſi Synodo Tridentinæ anathema dixerit Gregorius, quæ omnes Epiſcopos Papæ, (vt ita loquar) Commiſſarios facit.

EQuidem vbique gentiũ poterat Epiſcopus Romanus quibus vellet Epiſcopis ſuas vices delegare, cum illius authoritas nullis eſſet coarctata limitibus; nõ ita Cõſtantinopolitanus

Digitized by Google

nus in quo propterea nomẽ *vniuerſalis* profanũ erat,& ſacrilegum. Vbi verò definiuit Tridentina Synodus, omnes Epiſcopos eſſe commiſſarios Papæ? Equidem in aliquibus cauſsis ſtatuit, vt Epiſcopi procedant tanquam Apoſtolicæ ſedis delegati: quos tamen in Apoſtolorũ locum ſucceſsiſſe, ad hierarchicum ordinem præcipuè pertinere,& poſitos eſſe (ſicut Apoſtolus ait) à Spiritu ſancto regere Eccleſiã Dei &c. docet; vt inſtitutos eos à Chriſto, & authoritatem in Eccleſia ordinariam habere, licet à ſummo Pontifice dependentem, intelligamus; at nuſquàm Concilium eos *Commiſſarios Papæ* appellat. Profectò, vt ibidem docet Bellarminus,& vt aliàs iam docuimus, altero modo dici poteſt Epiſcopus *vniuerſalis*, qui habet curã totius Eccleſiæ, ſed generalem, ita vt non excludat particulares Epiſcopos, quomodo vni Romano Pontifici conuenit ille titulus. Quod ſi ille totius Eccleſiæ curam gerit, alijs verò aſsignatæ propriæ Diœceſes; non ideo illi Vicarij, aut Commiſſarij inſtar Proregum, ac Miniſtrorum, qui à Rege ad Prouincias adminiſtrandas mittuntur,

Tridẽtina Synodus Epiſcopos non facit Commiſſarios Papæ.

Ante Phocam certum eſt, hunc titulum tributum Romano Pontifici, vt à Concilio Chalcedonenſi, prout teſtatur ipſe Gregorius, cuius loca alibi citauimus. Non itaque à Phocæ ſtatuto, aut inſtituto.

Pa. 114. *Nugarum* (inquit Mornæus) *nunquam finis*.

QVia certè non aliud, quàm nugari hæreticus iſte nouit. Mendaciorum, calumniarum, impoſturarum nunquàm finis; quia egregius iſte artifex eſt mentiendi, calumniandi,& imponendi ſacroſanctis Synodis,& ſanctis Patribus. Et hic mentitur ſplendidè dum omnes Patriarchas eo nomine inſignitos fuiſſe ſcribit: quando vnus Conſtantinopolitanus ſibi illud arrogauit contra regulas Patrum,& Canones Sacrorum Conciliorum, neque apud quenquam Authorem legitur Phocas titulum *vniuerſalis* Papæ tribuiſſe, ſed declaraſſe, ſedẽ Romanæ,& Apoſtolicæ Eccleſiæ caput eſſe omnium Eccleſiarum, quia Conſtantinopolitana Eccleſia primam ſe omnium Eccleſiarum ſcribebat.

Mornæus mentitur.

Sibi contra dicit.

In ſequentibus ſibi apertè contradicit Mornæus: hoc enim primum ſcribit.

In Nicæna ſecunda (Sinodo) *Tharaſius Patriarcha generalis ab Adriano ipſo Romano Epiſcopo vocitatur: nec non Alexandriæ, & Antiochiæ Epiſcopi.* Subiungit poſtea: *In vim propriè Decreti à Phoca impetrati, Epiſcopus Romanus vniuerſalis titulum ſuum fert, qui antea communis.*

Pa. 115.

QVomodo hæc ſimul conſiſtere poſſunt, vt ex Phocæ Decreto Epiſcopus Romanus eum titulum ſuum fecerit, & interim in Nicæna Synodo ſecunda, quæ ducentis circiter annis poſt id Phocæ decretum celebrata eſt, Adrianus primus Epiſcopus Romanus Tharaſium Conſtantinopolitanum Epiſcopum generalem, ſeu, quod idem eſt, vniuerſalem Patriarcham appellet? Si eum titulum ſuum fecit, de quo tanta contentio antea cum Conſtantinopolitano Patriarcha; nunquam igitur hunc illi titulum tribuit; aut certè ſi aliquando tribuit, non eum ſuum fecit, quem voluit, vt antea, eſſe communem. Et quidem in ea Synodo Act. 2. ita legimus inſcriptam Epiſtolam Adriani, quæ extat Tom. 3. Conciliorum parte prima: *Dilecto fratri Tharaſio generali Patriarchæ Adrianus ſeruus ſeruorum ſalutem*. Sed non dubium, vt in margine notatur, Græculum quempiam eũ titulum appoſuiſſe: & id manifeſtè probatur; nam ibidem ex Anaſtaſio Bibliothecario, viro ſummæ fidei, & diligentiæ, qui totam hanc ſeptimam Synodum latinè interpretatus eſt (cuius verſio hodie ſeruatur in Vaticana Bibliotheca) deſcribuntur ea, quæ omiſſa erant à Græcis in Epiſtola Adriani Pontificis ad Conſtantinum Imperatorem, vbi conqueritur de titulo *vniuerſalis*, ab ipſo Imperatore tributo Patriarchæ: *Vnde mirati ſumus* (inquit) *quod in veſtris Imperialibus iuſſis, pro Patriarcha Regiæ Vrbis, ſcilicet Tharaſio, directis, vniuerſalem ibi reperimus exaratum, ſed vtrum per imperitiam, aut ſchiſma, vel hæreſim iniquorum ſcriptum eſt, ignoramus. Sed deinceps ſuademus veſtræ Clementiſſimæ, Imperialique potentiæ, vt minimè in ſuarum exarationum ſerie vniuerſalis deſcribatur; quia contra ſanctorum Canonum inſtituta ſeu ſanctorum Patrum traditionem decreta eſſe videtur. In ſecundo enim ordine ſi non per ſancta noſtra Catholica, & Apoſtolica Eccleſiæ authoritatem (ſicut in omnibus patet) nunquam valuit nomen habere. Quod nimirum ſi vniuerſalis ſuper prælatam ſibi Romanam Eccleſiam, quæ eſt caput omnium Eccleſiarum, deſcribatur: tanquam ſanctarum Synodorum rebellem, atque hæreticum manifeſtare ſe certum eſt. Quod ſi vniuerſalis eſt, etiam Eccleſiæ noſtræ ſedis primatum habere dignoſcitur: quod ridiculum omnibus fidelibus Chriſtianis apparet, quia in toto Orbe terrarum ab ipſo Redemptore mundi Beato Petro Apoſtolo principatus, ac poteſtas data eſt, & per eundem Apoſtolum, cuius, vel immeriti, vices gerimus, ſancta Catholica, & Apoſtolica Eccleſia Romana vſque hactenus, & in æuum tenet principatum, & poteſtatis authoritatem, quatenus (quod non credimus) ſi quiſpiam eum vniuerſalem nuncupauerit, vel aſſenſum præbuerit, ſciat ſe Orthodoxa fidei alienum eſſe, & noſtræ ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ rebellem.* Non igitur vero ſimile eſt, Adrianum Papam vocaſſe vnquam Tharaſium Epiſcopum Conſtantinopolitanum Patriarcham generalẽ, vt neque Alexandriæ, aut Antiochiæ Epiſcopos.

Titulus Epiſtolæ Adriani Pont. ad Tharaſium deprauatus.

Adrianus Pont. apud Conſtãtinum Imp. conqueritur, quod Patriarchæ Conſtantinop. titulũ vniuerſalis tribuerit.

Et hinc perpetuum (inquit Mornæus) *inter Occidentem, & Orientem ſchiſma, quod vulnus incurabile hactenus.* Pa. 115.

C*Ertè hoc obſeruatione dignum* (inquit Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice cap. 31. *quanta fuerit, & ſit etiam hoc tempore Græcorum pertinacia, & ſuperbia, & quàm ſeuerè à Deo punita fuerit. Nam cum ſedem Epiſcopi Conſtantinopolitani*

De pertinacia, & ſuperbia Græcorũ, eiuſque pœna.

Ee 2 qua

Digitized by Google

quæ ante annos amplius 300. inter ſedes primarias nullum locum habuerat, non ſolum ad Patriarchatum euehere, & ſedi Alexandrinæ, atque Antiochenæ præferre, ſed etiam Romanæ æquare, & vniuerſalem facere voluerint; nec potuerint ad ſanitatem reduci cenſuris Pelagij 2. & aliorum Pontificum, (ſæpius enim pro hac cauſſa excommunicati fuerunt, vt ſcribit Leo Papa IX. in Epiſtola ad Michaelem) nec etiam humilitate B. Gregorij, qui, vt ſcribit Ioannes Diaconus in eius vita lib. 2. cap. 1. hac de cauſſa ſe non Archiepiſcopum, nec Patriarcham, ſed Epiſcopum, ac ſeruum ſeruorum Dei ſcribere cœpit: nec edicto Phocę Imperatoris, tandem, iudicante Deo de Cœlo, traditi ſunt Græci cum ſuo vniuerſali Patriarcha in manus Turcarum, quod eis euenturum prædixerat Sancta Brigitta lib. 7. cap. 9. Reuelationum, nec non Nicolaus Papa V. vt refert Gennadius Scholarius lib. pro Concil. florent. cap. 7. §. 12. Hæc Bellarminus. *Vulnus* (inquit Mornæus) *incurabile hactenus*. Sed Græcorum, qui, vt Core, Dathan, & Abiron contra Moyſem, & Aaronem ſummum Sacerdotem à Deo conſtitutum, ita contra Romanum Pontificem totius Ouilis Chriſti Paſtorem ſchiſma pernicioſiſsimũ conflarunt: nec aliud vulneri remediũ, quàm ſi ad vnitatẽ Eccleſiæ, vnde receſſerũt, reuertãtur, & vni capiti viſibili Eccleſiæ cum cæteris membris iterum connectantur. Mornæus.

Pa. 115. *Epocha hic nobis Eccleſiæ inſignis præ cæteris; In eo præſertim, ꝙ Gregorius aduẽtãtis Antichriſti ſignũ eſſe prædixerat.*

De Eccleſia Epocha quã inducit Mornæus.

QVàm inſignis Eccleſiæ Epocha illa, tàm inſignis eius author Mornæus; neque enim Eccleſiaſticorum Scriptorum aliquis, præter Nouatores iſtos, hanc nouam Epocham adinuenerat, neque à Decreto Phocę principiũ calculi annorum duxerat; neque enim tum aliquid noui in Eccleſia ordinatum, vt inde noua Epocha annorũ inſtituenda ſit, ſiquidem ante Phocam Iuſtinian⁹ *caput omnium Eccleſiarum* Romanam declarauerat, & longè ante, *principatum ſacerdotij* eſſe in Eccleſia Romana, Valẽtinianus 3. & *vniuerſalis Epiſcopi* titulum Chalcedonenſis Synodus Leoni Papæ detulerat. Vnde igitur inducẽda noua iſta, inſignis Eccleſiæ Epocha? An ab eo tempore, quo Bonifacius ſe *vniuerſalẽ* Epiſcopũ inſcripſit? Atqui nec ille, nec ſucceſſorum aliquis poſt Gregorium ſe hoc titulo inſcripſit, ſed *ſeruum ſeruorum Dei*; vt inde magis noua Epocha inſtituenda eſſet, quòd Gregorius Magnus magnam humilitatem cum supremà dignitate coniungens, ſe ſeruum ſeruorum Dei inſcripſit, qui deinceps fuit titulus omnibus eius ſucceſſoribus vſitatus.

Pa. 115. *Hoc temporis interſtitio* (inquit) *plures abuſus in Eccleſia propagati, orationes pro mortuis à Pelagio in ſacrum officium, inuocatio ſanctorum in Litanias publicas, à Gregorio inducta.*

RESpondetur, qui ſunt hæreticis abuſus, hæc eſſe nobis dogmata fidei Orthodoxæ. Sed de hoc iam alibi. Fallitur interim Aduerſari⁹; neque enim Pelagius 2. aut Gregorius fuere, qui ſanctos inuocare, aut Miſſas pro defunctis offerre docuerunt. Sanctiſsimus Pontifex Gregorius, authore Anaſtaſio, addidit Canoni Miſſæ: *dieſquè noſtros in tua pace diſponas*, decreuitq; vt ſuper corpus Beati Petri, & Beati Pauli Apoſtoli Miſſæ celebrarentur; &, vt ſcribit Onuphrius, principio ſui Pontificatus, Litanias ſeptiformes inſtituit ad placandã diuinã Maieſtatem: Miſſæ ſacrificium, additis orationibus, locupletauit: ſtationes inſtituit: Romanũ Breuiarium, quo nũc Eccleſia Romana vtitur, edidit: Romanum cantum fecit, Cãtorib⁹ cũ eorundem Primicerio in ordinem redactis. Hæc omnia, quis ſanæ mentis non iudicet ad cultum diuinum exornandum plurimũ facere? Sed inſan⁹ hæreticus interpretatur, à Gregorio *ſacra omnia refixa, refixa; in Eccleſia partim Ethnicos, partim Iudaicos ritus iam inductos*. Iſtinè ſunt ritus Ethnici, vel Iudaici? aut quos ritus Ethnicos, vel Iudaicos in Eccleſiam S. Gregorius, aut cęteri Pontifices induxerunt? cùm magis iſtecum ſuis omnia ſacra, vniuerſam Chriſtianam religionem eiurarint, & è medio ſuſtulerint.

Quæ S. Gregorius in Eccleſia inſtituit.

Phocæ parricidium, & cruenta cędes Mauritij cũ ſuis etſi referatur apud S. Gregoriũ lib. 11 indict. 6. Epiſt. 1. nunquam tamen ille tàm immane facinus probauit. Illi, & Leontiæ cõiugi congratulatus eſt, vbi ad Imperialem dignitatem euectos intellexit: imagines eorum in Oratorio Sancti Cæſarij Martyris repoſuit, optima ſpe de eius Imperio initio concepta. Ideonè laudaſſe, vel probaſſe viſus eſt cædem Mauritij, etſi ſibi parum æqui, & infenſi?

S. Gregorius Phocæ ſcelus in Mauritiũ non probauit.

Vt conſtat ex lib. 11. Epiſt. 45. indict. 6. Phocas apud Gregorium cõqueſtus erat quod permanere in Palatio iuxta antiquã conſuetudinem Apoſtolicæ ſedis Diaconũ non inueniſſet. Cui reſpondet, non hoc ſuę negligentiæ, ſed grauiſſimæ neceſsitatis fuiſſe. *Quia dũ Miniſtri omnes huius noſtræ Eccleſiæ* (inquit) *iam contrita, aſperaquè tẽpora cum formidine declinarent, atque refugerent, nulli eorum poterat imponi, vt ad Vrbem regiam in Palatio permanſurus accederet. Sed poſtquam veſtram Clemẽtiam, Omnipotentis Dei gratia diſponente, ad culmẽ Imperij perueniſſe cognouerunt, ipſi quoque, ſuadente lętitia, ad veſtra veſtigia venire feſtinant, qui priùs illuc accedere valde timuerant.* Vnde conſtat, omnes tùm primùm certam ſpem concepiſſe, meliùs affectum iri Phocam erga Romanam Eccleſiã quàm fuiſſet Mauritius. Vnde Apocriſarium ad eũ miſit Bonifacium, quem eum putat Baronius ad annũ 606. qui ſecũdus poſt Gregoriũ ſucceſsit Romanus Pontifex. Hic Mornæus.

Apoçriſarios verò, ſeu Reſponſales quis ignorat; qui ex quo translatũ Conſtantinopolim Imperiũ, inquit Hincmarus, *tam Romanæ ſedis, quam et aliarum præcipuarum ſedium in Palatio pro Eccleſiaſticis negotijs excubabant? Vt hinc vel in Principem, vel in alias ſedes, nihil ſibi Pontifices Romani arrogare poſſint.*

Sed

Digitized by Google

SEd minimè debuit ſupprimere Morneus verba Hincmari præcedētia, ex quibus intelligitur, vnde *Apocriſarij*, ſeu *Reſponſalis*, miniſterij exordiū ſumpſerit. *Quando* (inquit) *Conſtantinus Magnus Imperator Chriſtianus effectus propter amorem, & honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quorum doctrina, ac miniſterio ad Chriſti gratiam baptiſmatis ſacramenti peruenit, locum, & ſedem ſuam, Vrbem ſcilicet Romanam, Papæ Silueſtro edicto priuilegij tradidit, et ſedem ſuam in Ciuitate ſua, quæ antea Bizantium vocabatur, nominis ſui Ciuitatē ampliando ædificauit: & ſic Reſponſales tam Romanæ ſedis, quàm & aliarum præcipuarum ſedium in Palatio pro Eccleſiaſticis negotijs excubabant*. Petrus Gregorius lib. 49. ſyntag. cap. 5. num. 4. Apocriſarios ſedis Apoſtolicæ putat eos dici, *qui nomine Summi Pontificis intereſſent, & agerent, quiquè dici poſſent Legati Summi Pontificis*. Quod ſi ex eo loco Hincmari oſtendit Morneus, non modò Epiſcopum Romanum, verùm & alios præcipuarum ſediū Antiſtites, ſuos Apocriſarios, ſeu Reſponſales, apud Imperatorem habuiſſe: & nos ex eodem docemus, Conſtantinū Magnū, translata ſede Conſtantinopolim, Vrbem Romam Silueſtro Papæ edicto priuilegij tradidiſſe. Valde verò friuolum eſt Mornæi argumentum: quod, cùm & alij aliarum ſedium Antiſtites ſuos Apocriſarios, ſeu Reſponſales Conſtantinopoli apud Imperatorem haberent, nihil eſt, vnde in alias ſedes ſibi aliquid Romanus Pontifex arroget. Reſpondemus enim, nō inde nos probare præeminentiam Romani Pōtificis in alios, quòd Apocriſarium, ſeu Reſponſalem ſuum, Conſtantinopoli haberet: at neque inde ſequitur, alios Antiſtites, aut etiam Patriarchas fuiſſe Pontifici Romano æquales, quòd ſuos Reſponſales Conſtantinopoli haberent; cū procul dubio Romani Pontificis Apocriſarius longè præemineret cæteris. Vnde S. Gregorius, alijquè ante, & poſt ipſum Pontifices, & Canonum Interpretes 1. q. 1. c. *Conuenientibus*, *Et c. Significaſti de electione*, vſurpât pro Legato Papæ, qui vel apud Imperatores, vel in Cōcilijs loco Papæ reſponderet, & negotia Eccleſiaſtica tractaret: nonnunquàm verò latiùs ſumitur pro aliorum Epiſcoporum Legatis, quo ſignificatu accipitur Nouel. 6. *Quomodo oporteat Epiſcopum*. cap. 3. *Non autem aliter &c.*

Vnde Apocriſarij miniſterium cœpit.

Apocriſarij ſedis Apoſtolicæ qui.

Friuolum Mornæi argumentum.

Quæ acceptio nominis Apocriſarius.

S. Gregorius ad Phocā hæc ſcribebat lib. 11. indict. 6. Epiſt. 45. *Omnipotenti Domino laudes debemus, quòd, remoto iugo triſtitiæ, ad libertatis tempora ſub Imperiali benignitatis veſtræ pietate peruenimus*. Hic Mornæus.

Pa. 116. *Papinianus ille, miſer Ethnicus, quem nō hic pudorem Gregorio incutiat?*

VT Sanctiſsimo Patri, Eccleſiæ Dei magno ſplendori Ethnicum hominem præferre nihil eum pudeat, Vnde verò pudorem Gregorio Papinianus incutiat? An fortaſſe quia iuſſus à Baſsiano poſt necem illatā fratri Getæ in Senatu, & apud populum parricidium excuſare, ac tàm crudele facinus diluere noluit? An vero vnquam rogatus, vel iuſſus eſt Gregorius à Phoca, vt necem Mauritio, & ſuis crudeliſsimè illatā excuſaret? aut magis probauit Gregorius facinus illud indignum, quàm probauerat Papinianus parricidium à Baſsiano commiſſum? Pergit ibidem Gregorius: *Poſtquā, Dei gratia diſponente, veſtram Clementiam ad culmē Imperij perueniſſe cognouerunt &c.* Quid hic repræhendendum? Annō Phocæ à Deo donatum Imperium, qui facit regnare hypocritam propter peccata populi? Quemadmodum ſcribit D. Auguſtinus lib. 5. de ciuit. Dei cap. 21. *Qui Mario, ipſe Caio Cæſari: qui Auguſto, ipſe & Neroni: qui Veſpaſianis, vel patri, vel filio ſuauiſſimis Imperatoribus, ipſe & Domitiano crudeliſſimo Imperium dedit: Et, ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Conſtantino Chriſtiano, ipſe Apoſtatæ Iuliano dedit*. Igitur & poſtea Phocę crudeliſsimo Tyranno. An iudicia Dei occulta nouerat Gregorius, quæ & Angelos ipſos vtplurimùm latent, ſcilicet Deum ob ſcelera hominum tam ſæuæ Beſtię Imperium præparaſſe? ſiquidem referunt, ſanctum quendam Monachum, Phoca Imperante, Deum ad diſceptationem prouocantem, quæſiuiſſe, cur tam impiū Chriſtianis impoſuiſſet Imperatorē & audiuiſſe vocem, cùm neminem videret, ſibi dicentem, deteriorem illo alium inueniri potuiſſe nullum, ſed hoc meruiſſe Conſtantinopolitanorum flagitijs; hoc certe Gregorius ad Phocā ipſum ſcribebat lib. 11. indict. 6. Epiſt. 38. *In omnipotentis Dei incomprahenſibili diſpenſatione alternatim vitæ mortalis ſunt moderamina: & aliquando cum iniuſtorum multorum peccata ferienda ſunt, vnus erigitur, per cuius duritiam, tribulationis iuga ſubiectorū colla deprimantur*. Etſi verò cæde Mauritij ſibi viam ad Imperium præparaſſet; vbi tamē Catholicum eſſe, dignitatis Romanæ Eccleſiæ rationem habere, ab omnibus Ordinibus denunciatum eſſe Imperatorem, & à Patriarcha coronatum, intellexiſſet Gregorius; quidni meliora tempora ſperaret, & de eius Imperio ſpē optimam conciperet?

S. Gregorio impudenter, & incongruè Papiniano poſtpoſitus à Mornæo.

Bonis, & malis Deus largitur Imperia.

Cur Phocā crudeliſſimum Deus in Imperio collocarit.

Phocas interim (inquit) *cuius aduentum Angeli ipſi, ſi ei fides, gratulabundi excipiunt,* Pa. 116.

LEgatur Epiſt. illa 38. Gregorij ad Phocā lib. 11. indict. 6. Et, an hic ſenſus ſit Gregorij, quem iſte fingit acutè, intelligetur,

Vinoſus, mulieroſus, ſanguinarius, rigidus, in dicendo ferox, à miſeratione alienus, moribus feris, hæreticus.

EX Cedreno in Chronico. Sed quod ab eo hęreticus dicatur Phocas: calumnioſè (inquit Baronius ad annū 603.) id paſſus videtur. Et quidem de Conſtantinopolitanis Imperatoribus hæreticis, cui hæreſi ſinguli fuerint addicti, nō tacent Scriptores: De Phoca autem, quam fouerit hæreſim, nemo prodidit. Vnde cōſtat, eum immeritò à Cedreno hæreſeos inſimulatum. Neque ſolus Gregorius, vt iſte fingit, exultauit, Phoca ad Imperialem dignitatē aſſumpto; cum enim nondum comperti eſſent mores illius, non dubium, exultaſſe milites, quorū ſuffragijs primum ſalutatus, deinde Senatū, popu-

Phocas Imp. an hæreticus.

Digitized by Google

-lum, Patriarcham, à quibus creatus eſt Imperator. Etſi vero adeò perditis fuerit moribus parricida, inter parricidas monſtrum; Imperator tamen erat, ius dicendi poteſtatem habés, nec eius ſententia minùs firma, rataquè habéda, quòd tot vitijs infamis; neque enim ad ius dicendum deſideramus, carere vitio iudicem, dummodo corruptum iudicium nó ſit largitione, vel gratia, L. vlt. De pœna iudicis: quod de Imperatore dictu nefas; etenim ſacrilegij inſtar eſt eius iudicia aſpernari, vt Valentinian' Theodoſius, & Arcadius de diuerſis Reſcriptis ſtatuunt, cum in eum vnum populus omné poteſtatem contulerit. An Bonifacius eum corrupiſſe iudicandus eſt? Verum odio Cyriaci Patriarchæ, metu item, ne ab eo Italia deficeret, (nugatur iſte) Phocas in fauorem ſedis Romanæ ſententiam tulit. Atqui ſi dolus, fraus, & vitium omne abſit, non ideò reſcindenda tanquam inualida ſententia, quæ vitijs caret. Nihil refert, an metu, vel odio inductus ſit Phocas ad eam ſententiam in fauorem Eccleſiæ Romanæ ferendam; ſed an iuſtam ſententiam tulerit, ſuum cuique tribuerit, citra cuiuſquam alterius iniuriam Romanam Eccleſiam omnium aliarum caput eſſe declarauerit. Satis verò ſupra demonſtrauimus, falſum eſſe, quod hic fingit, primum eſſe Phocam, qui in fauorem Eccleſiæ Romanæ hanc ſententiam protulerit; nam antea etiam ab initio naſcétis Eccleſiæ Chriſtiani ſatis intellexerunt, & poſtea Imperatores ad Chriſtum cóuerſi agnouerút, hunc primatum à Chriſto eſſe inſtitutum, ita ſacris Concilijs Oecumenicis ante Phocã declaratum, longo vſu perpetuò ſeruatum, vt Romanus Pontifex cęteris toto Orbe Epiſcopis, & Eccleſijs iura præſcriberet: vt delirent planè iſti, immò impudéter mentiãtur, qui Phocã primũ velint Romanę Eccleſiæ primatũ tribuiſſe.

Ad ius dicendum nō requiritur, vt iudex vitio careat.

De Phoca ſententia in fauorem ſedis Romana.

Mornans imponit Bellarmino.

Ius Romani Pont. nō fuit cōtrouerſum cū Conſtantinop.

Quod ſcribit ex Bellarmino, Phocam nó id iuris Epiſcopo Romano concesſiſſe, ſed controuerſum cum Conſtantinopolitano illi aſſeruiſſe; Bellarmino imponit, q ſcribit duntaxat, Phocam ſanxiſſe declarando, & aſſerendo, nó autem inſtituendo aliquid nouum; nec verò dicit, illud ius Romani Pótificis fuiſſe controuerſum cum Conſtantinopolitano; ſiquidem controuerſum ius illud eſt, de quo in vtramque partē controuerſia eſt, & aliquandiu dubia eſt, quod dubium non tam certum erat ius Romani Pontificis, vt nulla de eo controuerſia eſſe poſſet, vt nó eſſet opus Concilio aliquo, Concilio immò, in quo partes auditæ, cauſſa illa cognita; Neque erat pars cum Epiſcopo Conſtantinopolitano Romanus Pontifex; ſed iudex, quemadmodum in cæteris fidei controuerſijs, & vt obſeruat Remundus Ruffus aduerſus Molinæum pag. 55. non quaſi in iudicio, & foro hæc apud Phocam controuerſia fuit; tantùm Phocam Bonifacius, vt Mauritium antea Gregorius, rogauit, vt compeſceret Epiſcopi Conſtãtinopolitani petulantiam, efficeretque ſua authoritate, vt abſtineret ab illo ambitioſo, & profano nomine magis; fuit altercatio de vocabulo, & ſubſcriptione, quàm de primatu: & fuit quidem contentio, ſed non fori, non iudicij; neque Phocæ ſententia, vt in priuatarum rerum controuerſijs interuenit; ſed conſtitutio; vt alia ſimili lege multo ante Phocam Iuſtinianus ipſe declarauerat Nouel. 131. cap. 1. *Sancimus ſecundùm ſacrarum Synodorum definitiones ſanctiſſimum ſenioris Romæ Papam omnium ſacerdotum primum eſſe &c.*

Hæc Phocæ ſententia qualis.

Apud S. Gregorium lib. 11. indict. 6. Epiſt. 10. habetur priuilegium conceſſum Xenodochio Auguſtodunenſi, vbi ſub finem: *Si quis* (inquit) *Regum, Sacerdotum, Iudicum, perſonarumquè ſæcularium hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentauerit poteſtatis, honoriſquè ſui dignitate careat &c.* Ita & in priuilegio S. Medardi, de quo ſupra. Hic Molinæus:

Qui tam humiliter Regibus ſui temporis ſeruiebat, futuros quâ authoritate an proteruia exauctoret? Pa. 113.

Carolus Magnus Imp. quantum ſedi Rom. tribuerit.

Atqui videre eſt in Capitulis Caroli Magni, quanti fecerit religioſiſsimus ille Imperator, quæcunque ſtatuta emanarent à ſede Apoſtolica. *In memoriam Beati Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam, et Apoſtolicam ſedem, vt quæ nobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas; vt licet vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus.* Citatur à Gratiano diſt. 19. c. 3. Nauclerus vol. 2. generat. 28. hoc vnum ex viginti tribus capitulis fuiſſe docet, quæ Carolus Magnus ad omnes ſuas Prouincias miſit. Quanta vero libertate cum Principibus ſui téporis egerit, nó verò tàm humiliter, quam fingit iſte eis ſeruierit, videre eſt in illius Epiſtolis. Magna quidem obſeruantia colebat Reges, ac Principes, cuius tanta erat humilitas, vt, teſte Ioanne Diacono in illius vita lib. 4. ca. 58. omnes ſacerdotes, *fratres, et Comminiſtros,* Clericos autem diuerſi ordinis, *dilectiſſimos filios*, at vero laicos viros *Dominos*, & fœminas *Dominas* in ſuis litteris nominaret; nec tamé obliuiſcebatur ſe Pontificem. Sic enim ad Eulogiũ Epiſcopum Alexandrinum, & Anaſtaſium Epiſcopum Antiochenum ſcribebat lib. 4. Epiſt. 36. indict. 13. *Humilitatem teneamus in mente, & tamen ordinis noſtri dignitatem ſeruemus in honore; quatenus nec in nobis humilitas timida, nec erectio ſit ſuperba.*

S. Gregorij humilitas.

Brunechildem Reginam à S. Gregorio Synodum in Gallia Nationalem popoſciſſe colligitur ex lib. 11. indict. 6. Epiſt. 8. ad eãdem; *Præfati viri, magnifici filij noſtri dato capitulari, inter cætera petierunt, quod ſibi ex veſtra perhibuere iuſſione mãdatum, vt talis debeat à nobis in Gallias perſona tranſmitti, quæ, facta Synodo, uncta, quæ contra ſacratiſſimos Canones perpetrantur, omnipotenti Deo authore, poſſit corrigere.* Si nulla authoritas Gregorij in conuocanda illa Synodo Nationali, quid opus erat eum rogare, vt eò perſonam aliquam tranſmitteret, cum poſſet Regina propria authoritate, iniuſſu Romani Pontificis eam Synodum conuocare? An

Brunechildes Regina poſcit à S. Gregorio Synodum Nationalē in Gallia.

Digitized by Google

An vnica hæc ratio ſibi Gregorium promerendi nō ſine præiudicio totius Regni, quia ipſius gratia apud Imperatorem indigebat?

Ex Hiſpania ad Gregorium appellatur: ad Greger.

Baronius ad annum Chriſti 603. adducit Iannarij Malacitani in Hiſpania Epiſcopi appellationem, & Stephani alterius item in Hiſpania Epiſcopi, cuius cauſſa Gregorius Ioannem Defenſorem eò miſit, cui proficiſcenti *Commonitorium* dedit, admonitiones illas videlicet, quibus in cauſſa proſequenda, ac iudicāda vti debuiſſet, & ex earum pręſcripto cuncta peragere. At Mornæus,

Pag. 117

Notandum (inquit) *non de ſententia in Ianuarium lata agi, ſed de vi ei illata à Comitiolo quodam eius regionis Regulo; Refugium proinde non appellationem eſſe.*

Ioānes Defenſor nomine Gregorij iuriſdictione in Hiſpania exercet.

VErùm qui legerit *Commonitorium* illud Sācti Gregorij ad Ioannem Defenſorem, & ſententiam ipſius Ioannis Defenſoris Epiſt. 55. facile comperiet fuiſſe appellationem, & S. Gregorium, eiuſque Miſſum Defenſorem iuriſdictione vſum fuiſſe; ſiquidem Ioannes Defenſor in Hiſpaniam profectus, præſidens iudex cauſſæ, omnibus exactè perſpectis, riteque cognitis; ſententiam pronunciauit, qua depoſitos ab Epiſcopatu Epiſcopos ſoluendos exilio, ſuiſquè reſtituendos Eccleſijs iudicauit: Epiſcopos verò, qui eos iniuſtè depoſuerant, in Monaſterium ad ſex menſium ſpatium cenſuit detrudendos; ſubrogatos autem in locum ipſorum penitùs reijciendos, priuatos miniſterio cuiuslibet Ordinis Eccleſiaſtici. Ergo non modò vis illata à Comitiolo; verùm etiam ſententia ab Epiſcopis quibuſdam contra eos lata, quam iniuſtam, & infirmam eſſe, pronūciat Ioannes Defenſor, & Ioannem Malacitanum abſoluit, ſuæque ſedi reſtituit. Non igitur dumtaxat refugium, ſed & appellatio fuit, & officio iudicis in hac cauſſa functus eſt Ioannes Defenſor, eò à S. Gregorio Papa miſſus. Quid verò mirum, ſi capitulare legum Imperialium pro immunitate Clericorum Ioanni Defenſori, eunti in Hiſpaniam tranſmittat S. Gregorius Epiſt. 56. Siquidem ext. *De noui operis nunciatione. C. Intelleximus*, ait Pontifex: *Sicut leges non dedignantur ſacros Canones imitari, ita & ſacrorum ſtatuta Canonum Principum conſtitutionibus adiuuantur.* Nihil mirum igitur, ſi producat leges Pontifex ab Imperatoribus pro immunitate Clericorum latas.

Sacri Canones Conſtitutionibus Principum adiuuantur.

Anno 610. Synodus Toletana ſub Gundemaro Rege habita pro Toletanæ Eccleſiæ primatu, quem quidam labefactare ſtudebant, quaſi nō totius eſſet ipſa Carthaginenſis Prouinciæ Metropolis, ſed tantum Carpetaniæ. Ad id igitur definiendum, Synodum hanc oportuit congregari, cui ſubſcripſerunt quindecim Epiſcopi, & facta conſtitutio à Gundemaro Rege, probante, quæ à Dei Sacerdotibus ſtatuta eſſent. Baronius ad hūc ipſum annum: *Vt non vnius Carthaginenſis Prouinciæ, ſed totius Hiſpaniæ Toletanus Epiſcopus Primas eſſet, ab Eccleſia Romana Toletanam Eccleſiam eſſe conſecutam, certum eſt: neque id ſemel, ſed repetitis ſæpiùs poſtea priuilegijs perpetuò ſtabilitum.*

Toletana Eccleſiæ Primatū totius Hiſpaniæ conſecuta à Romana.

Opponit hic Mornæus, quod cùm Gundemarus Rex ſæculari authoritate Eccleſiaſticam communit;

Pag. 117

Pontificis in prolixa illa Gundemari Epiſtola nulla mentio.

ATqui non opus eſt, vt Reges in omnibus Decretis, quæ edunt in fauorem Eccleſiæ, & ſacrorum Canonum, mentionem faciant Pontificis: neque Rex ipſe detulit Primatum Eccleſiæ Toletanæ, ſed probauit ſua conſtitutione, quæ à Dei Sacerdotibus ſtatuta eſſent in Synodis: *Honorem Primatus* (inquit) *iuxta antiquam Synodalis Concilij authoritatem, per omnes Carthaginenſis prouinciæ Eccleſias, Toletanæ Eccleſiæ ſedis Epiſcopum habere, oſtendimus, eumquè inter Coepiſcopos tàm honoris præcellere dignitate, quàm nominis, iuxta quod de Metropolitanis per ſingulas Prouincias antiqua Canonum traditio ſanxit, & authoritas vetus permiſit.* Sequitur Mornæus:

Pag. 117

Cum tamen Baronius pronunciare non erubeſcat; certum eſſe Eccleſiam Toletanam hoc priuilegium à Romana conſecutam, quo tamen tempore, hactenus inexploratum fateri.

AN verò conſtare poteſt aliunde, quàm ex Epiſtola, vel Decreto Gundemari Regis, id priuilegij à Romana habere Eccleſiam Toletanam? De Primatu Eccleſiæ Toletanæ, quomodo inſtitutus non aliunde ſit, quàm à ſede Apoſtolica, & quidem initio à Diuo Petro Apoſtolorum Principe, totiuſquè Eccleſiæ Catholicæ Pontifice, qui illuc miſerit Eugenium, ordinaritquè Epiſcopum; videndus tractatus Gaſparis Loaiſæ in collectione Conciliorum Hiſpaniæ, ad Decretum Gundemari, poſt Toletanam illam Synodum.

Rodericus Toletanus lib. 2. de Rebus Hiſpaniæ cap. 21. ſcribit, Cindaſuindum Regem à Romano Pontifice obtinuiſſe priuilegium, vt ſecundùm beneplacitum Pōtificum Hiſpanorum primaria dignitas eſſet Toleti, ſicut fuerat ab antiquo. Et Franciſcus Tarapha de Regibus Hiſpaniæ in Alfonſo VI. *His temporibus* (inquit) *Vrbanus Papa Secundus Archiepiſcopatum Toletanum primatum inſtituit totius Hiſpaniæ, ac Regem Galliciæ cū omni Diœceſi S. Iacobi anathematis vinculo ligauit, quòd Epiſcopum in carcerem, inaudita cauſſa, coniecerat.* Refert Gaſpar Loaiſa in ſuum tractatum Reſcriptum Vrbani Papæ, & aliorum Pontificum pro Primatu Eccleſiæ Toletanæ. Ex quibus conſtat, iudicio etiam Regum, adeoquè totius Hiſpaniæ, non alterius fuiſſe, quàm Romanæ ſedis Antiſtitis, Primatum illum inſtituere, aut confirmare.

Pag. 117

In Italia adeò ipſa (inquit) *Epiſcopo Romano non merè obtemperatum.*

Nimi-

Digitized by Google

Ad Principis authoritatē requiritur, nō ut ſubditi de facto illi obtemperent, ſed ut obtēperare teneantur.

NImirum à ſchiſmaticis aliquot Iſtriæ, & Venetiæ Epiſcopis, qui ſi in vnitate Eccleſiæ Catholicæ fuiſſent, vtique ei obtemperaſſent. Neque authoritatem Principis eam eſſe dicimus, vt ſemper omnes ei ſubditi obtemperent de facto, ſed quod iure ei obtemperare teneãtur. An quando impius Abſalon, & populus Iſrael defecit à Dauide, non erat eorum Rex legitimus, & ius necis, & vitæ in eos non habebat? Quod ſi inde Mornæus velit, Pontificem Romanum non habuiſſe in illos Epiſcopos iuriſdictionem, quia ei minimè parebant, vt ex facto naſci velit ius; ergo, cùm in alijs remotiſſimis Prouincijs ei tùm ſit obtemperatum, ad eas ſe protendiſſe illius iuriſdictionem, fateatur neceſſe eſt: & nunc, cùm, quàcunquè Catholica diffunditur Eccleſia, Epiſcopi ſupremam illius authoritatem agnoſcant; eam certè nullis limitibus coarctatam eſſe, ſi quid momenti habet Mornæi ratio, Nouatores iſti oportet admittant.

Pag. 117 *Patriarcham ſuum* (inquit Mornæus) *tantum agnoſcebant.*

QVia altare contra altare erigebant, vtique ille Patriarcha velut *Idolum in Bethel*. Vt idem de multis Lombardię Epiſcopis doceat: producit Epiſtolã S. Gregorij 37. lib. 3. ad Conſtantium Mediolanenſem Epiſcopum,

Pag. 117 *In qua Brixienſis Epiſcopus Mediolanenſem Synodo Chalcedonenſi Romani* (inquit) *Epiſcopi exemplo derogantem agnoſcere detrectat.*

Brixienſis Epiſcopi error.

ATqui fallebatur Epiſcopus Brixienſis iudicans, approbare Quintam Synodum, à Romano Pontifice receptam, & damnare tria illa capitula, quæ damnauerat, eſſe derogare Synodo Chalcedonẽſi: Et S. Gregorius ibi ſcribit: *Ne ij, qui vobis iſta ſcripſerunt, ſcandalizari videantur, tranſmittite eis Epiſtolam, in qua ſub anathematis interpoſitione fateamini, neque vos aliquid de fide Chalcedonenſis Synodi imminuere, neque eos, qui imminuunt, recipere: &, quoſcunquè damnauit, damnare, & quoſcunque abſoluit, abſoluere. Vnde credo, eis poſſe celerrimè ſatisfieri.*

Pag. 119 *Exemplo* (inquit) *Romani Epiſcopi:*

Vnde conſtat, falſum fuiſſe iudicium Brixienſis Epiſcopi: Quomodo enim Gregorius tùm Romanus Epiſcopus derogabat Chalcedonenſi Synodo, qui quatuor illas Synodos Sanctæ vniuerſalis Eccleſiæ, ſicut quatuor libros ſancti Euangelij, recipere ſe profitebatur lib. 2. Epiſt. 10. indict. 11. Neque igitur Mediolanenſis Epiſcopus, qui admittebat Quintam Synodum, & damnabat illa tria capitula, ei quidquam derogabat. Igitur non citra iniuriam Brixienſis ille Epiſcopus detrectabat agnoſcere Conſtantium Mediolanenſem Epiſcopum, aut cum illo communicare.

De Ioanne, & Candidiano creatis Patriarchis, altero Aquileiæ, Gradi altero.

Baronius ad annum Chriſti 605. ſcribit ex Mantuana Synodo, mortuo Seuero Aquileiẽſi Patriarcha, Aquileiæ fauore Agilulphi Regis Longobardorum creatum eſſe Ioannem Patriarcham ſchiſmaticum; ſtudio verò Exarchi, qui fauebat Catholicis, creatum eſſe Gradenſem Patriarcham Candidianum; vt proinde res ageretur inter ſchiſmaticos, & Catholicos &, duo eſſent Patriarchę. Quod ſi res delata fuerit ad Romanum Pontificem, &, Ioanne reiecto, Candidianum probarit, (vt ſcribit Sigonius lib. 2. de Regno Italiæ anno 605.) vtiq; Candidianus non Antipatriarcha, ſed legitimus Patriarcha, Ioannes verò Antipatriarcha fuit; neque enim alterius, quàm Romani Pontificis erat controuerſiam hanc dirimere. Nam cum Meletius, Vitalis, Paulinus ſederent Antiochiæ: cui eorum communicare, id eſt, quem legitimi Epiſcopi loco habere deberet, non alium, quàm Damaſum Pontificem Romanum conſulebat S. Hieronymus: *Qui non colligit cum eo ſpargit.*

Candidianus Patriarcha legitimus.

Horũ Patriarcharũ ſchiſma cũ ſubiectorũ ſchiſmate ſublatum.

Si duo Patriarchæ per multa ſæcula ſibi inuicem oppoſiti, vnus Aquileienſis, alter Gradenſis: id equidem quandiu Aquileienſes perſeuerarunt in ſchiſmate; at redditis ipſis Eccleſiæ Catholicæ, & ad communionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reuerſis, æquè ſublatum eſt ſchiſma, ſuiſquè iuribus integrata à Romano Pontifice Eccleſia Aquileienſis.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum vigeſimumtertium.

NObis deregenda ſunt, quæ in hoc Progreſſu, & ad eundem Oppoſitione, vt ſolet in reliquis, nugatur Mornæus.

Pag. 118 *Diuexabant* (inquit) *Italiam Longobardi; Rauennæ ſedem habebant Exarchæ Imperatoris vice; Hinc fiebat, vt Epiſcopus Romanus authoritate à Phoca impetrata, in Occidente minùs frueretur; qua alioqui, relegatis quaſi in Orientem Imperatoribus, pro libidine vti licuiſſet.*

ATqui nec Longobardi, nec Exarchæ de ſuprema authoritate in rebus Eccleſiaſticis, vel controuerſijs fidei dijudicandis, aut de primatu totius Eccleſiæ cum Pontifice Romano contendebant. Phocas autem nihil contulit Romano Pontifici, quo vel Longobardorum Re-

Regnum minueretur, vel Exarcharum potentia labefactaretur: Declarauit, Romanam Eccleſiam primam eſſe omnium Eccleſiarum: Conſtantinopolitani Epiſcopi coercuit inſolentiam. Quid habet id commune cum Longobardorū Regno, vel Exarcharū potentia? Præerant illi Reipublicæ, Romanus Pontifex Eccleſiæ, & omnes Italiæ Epiſcopi, ſi ſchiſmaticos aliquot excipias, parebant tùm Romano Pontifici, qui & ſuam longè lateque per Occidentem exercebat iuriſdictionem: neque à Bonifacio tertio, quo Pontificatum gerente, Phocas ſanctionem illam edidit, ad Honoriū, cuius Pontificatum in hoc Progreſſu Mornæus attingit, legūtur aut Longobardorum Reges, qui tùm Chriſtianę religioni nomen dederant, aut Exarchæ obſtitiſſe, quominus Epiſcopus Romanus authoritate, quam iſte fingit à Phoca impetratam, frueretur. An verò ſoli Longobardi, vel Exarchæ in Occidente rerum potiebantur (quorum ditiones aliquot Italiæ Prouincijs concludebantur) vt, niſi obſtitiſſent illi, relegatis quaſi in Orientem Imperatoribus, authoritate à Phoca impetrata pro libidine vti potuiſſet Romanus Epiſcopus? Annon Gallia, Hiſpania, Anglia, tum Reges Catholicæ fidei, & Romanæ Eccleſiæ addictos habebant, qui cum Longobardorum Regibus potentiores eſſent, potuiſſent vtique efficere, ne Romanus Epiſcopus in Occidente ea authoritate vteretur: cui certè nec conſenſiſſent, ſi eam à Phoca ſua primordia repetere, & non à Christo inſtitutam eſſe credidiſſent? Sibi verò apertè contradicit Mornæus, cum Imperatores velut in Orientem relegatos fuiſſe ſcribit, & tamen Exarchas ſediſſe Rauennæ Imperatoris vice, qui ſua authoritate efficerent, ne Romanus Epiſcopus ea authoritate pro libidine vteretur. Si enim rebus Imperij in Italia ab Imperatoribus præficiebantur, nondum certè in Orientem relegati erant Imperatores. Denique ſi authoritas illa impetrata erat à Phoca Imperatore Conſtantinopolitano, & in eam rem ſanctio ab eodem edita: qui fieri poterat, vt Exarchæ, qui Rauennæ vice Imperatoris Conſtantinopolitani ſedebant, efficerent, ne Epiſcopus Romanus ea authoritate frueretur, quorum erat magis ſanctiones omnes Imperatorum illibatas ſeruari iubere? Neque enim ea ſanctio ab Heraclio Phocę ſucceſſore abrogata fuerat, aut quicquā contra authoritatem, & Primatum Romani Pontificis conſtitutum. Ad pauca itaque reſpiciens, ita de facili enunciat Mornæus, & in tot laqueos incidit, è quibus poſtea elabi non poteſt.

Mornæus in cōtradictione deprehenſus.

De Adalualdo, et Arioaldo.

Quoad Hiſtoriam, quàm citat ex Sigonio lib. 2. de Regno Italiæ in Adalualdo, Agiluiphi, & Theodelindæ filio, & Arioaldo. Ita ab eo refertur lib. 2. ad annum 623. *Euſebius ad Regem Adalualdum magnis de rebus ab Heraclio venit Legatus. Is cum apud Regem familiariter ageret, ſiue iuſſum Imperatoris, ſiue conſilium ſuum ſecutus, Adalualdo è balneo exeunti poculum ſpecie ſalutiferum dedit: quo epoto Rex deſipere, ac planè mentis impos eſſe cœpit. Quod vbi ſenſit Euſebius, ipſummet iuuenem & amentem impulit, vt propriæ ſecuritatis cauſſa Principes Longobardorum è medio tolleret. Cœpta inde cæde, ac iam duodecim è Primoribus interemptis, ne malum longiùs ſerperet, & quaſi lentæ tabis contagione ſenſim ad ſingulos perueniret, veriti Longobardi, ipſum Tyrannum, non Regem agere criminati ſunt, ac poſtero anno tumultu excito, Regno cum Regina matre Theodelinda exegerunt, atque in eius locum Arioaldum Ducem Taurinatium ſuffecerunt, cui Gundeberga Adalualdi Regis ſoror. erat matrimonio copulata. Quo facto ingens ſubito in Regno eſt coorta ſeditio, vniuerſis ſiue ſacris, ſiue profanis Proceribus in duas partes diſtractis, atque aut huic, aut illi adiunctis. Quippe Arioaldum Epiſcopi Tranſpadani complexi, alios etiam in ſuas partes traducere contenderunt. Honorius autem Pontifex, atque eius hortatu Iſaacius Exarchus, ſiue Theodelindæ ſtudio incitati ſiue Arioaldum, vt Ariana labe infectum auerſati, Adalualdum ſibi ſuſceperunt defendendum. Iſaacius etiam exercitu ipſum in Regnum reducere eſt conatus.* Quid hic Mornæus?

Honorius (inquit) *Epiſcopus Romanus, anno 623. miſerabili occaſione ad potentiam ſuam abuti conatur.* Poſt: *In primis id vrget Honorius, vt Tranſpadanos Epiſcopos Iſaacius Romam ad dicendam cauſſam mittat, ne* (inquit) *ſcelus eiuſmodi impunitum relinquamus.* Pag. 118

SEd quodnam erat ſcelus? Ex præcedentibus, quæ ſuppreſsit Mornæus, in litteris Honorij ad Iſaacium conſtat. *Delatum eſt ad nos, Epiſcopos Tranſpadanos Petro Pauli filio, ſuadere conatos eſſe, vt Adalualdum Regem deſereret, Arioaldoquè Tyranno ſe applicaret. Quamobrem quia Petrus prauis eorum conſilijs reſpuit obedire, & ſacramenta Regi Agoni Adalualdi patri præſtita ſanctè cupit ſeruare, & quia hoc Deo, & hominibus eſt ingratum, vt qui tale facinus vindicare deberent, eorum ipſi ſuaſores exiſtant; rogamus vos, vt, poſtquàm Adalualdum diuino in Regnū, vt ſperamus, auxilio reduxeritis, prædictos Epiſcopos Romam mittere velitis, ne ſcelus impunitum eiuſmodi relinquamus.* Igitur ſcelus illud erat, quòd Epiſcopi inducerent Nobiles ad iuramentum fidelitatis Regi præſtitum, violandum, quod meritò ſibi vindicādum eſſe iudicabat Honorius: nec poteſtate ſua abutebatur; ſiquidem periurium, cum ſit mixti fori, etiam in Laicis ab eo puniri poterat; & in Epiſcopis illis, qui illius iuriſdictioni ſubijciebantur, quòd Laicos ad periuria compellerent, multò minùs ferendum erat. Neque videbatur iuſta occaſio exigendi Regno Adalualdum: Etſi enim impos mentis eſſet; poterat Regnum per Theodelindam Matrem, ſapientiſsimam fœminam, & Catholicæ fidei ſtudio flagrantem, adhibito Cōſilio Procerum, adminiſtrari: Et veri Pōtificis Honorius officium præſtitit; conſulebat enim religioni Catholicæ, nolens Longobardis præfici Regem hæreticum, & Ariana labe infectum, cuius Epiſcopi illi nullam rationem habere videbantur. Interim cum Iſaacius Exarcha hortatu

Quodnam Trāſpadanorum Epiſcoporū ſcelus.

Id meritò vindicare volebat Honorius.

Adaluadi Regno exigendi cauſſa qualis.

tatu

Digitized by Google

Honorij authoritas, quidquid dicat Mornæus, ab Exarchis adiuta.

tatu Honorij Pontificis Adalualdum defendẽdum ſuſciperet, idemque Honorius eius auxilium aduerſus periuros illos Epiſcopos imploraret; inde conſtat, falſum eſſe, quod ſcribebat Mornæus, Exarchis Rauennæ ſedentibus Imperatoris vice, factum eſſe, vt Epiſcopus Romanus authoritate à Phoca impetrata in Occidente minùs frueretur, cum magis illi eum iuuarent in aſſerenda ſua authoritate.

Si Adalualdum Iſaacius reducere non potuit, & Arioaldus hæreticus Arianus Regnum obtinuit, ſi Honorij Pontificis irritus conatus fuit, & eò magis in eum Tranſpadani Epiſcopi accenſi; an ideo miſerabili occaſione ad potentiam ſuam abuti conatus eſt? Si quando Põtifices arma Chriſtianorum cõcitarunt in Barbaros, vt ab eorum tyrannide prouincias aſſererent, irritus autem conatus fuit, & Barbari obtinuerunt; an miſerabili occaſione ad põtentiam ſuam abuſos interpretari debemus? Regem Catholicum hęreditario iure Regnum obtinentem aduerſus inuaſorem Tyrannum, hæreticum præterea, ſuſcipere defendendum, hoccinè eſt abuti ſua auctoritate? Regno itaque, & religioni ſuam operam, & officium præſtabat Pontifex Honorius. Et hæc quantum ad Progreſſum. Nunc ad Oppoſitionem ei ſubiunctam.

Honorius nõ conatus miſerabili occaſione ad ſuam potentiam abuti.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem vigeſimamtertiam.

Pag. 118

Non in alijs regionibus Bonifacij tertij Decretum plus roboris obtinuit, in eo præſertim, quòd Epiſcoporum ordinationem abſque ſuo diplomate ratam nollet &c.

NVllo citato Authore, refert illud Bonifacij tertij Decretum Mornæus; niſi fortaſſe illud fuerit, quo ſanciuit, vt nullus, Pontifice viuente, aut Epiſcopo Ciuitatis ſuæ, ſuaderet de futuro Pontifice eligendo loqui, vel ambitioſè quærere, niſi tertio die mortis eius, poſt quem, conuocato Clero, & Populo, electio inuocatione Sancti Spiritus fieret. Addit Platina, voluiſſe eum, electionem Epiſcopi factam à Clero pariter & Populo ratã fore, ſi à Principe Ciuitatis approbata eſſet, & ſi Summus Pontifex denique his verbis authoritatẽ ſuam interpoſuiſſet: *volumus, & iubemus.* Certum eſt, Pontificem Romanum circa electionem, & ordinationem Epiſcoporum, qua ratione fieri debeant, ſancire poſſe; & plures huiuſmodi Canones extant extra *de electione & electi poteſtate*, non ab alijs, quàm Romanis Pontificibus conditi, aut approbati: & Decretum illud Bonifacij nihil roboris obtinuiſſe, nullo citato authore, ſcribit Mornæus. Sed quid inde? An ideò non habuit authoritatem condendi illud Decretum? Sic enim Principes condunt aliquando leges, quę tamen, vt habet communis ſententia Doctorum, niſi à populo acceptentur, non obligant. Grat. diſt. 4. §. cap. 3. *Leges inſtituuntur, cum promulgantur: firmantur, cum moribus vtentium approbantur.* Et ratio eſt: ſi enim lex humana abrogari poteſt per contrariam conſuetudinem communitatis, etiamſi iam ſit recepta, & vſu firmata; à fortiori poteſt à principio eneruari, quando nunquã fuit recepta, aut moribus firmata. Vlpianus D. de legibus l. 32. *Leges nulla aliâ ex cauſſa nos tenent, quàm quòd iudicio populi receptæ ſint.* Quod tradit & Ariſtoteles lib. 2. Politic. cap. 8. *Lex nullam vim habet ad parendum impellentem, niſi eam, quam à more accepit.* Nauarrus in Manuali cap. 23. num. 41. hanc affert rationem, *quòd lex promulgata videatur cum conditione, ſi recipiatur, ſaltem per maiorem partem, &c.* quem conſulere licet, & lib. 1. Conſil. De Conſtitut. quæſt. 5. Non dubitem tamen, Principes, in quos tranſlata eſt authoritas populi, habere poteſtatem non modò ferendi leges, ſed & obligandi ſubditos, vt eas acceptent, & ſeruent, neque, vbi ſunt iuſtæ, & ſine vlla conditione latæ, habere eos ius contradicendi: quod ſi non acceptentur à populo, intelligantur quidem nullam vim habere, ſed ex tacito conſenſu Principis. Quod ſi hoc ita ſe habet; certè multò magis Pontifex, qui non in Eccleſiam, ſed in Chriſtum ipſum authoritatem ſuam refert, leges, & Decreta condendi vim habet, quibus Chriſtianos omnes obliget. Quod ſi in aliquibus Prouincijs, aut Regionibus non acceptentur, vt vim, & robur non obtineant; id certè non niſi ex tacito conſenſu Pontificis. Etſi itaque aliquod Decretum Bonifacius 3. condiderit; non tamen ideò iuſſit, vt vbique locorum promulgaretur, aut voluit, omnes ad id acceptandum, & ſeruandum obligari. Atque ita ſemel reſponſum ſit de alijs Pontificum Decretis, quæ obijceret Aduerſarius, in aliquibus locis accepta non fuiſſe, neque vim, & robur obtinuiſſe. Annon Concilium Tridentinum legitimè congregatum multa conſtituit, quæ ad mores, & reformationem totius Eccleſiæ ſpectarent; cuius tamen conſtitutiones nouæ, ſiue quæ ius nouum induxerunt, non ligant Polonos, in Polonia degentes (& idem de aliquot alijs Prouincijs intelligẽdum) *quòd non ſint* (inquit Nauarrus) *receptæ à principio, neque per decennium poſtea?* Vbi tamen nonniſi ex tacito conſenſu Pontificis non acceptantes, aut ſeruantes Decreta Concilij Tridentini meo iudicio excuſantur. Atque ex his reſponſio conſtat ad Mornæum de Concilijs in Hiſpania habitis, quæ eius Decreti non magnam

Ad legum obligationẽ requiritur acceptatio populi.

In legitimo Principe poteſtas eſt obligãdi ſubditos, vt leges acceptent.

Eadẽ poteſtas multò magis eſt in Pont. erga omnes Chriſtianos.

Quomodo nulli, nõ acceptãtes decreta Concil. Trid. excuſẽtur.

Digitized by Google

magnam rationem habuiſſe contendit, vbi tamen certum eſt, nunquam ordinatos Epiſcopos à Metropolitanis, aut Primatibus, niſi ex authoritate Romani Pōtificis. Si id non exprimitur in Synodo Bracarenſi ſecunda in Capitulis illis ex Orientalium Synodis, à Martino Epiſcopo Bracarenſi ordinatis, atque collectis, vbi agitur de electione, & ordinatione Epiſcopi; an ideò negandum? Interim in illa Synodo vocatur Petrus, *Princeps Apoſtolorum*, cuius ſucceſſor ideò *Princeps Epiſcoporum*. Quod ſi illa Concilia iuſſu Regum; ſed tamen à Metropolitanis ipſis conuocata ſunt, quibus & præſederunt non Reges, qui vt pij, & Orthodoxi magnam quidem curam geſſerunt conſeruandæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ in ſuis Regnis; non tamen Canones, aut Decreta, quæ ſpectarent ad fidem, aut diſciplinam Eccleſiaſticam, condiderũt. Validum verò ex citata Synodo Bracarenſi ſecunda putat ſe Mornæus adferre argumentum, quia cap. 13. ſtatuitur, vt ſi quis Epiſcopus accuſetur, & dubia ſint iudicum ſubſellia, cùm

Dirimendis illis (inquit) *Romam delegaſſe nuſquam inuenias.* Pag. 118 *Contra pro definitione (inquiũt) huius diſſenſionis hoc placuit ſancto Concilio, vt de vicina Prouincia alter Metropolitanus conuocetur Epiſcopus, vt per eum confirmetur, quod ſecundum rectum placuerit Canonem.*

In huiuſmodi Decretis excepta ſemper intelligitur authoritas Rom. Pont.

CItantur à Gratiano 6.q.4.c.2. Verùm ſalua ſemper intelligitur Romani Pontificis authoritas, ad quem prouocari vndique poteſt, vt ſtatutum eſt in Concilio Sardicenſi Generali, quod maioris fuit authoritatis, quã quodlibet Prouinciale Hiſpanicum: nec certè voluerunt illi Patres ſuis Decretis quicquam Romani Pontificis detrahi authoritati, quam ſemper exceptam intellexerunt.

Argumentum non minimi momenti, & vnde de nobis triumphet, putat ſe Mornæus ex perſona Honorij primi Pontificis adferre, qui fuerit Monothelitarum hæreſi infectus, in quo paucis à Phocæ Decreto annis,

Eccleſiæ ſpecimen exhibitum (inquit) Pag. 119 *vnde euidenter intelligeret, ab vnico homine pendere quàm lubricum eſſet, quod Gregorius & prauiderat, & præmonuerat his verbis: Si vnus Epiſcopus vocatur vniuerſalis, vniuerſa Eccleſia corruit, ſi vnus vniuerſus cadit.*

VBi duo nobis diſcutienda ſunt: primum, An Honorius fuerit hæreticus Monothelita: alterum, An, hoc dato, & non conceſſo, argumentum Aduerſarij contra Pontificis authoritatem, aut titulum *vniuerſalis Epiſcopi*, quem in Phocæ Decretum falsò refert, ſit alicuius momenti. Quoad primum;

An Papa Honorius fuerit Monothelita.

Honorius Monothelitarum hæreſi infectus conuincitur (inquit Mornæus) Pag. 119 *ex ſuis ad Sergium Conſtantinopolitanum litteris. Et hæ litteræ in Synodo ſexta vniuerſali Actione duodecima & decimatertia prolatæ, omnium Patrum iudicio igni damnantur.* Ac paulo poſt: *Honorius adeò ipſe tanquam Sergio, Cyro, & alijs, verbis & ſenſu omnimodè cohærens, eiuſce hæreſeos patronis anathemate percellitur. Quin & Honorius eadem de cauſa in Synodo Vniuerſali ſeptima, Nicæna ſecunda, Actione vltima anathemati ſubijcitur; In octaua demum ab Adriano Secundo Pontifice; & in alijs porro Actionibus. Idem verò pro Occidentalibus teſtantur Beda, & Anaſtaſius in Pontificali, pro Orientalibus Pſellus in ſeptem Synodis. Nec noſtro hoc tempore diffitetur Melchior Canus inter aduerſarios* (inquit) *inſignis.*

HAE ferè ſunt Mornæi probationes, qui & obiter notatum voluit, Honorij damnationi interfuiſſe 289. Epiſcopos, in iiſquè Agathonis Papæ Legatos. Sed ab hæreſi Monothelitarum egregiè vindicant Honorium Cardinalis Baronius Tom. 8. ad annum Chriſti 633. *Nunquam fuit.* & 681. Cardinalis Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 11. Albertus Pighius lib. 4. Eccleſiaſt. Hierarch. ca. 8. Oſius Cardinalis lib. 2. contra Brentium, Onuphrius annotat. ad Platinam in vita Honorij, & alij. Ac primum vana eſt interpretatio Mornæi, Honoriũ ad Sergium ſcribere, ſibi omninò cum illo conuenire, id eſt Monothelitarũ hęreſim amplecti. Siquidem nō habebat eum pro hæretico Monothelita Honorius, neque ad Hęreticum putabat ſe ſcribere, qualis poſtea Sergius eſt detectus: Et conſtat, Sergium ipſum tùm temporis, non tantum Orthodoxum creditum fuiſſe ab Oriẽtalibus, & Occidentalibus; ſed etiam magnæ exiſtimationis Epiſcopum habitum: *quod facilè cognoſces* (inquit Baronius ad annum 633. art. 24.) *ex Epiſtola à Sophronio Epiſcopo Hieroſolymitano ad ipſum Honoriũ, & ad ipſum Sergium, (ut habet ſexta Synodus) ſcripta; in qua præter multa alia in eius laudem dicta, in fine preces ipſius vehementer expoſcit.* Non igitur eo nomine, quòd ad Sergium ſcribat Honorius, venit in ſuſpicionem hæreſis Monothelitarum.

Sergius primò habitus Catholicus, & magnæ exiſtimationis: ac tum ad eũ ſcripſit Honorius.

Digitized by Google

Epiſtola Honorij ad Sergium forte conficta.

litarum. Secundo reſpondet Bellarminus, fortaſſe illas duas Epiſtolas, quę feruntur Honorij ad Sergium, eſſe confictas, & inſertas Concilio Generali ab hæreticis, & quod hoc non temerè dicatur, patet (inquit) *ex eo quòd conſtat, in Quinta Synodo fuiſſe à ſimilibus hæreticis inſertas Epiſtolas fictitias Vigilij Papa Romani, & Menna Patriarcha Conſtantinopolitani. Id quod depræhenſum fuit in Sexta Synodo actione 12. & 14. dum relegerentur Acta Quintæ Synodi. Sunt enim inuenti tres quaterniones ab hæreticis inſerti, & in ijs iſtæ Epiſtolæ.* Nihil igitur nouum, ſi ijdem artifices idem fecerunt in Sexta Synodo, Tertiò, admittamus, Epiſtolas illas genuinas eſſe Honorij, quas integras producit ipſe Baronius. Verùm facilè oſtenditur, nihil in illis erroris contineri; nam Honorius in his Epiſtolis confitetur, quod ad rem attinet, duas in Chriſto voluntates, & operationes, quemadmodum duas naturas: & ſolùm prohibet nomina vnius, vel duarum voluntatum, quæ tunc erant inaudita; idquè prudentiſsimo conſilio, *quòd ſcilicet* (ait Baronius art. 29) *communis iſta eſſet aſſertio cum Neſtorianis idipſum profitentibus, non ob duarum* (*ſicut Catholici*) *naturarum differentiam, ſed ob duas, quas ijdem conſtituebant in Chriſto perſonas.* Et hanc eſſe mentem Honorij, conſtat ex verbis ipſius Epiſtolæ, quæ, vt dictum eſt, habetur, Actione 12. Sextę Synodi: *Et nos quidem ſecundùm ſanctiones diuinorum eloquiorum oportet ſapere, vel ſperare, illa videlicet reſutantes, quæ quidem nouæ voces noſcuntur ſanctis Dei Eccleſijs ſcandala generare, ne aut duarum operationum vocabulo offenſi, ſectantes Neſtorianos, nos vaſana ſapere arbitrentur, ſcilicet eò quod illi duas ponerent in Chriſto perſonas.* Rurſum verò tacendã putat de vna operatione, ne fouere cauſſam Eutychianorũ, vnã aſſerentium in Chriſto naturã, videri poſſet. Vnde ſubdit: *Aut certè, ſi rurſus vnam operationem Domini noſtri Ieſu Chriſti fatendam eſſe cenſuerimus, ſtultam Eutychianiſtarum attonitis auribus dementiam fateri putemur, præcauētes, ne, quorum inania arma combuſta ſunt, eorum cineres, & rediuiuos ignes flammiuomarum denuò renouent quæſtionum, ſimpliciter, atque veraciter confitentes Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnum operatorem diuinæ, & humanę naturæ; electius arbitrantes, vt vani naturarum ponderatores, otioſè negotiantes, & turgidi aduerſum nos inſonēt vocibus ranarum Philoſophi, quàm vt ſimplices, & humiles ſpiritu populi Chriſtiani poſſint remanere ieiuni. Nullus enim decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam diſcipulos Piſcatorum. Eorum enim doctrinam ſequentes omnia argumenta ſcopuloſa diſputationis callidæ, atque fluctiuagę intra eorum retia ſunt colliſa. Hæc nobiſcum fraternitas veſtra prædicet, ſicut & ea nos vobiſcum vnanimiter prædicamus, hortantes vos, vt vnius, vel geminę nouę vocis inductum operationis vocabulum aufugientes, vnum nobiſcum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei viui, Deum veriſſimum in duabus naturis operatum diuinitùs atque humanitùs, fide Orthodoxa, & vnitate Catholica prædicetis.* Etſi igitur Honorius prudentiſsimo conſilio ob eam rationem, quæ dicta eſt, nollet introduci vocē vnius, aut duarum operationum, & voluntatum in Chriſto; quoad rem ipſam tamen non niſi Catholicam fidem in ea Epiſtola aſſerit. Sed quia Sergius ipſe, ad quem ſcribit (vt rectè obſeruat Baronius) poſtea cognitus fuit hæreticus, atque dãnatus, cùm & eadem ſentire cum ipſo Honorius profiteatur, nonnulli putarunt, eadem ipſum quoque debere ſententia percelli, ſicquè Honorium, vti Sergium, hæreticum cenſendum eſſe; cum tamen debuiſſent habere rationem diuerſitatis temporis. Nam cum Honorius ad Sergium ſcripſit, ne leuis quidem ſuſpicio erat de Sergio, quod hæreticus eſſet, qui in hanc vſque diem ſumma cum laude abſque vel leui ſuſpicione erroris Eccleſiam Conſtantinopolitanam piè, ſanctequè rexiſſet. Et ſi expendamus Epiſtolam ipſius Sergij ad Honorium, quæ à Baronio producitur: videtur certè ille tanquàm Catholicus rem bona fide agere, doctrinam Orthodoxam de duabus in Chriſto naturis profiteri, tantùm ob bonum pacis de vtraq; ſententia, ſcilicet de vna, vel duabus operationibus in Chriſto, monet tacendum: ad calcem eiuſdem Epiſtolæ ſubijcit ſe Honorij cenſuræ, dum, ſi quid minus, vel amplius Pontifex ipſe Romanus in Epiſtola eſſe cognouerit, vt adijciat, vel detrahat, rogat, licet ſubdolè ab eo hæc proferrētur, ne detegeretur hæreticus. Cum igitur non aliam ob cauſſam Honorium Papam vna cum Sergio hi putauerint eſſe damnandum, quàm ob Epiſtolam ipſius datam ad Sergium, qua ei ſe conſentire ſignificauit; Honorij certè Epiſtola priùs diſquirenda fuit, & tempus præſens, quo ſcripta eſt, conſiderandũ, & ita de Honorio fuerat ferenda ſententiã. At cum nullius poſsit erroris argui, vel hæreſis nōdum cognitæ in ſuſpicionem adduci; certum eſt, calumnioſè, & leuiter admodùm, ſicut iniuſtè, Honorium hæreticum appellari.

Sed & in ijs nullus eſt error.

Honorius prudenter prohibet nomina vnius, vel duarũ voluntatũ in Chriſto.

Sergius poſtea cognitus hæreticus: vnde nonnulli Honoriũ quoque hæreticũ putauerunt.

Sergius Catholicè ſcribit ad Honoriũ. fictè tamen.

Si Honorius dicendus eſſet hæreticus, eſſet etiã Sophronius.

Aliud argumentum validiſsimum Baronij. Si non ex alia ratione, quàm ex dicta Epiſtola, qua ſe conſentire Sergio declarat, Honorius condemnatur; cur non æquè Sophronius, qui eiuſdem Sergij in omnibus ſecuturum ſe ſententiam toties ſua Epiſtola profitetur, qua & ipſum vt pleniſsimum Orthodoxum commendat, erit & ipſe dicendus hęreticus? Quidnam, quæſo, ad Sophronij excuſationem afferes, niſi quod putauerit ipſum eſſe (vt profitebatur) fide integrum, & Orthodoxum, ac pro Catholica veritate firmiter ſtantem? Et tamen ſecus erat. Quod ſi illa Sophronij cum Sergio toties profeſſa conſenſio nullum ipſi attulit detrimē tum, vt ex communione cum hæretico, quem putabat Catholicum, ipſe hæreticus diceretur: cur afferat præiudicium Honorio longiùs, quã Sophronius, à Sergio abſenti, ſi, vt ille, ſe conſentire Sergio affirmarit, quem & nomine, famaquè, & ſcriptis pariter haud potuit non aſſerere eſſe Catholicum? Pręterea, ſi in culpa eſſe potuit de vtraque voce ſilentium, & ob id tàm Sergius, quàm Honorius fuerint hæreticorum nota inurendi: cur non idem ſtigma eſt impreſſum Sophronio; cum & ipſe acquieuerit pariter Sergio, ob bonũ pacis talia ſuadētī, vt Sergius ipſe manifeſtè teſtatur Epiſtola citata ad Honorium? Si inquam Sergio indicenti ſilētium de vna, aut duabus Chriſti operationibus,

Digitized by Google

bus, & voluntatibus Sophronius omninò conſenſit, & tamen Orthodoxus abſq; inuidia eſt prædicatus: Nihil profectò eſſe poteſt, vt ratione ſilentij Honorius Papa poſsit in crimen adduci. In poſteriori verò Epiſtola Honorij ad Sergiū (quā reddidit Baron. ad an. 633 art. 42.) ita firmat Honorius Catholicam fidem, vt nihil amplius deſiderari queat. Dum enim indicere videtur ſilentium, quàm prudentiſsimè deſtruit hæreſim, & firmat Catholicam fidem, his verbis: *Auferentes ſcandalum nouellæ adinuentionis, non nos oportet vnam, vel duas operationes definientes prædicare: ſed pro vna (quam quidam dicunt) operatione, oportet nos vnum operatorem Chriſtum Dominum in vtriſque naturis veridicè confiteri: & pro duabus operationibus, ablato geminæ operationis vocabulo, ipſas potiùs duas naturas, id eſt Diuinitatis, & Carnis aſſumptæ, in vna perſona Vnigeniti Dei Patris inconfusè, indiuisè, atque inconuertibiliter nobiſcum prædicare propria operantes. Intellexiſti* (inquit Baronius) *quàm doctè, atque verè dicat, pro vna operatione dicendum eſſe vnum operantem, planè inſinuans, non conuenire perſonæ vnitatem operationis, ſed operantis? Sic & S. Ioannes Damaſcenus de his agens lib. 3. Orthod. fidei capit. 14. docet, non dici poſſe ratione vnius perſonæ vnam voluntatem, ſed vnum volentem, ſicut nec vnam operationem, ſed vnum operantem, in duabus ſcilicet naturis; quas dum aſſerit indiuisè, inconfusè, & inconuertibiliter coniunctas, duas planè neceſſario introducit operationes, & voluntates:* Vt poſt Albertum Pighium, hic docet Baronius: *His nihil magis Catholicum dici potuiſſe, nihil magis pium, ac ſanctum, nihil denique his temporibus ad pacem in Eccleſijs conſeruandam vtilius excogitari videri potuit.* Ex quibus conſtat, non poſſe Honoriū ex Epiſtolis ſuis ad Sergium ne leuis quidem erroris redargui. Meritò itaque vindicat ab hæreſi Honorium Cardinalis Baronius, vt Nouatorum hoſtis accerrimus, ita veritatis vindex, & aſſertor ſtudioſiſsimus, ac diligentiſsimus. Sed cum tàm manifeſtæ veritati, ac iuſtiſsimæ Honorij defenſioni nihil haberet, quod opponeret Mornæus, inſanus, ac furens,

In Chriſto ratione vnius perſonæ nō dicitur vna voluntas, ſed vnus volens.

Mornæus inopiā argumētorū, quib. refellat Baroniū, garrulitate compenſat.

Hic Baronius (inquit) *æſtuat, diſcruciatur, Honorium nunquam hæreticum fuiße conteſtatur, fingit, refingit, interpretatur, interpolat, eius ſententiam in omnes partes verſat, vt probā, & probabilem faciat.* Pag. 120

SEd hæc mera ſunt verba, & prorsùs inania. Proba, & probabilis illi non eſt interpretatio Baronij tàm ſolidis nixa argumentis, adeò ipſius Honorij verbis conſentanea: nihil interim adfert, quo eam impugnet.

S. Maximus Martyr, quem citant Baronius, & Bellarminus, ab hæreſi Monothelitarum Honorium vindicauit in diſputatione illa habita cum Pyrrho Patriarcha Conſtantinopolitano Monothelita, quæ edita habetur in fine octaui Tomi Annalium Baronij, vbi ita Pyrrhus: *Quid de Honorio ad reſpondendum habes, qui apertè anteceſſori meo vnam voluntatem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe tradidit?* Maximus: *Quis fuerit fide, & authoritate dignus Epiſtolæ huius interpres: qui eam ex perſona S. Honorij ſcripſit, adhuc ſuperſtes, & qui totum Occidentem cum alijs virtutibus, tum dogmatibus fidei Chriſtianæ illuſtrauit; an ij, qui Conſtantinopoli, quæ ex corde erant, loquebantur?* Pyrrhus: *Qui hanc compoſuit.* Maximus: *Is igitur ipſe cum ad Diuum Conſtantinum Imperatorem ex perſona rurſus Sancti Papæ Ioannis de hac Epiſtola ſcriberet, dixit: Vnam voluntatem diximus in Domino, non diuinitatis eius, & humanitatis, ſed humanitatis ſolius. Cum enim Sergius ſcripſiſſet quod quidam duas voluntates in Chriſto contrarias dicerent, diximus, Chriſtum non duas voluntates contrarias habuiſſe, carnis, inquam, & Spiritus, ſicut nos habemus poſt peccatum, ſed vnam tantùm, quæ naturaliter humanitatem eius ſignabat.* Vbi clarè oſtendit ex teſtimonio Secretarij Honorij, qui Epiſtolas illas ſcripſerat, ab Honorio dictatas, quem adhuc ſuperſtitem fuiſſe dicit, mentem; Honorij nunquam fuiſſe negandi duas eſſe in Chriſto voluntates, quemadmodum negabant Monothelitæ: & ſi quando videtur duas negare, id eſſe intelligendum de duabus contrarijs, & pugnantibus in eadem humana natura, quæ in nobis ex peccato inueniantur, quod in Chriſto non fuit. Quid ad hoc Mornæus?

S. Maxim. Honorium vīdicat ab hæreſi Monothelitarum.

Quo ſenſu Honorius dixerit vnā in Chriſto voluntatē, ab ipſomet eius Secretario exponitur.

Quod Maximū quendam cient (inquit) *quem in Bibliotheca Pontificia aſſeruari dicunt, teſtem ex ſinu ſuo productum, ijs fideiuſſoribus quis recipiat?* Pag. 120

ATqui eam diſputationem Baronius, & Bellarminus, qui eum citant, non finxerunt, & einſdem meminit Photius in ſua Bibliotheca à Dauide Hoeſchelio primò Græcè edita, deinde ab Andrea Schotto Latinè reddita, num. 195. in hunc modum: *Lectus quoque in eodem ipſo Volumine Dialogus de duplici in Chriſto & voluntate, & operatione: perſonæ autem inducuntur Pyrrhus, & Maximus, quorum hic quidem Orthodoxam tuetur ſententiam: ille verò etſi hæreticorum propugnat opinionem; tamen quaſi conſentiens cum Orthodoxis, enthimemata, ac dogmata pro recta ſententia adfert: faſſus ingenuè, ſe initio non rectè ſenſiſſe.* Meminit & Galecas lib. 4. contra Græcos cap. 27. *B. Maximus in diſputationibus aduersùs Pyrrhum, Honorium, quem aliqui vt hæreticum, Romanum tamen Epiſcopum, cauſſabantur, purgat; cum hæreticus Pyrrhus Conſtantinopolitanam tunc Eccleſiam regeret, & ad munimen erroris ſui Honorium proferret, &c.*

In defenſionem Honorij hæc etiam adfert Baronius, ibidem quod *in iudicio Synodali, cum poſt annos decem, & octo Romæ ſub S. Martino Papa & Martyre celebrata eſt Synodus Lateranenſis* (extat Tom. 3. Concil. nouæ edit.) *cui interfuerunt centum & quinque Epiſcopi, præſidente ipſo Summo Pontifice, & exactè cognita, atque tractata eſt cauſſa Monothelitarum, ac damnati in ea fuerunt, vna cum hæreſi, atque ipſorum ſcriptis, Theodorus Pharanites Epiſcopus, Cyrus Patriarcha Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus, & Paulus ſucceſſores Patriarchæ Conſtantinopolitani, authores, & propugnatores erroris: Honorius nullam prorſus vel ab hæreticis de hæreſi calumniam paſſus, nec à Sancta Synodo leuiſſima eſt ſuſpicione pul-*

Quid Synodi de Honorio.

Ff *ſatus.*

Digitized by Google

ſatus. Poſt hęc autem iterum, cum à Sanctiſſimo Pontifice Agathone celebrata eſt Romę Synodus (extat recitata in Sexta Synodo Act. 4. ſub Agath.) *centum viginti quinque Epiſcoporum, in qua repetita eſt eorundem damnatio hæreticorum, Theodori, Cyri, Sergij, Pyrrhi; & Pauli; nec leuis quidem mentio, quod errauerit Honorius, facta eſt: qui ſi erraſſet, diſſimulari minimè potuiſſet.* Sed obijcit Mornæus, Honorium damnatum in Sexta Synodo Act. 13. tanquam hæreticum, & in Septima Synodo Act. vlt. dictum anathema Honorio, Sergio, Cyro, & cæteris Monothelitis: Si igitur defendatur Honorius, neceſſe eſt Patres illos, qui illum damnarunt, condemnemus. Sed reſpondetur, ſine dubio Honorij nomen inter eos, qui damnantur in Sexta Synodo, inſertum eſſe ab æmulis Romanæ Eccleſiæ, & ſimiliter quicquid alind ibi dicitur contra Honorium. Siquidem conſtat, eam fuiſſe conſuetudinem Græcorum ferè ordinariam, libros, immò ſacras Synodos corrumpendi. Nam in ipſa Sexta Synodo Act. 12. & 14 depræhenderunt plurimas corruptiones ab hæreticis factas in Quinto Concilio: & Leo Epiſt. 83. ad Palæſtinos conqueritur de Græcis, quòd Epiſtolam ſuam ad Flauianum (qua incarnationis Verbi myſterium explicauerat) corruperant. Sanctus Gregorius, quem aliàs citauimus lib. 5. Epiſt. 14. ad Narſem, indict. 14. aſſerit, Conſtantinopolitanos corrupiſſe Synodum Chalcedonenſem, & idem ſe ſuſpicari de Epheſina, & addit: *Romani Codices multò veriores ſunt, quàm Græci: quia noſtri ſicut non acumina, ita nec impoſturas habent*; Et Nicolaus I. ad Michaelem Conſtantinopolitanum Imperatorem ſcribens, Epiſt. 3. quæ Tomo 3. Epiſt. Pontif. extat, aduersùs inordinatam promotionem Photij ſubitò ex Palatino tonſurati, & Patriarchæ ordinati, citans authoritatem Septimæ Synodi, & Epiſtolæ Adriani Pontificis, quæ in Acta eiuſdem relata legitur: *In qua* (inquit) *quantum idem Pontifex illam præſumptionem, qua ex Laicis quidam ſubitò tonſurantur, & in Epiſcoporum numerum proſiliunt exacerbatè damnauerit, ſi diligenter inquiſieritis, profectò inuenietis; ſi tamen non falſata Græcorum more, ſed ſicut à ſede miſſa eſt Apoſtolica, penes Eccleſiam Conſtantinopolitanam hactenùs perſeuerat.* Vbi notat eum Græcorum morem corrumpendi litteras Apoſtolicas. Epiſtolam Secundam Agathonis, quæ habetur Act. 4. Sextæ Synodi, qua dicitur Spiritus Sanctus ex Patre dumtaxat procedere, à Græcis fuiſſe deprauatam, & ſublatam particulam *Filioquè*, conqueſtus eſt Iulianus Cardinalis in Concilio Florentino: Et ante eum centum ampliùs annis animaduerterat Galecas homo Græcus libro aduerſus errores Græcorum. Quidni igitur probabile fiat, hęc, quæ dicuntur de Honorio, in Sexta Synodo, à Græcis, vel hæreticis, vel æmulis Romanæ Eccleſiæ addita eſſe?

Honorij nomen inter Monothelitas à ſexta Synodo dãnatos per calumniã inſertum.

Græci corrũpendis libris aſſueti.

Theodorus Patriarcha Cõſtãtinop. auctor huius calumnia.

Quis verò impoſtor hanc infamiam inuſſerit Honorio, rectè oſtendit Baronius ad annum Chriſti 681. ſcilicet Theodorum Patriarcham Conſtantinopolitanum hæreticum, qui in Synodi ſententia compræhendi debuit, Honorij nomen pro ſuo inſerendum curaſſe. Neq; verò probatio Baronij minimi momenti eſt, aut mera coniectura, vt eam vocat Mornæus, ſed plane validiſsima: nam cum de omnibus eiuſdem Eccleſiæ Patriarchis, qui à tempore eiuſdem exortæ hæreſis Monothelitarum eidẽ præfuerunt, eadem Synodus iudicium habens aliquos ex his condemnaſſe reperiatur, Sergiũ, Pyrrhum, Petrum, & Paulum, alios verò vt Orthodoxos nulla hæreſeos labe pollutos ſignificaſſe, nempe Thomam, Ioannem, & Conſtantinũ; vt habet eiuſdem Synodi Actio. 13. Quid eſt, quod q nominari minimè potuit inter Catholicos, nec recenſitus inuenitur inter hæreticos, qui vt hæreticus eiectus è ſede fuit? Certè cum ipſa Synodus ſæpe texuit Cathalogũ omnium Epiſcoporum Monothelitarum, qui eidẽ hæreſi patrocinati ſunt, haud potuit prætermiſiſſe Theodorum, quin ipſum cum illis toties adnumerarit, quoties contigit de ijſdem fieri mentionem. Fuiſſe vero Theodorum illum inter hæreticos nominatum, & ex ijſdem Synodalibus Actis poſtea expunctum, teſtem producit Baronius Anaſtaſium Bibliothecarium, qui Actiones eiuſdem Sextæ Synodi in compẽdium redegit. Quomodo verò contigerit, vt Theodorus Acta Sextæ Synodi corruperit, ſic oſtẽdit Baron. Nã ille ſedi Conſtantinopolitanæ, vnde ob hæreſim deiect⁹ fuerat, poſt mortẽ Georgij, in illius locum ſuffecti, reſtitutus, Synodi prototypum nactus, alia inde abſtulit, alia pro arbitrio addidit. Vt itaque nomen ſuum certum eſt eum è damnatorum numero expunxiſſe: ita ob odium, quod conceperat aduerſus Apoſtolicam ſedem, (quod prodidit, cum Vitaliani Romani Pontificis nomen, repugnante etiam Imperatore, è diptychis abſtulit) nomẽ Honorij ſubieciſſe, & plura harpyis vnguibus contaminaſſe. Hęc non eſt mera cõiectura, nec omninò ſine teſtibus, immò probatio, cui ſuccubituri ſint Authores in contrarium; ſi tamen æqui ſint iudices, & veritatis ſtudioſi, non, vt Mornæus, pertinaces hæretici, & dignitatis ſedis Apoſtolicæ hoſtes iurati.

Sed obijcit Mornęus: *Ita quicquid in ſumma rebus tuis obeſt, quicquid tueri non potes dices eſſe deprauatum, additum, vel detractum*; Verum ſi hæretici corruperunt etiam ſcripturas ſacras, addiderunt, vel detraxerunt pro arbitrio ad ſuas ſtabiliendas hæreſes, vt diffiteri nõ poteſt Mornæus; cur non idem contigiſſe ſacris Synodis aſſeramus; maximè cũ validæ probationes non deſint, quæ ad iudicandum ita nos cogãt? Nam nunquam Patres Sextæ Synodi condemnaſſe Honorium, aut ſibi apertè contradixiſſe, hoc argumento conuincitur: Agatho Epiſtola ad Imperatores Conſtantinum, Heraclium, atque Tiberium, quæ habetur Act. 4. Sextę Synodi aſſerit manifeſtè, nunquam Apoſtolicam ſedem à recto fidei tramite deuiaſſe: *Chriſti* (inquit) *adnitente præſidio, hæc Apoſtolica eius Eccleſia nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt.* Et poſtea: *Hæc eſt enim veræ fidei regula, quam & in proſperis, & in aduerſis veraciter tenuit, ac defendit, hæc ſpiritualis mater veſtri*

Pag. 120

Obiectio Mornæi.

Solutio.

Apoſtolica fides ante Agathonẽ Pont. nunquam à recta fide deuiauit.

tran-

Digitized by Google

tranquilliſſimi Imperij Apoſtolica Chriſti Eccleſia,quæ per Dei Omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probabitur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit:ſed,vt ab exordio fidei Chriſtianæ percepit ab auctoribus ſuis, Apoſtolorum Chriſti Principibus,illibata,finetenus permanſit. Ibidem de prædeceſſoribus ſuis: *Conſideret veſtra tranquilla Clementia, quoniam Dominus, & Saluator omnium,cuius fides eſt qui fidem Petri non defecturam promiſit, confirmare eum fratres ſuos admonuit, quod Apoſtolicos Pontifices, meæ exiguitatis prædeceſſores, confidenter feciſſe ſemper,cũctis eſt cognitum, quorum & puſillitas mea, licet impar, & minima, pro ſuſcepto tamen diuina dignatione miniſterio, pediſſequa cupit exiſtere.* His lectis,nihil ab Aduerſarijs, ex aduerſo ſtantibus Monothelitis,in Honorium Romanum Pontificem,aut alios obiectum.Et hęc Epiſtola Agathonis à toto Concilio probata eſt Act. 8. & Act. 18. vbi dicunt Patres illi, non tàm Agathonem, quàm Diuum Petrum per Agathonem loquutum eſſe.Hinc igitur validum ducitur argumentum: Si Honorius fuit hæreticus Monothelita; quomodo firmiter aſſerere, & ſincerè profiteri potuit Agatho, de hac ipſa hæreſi diſputans, nullum ſuorum prædeceſſorum vnquam erraſſe? Deinde,ſi Concilium fatetur, Petrum per Agathonem loquutum, ac dixiſſe, Romanos Pontifices ſemper confirmaſſe fratres ſuos in fide, & hæreſibus nunquam ſuccubuiſſe; qua temeritate idem Concilium Honorio dicit anathema, eumquè tanquam hæreticum condemnat? Itaque neceſſe eſt, vt argumentantur Baronius, Bellarminus, & alij, vel Concilium eſſe falſatum, vel Epiſtolam Agathonis,vel Concilium ſecum,& cum Agathone pugnare; hoc vltimum nemo vnquam aſſeruit,ne hæretici quidem; de ſecundò non fuit vnquam vlla ſuſpicio,ergo neceſſe eſt aſſerere primum.Hanc rationem non ignorauit Mornæus à noſtris proponi; ſed quia nihil habebat, quod reſponderet, eam ſuppreſſam voluit.

Igitur nec Honorius.

Id ampliùs confirmatur: nam Act. 3. Sextæ Synodi,cùm legerentur Acta Quintæ Synodi, & ventum eſſet ad ſeptimam Actionem,vbi cõtigit percurri ſcripta Vigilij in anathematiſmo aduerſus Theodorum Mopſueſtenũ, quòd non confiteretur vnam in Chriſto perſonam, lectum fuit ex additamento Monothelitarum, *Et vnam operationem*: at Legati audientes impoſturam, reſtiterunt, & exclamarunt, nihil huiuſmodi eſſe Vigilij, ſed falſos illos eſſe libellos,partuſquè ſuppoſitos nomine Vigilij: Si enim cum vnius operationis aſſertione Vigilius receptus eſſet à Synodo,oportuiſſet & Synodum eiuſdem errorem eſſe profeſſam, quod cum non poſſet dici, vtique neque de Vigilio id ſentiendum.Si tantum laborarunt Apoſtolicæ ſedis Legati pro Vigilio calumniam paſſo, & in crimen hæreſis Monothelitarum ibidem vocato,nec ceſſarunt,quouſquè ipſum ab eadem calũnia penitùs vindicarent, & à quauis erroris ſuſpicione immunem oſtenderent; quid ſibi vult adeò tenax in eis ſilentium,vt ne verbum quidem fecerint pro Honorij defenſione;cum dignitatis ſedis Apoſtolicæ non minus intereſſet Honorium ab hæreſi vindicari, quàm Vigilium? Falſum itaque eſt,cõdemnatum vnquam fuiſſe Honorium à Sexta Synodo tanquam hæreticum: & commentitia eſſe conſtat,& ab hæreticis ſuppoſita,quę de condemnatione Honorij illic habentur.

Legati ſedis Apoſtolicæ Vigiliũ vindicant ab impoſtura Monothelitarum.

Sed demus,Sextam Synodum condemnaſſe Honorium,tanquam hæreticum:an ideò hęreticus Honorius? minimè verò;quia ex falſa informatione eum condemnarunt,proindeq; in eo iudicio errarunt. Etſi enim Generale Cõcilium legitimum non poſsit errare,vt neq; errauit hoc Sextum in dogmatibus fidei definiendis;tamen errare poteſt in quæſtionibus de facto. Itaq; tutò dicere poſſumus (ait Bellarm.) hos Patres deceptos ex falſis rumoribus, & nõ intellectis Honorij Epiſtolis, immeritò cũ hæreticis connumeraſſe Honoriũ. Quæ dicta ſint, vt quaquauerſum ab hereſi Honorius vindicetur; licet Sextæ Synodo tàm prepoſterè,tamq; inconſultè, ac demum iniuſtè facta condẽnatio minimè tribuẽda ſit;cum præſertim (inquit Baronius qui antiquior cæteris, atq; fideliter huius tẽporis res geſtas ſcriptis mãdauit) Theophanes nullum penitùs de Honorij condẽnatione verbum habuerit, quæ velut portentũ magni fuerat oſtentanda,quòd nunquã hactenùs accidiſſet, vt à Catholicis in Synodo Romanus Põtifex damnaretur.Ex quibus omnibus corrigẽdi ſunt,qui poſt promulgatas Synodi Actiones à Theodoro deprauatas,id de Honorio affirmarunt,ſecundum quod in eis repererãt eſſe ſcriptum, nulla altiori de veritate facta indagine,ſiue hi fuerint Græci,ſiue Latini.

Honorius etſi dãnatus eſſet à VI. Synodo, non ideo tamẽ eſſet hæreticus.

Citabat Mornæus Bedam,& Anaſtaſium pro Occidentalibus; cùm tamen Beda habeat Honorium pro ſancto,etiam poſt eius mortem, vt oſtendit Bellarminus ex eodem libro ſecundo Hiſt.Anglorum cap.17.18.19.& ex vita Sancti Bertolfi Abbatis:non igitur habuit eum pro damnato hæretico, vt vult Mornæus. Itaque in libro,*De ſex ætatibus Mundi*,irrepſit nomen Honorij additum ab aliquo ſciolo, eo quòd in Sexta Synodo inueniatur cum nominibus Cyri, Sergij, &c.

Honorius à Beda habitus pro ſancto.

Itaq; Bedæ locus eſt corruptus.

Quantum ad Anaſtaſium: in Honorio nihil tale ſcribit; ſed in Leone Secundo dicit, eum ſuſcepiſſe Sextam Synodum, in qua condemnati ſunt Cyrus, Sergius, Honorius, &c. vbi certum, nomen Honorij ſubiectum eſſe loco Theodori Conſtantinopolitani Patriarchæ: nam ex Anaſtaſio Bibliothecario docet Baronius, Theodorum illum fuiſſe inter hæreticos Monothelitas in Sexta Synodo condemnatum: quomodo igitur idem Anaſtaſius in Pontificali,in Leone II. inter condemnatos in eadem Synodo Theodorum illum non nominat,niſi quia certũ, nomen Honorij loco Theodori ſubiectum?

Idem iudiciũ de loco Anaſtaſii.

Pro Orientalibus Pſellum profert lib. de ſeptem Synodis. Atqui Photium lib. de ſeptem Synodis proferimus,qui cap.6.de ſexta Synodo ſcribẽs,hæreticoſq; in ea condẽnatos recẽſens, nullam Honorij Papæ mentionem facit,quem

vtique homo Græcus, & Romanæ ſedis æmulus non omiſiſſet, ſi eum huius hæreſeos reum putauiſſet. Melchiorem Canum ex recentioribus citat, *quem voluiſſem* (inquit Baronius) *ſenſibus potius canum, quàm nomine, dum Honorium hæreticum (nondum inſpecta, & dijudicata eius Epiſtola, cuius cauſſa ponitur eſſe damnatus) affirmat*. Et certè non diligenter omnia Canum inſpexiſſe, inde conſtat, primò, quòd ait, Agathonem anathema dixiſſe Honorio; nuſquam enim in Epiſtolis Agathonis inuenitur, immò potiùs contrarium, vt ſupra demonſtrauimus. Sed Canus deceptus videtur ex Summa Conciliorum, vt rectè obſeruauit Bellarminus; nam Author Sūmæ Conciliorum contra fidem ipſarum Epiſtolarum, quæ habentur integræ in Tom. 3. Cōcil. addidit nomen Honorj. Secundò, quòd ait, hanc Epiſtolam Agathonis ſcriptam eſſe ad Concilium ſextum. Non enim ad Concilium, ſed ad Imperatores ſcriptæ ſunt ambæ Agathonis Epiſtolæ. Poterat & cum iſtis Mornæus citare Franciſcum Torrenſem lib. de ſexta, ſeptima, & octaua Synodo, vbi contra Albertū Pighium diſſerit, & verè condemnatum in ſexta Synodo Honorium, ac in eius Epiſtola ad Sergium hæreſim Monothelitarum aſſeri contendit; cuius certè contrarium ſatis ſufficienter probatum eſt. Verùm id Mornæo concedamus; an quidquā detrahit authoritatis, aut dignitatis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac ſedis Apoſtolicæ? Sic ibi Torrenſis: *Priuatas litteras ad Sergium miſerat Honorius, non autem de Concilij ſententia, & maturo fratrum conſilio. Neque verò ſi quid Pontifex priuatè tradit, id continuò impingendum eſt, & aſſignandum Petræ, de qua illud: Portæ inferi, non præualebūt aduerſus eam*. At neque Honorium aſſerit fuiſſe hæreticum, ſed adulatione, & metu ſcripſiſſe quæ non gerebat in animo. Verùm neque hæreſim eſſe in Epiſtolis Honorij ad Sergium, neque metu, aut adulatione, ſed prudentiſsimo conſilio ſcripſiſſe Honorium, ſatis ſuperquè demonſtratum eſt. Sanderus vir doctiſſimus lib. 7. de Viſib. Monarch. Eccleſiæ §. 545. *Etſi fateamur* (inquit) *Honorium erraſſe in articulo de duabus in Chriſto voluntatibus* (de quo nihil ſe definire aſſerit) *tamen Eccleſia Romana ex ea re nō probatur hæreſim aliquam aut prædicaſſe, aut profeſſa eſſe, ac multò minùs prædicandam, & profitendam publico Decreto ſanxiſſe. Quemadmodum autem Simon aliter filius Ioannis erat, aliter verò cognominabatur à Chriſto Petrus, cum illud naturæ, hoc gratiæ nomen eſſet: ſic omnino quilibet Pontifex Romanus duplicem perſonam ſuſtinet, vnam ſibi lege naturali propriam, in qua velut Simon quidem, aut alius quilibet homo errare etiam in fide poteſt, aliam à Chriſto impoſitam, in qua velut petra, ſupra quam Eccleſia militans pro tempore ædificatur, velut confirmator fratrum, & paſtor agnorum, atquè ouium, errare non poteſt, quia pro eius fide, vt ea non deficiat, Chriſtus rogauit. Cum enim hanc publicam perſonam non ſua, ſed totius militantis Eccleſiæ cauſſa ſuſtineat; non magis in ea perſona errare poteſt, quam Eccleſia ipſa, quæ columna eſt, & firmamentum veritatis. Porrò hanc publicam perſonam ſuſtinet, quoties hoc ipſum ex propoſito agitur, vt ſedes Petri, conuocatis Epiſcopis, & fratribus, qui pro tempore adſunt, & magna conquiſitione facta videat, deliberet, ac decernat de re in controuerſiam vocata. Tunc enim liberè poterit cum Apoſtolis concludere: Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis &c.* Actorum 15. Poſt: *Id ergo reſtat, vt qui Romanam Eccleſiam erraſſe vnquam in fide affirmant, demonſtrent tale aliquid decretum in cauſſa fidei palàm, publiceque de fratrum conſilio à ſede Apoſtolica interpoſitum, quod hæreſim ſtatuere ac ſtabilire conatum ſit. Tale autem nihil ab Honorio factum proferri poteſt, &c.* Hæc Sanderus. Licet non videatur neceſſarium, vt Papa congreget Epiſcopos, ad hoc vt dicatur aliquid definiuiſſe ex Cathedra, vel vt perſona publica.

De Melchiore Cano.

Ioann. Torrenſis ſententia de Honorio.

Sāderi ſententia de Rom. Eccleſia, etiamſi Honorius errаſſet.

Itaque ſi vt priuatus doctor errorem aliquē ſcripſit Honorius; non tamen vt Pontifex eum definiuit. Eccleſia Romana eſt, quæ Monothelitarum hæreſim ad internecionem vſque perſecuta eſt. Atque hæc fuſiùs de Honorio, vt non modò eum, verùm multò magis Romanam Eccleſiam ſedem Apoſtolicam ab omni errore immunem ſemper fuiſſe, contra perfidos iſtos Nouatores oſtenderemus.

Expendere nunc licet fraudem iſtius in citandis ex Synodo Toletana 4. cap. 16. verbis iſtis.

Mornæi fraus in ſupprimendis verbis, quibus Eccleſiæ Rom. authoritas indicatur.

Apocalypſis librum ſi quis non receperit, & à Paſcha vſque ad Pentecoſtem Miſſarum tempore in Eccleſia non prædicauerit, excommunicationis ſententiam habebit. Pag. 119

VBi ſupprimit verba præcedentia: *Apocalypſis librum multorum Conciliorum authoritas, & Synodica Sanctorum Præſulum Romanorum Decreta Ioannis Euangeliſtæ eſſe praſcribunt, & inter diuinos libros recipiendum conſtituerunt: & quia plurimi ſunt, qui eius authoritatem non recipiunt, eumque in Eccleſia Dei prædicare contemnunt, &c.* Vbi fulcitur Concilium in approbando libro Apocalypſis Romanorum Pontificum authoritate. Interim Mornæus.

Quo tandem inſtinctu, niſi hoc ſanè, quòd populum aduerſus Antichriſtum in illa & prædictum, & graphicè deſcriptum præmuniri oportebat? Pag. 120

AN quæſo mens eſt Concilij præmunire populum aduerſus Romanos Pontifices ſanciendo, librum Apocalypſis eſſe recipiendum? Annon teſtatur eo Canone, Synodica Sanctorum Præſulum Romanorum decreta perſcribere, librum Apocalypſis eſſe Ioannis Euangeliſtæ? Annon decreuit Concilium eo Canone, librum Apocalypſis inter miſſarum ſolemnia legendū, vel prædicādū? Quorſum igitur Nouator iſte nobis obijcit Concilium Toletanū 4. qui tàm abhorret à Miſſarum ſolēnijs, quā Diabolus à memoria paſsionis Chriſti, quā ſacrificium iſtud incruentum nobis refert? Et 6. Can. cum eſſet controuerſia in Hiſpania, an ſimplex merſio, an verò trina in baptiſmo adhibenda eſſet,

Refellitur Mornæi commentum.

Patres Concilij Toletani IV. cēſulendā cenſent Apoſtolicā ſedem.

eſſet, Patres in illo Concilio Can. 6. *Quid à nobis in hac Sacramenti diuerſitate faciendum ſit* (inquiūt) *Apoſtolicæ ſedis informemur præceptis, non noſtram, ſed paternam inſtitutionem ſequentes:* Et poſtea producunt, quid aliquando S. Gregorius de hac Hiſpaniæ diuerſitate S. Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi reſpondiſſet. Vbi, quanti faciant iudicium Sedis Apoſtolicæ, id eſt Sanctæ Romanę Eccleſiæ, ſatis oſtendunt.

Proſequitur Mornæus.

Pag. 120

Notat (inquit) *Baronius nonnullos locos, in quibus Decretum Phocæ obtinuerit, nec nos inuiti fatemur. Sergius enim Cypri Archiepiſcopus, literas inſcribit Theodoro Papæ vniuerſali, eò procliuiùs, quòd ei cum Conſtantinopolitano diſſidium.*

Mornæus imponit Baronio.

VBi impoſturas, & mendacia iſtius obſeruare licet. Neque enim, quoties præſules Eccleſiarum, vel ſacræ Synodi Pontificibus Romanis cum titulo *vniuerſalis Papæ*, vel *Epiſcopi* litteras inſcripſerunt, Baronius citat Phocæ Decretum, aut ex eo Decreto id factum docet. Neq; certè illi mouebantur, vt ita ſcriberent, ex Decreto Phocæ, quod parum curaſſent, vt qui tàm tyrannicè imperaſſet, cuius vita, & exitus adeò infamis fuiſſet, & nomen poſt mortem omnibus exoſum; verùm ex inſtitutione Chriſti Domini: quod patet manifeſtè vel ex ea Epiſtola Sergij Cypri Archiepiſcopi ad Theodorum Pontificem Romanum, quæ habetur in Actis Rom. Synodi ſub Martino: *Sāctiſſimo, & Beatiſſimo à Deo honorabili Domino meo, Patri Patrum Archiepiſcopo, & vniuerſali Papæ, Domino Theodoro* (rugit, torquetur, inſanit ad hunc titulum Mornæus) *Sergius humilis in Domino ſalutem.* Deinde initio ſtatim Epiſtolæ: *Firmamētum à Deo fixum, & immobile, atque tituli formam lucidiſſimam fidei, veſtram Apoſtolicam ſedem conſtituit* (ò ſacer vertex) *Chriſtus Deus noſter. Tu enim es* (*ſicut diuinum veraciter, pronunciat verbum*) *Petrus, & ſuper fundamentum tuum, Eccleſiæ columnæ confirmatæ ſunt. Tibi & claues Cœlorum commiſit, atquè ligare, & ſoluere poteſtatiuè, quæ in terra, & in Cœlis ſunt, promulgauit, &c.* Ex quibus cōſtat, Sergium nō ob Decretum Phocæ, ſed ob verbum Chriſti Domini ita inſcripſiſſe Epiſtolam Theodoro Romano Pontifici. Quod illi cum Epiſcopo Conſtantinopolitano diſſidium: nullum citat authorem Mornæus, multò minus oſtendit, ex eo diſſidio ita Epiſtolam inſcripſiſſe.

Quo Sergius Cypri. Archiep. moueatur, vt titulū Papæ vniuerſalis inſcribat Theodoro Pont.

Pag. 120

Quædam etiam (inquit) *generalis in Africa Synodus Summo omnium Præſulum Pontifici, vti in Concilio Lateranenſi ſub Martino legitur &c.*

EST Synodalis Africanorum trium Conciliorum Epiſtola, eaque extat in Concilio Lateranenſi 1. & apud Baronium ad annum 646. art. 3. quæ ita inſcribitur: *Domino Beatiſſimo Apoſtolico culmine ſublimato, Sancto Patri Patrum Theodoro Papæ, & Summo omnium Præſulum Pontifici Columbus primæ ſedis Epiſcopus Concilij Numidiæ, & Stephanus primæ ſedis Epiſcopus Concilij Bizaceni, & Reparatus Epiſcopus primę ſedis Concilij Mauritaniæ, & vniuerſi Epiſcopi de tribus Concilijs antedictis Africanæ Prouinciæ.* Deinde initium Epiſtolæ: *Magnum, & indeficientem omnibus Chriſtianis fluenta redundantem apud Apoſtolicam ſedem conſiſtere fontem, nullus ambigere poſſit, de quo riuuli prodeunt affluenter vniuerſum largiſſimè irrigantes Orbem Chriſtianorum, cui etiam in honore Beatiſſimi Petri, Patrum Decreta peculiarem omnem decreuere reuerentiam in requirendis Dei rebus, quæ omnino, & ſolicitè debent; maximè verò, iuſtequè ab ipſo Præſulum examinari vertice Apoſtolico, cuius vetuſta ſolicitudo eſt, tam mala damnare, quàm probare laudanda. Antiquis enim regulis ſancitum eſt,* (non Phocæ decreto Mornæe) *vt quicquid quamuis in remotis, vel in longinquo poſitis ageretur Prouincijs, non priùs tractandum, vel accipiendum ſit, niſi ad notitiam almæ ſedis ueſtræ fuiſſet deductum, ut eius authoritate, iuſta quæ fuiſſet pronunciatio, firmaretur, indequè ſumerent cęterę Eccleſię, uelut de natali ſuo fonte, prędicationis exordium, & per diuerſas totius Mundi Regiones puritatis incorruptę maneant fidei ſacramenta ſalutis.* En teſtimonium Africanarum Eccleſiarum, ex quo, quanti faciant Romanæ ſedis Antiſtitem, eiuſquè iudicium, cuiuis perſpicere licet: Vbi & teſtantur, eò ſemper omnes Eccleſias in dubijs fidei confugere ſolitas, & Romanæ Eccleſię primatum apertè fatentur. Quod ſi Mornæus veritatis indagandæ, & cognoſcendæ ſtudioſus fuiſſet; certè non in veſtibulo ſtetiſſet, aut ipſum Epiſtolæ titulum dumtaxat conſideraſſet, ſed penitùs, quid tota Epiſtola contineret, inſpexiſſet.

Rom. ſedis ſupremaauthoritas à trib. Africanis Cōcilijs agnita.

Videbantur Mornæo nimium magnifici iſti tituli, quibus à Primatibus, & cæteris Epiſcopis Eccleſiarum Africæ ornabatur Romanus Pontifex; ideò nobis Victorem Chartaginenſem Epiſcopum producit,

In hoc ipſo Concilio (inquit) *profeſſionem fidei ſuæ Theodoro illi mittens* (Victor) *antiquum obtinet; Domino beatiſſimo, & honorabili ſancto fratri Theodoro Papæ; Et Epiſtolam ipſam inchoans; Veſtræ, inquit, beatiſſimæ fraternitatis apud Deum acceptabilia opera, & conuerſatio glorioſa. Quin et leniter ei inſinuat, quid velit, Apoſtolos pari honoris, & poteſtatis conſortio præditos.* Pag. 120

AN verò hic titulus neceſſariò arguit, Victorem aliud, quam cæteros de Romani Pontificis authoritate iudicaſſe? Eſt vtique *frater* Romanus Pontifex, & poſt Dominum non cōfunditur cæteros *fratres* vocare; ſed & *Dominus fratrum ſuorum*, ante quem incuruantur filij ma

Quo ſenſu Apoſtoli pari fuerint pari honoris, & poteſtatis conſortio.

tris Eccleſiæ, quē adorant filij Patris ſui Chriſti Domini. Quod dicit, Apoſtolos pari honoris, & poteſtatis conſortio prẹditos: vtique ratione Apoſtolatus, quatenùs omnes à Chriſto immediatè vocati, & Legati per Orbē terrarum ad prædicandum ſacrum Euãgelium deſtinati: & hac eadem locutione Cyprianus vtitur lib. de vnit. Eccleſiæ cap. 3. *Hoc erant utique & cẹteri Apoſtoli, quod fuit Petrus pari conſortio prẹditi & honoris, & poteſtatis.* Vbi tamen primatum Petri diſertè profitetur; nam ſubiungit: *Sed exordium ab unitate proſiciſcitur, primatus Petro datur, ut una Chriſti Eccleſia, & Cathedra una monſtretur.* Et omnes Patres *Principem Apoſtolorum* Petrũ nuncupant, & idem Cyprianus priùs ſcripſerat: *Super illum unum ẹdificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas.* Et cæterorum Apoſtolorum authoritas extraordinaria erát, Epiſcopis eorum ſucceſſoribus minimè communicanda; ſed Petri erat ordinaria, ad regimen Eccleſiæ perpetuò in eius ſucceſſoribus manſura. Non igitur Victor illis verbis inſinuare voluit, vt ſubindicat Mornæus, ſe, ac cæteros Epiſcopos Romano Pontifici honore, & poteſtate pares eſſe; nam alioqui inſinuare etiam voluiſſet, reliquos Epiſcopos Africæ ſibi Carthaginenſi Epiſcopo pares eſſe; cum tamen dignitate, poteſtate, & honore reliquis præiret.

Apoſtolorũ omnium præter Petrũ, authoritas extraordinaria fuit.

Sed Victor (inquit Mornæus) *quanquam Epiſcopum Carthaginis ordinatum ſe eſſe ſignificat, ab ipſo confirmari neutiquam petit; tãtum rogat, precibus eius Deo commendari, vt ſuo munere probè defungi poſſit.* Pag. 121

VErùm, vt cõſtat ex illius Epiſtola ad Theodorum Papam (habetur in Actis Concilij Rom. ſub Martino Secret. 2.) ſimulac creatus eſt Carthaginenſis Epiſcopus, Legationem ad Theodorum Papam miſit. *Ad ſalutationem veſtræ ſanctæ & honorãdæ fraternitatis vice noſtra Melloſum, humilem veſtrum fratrem, noſtrum Epiſcopum, & Redemptum Diaconum, vel Creſciturum Notarium ſanctẹ noſtræ ſedis, veſtros famulos deſtinauimus, &c.* quorſum niſi vt probaretur eius ordinatio Romano Pontifici, ſequè per omnia Catholicum apud eum profiteretur? & contra hæreſim Monothelitarum loquens: *Poſſumus* (inquit) *multiplicibus Patrum documentis noſtræ paruitatis intentionem firmare, niſi ueſtram ſanctiſſimam fraternitatem in omnibus corde ea retinere firmiſſimè teneamus. Vt autē ipſius Apoſtolicæ ſedis decretis per omnia cõfirmemur, Leonis Beatiſſimi prædeceſſoris veſtri Apoſtolicæ memoriẹ definitionem inſeri peruidimus quæ cõtinet: Agit enim vtraque natura cum alterius cõmunione, quod proprium eſt* Poſt. *Veſtrum eſt, frater Chariſſime, canonica diſcretione ſolicitè contrarijs Catholicẹ fidei obuiare, nec permittere, nouiter dici, quod Patrum venerabilium authoritas omnino non cenſuit.* Vbi aperte docet, Romani Pontificis eſſe hæreſes nouiter obortas condemnare.

Cur victor Chartag. Epiſc. Legationē miſerit ad Theodorũ Pont.

De Martino primo Theodori ſucceſſore.

De Martino I. Pontifice, qui Theodoro ſucceſsit anno Chriſti 649. ita ſcribit Mornæus, q̃d cum Orientis Patriarchæ hæreſeos Monothelitarum aut tenerentur, aut ſuſpecti eſſent, occaſione vtendum ratus Epiſcopos eò miſerit, nonnullos etiam Vicarios ſuos in partibus cõſtituerit, qui Orthodoxam doctrinam tutati erant. Ergo is ſcopus erat Martini Pontificis, vt hæreſim profligaret, & aduersùs Patriarchas illos fidem Orthodoxã in partibus Orientis defenderet, & conſeruaret. Cur ægrè fert iſte, Martinum Põtificem more prædeceſſorum ſuorum in id tũ adeò ſedulò incubuiſſe? ſi Chriſtianus eſt; annon meminiſſe debuit Apoſtoli Pauli, aliquando ſcribentis Philipp. 1. *Quid enim? Dum omni modo ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuncietur: & in hoc gaudeo ſed, & gaudebo.* Sed perfidus iſte hæreticus, ſentina omnium hæreſeon eo nomine Romanis Pontificibus infeſtus eſt, quòd omnes hæreſes ab initio profligarint, ac fidem Orthodoxam vbique ſtrenuè tutati ſint. Pag. 121

Mornæus à pietate Chriſtiana lõgè abhorrens.

Curſum hunc (inquit) *Conſtans Imperator anno ſequenti interrumpit, qui Romæ comprehenſum Conſtantinopolim adduci iubet, vnde in exilio paulò poſt moritur.* Pag. 121

QVia nimirum Martinus Papa noluerat ſubſcribere hæreſi Monothelitarum, immò, conuocata Romæ Synodo centum & quinque Epiſcoporum, damnauerat ſub anathemate Principes hæreſeos Monothelitarum Cyrum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum; ideò Cõſtans ille Imperator hæreticus primò Romam Theodorum Exarchum, qui Pontifici manus violentas adferret, quod perficere non potuit, Lictore, dum tàm audax facinus aggreditur, cæcitate percuſſo; deinde Theodorum Calliopam miſit, qui Pontificem Conſtantinopolim perduxit, vnde poſtea in Cherſoneſum exilij cauſſa deportatus, omnium rerum inopia preſſus, ac multis calamitatibus circumuentus tandem obijt. Vbi expendere licet, qui ſit ſenſus iſtius hẹretici: nam curſum hunc interruptum à Conſtante Imperatore non alium intelligit, quàm *progreſſum Miſterij Iniquitatis*, cui Conſtans ſeſe oppoſuerit. Quis verò ille erat *curſus*, iudicio Mornæi? quod Pontifex Martinus Vicarios ſuos in partibus Orientis eos conſtitueret, qui fidem Orthodoxam tutati erant. Itaq; ex ſententia Mornæi, defenſio fidei Orthodoxæ, & cõdemnatio hæreſeon erat myſterium iniquitatis. Martinus Põtifex illud operabatur, & promouebat; Conſtans verò Imperator, & Patriarchæ illi Orientales hæreſeos Monothelitarum Anteſignani ipſi erant, qui huic ſeſe opponebant.

Cur Martinus I. comprehenſus, & exilium paſſus à Cõſtãte Imp.

Defenſio Catholicæ fidei, & cõdenatio hæreſis Monothelitarum Mornæo eſt Myſterium iniquitatis.

Accuſatus (inquit) *inter alia crimina* (Martinus) *quod cum Sarracenis contra Imperatorem conſpiraſſet.* Pag. 121

SEd ab hæreticis. Quod ſi Mornæus adfuiſſet: & ſuo calculo, non dubium, Pontificem momordiſſet, qui id criminis Martino impoſitũ pro-

Proditionis crimē Martino Pont falsò impoſitum.

Digitized by Google

probare ſe oſtendat. Annon accuſati multorum ſcelerum à perfidis Ethnicis Chriſtiani? Annon fraude Leonis Imperatoris Iconomachi ſceleſtiſsimi accuſatus proditionis apud Regem Saracenorum S. Ioannes Damaſcenus? Conſtantis igitur Imperatoris hæretici fraude id criminis Martino haud dubiè impoſitum.

Pa. 121.

Erat (inquit) *Martinus, vt ex eius vita perſpicuum, ſuperbus in primis, & audax, nec tamen in ipſo Occidente Eccleſiarum libertatem penitùs opprimere potuerat.*

Mornæus iniquè Martinum accuſat ſuperbia.

NEſcio, qd iſte ſuperbię nomine intelligat, niſi fortaſſe, quod Martinus Conſtantis, & hæreticorum minas contempſerit, nulla ratione, aut vi, vt illis cederet, ſeu de conſtantia fidei dimoueretur, adduci potuerit. De cuius conſtantia ita S. Audoenus in vita S. Eligij ca. 34. apud Surium 1. Decemb. *Interim dilatione intercedēte inimicus humani generis acriùs incitatus pulſabat fortiter murum Eccleſię per homines perditos, ac turrim validiſſimam omni oppugnationis genere infeſtabat, Martinum perpetuis afflictionibus illum Epiſcopum ad ſe inflectere cupiens. Sed quamuis impurus ſpiritus omni niſu pugnaret armatus; attamen reſiſtebat Martinus, Chriſti gratia, & uirtute repletus, ac ueluti ſi ſaxo immobili undarum fluctus illidantur, ita uirili animo dicta reſpuebat hęreticorū garrientium.* Quod ſi Martinus Conſtanti obtemperaſſet, hæreticus fuiſſet: quia non obtemperauit, ſuperbus fuit; vt quacumque via incedant Romani Pontifices, iſtius calumnias non effugiant. Cui aſſimilabimus iſtam generationem? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt Math. 11. *Cecinimus uobis, et non ſaltaſtis, lamentauimus, & non planxiſtis. Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt, dæmonium habet: Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicūt, Ecce homo uorax &c.* Quis verò Martini vitam deſcribens eum vnquam ſuperbiæ notauit? De Paulo quidem Epiſcopo Conſtātinopolitano ſcribit Anaſtaſius in Martino, quod *huius temporibus inflatus ſuperbię ſpiritu aduerſus rectum ſanctę Dei Eccleſię dogma, audacter pręſumpſit paternis definitionibus contraire:* quodque Apocriſiarios Apoſtolicæ ſedis, cum eum moneret, vt ab hæreſi recederet; *perſecutionibus diuerſis cum alijs Orthodoxis viris, & Venerabilibus Sacerdotibus inſecutus eſt, quoſdam cuſtodiæ retrudens, alios in exilium deportans, alios autem verberibus committens.* Deinde ſubiungit: *Tunc Martinus ſanctiſſimus, ac beatiſſimus Epiſcopus miſit, & congregauit Epiſcopos in Vrbem Romam &c.* Si ſanctiſsimus, ac beatiſsimus, quomodo ſuperbus? Platina, Onuphrius, & alij, qui Pontificum vitas ſcripſerunt, ſanctiſsimum eum fuiſſe teſtantur. Zonaras author Græcus in vita Conſtantis Imperatoris; *Martinum* (inquit) *ſanctiſſimum Papam Romanum in exilium egit, in quo & mortuus eſt, clarus miraculis poſt mortem in ſanctorum numerum relatus eſt.* Immò & Gennadius Scholarius

Martini Pont. conſtantia.

Paulus Epiſcop. Conſtantinop. Martini aduerſarius qualis.

Martinus Pontifex ſanctiſſimus.

Patriarcha Conſtantinopolitanus, eundē ſanctiſsimum virum à græca Eccleſia coli decima tertia menſis Martij, libris à ſe editis, poſt expugnationem Vrbis à Mahomete ſecundo, teſtatus eſt. Neque verò in Eccleſias Occidentis iuriſdictionem ſuam Martinum exercuiſſe, hoc fuit (vt interpretatur iſte) earum libertatem opprimere; nec enim hæc ſubiectio ſeruilis eſt, aut libertati contraria. Subditi apud Chriſtianos Regibus ſubijciuntur, filij parentibus, & in his, quæ ſunt ad Deum, omnes Sacerdotibus, & Paſtoribus Eccleſiarum; an ideo eorum oppreſſa libertate? *Non ſicut dominantes in Clero, ſed ſicut forma facti gregis.* 1. Petri 5. Et Chriſtus Dominus Matth. 20. *Reges gentium dominantur eorum, non ita erit inter uos; ſed qui maior eſt ueſtrum, fiat ſicut miniſter ueſter.* Vbi primatum voluit eſſe inter eos, & graduum diſtinctionē, vt alij maiores eſſent, alij minores. Ergo ſi maior inter Epiſcopos Romanus Pontifex, & ſi in omnes Eccleſias iuriſdictionem exercet; an ideo quidquam id earum officit libertati?

Vt talis ab ipſa Græca Eccleſia colitur.

Expendamus verò, quàm ſubtiliter id probet Mornæus, quia Concilia celebrata tùm in Gallia, tùm in Hiſpania Regum authoritate conuocata, vbi condemnati hæretici, & quæ Romani Epiſcopi nuſquam meminere, quanquam de præcipuis Eccleſiæ Chriſtianæ capitibus ibi agitur. Atqui hæc erant Concilia Nationalia, quæ à Primatibus ſolent conuocari quibus & ipſi præſunt: quibus conuocandis etſi Regum conſenſus, atque authoritas accedat pro ſuo in ſacram religionem zelo, atque ſtudio; id fit, vt, quę definiuntur, maiorem apud ſubditos habeant authoritatem, & executioni mandentur. Neque enim, quod ſæpius repetitū eſt, Reges ipſi de ſacra religione quidquam definiunt, vel de diſciplina Eccleſiaſtica Canones condunt. Concilia verò illa, niſi ſacri alicuius Concilij Generalis, aut Romani Pontificis authoritate roborentur, nunquam omnes Chriſtianos ſuis definitionibus, aut Canonibus obſtringere potuerunt. De hæretico illo in Concilio Aurelianenſi à ſancto Audoeno Rothomagenſi Epiſcopo, & alijs condemnato: quis fuerit, aut cuius hæreſis aſſertor, ignoratur; vt certum ſit, eum non nouam hæreſim excogitaſſe, ad quam condemnandam opus eſſet Apoſtolicæ ſedis authoritate, ſed iam ſatis condemnatas promulgaſſe, vt tanquam hæreticus notorius eo nomine meritò proſcriptus, & à toto Regno Præſulum authoritate eliminatus ſit. Et quoniam ſcribit iſte, Pontifices Romanos Eccleſiarum Occidentis libertatem tùm tentaſſe opprimere: quid quæſo iſta Concilia pro tuenda libertate Eccleſiarū contra illius oppreſſores Romanos Pontifices definierunt? quod tamen feciſſent, ſi ſibi plus æquo Romanos Pontifices arrogare, & non cōmiſſam ſibi à Chriſto poteſtatem exercere intellexiſſent, ext. *de relig. domibus* capit. 2. *Iura ſua Pontifex Romanus ſingulis Epiſcopis inuiolata ſeruare, non uerò libertatem Eccleſiarum opprimere intendit.* Quorſum verò putauit Mornæus citanda illa Concilia Nationalia, ſiquidem Nouatori-

Pa. 121.

De hæretico illo, quē S. Audoenus, & alij condemnarunt.

Digitized by Google

NImirum à ſchiſmaticis aliquot Iſtriæ,& Venetiæ Epiſcopis, qui ſi in vnitate Eccleſiæ Catholicæ fuiſſent, vtique ei obtemperaſſent. Neque authoritatem Principis eam eſſe dicimus, vt ſemper omnes ei ſubditi obtemperent de facto, ſed quod iure ei obtemperare teneãtur. An quando impius Abſalon, & populus Iſrael defecit à Dauide, non erat eorum Rex legitimus,& ius necis,& vitæ in eos non habebat? Quod ſi inde Mornæus velit, Pontificem Romanum non habuiſſe in illos Epiſcopos iuriſdictionem, quia ei minimè parebant, vt ex facto naſci velit ius; ergo, cùm in alijs remotiſſimis Prouincijs ei tùm ſit obtemperatum, ad eas ſe protendiſſe illius iuriſdictionem, fateatur neceſſe eſt:& nunc, cùm, quàcunquè Catholica diffunditur Eccleſia, Epiſcopi ſupremam illius authoritatem agnoſcant; eam certè nullis limitibus coarctatam eſſe, ſi quid momenti habet Mornæi ratio, Nouatores iſti oportet admittant.

Ad Principis authoritatẽ requiritur, nõ vt ſubditi de facto illi obtemperent, ſed vt obtẽperare teneantur.

Pag.117 *Patriarcham ſuum* (inquit Mornæus) *tantum agnoſcebant.*

QVia altare contra altare erigebant, vtique ille Patriarcha velut *Idolum in Bethel*. Vt idem de multis Lombardię Epiſcopis doceat: producit Epiſtolã S.Gregorij 37.lib.3.ad Conſtantium Mediolanenſem Epiſcopum,

Pag.117 *In qua Brixienſis Epiſcopus Mediolanenſem Synodo Chalcedonenſi Romani* (inquit) *Epiſcopi exemplo derogantem agnoſcere detrectat.*

ATqui fallebatur Epiſcopus Brixienſis iudicans, approbare Quintam Synodum, à Romano Pontifice receptam, & damnare tria illa capitula, quæ damnauerat, eſſe derogare Synodo Chalcedonẽſi: Et S.Gregorius ibi ſcribit: *Ne ij, qui vobis iſta ſcripſerunt, ſcandalizari videantur, tranſmittite eis Epiſtolam, in qua ſub anathematis interpoſitione fateamini, neque vos aliquid de fide Chalcedonenſis Synodi imminuere, neque eos, qui imminuunt, recipere: &, quoſcunquè damnauit, damnare, & quoſcunque abſoluit, abſoluere. Vnde credo, citò poſſe celerrimè ſatisfieri.*

Brixienſis Epiſcopi error.

Exemplo (inquit) *Romani Epiſcopi:* Pag. 119

Vnde conſtat, falſum fuiſſe iudicium Brixienſis Epiſcopi: Quomodo enim Gregorius tùm Romanus Epiſcopus derogabat Chalcedonenſi Synodo, qui quatuor illas Synodos Sanctæ vniuerſalis Eccleſiæ, ſicut quatuor libros ſancti Euangelij, recipere ſe profitebatur lib.2.Epiſt.10.indict.11. Neque igitur Mediolanenſis Epiſcopus, qui admittebat Quintam Synodum, & damnabat illa tria capitula, ei quidquam derogabat. Igitur non citra iniuriam Brixienſis ille Epiſcopus detrectabat agnoſcere Conſtantium Mediolanenſem Epiſcopum, aut cum illo communicare.

Baronius ad annum Chriſti 605. ſcribit ex Mantuana Synodo, mortuo Seuero Aquileiẽſi Patriarcha, Aquileiæ fauore Agilulphi Regis Longobardorum creatum eſſe Ioannem Patriarcham ſchiſmaticum; ſtudio verò Exarchi, qui fauebat Catholicis, creatum eſſe Gradenſem Patriarcham Candidianum; vt proinde res ageretur inter ſchiſmaticos,& Catholicos &, duo eſſent Patriarchę. Quod ſi res delata fuerit ad Romanum Pontificem,&, Ioanne reiecto, Candidianum probarit, (vt ſcribit Sigonius lib.2. de Regno Italiæ anno 605.) vtiq; Candidianus non Antipatriarcha, ſed legitimus Patriarcha, Ioannes verò Antipatriarcha fuit; neque enim alterius, quàm Romani Pontificis erat controuerſiam hanc dirimere. Nam cum Meletius, Vitalis, Paulinus ſederent Antiochiæ: cui eorum communicare, id eſt, quem legitimi Epiſcopi loco habere deberet, non alium, quàm Damaſum Pontificem Romanum conſulebat S.Hieronymus: *Qui non colligit cum eo ſpargit.*

De Ioãne, & Candidiano creatis Patriarchis, altero Aquileiæ, Grado altero.

Candidianus Patriarcha legitimus.

Si duo Patriarchæ per multa ſæcula ſibi inuicem oppoſiti, vnus Aquileienſis, alter Gradenſis: id equidem quandiu Aquileienſes perſeuerarunt in ſchiſmate; at redditis ipſis Eccleſiæ Catholicæ,& ad communionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reuerſis, æquè ſublatum eſt ſchiſma, ſuiſquè iuribus integrata à Romano Pontifice Eccleſia Aquileienſis.

Horũ Patriarcharũ ſchiſma cũ ſubiectorũ ſchiſmate ſublatum.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum vigeſimumtertium.

NObis detegenda ſunt, quæ in hoc Progreſſu, & ad eundem Oppoſitione, vt ſolet in reliquis, nugatur Mornæus.

Pag.118 *Diuexabant* (inquit) *Italiam Longobardi; Rauennæ ſedem habebant Exarchæ Imperatoris vice; Hinc fiebat, vt Epiſcopus Romanus authoritate à Phoca impetrata, in Occidente minus frueretur; qua alioqui, relegatis quaſi in Orientem Imperatoribus, pro libidine vti licuiſſet.*

ATqui nec Longobardi, nec Exarchæ de ſuprema authoritate in rebus Eccleſiaſticis, vel controuerſijs fidei dijudicandis, aut de primatu totius Eccleſiæ cum Pontifice Romano contendebant. Phocas autem nihil contulit Romano Pontifici, quo vel Longobardorum Re-

Regnum minueretur, vel Exarcharum potentia labefactaretur: Declarauit, Romanam Eccleſiam primam eſſe omnium Eccleſiarum: Conſtantinopolitani Epiſcopi coercuit inſolentiam. Quid habet id commune cum Longobardorū Regno, vel Exarcharū potentia? Præerant illi Reipublicæ, Romanus Pontifex Eccleſiæ, & omnes Italiæ Epiſcopi, ſi ſchiſmaticos aliquot excipias, parebant tùm Romano Pontifici, qui & ſuam longè latequè per Occidentem exercebat iuriſdictionem: neque à Bonifacio tertio, quo Pontificatum gerente, Phocas ſanctionem illam edidit, ad Honoriū, cuius Pontificatum in hoc Progreſſu Mornæus attingit, legūtur aut Longobardorum Reges, qui tùm Chriſtianę religioni nomen dederant, aut Exarchæ obſtitiſſe, quominus Epiſcopus Romanus authoritate, quam iſte fingit à Phoca impetratam, frueretur. An verò ſoli Longobardi, vel Exarchæ in Occidente rerum potiebantur (quorum ditiones aliquot Italiæ Prouincijs concludebantur) vt, niſi obſtitiſſent illi, relegatis quaſi in Orientem Imperatoribus, authoritate à Phoca impetrata pro libidine vti potuiſſet Romanus Epiſcopus? Annon Gallia, Hiſpania, Anglia, tum Reges Catholicæ fidei, & Romanæ Eccleſiæ addictos habebant, qui cum Longobardorum Regibus potentiores eſſent, potuiſſent vtique efficere, ne Romanus Epiſcopus in Occidente ea authoritate vteretur: cui certè nec conſenſiſſent, ſi eam à Phoca ſua primordia repetere, & non à Chriſto inſtitutam eſſe credidiſſent? Sibi verò apertè contradicit Mornæus, cum Imperatores velut in Orientem relegatos fuiſſe ſcribit, & tamen Exarchas ſediſſe Rauennæ Imperatoris vice, qui ſua authoritate efficerent, ne Romanus Epiſcopus ea authoritate pro libidine vteretur. Si enim rebus Imperij in Italia ab Imperatoribus præficiebantur, nondum certè in Orientem relegati erant Imperatores. Denique ſi authoritas illa impetrata erat à Phoca Imperatore Conſtantinopolitano, & in eam rem ſanctio ab eodem edita: qui fieri poterat, vt Exarchæ, qui Rauennæ vice Imperatoris Conſtantinopolitani ſedebant, efficerent, ne Epiſcopus Romanus ea authoritate frueretur, quorum erat magis ſanctiones omnes Imperatorum illibatas ſeruari iubere? Neque enim ea ſanctio ab Heraclio Phocę ſucceſſore abrogata fuerat, aut quicquā contra authoritatem, & Primatum Romani Pontificis conſtitutum. Ad pauca itaque reſpiciens, ita de facili enunciat Mornæus, & in tot laqueos incidit, è quibus poſtea elabi non poteſt.

Mornæus in cōtradictione deprahenſus.

De Adalualdo, et Arioaldo.

Quoad Hiſtoriam, quàm citat ex Sigonio lib. 2. de Regno Italiæ in Adalualdo, Agilulphi, & Theodelindæ filio, & Arioaldo. Ita ab eo refertur lib. 2. ad annum 623. *Euſebius ad Regem Adalualdum magnis de rebus ab Heraclio venit Legatus. Is cum apud Regem familiariter ageret, ſiue iuſſum Imperatoris, ſiue conſilium ſuum ſecutus, Adalualdo è balneo exeunti poculum ſpecie ſalutiferum dedit: quo epoto Rex deſipere, ac planè mentis impos eſſe cœpit. Quod vbi ſenſit Euſebius, ipſummet iuuenem & amentem impulit, vt propriæ ſecuritatis cauſſa Principes Longobardorum è medio tolleret. Cœpta inde cæde, ac iam duodecim è Primoribus interemptis, ne malum longiùs ſerperet, & quaſi lentæ tabis contagione ſenſim ad ſingulos perueniret, veriti Longobardi, ipſum Tyrannum, non Regem agere criminati ſunt, ac poſtero anno tumultu excito, Regno cum Regina matre Theodelinda exegerunt, atque in eius locum Arioaldum Ducem Taurinatium ſuffecerunt, cui Gundeberga Adalualdi Regis ſoror erat matrimonio copulata. Quo facto ingens ſubito in Regno eſt coorta ſeditio, vniuerſis ſiue ſacris, ſiue profanis Proceribus in duas partes diſtractis, atque aut huic, aut illi adiunctis. Quippe Arioaldum Epiſcopi Tranſpadani complexi, alios etiam in ſuas partes traducere contenderunt. Honorius autem Pontifex, atque eius hortatu Iſaacius Exarchus, ſiue Theodelindæ ſtudio incitati ſiue Arioaldum, vt Ariana labe infectum auerſati, Adalualdum ſibi ſuſceperunt defendendum. Iſaacius etiam exercitu ipſum in Regnum reducere eſt conatus.* Quid hic Mornæus?

Honorius (inquit) *Epiſcopus Romanus, anno 623. miſerabili occaſione ad potentiam ſuam abuti conatur.* Poſt: *In primis id vrget Honorius, vt Tranſpadanos Epiſcopos Iſaacius Romam ad dicendam cauſſam mittat, ne* (inquit) *ſcelus eiuſmodi impunitum relinquamus.* Pag. 118

Quodnam Trāſpadanorum Epiſcoporū ſcelus.

SEd quodnam erat ſcelus? Ex præcedentibus, quæ ſuppreſſit Mornæus, in litteris Honorij ad Iſaacium conſtat. *Delatum eſt ad nos, Epiſcopos Tranſpadanos Petro Pauli filio, ſuadere conatos eſſe, vt Adalualdum Regem deſereret, Arioaldoquè Tyranno ſe applicaret. Quamobrem quia Petrus prauis eorum conſilijs reſpuit obedire, & ſacramenta Regi Agoni Adalualdi patri præſtita ſanctè cupit ſeruare, & quia hoc Deo, & hominibus eſt ingratum, vt qui tale facinus vindicare deberent, eorum ipſi ſuaſores exiſtant; rogamus vos, vt, poſtquàm Adalualdum diuino in Regnū, vt ſperamus, auxilio reduxeritis, prædictos Epiſcopos Romam mittere velitis, ne ſcelus impunitum eiuſmodi relinquamus.* Igitur ſcelus illud erat, quòd Epiſcopi inducerent Nobiles ad iuramentum fidelitatis Regi præſtitum, violandum, quod meritò ſibi vindicādum eſſe iudicabat Honorius: nec poteſtate ſua abutebatur; ſiquidem periurium, cum ſit mixti fori, etiam in Laicis ab eo puniri poterat; & in Epiſcopis illis, qui illius iuriſdictioni ſubijciebantur, quòd Laicos ad periuria compellerent, multò minùs ferendum erat.

Id meritò vindicare volebat Honorius.

Adaluadi Regno exigendi cauſa qualis.

Neque videbatur iuſta occaſio exigendi Regno Adalualdum: Etſi enim impos mentis eſſet; poterat Regnum per Theodelindam Matrem, ſapientiſsimam fœminam, & Catholicæ fidei ſtudio flagrantem, adhibito Cōſilio Procerum, adminiſtrari: Et veri Pōtificis Honorius officium præſtitit; conſulebat enim religioni Catholicæ, nolens Longobardis præfici Regem hæreticum, & Ariana labe infectum, cuius Epiſcopi illi nullam rationem habere videbantur. Interim cum Iſaacius Exarcha hortatu

tatu

Digitized by Google

Honorij authoritas, quidquid dicat Mornæus, ab Exarcha adiuta.

tatu Honorij Pontificis Adalualdum defendēdum ſuſciperet, idemque Honorius eius auxilium aduerſus periuros illos Epiſcopos implo-raret; inde conſtat, falſum eſſe, quod ſcribebat Mornæus, Exarchis Rauennæ ſedentibus Imperatoris vice, factum eſſe, vt Epiſcopus Romanus authoritate à Phoca impetrata in Occidente minùs frueretur, cum magis illi eum iuuarent in aſſerenda ſua authoritate.

Si Adalualdum Iſaacius reducere non potuit, & Arioaldus hæreticus Arianus Regnum obtinuit, ſi Honorij Pontificis irritus conatus fuit, & eò magis in eum Tranſpadani Epiſcopi accenſi; an ideo miſerabili occaſione ad potentiam ſuam abuti conatus eſt? Si quando Pōtifices arma Chriſtianorum cōcitarunt in Barbaros, vt ab eorum tyrannide prouincias aſſererent, irritus autem conatus fuit, & Barbari obtinuerunt; an miſerabili occaſione ad pōtentiam ſuam abuſos interpretari debemus? Regem Catholicum hereditario iure Regnum obtinentem aduerſus inuaſorem Tyrannum, hæreticum præterea, ſuſcipere defendendum, hoccinè eſt abuti ſua auctoritate? Regno itaque, & religioni ſuam operam, & officium præſtabat Pontifex Honorius. Et hæc quantum ad Progreſſum. Nunc ad Oppoſitionem ei ſubiunctam.

Honorius nō conatus miſerabili occaſione ad ſuam potentiam abuti.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem vigeſimamtertiam.

Pag. 118 *Non in alijs regionibus Bonifacij tertij Decretum plus roboris obtinuit, in eo præſertim, quòd Epiſcoporum ordinationem abſque ſuo diplomate ratam nollet &c.*

NVllo citato Authore, refert illud Bonifacij tertij Decretum Mornæus; niſi fortaſſe illud fuerit, quo ſanciuit, vt nullus, Pontifice viuente, aut Epiſcopo Ciuitatis ſuæ, ſuaderet de futuro Pontifice eligendo loqui, vel ambitioſè quærere, niſi tertio die mortis eius, poſt quem, conuocato Clero, & Populo, electio inuocatione Sancti Spiritus fieret. Addit Platina, voluiſſe eum, electionem Epiſcopi factam à Clero pariter & Populo ratā fore, ſi à Principe Ciuitatis approbata eſſet, & ſi Summus Pontifex denique his verbis authoritatē ſuam interpoſuiſſet: *volumus, & iubemus.* Certum eſt, Pontificem Romanum circa electionem, & ordinationem Epiſcoporum, qua ratione fieri debeant, ſancire poſſe; & plures huiuſmodi Canones extant extra *de electione & electi poteſtate*, non ab alijs, quàm Romanis Pontificibus conditi, aut approbati: & Decretum illud Bonifacij nihil roboris obtinuiſſe, nullo citato authore, ſcribit Mornæus. Sed quid inde? An ideò non habuit authoritatem condendi illud Decretum? Sic enim Principes condunt aliquando leges, quę tamen, vt habet communis ſententiā Doctorum, niſi à populo acceptentur, non obligant. Grat. diſt. 4. §. cap. 3. *Leges inſtituuntur, cum promulgantur: firmantur, cum moribus vtentium approbantur.* Et ratio eſt: ſi enim lex humana abrogari poteſt per contrariam conſuetudinem communitatis, etiamſi iam ſit recepta, & vſu firmata; à fortiori poteſt à principio eneruari, quando nunquā fuit recepta, aut moribus firmata. Vlpianus D. de legibus l. 32. *Leges nulla aliā ex cauſſa nos tenent, quàm quòd iudicio populi receptæ ſint.* Quod tradit & Ariſtoteles lib. 2. Politic. cap. 8. *Lex nullam vim habet ad parendum impellentem, niſi eam, quam à more accepit.* Nauarrus in Manuali cap. 23. num. 41. hanc adfert rationem, *quòd lex promulgata videatur cum conditione, ſi recipiatur, ſaltem per maiorem partem, &c.* quem conſulere licet, & lib. 1. Conſil. De Conſtitut. quæſt. 5. Non dubitem tamen, Principes, in quos translata eſt authoritas populi, habere poteſtatem non modò ferendi leges, ſed & obligandi ſubditos, vt eas acceptent, & ſeruent, neque, vbi ſunt iuſtæ, & ſine vlla conditione latæ, habere eos ius contradicendi: quod ſi non acceptentur à populo, intelligantur quidem nullam vim habere, ſed ex tacito conſenſu Principis. Quod ſi hoc ita ſe habet; certè multò magis Pontifex, qui non in Eccleſiam, ſed in Chriſtum ipſum authoritatem ſuam refert, leges, & Decreta condendi vim habet, quibus Chriſtianos omnes obliget. Quod ſi in aliquibus Prouincijs, aut Regionibus non acceptentur, vt vim, & robur non obtineant; id certè non niſi ex tacito conſenſu Pontificis. Etſi itaque aliquod Decretum Bonifacius 3. condiderit; non tamen ideò iuſſit, vt vbique locorum promulgaretur, aut voluit, omnes ad id acceptandum, & ſeruandum obligari. Atque ita ſemel reſponſum ſit de alijs Pontificum Decretis, quæ obijceret Aduerſarius, in aliquibus locis accepta non fuiſſe, neque vim, & robur obtinuiſſe. Annon Concilium Tridentinum legitimè congregatum multa conſtituit, quæ ad mores, & reformationem totius Eccleſiæ ſpectarent; cuius tamen conſtitutiones nouæ, ſiue quæ ius nouum induxerunt, non ligant Polonos, in Polonia degentes (& idem de aliquot alijs Prouincijs intelligēdum) *quòd non ſint* (inquit Nauarrus) *receptæ à principio, neque per decennium poſtea?* Vbi tamen nonniſi ex tacito conſenſu Pontificis non acceptantes, aut ſeruantes Decreta Concilij Tridentini meo iudicio excuſantur. Atque ex his reſponſio conſtat ad Mornæum de Concilijs in Hiſpania habitis, quæ eius Decreti non magnam

Ad legum obligationē requiritur acceptatio populi.

In legitimo Principe poteſtas eſt obligādi ſubditos, vt leges acceptent.

Eadē poteſtas multò magis eſt in Pont. erga omnes Chriſtianos.

Quomodo nulli, nō acceptātes decreta Concil. Trid. excuſentur.

Digitized by Google

magnam rationem habuiſſe contendit, vbi tamen certum eſt, nunquam ordinatos Epiſcopos à Metropolitanis, aut Primatibus, niſi ex authoritate Romani Pōtificis. Si id non exprimitur in Synodo Bracarenſi ſecunda in Capitulis illis ex Orientalium Synodis, à Martino Epiſcopo Bracarenſi ordinatis, atque collectis, vbi agitur de electione, & ordinatione Epiſcopi; an ideò negandum? Interim in illa Synodo vocatur Petrus, *Princeps Apoſtolorum*, cuius ſucceſſor ideò *Princeps Epiſcoporum*. Quod ſi illa Concilia iuſſu Regum; ſed tamen à Metropolitanis ipſis conuocata ſunt, quibus & præſederunt non Reges, qui vt pij, & Orthodoxi magnam quidem curam geſſerunt conſeruandæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ in ſuis Regnis; non tamen Canones, aut Decreta, quæ ſpectarent ad fidem, aut diſciplinam Eccleſiaſticam, condiderūt. Validum verò ex citata Synodo Bracarenſi ſecunda putat ſe Mornæus adferre argumentum, quia cap. 13. ſtatuitur, vt ſi quis Epiſcopus accuſetur, & dubia ſint iudicum ſubſellia, cùm

Dirimendis illis (inquit) *Romam delegaſſe nuſquam inuenias. Contra prodefinitione (inquiūt) huius diſſenſionis hoc placuit ſancto Concilio, vt de vicina Prouincia alter Metropolitanus conuocetur Epiſcopus, vt per eum confirmetur, quod ſecundum rectum placuerit Canonem.* Pag. 118

In huiuſmodi Decretis excepta ſemper intelligitur authoritas Rom. Pont.

CItantur à Gratiano 6. q. 4. c. 2. Verùm ſalua ſemper intelligitur Romani Pontificis authoritas, ad quem prouocari vndique poteſt, vt ſtatutum eſt in Concilio Sardicenſi Generali, quod maioris fuit authoritatis, quā quodlibet Prouinciale Hiſpanicum: nec certè voluerunt illi Patres ſuis Decretis quicquam Romani Pontificis detrahi authoritati, quam ſemper exceptam intellexerunt.

Argumentum non minimi momenti, & vnde de nobis triumphet, putat ſe Mornæus ex perſona Honorij primi Pontificis adferre, qui fuerit Monothelitarum hæreſi infectus, in quo paucis à Phocæ Decreto annis,

Eccleſiæ ſpecimen exhibitum (inquit) *vnde euidenter intelligeret, ab vnico homine pendere quàm lubricum eſſet, quod Gregorius & præuiderat, & præmonuerat his verbis: Si vnus Epiſcopus vocatur vniuerſalis, vniuerſa Eccleſia corruit, ſi vnus vniuerſus cadit.* Pag. 119

VBi duo nobis diſcutienda ſunt: primum, An Honorius fuerit hæreticus Monothelita: alterum, An, hoc dato, & non conceſſo, argumentum Aduerſarij contra Pontificis authoritatem, aut titulum *vniuerſalis Epiſcopi*, quem in Phocæ Decretum falsò refert, ſit alicuius momenti. Quoad primum;

An Papa Honorius fuerit Monothelita.

Honorius Monothelitarum hæreſi infectus conuincitur (inquit Mornæus) *ex ſuis ad Sergium Conſtantinopolitanum litteris. Et hæ litteræ in Synodo ſexta vniuerſali Actione duodecima & decimatertia prolatæ, omnium Patrum iudicio igni damnantur.* Ac paulo poſt: *Honorius adeò ipſe tanquam Sergio, Cyro, & alijs, verbis & ſenſu omnimodè cohærens, eiuſce hæreſeos patronis anathemate percellitur. Quin & Honorius eadem de cauſſa in Synodo Vniuerſali ſeptima, Nicæna ſecunda, Actione vltima anathemati ſubijcitur; In octaua demum ab Adriano Secundo Pontifice; & in alijs porro Actionibus. Idem verò pro Occidentalibus teſtantur Beda, & Anaſtaſius in Pontificali, pro Orientalibus Pſellus in ſeptem Synodis. Nec noſtro hoc tempore diffitetur Melchior Canus inter aduerſarios* (inquit) *inſignis.* Pag. 119

HAE ferè ſunt Mornæi probationes, qui & obiter notatum voluit, Honorij damnationi interfuiſſe 289. Epiſcopos, in iiſquè Agathonis Papæ Legatos. Sed ab hæreſi Monothelitarum egregiè vindicant Honorium Cardinalis Baronius Tom. 8. ad annum Chriſti 633. & 681. Cardinalis Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 11. Albertus Pighius lib. 4. Eccleſiaſt. Hierarch. ca. 8. Oſius Cardinalis lib. 2. contra Brentium, Onuphrius annotat. ad Platinam in vita Honorij, & alij. Ac primum vana eſt interpretatio Mornæi, Honoriū ad Sergium ſcribere, ſibi omninò cum illo conuenire, id eſt Monothelitarū hęreſim amplecti. Siquidem nō habebat eum pro hæretico Monothelita Honorius, neque ad Hęreticum putabat ſe ſcribere, qualis poſtea Sergius eſt detectus: Et conſtat, Sergium ipſum tùm temporis, non tantum Orthodoxum creditum fuiſſe ab Oriētalibus, & Occidentalibus; ſed etiam magnæ exiſtimationis Epiſcopum habitum: *quod facilè cognoſces* (inquit Baronius ad annum 633. art. 24.) ex *Epiſtola à Sophronio Epiſcopo Hieroſolymitano ad ipſum Honoriū, & ad ipſum Sergium, (ut habet ſexta Synodus) ſcripta; in qua præter multa alia in eius laudem dicta, in fine preces ipſius vehementer expoſcit*. Non igitur eo nomine, quòd ad Sergium ſcribat Honorius, venit in ſuſpicionem hæreſis Monothelitarum.

Nunquam fuit.

Sergius primò habitꝰ Catholicus, & magna exiſtimationis: ac tum ad eū ſcripſit Honorius.

Digitized by Google

bus, & voluntatibus Sophronius omninò conſenſit, & tamen Orthodoxus abſq; inuidia eſt prædicatus: Nihil profectò eſſe poteſt, vt ratione ſilentij Honorius Papa poſsit in crimen adduci. In poſteriori verò Epiſtola Honorij ad Sergiũ (quã reddidit Baron. ad an. 633 art. 42.) ita firmat Honorius Catholicam fidem, vt nihil amplius deſiderari queat. Dum enim indicere videtur ſilentium, quàm prudentiſsimè deſtruit hæreſim, & firmat Catholicam fidem, his verbis: *Auferentes ſcandalum nouellæ adinuentionis, non nos oportet vnam, vel duas operationes definientes prædicare: ſed pro vna (quam quidam dicunt) operatione, oportet nos vnum operatorem Chriſtum Dominum in vtriſque naturis veridicè confiteri: & pro duabus operationibus, ablato geminæ operationis vocabulo, ipſas potiùs duas naturas, id eſt Diuinitatis, & Carnis aſſumptæ, in vna perſona Vnigeniti Dei Patris inconfusè, indiuisè, atque inconuertibiliter nobiſcum prædicare propria operantes.* *Intellexiſti* (inquit Baronius) *quàm doctè, atque verè dicat, pro vna operatione dicendum eſſe vnum operantem, planè inſinuans, non conuenire perſonæ vnitatem operationis, ſed operantis? Sic & S. Ioannes Damaſcenus de his agens lib. 3. Orthod. fidei capit. 14. docet, non dici poſſe ratione vnius perſonæ vnam voluntatem, ſed vnum volentem, ſicut nec vnam operationem, ſed vnum operantem, in duabus ſcilicet naturis; quas dum aſſerit indiuisè, inconfusè, & inconuertibiliter coniunctas, duas planè neceſſario introducit operationes, & voluntates:* Vt poſt Albertum Pighium, hic docet Baronius: *His nihil magis Catholicum dici potuiſſe, nihil magis pium, ac ſanctum, nihil denique his temporibus ad pacem in Eccleſijs conſeruandam vtilius excogitari videri potuit.* Ex quibus conſtat, non poſſe Honoriũ ex Epiſtolis ſuis ad Sergium ne leuis quidem erroris redargui. Meritò itaque vindicat ab hæreſi Honorium Cardinalis Baronius, vt Nouatorum hoſtis accerrimus, ita veritatis vindex, & aſſertor ſtudioſiſsimus, ac diligentiſsimus. Sed cum tàm manifeſtæ veritati, ac iuſtiſsimæ Honorij defenſioni nihil haberet, quod opponeret Mornæus, inſanus, ac furens,

In Chriſto ratione vnius perſonæ nõ dicitur vna voluntas, ſed vnus volens.

Mornæus inopiã argumẽtorũ, quib. refellat Baroniũ, garrulitate compenſat.

Hic Baronius (inquit) *æſtuat, diſcruciatur, Honorium nunquam hæreticum fuiſse conteſtatur, fingit, refingit, interpretatur, interpolat, eius ſententiam in omnes partes verſat, vt probã, & probabilem faciat.*

Pag. 120

SEd hæc mera ſunt verba, & prorsùs inania. Proba, & probabilis illi non eſt interpretatio Baronij tàm ſolidis nixa argumentis, adeò ipſius Honorij verbis conſentanea: nihil interim adfert, quo eam impugnet.

S. Maximus Martyr, quem citant Baronius, & Bellarminus, ab hæreſi Monothelitarum Honorium vindicauit in diſputatione illa habita cum Pyrrho Patriarcha Conſtantinopolitano Monothelita, quæ edita habetur in fine octaui Tomi Annalium Baronij, vbi ita Pyrrhus: *Quid de Honorio ad reſpondendum habes, qui apertè anteceſſori meo vnam voluntatem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe tradidit?* Maximus: *Quis fuerit fide, & authoritate dignus Epiſtolæ huius interpres: qui eam ex perſona S. Honorij ſcripſit, adhuc ſuperſtes, & qui totum Occidentem cum alijs virtutibus, tum dogmatibus fidei Chriſtianæ illuſtrauit; an ij, qui Conſtantinopoli, quæ ex corde erant, loquebantur?* Pyrrhus: *Qui hanc compoſuit.* Maximus: *Is igitur ipſe cum ad Diuum Conſtantinum Imperatorem ex perſona rursùs Sancti Papæ Ioannis de hac Epiſtola ſcriberet, dixit: Vnam voluntatem diximus in Domino, non diuinitatis eius, & humanitatis, ſed humanitatis ſolius. Cum enim Sergius ſcripſiſſet quod quidam duas voluntates in Chriſto contrarias dicerent, diximus, Chriſtum non duas voluntates contrarias habuiſſe, carnis, inquam, & Spiritus, ſicut nos habemus poſt peccatum, ſed vnam tantùm, quæ naturaliter humanitatem eius ſignabat.* Vbi clarè oſtendit ex teſtimonio Secretarij Honorij, qui Epiſtolas illas ſcripſerat, ab Honorio dictatas, quem adhuc ſuperſtitem fuiſſe dicit, mentem Honorij nunquam fuiſſe negandi duas eſſe in Chriſto voluntates, quemadmodum negabant Monothelitæ: & ſi quando videtur duas negare, id eſſe intelligendum de duabus contrarijs, & pugnantibus in eadem humana natura, quæ in nobis ex peccato inueniantur, quod in Chriſto non fuit. Quid ad hoc Mornæus?

S. Maxim' Honorium vĩdicat ab hæreſi Monothelitarum.

Quo ſenſu Honorius dixerit vnã in Chriſto voluntatẽ, ab ipſomet eius Secretario exponitur.

Quod Maximũ quendam cient (inquit) *quem in Bibliotheca Pontificia aſſeruari dicunt, teſtem ex ſinu ſuo productum, ijs fideiuſſoribus quis recipiat?*

Pag. 120

ATqui eam diſputationem Baronius, & Bellarminus, qui eum citant, non finxerunt, & eiuſdem meminit Photius in ſua Bibliotheca à Dauide Hoeſchelio primò Græcè edita, deinde ab Andrea Schotto Latinè reddita, num. 195. in hunc modum: *Lectus quoque in eodem ipſo Volumine Dialogus de duplici in Chriſto & voluntate, & operatione: perſonæ autem inducuntur Pyrrhus, & Maximus, quorum hic quidem Orthodoxam tuetur ſententiam: ille verò etſi hæreticorum propugnat opinionem; tamen quaſi conſentiens cum Orthodoxis, enthimemata, ac dogmata pro recta ſententia adfert: faſſus ingenuè, ſe initio non rectè ſenſiſſe.* Meminit & Galecas lib. 4. contra Græcos cap. 27. *B. Maximus in diſputationibus aduersùs Pyrrhum, Honorium, quem aliqui vt hæreticum, Romanum tamen Epiſcopum, cauſſabantur, purgat; cum hæreticus Pyrrhus Conſtantinopolitanam tunc Eccleſiam regeret, & ad munimen erroris ſui Honorium proferret, &c.*

In defenſionem Honorij hæc etiam adfert Baronius, ibidem quod *in iudicio Synodali, cum poſt annos decem, & octo Romæ ſub S. Martino Papa & Martyre celebrata eſt Synodus Lateranenſis* (extat Tom. 3. Concil. nouæ edit.) *cui interfuerunt centum & quinque Epiſcopi, præſidente ipſo Summo Pontifice, & exactè cognita, atque tractata eſt cauſſa Monothelitarum, ac damnati in ea fuerunt, vna cum hæreſi, atque ipſorum ſcriptis, Theodorus Pharanites Epiſcopus, Cyrus Patriarcha Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus, & Paulus ſucceſſores Patriarchæ Conſtantinopolitani, authores, & propugnatores erroris: Honorius nullam prorſus vel ab hæreticis de hæreſi calumniam paſſus, nec à Sancta Synodo leuiſſima eſt ſuſpicione pulſatus.*

Quid Synodi de Honorio.

Ff

ſatus. Poſt hęc autem iterum, cum à Sanctiſſimo Pontifice Agathone celebrata eſt Romę Synodus (extat recitata in Sexta Synodo Act. 4. ſub Agath.) *centum viginti quinque Epiſcoporum, in qua repetita eſt eorundem damnatio hæreticorum, Theodori, Cyri, Sergij, Pyrrhi; & Pauli; nec leuis quidem mentio, quod errauerit Honorius, facta eſt: qui ſi erraſſet, diſſimulari minimè potuiſſet.* Sed obijcit Mornæus, Honorium damnatum in Sexta Synodo Act. 13. tanquam hæreticum, & in Septima Synodo Act. vlt. dictum anathema Honorio, Sergio, Cyro, & cæteris Monothelitis: Si igitur defendatur Honorius, neceſſe eſt Patres illos, qui illum damnarunt, condemnemus. Sed reſpondetur, ſine dubio Honorij nomen inter eos, qui damnantur in Sexta Synodo, inſertum eſſe ab æmulis Romanæ Eccleſiæ, & ſimiliter quicquid aliud ibi dicitur contra Honorium. Siquidem conſtat, eam fuiſſe conſuetudinem Græcorum ferè ordinariam, libros, immò ſacras Synodos corrumpendi. Nam in ipſa Sexta Synodo Act. 12. & 14 depræhenderunt plurimas corruptiones ab hæreticis factas in Quinto Concilio: & Leo Epiſt. 83. ad Palæſtinos conqueritur de Græcis, quòd Epiſtolam ſuam ad Flauianum (qua incarnationis Verbi myſterium explicauerat) corruperant. Sanctus Gregorius, quem aliàs citauimus lib. 5. Epiſt. 14. ad Narſem, indict. 14. aſſerit, Conſtantinopolitanos corrupiſſe Synodum Chalcedonenſem, & idem ſe ſuſpicari de Epheſina, & addit: *Romani Codices multò veriores ſunt, quàm Græci: quia noſtri ſicut non acumina, ita nec impoſturas habent;* Et Nicolaus I. ad Michaelem Conſtantinopolitanum Imperatorem ſcribens, Epiſt. 3. quæ Tomo 3. Epiſt. Pontif. extat, aduersùs inordinatam promotionem Photij ſubitò ex Palatino tonſurati, & Patriarchæ ordinati, citans authoritatem Septimæ Synodi, & Epiſtolæ Adriani Pontificis, quæ in Acta eiuſdem relata legitur: *In qua* (inquit) *quantum idem Pontifex illam præſumptionem, qua ex Laicis quidam ſubitò tonſurantur, & in Epiſcoporum numerum proſiliunt exacerbatè damnauerit, ſi diligenter inquiſieritis, profectò inuenietis; ſi tamen non falſata Græcorum more, ſed ſicut à ſede miſſa eſt Apoſtolica, penes Eccleſiam Conſtantinopolitanam hactenùs perſeuerat.* Vbi notat eum Græcorum morem corrumpendi litteras Apoſtolicas. Epiſtolam Secundam Agathonis, quæ habetur Act. 4. Sextæ Synodi, qua dicitur Spiritus Sanctus ex Patre dumtaxat procedere, à Græcis fuiſſe deprauatam, & ſublatam particulam *Filioquè*, conqueſtus eſt Iulianus Cardinalis in Concilio Florentino: Et ante eum centum ampliùs annis animaduerterat Galecas homo Græcus libro aduerſus errores Græcorum. Quidni igitur probabile fiat, hęc, quæ dicuntur de Honorio, in Sexta Synodo, à Græcis, vel hæreticis, vel æmulis Romanæ Eccleſiæ addita eſſe?

Honorij nomen inter Monothelitas à ſexta Synodo dãnatos per calumniã inſertum.

Græci corrũpendis libris aſſueti.

Quis verò impoſtor hanc infamiam inuſſerit Honorio, rectè oſtendit Baronius ad annum Chriſti 681. ſcilicet Theodorum Patriarcham Conſtantinopolitanum hæreticum, qui in Synodi ſententia compræhendi debuit, Honorij nomen pro ſuo inferendum curaſſe. Neq; verò probatio Baronij minimi momenti eſt, aut mera coniectura, vt eam vocat Mornæus, ſed plane validiſsima: nam cum de omnibus eiuſdem Eccleſiæ Patriarchis, qui à tempore eiuſdem exortæ hæreſis Monothelitarum eidẽ præfuerunt, eadem Synodus iudicium habens aliquos ex his condemnaſſe reperiatur, Sergiũ, Pyrrhum, Petrum, & Paulum, alios verò vt Orthodoxos nulla hæreſeos labe pollutos ſignificaſſe, nempe Thomam, Ioannem, & Conſtantinũ; vt habet eiuſdem Synodi Actio 13. Quid eſt, quod q nominari minimè potuit inter Catholicos, nec recenſitus inuenitur inter hæreticos, qui vt hæreticus eiectus è ſede fuit? Certè cum ipſa Synodus ſæpe texuit Cathalogũ omnium Epiſcoporum Monothelitarum, qui eidẽ hæreſi patrocinati ſunt, haud potuit prætermiſiſſe Theodorum, quin ipſum cum illis toties adnumerarit, quoties contigit de iiſdem fieri mentionem. Fuiſſe vero Theodorum illum inter hæreticos nominatum, & ex iiſdem Synodalibus Actis poſtea expunctum, teſtem producit Baronius Anaſtaſium Bibliothecarium, qui Actiones eiuſdem Sextæ Synodi in compẽdium redegit. Quomodo verò contigerit, vt Theodorus Acta Sextæ Synodi corruperit, ſic oſtẽdit Baron. Nã ille ſedi Conſtantinopolitanæ, vnde ob hæreſim deiect' fuerat, poſt mortẽ Georgij, in illius locum ſuffecti, reſtitutus, Synodi prototypum nactus, alia inde abſtulit, alia pro arbitrio addidit. Vt itaque nomen ſuum certum eſt eum è damnatorum numero expunxiſſe: ita ob odium, quod conceperat aduerſus Apoſtolicam ſedem, (quod prodidit, cum Vitaliani Romani Pontificis nomen, repugnante etiam Imperatore, è diptychis abſtulit) nomẽ Honorij ſubieciſſe, & plura harpyis vnguibus contaminaſſe. Hęc non eſt mera cõiectura, nec omninò ſine teſtibus, immò probatio, cui ſuccubituri ſint Authores in contrarium; ſi tamen æqui ſint iudices, & veritatis ſtudioſi, non, vt Mornæus, pertinaces hæretici, & dignitatis ſedis Apoſtolicæ hoſtes iurati.

Theodorus Patriarcha Cõſtãtinop. auctor huius calumniæ.

Sed obijcit Mornęus: *Ita quicquid in ſumma rebus tuis obeſt, quicquid tueri non potes dices eſſe deprauatum, additum, vel detractum*; Verum ſi hæretici corruperunt etiam ſcripturas ſacras, addiderunt, vel detraxerunt pro arbitrio ad ſuas ſtabiliendas hæreſes, vt diffiteri nõ poteſt Mornæus; cur non idem contigiſſe ſacris Synodis aſſeramus; maximè cũ validæ probationes non deſint, quæ ad iudicandum ita nos cogãt? Nam nunquam Patres Sextæ Synodi condemnaſſe Honorium, aut ſibi apertè contradixiſſe, hoc argumento conuincitur: Agatho Epiſtola ad Imperatores Conſtantinum, Heraclium, atque Tiberium, quæ habetur Act. 4. Sextę Synodi aſſerit manifeſtè, nunquam Apoſtolicam ſedem à recto fidei tramite deuiaſſe: *Chriſti* (inquit) *aduitente præſidio, hæc Apoſtolica eius Eccleſia nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt.* Et poſtea: *Hæc eſt enim veræ fidei regula, quam & in proſperis, & in aduerſis veraciter tenuit, ac defendit, hæc ſpiritualis mater veſtri*

Pag. 120

Obiectio Mornæi.

Solutio.

Apoſtolica fides ante Agathonẽ Pont. nunquam à recta fide deuiauit.

tran-

tranquilliſſimi Imperij Apoſtolica Chriſti Eccleſia, quæ per Dei Omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probabitur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit: ſed, vt ab exordio fidei Chriſtianæ percepit ab auctoribus ſuis, Apoſtolorum Chriſti Principibus, illibata, finetenus permanſit. Ibidem de prædeceſſoribus ſuis: *Conſideret veſtra tranquilla Clementia, quoniam Dominus, & Saluator omnium, cuius fides eſt qui fidem Petri non defecturam promiſit, confirmare eum fratres ſuos admonuit, quod Apoſtolicos Pontifices, meæ exiguitatis prædeceſſores, confidenter feciſſe ſemper, cũctis eſt cognitum, quorum & puſillitas mea, licet impar, & minima, pro ſuſcepto tamen diuina dignatione miniſterio, pediſſequa cupit exiſtere.* His lectis, nihil ab Aduerſarijs, ex aduerſo ſtantibus Monothelitis, in Honorium Romanum Pontificem, aut alios obiectum. Et hęc Epiſtola Agathonis à toto Concilio probata eſt Act. 8. & Act. 18. vbi dicunt Patres illi, non tàm Agathonem, quàm Diuum Petrum per Agathonem loquutum eſſe. Hinc igitur validum ducitur argumentum: Si Honorius fuit hæreticus Monothelita; quomodo firmiter aſſerere, & ſincerè profiteri potuit Agatho, de hac ipſa hæreſi diſputans, nullum ſuorum prædeceſſorum vnquam erraſſe? Deinde, ſi Concilium fatetur, Petrum per Agathonem loquutum, ac dixiſſe, Romanos Pontifices ſemper confirmaſſe fratres ſuos in fide, & hæreſibus nunquam ſuccubuiſſe; qua temeritate idem Concilium Honorio dicit anathema, eumquè tanquam hæreticum condemnat? Itaque neceſſe eſt, vt argumentantur Baronius, Bellarminus, & alij, vel Concilium eſſe falſatum, vel Epiſtolam Agathonis, vel Concilium ſecum, & cum Agathone pugnare: hoc vltimum nemo vnquam aſſeruit, ne hæretici quidem; de ſecundò non fuit vnquam vlla ſuſpicio, ergo neceſſe eſt aſſerere primum. Hanc rationem non ignorauit Mornæus à noſtris proponi; ſed quia nihil habebat, quod reſponderet, eam ſuppreſſam voluit.

Igitur nec Honorius.

Id ampliùs confirmatur: nam Act. 3. Sextæ Synodi, cùm legerentur Acta Quintæ Synodi, & ventum eſſet ad ſeptimam Actionem, vbi cõtigit percurri ſcripta Vigilij in anathematiſmo aduerſus Theodorum Mopſueſtenũ, quòd non confiteretur vnam in Chriſto perſonam, lectum fuit ex additamento Monothelitarum, *Et vnam operationem*: at Legati audientes impoſturam, reſtiterunt, & exclamarunt, nihil huiuſmodi eſſe Vigilij, ſed falſos illos eſſe libellos, partuſquè ſuppoſitos nomine Vigilij: Si enim cum vnius operationis aſſertione Vigilius receptus eſſet à Synodo, oportuiſſet & Synodum eiuſdem errorem eſſe profeſſam, quod cum non poſſet dici, vtique neque de Vigilio id ſentiendum. Si tantum laborarunt Apoſtolicæ ſedis Legati pro Vigilio calumniam paſſo, & in crimen hæreſis Monothelitarum ibidem vocato, nec ceſſarunt, quouſquè ipſum ab eadem calũnia penitùs vindicarent, & à quauis erroris ſuſpicione immunem oſtenderent; quid ſibi vult adeò tenax in eis ſilentium, vt ne verbum quidem fecerint pro Honorij defenſione; cum dignitatis ſedis Apoſtolicæ non minus intereſſet Honorium ab hæreſi vindicari, quàm Vigilium? Falſum itaque eſt, cõdemnatum vnquam fuiſſe Honorium à Sexta Synodo tanquam hæreticum: & commentitia eſſe conſtat, & ab hæreticis ſuppoſita, quę de condemnatione Honorij illic habentur.

Legati ſedis Apoſtolicæ Vigiliũ vindicant ab impoſtura Monothelitarum.

Sed demus, Sextam Synodum condemnaſſe Honorium, tanquam hæreticum: an ideò hęreticus Honorius? minimè verò; quia ex falſa informatione eum condemnarunt, proindeq; in eo iudicio errarunt. Etſi enim Generale Cõcilium legitimum non poſsit errare, vt neq; errauit hoc Sextum in dogmatibus fidei definiendis; tamen errare poteſt in quæſtionibus de facto. Itaq; tutò dicere poſſumus (ait Bellarm.) hos Patres deceptos ex falſis rumoribus, & nõ intellectis Honorij Epiſtolis, immeritò cũ hæreticis connumeraſſe Honoriũ. Quæ dicta ſint, vt quaquauerſum ab hereſi Honorius vindicetur; licet Sextæ Synodo tàm prepoſterè, tamq; inconſultè, ac demum iniuſtè facta condẽnatio minimè tribuẽda ſit; cum præſertim (inquit Baronius qui antiquior cæteris, atq; fideliter huius tẽporis res geſtas ſcriptis mãdauit) Theophanes nullum penitùs de Honorij condẽnatione verbum habuerit, quæ velut portentũ magnũ fuerat oſtentanda, q̃ nunquã hactenùs accidiſſet, vt à Catholicis in Synodo Romanus Põtifex damnaretur. Ex quibus omnibus corrigẽdi ſunt, qui poſt promulgatas Synodi Actiones à Theodoro deprauatas, id de Honorio affirmarunt, ſecundum quod in eis repererãt eſſe ſcriptum, nulla altiori de veritate facta indagine, ſiue hi fuerint Græci, ſiue Latini.

Honorius etſi damnatus eſſet à VI. Synodo, non ideò tamẽ eſſet hæreticus.

Citabat Mornæus Bedam, & Anaſtaſium pro Occidentalibus; cùm tamen Beda habeat Honorium pro ſancto, etiam poſt eius mortem, vt oſtendit Bellarminus ex eodem libro ſecundo Hiſt. Anglorum cap. 17. 18. 19. & ex vita Sancti Bertolfi. Abbatis: non igitur habuit eum pro damnato hæretico, vt vult Mornæus. Itaque in libro, *De ſex ætatibus Mundi*, irrepſit nomen Honorij additum ab aliquo ſciolo, eo quòd in Sexta Synodo inueniatur cum nominibus Cyri, Sergij, &c.

Honorius à Beda habitus pro ſancto.

Itaq; Bedæ locus ęſt corruptus.

Quantum ad Anaſtaſium: in Honorio nihil tale ſcribit; ſed in Leone Secundo dicit, eum ſuſcepiſſe Sextam Synodum, in qua condemnati ſunt Cyrus, Sergius, Honorius, &c. vbi certum, nomen Honorij ſubiectum eſſe loco Theodori Conſtantinopolitani Patriarchæ: nam ex Anaſtaſio Bibliothecario docet Baronius, Theodorum illum fuiſſe inter hæreticos Monothelitas in Sexta Synodo condemnatum: quomodo igitur idem Anaſtaſius in Pontificali, in Leone II. inter condemnatos in eadem Synodo Theodorum illum non nominat, niſi quia certũ, nomen Honorij loco Theodori ſubiectum?

Idem iudiciũ de loco Anaſtaſii.

Pro Orientalibus Pſellum profert lib. de ſeptem Synodis. Atqui Photium lib. de ſeptem Synodis proferimus, qui cap. 6. de ſexta Synodo ſcribẽs, hæreticoſq; in ea condẽnatos receſens, nullam Honorij Papæ mentionem facit, quem

Digitized by Google

vtique homo Græcus, & Romanæ ſedis æmulus non omiſiſſet, ſi eum huius hæreſeos reum putauiſſet. Melchiorem Canum ex recentioribus citat, *quem voluiſſem* (inquit Baronius) *ſenſibus potius canum, quàm nomine, dum Honorium hæreticum* (*nondum inſpecta, & dijudicata eius Epiſtola, cuius cauſſa ponitur eſſe damnatus*) *affirmat.* Et certè non diligenter omnia Canum inſpexiſſe, inde conſtat, primò, quòd ait, Agathonem anathema dixiſſe Honorio; nuſquam enim in Epiſtolis Agathonis inuenitur, immò potiùs contrarium, vt ſupra demonſtrauimus. Sed Canus deceptus videtur ex Summa Conciliorum, vt rectè obſeruauit Bellarminus; nam Author Súmæ Conciliorum contra fidem ipſarum Epiſtolarum, quæ habentur integræ in Tom. 3. Cócil: addidit nomen Honorij. Secundò, quòd ait, hanc Epiſtolam Agathonis ſcriptam eſſe ad Concilium ſextum. Non enim ad Concilium, ſed ad Imperatores ſcriptæ ſunt ambæ Agathonis Epiſtolæ. Poterat & cum iſtis Mornæus citare Franciſcum Torrenſem lib. de ſexta, ſeptima, & octaua Synodo, vbi contra Albertũ Pighium diſſerit, & verè condemnatum in ſexta Synodo Honorium, ac in eius Epiſtola ad Sergium hæreſim Monothelitarum aſſeri contendit; cuius certè contrarium ſatis ſufficienter probatum eſt. Verùm id Mornæo concedamus; an quidquã detrahit authoritatis, aut dignitatis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac ſedis Apoſtolicæ? Sic ibi Torrenſis: *Priuatas litteras ad Sergium miſerat Honorius, non autem de Concilij ſententia, & maturo fratrum conſilio. Neque verò ſi quid Pontifex priuatè tradit, id continuò impingendum eſt, & aſſignandum Petræ, de qua illud: Portæ inferi, non præualebũt aduerſus eam.* At neque Honorium aſſerit fuiſſe hæreticum, ſed adulatione, & metu ſcripſiſſe quæ non gerebat in animo. Verùm neque hæreſim eſſe in Epiſtolis Honorij ad Sergium, neque metu, aut adulatione, ſed prudentiſsimo conſilio ſcripſiſſe Honorium, ſatis ſuperquè demonſtratum eſt. Sanderus vir doctiſſimus lib. 7. de Viſib. Monarch. Eccleſiæ §. 545. *Etſi fateamur* (inquit) *Honorium erraſſe in articulo de duabus in Chriſto voluntatibus* (de quo nihil ſe definire aſſerit) *tamen Eccleſia Romana ex ea re nõ probatur hæreſim aliquam aut prædicaſſe, aut profeſſa eſſe, ac multò minùs prædicandam, & profitendam publico Decreto ſanxiſſe. Quemadmodum autem Simon aliter filius Ioannis erat, aliter verò cognominabatur à Chriſto Petrus, cum illud naturæ, hoc gratiæ nomen eſſet: ſic omnino quilibet Pontifex Romanus duplicem perſonam ſuſtinet, vnam ſibi lege naturali propriam, in qua velut Simon quidem, aut alius quilibet homo errare etiam in fide poteſt, aliam à Chriſto impoſitam, in qua velut petra, ſupra quam Eccleſia militans pro tempore ædificatur, velut confirmator fratrum, & paſtor agnorum, atquè ouium, errare non poteſt, quia pro eius fide, vt ea non deficiat, Chriſtus rogauit. Cum enim hanc publicam perſonam non ſua, ſed totius militantis Eccleſiæ cauſſa ſuſtineat; non magis in ea perſona errare poteſt, quam Eccleſia ipſa, quæ columna eſt, & firmamentum veritatis. Porrò hanc publicam perſonam ſuſtinet, quoties hoc ipſum ex propoſito agitur, vt ſedes Petri, conuocatis Epiſcopis, & fratribus, qui pro tempore adſunt, & magna conquiſitione facta videat, deliberet, ac decernat de re in controuerſiam vocata. Tunc enim liberè poterit cum Apoſtolis concludere: Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis &c.* Actorum 15. Poſt: *Id ergo reſtat, vt qui Romanam Eccleſiam erraſſe vnquam in fide affirmant, demonſtrent tale aliquid decretum in cauſſa fidei palàm, publiceque de fratrum conſilio à ſede Apoſtolica interpoſitum, quod hæreſim ſtatuere ac ſtabilire conatum ſit. Tale autem nihil ab Honorio factum proferri poteſt, &c.* Hæc Sanderus. Licet non videatur neceſſarium, vt Papa congreget Epiſcopos, ad hoc vt dicatur aliquid definiuiſſe ex Cathedra, vel vt perſona publica.

De Melchiore Cano.

Ioann. Torrenſis ſententia de Honorio.

Sãderi ſententia de Rom. Eccleſia, etiamſi Honorius erraſſet.

Itaque ſi vt priuatus doctor errorem aliquẽ ſcripſit Honorius; non tamen vt Pontifex eum definiuit. Eccleſia Romana eſt, quæ Monothelitarum hæreſim ad internecionem vſque perſecuta eſt. Atque hæc fuſiùs de Honorio, vt non modò eum, verùm multò magis Romanam Eccleſiam ſedem Apoſtolicam ab omni errore immunem ſemper fuiſſe, contra perfidos iſtos Nouatores oſtenderemus.

Expendere nunc licet fraudem iſtius in citandis ex Synodo Toletana 4. cap. 16. verbis iſtis.

Mornai fra' in ſupprimendis verbis, quibus Eccleſia Rom. authoritas indicatur.

Apocalypſis librum ſi quis non receperit, & à Paſcha vſque ad Pentecoſtem Miſſarum tempore in Eccleſia non prædicauerit, excommunicationis ſententiam habebit. Pag. 119

VBi ſupprimit verba præcedentia: *Apocalypſis librum multorum Conciliorum authoritas, & Synodica Sanctorum Præſulum Romanorum Decreta Ioannis Euangeliſtæ eſſe præſcribunt, & inter diuinos libros recipiendum conſtituerunt: & quia plurimi ſunt, qui eius authoritatem non recipiunt, eumque in Eccleſia Dei prædicare contemnunt, &c.* Vbi fulcitur Concilium in approbando libro Apocalypſis Romanorum Pontificum authoritate. Interim Mornæus.

Quo tandem inſtinctu, niſi hoc ſanè, quòd populum aduerſus Antichriſtum in illa & prædictum, & graphicè deſcriptum præmuniri oportebat? Pag. 120

AN quæſo mens eſt Concilij præmunire populum aduerſus Romanos Pontifices ſanciendo, librum Apocalypſis eſſe recipiendum? Annon teſtatur eo Canone, Synodica Sanctorum Præſulum Romanorum decreta perſcribere, librum Apocalypſis eſſe Ioannis Euangeliſtæ? Annon decreuit Concilium eo Canone, librum Apocalypſis inter miſſarum ſolemnia legendũ, vel prædicãdũ? Quorſum igitur Nouator iſte nobis obijcit Concilium Toletanũ 4. qui tàm abhorret à Miſſarum ſolẽnijs, quã Diabolus à memoria paſsionis Chriſti, quã ſacrificium iſtud incruentum nobis refert? Et 6. Can. cum eſſet controuerſia in Hiſpania, an ſimplex merſio, an verò trina in baptiſmo adhibenda eſſet,

Refellitur Mornai commentum.

Digitized by Google

Patres Concilij Toletani IV. cõſulendã cenſent Apoſtolicã ſedem.

eſſet, Patres in illo Concilio Can.6. *Quid à nobis in hac Sacramenti diuerſitate faciendum ſit* (inquiũt) *Apoſtolicæ ſedis informemur præceptis, non noſtram, ſed paternam inſtitutionem ſequentes*: Et poſtea producunt, quid aliquando S. Gregorius de hac Hiſpaniæ diuerſitate S. Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi reſpondiſſet. Vbi, quanti faciant iudicium Sedis Apoſtolicæ, id eſt Sanctæ Romanę Eccleſiæ, ſatis oſtendunt.

Proſequitur Mornæus.

Pag. 120

Notat (inquit) *Baronius nonnullos locos, in quibus Decretum Phocæ obtinuerit, nec nos inuiti fatemur. Sergius enim Cypri Archiepiſcopus, literas inſcribit Theodoro Papæ vniuerſali, eò procliuiùs, quòd ei cum Conſtantinopolitano diſſidium.*

Mornæus imponit Baronio.

VBi impoſturas, & mendacia iſtius obſeruare licet. Neque enim, quoties præſules Eccleſiarum, vel ſacræ Synodi Pontificibus Romanis cum titulo *vniuerſalis Papæ*, vel *Epiſcopi* litteras inſcripſerunt, Baronius citat Phocæ Decretum, aut ex eo Decreto id factum docet. Nec certè illi mouebantur, vt ita ſcriberent, ex Decreto Phocæ, quod parum curaſſent, vt qui tàm tyrannicè imperaſſet, cuius vita, & exitus adeò infamis fuiſſet, & nomen poſt mortem omnibus exoſum; verùm ex inſtitutione Chriſti Domini: quod patet manifeſtè vel ex ea Epiſtola Sergij Cypri Archiepiſcopi ad Theodorum Pontificem Romanum, quæ habetur in Actis Rom. Synodi ſub Martino: *Sãctiſſimo, & Beatiſſimo à Deo honorabili Domino meo, Patri Patrum Archiepiſcopo, & vniuerſali Papæ, Domino Theodoro* (rugit, torquetur, inſanit ad hunc titulum Mornæus) *Sergius humilis in Domino ſalutem.* Deinde initio ſtatim Epiſtolæ: *Firmamẽtum à Deo fixum, & immobile, atque tituli formam lucidiſſimam fidei, veſtram Apoſtolicam ſedem conſtituit* (ò *ſacer vertex*) *Chriſtus Deus noſter. Tu enim es* (*ſicut diuinum veraciter, pronunciat verbum*) *Petrus, & ſuper fundamentum tuum, Eccleſiæ columnæ confirmatæ ſunt. Tibi & claues Cœlorum commiſit, atquè ligare, & ſoluere poteſtatiuè, quæ in terra, & in Cœlis ſunt, promulgauit, &c.* Ex quibus cõſtat, Sergium nõ ob Decretum Phocæ, ſed ob verbum Chriſti Domini ita inſcripſiſſe Epiſtolam Theodoro Romano Pontifici. Quod illi cum Epiſcopo Conſtantinopolitano diſſidium: nullum citat authorem Mornæus, multò minus oſtendit, ex eo diſſidio ita Epiſtolam inſcripſiſſe.

Quo Sergius Cypri. Archiep. moueatur, vt titulũ Papæ vniuerſalis inſcribat Theodoro Pont.

Pag. 120

Quædam etiam (inquit) *generalis in Africa Synodus Summo omnium Præſulum Pontifici, vti in Concilio Lateranenſi ſub Martino legitur &c.*

EST Synodalis Africanorum trium Conciliorum Epiſtola, eaque extat in Concilio Lateranenſi 1. & apud Baronium ad annum 646. art. 3. quæ ita inſcribitur: *Domino Beatiſſimo Apoſtolico culmine ſublimato, Sancto Patri Patrum Theodoro Papæ, & Summo omnium Præſulum Pontifici Columbus primæ ſedis Epiſcopus Concilij Numidiæ, & Stephanus primæ ſedis Epiſcopus Concilij Bizaceni, & Reparatus Epiſcopus primę ſedis Concilij Mauritaniæ, & vniuerſi Epiſcopi de tribus Concilijs antedictis Africanæ Prouinciæ.* Deinde initium Epiſtolæ: *Magnum, & indeficientem omnibus Chriſtianis fluenta redundantem apud Apoſtolicam ſedem conſiſtere fontem, nullus ambigere poſſit, de quo riuuli prodeunt affluenter vniuerſum largiſſimè irrigantes Orbem Chriſtianorum, cui etiam in honore Beatiſſimi Petri, Patrum Decreta peculiarem omnem decreuere reuerentiam in requirendis Dei rebus, quæ omnino, & ſolicitè debent; maximè verò, iuſteque ab ipſo Præſulum examinari vertice Apoſtolico, cuius vetuſta ſolicitudo eſt, tam mala damnare, quàm probare laudanda. Antiquis enim regulis ſancitum eſt,* (non Phocæ decreto Mornæe) *vt quicquid quamuis in remotis, vel in longinquo poſitis ageretur Prouincijs, non priùs tractandum, vel accipiendum ſit, niſi ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductum, ut eius authoritate, iuſta quæ fuiſſet pronunciatio, firmaretur, indequè ſumerent ceterę Eccleſię, uelut de natali ſuo fonte, prędicationis exordium, & per diuerſas totius Mundi Regiones puritatis incorruptę maneant fidei ſacramenta ſalutis.* En teſtimonium Africanarum Eccleſiarum, ex quo, quanti faciant Romanæ ſedis Antiſtitem, eiuſquè iudicium, cuiuis perſpicere licet: Vbi & teſtantur, eò ſemper omnes Eccleſias in dubijs fidei confugere ſolitas, & Romanæ Eccleſię primatum apertè fatentur. Quod ſi Mornæus veritatis indagandæ, & cognoſcendæ ſtudioſus fuiſſet; certè non in veſtibulo ſtetiſſet, aut ipſum Epiſtolæ titulum dumtaxat conſideraſſet, ſed penitùs, quid tota Epiſtola contineret, inſpexiſſet.

Rom. ſedis ſupremam authoritas à trib. Africanis Cõcilijs agnita.

Videbantur Mornæo nimium magnifici iſti tituli, quibus à Primatibus, & cæteris Epiſcopis Eccleſiarum Africæ ornabatur Romanus Pontifex; ideò nobis Victorem Chartaginenſem Epiſcopum producit,

Pag. 120

In hoc ipſo Concilio (inquit) *profeſſionem fidei ſuæ Theodoro illi mittens* (Victor) *antiquum obtinet; Domino beatiſſimo, & honorabili ſancto fratri Theodoro Papæ; Et Epiſtolam ipſam inchoans; Veſtræ, inquit, beatiſſimæ fraternitatis apud Deum acceptabilia opera, & conuerſatio glorioſa. Quin et leniter ei inſinuat, quid velit, Apoſtolos pari honoris, & poteſtatis conſortio præditos.*

AN verò hic titulus neceſſariò arguit, Victorem aliud, quam cæteros de Romani Pontificis authoritate iudicaſſe? Eſt vtique *frater* Romanus Pontifex, & poſt Dominum non cõfunditur cæteros *fratres* vocare; ſed & *Dominus fratrum ſuorum*, ante quem incuruantur filij ma-

Quo ſenſu Apoſtoli pares diſſuerint pari honoris, & poteſtatis conſortio.

tris Eccleſiæ, quẽ adorant filij Patris ſui Chriſti Domini. Quod dicit, Apoſtolos pari honoris, & poteſtatis conſortio prȩditos: vtique ratione Apoſtolatus, quatenùs omnes à Chriſto immediatè vocati, & Legati per Orbẽ terrarum ad prædicandum ſacrum Euãgelium deſtinati: & hac eadem locutione Cyprianus vtitur lib. de vnit. Eccleſiæ cap. 3. *Hoc erant utique & cȩteri Apoſtoli, quod fuit Petrus pari conſortio prȩditi & honoris, & poteſtatis*. Vbi tamen primatum Petri diſertè profitetur; nam ſubiungit: *Sed exordium ab unitate proficiſcitur, primatus Petro datur, ut una Chriſti Eccleſia, & Cathedra una monſtretur.* Et omnes Patres *Principem Apoſtolorum* Petrũ nuncupant, & idem Cyprianus priùs ſcripſerat: *Super illum unum ȩdificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas*. Et cæterorum Apoſtolorum authoritas extraordinaria erát, Epiſcopis eorum ſucceſſoribus minimè communicanda; ſed Petri erat ordinaria, ad regimen Eccleſiæ perpetuò in eius ſucceſſoribus manſura. Non igitur Victor illis verbis inſinuare voluit, vt ſubindicat Mornæus, ſe, ac cæteros Epiſcopos Romano Pontifici honore, & poteſtate pares eſſe; nam alioqui inſinuare etiam voluiſſet, reliquos Epiſcopos Africæ ſibi Carthaginenſi Epiſcopo pares eſſe; cum tamen dignitate, poteſtate, & honore reliquis præiret.

Apoſtolorũ omniũ præter Petrũ, authoritas extraordinaria fuit.

Sed Victor (inquit Mornæus) *quanquam Epiſcopum Carthaginis ordinatum ſe eſſe ſignificat, ab ipſo confirmari neutiquam petit; tãtum rogat, precibus eius Deo commendari, vt ſuo munere probè defungi poſſit.* Pag. 121

VErùm, vt cõſtat ex illius Epiſtola ad Theodorum Papam (habetur in Actis Concilij Rom. ſub Martino Secret. 2.) ſimulac creatus eſt Carthaginenſis Epiſcopus, Legationem ad Theodorum Papam miſit. *Ad ſalutationem veſtræ ſanctæ & honorãdæ fraternitatis vice noſtra Melloſum humilem veſtrum fratrem, noſtrum Epiſcopum, & Redemptum Diaconum, vel Creſcitur um Notarium ſanctȩ noſtræ ſedis, veſtros famulos deſtinauimus, &c.* quorſum niſi vt probaretur eius ordinatio Romano Pontifici, ſequè per omnia Catholicum apud eum profiteretur? & contra hæreſim Monothelitarum loquens: *Poſſumus* (inquit) *multiplicibus Patrum documentis noſtræ paruitatis intentionem firmare, niſi ueſtram ſanctiſſimam fraternitatem in omnibus corde ea retinere firmiſſimè teneamus. Vt autẽ ipſius Apoſtolicæ ſedis decretis per omnia cõfirmemur, Leonis Beatiſſimi prædeceſſoris veſtri Apoſtolicæ memorię definitionem inſeri peruidimus quæ cõtinet: Agit enim vtraque natura cum alterius cõmunione, quod proprium eſt* Poſt. *Veſtrum eſt, frater Chariſſime, canonica diſcretione ſolicitè contrarijs Catholicȩ fidei obuiare, nec permittere, nouiter dici, quod Patrum venerabilium authoritas omnino non cenſuit.* Vbi aperte docet, Romani Pontificis eſſe hæreſes nouiter obortas condemnare.

Cur Victor Chartag. Epiſc. Legationẽ miſerit ad Theodorũ Pont.

De Martino primo Theodori ſucceſſore.

De Martino I. Pontifice, qui Theodoro ſucceſsit anno Chriſti 649. ita ſcribit Mornæus, q̃d cum Orientis Patriarchæ hæreſeos Monothelitarum aut tenerentur, aut ſuſpecti eſſent, occaſione vtendum ratus Epiſcopos eò miſerit, nonnullos etiam Vicarios ſuos in partibus cõſtituerit, qui Orthodoxam doctrinam tutati erant. Ergo is ſcopus erat Martini Pontificis, vt hæreſim profligaret, & aduersùs Patriarchas illos fidem Orthodoxã in partibus Orientis defenderet, & conſeruaret. Cur ægrè fert iſte, Martinum Põtificem more prædeceſſorum ſuorum in id tũ adeò ſedulò incubuiſſe? ſi Chriſtianus eſt; annon meminiſſe debuit Apoſtoli Pauli, aliquando ſcribentis Philipp. 1. *Quid enim? Dum omni modo ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuncietur: & in hoc gaudeo ſed, & gaudebo.* Sed perfidus iſte hæreticus, ſentina omnium hæreſeon eo nomine Romanis Pontificibus infeſtus eſt, quòd omnes hæreſes ab initio profligarint, ac fidem Orthodoxam vbique ſtrenuè tutati ſint. Pag. 121

Mornæus à pietate Chriſtiana lõgè abhorrent.

Curſum hunc (inquit) *Conſtans Imperator anno ſequenti interrumpit, qui Romæ comprehenſum Conſtantinopolim adduci iubet, vnde in exilio paulò poſt moritur.* Pag. 121

QVia nimirum Martinus Papa noluerat ſubſcribere hæreſi Monothelitarum, immò, conuocata Romæ Synodo centum & quinque Epiſcoporum, damnauerat ſub anathemate Principes hæreſeos Monothelitarum Cyrum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum; ideò Cõſtans ille Imperator hæreticus primò Romam Theodorum Exarchum, qui Pontifici manus violentas adferret, quod perficere non potuit, Lictore, dum tàm audax facinus aggreditur, cæcitate percuſſo; deinde Theodorum Calliopam miſit, qui Pontificem Conſtantinopolim perduxit, vnde poſtea in Cherſoneſum exilij cauſſa deportatus, omnium rerum inopia preſſus, ac multis calamitatibus circumuentus tandem obijt. Vbi expendere licet, qui ſit ſenſus iſtius hȩretici: nam curſum hunc interruptum à Conſtante Imperatore non alium intelligit, quàm *progreſſum Miſterij Iniquitatis*, cui Conſtans ſeſe oppoſuerit. Quis verò ille erat *curſus*, iudicio Mornæi? quod Pontifex Martinus Vicarios ſuos in partibus Orientis eos conſtitueret, qui fidem Orthodoxam tutati erant. Itaq; ex ſententia Mornæi, defenſio fidei Orthodoxæ, & cõdemnatio hæreſeon erat myſterium iniquitatis. Martinus Põtifex illud operabatur, & promouebat; Conſtans verò Imperator, & Patriarchæ illi Orientales hæreſeos Monothelitarum Anteſignani ipſi erant, qui huic ſeſe opponebant.

Cur Martinus I. comprahenſus, & exilium paſſus à Cõſtate Imp.

Defenſio Catholicæ fidei, & cõdenatio hæreſis Monothelitarum Mornæo eſt Myſterium iniquitatis.

Accuſatus (inquit) *inter alia crimina* (Martinus) *quod cum Sarracenis contra Imperatorem conſpiraſſet.* Pag. 121

SEd ab hæreticis. Quod ſi Mornæus adfuiſſet: & ſuo calculo, non dubium, Pontificem momordiſſet, qui id criminis Martino impoſitũ pro-

Proditionis crimẽ Martino Pont falsò impoſitum.

probare ſe oſtendat. Annon accuſati multorum ſcelerum à perfidis Ethnicis Chriſtiani? Annon fraude Leonis Imperatoris Iconomachi ſceleſtiſsimi accuſatus proditionis apud Regem Saracenorum S. Ioannes Damaſcenus? Conſtantis igitur Imperatoris hæretici fraude id criminis Martino haud dubiè impoſitum.

Pa. 121. *Erat* (inquit) *Martinus, vt ex eius vita perſpicuum, ſuperbus in primis, & audax, nec tamen in ipſo Occidente Eccleſiarum libertatem penitùs opprimere potuerat.*

Mornæus iniquè Martinum accuſat ſuperbia. NEſcio, q̃d iſte ſuperbię nomine intelligat, niſi fortaſſe, quod Martinus Conſtantis, & hæreticorum minas contempſerit, nulla ratione, aut vi, vt illis cederet, ſeu de conſtantia fidei dimoueretur, adduci potuerit. De cuius conſtantia ita S. Audoenus in vita S. Eligij ca. 34. apud Surium 1. Decemb. *Interim dilatione intercedēte inimicus humani generis acriùs incitatus pulſabat fortiter murum Eccleſię per homines perditos, ac turrim validiſſimam omni oppugnationis genere infeſtabat, Martinum perpetuis afflictionibus illum Epiſcopum ad ſe inflectere cupiens. Sed quamuis impurus ſpiritus omni niſu pugnaret armatus; attamen reſiſtebat Martinus, Chriſti gratia, & uirtute repletus, ac ueluti ſi ſaxo immobili undarum fluctus illidantur, ita uirili animo dicta reſpuebat hęreticorū garrientium.* *Martini Pont. conſtantia.* Quod ſi Martinus Conſtanti obtemperaſſet, hæreticus fuiſſet: quia non obtemperauit, ſuperbus fuit; vt quacumque via incedant Romani Pontifices, iſtius calumnias non effugiant. Cui aſſimilabimus iſtam generationem? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt Math. 11. *Cecinimus uobis, et non ſaltaſtis, lamentauimus, & non planxiſtis. Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt, dæmonium habet: Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicũt, Ecce homo uorax &c.* Quis verò Martini vitam deſcribens eum vnquam ſuperbiæ notauit? De Paulo quidem Epiſcopo Conſtãtinopolitano ſcribit Anaſtaſius in Martino, quod *huius temporibus inflatus ſuperbię ſpiritu aduerſus rectum ſanctę Dei Eccleſię dogma, audacter præſumpſit paternis definitionibus contraire:* quodque Apocriſarios Apoſtolicæ ſedis, cum eum moneret, vt ab hæreſi recederet; *perſecutionibus diuerſis cum alijs Orthodoxis viris, & Venerabilibus Sacerdotibus inſecutus eſt, quoſdam cuſtodiæ retrudens, alios in exilium deportans, alios autem verberibus committens.* *Paulus Epiſcop. Conſtantinop. Martini aduerſarius qualis.* Deinde ſubiungit: *Tunc Martinus ſanctiſſimus, ac beatiſſimus Epiſcopus miſit, & congregauit Epiſcopos in Vrbem Romam &c.* *Martinus Pontifex ſanctiſſimus.* Si ſanctiſsimus, ac beatiſsimus, quomodo ſuperbus? Platina, Onuphrius, & alij, qui Pontificum vitas ſcripſerunt, ſanctiſsimum eum fuiſſe teſtantur. Zonaras author Græcus in vita Conſtantis Imperatoris; *Martinum* (inquit) *ſanctiſſimum Papam Romanum in exilium egit, in quo & mortuus eſt, clarus miraculis poſt mortem in ſanctorum numerum relatus eſt.* Immò & Gennadius Scholarius Patriarcha Conſtantinopolitanus, eundẽ ſanctiſsimum virum à græca Eccleſia coli decima tertia menſis Martij, libris à ſe editis, poſt expugnationem Vrbis à Mahomete ſecundo, teſtatus eſt. *Vt ſancti ab ipſa Græca Eccleſia cultus.* Neque verò in Eccleſias Occidentis iuriſdictionem ſuam Martinum exercuiſſe, hoc fuit (vt interpretatur iſte) earum libertatem opprimere; nec enim hæc ſubiectio ſeruilis eſt, aut libertati contraria. Subditi apud Chriſtianos Regibus ſubijciuntur, filij parentibus, & in his, quæ ſunt ad Deum, omnes Sacerdotibus, & Paſtoribus Eccleſiarum; an ideo eorum oppreſſa libertate? *Non ſicut dominantes in Clero, ſed ſicut forma facti gregis.* 1. Petri 5. Et Chriſtus Dominus Matth. 20. *Reges gentium dominantur eorum, non ita erit inter uos; ſed qui maior eſt ueſtrum, fiat ſicut miniſter ueſter.* Vbi primatum voluit eſſe inter eos, & graduum diſtinctionẽ, vt alij maiores eſſent, alij minores. Ergo ſi maior inter Epiſcopos Romanus Pontifex, & ſi in omnes Eccleſias iuriſdictionem exercet; an ideo quidquam id earum officit libertati?

Pa. 121. Expendamus verò, quàm ſubtiliter id probet Mornæus, quia Concilia celebrata tùm in Gallia, tùm in Hiſpania Regum authoritate conuocata, vbi condemnati hæretici, & quæ Romani Epiſcopi nuſquam meminere, quanquam de præcipuis Eccleſiæ Chriſtianæ capitibus ibi agitur. Atqui hæc erant Concilia Nationalia, quæ à Primatibus ſolent conuocari quibus & ipſi præſunt: quibus conuocandis etſi Regum conſenſus, atque authoritas accedat pro ſuo in ſacram religionem zelo, atque ſtudio; id fit, vt, quę definiuntur, maiorem apud ſubditos habeant authoritatem, & executioni mandentur. Neque enim, quod ſæpius repetitũ eſt, Reges ipſi de ſacra religione quidquam definiunt, vel de diſciplina Eccleſiaſtica Canones condunt. Concilia verò illa, niſi ſacri alicuius Concilij Generalis, aut Romani Pontificis authoritate roborentur, nunquam omnes Chriſtianos ſuis definitionibus, aut Canonibus obſtringere potuerunt. De hæretico illo in Concilio Aurelianenſi à ſancto Audoeno Rothomagenſi Epiſcopo, & alijs condemnato: quis fuerit, aut cuius hæreſis aſſertor, ignoratur; vt certum ſit, eum non nouam hæreſim excogitaſſe, ad quam condemnandam opus eſſet Apoſtolicæ ſedis authoritate, ſed iam ſatis condemnatas promulgaſſe, vt tanquam hæreticus notorius eo nomine meritò proſcriptus, & à toto Regno Præſulum authoritate eliminatus ſit. *De hæretico illo, quẽ S. Audoenus, & alij condemnarunt.* Et quoniam ſcribit iſte, Pontifices Romanos Eccleſiarum Occidentis libertatem tùm tentaſſe opprimere: quid quæſo iſta Concilia pro tuenda libertate Eccleſiarũ contra illius oppreſſores Romanos Pontifices definierunt? quod tamen feciſſent, ſi ſibi plus æquo Romanos Pontifices arrogare, & non cõmiſſam ſibi à Chriſto poteſtatem exercere intellexiſſent, ext. *de relig. domibus* capit. 2. *Iura ſua Pontifex Romanus ſingulis Epiſcopis inuiolata ſeruare, non uerò libertatem Eccleſiarum opprimere intendit.* Quorſum verò putauit Mornæus citanda illa Concilia Nationalia, ſiquidem Nouatori-

toribus iſtis nihil cum illis Concilijs commune? Nimirum vt oſtenderet, non Romani Pontificis authoritate, ſed Regum conuocata illa Concilia, quibus tamen, vt dictum eſt toties, non Reges ipſi, ſed Primates præfuerunt, in quibus Epiſcopi, quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectare videbantur, præſcripſerunt. vbi & colla Reges Epiſcopis ſubmiſerunt. In Concil. Tolet. 7. cùm de refugis, atque perfidis Clericis, ſiue Laicis multa fuiſſent definita, ita concludunt: *Si quis hæc inſtituta putauerit eſſe execranda, anathema fiat: & velut præuaricator Catholicæ fidei ſemper apud Deum reus exiſtat, quicunque Regum deinceps Canonis huius cenſuram in quocunque crediderit, vel permiſerit violandam.* In Concil. Tolet. 8. Rex Receceſuinthus Epiſcopos alloquens: *En Reuerendi Patres, excelſiori mihi venerationis honore ſublimes.* Nec mirum, ſi Concilia illa aliquando Regum authoritate ſint conuocata, illis ſubſcripſerint, leges in eiſdem ediderint; nam, vt ſcribit Mariana lib. 6. de Rebus Hiſpaniæ cap. 9. *hæc Concilia Toletana veluti Regni Comitia erant, conuentuſquè generales, vbi non tantũ de religione, ſed etiã de Republica cõmuni omniũ conſenſu diſceptabatur.* Inde videmus, in illis Cõcilijs non modo Epiſcopos, & Abbates, ſed & officij Palatini viros illuſtres aliquando ſubſcripſiſſe.

Concilia Toletana quaſi Regni comitia.

Cur Vitalianus Pōt. Rom. Conſtantem Imp. per honorificè tractauerit.

Quod erga Conſtantem Imperatorem Romam accedentem nullum genus obſequij Vitalianus prætermiſerit, quo hominem demereret, non eiecerit ab Eccleſia ſacrilegum, fratricidam (nam ille Theodoſium fratrem ſuum conſecratum iam Diaconum nece abſtulerat) neque procul abhorruerit à ſalutatione hominis, qui ſanctiſsimum Pontificem Martinum è ſede tyrannicè auulſiſſet, ignominioſè tractaſſet, ac tandem relegatum Cherſonæ perire fame etiam coegiſſet, ac tot alia crimina diſsimularit: Id fecit, vt Catholicæ veritati cõſuleret, cui conducebat, vt Imperator diu hæreticus, ſiue per veritatem, ſiue per occaſionẽ ſpecimen ederet Catholicæ pietatis, perſonam præſeferens hominis Orthodoxi. Nec deſunt, qui ſcribant Conſtantem, congregata ſub Vitaliano Papa Synodo, hæreſim abdicaſſe: certum eſt, eum ſaltem Catholicum videri voluiſſe, cùm Beato Petro mitræ magnitudinis Euangelia auro cooperta, gemmis ornata Romam miſit. Nonnulli etiam authores ſunt, cogitaſſe eum Imperium ad Vrbem transferre, cò quòd Conſtantinopolitanos, qui ei de ſacrilegio in Martinum Papam commiſſo conſilium dederant, tanquam hæreticorum fautores exoſos haberet. Non mirum igitur Mornæo videri debet, quod ſcribit Anaſtaſius, Conſtanti Romam venieti occurriſſe obuiam Apoſtolicum cum Clero ſuo miliario ſexto ab Vrbe Roma, & ſuſcepiſſe eum. De prolixa omnimodæ reuerentiæ ſignificatione Pontificis in Imperatorem nihil omnino Anaſtaſius, ſed commentum eſt Mornæi. Id tantum ſcribit, quod *Dominico die fuit ſtatio ad ſanctum Petrum; & poſt miſſas celebratas Vale fecerunt ſibi inuicem Imperator, & Pontifex. Duodecim dies in Ciuitate Romana perſeuerans &c.*

Conſtans, miſſis Romãad Baſilicam S. Petri muneribus, vult Catholicus videri.

Mornæi commentum.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum vigeſimumquartum.

PRiſcorum Epiſcoporum, & eorum, qui deinceps ſequuti ſunt, Mornæus hoc diſcrimen fuiſſe docet,

Pa. 122. *Quòd illorum vnum olim ſtudium Eccleſiam Dei per prædicationem Euangelij ædificare, lapides viuos vndequaque congerere; hos verò tota hiſtoria materialibus tantùm ædificijs inſignes videas, ſacellis, oratorijs, ſtatuis, marmoribus, incruſtationibus, inauratis teſtudinibus & laquearijs; vt peſſimi quique vitiorum ſuorum memoriam hac vna ratione expunctam putent.*

INde ſuum hunc Progreſſum auſpicatur Mornæus. Verùm hæc ſibi non repugnant, vt non poſsint ſimul conſiſtere. Nam certè Apoſtolis hoc vnum fuit ſtudium Eccleſiam Dei per prædicationem Euangelij ædificare, lapides viuos vndequaque congerere, & animas è Diaboli faucibus ereptas Chriſti ſeruatori conſecrare; tamen Abdias Babylonicus lib. 6. refert, Apoſtolos Simonem, & Iudã Eccleſias multas conſtituiſſe in Babyloniæ Regione, & per Ciuitates Presbyteros, Diaconos, & Clericos ordinaſſe: Et lib. 7. in Aethiopia ad prædicationem Matthæi Baſilicam inſignem fabricatam refert, quam & Matthæus appellauit *Reſurrectionem, quoniam per reſurrectionem filij Regis mortui occaſio ædificationis extiterat. Sed & alias per diuerſa loca multas Apoſtolus conſtrui curauit Eccleſias.* Et infra; *Interea Ephigenia ſacratiſſima Virgo Chriſto, quicquid in argento, & auro habere potuerat, hoc totum Sacerdotibus contulit, & omni Clero dicens: Poſtquam dignam Apoſtolo Chriſti fabricaueritis Eccleſiam, quicquid ſuperfuerit, pauperibus erogabitis.* Atque à temporibus Apoſtolorum fuiſſe Oratoria, Sacella, & Eccleſias à Chriſtianis fabricatas, inde conſtat, quòd, vt referunt Euſebius lib. 8. cap. 2. Et Niceph. lib. 7.

Non repugnat, eundem ſpirituali, & materiali ædificationi Eccleſiæ ſtudere.

Digitized by Google

lib. 7. capit. 3. Diocletianus, & Maximianus odio ſacræ religionis Eccleſias Chriſtianorum vbique euerti curarunt: Et pace reddita Eccleſiæ Dei, poſtquam Imperatores Chriſtianæ religioni nomen dederunt, legimus, Pontifices Romanos multas Baſilicas, ſeu Eccleſias, ædificaſſe, eas multis donarijs exornaſſe, & locupletaſſe; quos tamen nec lapidibus viuis vndequaque congerendis, id eſt Euangelio vbique per religioſos viros promulgando, & Chriſtiano nomini amplificando defuiſſe, certum eſt. An vero ſanctiſsimus ille Rex Dauid, quòd vitiorum ſuorum adulterij cum Berſabea, & homicidij in Vriam commiſsi memoriam hac ratione expungendam putaret, propoſuerat ſibi templum Deo auguſtiſsimum exſtruere? aut ideò tantam filio Salomoni ſummam auri, & argenti reliquit, & non religionis cauſſa? Cur igitur iſte tàm ſiniſtrè de Pontificibus iudicat, qui ſacris ædificijs præter reliqua inſignes fuere, *Vt peſſimi quique vitiorum ſuorum memoriam, hac vna ratione expunctam putent?* Quos huiuſmodi Pontifices peſsimus iſte hæreticus citabit? An verò hac vna ratione, id eſt exſtruendis ædificijs expungi poteſt vitiorum memoria? Aimoynus lib. 4. de geſtis Francorum cap. 1. de ſacris ædificijs à Brunechilde Francorum Regina conſtructis loquens *Aedificia ſanè ab ipſa cõſtructa* (inquit) *vſque in hoc tempus durantia, oſtenduntur tàm innumera, vt incredibile videatur, ab vna muliere, & in Auſtria tantummodo, & Burgundia regnante, tanta in tàm diuerſis Franciæ partibus conſtrui potuiſſe*; cuius tamen ſcelera, & inde triſtẽ exitum omnes Scriptores hiſtoriæ Francorum referunt; vt id minimè ſuffecerit ad expungendam, eius vitiorum memoriam. Proſequitur Mornæus.

Refellitur ſiniſtra interpretatio Mornæi.

ola Eccleſiarũ ædificatione nõ poteſt expungi ſcelerum memoria.

Principes ipſi, eos imitati, licet ab hiſtoricis infamia notati, ſua ſe ſcelera expiaturos, famam ab omni labe vindicaturos arbitrentur.

Qui præcipuè Principes ædificarunt Eccleſias.

Certè Principes, qui Eccleſias ædificarunt præcipui hi fuerunt, vt colligit Bellarminus lib. de cultu Sanctorum cap. 6. Conſtantinus, Iuſtinianus, Carolus Magnus, & Carolus IV. De Conſtantini templis, videndus Damaſus in vita Sylueſtri, & Euſebius lib. 3. & 4. de vita Conſtantini. De templis à Iuſtiniano erectis, extat libellus Procopij: de quo Niceph. lib. 17. cap. 29. *Plurimis quoque templis vbique terrarum numen diuinum honorauit, quæ magnificentiſſimè conſtruxit, quippe qui Deum honoribus eiuſcemodi præcipuè colere voluerit.* De templis Caroli Magni legendus Abbas Vrſpergẽſis in Chronico. De templis Caroli IV. Cochlæus initio lib. 1. hiſtoriæ Huſsitarum.

Et tamen eas nõ ædificarũt, vt ſcelera ſua expiarent &c.

Quis verò horum Principum ab hiſtoricis infamia notatus, ſua ſe ſcelera expiaturum, ab omni labe vindicaturum arbitratus eſt? Ni fortaſſe Conſtantinum Magnum, primum ex Romanis Principibus Chriſtianam religionẽ profeſſum, intelligat, de quo multa obloquutus eſt Ethnicus ſcriptor Zozimus odio procul dubio ſacræ noſtræ religionis, cui ille impensè fauebat: & profanus ille Iulianus apoſtata in ſuis Cæſaribus hoc nomine eum notat, quòd ſecum vna quoque filios à cœtu Deorum, quia à gentilitia ſuperſtitione, abduxerit, & fingit, quod Dij impietatis vindices ipſum, vt & eius filios, cruciabant, ſanguinis cognatorum fuſi pœnas exigentes, donec Iupiter in Claudij, & Conſtantij gratiam à malis reſpirare conceſſit; cum tamen omnes Scriptores Eccleſiaſtici, & Sancti Patres miris eum laudibus celebrent. Verum Mornæus vt Ethnicus, & profanus apoſtata, potiùs Zozimi, & Iuliani, quàm Scriptorum Eccleſiaſticorum, & ſanctorum Patrum iudicium ſequetur. Iuſtinianus, ſi hæreſim de incorruptibili Chriſti corpore ante paſsionẽ, in quam extrema ætate incidit, excipias, laudatiſsimus Princeps fuit, de quo Niceph. lib. 17. cap. 29. *Princeps iſte tanto in Chriſtum pietatis ardore flagraſſe, ab eis, qui res illius memoriæ poſteritatis mandarunt, dicitur, quanto alius, qui ante eum Imperium obtinuerunt, nemo, ter maximo illo Conſtantino ſemper excepto.* Carolus Magnus ab omnibus hiſtoricis mirificè laudatur, nec vllus eſt, qui eum infamia notarit. Carolum IV. optimum, & religioſiſsimum fuiſſe Principem conſtat ex his, quæ adfert Cochlæus loco citato. Helenæ Conſtantini matris religio mirificè celebratur ob Eccleſias, quas Hieroſolymis, & circa ea loca conſtruxit, de quibus Niceph. lib. 8. cap. 30. Deus etiam aliquando miraculo docuit, quam gratum illi eſſet ſacras ædes in honorem Martyrum à pijs illi extrui. *Nam cùm Gallus, & Iulianus fratres Martyribus ambo laborarent, munificentiaque, & liberalitate præclarè inter ſe contenderent, tum multarum manuum opera, tùm multis impenſis ædem ſacram extruentes; Verùm quia non pari voluntate, animiquè inſtituto in hoc opus incumbebant: idcirco nec in eundem quoque finem labor vtrique progrediebatur. Etenim alterius, hoc eſt, fratris natu maioris, opus perficiebatur, atque ex ratione procedebat, Deo videlicet munus illud libenter admittente, vt olim Abelis ſacrificium tùm rectè oblatum, tùm diuiſum; atque hæc oblatio veluti quædam primogeniti conſecratio erat. Alterius autem,* (Scilicet Iuliani) *munus, non ſecùs ac Caini ſacrificium Deus Martyrum repudiabat. Itaque ille quidem laborabat, ſed terra, quod elaboratum fuerat, excutiebat.* Ita refert Gregorius Nazianzen' prima Inuectiua in Iulianum. Ex qua hiſtoria conſtat, ſi à pijs, & religioſis Principibus ſacræ ædes Deo in honorem Sanctorum extruantur, id illi gratiſsimum eſſe; neque enim alia ratione Iuliani opus, alioqui gratum illi futurum, auerſabatur, niſi quia iam impietatem, quam aliquando parturiret, mente concipiebat. Equidem Principes ipſi, auguſtiſsima Deo templa extruendo, aut adornando, virtutis, ac pietatis laudem inde ſunt conſecuti; neque tamen tàm id ſibi propoſuerunt, quàm ſacrum Dei cultum: & virtuti quidem laus propoſita eſt; at non ideò omnes virtutem ſectantur, vt laudem inde conſequantur. In ſequentibus licet hæretici iſtius impietatem inſpicere.

Helena ob Eccleſias à ſe cõſtructas celebrata.

Deo gratã eſſe templorũ per pios ædificationem, miraculo teſtatum.

Epi-

Epiſcopi (inquit) *ſpeciatim Romani, ſi in exteras regiones quoſdam à latere delegent, vt in Angliam Gregorius Magnus, & poſt eum Honorius, Vitalianus, alij; non eo ſanè, vt Euan-* Pa. 125 *gelium promulgent, quod iam obſoletum illis, ſed ceremonias, ritusquè ſuos, Romanum Cantum, Latinum officium, Horas, organa, altaria, Cereos, vnctionem, & nugamenta eius generis propagent.*

OPtaret Ethnicus iſte, eas gentes in infidelitatis tenebris immerſas potiùs manſiſſe, quàm vt Romanis Pontificibus poſt Deum Chriſti fidem acceptam referrent. Quàm verò impudenter mentiatur, non fuiſſe Pontificibus Romanis ſtudium promulgandi ſacrum Euangelium, aut genti Anglorum, aut alijs gẽtibus, ſatis inde conſtat: nam vt refert Vuilielmus Malmeſburienſis lib. 1. de geſtis Regum Anglorum cap. 3. Et Henricus Huntindonienſis lib. 3. Cum venales ex Anglia pueri Romam deducti eſſent, & miraculo vultus, ac lineamentorum gratia oculos Ciuitatis inuitaſſent, adfuit fortè cum alijs Beatiſsimus Gregorius tunc Apoſtolicæ ſedis Archidiaconus, qui miratus tantam in mortalibus decoris cõpoſitionem, miſeratus tàm abiectam in captiuis conditionem, conſulit aſtantes, qui genus? vnde domo? Reſponſum eſt, eſſe genere Anglos, prouincia Deiros, Allæ Regi ſubditos, paganiſmo deditos; quorum extremum dolentibus ſuſpirijs proſecutus, reliquis eleganter applauſit, vt Angli Angelis ſimiles de ira eruerentur, & *alleluia* cantare docerentur. Accedens igitur ad Pontificem Romanum (nondum enim erat Pontifex factus) Legationem prædicandi ijs petijt: quod cum impetrare nõ poſſet, mox vt ipſe Pontifex factus eſt, per alios opus diu deſideratum perfecit. Quid ſanctiſſimum illum virum torquebat, niſi quod gentes illas idololatriæ deditas, nedùm ad gratiã Euangelij Chriſti translatas intelligeret? Beda lib. 1. Eccles. hiſt. gentis Anglorum capit. 23. *Gregorius* (inquit) *diuino admonitus inſtinctu, anno decimoquarto Mauritij Principis, aduentus verò Anglorum in Britanniam anno circiter centeſimo quinquageſimo, miſit ſeruum Dei Auguſtinum, & alios plures cum eo Monachos, timentes Dominum, prædicare verbum Dei genti Anglorum.* Ergo eò, vt Euangeliũ promulgarent. Verùm, quia S. Gregorius initio dixerat de docendo Anglos cantare *alleluia*; quia præterea Beda ibidem ſcribit cap. 25 Auguſtinum, & eius ſocios à S. Gregorio miſſos *Crucem* pro vexillo ferentes argenteam, & *imaginem Domini* Saluatoris in tabula depictam, *letaniaſquè* canentes pro ſua, ſimul & aliorum, propter quos venerant, ſalute Domino ſupplicaſſe: & quòd appropinquantes Ciuitati Dorouernenſi more ſuo cum cruce ſancta, & imagine magni Regis Domini noſtri Ieſu Chriſti, hanc letaniam conſona voce modulati ſunt: *Deprecamur te Domine in omni miſericordia tua, vt auferatur furor tuus, & ira tua à Ciuitate iſta, & de domo ſancta tua, quoniam peccauimus, alleluia*, & cap. 26. *Erat* (inquit) *propè ipſam Ciuitatem, Eccleſia in honorem S. Martini antiquitùs facta &c. In hac ergo & ipſi primum conuenire, pſallere, orare, Miſſas facere, prædicare, & baptizare cœperunt, donec Rege ad fidem conuerſo, maiorem prædicandi per omnia, & Eccleſias fabricandi, vel reſtaurandi licentiam acciperent.* Et cap. 29. idem Papa Gregorius Auguſtino Epiſcopo, quia ſuggeſſerat ei, multam quidẽ ſibi eſſe meſſem, ſed operarios paucos, miſit cum præfatis Legatis ſuis plures cooperatores, ac verbi miniſtros, in quibus primi, & præcipui erant Mellitus, Iuſtus, Paulinus, Rufinianus, & *per eos generaliter vniuerſa, quæ ad cultum erant, ac miniſterium Eccleſiæ neceſſaria, vaſa videlicet ſacra, ac veſtimenta altarium, ornamenta quoque Eccleſiarum, & ſacerdotalia, vel Clericalia indumenta, ſanctorum etiam Apoſtolorum, ac Martyrum reliquias, nec non & codices plurimos*. Et lib. 4. cap. 2. ſcribit, quod quicunque lectionibus ſacris cuperent erudiri, haberent in promptu magiſtros, qui docerent: & tonos cantandi in Eccleſia, quos eatenus in Cantia tantùm nouerant, ab hoc tempore per omnes Anglorum Eccleſias diſcere cœperunt; ideo valdè ſubtiliter, prout cœtera, Mornæus etiam de Gregorio ſcripſit, quod in Angliam Legatos mittit, *non vt Euangelium promulgent, ſed ceremonias, rituſque ſuos, Romanum Cantum, Latinum officium, Horas, organa, altaria, Cereos, vnctionem, & nugamenta eius generis propagent*. An quæſo iſta promulgationi Euangelij aduerſabantur? Hieronymus Epiſt. 17. & 18. ad Marcellam, vt Betlehem commigret: *In Chriſti villula* (inquit) *tota ruſticitas, extra pſalmos ſilentium eſt: quocunquè te verteris, arator ſtiuam tenens, halleluya, decantat: ſudans meſſor pſalmis ſe auocat: & curua attondens vitem falce vinitor aliquod Dauidicum canit*. Quia igitur in ſanctis illis locis decantabant *halleluya*, & pſalmos Dauidis, ex ſententia Mornæi inde iam Euangelium exulauerat.

Quando Dauid adduxit arcam Dei de domo Obed Aedon in Ciuitatem Dauid cum gaudio, & erant cum Dauid ſeptem chori, & victima vituli, & percutiebat in organis armigatis, & ſaltabat totis viribus ante Dominum, & erat accinctus Ephod lineo, & Dauid, & omnis domus Iſrael ducebant Arcam teſtamenti Domini in iubilo, & in clangore buccinæ 2. Reg. 6. Cùm præterea, omnia vaſa aurea, & argentea, & ænea conſecrauit Dauid Rex Domino cum argento, & auro, quod tulerat ex vniuerſis gentibus &c. 1. Paralip. 18. & inſtituit Cantores, Pſaltes, & Citharedos, diſtribuitquè eos ad cantandum in templum Domini in cymbalis, & pſalterijs, & citharis, in miniſteria domus Domini 1 Paralip. 25. tunc ex ſententia Mornæi nolebat, à ſubditis obſeruari legem Moſaicam, ſed nouas ceremonias inducebat? Neque enim chori, organa, iubilum, & clangor buccinæ, Cantores & Citharædi

S. Gregorius de prædicando Anglis Euangelio cogitat: qua occaſione.

Idipſum factus Pontifex exequitur.

Vnde Mornæus ſumpſerit occaſionem calumniandi Gregorium.

Cantus nõ aduerſatur Euangelio.

di magis cum lege affinitatē habebant. quàm Romanus cantus Latinum officium, Horæ, organa, altaria, Cerei cum ipſo Euangelio. Et ſi valet argumentum Mornęi: Gregorius Magnus mittebat in Angliam vniuerſa, quæ ad cultum erant, & miniſterium Eccleſiæ neceſſaria, vaſa ſacra, veſtimenta altarium, ornamenta Eccleſiarum, & ſacerdotalia, vel Clericalia indumenta; ergo non eo mittebat Legatos ſuos, vt Euangelium promulgarent, ſed cæremonias, ritusque ſuos &c. propagarent: valet certe & iſtud: Dauid ſeptem choros inſtituit, & diſtribuit Cātores ad cantandum in templo Domini, in cymbalis, & pſalterijs, & cytharis in miniſteria dom[9] Domini; ergo nolebat, obſeruari à ſubditis legem Moyſis, ſed nouos ritus induci. Scribit Ioannes Diaconus lib. 2. vitæ S. Gregorij cap. 35. Auguſtinum, & ſocios in Anglia prædicaſſe, & in nomine Ieſu miracula feciſſe, credidiſſe multos, & baptizatos eſſe, mirantes innocentis vitæ ſimplicitatem, complectenteſque dulcedinem cœleſtis doctrinæ. Vnde lib. 9. Reg. Epiſt. 58. ad Auguſtinum ſcribebat: *Scio, quod omnipotens Deus per dilectionem tuam in gente, quam eligi voluit, magna miracula oſtendit. Vnde neceſſe eſt, vt de eodem dono cœleſti & timendo gaudeas, et gaudendo pertimeſcas: gaudeas videlicet, quia Anglorum animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur: pertimeſcas verò, ne inter ſigna, quæ fiunt, infirmus animus in ſui præſumptione ſe eleuet; vt vnde foras in honore attollitur, inde per inanem gloriam intùs cadat.*

Quos in Angliā S. Gregorius miſit, operati ſunt miracula, multosq; ad Euangeliū conuerterunt.

Si non promulgaſſet ille cum ſocijs Euangeliū genti Anglorum, ſed cœremonias, ritusque, quæ nugamenta vocat Mornæus, propagaſſet; an Deus tot miraculis eorum prædicationem confirmaſſet? Sed miracula ridet Mornæus: nec mirū certè; nā Chriſti Domini, & Apoſtolorum miracula ridebāt primùm Iudæi, deinde Gētiles, quos iſte perfidia longè ſuperat, quibusq; atrocius veritati bellum induxit. De eiuſdem gentis conuerſione, ſimulquè miraculorum prodigijs, quæ ibidem fiebant, ipſe Gregorius lib. 27. moral. cap. 6. *Ecce* (inquit) *lingua Britanniæ, quæ nihil aliud nouerat, quàm barbarum frendere, iamdudum in diuinis laudibus hæbreum cœpit, alleluia, reſonare: Ecce quondam tumidus, iam ſubſtratus ſanctorum pedibus ſeruit Occèanus: eiuſque barbaros motus, quos terreni Principes edomare ferro nequiuerant; hos pro diuina formidine ſacerdotum ora ſimplicibus verbis ligant: & qui cateruas pugnantium infidelis nequaquàm metuerat, iam nunc fidelis humilium linguas timet. Quia enim perceptis cœleſtibus verbis, clareſcentibus quoquè miraculis, virtus ei diuinæ cognitionis infunditur; eiuſdem diuinitatis terrore refrænatur, vt praua agere metuat, ac totis deſiderijs ad æternitatis gratiam peruenire concupiſcat.* Nugamenta ſunt, quæ ſcribit Mornæus, vt quod Gregorio Magno, Honorio, Vitaliano, & alijs Pontificibus *iam obſoletum Euangelium: quod excitent Principes in ſubditos, priſcæ puritatis, ſimplicitatis Euangelicæ tenaces.* Quo nomine Sectarios, Reformatores iſtos Euangelij nouos intelligit, quibus purum, & ſimplex Euangelium. Sed videamus, quæ ſit hęc priſca puritas, hæc ſimplicitas Euāgelica, quam intelligit Mornæus. Baptiſmum Ioannis, & à Chriſto inſtitutum, ac Apoſtolis traditum eundem eſſe, Caluinus lib. 2. Inſtit. cap. 9. §. 5. Baptiſmum infantibus ad ſalutem minimè eſſe neceſſarium, Idem lib. 4. cap. 16. §. 26. Deum quoſdam homines condidiſſe ad æternam damnationem; adeo vt reprobatio non tantùm nullam habeat cauſſam à diuina voluntate, verùm etiam quod Deus non minus quoſdam homines creauerit, vt eos damnaret, quàm alios, vt ſalutem eis conferret, Caluinus lib. ſuo de æterna Dei prædeſtinatione, & lib. 3. Inſtitut. cap. 21. & 22. Deum malorum eſſe authorem: tentationis Iob eum fuiſſe authorem, Sathan, & ſceleſtos latrones dumtaxat miniſtros: cæcitatem, & tyrannidem Achabi, Abſalonis inceſtum, conuitia Semei, apoſtaſiam, & idololatriam decem Tribuum, cædes, rapinas, incendia Chaldęorum in Iudæos, militum Chriſtum crucifigentium facinora, & cœtera id genus crimina, Dei eſſe opera, quæ non ſola eius permiſsione, ſed voluntate, & decreto factæ ſint; vt Sathan, & ſceleſti latrones miniſtri fuerint, Deus author, Caluinus lib. 1. Inſtitut. cap. 18. Chriſtum diros in anima cruciatus damnatorum, ac perditorum hominum pertuliſſe, lib. 2. cap. 16. §. 10. Hę, & pleræquè eiuſmodi blaſphemiæ in Deum, in Chriſtum ſeruatorem, in Beatiſsimam Deiparam, in ſanctos, in Pontificem, & omnes Ordines Eccleſiæ, quibus recenſendis nolim diutiùs immorari, ſunt *priſca illa puritas, & ſimplicitas Euangelica*, cuius Mornæus cum ſuis Symmiſtis adeò ſunt tenaces. *Pontifices* (inquit) *excitare continuò videas Principes in ſubditos priſcæ puritatis, ſimplicitatis Euangelicæ tenaces*. Scilicet auguſtiſſima Deo conſecrata templa euertiſſe, altaria deſtruxiſſe, in Regum vitam conſpiraſſe, contra eos exercitus conſcripſiſſe, ac ſolijs ſuis eos deturbare voluiſſe, miracula, quæ ab hac priſca puritate, & Euāgelica ſimplicitate prodierunt, iſtud non eſt ſubditos in Principes excitare. Donatiſtæ, Ariani, Neſtoriani, Eutychiani, & alię id genus peſtes ſubditi erant Imperij: Quando igitur D. Auguſtinus, & alij Patres probant leges Imperatorum in eos latas, tùm excitare intelliguntur Principes in ipſos ſubditos; quia illi non minùs ſe Euangelio, & Scripturis credere, ac ſe Euangelicæ ſimplicitatis tenaces eſſe, quàm Mornæus, & cœteri Nouatores, aſſeruiſſent.

Quæ ſit Eccleſia Caluiniana puritas.

Iniuſta Mornæi de Pontificibus querela.

Quot vero nobis contra ſe longè iuſtiores querelas iſti ſubminiſtrant? qui vbicunque Reges, ac Principes in ſuam perfidiam traducere potuerunt, eos protinùs ad antiquam, à maioribus traditam fidem è Prouincijs ſuis, excludendam compulerunt, & ad perſecutionem ſæuiſsimam in Catholicos mouendam, propoſitis in eos grauiſsimis edictis, concitarunt: vbi verò Reges ipſos, ac Principes ab Orthodoxa fide, & ab inſtitutis maiorum ſuorum abducere non potuerunt, ſubditos ad defectionem, & coniurationem in ipſos induxerunt. D. Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium ca. 43. com-

Noſtra de ipſo, ſuisq; Gregal ib[9] iuſtiores.

commemoratis prius crudelitatibus, quas paſſim exercebant Circumcelliones Donatiſtarũ in ipſos Catholicos: *Inde* (inquit) *factum eſt, vt & præterita omnes contra vos leges excitarentur, & iſta conderentur noua. Quarum tamen vniuerſarum ſeueritas, ſi veſtrorum inordinatæ, ac ſine vlla lege graſſanti ſæuitiæ comparetur, mira lenitas appellanda eſt. His enim magis, tanta poteſtate accepta, manſuetudo Catholica commendatur, quàm hæretica immanitas plectitur: immò verò in nos cædes, rapinas, incendia, cæcitates excogitando, minando, exercendo, audaciùs, & inſaniùs debachatur.* Vt inde intelligatur, Donatiſtas iuſtiſsimam cauſam dediſſe legibus Imperatorum contra eos latis, & nõ niſi immeritò de ijs conqueſtos eſſe, quorum error longè modeſtiùs pro mãſuetudine Catholica corrigeretur, quàm par eſſet, de quibus iuſtiùs Catholici conqueri poterant, qui ab eis crudeliſsima quæque ſuſtinerent. Ita Mornæus cum ſuis, nonniſi immeritò, de nobis conqueritur, quod Principes in eos excitemus (quorum tamen ſint iuſtiſsimæ leges latæ in eos, vt Reipublicæ, ac religioni æquè pernicioſos) qui ipſi vbi præualent, ac ſuæ factionis habent Principes; eos ad omnem ſæuitiam in nos exercendam commouent, nec crudelitate ipſis Donatiſtarum Circumcellionibus cedunt. Neque verò Pontifices aliquid ab officio ſuo alienum faciunt, cùm in iſtos puros, ac ſimplices Euangelicos nouos, Principes excitant. Siquidem illis ſalus animarum potiſsimùm commiſſa eſt, & religionis priſcæ, & fidei Orthodoxæ defendendæ, ac prauitatis hæreticæ exterminandæ potiſsimum munus incumbit. *Et in hoc Reges, ſicut eis diuinitùs præcipitur, Deo ſeruiunt* (ait D. Auguſtinus lib.3. contra Creſconium cap.51.) *inquantum Reges ſunt, ſi in ſuo Regno bona iubeant, mala prohibeant, non ſolum quæ pertinent ad humanam ſocietatem, verùm etiam quæ ad diuinam religionem.*

Pontifices ex officio ſuo Principes excitãt in Sectarios.

Pontifices leguntur Pallium ad Metropolitanos, & Archiepiſcopos, ſeu honorarium, ſeu Vicariatus ſui inſigne miſiſſe. Item legimus, in ſingulis Prouincijs ad Pontificem Romanũ aliquando prouocatum. Hic Mornæus.

Pa. 122. *Quæ tamen artes* (inquit) *licet in quibuſdam locis obtinerent, non illicò vbique eundem euentum ſortiuntur, præſertim vbi in Eccleſias benè conſtitutas, & doctrina, pietateque florentes incurrunt.*

De vſu Pallij.

VErùm antiquiſsimus eſt vſus Pallij nec vlla Prouincia eſt, vbi Eccleſia ex Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis conſtet, ad quam non legantur Pontifices Pallia tranſmiſiſſe. Et S. Gregorius, conuerſa gente Anglorum ad Chriſtum, & conſtituto ibi Primate Auguſtino, ad eum Pallium tranſmiſit, vt teſtatur Beda lib. 2. hiſt. Eccles. Anglorum capit. 29. & Vuilielmus Malmeſburienſis lib. de Geſtis Põtificum Anglorum. Itaque in illis Prouincijs ex ſententia Mornæi Eccleſiæ non ſunt benè conſtitutę, nec pietate, & doctrina florentes. Quænam igitur eius iudicio Eccleſiæ benè cõſtitutæ? Illæ nimirum, quæ non habent Primates, Archiepiſcopos, aut Epiſcopos. Exemplo ſit Eccleſia purior, & reformata Mornæi. Verùm quid opus eſt pallio huic Eccleſiæ, vbi nulla poteſtas ſpiritualis, quæ per Pallium ſignificatur? Deinde, in quibuſdam diebus ſolemnibus, & quidem in Miſſarum ſolemnijs Primatibus, & Archiepiſcopis conceſſum eſt Pallio vti; nam, vt habetur ext. de authoritate, & vſu Pallij capit. *Ad honorem Dei. Solus Romanus Pontifex in Miſſarum ſolemnijs, Pallio ſemper vtitur, & vbique; quoniam aſſumptus eſt in plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis, quæ per Pallium ſignificatur. Alij autem eo nec ſemper, nec vbique, ſed in Eccleſia ſua, in qua iuriſdictionem Eccleſiaſticam acceperunt, certis debent vti diebus.* Verùm Eccleſia Mornæi, vt cœteri impiorum Pſeudo-chriſtianorum conuentus, ſolemnes non habet eos dies, quibus Chriſti ſeruatoris noſtri beneficia recolimus, aut ſanctorum memoriam celebramus: à *Miſſarum* verò ſolemnijs non aliter ac Diabolus à memoria paſsionis Chriſti, quam nobis iuge illud incruentum ſacrificium refert, abhorrent. Non eſt igitur Archiflaminibus iſtius Eccleſiæ Pallio opus. Interim quocunquè terrarum à Pontificibus Romanis Pallia tranſmitti ſolita, iſtius iudicio ibi non benè conſtitutę Eccleſiæ, non doctrina, & pietate florentes. Verùm, quia vndique collecta, & in hoc opus congeſta doctrina Nouatorum (nec enim dubium, omnes miniſtros certatim ad hoc opus locupletandum Mornæo locos ſuppeditaſſe, non ſecus ac Hebreos Aaroni inaures aureas de vxorum, filiorumquè, & filiarum ſuarum auribus ad nouũ Deum, ſcilicet vitulum conflatilem effingendum Exod. 32.) ideo quanta ſit apud iſtos pietas, & doctrina, & quàm benè conſtituta purior, & reformata, quam vocant Eccleſiam, hoc tam inſigne opus, adeoquè eximio titulo inſcriptum, ſcilicet *Myſterium iniquitatis*, argumento erit. Nunc ad Oppoſitionem.

Mornæi Eccleſia non eſt opus Pallio.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem vigeſimamquartam.

Pa. 122.

Itaque vniuerſam Eccleſiam Orientalem (inquit) *Decretum Phocæ reÿcere, ne quicquam inſtantibus Romanis, perpetuò videamus.*

SEd reſpondemus, longè ante tempora Phocæ, Pontifices Romanos in Eccleſias Orientales authoritatem exercuiſſe, neque aliquid ipſis Phocæ Decretum contuliſſe, aut conferre potuiſſe. Verum de huiuſmodi Phocæ Decreto, & quorſum ſpectaret, ſatis fusè ſuo loco diſſeruimus; vt plura adferre ſuperfluum ſit. Quo verò argumento probat, tum vniuerſam Eccleſiam Orientalem Decretum Phocæ reieciſſe, aut, quod illius iudicio idem eſt, Primatum Romanæ Eccleſiæ eiuraſſe?

Pa. 123.

Paulus (inquit) *Archiepiſcopus Cretenſis Ioannem Lampeonenſem Epiſcopum, authoritate Synodi ſuæ depoſitum*, Romam *appellare non patitur, quod ipſa Vitaliani Pontificis litteræ teſtantur, qui, ſententia interim Synodali abrogata, eum proteruè abſoluit, &, quoad eius eſt, reſtituit, reſtituendo Imperatoris auxilium implorat.*

Inualidũ Mornai argumentũ.

AN verò Creta eſt vniuerſus Oriens, aut Archiepiſcopatus Cretenſis vniuerſa Eccleſia Orientalis? Non igitur validum iſtud argumentum: Paulus Archiepiſcopus Cretenſis nõ patitur, Romam ad Pontificem appellari; igitur vniuerſa Eccleſia Orientalis Romani Põtificis Primatum reiecit. Tàm certè validum iſtud eſt, quàm ſi quis ex eo quòd Lutherani, & Caluiniſtæ per Europam diſceſſerunt ab Eccleſia Romana, inde argueret, vniuersã Europam à fide, & obedientia Romani Pontificis defeciſſe. At enim Ioannem illum abſoluit, ac ſuæ ſedi reſtituit Vitalianus Pontifex, & in Archiepiſcopum illum grauiter commotus eſt, quòd appellanti ad ſedem Apoſtolicam non detuliſſet, ſed contempſiſſet Apoſtolicæ ſedis authoritatem: vbi & teſtatur cõtra Canonum inſtituta eum feciſſe; ergo ex canonũ inſtitutis legitima erat ad Pontificem Romanũ appellatio. Sic enim ad Archiepiſcopũ illum ſcribit Vitalian⁹ Põtifex (habet Epiſt. illa tõ. 2. Epiſt. Põtif.) *Statuimus, atque firmamus per huius noſtræ præceptionis authoritatem, omnia, quæ à te, tuaquè Synodo contra Canonum inſtituta, contra legum Decreta geſta, cõfectauè ſunt, vel ſententiam promulgatam aduerſus eum, inania, et vana eſſe: ſed quicquid claruerit, cum damnificatum, eiuſdemquè Eccleſiam à quoquam, ei tua dilectio faciat reddi, per omnia conſeruans eum abſque damno:* Vbi certe Romani Pontificis conſpicua eſt authoritas in reſcindendo ſententiã Pauli

Vitalian⁹ de Cretenſi Archiep. conqueritur, eiuſq; ſententiam irritat.

Archiepiſcopi Cretẽſis, & reſtituendo ſedi ſuæ Ioannem Epiſcopum Lappeonenſem.

Pa. 122.

Sic & in ipſo quaſi Romæ veſtibulo (inquit Mornæus) *Eccleſia Rauennenſis eius potentiam non agnoſcit.*

Maurus Archiep. Rauennas contra ius non agnoſcit authoritatem Romanæ Eccleſ.

QVia Rauenna eſt in Italia, & in Occidente, quemadmodum Creta in Oriente, miror, qui hinc non arguerit, vniuerſam Eccleſiã Occidentalem Romani Pontificis poteſtatẽ non agnouiſſe. Si verò Maurus Archiepiſcopus Rauennas non agnouit de facto poteſtatem Romani Pontificis; an iure id feciſſe putandus eſt? Ita Hieronymus Rubeus lib. 4. hiſt. Rauen. poſt annum 652. *Vitalianus cùm iam diu nimiam Archiepiſcopi Rauennatum petulantiam odio, et indignationi habuiſſet, ſtatim Pontifex creatus Maurum Archiepiſcopum Romam ad ſe vocat, cauſam ſuam dicturum. Id cum Maurus negligeret, ſacris ab Vitaliano eſt interdictus.* Sed Maurus (Dioſcorum Alexãdrinum Antiſtitem, à Concilio Chalcedonẽſi ob id damnatũ, imitatus) *è conuerſo litteras ad Vitalianũ dedit, et eidem ſacris interdixit nulla vnquã ſceleris conſcientia, dum vixit, ab hac nefaria opinione deductus.* Idem ſcribit & Sigonius lib. 2. de Regno Italiæ poſt annum 657. Et, vt ijdem teſtantur, Eccleſia Rauennas tandem ad Romanæ Eccleſiæ obſequium eſt redacta. Nã Theodorus Archiepiſcopus Romam veniens, ad pedes Agathonis Pontificis prouolutus, præſens obedientiã Eccleſiæ Romanæ Matri, ac Magiſtræ reſtituit, idquè vltrò fatetur Mornæus. Etſi verò nulla alia hæreſi laboraſſet Rauennenſis Eccleſia, nam *Autocephalia* illa, quam hic ſcribit Mornæus, non aliud erat, quàm primatus vſurpatio, quòd ſcilicet caput ſupra ſe non agnoſceret Eccleſiam Romanam: tamen grauiſsimũ illud erat crimen ſchiſmatis, quo laborabat. Neque Chore, Dathan, & Abiron ob violatam religionem, ſeu propter Idololatriæ crimen, ſed *quòd auſi ſunt ſuperbiſſe, et ceruicem ſuam extollere, et ſacerdoti præpoſito ſe adæquare, hiatu terræ abſorpti, ac deuorati pœnas ſtatim ſacrilegæ audaciæ perſoluerunt:* ait Cyprianus Epiſt 65. ad Rogatianum. Et D. Auguſtinus lib. 2. de Baptiſmo cõtra Donatiſt. c. 6. *Idololatria gladio punita eſt: exuſtio libri bellica cæde, & peregrina captiuitate: ſchiſma hiatu terræ ſepultis auctoribus viuis, et cæteris cœleſti igne conſumptis. Quis iam dubitauerit, hoc eſſe ſceleratiùs commiſſum, quod eſt grauiùs vindicatum?* Quis igitur dubitet, Archiepiſcopos illos Rauennates ob ſchiſma, & defectionem ab Eccleſia Romana, etſi nulla tũ hæreſi laborarint, grauiſsimè deliquiſſe? Quod attinet ad Synodũ vniuerſalem Sextam, quæ Conſtantinopoli, Agathone Pontifice, & Conſtantino IV. Imperatore habita,

Autocephalia Rauennenſis Eccleſiæ crimẽ grauiſſimum.

Nos abunde docebit (inquit Mornæus) *Eccleſia vniuerſalis quid ſentiret de*

Digitized by Google

Pa. 123. *hoc Phocæ in Eccleſiæ Romanæ fauorem ſtatuto, et quouſque coarctandum ſanciret.*

VErùm ſi nuſquàm meminit Sexta illa Synodus Phocæ Decreti; neque ex conſequenti docet, quid Eccleſia vniuerſalis, de hoc Decreto ſentiret, & quouſque cōrctandū ſanciret. Sed in Antidoto ſequenti vbi ex profeſſo de hac Synodo Mornæus, quid Conſtātinus Imperator, quid Patres illi, adeoquè Eccleſia vniuerſalis de Romani Pontificis authoritate, & primatu ſenſerint, abundè docebimus.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum vigeſimumquintum.

Pa. 123. *Agatho Siculus* (inquit Mornæus) *ſolium Pontificale adeptus pleno ore; Sic omnes Sanctiones Apoſtolicæ ſedis accipiendæ ſunt, tanquam ipſius diuina voce Petri firmatæ.*

Agatho Pontifex. APud Gratianum diſt. 19. cap. 2. & apud Iuonem parte. 4. ca. 238. hæc ex Agathone referuntur. Et meritò quidem, quicquid ſubſannet Aduerſarius, ſic Agatho ſcribebat. Nam cùm dictum eſt Petro: *Paſce oues meas, & confirma fratres tuos*; vtique & Agathoni illius ſucceſſori, & in eadem cathedra ſedēti, atque pari authoritate Eccleſiam adminiſtranti idē dictum eſſe intelligitur; vt nō aliter ſanctiones Romanorum Pontificum accipiendę ſint, quā ſi diuina voce Petri firmatæ. Neque enim ad edendas ſanctiones, perſona ipſa Pontificis, vt nec cuiuſuis Principis ad ferendas leges, ſit ſāctus, necne, magnis, vel exiguis meritis, ſpectatur; ſed authoritas, quæ ad regimē Eccleſiæ eadē æqualis in Petro eſt, & in illius ſucceſſorib⁹; licet ſāctitate, & meritis Petro ſint inferiores. *Ad edendas ſanctiones authoritas perſona, nō ſanctitas ſpectatur.*

Pa. 123. *Nec id quidem abs re, ſi ad Conſtātinum Pogonatum Imperatorē ſcribenti credimus; Eccleſiam,* inquit, *Apoſtolicā nunquā à via veritatis in qualibet erroris parte deflexiſſe, ſed illibatam permanſiſſe, nec errare potuiſſe, ſecūdùm ipſius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem, quam ſuorum diſcipulorum Principi in ſacris Euangelijs fatus eſt.* Vbi Mornæus: *At, errare turpiter* (inquit) *falli quàm facile, quàm procliuè, vbi errare te non poſſe confidis?*

ATqui hanc non errandi fiduciam minimè ſibi Pontifex, ſed Domini præſidio, ac eiuſdem promiſsioni, qui mentiri, aut fallere non poteſt, tribuit. Sed fideliùs à nobis recitanda ſunt verba Agathonis Papæ ad Conſtantinum Imperatorem, Heraclium, & Tiberium Auguſtos. *Spirituales oues Eccleſiæ Petrus ab ipſo Redemptore omnium terna commendatione paſcendas ſuſcepit: cuius adnitente præſidio, hæc Apoſtolica eius Eccleſia nunquàm à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt, cuius authoritatem, vtpote Apoſtolorum omniū Principis, ſemper omnis Catholica Chriſti Eccleſia, & Vniuerſales Synodi fideliter amplectentes, in cunctis ſecutæ ſunt, omneſquè venerabiles Patres Apoſtolicam eius doctrinam amplexi, per quam & probatiſſima Chriſti luminaria claruerunt, et ſancti quidem Doctores Orthodoxi venerati, atque ſecuti ſunt; hæretici autem falſis criminationibus, ac derogationum odijs inſecuti.* *Agatho de authoritate Romanæ Eccleſiæ.*

Quemadmodum igitur tum Orthodoxi erāt, qui Romanæ Eccleſiæ fidem amplectebantur; hæretici, qui criminationibus eam inſequebātur: ita & nunc eadem nota Catholici ab hæreticis nobis diſcernendi; vt hoc vel vnico ſigno notorium ſe hæreticum prodat Mornæus. Proſequitur ibidem Agatho Pontifex. *Hæc eſt veræ fidei regula, quam & in proſperis, & in aduerſis viuaciter tenuit, ac defendit hæc ſpiritualis mater veſtri tranquilliſſimi Imperij, Apoſtolica Chriſti Eccleſia: quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probabitur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit; ſed, vt ab exordio fidei Chriſtianæ percepit ab auctoribus ſuis, Apoſtolorum Chriſti Principibus, illibata finetenùs permanet, ſecundùm ipſius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem, quam ſuorum diſcipulorum Principi in ſacris Euāngelijs fatus eſt: Petre, Petre (inquiens) ecce Sathan expetiuit &c. ego autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Quorſum hæc promiſsio tàm ſolemnis facta Petro? Illi ſcilicet id priuilegij conceſſum, vt ipſe tanquam Pontifex non poſſet vnquàm aliquid contra fidem docere, ſiue, vt in ſede eius nunquàm inueniretur, qui doceret contra veram fidem. Ita Patres, ſacra Concilia, adeoquè Eccleſia vniuerſalis ſemper eo ſenſu promiſsionem Chriſti intellexit. An verò promiſsiones Dei aliquando excidunt? De hoc plura videri poſſunt apud Cardinalem Bellarminum lib. 4. de Romano Pontifice cap. 3. *Signū, quo Catholici ab hæreticis diſtinguntur.*

Conſtantinus IV. Imperator in Sexta Synodo Generali Conſtantinopoli habita Act. 18. *Tanquam ipſius diuini Petri vocem* (inquit) *Agathonis relationem ſupermirati ſumus.* Vbi cum *Quāti Conſtantinus IV faciat Agathonis ſententiā*

eum *vniuerſalem Principem Paſtorum* appellat. At Mornæus,

Pa. 123.

Imperator (inquit) *ipſe honeſtatis gratia, applaudere videtur, qui ad eius litteras reſpõdens, relationem ſuam ſe admiratum dicit, nõ ſecus ac vocẽ Petri.*

Et quidem nõ honeſtatis, ſed veritatis gratia.

IMmò Imperator veritatis, non honeſtatis gratia ita reſpondet. Quinetiam, vt ex eo loco perſpicuè videre licet, ita affirmat Imperator non ex propria dumtaxat mente, ſed & totius Synodi ſentẽtia: & Patres illi manifeſtè: *Sũmus* (inquiunt) *nobiſcum concertabat Apoſtolorum Princeps; illius enim imitatorem, & ſedis ſucceſſorem habuimus fautorem, & diuini ſacramenti Myſterium illuſtrantem per litteras confeſſionem ſibi à Deo inſcriptam illa Romana antiqua Ciuitas obtulit, & dogmatum diem à veſpertinis partibus extulit: charta, & atramentum videbatur, et per Agathonem Petrus loquebatur &c.* An Patres illi in re tanti momenti *honeſtatis gratia* ita loquuti ſunt? Aut quo authore docet Mornæus, Imperatorem ita eſſe loquutum?

Quanti itē de Patres ſextæ Synodi.

Quid tãdẽ in hac Synodo vniuerſali ſexta (ait) *Conſtãtino Pogonato imperante, in hoc negotio, dictum, geſtum, decretum ſit, iam videre operæ pretium.*

Subnectit itaque Oppoſitionem. Nos ei ſubnectamus Antidotum.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem vigeſimamquintam.

ET quidem in Oppoſitione quatuor potiſsimùm notanda iudicauit. Primum, Sextam Vniuerſalem Synodum, Monothelitarum hæreſi extirpandæ, ab Imperatore indictam fuiſſe: quod vt ampliùs confirmet, aliquot Authorum loca producit, qui id diſertè teſtentur. Quod tamen adduci minimè opus erat; neque enim imus inficias, primitùs ab Imperatoribus Orthodoxis ſolitas indici Synodos, quibus fides Catholica aduerſus emergentes hæreſes confirmaretur, & ſtabiliretur; minimè tamen, vt alibi docuimus, ſine Romani Pontificis nutu, aſſenſu, & authoritate. Annon verò eo nomine Domnum Pontificem, quem tùm adhuc ſuperſtitem putauit, litteris compellandum Conſtantinus Pogonatus exiſtimauit? Quæ quidem extant integræ, ante ingreſſum Sextæ Synodi collatæ, vtpote ad eam velut præambulares. Deinde, non in Occidentis, ſed in Orientis partibus emerſerat hæreſis illa Monothelitarum, qua ferè infecti erant Patriarchæ illi, ac in primis Conſtantinopolitanus; vnde & Eccleſiæ Orientales ab Eccleſiæ Romanæ communione auulſæ. Itaque meritò Imperator Orthodoxus, cuius & ſedes erat in Oriente Conſtantinopoli, ad confirmandam fidem Catholicam, retundendam illam hæreſim, & conciliandas illas Eccleſias cum Romana ſede Apoſtolica, volebat, illic indici Concilium; non tamẽ id ſine Romani Pontificis aſſenſu, & authoritate, cuius erat per Legatos ei præeſſe. Ita Platina in Agathone: *Nactus Imperatorem Agatho moribus ſuis haudquaquam diſſimilem, Monothelitarum cauſa Concilium habere conſtituit.* Raphael Volateranus lib. 22. de Agathone Papa: *Sextam Synodum* (inquit) *contra Monothelitas Conſtantinopoli celebrauit.* Sabellicus Ennead. 8. lib. 6. de hoc Concilio. *Conſtantinus* (inquit) *ex Agathonis ſententia conuentum habuit ducentorum & ampliùs Antiſtitum, vt Monothelitarum cauſa quandoque cognoſceretur.* Hieronymus Rubeus hiſt. Rauennat. lib. 4. anno 680. ſcribit, id Concilium à Domno Pontifice Conſtantini Imperatoris hortatu Conſtantinopolim conuocatum, & Agathonem miſiſſe Legatos ſuos, qui Concilio præeſſent. Sigonius lib. 2. de Regno Italiæ anno 669. *Conſtantinus* (inquit) *ægrè patiens diſſidium inter Conſtantinopolitanam, & Romanam Eccleſiam, de duabus Chriſti voluntatibus ortum ſtatim cogitare de Concilio ad eam rem indicendo cœpit, ſperans, ſi Pontifex annueret, rem poſſe haud difficilè conuenire.* Non igitur ſine aſſenſu, & authoritate Pontificis indicta ab Imperatore Conſtantino Sexta Synodus.

Sexta Synodus ab Imperatore indicta, ſed ex conſenſu, et authoritate Agathonis Pont.

Quod verò Pontifex ſcribens ad Imperatorem dicit, ſe ei promptam obedientiam exhibere: nempe de mittendis Legatis ad Conciliũ, qui ſuo nomine ei præſiderent, ac ſuas vices gererent. Quod item Romam ſeruilem Principatus ſereniſsimi Vrbem appellat: Quod denique vbi ſe Legatos mittere ſcribit, his vtitur verbis: *Pro quibus flexo mentis poplite rogo*; Hæc certè omnia parum iuuant cauſam Mornæi. Nam, vt rectè obſeruat Bellarminus lib. 2 de Rom. Pontifice ca. 28. *non abhorret à communi vſu loquẽdi, vt obedire nos dicamus, cum id facimus, quod alter cupit; etiamſi ille nec iuſſerit, nec forte iubere potuerit.* Quod etiam obſeruandum; eadem Epiſtola Pontifex vocat non ſemel Sereniſsimos, & Chriſtianiſsimos Imperatores *filios*, & Romanam Eccleſiã *ſpiritualem matrem* eorum. An Roma tùm adhuc ſubiaceret Imperatoris dominio, aut quo ſenſu eãm appellet Põtifex ſeruilem Principatus Sereniſsimi Vrbem, non eſt hic differendi locus, & alibi iam fuſiùs dictum: & noſtri inſtituti eſt agere potiſsimùm de Romanæ Eccleſiæ, & illius Pontificis ſpirituali in cęteros Epiſcopos, immò in omnes Chriſtianos authoritate, ad quam nihil confert Romanæ Vrbis dominium. Quod *flexo mentis poplite* rogare ſe Imperatorem ſcribit: hoc certè eſt intimo cordis affectu; vt, quàm cuperet ſuos Legatos illi commẽdatos eſſe, & eorũ dignitatis ac ſedis Apoſtolicę rationẽ haberi, his verbis ſignificaret.

Qua ratione Conſtantino Imp. Agatho profiteatur obedientiam, & ſimilia.

Obiicit Mornæus, Patres Sextę Synodi in Epiſtola Synodica ad Agathonem, eã Agathoni ſimpliciter *ſenioris Romæ Papæ inſcribere*: Item Epiſcopũ *primæ ſedis vniuerſalis Eccleſiæ* nuncupare, non vti- Pa. 124.

Digitized by Google

De inſcriptione Epiſtolæ Sextæ Synodi ad Agathone.

que vniuerſalem Epiſcopum, aut Eccleſiæ vniuerſalis. Ita habet inſcriptio: *Sanctiſſimo, ac Beatiſſimo Papæ ſenioris Romæ Agathoni in Domino ſalutem*. Sed hæc Mornæi obiectio nullius eſt momenti. An verò quia Epiſtolam Patres illi inſcripſerunt *Sanctiſſimo, ac Beatiſſimo Papæ ſenioris Romæ, & Antiſtiti primæ ſedis vniuerſalis Eccleſiæ*; ideò vniuerſalem Epiſcopum, aut vniuerſalis ipſius Eccleſiæ negarunt? An quando Abrahã Saram dixit *ſororem*; ideò negauit *vxorẽ*? vt ſcribit D. Auguſtinus lib. contra mendaciũ ca. 10. *Aliquid veri tacuit, non falſi aliquid dixit: quando tacuit vxorem, dixit ſororem*. Sic illi tacuerunt *vniuerſalem Epiſcopum*, non negarunt: immò implicitè, ac conſequenter inſcripſerunt Epiſtolam Agathoni vniuerſali Epiſcopo, & vniuerſalis Eccleſiæ, cùm eam Papæ ſenioris Romæ, & Antiſtiti primæ ſedis inſcripſerunt; hoc enim eſt, ꝙ contendimus, Papam ſenioris Romæ, & Epiſcopum primæ ſedis Eccleſiæ vniuerſalis, eſſe item vniuerſalẽ Epiſcopum, & Eccleſiæ vniuerſalis supremũ Paſtorem; & ante Sextam Synodũ Chalcedonenſis Synodus titulum ei *vniuerſalis* tribuit. Ex eadem verò Epiſtola producenda

Patres huius Synodi quanti faciant Agathonem vt Romanum Pont.

nobis ſunt aliqua, vnde manifeſtè cõſtet, quanti Pontificem Romanum faciant illi Patres in profligandis hæreſibus, & dogmatibus fidei cõfirmandis. Statim initio Epiſtolæ: *Maximi morbi* (inquiunt) *maioribus indigent auxilijs, vt ſcitis, Beatiſſimi: atque idcirco Chriſtus verus Deus noſter, virtus verè rerum omniũ conditrix, et gubernatrix ſapientem dedit medicum, veſtrã à Deo honoratam Sanctitatem, contagia hæreticæ luis fortiter propulſantem remedijs orthodoxiæ, ac valetudinis robur mẽbris Eccleſiæ largiẽtem. Itaque tibi, vt primæ ſedis Antiſtiti vniuerſalis Eccleſiæ, quid gerendũ ſit, permittimus ſtanti ſuper firmam fidei Petram, acquieſcentes veræ confeſſionis litteris à veſtra paterna Beatitudine ad pijſſimum Imperatorem miſſis, quas vt à ſummo Apoſtolorum vertice diuinitùs perſcriptas agnoſcimus, per quas exortã nuper multiplicis erroris hæreticam ſectam depulimus*. Ibidẽ Legatos Romani Pontificis vocant ſpirituales illius filios, ſuos verò dilectos fratres; vnde & ſe Patres illi Agathonis filios profitentur, & agnoſcunt. Poſt: *Sic nos Sancto Spiritu illuſtrati, veſtraquè inſtituti doctrina, infeſta dogmata impietatis depulimus* Vbi *doctorem* cũ totius Synodi agnoſcũt. Paulò poſt: *Hinc in nos ſancti Spiritus gratia illuxit, poteſtatẽ largiens per aſſiduas veſtras preces cuncta zizania, et omnem arborem, non facientem fructum bonũ excidẽdi, et in igne conſumendi*. Vt ſe per Agathonẽ à Spiritu Sancto edoctos ſignificent, quæ eſſet vera fides Orthodoxa, & contra hęreticos aſſerẽda, ac definienda: Et ſub finẽ Epiſtolæ petunt à Põtifice confirmari, quæ definita erãt in ea Synodo: *Orthodoxæ fidei ſplendidã lucem vobiſcũ clarè prædicauimus: quã etiam vt per honorabilia veſtra reſcripta confirmetis, veſtram oramus paternam Sanctitatem*. Quæ certe omnia ſi accuratiùs expendantur; quantum ex teſtimonio Patrum Sextæ Synodi eluceat Romani Pontificis authoritas, quãquè cùm ſuprema illa authoritate in omnes Eccleſias, immò Monarchia ſpirituali rectè conueniant, cuique perſpicuum fiet.

Secundũ, quod notandũ iudicauit Mornæus. *Mandat* (inquit) *Imperator omnibus Patriarchis, Epiſcopos ſedis ſuæ Apoſtolicæ, ſuiq; diſtrictus, ſinguli cõgregẽt, Romano nominatim, vt ſuos ſuæ ſedis Apoſtolicæ Epiſcopos in Synodum vocet, ex iiſquè viros idoneos eligat, qui ſuæ ſedis Synodos Conſtantinopoli repræſentent, et qui perſonã ſuam ſuſtineant, et qui vicẽ, locumquè ſedis Apoſtolicæ Romanæ teneant*. Pa. 124. Hæc Mornæus, qui & ſubiũgit: *Aduertẽdum, nõ alios, quàm Italiæ Epiſcopos ſubſignari, quod euidẽtiſſimũ argumentum ſit, Imperatorem, omnes indiſcriminatim Patriarchas, tanquam Eccleſiæ contutores aduerſus hæreſes, quæ eam diuexabant, conuocare; nec hunc aut potiori iure, quàm illum, licet vnus aliquis priori loco ſedeat*.

Ab Imperatore maior eſt habita ratio Romani Pon. quam reliquorũ Patriarch.

VT non velit, maiorem habitã rationẽ Romani Põtificis, quàm reliquorũ Patriarcharum: cuius tamẽ contrariũ conſtat ex Diuali ſacra, directa ad Domnũ Pontificem Romanum, & Diuali ſacra directa ad Georgiũ Archiepiſcopũ Conſtantinopolitanũ, præfixis ipſi Synodo. Nam cupit, vt Patriarchæ quidẽ Metropolitas, & Epiſcopos, qui eorũ ſubiecti eſſent ſedibus, cõgregent, vt conueniãt in Vrbem Regiã ad Conciliũ celebrãdũ; verùm non ad eos ſcribit, vt mittant viros vtiles, & idoneos, notitiam habentes totius à Deo inſpiratæ doctrinæ, qui perſonas eorum referant, & vices ſuſtineant: ꝙ ad vnũ Romanum Pontificem ſcribit, vt cuius ſciret primas partes eſſe in Concilio, & requiri, vt nomine illius ei aliqui adeſſent, & præeſſent. Deinde non ſcripſit Imperator ad Georgium Patriarcham Conſtãtinopolitanum, aut curauit, per eum & alios Patriarchas congregari Epiſcopos illis ſubditos, quo Cõſtantinopoli conuenirẽt ad Conciliũ, quin iam priùs Agathonis litteras accepiſſet, & Legatos illius, ac Cõcilij ab eodẽ cõuocati Conſtãtinopoli excepiſſet; vt conſtat ex citata Diuali ſacra ad Georgiũ Archiepiſcopũ Conſtãtinopolitanũ: quia ſciebat, antequã cõuocaretur Concilium, cõſulendũ ſibi eſſe Romanũ Pontificẽ, & illius expectãdũ aſſenſũ; verũ alios Patriarchas, Metropolitas, & Epiſcopos cõuocandos quidẽ eſſe, nõ ita tamẽ eorũ aſſẽſum, & authoritatẽ ad celebrandã Synodũ requiri. Quod verò putauit aduertẽdũ Mornæus, nõ alios, quàm Italiæ Epiſcopos ſubſignari: Equidem Act. 4. Sextæ illius Synodi habentur ſubſcriptiones omniũ Epiſcoporũ, qui Romam conuenerant ab Agathone conuocati; verùm non tàm coacta erat illa Synodꝰ pro refellẽda hæreſi Monothelitarũ, quę in Occidẽtẽ nõ penetrarat, ſed dũtaxàt

par-

Digitized by Google

partes Orientis infecerat, quàm pro mittẽdis Conſtantinopolim ad Concilium illic celebrã dum Legatis, ad quod minimè neceſſe erat, ex omnibus Occidentis Prouincijs, ſed Italiæ dũtaxat viciinioribus conuocari à Pontifice Romano Epiſcoporum Concilium; cum tamẽ ex æquo poſſet ex alijs Prouincijs alios cõuocare; Et hoc quidem reſponderi poteſt: cum tamen falsò aduerterit Mornæus, non alios, quàm Italiæ Epiſcopos in ea Synodo ſubſignari. Siquidem & in hac Synodo ſubſignantur Adeodatus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Leucorũ, Legatus venerabilis Synodi ꝑ Galliarũ Prouincias conſtitutę, Vuilfridus Epiſcopus Sanctæ Eccleſię Eboracenę Legatus venerabilis Synodi per Britanniam conſtitutæ, de quo etiam Beda lib. 5. hiſt. Anglorum cap. 20. Felix Epiſcopus Eccleſiæ Arelatenſis Legatus venerabilis Synodi per Galliarum prouincias conſtitutæ; Et Magdeburgenſes ipſi Centuria 7. cap. 9. ſcribunt, ante inchoationem Sextæ vniuerſalis Synodi Agathonem Romæ coegiſſe conuentum Epiſcoporum Occidentalium, & Septentrionalium, nimirum Italorum, Gallorum, Longobardorum, Francorum, Gothorum, Britannorum, Sclauorum. Iidem teſtantur, litteris Agathonis excitatos in Gallia Epiſcopos conueniſſe, & de controuerſia, duæ nè, an vna in Chriſto ſint voluntates, & operationes, diſputaſſe, ſuamquè ſentẽtiam cum Legatis Adeodato Leucorum, & Felice Arelatenſi Epiſcopis, & Taurino Telonenſi Diacono ad Synodum Romanam ſub Agathone miſiſſe. Vnde conſtat, nomine Epiſcoporum omnium Galliæ Legatos Romanæ Synodo ſubſcripſiſſe. Item eadem occaſione collecta eſt Synodus in Britannia, miſſo ab Agathone Papa Ioanne Archicantore Eccleſiæ Sancti Petri, & Abbate Monaſterij Sancti Martini; & dato ei in mandatis, vt, cuius eſſent fidei Eccleſiæ Anglorum, diligenter inquireret. Beda lib. 4. hiſt. Anglorum cap. 18. Sexta Synodo etiam peracta, Leo 2. Romanus Pontifex Agathonis ſucceſſor ad omnes Hiſpaniarum Epiſcopos, & ad alios ſcripſit, definitionem fidei de duabus Chriſti voluntatibus in ea Synodo editam, ad eos omnibus manifeſtandam tranſmittens, & cui omnes Epiſcopi ſubſcribere deberent: ſcilicet, quia omnium Eccleſiarum ſolicitudinem gerebat, nec alterius erat, quàm Romani Pontificis, quæ definita ſint in ſacris Concilijs, omnibus per Orbem firmiter credenda proponere. Obijcit Mornæas.

Falſa Mornai obſeruatio quoad ſubſcriptionem Rom. Concilij ab Agathone conuocati

In literis ipſis Imperatoris ad Domnum, & Agathonem Epiſcopos Romanos, et ad Georgium Conſtantinopolitanũ, eos ijſdem verbis compellat, ijſdem honorum titulis afficit, tantùm hunc Patriarcham vniuerſalem, illos vniuerſales Papas appellat. Pa. 124

RESpondemus primò, titulum *vniuerſalis*, ſeu Oecumenici Patriarchæ, etſi ab Imperatore tributum Cõſtantinopolitano Epiſcopo, non ita tamen illi, vt Romano, conuenire. Siquidem illius definita Diœceſis, & iuriſdictio certis limitibus circunſcripta; huius verò tàm latè patet, quàm Orbis ipſe terrarum. Deinde cum Papa vniuerſalis inſcribitur Romanus Pontifex, & Patriarcha vniuerſalis Conſtantinopolitanus Epiſcopus, non certè iiſdem verbis compellantur, aut honorum titulis afficiuntur; cùm Papæ nomen longè dignius ſit, vni Romano Pontifici accommodatum, vbi Patriarchæ nomen multorum eſt commune: & ſolus Romanus Epiſcopus dicitur *vniuerſalis Eccleſiæ Papa* in Conc. Chalcedonenſi Act. 16. & apud Liberatum in Breuiario cap. 22. qui ſi quando vocetur Patriarcha; longè excellentiori ſignificato, quàm cæteris, hæc illi appellatio tribuitur; nam, vt alibi citauimus, Caſsiodorus lib. 9. var. Epiſt. 15. illum appellat *Patriarcharũ Epiſcopum*. Proſequitur Mornæus.

Romanus Epiſc. aliter Patriarcha Oecumenicus, quàm Conſtantinopolitanus

Papa nomẽ dignius, quàm Patriarcha.

In ſuggeſtione Synodica ab Agathone ad Imperatores miſſa, hac inſcriptione: Agatho Epiſcopus, ſeruus ſeruorũ Dei, cùm vniuerſis Synodis ſubiacentibus Concilio Apoſtolicæ ſedis. Pa. 124.

HAec, & alia producit, ex quibus velit inferre meo iudicio, nihil iuris habuiſſe in Oriẽtalia Concilia Pontificem Romanum, ſed illius authoritatem circumſeptam fuiſſe Italię limitibus. Siquidem aſſerit, Italiæ Epiſcopos dumtaxàt Romanæ Synodo ab Agathone cõuocatæ ſubſcripſiſſe; cum tamen Vuilfridus Epiſcopus Eboracenſis ei ſubſcripſerit nomine Concilij habiti in Britannia, & duo Epiſcopi ex Gallia, & vnus Diaconus ſubſcripſerint nomine Synodi Gallicanæ; quæ quidem habita ſunt authoritate Romani Pontificis: atque nomine ſubiacentium Apoſtolicæ ſedi Cõciliorum, eas Synodos Agatho intelligit. Et licet omnia Concilia, vbiuis celebrata, ſubiecta ſint Romanæ Apoſtolicæ ſedi, quatenùs illius Antiſtes ſupremus eſt Paſtor totius Eccleſiæ; alia tamen, & peculiari ratione tùm cogẽbantur rogatu Imperatoris à Pontifice Romano, quatenus Patriarcha erat partium Occidentis: ſicut alij Patriarchæ erant in partibus Orientis, vnde cœtus, & Concilia Epiſcoporum ſibi ſubditorum, conuocare poterant; omnes tamen vni ſupremo Eccleſiæ paſtori Romano Pontifici ſubijciebantur.

Concilia omnia ſubiecta ſunt Apoſtolicæ ſedi

Quod in ſubſcriptionibus Actionis decimæſeptimæ Sextæ Synodi Agathonis Papæ Legati, & Epiſcoporum Alexandriæ, Antiochiæ, Hieroſolymorum ſeſe ſedis Apoſtolicæ locum tenentes profitẽtur: iam alibi demonſtratum eſt, quod etſi illæ Eccleſię Apoſtolicę dicantur, tamen peculiariter, & ſine additamento, ac per antonomaſiã *Apoſtolica ſedes* à ſacris Concilijs, & à ſanctis Patribus Romana Eccleſia dicitur, & vnus Epiſcopus Romanus *Apoſtolicus*, & illius dignitas, ac officium *Apoſtolatus* vocatur; vt eo minimè æquandi ſint illi Patriarchæ cum Epiſcopo Romano.

Apoſtolica ſedes per antonomaſiam Romana.

Conſtantinopolim legati alij nomine Agathonis, alij nomine Ro. Concilij.

Quod nominatim Abundantius, & Ioannes Epiſcopi Legatos ſe ſubſcribunt Concilij ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Romanæ: obſeruandum, ipſum Agathonem Legatos, qui eius nomine Concilio præeſſent, Conſtantinopolim quatuor miſiſſe, Theodorum, & Georgium Presbyteros, Ioannem Diaconum, & Conſtantinum Hypodiaconum; alij vero Legati miſſi ſunt nomine Romanæ Synodi ſub Agathone, Ioannes Portuenſis, Abundantius Paternenſis, & Ioannes Rhegienſis Epiſcopi: & iſti quidem ſe ſubſcribunt Legatos Concilij ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Romanæ; non tamen primo loco, aut ante Patriarchas, ſicut ipſi Agathonis Legati ſubſcribunt, qui præerant Concilio, & quorum potior ratio habebatur, quàm Legatorum ipſius Concilij: qui & ſe ſubſcribunt non Legatos Concilij, ſed *locum gerentes Agathonis, ter beatiſſimi, & vniuerſalis Papę Vrbis Romæ*.

Tertium, quod obſeruatum voluit Mornæus.

In omnibus huius Synodi Actionibus perpetuò exprimitur præſidēte Cōſtātino, Pa. 124.

SEd reſpondetur, præſediſſe quidem, quoad locum materialem, quia primo loco ſedit, quod ſignificat vox græca paſſim in Actionib⁹ Concilij, προκαθημένου τοῦ αὐτοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου μεγάλου βασιλέως κωνσταντίνου. *Præſidēte eodem pijſſimo, & Chriſto dilecto magno Imperatore Conſtantino.* Vbi προκαθεδρία illi tribuitur, non προστασία: quæ eſt diſtinctio à Mornæo alibi obſeruata. Neque verò Imperator præſedit vt iudex, aut formaliter Præſes, neque vllam ſententiam tulit: & vltimus omnium ſubſcripſit, non definiens ſed conſentiens. Nam Act. 18. vbi habentur ſubſcriptiones Epiſcoporū, quilibet ita ſuo loco: ὁρίσας ὑπέγραψα *definiēs ſubſcripſi*; poſt omnes verò Imperator: ἀνέγνωμεν, καὶ συνῃνέσαμεν. *legimus, & conſenſimus*: & in ſingulis Actionibus Concilij Legati Agathonis primi omnium nominantur, loquuntur, ac primo loco etiam ante ipſos Patriarchas ſubſcribunt: Vbi certè ex ſubſcriptione magis, quàm ex loco, quis propriè, &, vt ita loquar, formaliter præſederit, iudicandum eſt. Nec certè immeritò Imperatores in Synodalibus conuentibus interfuiſſe leguntur, in quibus de fide tractatum eſt, *quæ* (ait Nicolaus. I. Epiſt. 8. Ad Michaelem Imperatorem) *vniuerſalis eſt, quæ omnium communis eſt, quæ nō ſolum ad Clericos, verùm etiā ad Laicos, & ad omnes omninò pertinet Chriſtianos*; non tamen, vt de fide definirent, aut iudicium ferrent. Et, vt rectè docet Alanus Copus Dialogo 1. cap. 5. ſi aliquando dicantur alicui Synodo præſediſſe, non eſt id ſimpliciter accipiendum, ſed quoad ea, quę ad eorum officium ſpectabant, hoc eſt, quò darent operam, vt omnia in Concilio tranquillè, quietè, pacatè agerentur, ne quis oriretur tumultus, aut ab hęreticis, aut à Laicis; vel ſi exortus fuiſſet, vt quamprimùm cōpeſceretur. Hæ ſiquidem partes ſunt Imperatorum. Atque hoc ſenſu Conſtantinus Imperator, &, eo abſente, Patricij, & Senatores Sextæ Synodo intelliguntur pręſediſſe.

Imperator in Concilio nō præſedit vt iudex.

Imperatores meritò Synodis interſunt.

Præſidētia Imperatorum in Cōcilijs qualis cēſenda.

Anaſtaſius in Agathone, quàm honorificè ſuſcepti ſint Legati ſedis Apoſtolicę ab Imperatore, docet his verbis: *ſub regali cultu, reſidēte Imperatore.* Hūc locū emendandū putauit Mornęus.

Honorificè ſuſcepti ab Imperatore Legati.

Vnde perſpicuum fiat (inquit) *librum Pontificalem nobis ex vocum ſimilitudine imponere voluiſſe, qui præſidente dicere debuerat.* Pa. 125.

IMmò verò ex eo loco conſtabit, non librum Pontificalem, ſed Mornæum ex vocum ſimilitudine nobis imponere voluiſſe: ſiquidem ita habet ille locus: *Die vigeſima ſecunda Menſis Nouembris in Baſilica, quę Trullus appellatur intra Palatium, ſub regali cultu, reſidente cum Conſtantino Auguſto Georgio Patriarcha Conſtantinopolitano, ac Macario Antiocheno, ſuſcepti ſunt Miſſi ſedis Apoſtolicæ, deinde Metropolitæ &c.* Ergo ſi *præſidente* legendum eſt, certè in Palatio ſub regali cultu non ſolus Imperator, ſed & Patriarchæ illi præſidebant, quod abſurdum eſt, nec iſte admittet. Deinde quid nos cogit, vt *præſidente* legamus, cùm non haberentur tùm Comitia, neque celebraretur Synodus, neque Magiſtratus coacti eſſent, aut etiam Antiſtites, vt de fidei dogmatibus, aut de negotijs Imperij ageretur; ſed tantum ibi Imperator excepturus eſſet Legatos Pontificis, & Concilij ſedis Apoſtolicæ, vbi nulla præſidentia requirebatur? Denique ita habetur in omnibus Codicibus, quos omnes deprauatos eſſe, certè non ita facile adduci debemus, vt credamus: neque vetuſtos aliquos Codices M. S. quorum authoritate nitatur ſua emendatio, nobis in contrarium citat Aduerſarius.

Non Anaſtaſium Mornæus, ſed Mornæus nobis imponit.

Eutychius Patriarcha Conſtantinopolitanus ſcribens ad Vigiliū Papam de cogenda quinta Synodo: *præſidente* (inquit) *nobis veſtra Beatitudine*: Mornæus emendat, & legendum vult; *reſidēte nobiſcum*; verùm de hoc iam ſupra. Itaque vbi de Papa legitur præſidente, vult emendari, & legi *reſidente*; Vbi de Imperatore legitur *reſidente*, vult vtique *præſidente* legi; vt etſi omnes Codices M.S. & excuſſi ita habeant; non tamen alia lectio genuina librorū iudicanda ſit præter eā, quam magnus iſte Ariſtarchus probauerit.

Bellarminus lib. 1. de Concilijs cap. 19. aſſerit, Legatos Agathonis Romani Pōtificis huic Concilio præſediſſe, Petrum, & Georgiū Presbyteros, & Ioannem Diaconum. *Id enim* (inquit) *affirmat Zonaras in vita Cōſtātini IV.* Vbi Mornę⁹.

Legati Agathonis Præſidebant Cōcilij.

Hinc videmus (inquit) *qua frōte Bellarminus Agathonis Legatos huic Synodo præſediſſe aſſeueret, Zonaram non diſpari fide authorem citans, qui diſertè: Legati Agathonis, et Georgij Conſtātinopolitani, & Theophili Antiocheni* (vbi legendum Georgius Conſtātinopolitanus, & Theophanes Antiochenus) ἡγοῦντο, *duces erant Synodi, ex æquo ſcilicet omnes.* Pa. 125.

Ita

Digitized by Google

ITa de ea Synodo eo loci Zonaras. Annal. Tomo tertio. ὧν ἡγοῦντο τοῦ μὲν πάπα ῥώμης ἀγάθωνος τοποτηρηταὶ, γεώργιος δὲ κωνσταντινουπόλεως, καὶ θεοφάνης ἀντιοχείας. *Cuius fuere Principes Agathonis Papæ Romani Legati, Georgius Conſtantinopolitanus, & Theophanes Antiochenus*; Vbi certè præferuntur Legati Romani Pontificis, etſi Presbyteri duo, & vnus Diaconus, & quidem Conſtantinopoli, etiam ipſi Patriarchæ Conſtantinopolitano, primi loquūtur, & primi ſubſcribunt. Non immeritò verò illis ſubijciuntur Patriarchæ Cōſtantinopolitanus, & Antiochenus, cùm Alexandria, & Hieroſolyma tùm Patriarchas non haberent, quæ iam à Sarracenis occupatæ; ſiquidem Patriarchæ primi ad Concilia Generalia vocari ſolebant, eiſquè reliqui Epiſcopi ſubiecti erant, non tamen penes eos, aut conuocandorum, aut confirmandorū Conciliorum Generalium, ſed penes vnum Romanum Pontificem erat authoritas. Quanti verò fecerit tota ipſa Synodus Romanum Pontificem, inde conſtat, quòd Act. 4. iubēte Imperatore, legitur Epiſtola illius, & poſtea Synodi Romanæ ſub eo habitæ, ad ipſum Imperatorem vtraque ſcripta: Et Act. 8. iubentur Patriarchæ edicere, ſi conuenit eis ſenſus ſuggeſtionū directarum ab Agathone Sāctiſsimo Papa Romæ, & eius Synodo: atque eo profitentur ſe Catholicos, & Orthodoxos, primo Georgius Patriarcha Conſtantinopolitanus, deinde alij poſt eum Epiſcopi, quòd ijs ſubſcribunt, quæ Agatho Papa in Epiſtola ſcripſerat; Vbi & aſſeuerant, ſe ſuggeſtiones directas ab Agathone, quem *patrem* nominant, Sanctiſsimo Archiepiſcopo Apoſtolicæ, & principalis ſedis antiquæ Romæ ad Imperatorem, tanquam ex Spiritu Sancto dictatas per os Sancti, ac Beatiſsimi Principis Apoſtolorum Petri, & digito *ter beatiſſimi Papæ* Agathonis ſcriptas, ſuſcipere, & amplecti. Econtra Macarius Patriarcha Antiochenus, quod non ſubſcriberet ijs, quæ ſcripta erant ab Agathone, hæreticus pronunciatus eſt, de Epiſcopatu deiectus, & alius in eius locum ſuffectus. Ibidē tota Synodus Agathonem vocat *Patrem pietatis ipſius Imperatoris*. Act. 18. Iterum Sancta Synodus in definitione Catholici dogmatis profeſſa eſt ſequi Agathonis Epiſtolam, & Synodales litteras Romani Concilij: eadem Act. habetur Epiſtola Synodalis totius Concilij ad ipſum Agathonem, cuius principium non abs re erit hoc loco exſcribere: *Maximi morbi maioribus indigent auxilijs, vt ſcitis Beatiſſimi: atque idcircò Chriſtus verus Deus noſter, virtus verè rerum omnium conditrix, & gubernatrix, ſapientem dedit medicum, veſtram à Deo honoratam Sanctitatem, contagia hæreticæ luis fortiter propulſantem, remedijs Orthodoxiæ, ac valetudinis robur membris Eccleſiæ largientem. Itaque tibi, vt primæ ſedis Antiſtiti vniuerſalis Eccleſiæ, quid gerendum ſit, permittimus, ſtanti ſupra firmam fidei petram, acquieſcentes, veræ confeſſionis litteris à veſtra paterna Beatitudine ad pijſſimum Imperatorem miſſis, quas vt à ſummo Apoſtolorum vertice diuinitùs ſcriptas agnoſcimus verè, per quas exortam nuper multiplicis erroris hæreticam ſectā depulimus*. Et poſt multa: *Orthodoxæ autem fidei ſplendidam lucem vobiſcum clarè prædicauimus, quam etiam, vt per honorabilia veſtra reſcripta confirmetis, veſtram oramus paternam ſanctitatem &c.* Hæc certè totius Synodi Epiſtola ad Agathonem Romanum Pontificem, cui primi ipſi Patriarchæ ſubſcribunt. Ijdem Patres ſermone acclamatorio ad Imperatorem: *Summus nobiſcum concertabat Apoſtolorum Princeps: illius enim imitatorem, & ſedis ſucceſſorem habuimus fautorem, & diuini ſacramenti myſterium illuſtrantem per litteras: confeſſionem tibi à Deo ſcriptam illa Romana antiqua Ciuitas obtulit, & dogmatum diem à veſpertinis partibus extulit: charta, & atramentum videbatur, & per Agathonem Petrus loquebatur.* Et Imperator in ſacro Reſcripto ad Leonem II Agathonis ſucceſſorem, quod habetur Tom. 2. Epiſt. Rom. Pont. in Leone II. de Epiſtola illius loquens: *Veluti ipſum Principem Apoſtolici Chori* (inquit) *primiquè loci Antiſtitem Petrum contuiti ſumus mētium noſtrarum oculis, totius diſpenſationis myſterium diuinitùs eloquentem, verbaquè hæc per eas litteras Chriſto facientem: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Nam ipſum totum Chriſtum nobis ſacræ eius litteræ diſſerendo exprimebant quod omnes libentibus animis, ſincereque accepimus, & veluti Petrum ipſum vlnis animi ſuſcepimus*. Et in *ſacra* ad Synodum Romanam: *Tanquam ipſius diuini Petri vocem Agathonis relationem ſupermirati ſumus*. Hæc certè opportunum viſum eſt iteratò quaſi referre, quæ reticuerunt ipſi Centuriatores, quæ & puduit Mornæum referre, vt ex quibus manifeſtè conſtet, quanti fecerint Imperator ipſe, & tota Synodus litteras ipſius Romani Pontificis, non aliter certè, quàm diuina oracula, ex quibus dogma illud fidei de duabus voluntatibus, & operationibus in Chriſto definierūt, & Monothelitas hæreticos pronunciarunt: Eum item *Succeſſorem Petri*, quem *Principem Apoſtolici chori* nominât & *Antiſtitem primæ ſedis vniuerſalis Eccleſiæ* agnoſcunt: ab eo Acta Synodi probari, & confirmari poſtulant. Quorſum iſtud, niſi certò ſcirent, Romani Pontificis cōfirmationem plurimum roboris, & authoritatis ipſis Concilijs adferre?

Patres Concilij ſe Catholicos profeſſi ſubſcribēdo litteris Agathonis.

Macarius pronunciatus hæreticus eo quòd illis nō ſubſcriberet.

Concilium ad Agathonem.

Idē ad Imperatorē de litteris Agathonis.

De ijſdē Imperator.

Quartum, & vltimum, quod notandum indicauit Mornæus:

Ad rem ipſam (inquit) *contra quàm in Epiſtolis iactabat, ſedem Romanam nunquam errauiſſe, Synodus ipſa Honorium Papam deceſſorem ſuum, in os Legatorum ſuorum hæreſeos damnat &c.* Pag. 125

ACT. 4. Sextæ Synodi in Epiſtola Agathonis ad Imperatorem hæc leguntur: *Petrus ſpirituales oues Eccleſiæ ab ipſo Redemptore omnium terna commendatione paſcendas ſuſcipit cuius adnitente præſidio, hæc Apoſtolica eius Eccleſia nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt, &c.* Poſtea: *Hæc eſt enim veræ fidei regula quam in proſperis, & in aduerſis tenuit, ac defendit hæc ſpiritualis mater veſtri tranquilliſſimi Imperij Apoſtolica Chriſti Eccleſia, quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ*

Quæ Agatho de conſtantia Romanæ ſedis in fide.

ſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probabitur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit. Hanc Epiſtolam velut diuinum oraculum, velut vocem Petri Synodus excepit. At Mornæus:

Contra quàm in Epiſtola iactabat (inquit) *ſedem Romanam nunquam errauiſſe, Synodus ipſa Honorium Papam deceſſorem ſuum, in os Legatorum ſuorum hæreſeos damnat:*

An Honorius Pontifex vnquam hæreticus Monothelita fuerit, an condemnatus à Sexta Synodo, ſatis ſuperquè Antidoto contra Oppoſitionem 23. diſſeruimus. Certè Agatho ſuperiora ſcribere non fuiſſet auſus, ſi Honorius aut hæreticus ipſe fuiſſet, aut hæreticis fauiſſet, aut conſenſiſſet. Et Act. 4. Synodi condemnantur authores hæreſeos Monothelitarum Theodorus Pharanitanus, Cyrus Alexādrinus, Sergius, Pyrrhus, & Paulus Conſtantinopolitani, nulla facta mentione Honorij. Act. 8. citatur cum Sergio, Paulo, Petro, & alijs eius hæreſeos Anteſignanis; ſed Macarius hæreticus, qui ibidē mentitur impudenter, Patres, & Synodos à ſe ſtare, ita in ſui erroris patrocinium Honorij nomine abuti potuit. In alijs Actionibus, vbi cū reliquis Honorius condemnatur, validiſsimis rationibus, nec ſine grauiſsimo teſtimonio oſtendit Baronius, Theodorum Patriarcham hæreticum Honorij nomen pro ſuo interſeruiſſe: neque quidquam præter verba in cōtrarium Mornæus potuit adferre. Quod producit Leonis ſecundi, Agathonis ſucceſſoris, teſtimonium: equidem ille Epiſt. 2. ad Præſules Eccleſiarum per Hiſpaniam conſtitutos, non hæreſim, ſed negligentiam Honorij accuſat: *Qui flāmam hæretici dogmatis* (inquit) *non, vt decet Apoſtolicam authoritatem, incipientem extinxit, ſed negligendo confouit.* Vbi tamen Honorius cum in Epiſt. ad Sergium ſcriberet, ne vna, aut duæ dicerentur voluntates, nihil aliud ſpectabat, quàm vt nouas quæſtiones, diſcordiæ, ac ſeditionis plenas reſecaret; cum reipſa fidem Catholicam aſtruat manifeſtè. Neque verò ſi corrupta ſint loca Synodi, quibus condemnatur cum alijs Monothelitis Honorius; ideò validum eſt argumentum Mornæi, omnes, & ſingulas actiones corruptas oportuiſſe. Neque enim vllæ nos cogunt rationes, vt eas corruptas aſſeramus, quēadmodum ea loca eſſe deprauata, quibus hæreſeos condemnatur Honorius, & eius nomen, loco Theodori Patriarchæ, hæretici, ſuppoſitum eſſe, conuincitur.

Profert quendam Canonem Sextæ illius Synodi, quo

Pag. 125 *Epiſcopum Romanum* (inquit) *in ordinem apertè cogunt, qui ad antiquum illum Synodi Conſtantinopolitanæ, & Chalcedonenſis ſtatum redigunt; vt ſedes Conſtantinopolitana æquis cum Romana priuilegijs vtatur, fruatur.*

HIc Canon eſt 36. ex his, qui à Nouatoribus, & nunc Mornæo Sextæ Synodo tribuuntur. ὁρίζομεν ὥστε τὸν κωνσταντινουπόλεως θρόνον τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων τοῦ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης θρόνου, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκεῖνον μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ὑπά-χοντα. *Decernimus, vt thronus Conſtantinopolitanus æqualia priuilegia cum antiquæ Romę throno obtineat, & in Eccleſiaſticis, vt ille, rebus magnificas; vt qui ſit ſecundus poſt illum.* Scribunt enim aliqui, Sextam Synodum bis eſſe congregatam, primùm ſub Conſtantino, & nullos Canones condidiſſe, ſecundò ſub Iuſtiniano eius filio, & 103. Canones promulgaſſe. Atque id habetur in Oratione allocutoria Patrum, qui hos Canones condiderunt, ad Imperatorem Iuſtinianum: *Quoniam ſanctæ, & Vniuerſales Synodi Quinta ſub Iuſtiniano Auguſto, Sexta ſub Conſtantino Patre tuo Auguſto, de myſterio fidei pleniſſimè diſputantes, Canones non fecerunt, ſicut cæteræ quatuor Vniuerſales Synodi; propterea nos conuenientes in hāc Imperialem Vrbem, Sacros Canones cōſcripſimus.* Recitantur à Gratiano diſt. 16. c. *Quoniam Sancta.* Verùm, quod rectè ſuboluerat Mornæus, apertè negamus, illos Canones eſſe Sextæ Synodi, aut Sextam Synodum vllum vnquam Canonem condidiſſe, quo redigeret in ordinem Romanum Pontificem, vel æqualia cum illo priuilegia Epiſcopo Conſtantinopolitano tribueret: & illos Canones certum à nullo probato, aut legitimo Cōcilio conditos eſſe: quin & in illis errores contineri, quilibet facilè depræhendet. Immò iſtud Concilium, in quo hi Canones conditi ſunt, illud eſt, de quo Anaſtaſius in Sergio I. *His temporibus Iuſtinianus Imperator Concilium in regia Vrbe iuſſit fieri, in quo & Legati ſedis Apoſtolicę conuenerant, & decepti ſubſcripſerant.* Vbi Baronius ad annum Chriſti 692. Art. 36. *De illis hæc intellige, quos Theodorus recenſet, Græcos Epiſcopos Romani Pontificis cōſtitutos in Oriente Vicarios.* Neque enim eò Roma miſsi erant vlli Legati, prout moris erat, Epiſcopi, vel Presbyteri, aut Diaconi. Pergit Anaſtaſius: *Compellebatur autem & ipſe Sergius ſubſcribere, ſed nullatenus acquieuit, pro eo quòd quædam capitula extra ritum Eccleſiaſticum fuerant in eo adnexa.* Atque vbi retulit ea directa eſſe Sergio Pōtifici ad ſubſcribendum, tanquam capiti omnium Sacerdotum, ſubiungit: *Qui beatiſſimus Pontifex penitus eidem Iuſtiniano Auguſto non acquieuit, nec eoſdem tomos ſuſcipere, vel lectione pandere paſſus eſt; porro eos, vt inualidos, reſpuit, atque abiecit, eligens ante mori, quàm nouitatum erroribus conſentire.* Hanc Synodum *Erraticam* Beda vocat, cui Sergius ſubſcribere noluerit. Eſſe verò hāc Synodum, quam Sergius reprobauit, quæ hos Canones condiderit, inde conſtat, quòd nulla alia pręter hanc ſub Iuſtiniano conueniſſe legitur. Nō poſſe verò dici hanc Sextam Synodum inſtauratam, inde patet, quòd non fuerint ijdem Cōcilij Præſides, aut Legati Romani Pontificis, non idem Imperator, non idem numerus Epiſcoporum, neque omnino ijdem, vt ex ſubſcriptionibus conſtat. Dicunt illi Patres, ſe Quintam, & Sextam Synodum inſtaurare quodammodo, quia illæ Synodi tantùm de fide definierant, & nullos Canones condiderant, ſe verò conue-

Canones, quos Mornæus tribuit Sextæ Synodo, eius nō ſunt, nec vllius Synodi probata.

Cuius Synodi ſint.

Ei cōpellitur Sergius Pōt. ſubſcribere: ſed is renuit.

Ea Synodus dicta Erratica.

Eadē dici non poteſt Quinta, & Sexta ſynodus inſtaurata.

conueniſſe ad conſcribendos Canones. Vnde Theodorus Balſamon *Quiniſextum* hoc Concilium appellat. Quomodo verò poterit hæc Synodus dici *Quinta inſtaurata*, cùm nullus omninò ex Quinta Synodo huic interfuerit, & inter Quintam ſub Iuſtiniano ſeniore, & Quiniſextam hanc, quam vocant, effluxerint anni circiter, aut certè eo ampliùs centum triginta? Quorſum verò ad Canones iſtos condendos inſtaurandæ erant Quinta, & Sexta, & non potiùs noua celebranda Synodus? Verum illę Canones non fecerant. Nec certè ad Canones condendos, ſed ad fidem explicandam, & contra hæreticos aſſerēdam, indictæ fuerant: nec, vt ſit Generalis aliqua Synodus, neceſſe eſt, vt condat Canones: & Sexta illa Synodus nonniſi contra Monothelitas, pro explicando dogmate de duabus in Chriſto voluntatibus, & operationibus, conuocata fuerat. Quid igitur opus erat, eos Patres iterum conuenire ad conſcribendos Canones? Nō verò quatuor, aut quinque annis exactis à Sexta Synodo conueniſſe iſtos Patres, & condidiſſe hos Canones (vt habet Tharaſius Act. 4. Septimæ Synodi, & poſt eum Magdeburgenſes docent) ſed decem annis ex ſupputatione per indictiones, quæ omnium certiſsima eſt, oſtendit Baronius: qui & in hoc Theophanem redarduit, dum non ſeptem exactos, ſed viginti ſeptem annos enumerat à Sexta Synodo ſub Cōſtantino ad horum Canonum ſanctionem ſub Iuſtiniano. Cùm enim Sexta Synodus abſoluta habeatur (vt cōſtat ex Actis eius) indictione decima inchoante; planè vſque ad hunc annum (celebratæ videlicet Synodi, quæ hos Canones condidit) quo quinta indictio ponitur inchoata, anni dumtaxat intercedunt decem. Cum interim tot anni effluxerint; quomodo poteſt dici eadem Synodus? Vbi enim auditum eſt, vt poſt decem annos à ſoluto Concilio Oecumenico, atque perfecto, dimiſsiſque omnino Patribus, eiuſdem Synodi nomine ab alio coacto conuentu Canones ſanciantur? Nonniſi igitur impoſtura eſt citare nomine Sextæ Synodi hos Canones, & in primis illum 36. de æqualibus priuilegijs ſedis Conſtantinopolitanę cum Romana: & conſequenter falſum, quod ſcribebat Mornæus, Sextam Synodum in ordinem apertè coegiſſe Epiſcopum Romanum. Vnde verò fraus, & impoſtura illa, & quis huius technæ artifex, detegit Baronius Tom. 8. ad annum Chriſti 692. quem videre ibi licet fuſiſsimè de hoc argumento diſſerentem, & cum eo Bellarminum lib. 2. de Romano Pontifice cap. 27. & lib. 2. de Concilijs cap. 8. Canum libro 5. de locis Theologicis, capit. 6. Franciſcum Turrianum lib. de Actis veris Sextæ Synodi, deque Canonibus, qui eiuſdem Sextæ Synodi falsò eſſe feruntur. Alanum Copum Dialogo 1. cap. 5. omnes certè viros doctiſsimos, quibus ſi Mornæū conferas, cum ne teruncij quidem feceris.

Quinta. & Sexta Synodus non ad condendos Canones, ſed ad explicandam fidem indicta.

Quo tēpore conditi ij Canones.

Falſum eſt, Sextā Synodum coegiſſe in ordinē Rom. Pontificem.

Verum obijcit Mornæus,

Pag. 125 *Nicæna Synodus ſecunda Vniuerſalis Actione quarta, Adriani ipſius Legatis minimè refragantibus, eos ratos habet, atque inde citat Gratianus diſt. 16.*

EQuidem ibi citantur à Tharaſio, & aſſeruntur eſſe Sextæ Synodi; ſed ex propria ſententia, & tanquam à priuato homine; neque enim eos vnquam probauit, aut aliquid de his definiuit Septima Synodus: ſiquidem eius definitio habetur Act. 7. Vbi nulla prorſus horum Canonum fit mentio. Nec maior in hoc eſt authoritas Gratiani, quàm Tharaſij, cum ex eius authoritate hos Canones tribuit Sextæ Synodo: & (vt obſeruauit Bellarminus lib. 2. de Conciliorum authoritate cap. 8.) Gratianus ſæpe in hac parte errauit, tribuens opera ijs, quorum non ſunt. Deinde, etſi vel à Septima Synodo, vel etiam à Romanis Pōtificibus aliqui ex his Canones ſub nomine Sextæ Synodi fuerunt aliquando prolati; ea ratione factum, quòd iuxta conſuetudinem Græcorum vim obtinuiſſet hæc appellatio, & qui eos proferrent, ad communem loquendi vſum ſe conformarēt, quòdque multi in ijs Canones ad improbādam hæreticam prauitatem, & ſtabiliēdam Eccleſiaſticam diſciplinam ſint accommodati; qui tamen Canones non ex huius authoritate conuentus, ſeu Pſeudoſynodi, ſed cum ſint Apoſtolicis, & Eccleſiaſticis Canonibus congruentes, aliunde vim ſuam naciſcuntur. Quare ex eo quod aliqui recepti ſunt, aut citantur aliquando ſub nomine Sextæ Synodi, non ſequitur, aut omnes eſſe approbatos, aut reipſa Sextę Synodo tribui debere.

Trullani Canones quomodo à Tharaſio & Nicæna ſecūda Synodo citati.

Iidē cur aliquādo citati ſub nomine Sextæ Synodi.

Pag. 125 *Onuphrius* (inquit) *hos agnoſcit.*

Mornæus imponit Onuphrio.

VBi tamen meo iudicio Onuphrio imponit, & nullum citat illius locum. Verùm non agnoſcit eos Theophanes Author Græcus, qui eos eſſe Sexti Concilij falsò ferri apertè ſcribit: Cedrenus, Zonaras, Conſtantinus Manaſſes, Glycas, Annalium Græcorum Scriptores nuſquàm eorum meminere; cum eos puduerit eiuſmodi Synodi ad Sextam poſitæ appendicis, eamque ſilentio damnare, ac penitùs ſepelire voluerint. Non agnoſcit Humbertus vir doctiſsimus à Leone IX. Conſtantinopolim ad confutandas hæreſes Græcorum olim miſſus libro contra Nicetam in hunc modum ſcribēs: *Non mirum, ſi Agathoni Papæ, & Sanctis Patribus Sextæ Synodi veſtra imputatis deliramenta, & quæ aut corrupiſtis, aut finxiſtis capitula; cum etiam ipſi Domino Ieſu, & Apoſtolis eius imputetis figmenta. Vnde nos ſcientes, Sextam Synodum ad deſtruendam hæreſim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas inſtitutiones congregatam, capitula, quæ nobis ſub eius authoritate opponitis, omnino refutamus; quia prima, & Apoſtolica ſedes nec aliquando ea accepit, nec obſeruat hactenus: Et quia aut ſunt nulla, aut, vt vobis libuit, deprauata ſunt.* Non eos agnoſcit Anaſtaſius Bibliothecarius, qui præfatione in Octauam Synodum ſcribit, hos Canones falsò tribui Sextę Synodo, quos longè poſt Sextam Synodum conſtet à Græcis ipſis pe-

Humberti iudiciū de Trullanis Canonib.

nes

Digitized by Google

nes ſe, priuatimquè depromptos. Proſequitur Mornæus.

Priuilegium vnicum ab eo (Imperatore) *conſequitur, de quo in Agathone Liber Pontificalis ipſe. Hic ſuſcepit diualem iuſſionem ſecundum ſuam poſtulationem, vt ſuggeſſit, per quam releuata eſt quantitas, quæ ſolita erat dari pro ordinatione Pontificis facienda. Sic tamen, vt, ſi contigerit poſt eius tranſitum electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, niſi prius Decretum generale introducatur in regiam Vrbem, ſecundum antiquam conſuetudinem: & cum eorum conſcientia, & iuſſione debeat ordinatio prouenire.*

Pag. 126

Romana ſedes liberata à pecunia penſitari ſolita Imperatori pro cōfirmatione electi Pont.

EQuidem his verbis in ſua Sacra ad Pōtificē ſignificat Imperator, liberare ſe Romanam Eccleſiam à penſitatione illa pecuniæ, quam primùm impij Gothorum Reges Arriani perſoluendam recens creatis Romanis Pontificibus indixerant, quæq; poſt illos extinctos ab Orientalibus Imperatoribus exigi ſolita erat; non tamen ius remitti confirmandi Romani Pontificis electi: Verùm & alium locum ex eodem Pōtificali in Benedicto 2. debuit citare Mornæus, quo idem Imperator ab hac ſeruitute Romanam Eccleſiam liberat, & ius cōfirmandi Romani Pontificis omnino remittit: *Hic ſuſcepit diuales iuſſiones clementiſſimi Conſtantini magni Principis, ad venerabilem Clerum et Populum, atque fœliciſſimum exercitum Romanæ Ciuitatis, per quas conceſſit, vt perſona, quæ electa fuerat in ſedem Apoſtolicam, è veſtigio abſque tarditate Pontifex ordinaretur.* Quia ſcilicet intelligebat pius, & Orthodoxus Imperator, ius illud præter fas, & iniquè vſurpatum aliquando fuiſſe.

Eadē liberata ab ipſamet eius cōfirmatione.

Pag. 126

Pontificem Romanum aliquando ſe Epiſcoporum electionibus immiſcere auſum non fuiſſe, contendit Mornæus. Primo producit Synodum *Catalaunenſem* in Gallijs, vbi *Cabilonenſem* meo iudicio ſcribendum; ſiquidem Concilij Cabilonenſis ſub Vitaliano Papa Canon X. eſt. *Si quis Epiſcopus de quacunque Ciuitate fuerit defunctus, non ab alio, niſi à Comprouincialibus, Clero, & Ciuibus ſuis alterius habeatur electio: ſin aliter, huiuſmodi ordinatio irrita habeatur.* Verùm quacunq; ratione fierent tùm electiones Epiſcoporum ſiue à Clero, ſiue à Ciuibus cum Clero, aut etiā Epiſcopis eiuſdem Prouinciæ, non niſi ex conſenſu Romani Pontificis fiebant, cuius regimini vt vniuerſa Eccleſia commiſſa eſt, ita iure ſuo poſſet prouidere Chriſtianis de ijs, quorum ſit curam agere animarum: & Epiſcopi, quacunq; ratione eligantur, ab eo iuriſdictionem ſuam agnoſcunt.

De Cōcilij Cabilonenſis Canone quoad electione Epiſcoporū: non eo excluſa poteſtas Romani Pont.

Profert item duodecimam Synodum Toletanam ſub Agathone habitam, vbi Canone 6. Principem ex Prouinciæ electione Epiſcopos conſtituiſſe legimus: ſin mora nimia interueniret, Toletanum Archiepiſcopum; ita tamen, vt electus intra certum tempus Metropolitano Prouinciæ ſeſe ſiſtere teneretur. Sed videamus quid Ioannes Vaſæus de hoc Concilio Toletano ſcribat in ſuo Chronico Hiſpaniæ anno 681. *Eodem anno* (Flauij Eringij primo) *celebratum eſt Toleti duodecimum Concilium menſe Ianuario in Baſilica Apoſtolorum Petri, & Pauli.* Et paulo poſt: *Ex huius Concilij capite ſexto conſtat, iam tum electionem Epiſcoporum fuiſſe Regum Hiſpaniæ, ſed quæ electio debebat ab Epiſcopis, & præcipuè Toletano, cui erat à Summo Pontifice Generalis faciendi Concilij poteſtas, probari:* Vnde conſtat, ideò ius illud probandi, & confirmandi Epiſcopos eo Canone in Archiepiſcopum Toletanum translatū eſſe, quòd præ cæteris Epiſcopis Hiſpaniæ à Romano Pōtifice haberet ampliſsimam poteſtatem. Garſias Loaiſa rerum Hiſpaniæ Mornæo longè peritior ad eum Canonem ita ſcribit: *Studium, & labor eligendi viros Epiſcopatibus præficiendos, penes Reges tempore Gothorum erat, quod vſque Romanorum Pontificum indulgentia ad noſtra tempora penes Hiſpaniæ Reges reſedit.* Igitur & antiquitùs idem ius habebant à Romanorum Pontificum conceſſione Gothorum Reges. Pergit ibidem paulò poſt. *Vnde conſtat, ad Regiam curam pertinere nominare Epiſcopos quod fiebat hoc pacto: Rex de ea re nominationem referebat ad Concilium; Concilium autem inquirebat, an nominatus dignus eſſet eo munere, vt ad Epiſcopatum eueheretur: quod ſi inuentus eſſet moribus, & doctrina ornatus, ſtatim à Concilio confirmabatur. Confirmatus iam à communi Concilio Epiſcopus cogebatur ſe coram Metropolitano intra duos menſes ſiſtere, vt conſtat ex Concil. Tarracon. cap. 5. Eſtque apud Gratianum diſt 65. c. Si quis in Metropol. Tota hæc poteſtas probandi, & confirmandi Epiſcopos à Rege libera electione deſignatos, quæ ante penes Concilium generale erat, in hoc Concilio ob cauſſas in Canone aſſignatas, in Archiepiſcopum Toletanum transfertur, veluti in totius Regni Primatem. Omnia autem hæc fiebant conceſſione Romanæ, & Apoſtolicæ ſedis, cuius authoritatem Eccleſia Hiſpaniæ ſemper maiorem in modum coluit, & obſeruauit.* Hæc Garſias Loaiſa Canonis illius magis fidus, & melior interpres Mornæo. Vnde conſtat, non eò ſpectaſſe Patres illos, vt in electione, & confirmatione Epiſcoporum authoritatem Romani Pontificis excluderent.

Idē de Canone 6. Concilij Toletani 12.

Baronius ad annū Chriſti 681. de Actis Sextæ Synodi prælocutus, hæc duo aſſerit, & damnatos à Sexta Synodo Romam appellaſſe, & Patres Synodi Acta ſua ab Agathone confirmari rogaſſe. Reclamat vtriq; Mornæus: & primò quod attinet ad appellationem.

Dānati à Sexta Synodo Romam appellant.

Appellationis (inquit) *præter Baronium, meminit nemo.*

Pag. 126

ATqui in Epiſtola Conſtantini ad Synodum Romanam de Macario Antiocheno Epiſcopo heretico condemnato, eiuſque ſequacibus iſta leguntur: *Vniuerſalis conuentus communi ſenten-*

ſententia de Sacerdotali dignitate depulſi ſunt, & probationi Sanctiſſimi Papæ traditi ſunt. Interpretatur Mornæus,

Pag. 126 *Nempe, vt deinceps de eorum pœnitentia iudicet, prout eius ſigna dederint.*

QVam etſi nos interpretationem admittamus; cur quæſo traditi illi probationi Papæ, vt de eorum pœnitentia iudicet, niſi quia illius in Epiſcopos cõdemnatos ius quoddam agnoſcebant? Et videmus, aliquando Pontifices Romanos, Epiſcopos è ſuis ſedibus ob crimen hæreſeos, vel alia flagitia deiectos, agnita eorum pœnitentia, priſtinæ reſtituiſſe digni tati; vt eorum certè eſſet iudicare de pœnitentia, an talis eſſet, vt ſuis ſedibus reſtituendi viderentur. Præceſſiſſe verò appellationem ex literis eiuſdem Conſtantini, quæ Tomo 2. Epiſt. Pontif. in Leone II. habentur, ad Leonem II. Agathonis ſucceſſorem, rectè oſtendit Baronius; vbi dum agit Imperator de Macario & alijs damnatis hæreticis: *Omnes* (inquit) *ſcriptis precibus Serenitatem noſtram communiter omnes precati ſunt, vt ſe ad veſtram Beatitudinem mitteremus. Sic igitur fecimus, eoſquè ad vos miſimus, veſtro paterno iudicio omnem ipſorum cauſſam permittentes*. Certè cùm Imperator iudicio Romani Pontificis omnem ipſorum cauſſam remittere ſe teſtetur, pendere eorum iudicium obice appellationis oſtendit. Neque alicuius momenti id, quod ſcribit Mornæus, nõ eſſe appellationem,

Pag. 126 *Vbi Imperatoris permiſſione, immò commiſſione, ſeu mandato opus;*

VBi tamen permittere ſe dicit, non verò cõmittere, aut mandare eorum cauſſam Pontifici: neque hæc inter ſe pugnãt, eos Romam appellaſſe, tanquã ad ſuperius tribunal, & Imperatorem permiſiſſe eorum cauſſam Romano Pontifici; ſiquidem poterat nõ admitti eorum appellatio; cùm manifeſti eſſent, & notorij hæretici, ac legitimè à tota Synodo condemnati: & cum appellationis remedium non ſit ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidiũ innocentię inſtitutum, prout dicitur ext. de appellat. c. *Cum ſpeciali*, §. *Porro*. poterat non deferre Imperator, & Synodus huiuſmodi appellationi: & ſeditionum concitatores, vel duces factionum, cuiuſmodi ſunt Hæreſiarchæ, nõ audiuntur appellantes L. 16. D. *De appellationibus*. Quorſum verò illi ſcriptis precibus rogarent Imperatorem, vt Romam mitterentur ad Pontificem, niſi ad eum appellando, & volendo, ſuam cauſſam ab eodem diſcuti? Nec certè probabile, quod ſcribit Anaſtaſius in Agathone, & ex eodem citat Mornæus, eos in exilium Romam miſſos fuiſſe. Neque enim relegandis damnatis improbis hæreticis pro loco exilij Roma decreta fuiſſet, ſed magis Oaſena inſula, vt impio Neſtorio, vel alia ſolitudo.

Eorũ appellatio poterat non admitti ab Imperatore & Synodo.

Romã miſſi ſunt nõ tanquã in exilium.

Secũdò, quod attinet ad confirmationẽ: poſtulaſſe Patres illos confirmationẽ Actorũ Synodi à Romano Pontifice, conſtat ex Epiſtola Synodali eorundem ad Agathonem, vbi hæc ſcribunt: *Orthodoxæ fidei ſplendidam lucem vobiſcum clarè prędicauimus, quam etiam vt per honorabilia veſtra reſcripta confirmetis, veſtram oramus paternam Sanctitatem*. Quæ verba ſunt ita expreſſa, vt non patiantur aliam interpretationem. Neque id ſibi volunt ea verba, vt cõſenſum ſuum accõmodet Pontifex, quod vult Mornæus; immò ipſi Patres ſenſum ſuum ipſi Agathoni accommodarant; dicunt enim ſe litteras Agathonis, vt à Summo Apoſtolorum vertice diuinè ſcriptas, agnoſcere, *per quas exortam nuper multiplicis erroris hæreticam Sectam depulerunt*. Ibidem: *Sic nos Sancto Spiritu illuſtrati, veſtraquè inſtituti doctrina infecta dogmata impietatis depulimus, rectiſſimam Orthodoxiæ ſemitam complanantes*. Poſt: *Hinc igitur in nos Sancti Spiritus gratia illuxit, poteſtatem largiens per aſſiduas veſtras preces cuncta zizania, & omnem arborem nõ facientem fructum bonum, excidendi*; Vt ſignificent, ſe in omnibus ſequutos inſtructionem Agathonis, & iuxta tenorem eius litterarum, dogma illud fidei contra Monothelitas definiuiſſe. Eo igitur ſenſu petunt, ab eo confirmari Acta Synodi, nempe vt ſua authoritate robur illis addat: quemadmodum & eo ſenſu ſuperiores Synodi à Romanis Pontificibus erant confirmatæ. At Mornæus,

Patres Sextæ Synodi cõfirmationẽ petunt à Pont.

Patrum (inquit) *mens perſpicua, qui ſuam ſententiam minimè ſuſpenſam volunt, dum dicunt, ſe anathemati ipſos hæreticos ſubieciſſe.* Pag. 126

VErùm, vt rectè ſcribit Bellarminus lib. 2. de Conciliorum authoritate cap. 11. Concilia quidem dicunt anathema; ſed intelligunt, illud vim habiturum, ſi fuerit confirmatum: ſicut quando iudex, à quo appellari poteſt, fert ſententiam mortis in aliquem; intelligit, ipſum debere mori, niſi Princeps ſententiam retractet. Argumentum vltimò ſubijcit.

Certè ſi res ita ſe habet, Leo ſecundus quando huiuſce Synodi Acta ad Epiſcopos Hiſpaniæ mittit, vt ea & recipiant & exequantur, cõfirmari etiam ab his poſtulauit. Vnde concluſionẽ deducit: *& illi proinde Papæ, ipſo Papa ſuperiores.* Pag. 126

VErùm hortatur quidẽ Leo Pont. Epiſcopos Hiſpaniæ, vt ſubſcribant definitioni fidei Catholicę, in Sexta Synodo contra hęreticos definita, & vt per eos oĩbus innoteſcat, ac ſalubriter diuulgetur; de cõfirmandis verò Synodi illius Actis ab ipſis ne verbũ quidem. Et quod teſtãtur illi Patres in Cõc. Tolet. 14. c. 2. ſe Acta illius Synodi à Leone Pontifice accepiſſe, *in cuius gratioſo Epiſtolæ tractu* (inquiunt) *ad hoc omnes Præſules Hiſpaniæ inuitati ſunt, vt prædicta Synodalia inſtituta, quæ miſerat, noſtri etiam vigoris manerent authoritate ſuffulta, omnibuſquè per nos ſub Regno Hiſpaniæ conſiſtentibus, pateſcerent diuulganda*, non ita accipiendum, quòd eorum ſubſcriptiones poſt Romani Pontificis cõfirmationem, eſſent neceſſariæ, vt Acta illa vim, & robur haberẽt;

Quid Leo 2. circa Sextã Synodũ poſtularit ab Epiſcopis Hiſpaniæ.

Quam ob cauſam.

ſed

ſed quòd cum Eccleſia (vt ait D. Cyprianus Epiſt. 69. ad Pupianum) *ſit plebs Sacerdoti adiuncta, & Paſtori ſuo grex adhærens*; etſi iam omnem authoritatem haberent ex confirmatione Sũmi Pontificis, cui vni in Petro cura, & facultas demandata eſt confirmandi fratres ſuos in fide; tamen apud fideles populos nõnihil etiam authoritatis illis accedebat, quòd eis omnes Hiſpaniæ Præſules, qui illis, tãquam ouibus paſtores, præerant, ſubſcriberent. Et à ſimili quidem id manifeſtari poteſt: nam certum eſt, nõ eandem eſſe authoritatem Sanctorum Patrũ, ac ſcripturæ ſacræ, & vbi aliquid docetur in ſcriptura ſacra, illud firmiter, & ſine vlla dubitatione credendum; Veruntamen cùm non ſolum ab authoritate ſcripturæ ſacræ, verùm etiam Sanctorum Patrum vnanimi conſenſu argumentamur ad aliquod fidei dogma demonſtrandum, argumentum maius inde robur habere videtur; eodem ſenſu accipiendum, quod dicunt illi Præſules Hiſpaniarum in 14. Concilio Toletano, ſe authoritate ſua fulcire Acta Sextæ Synodi: quibus tamẽ non ex eorum ſubſcriptionibus, ſed ex approbatione, & confirmatione Romani Pontificis firmiter aſſentiendum erat, ac proinde non *illi Papæ, ipſo Papa ſuperiores*, vt concludebat Mornæus: quemadmodum neque vnanimem Patrum conſenſum dicimus eſſe ſcripturam ipſam ſacram loquentem, aut ipſa ſuperiorem, etſi vim maximam habeat ad perſuadendum aliquod fidei dogma, ſi nõ ſolum à ſcriptura ſacra, verùm etiam inde ducamus argumentum. Et quidem iuſſu, & authoritate Romani Pontificis habitam eſſe illam Synodum, inde conſtat: ſiquidem decreuit Romanus Pontifex Leo II. vt Decreta Generalis illius Concilij ab Epiſcopis Hiſpaniæ Synodali authoritate ſuſciperentur, idq; ſignificant, quę ex eodem Concilio cap.4. producit Mornæus: *Placuit proinde apologeticæ defenſionis noſtræ reſponſis ſatisfacientes Romano Pontifici, ea ipſa geſta firmare, noſtræquè fidei aſſenſum puriſſima verborum enodatione depromere*. Et ſi ex iuſſu Eringij Regis congregati illi Patres, & habita illa Synodus; Verùm, vt ibidem legitur, non aliunde, quàm ex litteris Romani Põtificis ad hoc vt iuberet, Præſules congregari, motus eſt Rex Eringius.

Explicatur à ſimili.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum vigeſimumſextum.

Pag. 127

Succeſſit Agathoni anno 683. Leo ſecundus &c.

Honorius Pont. nõ ex communicatus à Leone 2.

QVæ perperam ſcribat in hoc Progreſſu Aduerſarius, paulò diligentius obſeruãdum. Primùm quod ſcribit, Leonem II. excommunicaſſe cum cæteris hæreticis dãnatis in Sexta Synodo Honorium Pontificem, falſum eſſe conſtat; neque enim Honorius Pontifex vnquam hæreticus fuit, aut in Sexta Synodo damnatus, vt ſatis, ſuperquè iam alibi oſtẽdimus: quomodò igitur eum tanquam hæreticum damnatum à Sexta Synodo excommunicaſſet Leo ſecundus? Sed fortaſsè Acta Synodalia iam deprauata Romam ad Pontificem Leonem perlata ſunt, in quibus nomen Honorij cum cæteris à Synodo damnatis hæreticis alicubi inſertum: Indequè Pontifex deceptus eſt, vt verè iudicauerit, Honorium à Synodo damnatum, atq; ita confirmando omnia Acta Synodi, non potuerit non cum cæteris damnatis hæreticis excommunicare & ipſum Honorium. Certè in hanc ſententiam facilè inducentur, qui legerint Epiſtolas Leonis Secundi, quæ habentur in 2. Tom. Epiſt. Rom. Pontif. Verùm eas confictas, & ſuppoſititias eſſe, multis argumentis coarguit, & conuincit Baronius, ad annum 683. ab art.3. ad 21. vt indè conſtet, neque hæreticum vnquàm extitiſſe Honorium, neque eum vſquàm à Leone Secundo dãnatum: Et ſi germanæ probari poſſent illæ Epiſtolæ, cum alibi iam abundè ab omni hæreſeos labe purgatus ſit Honorius, certè impoſturę arguendus veniret ipſe Leo II. qui non priuatæ perſonæ, ſed Pontifici, non citra iniuriam Sedis Apoſtolicę, non quodlibet, ſed grauiſsimum hæreſeos crimen impoſuerit: quod abſit, vt de tanto Pontifice, in Sanctos relato poſt mortẽ, exiſtimemus. Secundò quod ſcribit Aduerſarius, in gratiam Leonis Secundi diuali iuſsione mandaſſe Conſtantinum Imperatorem, vt qui Archiepiſcopus Rauennæ eligeretur, Romam ordinandus accederet, ea tamen conditione, ne quid pro Pallio ab eo exigatur;

Vt hanc corruptelam (inquit) *nihilobſtante Gregorij Decreto, in Curia Romana graſſari, intelligas,* Pag. 127

Non Imperator, ſed Leo 2. cauit ne qua pecunia pro conceſſione Pallij repeteretur.

CErtè eam conditionem non adiecit Imperator, immò ipſe Pontifex, vt author eſt Sigonius libro 2. de Regno Italiæ anno Chriſti 682. his verbis: *Conſtantinus, Eccleſia Cõſtantinopolitana ad amicitiam, concordiamquè cum Romana redacta, graue eſſe arbitratus, Rauennatem ſuperbiæ cauſſa a communi conſenſione, & iudicio diſſentire. diualẽ ad Leonem miſit, pręcipiens, vt poſthac Epiſcopus Rauennas deſignatus ex antiquo inſtituto Romam ad conſecrationem à Pontifice accipiendam contenderet, neque conſecratus vltra octo dierum ſpatium Romæ maneret*. Subiungit: *Cui decreto Leo mira benignitate adiecit, ne quod Romanum officium pecuniæ quidquam pro Pallij conceſſione repeteret*. Idem teſtatur Anaſtaſius in Leone II. *Hic fecit conſtitutum, quod Archiuo Eccleſiæ continetur, vt qui ordinatus fuerit Archiepiſcopus,*

Digitized by Google

pus, nulla conſuetudine pro vſu Pallij, aut diuerſis officijs Eccleſiæ perſoluere debeat. Id teſtantur & alij Scriptores. Immò & Magdeburgenſes id inter Decreta Leonis Secundi referunt; vt ad Archiepiſcopatum electus non ſit obligatus ſoluere quicquam Papæ pro ſuo Pallio. Non igitur eam cõditionem ſua diuali iuſsione adiecit Conſtantinus Imperator, ſed id decreuit Pontifex Leo II. Neque alicuius eſt momenti conſequentia Mornæi, quia tùm id ſancitum, ideò corruptelam talem graſſatam in Curia Romana: etſi enim ex malis moribus naſcantur aliquando bonæ leges; non tamẽ quoties aliquæ feruntur pro vtilitate Reipublicæ, aut etiam in Eccleſia condũtur Canones pro Eccleſiaſtica diſciplina conſeruanda, ſequitur, corruptelas præceſsiſſe, quę ſacris Canonibus, aut legibus condendis priùs occaſionem dederint.

Infirma Mornæi cõcluſio.

De Benedicto ſecundo, Leonis ſecundi ſucceſſore, id ſcribit Mornæus,

Pag. 127

Diuali iuſſione Conſtantini Imperatoris, Clero, populo, & exercitui inſcripta, aliquid amplius conſequitur, & altiuſculè enititur. Vt perſona, qui electus fuerit ad ſedem Apoſtolicam, è veſtigio abſque tarditate Pontifex ordinetur.

Cõſtãtinus Imp. Benedicti 2. ſanctitate permotus edicit, ne amplius electi Pont. cõfirmatio expectetur ab Imp. uel Exarcha Italiæ.

VErùm cum vnum ſit huic hoſti Pontificiæ dignitatis propoſitum omnes ad vnum Pontifices calumniari, ſuppreſsit, quod omnes referunt, Conſtantinum hominis ſanctitate permotum, ſanctionem hanc miſiſſe, *Vt deinceps, quem Clerus, populus, exercituſquè Romanus in Pontificem delegiſſet, eundem ſtatim verum Chriſti Vicarium omnes eſſe crederent, nulla aut Conſtantinopolitani Principis, aut Italiæ Exarchi expectata authoritate, vt antea fieri conſueuerat*. His titulis eum celebrat Anaſtaſius, *paupertatis amator, humilis, manſuetus, patientiam habens, atque manu largiſſima.* Quod Imperator Conſtantinus priſtinam libertatem reſtituerit, Eccleſiæ Romanæ, vt liberè ſineretur electum à ſe Pontificem conſecrare, nulla expectata confirmatione Imperatoris, quam vſurpatam primum à Gothorum Regibus Arianis, illis expulſis, Orientales ſibi vẽdicauerãt Imperatores, ægrè fert Mornęus.

Pag. 127

Verùm (inquit) *frænum illud quàm neceſſarium, mox apparuit.*

SIquidem *poſt obitum Ioannis quinti, ſucceſſoris Benedicti ſecundi*, vt ſcribit Sigonius lib. 2. de Regno Italiæ anno 686. *extemplò Ciuitas, Comitiorum libertatem adepta, vetere diſſidio conflagrauit: Nam Clerus Petrum Presbyterum, exercitus intulit Theodorum: vtraque autem parte in ſua per aliquot dies pertinacia perſiſtente, tandem Clerus, relicto Petro, Cononem Presbyterum arreptum, Pontificem ſalutauit. Quod vbi Iudices, & Primores exercitus cognouerunt, ſine vlla mora in eandem ſententiam diſceſſerunt, nuncijſquè ad Theodorum Exarchum miſſis, Cononem 12. Kalend. Nouembris conſecrarunt*. Atqui non ex libertate reſtituta ſchiſma illud contigit in electione Pontificis, ſed magis quòd huic electioni non modò Clerus, verùm & Laici ſeſe immiſcerent: vbi etiam videmus, tandem Laicos ceſsiſſe electioni Cleri, & eũdem, quem Clerus elegerat, ſalutaſſe Pontificem. Conone vita defuncto, iterũ Ciuitas in duas partes, vt antè, conceſsit, pars Theodorum Archipresbyterum, pars Paſchalem Archidiaconum legit, pars vna interiora Patriarchij, altera verò exteriora inſedit. Verùm neuter habitus eſt Pontifex; nam gliſcente certamine, atque altera parte alteram de loco pellere contendente, Primores Iudicum, exercitus, Cleri, & populi ſaniore conſilio vſi, ad ſacrum Palatium perrexerunt, ac, quomodo cęptæ occurrendum eſſet ſeditioni, conſultare cęperunt, ac demum expedito conſilio Sergiũ Pontificem deſignarunt. Quippe ex media populi turba abreptum in Oratorium Beati Cæſarij, quod erat intra Palatium, deinde in Lateranenſe Patriarchium cum fauſtis clamoribus perduxerunt, & foribus, quæ clauſæ erãt, effractis, ingreſsi ſunt. Ea re cognita Theodorus ſubitò ſe abdicauit, atque vltrò Sergium *adorauit*. Hæc vox odioſa Mornæo, eamquè *recentiorem adulationem* appellat; cùm tamen cultum latriæ ſoli Deo debitũ minimè ſignificet, & in Scriptura ſacra pro veneratione hominibus aliquando exhibita non ſemel legatur. *Paſchalem verò* (ſcribit Anaſtaſius in Sergio ad annum Chriſti 687.) *nullo modo cordis duritia id facere ſinebat, donec coactus, & confuſus volens nolẽs ſuum Dominum, & Electũ ingreſſus ſalutaret*. Quod ſcribit Mornæus:

Conon electus Pont.

Vnde poſt obitũ Ioannis V. ſchiſma cõtigerit in electione Pontificis.

Cononi Sergius ſubrogatus.

Adoratio Pont. nõ eſt cultus latriæ.

Pag. 128

Eò iam peruenerat ſuperbia huius Sedis, ea iam inuadendæ ambitio, & cupiditas.

AN verò in Sergio legitimè electo tum & ſalutato Pontifice, nihilquè de obtinendo Põtificatu cogitãte, ambitio? aut etiã in Theodoro? qui vbi vidit, omnium ſuffragia in vnum Sergium conſpirare, ſtatim acquieuit, eumq; Pontificem ſalutauit. Verùm de Paſchali nihil mirum, qui malis artibus ad Pontificatum ſibi viam parauerat, nimirum Ioãni Rauennæ Exarcho promiſſa grandi pecunia, ſi ipſius beneficio Pontificatum obtinuiſſet, de quo ita Anaſtaſius: *Prædictus Paſchalis non poſt multum tempus, & ab officio Archidiaconatus pro aliquibus incantationibus, & Lucis, quos colebat, vel ſortibus, quas cum alijs reſpectoribus tractabat, Dei, Beatiquè Apoſtolorum Principis Petri interueniente iudicio, priuatus eſt, & in Monaſterium retruſus: poſt quinquennium præ cordis duritia impænitens defunctus eſt.* Quod ſi inuadendæ Sedis illius ambitio, & cupiditas, quoſdam tunc, vel aliàs arripuit; non ideo certè eam obtinuerunt; aut ſi etiam obtinuiſſent, non aliquid inde illi ſedi, aut Chriſti inſtitutioni derogatum intelligeremus: vt neque incredulitas hominum, fidem Dei euacuauit aliquando: aut, ſi derelinquant

De Paſchali, qui malis artibus ad Pontificatũ, nitebatur.

Digitized by Google

Pontificū, ſi qua eſt, ambitio nec ſedi Rom. derogat, nec inſtitutioni Chriſti.

filij hominum legem illius, & in iudicijs eius non ambulent, non ideo prophanat teſtamentum ſuum, aut quæ procedunt de labijs eius, facit irrita: Non certè Apoſtolatus dignitatem accuſamus, quòd & Iudas proditor ad Apoſtolatum cum alijs vndecim à Chriſto vocatus ſit; Etſi igitur iam tum temporis aliquos ad illicita impulerat obtinendæ illius ſedis ambitio, & cupiditas, quid indè contra ſedis dignitatem, & authoritatem inferent Aduerſarij?

Ioan. Exarchus promiſſa Paſchalis exigit à Sergio: quid actū: qualis & promiſſio, & exactio, & ſolutio.

Sergio Pontifice electo, & abdicato Paſchali, nihilominus Ioannes Exarchus citato curſu Romam cōtendit, quod à Paſchali promiſſum fuerat, id eſt centum auri libras, à Sergio flagitauit. Cui Sergius vehementer eiuſmodi petitione offenſus reſpondit, talem pecuniam ſe neque ſoluere ęquum eſſe, qui nihil promiſiſſet, neque, ſi æquum eſſet, facultatem ſuppetere. Et, vt hominis animum permoueret, canthara, & coronas aureas, quæ ante arā, & confeſsionem S. Petri ab antiquo pendebant, demi iuſsit, & pignori tradi. Sed nec in hoc flexa eſt eiuſdem Exarchi duritia, donec centum auri libras accepit. Fuit certè turpis illa promiſsio Paſchalis facta Exarcho; cum omnis pactio, omniſquè conuentio in rebus ſpiritualibus ſit illicita, extr. De pactis c. final. Et nullo iure eam ſummam poſtea Exarchus à Sergio exegit, qui cum eo nullam inierat conuentionem, & legitimè Pontificatum omnium ſuffragijs obtinuerat; & concuſsionis crimen Exarchus commiſit, quod leges inultum eſſe non patiuntur C. de cond. ob turpem cauſſam L. 3. *Quod euitandi*: & eam quidem perſoluit Pontifex, vt ſuam, & Eccleſiæ vexationem redimeret, ne vel Eccleſia grauius aliquod damnum ab eo pateretur, vel ipſe ab exercendo ſuo officio quoquo modo impediretur, quod ei licebat extra de Simonia c. *Dilectus filius*. Et turpitudo erat ex parte accipientis, non dantis. Verum D. de condict. ob turpem, vel iniuſtam cauſſam L. 4. §. 2. quoties ſolius accipientis turpitudo verſatur, Celſus ait, repeti poſſe, vt ſi tibi dedero, ne iniuriam facias. Quin & Exarchus incidit in pœnam ſtatutā ab Imperatore Nouella 6. Quomodo oporteat Epiſcopos, & cæteros Clericos ad ordinationem perduci §. 9. *Si quis extraneorum ſit, & non in Clero conſtitutus, qui aurum, aut rem aliquam propter patrocinium ordinationis accepit: & maximè ſi adminiſtrationem aliquam gerat: habebit quidem ipſe à Deo pœnam, & ſuccedent ei de Cœlo ſupplicia; Veruntamen etiam illud, quod datum eſt, totum ablatum ab eo ſanctiſſimę Eccleſiæ omnibus reddatur modis in duplum. Inſuper etiam ſi quam adminiſtrationem habet* (hoc eſt ſæcularem dignitatem, cuiuſmodi erat Exarchatus) *ea cadat, & perpetuo exilio condemnetur.*

Pag. 128

Quod ſcribit Mornæus, Comitijs Pontificalibus ſeſe immiſcuiſſe exercitus, non ſecus quā olim Imperialibus Prætorianos: Certum equidem eſt, Imperatores Romæ aliquot à Prætorianis militibus, alios in Prouincijs ab exercitibus electos fuiſſe; nunquam verò illis ius eligendi Pontifices; longè enim alia ratio eſt terrenæ Reipublicæ, & Magiſtratuum, qui ei præſunt; alia verò Eccleſiæ Dei, & miniſtrorū, qui ſaluti animarum procurādæ præficiuntur, quorum electio nullo iure populis, aut militibus competit, nec præſcriptione aliqua id iuris acquiri poteſt. Fieri potuit, vt videret tum exercitus Romæ, ne in electione Pontificum oriretur aliquando ſeditio, ſed pacatè omnia tranſigerentur, vel etiam vt poſtularet populus, & exercitus, quem eligi cuperet; cum tamen ius ſuffragiorum eſſet ipſius Cleri: aut ſi obtinuit aliquando conſuetudo, vt populus, & exercitus ius ſibi ſuffragij vſurparet; at non id diu toleratum fuit, cum facilè appareret eius rei confuſio, & indignitas: neque aliundè quatuor illorum annorum ſpatio ſchiſma illud duplex, quod refert Aduerſarius, ortū eſt, ſeditioni proximum, quàm quòd ſibi plus nimio indulgerent, ſequè immiſcerent populus, & exercitus electioni Pontificum.

Nunquā in exercitib. aut populis fuit ius eligendi Rom. Pont.

Pag. 128

Non omittendum exiſtimauit Mornæus,

Sub Leone Secundo Epiſcopum Romanum, ab Oſtienſi, Portuenſi, & Veliterenſi Epiſcopis cōſecrari cœptum, qui antea ab Oſtienſi tantùm.

ITa Sigonius lib. 2. de Regno Italię anno 682. *Leo Secundus creatus, à tribus Epiſcopis, Oſtienſi, Portuenſi, & Veliterno conſecratus, cum adhuc ab vno tantùm Oſtienſi conſecrari moris fuiſſet.* Romanum Pontificem ab Epiſcopo Oſtienſi conſecrari ſolitum, teſtatur Diuus Auguſtinus in Collatone tertij diei cum Donatiſtis cap. 17. Quidni verò intelligamus, iuxta antiquum morem ordinatum, ſeu conſecratum fuiſſe ab Oſtienſi Epiſcopo, aſsiſtentibus ei Portuenſi, & Velitrenſi Epiſcopis?

Nullum porrò Decretum eſt Sextæ Synodi, quod Romano Pontifici Sergio, aut alijs durum fuerit ſubire: idquè merum figmentum eſt Mornæi, vt oſtendemus. Et hæc quidem circa Progreſſum.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem vigeſimamſextam.

Iuſtinian⁹ Concilium ſub nomine Sexti, reue ra autem à ſe coactum mittit ad Pōtificē, vt ei ſubſcribebat.
Pag. 128

DEinceps, quæ in Oppoſitione ſequenti nugetur Aduerſarius, expendendum. Id primum ex Sigonio lib. 2. de Regno Italiæ anno 686. producit.

Iuſtinianus poſt Patris Conſtantini obitum, à quo fuerat in Imperij ſocietatem aſcriptus, ſancta patris veſtigia perſecutus

(vt referam ipſa verba Sigonij, non quæ reddidit latinus Mornæi interpres, & præterea producam, quæ ſequuntur) *ex templo ſacram ad Ioannem Pontificem, quem nondum vita exceſſiſſe audierat, miſit, qua nunciauit ſe reperiſſe Codices Sexti Concilij, à patre Conſtantino confecti, ac ſtatim Patriarchas, Epiſcopos, Apocriſarium, Pontificium, & Senatum, exercitumquè adhibuiſſe, atque eos ijs audientibus recitandos, & manu ſingulorum, ne vitiari poſſent, obſignandos curaſſe.* Sed mortuo Ioanne ſacra illa Cononi ſucceſſori reddita. Hæc verò retulit Mornæus, vt, collaudato Iuſtiniano, Sergium Pontificem poſtea inculpet, & in ſuſpicionem reprobatæ Sextæ Synodi adducat; Ita enim poſtea ſubiungit:

Pag. 128

Cononi, poſt aliquot menſes defuncto, &c. vt Sergius ſucceſſit, Iuſtinianus ſimiles literas mittit, quibus enixè rogat, Synodo Sextæ ſubſcribat, præſertim tam accuratè recenſitæ, cuiquè ſui iam Apocriſarij ſubſcripſerint. Hic Sergius prætextu captato, Acta adulterata fuiſſe, quod quædam capita ei minùs arriderent, nempe quibus in ordinem cogebatur, quin & Apocriſarios ſuos eiurare, ipſeque ſubſcriptionem denegare.

SEd falſum illud, capita quædam à Sexta Synodo ſancita fuiſſe, quibus in ordinem cogeretur Romanus Pontifex: neque id vnquam Patribus illis venit in mentem, vt in ordinem cogerent Romanum Pontificem, cuius authoritatem quanti faciant, præſertim in definiendis fidei dogmatibus contra hæreticos, vt ſupremi Iudicis controuerſiarum, & ſummi Paſtoris Eccleſiæ, videre eſt in Actionibus illius Synodi. Sed quoniam ex Sigonio laudauit initio Iuſtinianum, vt cui nihil aliud propoſitum, quàm veſtigijs patris inſiſtere, & à dogmatibus Sextæ ſacræ Synodi, & fidei Orthodoxæ nunquam diſcedere; videamus, quid ſubiungat idem Sigonius anno 690. & 691. *Mutata eſt inde & Eccleſia, & Regno fortuna, ac veteres ſeditiones, & antiqua diſſidia inſtaurata. Quippe & Iuſtinianus Imperator aduerſus Pontificem, & Alahis Dux aduerſus Regem, hoſtilia machinati inteſtinis tumultibus omnia miſcuerunt. Cæterum Imperatoriæ alienationis hæc fuit cauſſa: Iuſtinianus poſtero anno à ſuis deprauatus, Concilium Conſtantinopoli habuit, atque ei capita quædam contra Eccleſiaſticum ritum affinxit. Cui Concilio cum Apocriſarij Pontificis per imprudentiam ſubſcripſiſſent, Sergius Pontifex, fallacia cognita, ſubſcribere noluit: Ea de re Iuſtinianus vſque adeò eſt offenſus, vt ab Eccleſia Romana, quam hucuſquè enixè defenderat, ſe remouerit.* Non igitur quod Pontifex nollet ſubſcribere Sextæ Synodo, ſed Concilio ab eo coacto, & capitibus contra Eccleſiaſticum ritum ab eodem affixis. Et Anaſtaſius in Sergio: *Huius temporibus Iuſtinianus Imperator Concilium in Regia Vrbe iuſſit fieri, in quo & Legati Sedis Apoſtolicæ conuenerant, & decepti ſubſcripſerant. Compellebatur autem & ipſe ſubſcribere; ſed nullatenus acquieuit, pro eo quod quædā Capitula extra ritum Eccleſiaſticū fuerāt in eo connexa.* Hoc igitur Concilium Iuſtiniani aliud eſt à Sexta Synodo; ſiquidem nulla capita contra ritum Eccleſiaſticum fuerunt in Sexta Synodo annexa: Sed gloſſa Mornæi, *Præter ritum*, (inquit) *non contra doctrinam.* Atqui ſi erant extra ritum Eccleſiaſticum, ſatis iuſtam occaſionem habebat Sergius Pontifex non eis ſubſcribendi. Nec deſunt grauiſsimi Authores, qui in ea Synodo aliqua etiam contraria fidei Catholicæ definita, ſcribant; nam & ipſe Anaſtaſius Sergium ſcribit *elegiſſe antè mori, quàm errorum nouitatibus conſentire.* Antoninus p. 2. Chron. tit. 13. §. 8. *Anno 9. Imperij ſui Iuſtinianus ipſe malorum deprauatus conſilijs, Sextam ſanctam Synodum, quam priùs per litteras ſuas Papa promiſerat illibatā ſeruare, infringere niſus eſt. Quam ob cauſſam apud Regiam Vrbem mandauit congregari Concilium, in quo hæreticorum fautores errores ſuos iterum aſſerentes publicauerunt: In quo etiam Legati Apoſtolicæ ſedis, quos Sergius Papa illuc miſerat, decepti, decreto illorum ſubſcripſerunt. Igitur ſcripta fidei perfida in dicto Concilio à tribus Patriarchis, ſcilicet Conſtantinopolitano, Antiocheno, & Alexandrino, qui illuc venerant, atque Imperiali manu confirmata, Sergio Papæ deſtinata ſunt, vt ipſe tanquam omnium caput, & fidelium paſtor ſua authoritate confirmaret; ſed ipſe ſolertiſſimus Pontifex, poſtquam vidit in ſcriptura temeratam fidem, nullatenus acquieuit, nec ſcripturam pandere in Clero vllo modo paſſus eſt; ſed ipſam tanquam inualidam reſpuit, & abiecit, eligens potiùs mori, quàm talibus erroribus aſſentire.* Beda, & Ab-

Sergius Pōtif. nō vult ei ſubſcribere: & cur.

An id Cōciliū errauerit in fide.

& Abbas Vrſpergenſis: *Synodum erraticam* vocant, Ado Viennenſis Aetate 6. Anno Chriſti 686. *Iuſtinianus beatæ memoriæ Romanæ Eccleſiæ Pontificem Sergium, quia Synodo hæreſeos, quam Conſtantinopoli fecerat, parere, & ſubſcribere noluit, miſſo Zacharia Protoſpatario ſuo Conſtantinopolim deportare iuſſit.* Sigebertus in Chronico anno 695. *Iuſtinianus Imperator ſanctam Sextam Synodum infirmare nititur, & Sergium Papam in hoc ſibi reſiſtentem Eccleſia deturbare fruſtra molitur.* Sabellicus Aennead. 8. libro ſeptimo. *Iuſtinianus, magno Antiſtitum conuentu Bizantium indicto, paſſus eſt, aut certè autor fuit (nam hæc parum liquidò traduntur) aliqua decerni ab Orthodoxæ fidei ritu abhorrentia. His tametſi Oratores à Romano Pontifice miſſi imprudenter fuerant Chirographo aſſenſi; cenſuit tamen Sergius, indigna eſſe, quæ reciperentur.* Nauclerus, Gener. 24. *Iuſtinianus Synodum congregauit, vbi aliqua concluſa ſunt non conſonantia fidei: ſubſcripſerunt verò imprudentes Oratores Romani Pontificis; ſed eam ſubſcriptionem Sergius Romanus Pontifex, vt pro hæretica iudicatam, noluit approbare.* Otho Phriſingenſis libro quinto, capitulo decimotertio, de hoc Iuſtiniano: *Hic* (inquit) *Sergium Papam, qui hæreticæ Synodo ſuæ in Vrbe Regia celebratæ ſubſcribere noluit, miſſo Zacharia Protoſpatario, captiuum ad ſe duci præcepit.* Platina: *Synodum habuit Iuſtinianus, in qua nonnulla approbata ſunt, Orthodoxæ fidei nequaquam congruentia.* Onuphrius in Sergio: *Hic cum cogeretur ab Imperatore Iuſtiniano ad ſubſcribendum cuidam libello hæreſim ſentienti, & recuſaret conſtantiſſimè, iuſſus eſt Conſtantinopolim duci, vt in exilium mitteretur.* Hieronymus Rubeus lib. quarto hiſtor. Rauennat. anno 683. *Iuſtinianus ſecundus Cæſar à Bulgaris ſuperatus, Bizantiumque reuerſus, Concilium indixerat, in quo pleraque decreta aduerſus fidei Catholicæ veritatem tulerat &c.* Ex quibus conſtat, ſi tot Scriptoribus aliqua fides habenda ſit, non modò *præter ritum Eccleſiaſticum* (vt gloſſat Mornæus) ſed & contra doctrinam fidei Catholicæ aliqua in eo Concilio conſtituta, ac definita, quibus meritò refragatus ſit Sergius Pontifex, non verò Acta Sextæ Synodi vllo modo improbarit. Sed Mornæus,

Pag. 129

Angebat (inquit) *eum tantùm Decretum illud, quo eadem Conſtantinopolitano, & Romano priuilegia decernebantur, cum primæ dumtaxat Sedis exceptione.*

Etiamſi tã tũ de priuilegio Eccleſiæ Conſtantinop. decretũ fuiſſet in eo Concilio; Sergius iure potuit ei reſiſtere.

QVaſi dumtaxat eo nomine eam Iuſtiniani Synodum reprobarit Sergius Pontifex: qui, etiamſi nihil aliud contra fidem definitum eſſet, potuit tamen iure reſiſtere Iuſtiniano, & Patribus illis, quemadmodum iam olim reſtiterat Leo primus Pontifex Anatolio Epiſcopo Conſtantinopolitano, & Patribus Concilij Chalcedonenſis, qui idem tentarant: & id præter inſtitutionem Chriſti, ac ius diuinum erat, velle Conſtantinopolitanum Epiſcopum, aut quemuis alium æquare Romano Pontifici, Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſori. Et negamus, id vnquam ſancitum à Patribus Sextæ Synodi: neque enim Canones illi, qui circumferuntur nomine Quintæ, & Sextæ Synodi quorum trigeſimusſextus eſt de æqualibus priuilegijs Conſtantinopolitani Epiſcopi cum Romano Pontifice, qui ſub Iuſtiniano ſanciti ſunt, ſacris illis Synodis vllo modo tribui debent, vt Antidoto contra ſuperiorē Oppoſitionem fuſiùs diſſeruimus. Verum garrulus iſte;

Nihil (inquit) *non molitur Baronius, vt huius Synodi Canones deſtruat, à nobis licet ita firmatos, vt longa repetitione non ſit opus.* Pag. 129

VIdendus Baronius Tom. 8. ad annum Chriſti 692. vbi non *argutiolis*, vt loquitur Mornæus, ſed validis rationibus docet, illos Canones non eſſe Sextæ ſacræ Synodi: & nos Antidoto contra Oppoſitionem ſuperiorem ita idem firmauimus, vt longa repetitione non ſit opus: Et quę adferuntur in contrarium, ita firmiter à Baronio retrudūtur, vt nihil habuerit Mornæus, præter nugas, quod opponeret. Quo modo Tharaſius ex propria ſententia dicat Act. 2. Septimæ Synodi, hos Canones eſſe Sextæ Synodi, & Patres Sextæ Synodi ſic conueniſſe primùm ſub Conſtantino, iterum ſub Iuſtiniano eius filio, id verò minimè definitū ſit à Septima Synodo, iam oſtenſum eſt à nobis; ſicut multa referuntur in Scriptura ſacra ab aliquibus prolata, quæ tamen Scripturæ ipſi, tanquam ea aſſerenti minimè tribuuntur; vel etiam ita nobis reſpondēdum ex verbis Anaſtaſij Bibliothecarij: *Regulas, quas Greci à Sexta Synodo perhibent editas, ita in hac Synodo* (Nicæna ſcilicet) *Principalis ſedes admittit, vt nullatenus ex his illę recipiantur, quę prioribus Canonibus, vel Decretis ſanctorum ſedis huius Pontificum, aut certè bonis moribus inueniuntur aduerſa.* Balſamonis authoritas apud nos nulla eſt, non modò quia ſchiſmaticus, & Romani Pontificis dignitati parum æquus, verùm quia etiam ei grauiſſimos Authores oppoſuimus. Et quod referuntur Legati Pontificis ſubſcripſiſſe: non certè Legati Roma miſſi, qui Synodo illi præeſſent quemadmodum in alijs Concilijs factum eſt, ſed qui in partibus Orientis vices gerebant Romani Pontificis, quos refert ipſe Balſamō, Theſſalonicenſis, Sardicenſis, Heraclæus in Thracia, & Corinthius, Epiſcopi; qui, vt ei præeſſent Synodo, nullū ſpeciale mandatū à Pōt. habebant, aut vllā ab eodē inſtructionē acceperāt. Qua verò ratione aliqui ex his Canones fuerint à Romanis Pōtificib. ſub nomine Sextæ Synodi aliquando citati, iam alibi dictum eſt. Et certè ex iiſdem nonnulli ad fidem Catholicam confirmandam, & improbandam hæreticam prauitatem, tum etiam ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſtabiliendam, ſunt ac-

Ex Trullanis Canonibus quos admittat Rom. Eccleſia.

Balſamonis authoritas apud nos nulla ſit.

Quales Legati Pont. huic Cōcil. ſubſcripſerint.

com-

Digitized by Google

commodati, Apoſtolicis & Eccleſiaſticis Canonibus congruentes, qui à Romanis Pontificibus citari, & approbari poterant; vt inde tum & authoritatem nanciſcantur, non verò quòd in eo Conciliabulo ſub Iuſtiniano ſint ſanciti, aut quòd reuera ſint Sextæ Synodi. Si verò licet Mornæo proferre contra nos trigeſimumſextum illum Canonem, quo thronus Cõſtantinopolitanus æqualia priuilegia cum antiquæ Romæ throno obtineat, & in Eccleſiaſticis, vt ille, rebus magnifiat, vt qui ſit ſecundus poſt illum; licebit vtique & nobis, omnes ferè illos Canones contra eundem producere, vt qui conſpirent maximè cum doctrina ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, improbent autem omninò dogmata illius reformatæ, & purioris, quam fingit Mornæus, Eccleſiæ, vt cuiuis eos conſulenti perſpicere licebit. Aut igitur eiuret Sextam ſacram Synodum Mornæus, aut hos omnes Canones admittat, adeoquè venerationem Sacrarum Imaginum; ſiquidem, vt ipſemet refert, ipſi Papæ, Gregorius ſecundus, & Adrianus primus Canone ex his octuageſimotertio nominatim ad imaginum probationem vtuntur. Poſſem ego ſigillatim eos citare, &, quàm nullo modo conſpirent cum doctrina, aut, ſi mauis, perfidia Mornæi, palàm & manifeſtè oſtendere.

Omnes ferè hi Canones aduerſantur Eccleſiæ Mornæi.

Citabat in defenſionem horum Canonum Theodorum Balſamonem, in Nomocanonem Photij ſcribentem, hanc Synodum ſub Iuſtiniano, in qua editi hi Canones, factam eſſe ad ſupplementum duarum Quintæ, & Sextæ, ideoquè πενθέκτην appellat, id eſt Quiniſextam: ſiquidem illæ nullos fecerant Canones ad Eccleſiaſticam conſtitutionem, & ita, quod illis deerat, ſuppleuit. Verum Baronius Balſamonem ſchiſmaticum, & ſchiſmaticorum patronum appellat.

At Mornæus.

Pag. 129 *Balſamonem* (inquit) *mentitum aut ſchiſmaticum dicere, num ſufficiat nobis?*

CVm igitur producit Baronius Anaſtaſium præfatione in Septimam Synodum ad Ioannem octauum Pötificem Maximum, teſtificantem, tantum abeſſe, vt Romana Eccleſia eos receperit Sextæ Synodi nomine promulgatos Canones, vt nec etiam aliqua trium ſedium Patriarchalium Orientalium, eos vt acciperet, induci potuerit; num ad extenuandam illius authoritatem exceptione hac vtendum, illum fuiſſe Pontificis Bibliothecarium, ideoquè iniquiorem quàm vt ei fides adhibeatur? Certè quia Mornæus hæreticus Caluiniſta, purioris, & reformatæ, quam commentus eſt, Eccleſiæ Antiſtes, ſacræ Religionis, & Pontificiæ dignitatis hoſtis iuratus; ideò iniquior, quàm vt ei fides vlla contra Pontifices ſcribenti habeatur; vt mirer, eſſe aliquos, qui huic *Myſterio Iniquitatis ſeu Hiſtoriæ Papatus* veritatem aliquam inſertam eſſe exiſtiment, & non magis eam iudicent farraginem, & congeriem quandam eſſe blaſphemiarum hæreticalium, calumniarum, & impoſturarum in ſacroſanctam dignitatem, & ſedem Apoſtolicam. Sed ſi ideò minus fidei habendum Anaſtaſio, quia Pontificis Bibliothecarius; & Sanctis Patribus, & omnibus Theologis, & omnium ferè ſæculorum Scriptoribus eodem argumento Mornæo licebit exceptione vti, quod Pontificij fuerint, adeoquè Pontificum adulatores. Nam cùm aliquando pro authoritate Romani Pontificis cuidam ex grege Caluini obijcerem locum Diui Hieronymi, ſcribentis ad Damaſum Epiſtola 57. *Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, Beatitudini tuæ, id eſt Cathedræ Petri communione conſocior: ſuper illam Petram ædificatam Eccleſiam ſcio &c.* Et poſt. *Non noui Vitalem, Meletium reſpuo, Paulinum ignoro. Quicunque tecum non colligit, ſpargit, hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt;* Non tuli aliud reſponſum, quàm Hieronymum Damaſo adulatorem fuiſſe. Non diſſimilis Mornæi reſponſio, Anaſtaſium Pontificis Bibliothecarium fuiſſe, ideoquè iniquiorem, quàm vt ei fides adhibeatur. Facilis certè, & prompta reſponſio, ad quam excogitandam non magnum ſtudium ſit adhibendum.

Refellitur ſenſus Mornæi de Anaſtaſij Bibliothec. teſtimonio.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum vigeſimumſeptimum.

Pag. 130 *Non difficile fuit Romanis Pontificibus* (inquit Mornæus) *vt erant ſæculi filij, in rebus mundanis prudentes, res ſuas promouere, Imperatoribus in Oriente ſedentibus, ingruẽtibus extrinſecùs Barbaris, intrinſecùs ſubditis rebellantibus, vt ſi quam authoritatem in Occidente retinere vellent, eorum gratiam demereri neceſſe haberent: Exarchi non minus ipſi, vt ſeſe in Italia contra Longobardos tuerentur: Nec verò Longobar-*

bardis etiam interdum illis adulari graue.

DE his occaſionibus confictis à Mornæo, vnde Romanis Pontificibus ſuarum rerum promouẽdarum facilitas, vidẽda ſunt, quæ ſcripſimus Antidoto contra Progreſſum 14. Immò cum Imperatores Orientis, vtplurimum, infeſti fuerint Romanis Pontificibus, & plures ex iiſdem hæretici, Exarchi item Italiæ iiſdem infenſi, Longobardorum Reges illis bellum mouerint; nonniſi diuina prouidentia factum eſt, vt inter tot hoſtes Pontificis Romani dignitas, & authoritas tanta incrementa caperet, & maiores in dies progreſſus faceret.

Ioanne ſeptimo anno 705. Epiſcopatum ingreſſo, Aripertus Longobardorum Rex, Alpes Cottias in Patrimonium donat.

Pag. 130 GRauiter & iniquo animo id fert Mornæus, & *aliena prodigere* vocat. Non modo Paulus Diaconus lib. 6. de geſtis Longob. cap. 10. Aripertum religione commotum reſtituiſſe, quæ multis iam ſæculis à Longobardis ablata fuerant ab Eccleſia Romana, cuius iuris erãt, & nuper à Rhotari Rege repetita, ſed & Anaſtaſius, Ado Viennenſis, Beda, Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Sigonius, & alij teſtantur.

Aripertus Alpes Cottias Eccleſiæ Rom. reſtituit: cur.

Aripertum ea ratione multa immania ſcelera expiare voluiſſe, conijcit Mornæus, *de quibus* latè (inquit) *poſt cæteros Sigonius*. Equidem eum, vt ſecuritatem ſibi, ac Regno pararet, bellum Luitperto, quem Regno pater ipſius Ragumbertus expulerat, internecinum redintegraſſe, & cum eo, & Aſprando, & Rotharito partes eius tuentibus, ſummo apud Papiam prælio decertaſſe, pulcherrimam inde victoriam, animi impotentia, deformaſſe, refert Sigonius, libro 2. de Regno Italiæ ad annum 705. Nam & Luitperto Regi innocenti vitam ademiſſe, & Sigiſprando Aſprandi filio oculos eruiſſe, & Theoderatæ vxori, atque Aurunæ ſorori miſerandum in modum naſum, aureſquè vulnere fœdiſsimo detruncaſſe. Et hæc quidem ſunt ſcelera, quæ nemo probauerit; his tamen ſubiungit iſta, Sigonius:

Ariperti Regis crudelitas in hoſtes ſuperatos.

Aripertus hac crudelitate remota, Regnum prudenter, & ſanctè adminiſtrauit. Ad cæteras Eccleſias, quas liberaliſſimè donauit, erga Romanam præcipuè munificus fuit: quippe anno ſequenti Pontifici multos fundos, & nominatim Patrimonium Alpium Cottiarum, à Rothari Rege ademptum reſtituit, eamque donationem aureis litteris exaratam ad Pontificem miſit. Et ſub finem, libri 2. vbi retulit, eum in tranando flumine pondere auri, & fluminis vnda oppreſſum indigna morte occubuiſſe:

Ariperti Mors indigna: ægrè tamẽ lata ab omnib.

Cadauer (inquit) *eius poſtridie inuentum, et in Regiam cum ingenti omnium dolore relatum in Baſilica D. Saluatoris ab ſuperiori Ariperto conſtructa ſepultum eſt.* Et illius adminiſtrationem Regni plurimum ibidem commẽdat. Nulla alia immania ſcelera, præter crudelitatem in ſuperatos hoſtes, exercuiſſe eũ, inde conſtat; neque enim ita cum ſummo omnium ſuorum dolore tàm indigna morte occubuiſſet: & eius liberalitatem in Eccleſias, ac potiſsimùm munificentiam in Eccleſiam Romanam commendat Sigonius. Neque ita crudelis in hoſtes Aripertus, vt impudentiſsimus, & inſolentiſsimus omnium hominum Mornæus, qui bellum, quod Britanniæ Regi ſuadet aduerſùs Pontificem, *venationem, tanto Munerario Orbi exhibendam, Belluæ illius Apocalypticæ* appellet, *quæ Regia indagine Regijs plagis, venabulo demùm Regio digna ſola*, quam & eiuſdem *vltore gladio transfigi velit*; vt barbaras hominis voces mirer, quomodo etiam ſui ferant, aut quo ſenſu exceperint.

Quod de Iuſtiniano ſecundo primùm Imperio expulſo, deinde poſt decennium reſtituto ſcribit, eum Epiſcopo Romano adblandiri conatum, & idcircò Acta Synodi Sextæ per duos Metropolitanos honorificè miſiſſe, ea vt reciperet, vehementer hortatum; citatquè ex Anaſtaſio conditionem additam, *vt quæ ei viſa eſſent, ſtabiliret, & quæ aduerſa, renuendo excluderet*, & ex Platina, *vt ei ſubſcriberet*: vtrique certè imponit, & neuter, cum miſiſſe Acta Sextæ Synodi, docet.

Mornæus Anaſtaſio & Platinæ imponit.

Ita enim ſcribit Anaſtaſius in Ioanne 7. *Iuſtinianus vt Palatium ingreſſus eſt, propriumquè adeptus eſt Imperium, tomos, quos antea ſub Domino Sergio Apoſtolicę memoriæ Põtifice Romam direxerat, in quibus diuerſa Capitula Romanę Eccleſię contraria ſcripta inerant, per duos Metropolitanos Epiſcopos demandauit, dirigens per eos & ſacram, per quã denominatum Põtificem coniurauit, ac adhortatus eſt, vt Apoſtolica Eccleſia Concilium aggregaret, et quæ ei viſa eſſent ſtabiliret, & quæ aduerſa renuendo excluderet.* Vnde conſtat, eum cenſuræ, & iudicio Romani Pontificis ſe ſubieciſſe. Illi certè tomi (vt ex Anaſtaſio ipſomet conſtat, & vt oſtendimus Antidoto contra Oppoſitionem 26.) longè diuerſi erant ab Actis Sextæ Synodi: Platina verò in Ioanne VII. *Eadem* (inquit) *ſtultitia vexatus, qua fuerat ante amiſſum Imperium Sergio Pontifice, duos Metropolitanos Romam miſit, qui Ioannem adhortarentur, vt habita Synodo, quæ de Homouſio crederent Orientales, eadem vera etiam Occidentales affirmarent, præpoſitis libellis, in quibus ei ſubſcribendum erat. Homines autem, re infecta, ad Imperatorem Pontifex remiſit, neque tamen (vt par erat) errores malè de Deo opinantium emendauit cenſuris, & interdictis, quemadmodum conſtantem Pontificem decuiſſet.* Falſum igitur, quod ſcribit Mornæus, cum Acta ſextæ Synodi ad Epiſcopum Romanum miſiſſe: neque id ſcribit Platina; alioqui Sextę Synodo errores illos de Deo tribueret.

Cur Iuſtinianus Capitula rurſus miſerit ad Ioannẽ 7. Rõ. Pont.

Quomodò vero adblandiri conabatur Epiſcopo Romano, ſi eadem capitula, quæ priùs ad Sergiũ Romanæ Eccleſiæ contraria, vt ſcribit Anaſtaſius, ad eum mittebat, quibus ſubſcriberet? Hæc certè ſibi inuicem valde repugnant. Sed longè probabilius, quod ſcribit Sigonius lib. 2. de Regno Italiæ anno 706. de Iuſtiniano Imperio reſtituto loquens: *Hinc noua rerum, quas aduerſùs*

Roma-

Digitized by Google

Romanam Eccleſiam impiè aut geſſerat, aut cogitarat, pœnitentia adactus, eximium ſe Catholicę propugnatorem fidei declarauit. Itaque volumen Concilij, quod contra Romanæ ritum Eccleſiæ ſcripſerat, Romam per duos Metropolitas ad Ioannem Pontificem deſtinauit, idque ab eo, non vt antè, approbari, ſed nunc demum emendari, & corrigi poſtulauit. Eadem ſcripſerat S. Antoninus in Chron.2.p.tit.13.§.9.

Pa. 130.

Sub annum 708. Conſtantinus Papa opportunitate multifariam abutitur.

Iuſtinian⁹ Conſtantinum Pont. Conſtantinopolim accerſit: quã ob cauſſam

HAec, & plura more ſuo nugatur: vbi & Iuſtinianum ſcribit accerſiuiſſe Conſtantinum Papam, ſpecie vt de Republica cum eo conſilium ineat, reipſa vt honoribus cumulatum ſibi deuinciat: qui tamen opera, aut armis Romani Pontificis vt Imperium non recuperauerat, ita nec tueri tum poterat, ſed pœnitentia ductus, quòd priùs Sergium Pontificẽ vinctum duci Conſtantinopolim mandaſſet, ideoque deſertæ Religionis, & violati Pontificis diuina vltio eum ſecuta fuiſſet, Conſtantinum ſucceſſorem accerſiuit, vt eum honoribus cumularet, vt eo ſe ſaniori mente, quàm ante Orthodoxum eſſe profiteretur. Sigonius ad Annum 710. *Pontificem videre, ac de rebus ſuis opportunè conſulere cupiens, Sacra miſſa, vt ad ſe accederet, obſecrauit.* Vbi contendit Aduerſarius, in accerſendo mera authoritate vſum: citatquè Paulum Diaconum: *Conſtantinum Papam ad ſe venire iubens.* Item Anaſtaſium: *Miſit Sacram, per quam, iuſſit, eum ad Regiam aſcendere Vrbem.* Qui (inquit) *ſanctiſſimus vir iuſſis Imperialibus obtemperans, illicò nauigia fecit parari, quatenùs iter aggrederetur marinum.* Vbi Baronius ad annum Chriſti 709. art. 2. *Quod audiſti, Imperatorem iuſſiſſe, & Pontificem obtemperaſſe: quo ſenſu hæc accipienda ſint verba, ex rerum geſtarum progreſſu intelliges, cum videris, quibus humilibus obſequijs idem Imperator ipſum Pontificem ſuſcepit: cognoſces enim planè, eum nõ faſtu Imperatorio præcepiſſe, ſed precibus exoraſſe.* Hãc Baronij interpretationem carpit Mornæus:

Iubenſnè, an obſecrãs accerſat.

Pa. 131.

Baronius (inquit) *num hic audiendus, cum, iuſſit, interpretatur, precibus exorauit?*

Conſtantinus pergẽs Conſtantinopolim quàm honorificè exceptus.

ATqui eam non pro arbitrio confinxit, ſed ex ipſo rerum progreſſu rectè collegit Baronius: nam, vt omnes Scriptores referunt, in itinere antequam Conſtantinopolim Pontifex perueniret, magnis honoribus iuſsit eum Imperator excipi; vt ei primùm occurrerit Theophilus Patricius, & Strategus, id eſt Dux, deinde ſeptimo ab Vrbe Regia milliario obuiam illi egreſſus Tiberius Imperator filius Iuſtiniani Auguſti, cum Patricijs, & omni Synclecto, id eſt Senatu, & Cyro Patriarcha cum Clero, & populi multitudine, omnes lætantes, & Deo feſtum agentes: vbi verò ſeſe mutuò viderunt, Auguſtus Chriſtianiſsimus cum Regno in capite ſeſe proſtrauit, pedes oſculans Pontificis, deinde in mutuum amplexum corruerunt. Tot honores Pontifici delatos, hoc eſt, quod torquet Mornæum. Quomodò verò imperio putet ſe agere in Pontificem, quem tot honoribus proſecutus eſt? & verbum *iubere* interdum pro rogare, interdum pro precari, optâreque apud Claſsicos Authores ſumitur, quemadmodùm, & κελεύω verbum græcum ei reſpondens hortor, & permitto nonnunquam ſignificat, vt author eſt Budæus in Cõmentarijs linguæ Græcæ. De Iuſtiniano id addit Platina in Conſtantino, quod *de priſtina vita ob calamitates, quas perpeſſus fuerat, nihil immutauerat, præter hoc tãtum, quod ſedem Apoſtolicam contra atquè antea conſueuerat, veneratione deinceps obſeruauit, tutatuſque eſt.* Gloſſam ſubiecit Mornæus.

De vſu verbi iubeo.

Quod vnum, ſceleribus nihil obſtantibus, ad amicitiam cum Pontifice ſatis.

Pa. 131.

AN verò vllum illius ſcelus probauit, aut aliquo ſcelere illius amicitiam ſibi conciliauit Pontifex? Quibus Authoribus id docebit Mornæus? Omnes referunt, eum de manu Pontificis, peccatis prius expiatum, ſacram Eucharistiam accepiſſe, de Eccleſia, Imperioquè conſtituendo ſecum inuicem egiſſe, Pontificem Imperatori conſuluiſſe, ne in Philippicum in Cherſoneſo exulantem grauius aliquid decerneret, veritum, ne mali aliquid oriretur, quòd Philippicum magni animi eſſe, & conſilij virum intellexerat. Conſilium certè longè ſaluberrimum, & vtiliſsimum, ſi ei Iuſtinianus obſecutus fuiſſet; Nemo vero refert, eum aut aliquod Iuſtiniani ſcelus probaſſe, aut ad aliquod flagitium eum induxiſſe. Quod ſi illius ſcelera Platina, & omnes alij Scriptores accuſant: verùm illum collaudant maximè, quòd reſtitutus Imperio Orthodoxus fuerit, & Eccleſiæ Romanæ dignitatem tutatus ſit. Certè ad obliteranda omnia ſcelera hoc vnum Mornæo erat ſatis, ſi Iuſtinianus Romanam Eccleſiam depreſsiſſet, aut Pontificem loco tantæ venerationis in vincula coniecisſet, aut in exilium relegaſſet. Nunc examinanda nobis Oppoſitio.

Pontifex Iuſtiniani ſcelera non probauit.

ANTI-

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem vigeſimamſeptimam.

Pa. 131. *Exerebat tamen* (inquit) *perpetuò caput aliquis huius tyrannidis impatiens, Imperatores licet ad eam conniuerent.*

Pontifex Rom. perfidè dictus Tyrannus.

ITa Pontificis Romani inſtitutam à Chriſto authoritatem, cui ſacra Concilia, & ſacri Canones fidem faciunt, quam ſæculis omnib', ab ipſa naſcente Eccleſia, Chriſtianus orbis agnouit, perfidè iſti pro innata ſibi modeſtia, tàm honorifica tyrannidis appellatione inſigniunt; cum tamen tyrannus ille ſit, qui non iure dominatur in Republica, aut qui dominatu impotēter,& crudeliter abutitur. Verùm, vt ſacri Euangelij, & ſacrorum Canonum authoritatem omittamus, ſi, quod omnes affirmant, maior pars Reipublicæ Regem ſupra totam Rempublicam conſtituere poteſt, etiã inuitis cœteris, neque dubium, illius eſſe in omnes ciues legitimam authoritatem; cur tyrannus iudicandus ſit Romanus Pontifex, quē & elapſis temporibus, & nunc non modò omnes Eccleſiarum Antiſtites, ſed & Principes, ac omnes Chriſtiani (ſi ſacrilegos iſtos Apoſtatas à ſacra Religione excipias) ſupremum Reipublicę Chriſtianę Antiſtitem profeſsi ſūt? Verùm furciferis, ſacrilegis, perduellibus, latronibus, parricidis, ſicarijs, alijſque ſceleroſis, qui nullis legibus, aut Magiſtratibus ſubeſſe velint, omnes Principes ſunt tyranni.

De Felice Archiepiſcopo Rauennate.

Vt id, quod inſtituit, probet Mornæus, hiſtoriam refert Felicis Archiepiſcopi Rauennatis, qui Conſtantino Pontifice cum Romam ſe contuliſſet, ex more vt conſecrationem acciperet ab ipſo Pontifice, profeſsionem fidei edidit, & obedientiæ ſponſionem, licet inuitus, cogentibus Magiſtratibus; ſed rediens Rauennam, pœnitens facti reſilijt, Rauennatum inſtigatione permotus, ſequè ſchiſmate ab Apoſtolica ſede diuiſit: cuius cauſſa animū etiam Iuſtiniani Imperatoris in ſe concitauit, vt ab eo vinctus iuberetur perduci Conſtantinopolim, & exilio, atque etiam oculorum priuatione damnari. Hanc hiſtoriam referunt Anaſtaſius, & Platina in Conſtantino. Blondus lib. 10. dec. 1. Nauclerus Generat. 24. S. Antoninus in Chron. p. 2. tit. 13. §. 9. Sigonius lib. 2. de Regno Italiæ anno 709. Hieronymus Rubeus hiſt. Rauennatum lib. 4. Sabellicus Ennead. 8. lib. 7. *Vnum in eo factum* (inquit) *omnes probant, quòd Romano fauit Pontifici* (Iuſtinianus) *in Rauennatis Eccleſiæ contumacia vindicanda: nam hoc demum tempore Rauennates penè ad excidium sūt, Theodoro vindice, afflicti.* Vt tamen ſcribit Platina, ſæuitiam Imperatoris in Felicem Pontifex non probauit; maximè quòd orbatum priùs luminibus in Pontum relegaſſet: redigere cum

Iuſtinian' ob vindicatã Rauennatu Eccleſiæ contumaciam laudatus.

hominem ad ſanitatem volebat, non tantis malis affici.

Quod ſcribit Anaſtaſius in Conſtantino. *Cautio Felicis à Pontifice in ſacratiſſima confeſſione B. Petri Apoſtoli poſita, poſt multos dies terra, & quaſi igni combuſta reperta eſt.* Quod quidem *haud accidit caſu* (inquit Baronius) *ſed ad ſignificandum veluti certis notis, haud Deo, & Apoſtolo Petro eſſe gratam eam confeſſionem, atque profeſſionem, quæ non prodit ex animo, ſed ex timore.* Mornæus fabulam vocat.

Felicis Cautioni quid diuinitus acciderit.

Et his miraculis (inquit) *ſæculum illud ludificari, ſolenne illis.* Pa. 131.

ATqui non modò Anaſtaſius, ſed & Sigonius, & Rubeus locis citatis idem referūt. Sed de Mornæi iudicio nihil mirandum; nam miracula Chriſti, & ſanctorum Ethnici fabularum loco habent: & virgam Aaronis ex duodecim vnam fronduiſſe, quò illius electio in ſacerdotem, reprobatis cœteris, ſignificaretur, & iſtiuſmodi ſacras hiſtorias miror, qui nō habeat fabulæ loco, dicatque, Moyſem ludificari populum voluiſſe. Sed Felix ille, qui ab Eccleſia Romana defecit (obijcit) ab Hiſtoricis ob inſignem ſanctitatem, miraculis etiam cōſpicuam magnoperè commendatur; in Epitaphio (Baronio refente) *terbeatiſſimus Archiepiſcopus.*

Verum talem ex crudelibus pœnis (inquit) *ſibi à Papa inflictis, euaſiſſe, perſuadere vult nobis.* Pa. 131.

VErùm non à Papa, ſed ab Imperatore, licet ob defectionem à Romana Eccleſia, pœnę illi inflictę. Equidem ita Baronius ad annum 708. art. 2. *Vixquè tandem ſuis preſſuris excoctus, ad meliores conuerſus ſit ſenſus, didiceritquè ſupremæ ſedi Pontificiæ obedire.* Nec Hiſtorici illius ſanctitatem in illud tempus referunt, quo ſchiſmaticus fuit, & ab Eccleſiæ Romanæ communione ſeiunctus; ſed in illud, quo, debito Pōtifici obſequio reddito, legitimaquè fidei, ac ſolemni exhibita profeſsione, patriæ, ac ſedi reſtitutus eſt. Anaſtaſius in Conſtantino: *Eodem tempore Felix Archiepiſcopus Rauennæ ab exilio reductus, pœnitentia motus, licet oculorum lumine priuatus, ad propriam redijt ſedem: Et ſolita, quæ ab vniuerſis in ſcrinio Epiſcoporum fiunt indicula, et fidei expoſitionem & hic confeſſus eſt, ſicquè reconciliationis promeruit abſolutionem.* Idem teſtatur & Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ anno 715. & Hieronymus Rubeus, qui totam hiſtoriam refert lib. 4. ad annum 718. *Tanta Religione, & ſanctitate* (inquit) *poſt exilium floruit, vt multa ſupra naturam prodigia ex ipſo manarint.* Ab exemplo Felicis, quando præ nimia ſuperbia ab Eccleſia Romana defecit, ſuoſquè (Sathanam imitatus, qui

Ad quod tempus ſanctitas Felicis referatur.

Digitized by Google

qui traxit ſecum tertiam partem Stellarum) ad eandem defectionem compulit, validum argumentum putauit ſe ducere Mornæus: at nos ab eiuſdem exemplo ad corroborandam authoritatem Romanæ Eccleſiæ, & illius Antiſtitis argumentamur; quando ſanctiſsimè vixit, ac Pontifici reconciliatus eſt, & ab eodē Catholicæ cōmunionis particeps effectus. Qui Felicis ſuperbiā cum ſuis Symmiſtis imitatur Mornæus, haud dubiè ſaluti ſuæ conſulet, ſi eundem reſipiſcentem, & ſaniora conſilia amplectentem ſibi ob oculos imitandū proponat.

De lite inter Archiep. Mediolan. & Epiſc. Ticinens.

Quod attinet ad Benedictum Archiepiſcopum Mediolanenſem, virum ſanctitate inſignem, & inter ſanctos relatum, qui Romam venit, cauſſam proſecuturus aduerſus Epiſcopum Ticinenſem, cum eum ſibi vendicare conaretur ſub ſua iuriſdictione Epiſcopum ſuffraganeum: non dubium, deciſionem cauſſæ ſpectaſſe ad Romanum Pontificem, illiuſquè fuiſſe eam controuerſiām decernere. *Et victus eſt Benedictus* (ait Anaſtaſius) *eo quòd à priſcis temporibus ſedis Apoſtolicæ eiuſdem Ticinenſis Eccleſiæ Antiſtes ad conſecrationem pertinebat, atque pertinet.* Et in ea controuerſia Actor erat Mediolanenſis Archiepiſcopus: Reus, qui conueniebatur, Ticinenſis Epiſcopus: Quæſtio, An Epiſcopus Ticinenſis ſubeſſet Archiepiſcopo Mediolanenſi, & ab eo conſecrari deberet, an verò immediatè ſedi Apoſtolicæ, quod contendebat Ticinenſis Epiſcopus; illius ergò cauſſa erat, non Pontificis. Pontifex igitur non in propria cauſſa iudex ſedebat, vt nugatur Mornæ': neque id priuilegium erat Romani Pontificis, qui ſubiectos ſibi ex æquo habeat omnes Epiſcopos, ſed Ticinenſis Epiſcopi, quod Archiepiſcopo Mediolanenſi non ſubeſſet, ſed vni Romano Pontifici, de quo ſibi litem moueri ægrè ferebat. Quod verò ſcribit Mornæus, Romam cum viſitandi Pontificis cauſſa Benedictus acceſſiſſet, incommodè accidiſſe, vt litem apud eum ventilaret: immò verò, vt author eſt Sigonius, lib. 3. de Regno Italiæ anno 715. in ea contentione Archiepiſcopi, & Epiſcopi Ticinenſis *ex communi ſententia res eſt Romā reiecta. Ibi, cauſſa vtrinque apud Pontificem agitata, Archiepiſcopus, aduerſantibus omnibus vetuſtatis exēplis, victus abſceſſit.*

Quomodo huius cauſſæ cognitio delata ſit ad Romanum Pont.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum vigeſimumoctauum.

NVgas huius Progreſſus, ac ſequentis Oppoſitionis proſequemur. Progreſſus exordium eſt.

Pa. 132.

Impleri D. Ioannis in apocalypſi prophetiam neceſſè erat, ſecundam beſtiam in primæ locum ſubire. Imperium declinare, apoſtaſiam inoleſcere, inualeſcere, Papatum in Imperij quaſi truncum inſeri; & iam Imperatores tanquam in Orientem relegati, Occidentem vix eminus, & abyſſo quidem magna interiecta, reſpiciebant.

Refellitur Mornæus, pro prima Apocalypſis Beſtia interpretās Imperium, pro ſecūda Papatum.

QVod itaque de prima, & ſecunda Beſtia ſcribit Ioannes in Apocalypſi, mira ingenij ſubtilitate Mornæus de Imperio, & Papatu interpretatur: quæ interpretatio quomodo ſubſiſtat, aut conſentanea ſit verbis D. Ioānis, non video: Siquidem ſcribit D. Ioannes, Draconem dediſſe priori Beſtiæ virtutem ſuā, & poteſtatem magnam Apocal. 13. Draco verò ille non alius eſt, quàm Diabolus, de quo Apocal. 12. *Et proiectus eſt Draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Sathanas qui ſeducit vniuerſum orbem*, Itaque Imperatores ex interpretatione Mornæi poteſtatem habebāt à Dracone, hoc eſt à Diabolo; cum tamen lōgè aliter ſcripturæ ſacræ nos doceant, mundi Imperia, & Regna à Deo conſtituta. Scribit D. Ioannes priori Beſtiæ, hoc eſt Imperio ex interpretatione Mornæi, datum eſſe os loquēs magna, & blaſphemias, & datam eſſe ei poteſtatem facere menſes quadraginta duos, & aperuiſſe os ſuum in blaſphemias, blaſphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in Cœlo habitant. Etſi verò multi Imperatores ſacram Religionem ſint perſecuti, & proruperint in blaſphemias nominis Chriſti; plurimi tamen etiam Chriſtum coluerunt, & Idola propter Chriſtum perſecuti ſunt: & eos, qui Conſtantinopoli imperarunt, hoſtes ſacrarum Imaginum, cum ſecunda Beſtia ſubijt in locum primæ, hoc eſt ex interpretatione Mornæi, Papatus in locum Imperij, vt tum in tantam magnitudinem excreuerit, Mornæus ipſe ab errore vindicare nititur; quomodò igitur prioris Beſtiæ nomine ipſum Imperium intelligemus? Poſtea vidit Ioannes aliam Beſtiam aſcendentem de terra, quæ poteſtatem prioris Beſtiæ omnem faciebat in conſpectu eius. Hæc igitur Beſtia ſecunda ex interpretatione Aduerſarij eſt Papatus ipſe. Atqui de ea ſubiungit D. Ioannes Apocal. cap. 13. *fecit terram, & habitantes in ea adorare Beſtiam primam &c.* Si igitur conſentanea eſt interpretatio Mornæi verbis D. Ioannis, eò ſpectabat poteſtas Papæ prædicta à Ioanne, vt faceret adorare Imperium; quod longè alienum eſt ab his, quæ ſubijcit.

Digitized by Google

bijcit. Neque ſecunda Beſtia in Apocalypſi in primæ locum ſubijt, vt euertat eius poteſtatem, immò multo magis, vt eam foueat, & tueatur: *Fecit terram, & habitantes in ea adorare Beſtiã primam.* Poſt: *Datum eſt illi* (ſecundæ Beſtiæ) *vt daret ſpiritum imagini Beſtiæ* (primæ) *vt faciat, vt quicunque non adorauerint imaginem Beſtiæ, occidantur.* Corruit igitur ipſa interpretatio Mornæi, Beſtiam primam Imperium, ſecundam Beſtiam Papatum interpretantis. Scribit ſecundò quod

Pa. 132.

Epiſcopos Romanos interim Exarchatus ille Rauennenſis malè habebat, cuius iudices, cuius tribunal in ipſa Roma.

An Exarchatus Rauenna malè habuerit Romanos Pont.

ATqui videmus, per centum ſeptuaginta, aut, vt alij, per ducentos fermè annos à Narſete ad id temporis, quo Aiſtulphus Longobardorum Rex Rauennam occupauit, Exarchos Romæ, vbi maxima authoritate pollebant Pontifices, ſemper benignè exceptos, neque in eorum præfecturam, *quæ ſuperbè, atque impotenter* (ait Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ anno 752.) *Italiæ imperauit,* quicquam molitos. Petrum quidem Exarchum Romani nequaquã recipiendum in Vrbem conſtituerunt; verùm id pro inſito pietatis ſtudio, quia hominem ab hæretico, & damnato Imperatore Philippico miſſum. Nec verò ipſi Romani Pontifices Exarchis bellum indixerunt, aut Exarchatum euerterunt; ſed Aiſtulphus Longobardorum Rex, quo acriorem hoſtem Pontifices Romani non habuerunt: & à principio irruptionis Pontifex Roman⁹ Conſtantinũ literis admonuerat, vt periclitanti Exarchatui maturè auxilium ferret, neque eum ſubſidij inopia, Longobardi Regis in manus peruenire, permitteret: id cùm ipſius Imperio pernicioſum, tùm nomini quoque apud poſteros fore turpiſsimum. Ex quibus conſtat, falſum eſſe, quod ſcribit Mornæus, Epiſcopos Romanos Exarchatum illum Rauennẽſem malè habuiſſe: qui adeò moleſtè tulerunt, eum ab Imperatore Conſtantinopolitano, nullo ad defenſionem miſſo ſubſidio, negligi, & à Longobardis euerti.

De Philippico Bardane Imp.

Tertiò Quòd de Philippico Bardane ſcribit: ille poſt interfectum Iuſtinianum, & iugulatum Tiberium eius filium, Imperio occupato, dum ex more profeſsionem Catholicæ fidei deberet ad Romanum Pontificem mittere, miſit hæreticam, execratione dignam, quam ipſe Conſtantinus Pontifex reſpuit, Sic Anaſtaſius Bibliothecarius: *Cuius & ſacram cum praui dogmatis exaratione Conſtantinus ſuſcepit, ſed cum Apoſtolicæ ſedis conſilio. Huius rei cauſa zelo fidei accenſus omnis cœtus Romanæ Vrbis, imaginem, quam Græci, votaream, vocant, ſex continentem ſanctas, ac vniuerſales Synodos in Eccleſia B. Petri erexere.*

Quid is in pictas imagines: quid econtra pro iiſdem Romani.

Siquidem inter alia nefanda idem Philippicus Imperator ſanctos ſex Synodos Oecumenica, pictura effigiatas è pariete abradi præcepit: contra quod Imperatoris facinus Pontifex nitens, quas ille deſtruxit, ipſe eo modo, quo erant ante, reſtituit. Quorſum verò hoc, niſi vt ſacræ Sextæ Synodi nulla ſupereſſet memoria, eoquè faciliùs fractam, & abiectam Monothelitarum hæreſim excitaret? Idem ſacras Imagines è templis aboleri præcepit.

Et hoc quidem ſtatutum (inquit Mornæus) *ab hæreſis licet ſtudio profectũ, ex ſeſe Orthodoxum & Catholicum.* Pa. 132.

NAm perfidus iſte omnem Chriſti, & ſanctorum memoriam, quam nobis ſacræ imagines referunt, ex hominum mentibus excindere velit. Qua ratione verò ab hæreſis ſtudio Catholicu aliquod dogma proficiſci poſſit, non video; maximè ſi illud in odium Catholicæ fidei, & confirmationem hæreticæ prauitatis referatur. Annon verò, quòd oderat Sextam ſacram Synodum, & hæreſim Monothelitarum reuocare cupiebat Philippicus, ideò primùm picturam Sextæ Synodi abradi, vt ſacras omnes imagines è templis aboleri præcepit? Nec quæſtio de imaginibus tum adhuc præcipua erat, vt contendit Mornæus, ſed acceſſoria; Verùm doctrina Sextæ ſacræ Synodi contra hæreſim Monothelitarum, quam coacto nouo Cõcilio impius ille Bardanes abrogare ſtuduit: neque eo prætextu dumtaxat, quòd ſacras Imagines è templis aboleri præcepiſſet, eius ſacram Conſtantinus repudiauit, hæreticum eum proclamauit; ſed quia & hæreticus erat Monothelita, & loco fidei Catholicæ profeſsionem hæreticam Romam miſerat.

Quæſtio eſt Philippico de imaginibus non niſi acceſſoria: quæ præcipua, & ob quam præcipuè proclamatus hæreticus.

Et quod ſcribit Mornæus, Pontificem eũ, quatenus in ſe erat, Imperio ſpoliaſſe: iure quidem id feciſſet; cum non modò ille hæreticus eſſet, ſed & parricidio, & tyrannide Imperium occupaſſet. Neque ex priuata ſententia, ſed ita ſuffragantibus Epiſcopis, quos ad Concilium Pontifex vocarat, decreuit, ne Philippici tanquam hæretici Imperatoris aut literæ, aut nũmi reciperentur, neque imago eius, vt aſſueuerat, in templum referretur, neque nomen in ſacrorum ſolemnibus ederetur. Hoc certè malè habet Mornæum, quòd, vt ſcribit Onuphrius in Conſtantini vita, primus omnium Romanorum Pontificum Imperatori Græco Philippico in os reſiſtere palam auſus fuit Conſtantinus Papa. Imperator enim in Iconomachiæ hæreſim lapſus, ſanctas imagines vbique tollendas eſſe, etiam Romano Pontifici iuſſerat. Vbi gloſſam ſubiungit Mornæus:

Non, quòd Monothelita eſſet, de duabus in Chriſto aut voluntatibus, aut naturis minùs benè ſentiret, ſed in habendis aut non habendis Imaginibus in Templis, diſcreparet. Pa. 133.

VErùm dicimus, vt abyſſus abyſſum inuocat, ita ex vna hæreſi in aliam prolapſum eſſe

Digitized by Google

eſſe impium Philippicum, & ob vtramque nomen illius Pontificem meritò diris deuouiſſe; nimirum quòd & Sextam ſacram Synodum abrogaſſet, & ſacras imagines, poſt tabellam abraſam, in qua depicta erat ſacra Synodus, de templis ſuſtuliſſet, & tàm proiectæ fuiſſet audaciæ, vt ſcelus ſuum Pontificis authoritate comprobari; non dubitaſſet poſtulare. Non minori impudentia hæc ſcribunt Magdeburgenſes de Conſtantino Pontifice: *Contra Philippicum Imperatorem proteruè, & contumelioſè, & ſeditioſè egit, & ſuis ſucceſſoribus ad ſimilia, & maiora ſcelera gradus poſuit. Nam cùm Philippicus picturas, quæ erant in Vrbe Regia, deleuiſſet, & Sextam Vniuerſalem Synodum reprobaſſet. et Cyrum Patriarcham cum Romano Pontifice ſentientem, remouiſſet, & Ioannem Monachum ſubſtituiſſet, & Romano Pontifici libellum de ſua fide miſiſſet, atque imperaſſet, vt ſubſcriberet, bonus ille vir in ſuorum aſſeclarum cœtu non modo improbat ea, quæ erant ab Imperatore facta, & mandata, ſed extra metas ſui muneris progreſſus edicit, Ne quis Imperatoris hæretici nomen publicis ſcriptis, aut priuatis in ære, argento, plumbouè recipiat, nec in Miſſarum ſolemnitate vſurpet, nec ſtatuam eius in Eccleſia collocet*. Annon apertè profitentur ſe fautores hæretici Imperatoris, cui noluiſſent, reſiſtere Pontificem, quem & eo nomine proteruiæ, ac ſeditionis notant, quem non obſcurè ſignificant debuiſſe ad omnia ſubſcribere profeſsioni hæreticæ illius? Interim ex verbis illis Magdeburgenſium colligitur, mentiri Mornæum, cum ſcribit, Pontificem ita decreuiſſe contra impium Philippicum, dumtaxat quòd ab eo de habendis, aut non habendis imaginibus diſcreparet; non verò quòd Monothelita eſſet, & de duabus in Chriſto voluntatibus, aut naturis non benè ſentiret: nam apertè illi ſignificant, profeſsionem fidei, ſeu potius hæreticæ perfidiæ, quam Philippicus miſit Romam, non modo complexam eſſe illius ſententiam de ſacrarum imaginum ex templis abolitione, verùm etiam de Sextæ Synodi abrogatione: Igitur in illum, & quòd Monothelita eſſet, decretum illud ſtatuit. Hanc verò Imperatoris impij perfidiam, & ſtudium in abroganda ſacra Synodo, & reſuſcitanda hæreſi Monothelitarum Mornæus, ſentina omnium hæreſeon, leuiculum prætextum vocat Imperatori exauctorando. Atqui impium illum non exauctorauit, aut deturbauit Imperio Pontifex; ſed vanus, & impius homo, dum abrogata Sexta Synodo longeuæ, ab impoſtore Calliſtratico Monacho hæretico promiſſæ, in Imperio vitæ ſecurum ſe eſſe poſſeſſorem exiſtimauit, ab Imperio miſer continuò ſe excidiſſe cognouit, ipſo Imperio, luceque priuatus; Siquidem Rufus Opſicianorum Præfectus cum valida Tracum manu ex improuiſo in Vrbem per Auream portam irrupit; & Regiam ingreſſus ipſum incautum arripuit, & in Armatorium Praſinorum deductum, nemine animaduertente, cæcauit; idquè pridie Pentecoſtes accidit, ac poſtridiæ in Pentecoſte, populo in Magnum templum coacto, ab Ioanne Patriarcha Artemius Princeps ſecretariorum Imperator eſt conſecratus, atque Anaſtaſius appellatus. Ita Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ annum 714.

Sectarij quã tũ faueant Philippico Imp. hæretico Monothelitæ.

Mornæus ex confeſſione Magdeburgenſiũ conuictus mẽdacij.

Pontifex non exauctorauit Philippicũ.

Philippicus Imperio priuatus, & excæcatus.

Quartò in Gregoriũ ſecundum acriùs inuehitur, cuius Pontificatus initiũ cũ alijs refert in annum 716. Baronius verò in annũ 714. incidiſſe oſtendit, de quo Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ anno 716. *vir eximiè ſacris, & profanis literis eruditus. Vnde propter egregias eius lucubrationes Dialogi eſt cognomen adeptus.* Vbi gloſſa Mornæi.

Gregorij 2. Pontificatus.

Author fortè fabuloſorum illorum dialogorũ, qui Gregorio primo tribuuntur.

Pa. 133.

SEd de tanto Pontifice, & eius ſcriptis hæretici iſtius iudicium flocci pendimus. Interim poſt Cedrenum, & alios memoria lapſus eſt Sigonius. Nam Gregorij Magni hoc eſſe cognomen apud Græcos, ex quo Zacharias Pontifex eius Dialogos in Græcum ſermonem cõuertit, conſtat ex Græcis, Damaſceno in Orat. pro fidelibus defunctis cap. 96. Euthymio, & Eulogio Græcorum, vt à Gregorio Thaumaturgo, Nazianzeno, & Nyſſeno diſtinguatur. Pergit Sigonius: *Is cum ægram, ac varijs diſſidijs laborantem Eccleſiam accepiſſet, maximum ſtudium ad eam ſanandam, atque ad concordiam redigendam adhibuit, & magna eo nomine pericula, ac labores ingentes exhauſit.* Atque cum omnes Scriptores plurimùm commendant, vt qui abſolutiſsimi Põtificis numeros omnes expleuerit. Sed malè Mornæum habet, quòd Leoni Imperatori cõtra ſacrarum Imaginum venerationem furenti, atque inſanienti conſtanter reſtiterit, & antiquam earum venerationem retinendam eſſe ex ſentẽtia Epiſcoporum ſtatuerit, & cum impius ille Imperator edictum propoſuiſſet, vt omnes, qui ſub Imperio Romano eſſent, Sanctorum omnium Martyrum, & Angelorum ſtatuas, atque imagines è templis abraderent, & auferrent, *tollendæ* (vt ipſe dicebat) *Idololatriæ cauſſa*, qui verò ſecùs feciſſet, eum ſe pro publico hoſte habiturum; Gregorius tantæ impietati non modò non obtemperarit, verùm pro officij ſui ratione omnes Catholicos admonuerit, ne in tantum errorem timore, vel Edicto Principis vllo modo induci ſe paterentur. Qua exhortatione adeò animati ſunt Italiæ populi, vt parum abfuerit, quin ſibi alium Imperatorem deligerent. Quominùs vero id fieret, ſua authoritate obſtitit Gregorius; vt non niſi inuiti, & coacti Pontifices ab Orientis Imperatoribus Occidentis Imperium tandem auulſerint. Quod ſcribit Mornæus.

Gregorius primus, nõ ſecundus dictus à Græcis Dialogus.

Gregorius 2. ab omnibus ſcriptoribus commendatus.

Imperatore furente contra ſacras imagines, quid Gregorius.

Leoni non alia hæreſis impingitur, ne ab aduerſarijs quidem.

Pa. 133.

ATqui contrà Cedrenus ſcribit ad annum X. eiuſdem Leonis: *Imperator Leo, non tantùm in errore de Venerandarum Imaginum debita adoratione verſatus eſt, ſed etiam de Deipara, omniumque Sãctorum interceſſionibus impiè ſenſit, Sanctorumquè reliquias more Arabum ſuorum præceptorum abominatus eſt.* Vnde verò in eam inſaniam inductus eſt, niſi à duobus Iudæis? qui cum illi adoleſcenti Imperium prædixiſſent, eumquè iureiurando

Leonis Imperatoris errores.

Hæreſim contra ſacras imagines quomodo, & à quibus acceperit.

rando obſtrinxiſſent, vt ſe Imperio potitus voti compotes redderet, iuraſſetquè ſe facturum; nonum iam annum illum in Imperio agentem adiciunt, prædictionis verò mercedem non aliam flagitarunt, quàm vt Nazareni, eiuſque Genitricis Imagines vbique tollerentur. Qui vt parum firma fide erat, vtique, ſi id poſtulaſſent, Chriſtum, vel etiam ſanctiſsimam Trinitatem abnegaſſet. Certè Ariana hæreſi infectum fuiſſe ſcribit Hieronymus Rubeus lib. 4. hiſt. Rauenn. anno 725. Hiſtorici Leonem Gregorij Pontificis vitæ, & libertati inſidiatum ſcribunt, vtpote, eo ſuperſtite, quod cęperat, perficere non poſſe diffiſum.

Leo Imp. inſidiatus vitæ, & libertati Gregorij: cur.

Pa. 133.

Sed Zonaras (inquit Mornæus) *quamquam Monachus, et Imaginum patronus, nihil tale habet, vt nec Cedrenus.*

Pa. 130.

ATqui non fuit illis propoſitum omnia Leonis impij ſcelera ſigillatim perſequi, neq; propterea cęteris Hiſtoricis haud certè ignobilibus, Anaſtaſio, Platinæ in Gregorio 2. Nauclero Generat. 25. Sigonio lib. 3. de Regno Italiæ anno 713. Hieronymo Rubeo lib. 4. hiſt. Rauennat. deroganda fides. Etſi verò Zonaras, & Cedrenus Græci; laudant tamen Gregorij Pontificis conſtantiam in reſiſtendo Leonis impietati, quòd eum Synodico anathemate obſtrinxerit, ac tributa pendi inhibuerit.

Tanto conatui (inquit Mornæus) *non debuit deeſſe aliquis color.*

PRobat itaque Iudæus iſte, quod Leo impius, Iudæis id poſtulantibus, ex vniuerſo orbe Romano ſacras Chriſti, Deiparæ, & Sanctorum imagines euerti curarit, non verò quod Gregorius Pontifex, & omnes Italiæ populi illius inſaniæ ſe oppoſuerint: Obijcit, Gregoriũ

Pa. 133.

Longobardos in Exarchum Romam venientem concitaſſe, inde ruptum fœdus, quod à Rege Rotari inter Longobardos, & Exarchos continuatum fuerat, velificatione poſteà mutata, auxilio à Venetis impetrato, Longobardis pulſis, Paulum Exarchum reſtituiſſe.

TOta hiſtoria legi poteſt apud Paulum Diaconum lib. 6. Sabellicum Ennead. 8. lib. 7. Sigonium lib. 3. de Regno Italiæ anno 725. Hieronymum Rubeum lib. 4. hiſt. Rauennat. At nec culpa fuit in Pontifice, quòd primum Lõgobardorum auxilium contra Paulum Exarchum, vt ſalutem & libertatem ſuam defenderet, implorauit. Paulus ſiquidem Exarchus ſimul mandato Imperatoris adductus, ſimul Gregorij odio ſimulatus, quòd ab eo tributum Eccleſijs imponere vetaretur, exercitum Rauennatem Spathario tribuit, cumquè Romam cõtendere, & Pontificem in vincula cõijcere iuſſit. Annon igitur iuſtam occaſionem habuit

Pontifex auxilium Longobardorum cõtra Exarchum iuſtè implorauit

Pontifex Longobardos in auxilium aduocandi; illiquè ob tam iuſtam cauſam defendendi Pontificis, rumpendi fœderis cũ Exarchis prius ſanciti? Cum verò poſtea intellexiſſet, Paulum Rauenna pulſum, & Exarchatu deiectum ſe ad Venetos contuliſſe, atque Vrſi Ducis auxilium imploraſſe; priuatas iniurias publicæ cauſſæ poſthabendas ratus, litteris eundem Vrſum hortatus eſt, vt Paulum ope iuuaret. In hac *velificatione* (vt vocat Mornæus) nihil eſt, quo reprœhendatur Gregorius; neque enim euertendi Exarchatus per Longobardos, quãdo eorum auxiliũ implorauit, illi animus fuit: & iuſtum quidem bellum pro defenſione Pontificis illi ſuſceperant; non tamen eo vſquè vt Exarchatum armis ſibi vindicarent. Cùm ergo iuſta eſſet cauſa belli Paulo Exarcho pro recuperando Exarchatu, & Vrbe Rauenna, quæ erat iuris Imperatoris, tùm vi occupata à Longobardis; nihil culpæ in Pontifice, quòd Vrſum Ducem ad opẽ illi præſtandam ſit hortatus. Hac ratione etiam forraſſe ſibi perſuadebat Pontifex fore, vt faciliùs impius Imperator paternis illius monitis acquieſceret, & impiam ſententiam tandem aliquando mutaret.

Idem poſtea iuſſe hortatus eſt Vrſum, vt Exarchum omni ope iuuaret.

Extant duæ Epiſtolæ Gregorij Pontificis ad Leonem Imperatorem de ſacris Imaginibus, quas Græcè, & Latinè ſcriptas, & nunquam antea excuſas publicè edendas curauit Baroni' ad annum Chriſti 726. quibus inter cętera eũ monet, Imperatoris non eſſe quidquam in fide innouare; vbi gloſſat Mornæus: *Eo loco Imagines illi.* Nos certè eo loco habemus ſacras Chriſti Seruatoris, Deiparæ Virginis, & ſanctorum Imagines, vt Iconomachos illos Imperatores, & Iconoclaſtas noſtri temporis, è quorum grege Mornæus, Iudæos magis, quàm Chriſtianos ſe profiteri aſſeramus. Statuæ, vel Imagines Principum ſacroſanctæ erant, tutiſſimum aſylum his, qui ad eas confugiſſent; inde paſsim in iure: *Ad ſtatuam confugere*, nimirum *Cæſaris*: & iniuriam inferre ſtatuis, vel imaginibus Principum crimen erat læſæ Maieſtatis. Sub Tiberio ille à Senatu damnatus, qui ſtatuæ Auguſti caput ademiſſet, vt alterius imponeret.

Pa. 133.

Quo loco apud nos ſint ſacræ imagines.

Imagines Imperatorum quo in honore fuerint.

Quanti eſtimata contumelia honorũ erga imagines.

In Synodo Conſtantinopolitana ſub Mena Patriarcha Oriẽtales Epiſcopi cõquerũt apud Agapetum de contumelia Iſaaci Perſæ, qui auſus erat violare, percutere Imaginem Iuſtiniani Imperatoris, & temeritatem iſtam *homicidialem* appellant, maioremquè alijs omnibus accuſationibus: & atrocis pœnæ, infamiæquè loco eſt eorum, qui damnati ſunt Maieſtatis, detrahi ſtatuas: & Tyrannis ſeu eiectis, ſeu extinctis, nulla aduerſus eos, aut eorum memoriam damnatio maior eſt, quàm quæ in eorum ſtatuas, imagines, inſignia probroſè, ac turpiter perpetrantur. Refert Plutarchus in Timoleonte, liberatis Syracuſis fuiſſe, qui ſtatuas Tyrannorum vocarunt in ius: qui coram populo, ac ſi Tyranni ipſi adeſſent, ſingulas ſuo ordine citarunt, accuſarunt: populum iniſſe ſuffragia, peperciſſe imagini Gelonis, & cęteras

Digitized by Google

ras damnauiſſe, itaquè *ex iudicato publicè venijſſet*: Et *eorum, qui relegati, & deportati ſunt ex cauſa Maieſtatis* (ait Modeſtinus) *ſtatuas detrahi oportet*, multò minùs eas erigere, aut detractas, licet priuatim, retinere: & accuſatus eſt Titius Sextus, quòd haberet domi imaginem L. Saturnini: *Statuerunt* (inquit Cicero) in Oratione pro Rabirio *improbum ciuem eſſe, & non retinendum in Ciuitate, qui hominis hoſtilem in modum ſeditioſi imagine aut mortem eius honeſtaret, aut deſideria imperitorum miſericordia commoueret, aut ſuam ſignificaret imitandæ improbitatis voluntatem.*: & Equitum ille ſententijs, penes quos tùm iudicia erant, in exilium actus eſt. Qui igitur probat Mornæus factum Leonis Imperatoris in euertendis Chriſti Seruatoris, Deiparæ Virginis, & Sanctorum imaginibus, & ſtatuis, & conſtantiam damnat Gregorij Pontificis in illis defendendis; nonne eodem loco habere videtur Chriſtum, & Sanctos, quo antiquitùs illi Tyrannos, & improbos Ciues? Nec alij eò Imperatorem impulerant, quàm perfidi Iudæi, qui de Chriſto ſeruatore noſtro, nō aliud iudicant, quàm quod ſeditioſus, ſeductor, & impoſtor fuerit. Si igitur honor, ignominiaue imagini præſtita refertur ad exemplar, & quod fit ſtatuæ, fieri perſonæ iudicatur, & crimen læſæ Maieſtatis eſt offendere ſtatuam, vel imaginem Principis; quantò, quæſo, atrocius illud crimen, & quidem ſacrilegium, quod in euertendis, & demoliendis Chriſti, & Sanctorum imaginibus perpetratur? Ita in Nicœna 2 Synodo Act. 1. poſt confeſsionem catholicam à minori ad maius Theodoſius argumẽtatur: *Si Imperatorum vexillis ſanctioribus, & imaginibus in Ciuitates & Prouincias miſſis omnis populus occurrit cum cereis, & ſuffimentis odoratis; quantò iuſtius eſt à Chriſti Dei noſtri Eccleſijs, ſeruatoris Dei, & eius Matris intemeratæ, ſanctorumque omnium Patrum, & Piorum imagines erigere?* Act. 2. ex Chryſoſtomo hæc referuntur in Epiſt. Adriani ad Conſtantinum, & Irenem. *Nonne iniuria afficit Regem, qui Regiam veſtem violat? Non noviſti, quòd is, qui iniuria afficit Imperatoriam imaginem in Imperatorem ipſum, velut exemplar imaginis, eiuſque dignitatem iniurius eſt? Neſcis, quod quicunque ex ligno et coloribus imagini conuitia dixit, iſtum non damnari, velati in rem inanimatam, ſed contra Regem ipſum dixerit? iudicatur enim occultè Regi iniuriam intuliſſe.* Act. 5. ex Epiſt. 5. Simeonis Stilitæ ad Iuſtinum Iuniorem. *Cum videamus pias veſtras leges eos, qui imaginem vel ſtatuam Imperatoris ignominiâ afficiunt, extremo, & iuſto mortis ſupplicio plectere, qua tandem pœna puniendi ſunt, qui in imaginem Domini noſtri, eiuſque Matris inſando facinore graſſati ſunt?* Prodit itaque ſuam impietatem Mornæus, qui Edictum impij Imperatoris de euertendis toto Romano Imperio ſacris Imaginibus, rem leuem exiſtimet, & Gregorium Pontificem eo nomine accuſet, quod ei tam conſtanter reſtiterit.

Quo loco videantur eſſe Mornæo Chriſtus, & alij SS.

A profanis imaginibus ad ſacras argumentũ.

Cum Leo in inſania perſiſteret, ob ſacrarum Imaginum venerationem multos in exilium egiſſet, in alios verberibus, in alios vltimo ſupplicio animaduertiſſet, Germanum Orthodoxum Patriarchatu abdicaſſet, ne ſacræ quidem Scholæ pepercisſet, quod erat nobile prope Palatium Auditorium, in quo vetere inſtituto magiſter vnus doctrinæ magnitudine clarus, cum diſcipulis duodecim ingenio, ſtudioque præſtantibus verſabatur (nam hos Leo ſæpius ad ſe vocatos fruſtra cum in ſuam ſententiã perducere tentaſſet, in Auditorio inclusos cum libris, qui magni pretij erant, & ſacra omni ſupellectile comburi iuſsit: quæ res certè ingentem in Græcia, & Italia ſeditionem excitauit) Romæ Gregorius Pontifex Decretum propoſuit, quo eum piorum communione remouit, vt qui non ſolùm non Catholicus, ſed etiam Catholicis infeſtiſsimus eſſet: mox Italiæ populos ſacramenti, quo ſe illi obligauerant, religione exoluit, &, ne ei aut tributum darent, aut aliâ ratione obedirent, indixit. Quo Decreto accepto Romani, Campani, Rauennates, & Pentapolitani à Leone ſubitò defecerunt, ac varijs tumultibus excitatis, ipſos etiam violare Magiſtratus non dubitarunt: Rauennæ Paulus Exarchus occiſus, Romæ Petrus Dux luminibus captus, in Campania Exhilaratus Dux, cum populos aduerſus Pontificem incitaret, à Romanis eò profectis, vna cum filio Adriano eſt obtruncatus. Extant hæc apud Sigon. lib. 3. de Regno Ital. anno 726. Sed Mornæus Iudaiſmi, & Leonis impietatis patronus.

Quæ Gregorius Pont. in Leonem.

Multi Italiæ Populi à Leone defecti, & ipſos etiam violant Magiſtratus.

Quæ Leo in Venerãtes Imagines.

Tot tantiſquè ſceleribus (inquit) obligati, Romani præſertim, Imperatorem Leonem abdicant, ab eius obſequio, & fide deſciſcunt. Pag. 134.

DE abrogando tamen illi Imperio, & alio Imperatore legendo, conſilium non probauit Pontifex, quem ſeditionũ, & tumultuum omnium authorem facit Mornæus: eo certè modo, quo turbatorem Iſrael Eliam Prophetam Domini vocabat Rex Achab: quo Gentiles Religioni Chriſtianæ clades Imperij aſcribebant: quò mala omnia, quæ ex hæreſibus orta ſunt, Catholicæ fidei defenſoribus, & hæreticæ prauitatis perſecutoribus, percitis zelo Dei ſacris Antiſtitibus ab aduerſarijs tribuebantur. Nonne cùm impius ille Imperator denunciaſſet, ſe euerſurum, atque deleturum Imaginem Sancti Petri, ad eum ſcripſit Pontifex in Dialogo, qui apud Baronium extat ad annum 726. poſt nu. 28. *Quod ſi quiſpiam ad euertendam Imaginem miſerit Sancti Petri, vide, proteſtamur tibi, innocentes ſumus à ſanguine, qui effuſuri ſunt. Verùm in ceruices tuas, & in caput tuum iſta recident.* Tot igitur occaſionibus ſeditionem dedit Imperatoris inſania, non Pontificis conſtantia in defendendis ſacris Imaginibus.

Mornæus tumultuũ ac ſeditionum authorem iniquè facit Gregorium.

Multis ſceleribus obligatos Romanos Imperatorem Leonem abdicaſſe, ſcribebat Mornæus. Sed hiſtoricorum, qui res illius temporis ſcripſerunt, longè aliud iudicium. Sigonius

nius in primis lib. 3. de Regno Italiæ anno 727. *Multa egregia* (inquit) *Romani præ inſito genti gloriæ pietatiſque ſtudio, pro libertate Italiæ, ac dignitate Eccleſiæ auſi ſunt: nihil magnificentius, quàm quòd Longobardos Reges, Græcoſquè Imperatores, ſine dominandi libidine, ſine hæreſeos prauitate Vrbi, Pontificibuſquè impotentius dominantes, ſemper pro viribus arcuerunt, fidemq; Catholicam conſtantiſſimè defendentes, libertatem, dignitatemq; Eccleſiæ ſuam eſſe dignitatem, ac libertatem putarunt. Quod igitur iam pridem grauibus flagitijs Leonis impulſi ſpe, ac ſtudio deſtinarant, id hoc maximè tempore vt facerent, præſenti Pontificis, Eccleſiæquè inducti periculo ſunt. Quippe rebus commemoratis exaſperati, certa animi ſententia impium, ſæuumquè Leonis Imperium reſpuerunt, ac ſolemni ſacramento ſe Pontificis vitam, ſtatumque in perpetuum defenſuros, atque eius in omnibus rebus authoritati obtemperaturos iurarunt. Ita Roma, Romanuſquè Ducatus à Græcis ad Romanum Pontificem, propter nefandam eorum hæreſim, impietatemquè peruenit.*

Pag. 134 *Et quænam hæc* (inquit Mornæus) *niſi in Imaginibus tollendis?*

VIolare Imagines, & ſtatuas Imperatorum, ſcelus fuiſſet enorme; ſed Chriſti, & Sanctorum imagines euertere, nulla apud iſtum Iudæum magis, quàm Chriſtianum impietas. Verùm hoc eſt, quod eum torquet, à Græcis Romam, Romanumquè Ducatum ad Pontificem perueniſſe, qui mallet ad Sarracenos: neque ita eum malè habet incrementum Imperij Turcarum Græcorũ excidio, ſicut à Græcis Romanum Ducatum, & Exarchatum Rauennenſem translatum priùs fuiſſe. Eodem iure infenſus eſt Luitprando Longobardorum Regi, quòd cùm ab Eccleſia Romana repetijſſet primò Alpes Cottias, quas Aripertus antea donauerat, poſtea pœnitentia ductus eaſdem rurſus eidem Eccleſiæ confirmauit, vt

Pag. 134 teſtantur Anaſtaſius, Paulus Diaconus, Beda eius temporis Scriptor, & alij recentiores Hiſtorici. *Alieni prodigum* vocat Mornæus.

De Legatione à Gregorio Pont. ad Carolũ Martellum — De ſolemni Legatione à Gregorio Pontifice ad Carolum Martellum decreta, & clauibus venerandi ſepulchri cum vinculis ſancti Petri, & muneribus magnis, & infinitis (quod antea nullis auditum, aut viſum temporibus fuit) per Legationem eidem Principi deſtinatis Aimoinus, lib. 4. de geſtis Francorum capit. 57. & Appendix ad Gregorium Turonenſem capit. 110. Et prudenter quidem egit, tanto Principi Eccleſiæ defenſionem à Longobardorum tyrannide commendans; ſiquidem eos ſæpiùs ſibi infenſos, ac ditioni Eccleſiaſticæ inhiantes expertus fuerat. Hanc Legationem Gregorio tertio eius ſucceſſori tribuunt Sigonius, lib. 3. de Regno Italiæ anno 739. & Baronius ad annum Chriſti 740. & Epiſtolam eius ad Carolum Martellum exſcribunt, & eandem recitant Magdeburgenſes Cent. 8. capit. 10. Sed hactenùs de Gregorio Secundo, qui mirificè ab omnibus Scriptoribus celebratur. Eum Platina ſui exemplo ad virtutem, & ſanctitatem omnes incitaſſe, ſcribit, de quo Sigonius: *Poſtero anno* (731) *III. Idus Februarias Gregorius Pontifex ſupremum vitæ diem expleuit, Indictione, vt ſcribit Anaſtaſius, quartadecima, ingenti gloria relicta doctrinæ, ſanctitatis, & rerum, quas tam proſperè, quàm piè pro dignitate Eccleſiæ adminiſtrauerat.* Et Baronius ad annum 731.

Gregorij 2. laudes. — art. 1. *Gregorius ipſe defunctus receptus eſt inter Sanctos, anniuerſariaquè memoriæ cultu in Eccleſia perſeuerat. Cuius ſi ſcripta extarent, reſquè ab eo geſtæ diligentiùs ſcriptis mandatæ eſſent; Gregorio Magno haud minorem exiſtimares.* Vt eò magis Mornæi, aut Magdeburgenſium impudentiam admirari liceat, qui Cent. 8. cap. 10. contra eius laudatores ita ſcribunt: *Si ſpecillis ex verbo Dei adhibitis notas, quibus Antichriſti Vicarium refert, obſeruaſſent; Diris eum potiùs deuouiſſent, quàm laudaſſent. Commendationes ergò huius, & aliorum Pontificum, quæ paſſim occurrunt in Scriptoribus, æſtimandæ ſunt ex Antichriſti probitate, cuius perſonam geſſerunt. Si qua interdum videntur benè egiſſe; prorſus hypocritica ſunt, & ſimulata, & ad pellem ouilem pertinent, qua iſti lupi fuerunt induti.* Ita os loquentium iniqua, ſic (inquam) ſcribunt profani, atque veſani homines in iudiciũ magni Dei olim præſcripti: *Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.* Si Hiſtorici multa à Gregorio hoc & alijs Pontificibus ſanctiſſimè acta referunt: quo argumento volunt impij homines, nos dicere, ea eos per ſimulationem, & hypocriſim ita geſſiſſe interpretentur; nihil enim id habet Hiſtorici, immò contrarium.

Gregorij & mendatores inquã à Centuriatoribus reprahenſi.

Iam Gregorio ſecundo anno 731. ſucceſſit tertius, vt ſolij, ita & conſilij heres; De imaginibus ergo in Synodo 93. Epiſcoporum ſtatuit, vt ſi quis aduerſus ſacratum imaginum venerationem profanator extiterit, ſit extorris à corpore, & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel à totius Eccleſiæ vnitate. Pag. 136

De Gregorio III. Pont. — NOn mirum certè, ſi tantus Pontifex pro retinendo cultu ſacratarum Imaginum Concilium Epiſcoporum ſtatim indixerit, ſicquè ex eorum ſententia decreuerit. Nam, vt de eo inter cætera ſcribit Anaſtaſius in Gregorio 3. *Fidei Catholicæ, & Apoſtolicæ immaculatè conſeruator, perenniter ſua monita corda fidelium corroborans, Orthodoxæ fidei æmulator, ac defenſor fortiſſimus erat.* Quo ſenſu verò ſcribit Mornæus,

Eum omnem benè ſperandi occaſionem Leoni tertio ſuſtuliſſe?

AN verò officio abſolutiſſimi Pontificis, & veri paſtoris defuit, qui priuſquam impium illum communione piorum rurſus eijceret, nihil prætermiſit, quo hominem ab impietate reuocaret? Verùm tantum abfuit, vt reſipiſceret, vt etiam Nuncios ad eum miſſos in vincula conijceret,

3. Ein-

Digitized by Google

2. Eiuſdem Pontificis fidem velit nobis ſuſpectam reddere, eumque perfidiæ accuſare, quòd Traſimundum Spoleti Ducem defectionem contra Luitprandum Regem molitum, ad ſe fugientem in ſuam fidem receperit, perfugam dedi ſibi poſtulanti Luitprando minimè annuerit, eiquè poſtea ad recuperandum Ducatum auxilia præſtiterit,

Quæ Romanorum Præſulum (inquit) *iam tum fides fuit.* Pag135.

Gregorius 3. meritò Traſimundum recepit in fidem &c.

TOtam hiſtoriam ſcribunt Paulus Diaconus lib. 6. Sabellicus Ennead. 8. lib. 8. Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ anno 738. Certè cũ deceſſorem eius Gregorium 2. Traſimundus promptis nuper aduerſus Exarchum auxilijs protexiſſet, & cum ipſo fœdere ſe ſanctiſsimo ſociaſſet; meritò Pontifex eum non ex priuata dumtaxat, ſed adhibito in conſilium Duce Stephano, ex eius, & militum Romanorum sẽtentia ipſum recepit in fidem: & meritò quidem poſtea non viſum illi è fide, dignitatequè ſua Ducem bene de Eccleſia meritum, eumquè ſocium, ac demum etiam deditium ad ſupplicium tradere: omniaque potiùs aduerſi belli incommoda patienda, quàm tantàm fidei iacturam faciendam, ex communi Romanorum conſilio ratus, haudquaquam ſe dedere velle Ducem, Regi reſpondit. Vbi periculum obſidionis, quod inde Vrbi imminebat, ſidei datæ poſthabendum iudicauit Pontifex, eoquè nomine maximè commendandus, non perfidiæ accuſandus. Quod ſi Ducatum armis repetenti Traſimundo auxilia præſtitit: Siquidem egregiè ille priùs iuuerat ſuum deceſſorem, & iuſtam habebat cauſſam belli pro repetendo Ducatu: neque conſtat, an cliens eſſet ille Regis, iurenè, an iniúria Rex eum ſibi vellet ſubditum, & an Ducatus Spoletanus iuris eſſet Longobardorum: neque poſtremò tantum deliquerat, vt fortunis omnibus ſpoliaretur. Quæ igitur perfidia in Pontifice, de Eccleſia bene merito Principi, ac fœdere ſibi iuncto ad iniurias propulſandas, & ſua recipienda, auxilia ſuppeditare? Denique cum Rex ipſe occupaſſet oppida ſuæ ditionis; certè vel ea de cauſſa ius habebat illi bellum indicendi. Impiorum Magdeburgenſium, Mornæi magiſtrorum, non eſt, quod calumnias in hunc Pontificem referam, quas certè ſine horrore piorum aures minimè exciperent: qui quòd coacto Epiſcoporum Concilio impium Imperatorem damnarit, & excommunicarit; & ab eius fide, & obedientia, cum in impietate perſiſteret, & nullis monitis cederet, totam Italiam abduxerit; ſeditioſiſsimum Antichriſtum, ſanctitatis, & doctrinæ nomine ab omnibus ſcriptoribus commendatum Pontificem, appellant. Sic impij iſti Sathanæ Spiritu afflati *poſuerunt in Cœlum os ſuum*: ita Antichriſtus in præcurſoribus ſuis *aperuit os ſuum in blaſphemias.*

Magdeburgenſiũ calumnia in Gregorium 2.

Gregorio 3. Zacharias ſufficitur: qualis vir.

Mortuo Gregorio 3. *Zacharias ſufficitur* (vt ſcribit Anaſtaſius) *vir mitiſſimus, atque ſuauis, omniquè bonitate ornatus, amator Cleri, & omnis populi Romani, tardus ad iraſcendum, & velox ad miſerandum, nulli malum pro malo reddens, neque vindictam ſecundum meritum tribuens, ſed pius, ac miſericors à tempore ordinationis ſuæ omnibus factus: etiam & his, qui ante ſui fuerant perſecutores, bona pro malis reddidit, eoſquè honoribus promouens ſimul & facultate ditauit.* Quibus calumnijs eum pro more ſuo appetat Mornæus, expendendum; primò, quòd

Oppida à Luitprando occupata ſibi repetenda ratus, prædeceſſorum exemplo, cum perduellibus pactum init. Pag135.

Zacharias nullum cũ perduellibus pactũ init, vt ſua ſibi à Luitprãdo recuperaret.

CVm iuſtam haberet cauſam belli Pontifex Regi indicendi ob oppida ſuæ ditionis iniuſtè occupata poterat vtique; & quorumuis Principum, ac exercituum opem implorare. At nec legimus, eum cum perduellibus pactum aliquod inijſſe, immò quod cùm Spoletanus Dux Traſimundus nollet implere, quæ deceſſori Gregorio, & Romanis promiſerat pro recuperandis quatuor Ciuitatibus, quæ pro eo perierant, & alia, quæ ſpoponderat Capitula, miſerit ille (vt refert Anaſtaſius in Zacharia, & Sigonius lib, 3. de Regno Italiæ anno 742.) Legatos ad Regem Luitprandum, qui reſponſum tulerunt, ſe Pontifici, cum ad ea loca veniſſet, cumulatè ſatisfacturum: & poſtea cum Regem conueniſſet; Pontificis ille conſtantiam ſimul & Sanctitatem miratus, haud ægrè, quæcunquè poſtulauit, indulſit. Nam ei quatuor Oppida, & captiuos reſtituit, & fœdus cum Eccleſia in viginti annos percuſsit. Quin etiam (adeo Pontificio ipſe, atque Apoſtolico nomine eſt affectus, quod perfidis Sectarijs, & in primis Mornæo adeò exoſum eſt) vltrò Sabinenſe patrimonium, triginta ante annos ereptum, reſtituit, atque inſuper Narnienſi, Anconitano, Auximate, Humanetequè patrimonijs, & Valle agri Sutrini, Magna vocata, donauit. Quod ſcribit,

Quæ magnanimitate Luitprãdus, quæ poſcebat Pontifex reddiderit, & alia donarit.

Luitprando magnanimi Principis cognomen, ne hoſtes quidem inuidere. Pag135.

IN eo certè illius magnanimitas reſplenduit, quòd non modò occupata oppida Eccleſiæ reſtituerit, ſed & plura alia donauerit: de quo illud Sigonius: *Fuit Luitprandus vir, ſi nimiam dominandi libidinem remoueas, omni laude, ſed maximè religionis ornatus: ſiquidem multa in Chriſti honorem per ſingula loca, vbi degere ſolebat, templa conſtruxit.* Sed hoc nomine eum Mornæus minimè commendabit; Verùm eo, quòd Romam obſederit, oppida, quæ ditionis erant Pontificiæ, armis occuparit: non enim alia iſti Religio, quàm Pontificis, & Eccleſiæ Romanæ hoſtem ſe profiteri.

Luitprandi laudes.

Secundò eundem Zachariam Aduerſarius calumniatur, quòd,

Eadem fide cum Rachi Luitprandi ſucceſſore agit, dum eius modò patientiam pertentat, modò clementiam Pag136.

Digitized by Google

experitur, & perpetuò pietatem ludificatur.

Mornæus imponit Zachariæ.

VIdenda, quæ ſcribunt Anaſtaſius in Zacharia, Paulus Diaconus lib. 6. Sabellicus Ennead. 8. lib. 8. Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ anno 749. Hæc impoſtura eſt Mornæi, Pontificem aut Rachi fidem violaſſe, aut pietatem eius ludificatum eſſe: immò Rachis, pace ex improuiſo violata, quam in viginti annos cum Pontifice Luitprandus deceſſor pactus fuerat, Rauennatem agrum hoſtiliter populatur, Peruſium obſidione fatigat. Sed Regis ludificatum eſſe pietatem, hoc ſenſu intelligit, quòd ferociſsimum dextrè, tempeſtiuequè verſando adeò flexerit, vt non ſolum grauiſsima oratione permotum cum ſibi conciliarit, ſed & ad Religionis cultum traxerit, ſiquidem ille, ſoluta obſidione Peruſina, vt animum quoque humanis curis liberaret, & impenſiùs pietatem coleret, Regno ſe abdicauit, & Clericus factus ipſe cum Vxore, & Filia Monaſticæ ſe vitæ deuouit, Pontifice, cœteriſquè non tàm hominem laudibus in Cœlum ferentibus, quàm facti magnitudine ſtupeſcentibus. Itaque habitu monaſtico manu Pontificis ſumpto Caſsinum conceſsit: Vxor, Filiaquè eodem Religionis amore flagrantes, Monaſterium Virginum non procul à Caſsino propria pecunia ædificarunt, ibiquè vitam, monaſtico ornatu ſumpto, ſanctiſsimè traduxerunt. Si quis propoſitis præmijs bonorum, aut horrendis, ac perpetuis poſt mortem cruciatibus aliquem à peccatis abducat, & ad bona opera inducat, ad contemptum rerum mundanarum, vt cœleſtium vacet cõtemplationi, incitet; hoc erit iudicio Mornæi, quia animalis homo eſt, & non ſapit, quæ Dei ſunt, pietatem ludificari. *Fuit certè Rachis vir memorabilis* (ait Sigonius) *ſed Regno depoſito, quàm adminiſtrato, hominum memoriæ commendatior.*

Rachis Rex eius Vxor, & Filia ſe vitæ Monaſticæ deuouent.

Pipinus pro obtinendo Regio nomine conſulit Zachariam Pont.

Malè habet Mornæum, quòd Pipinus Maioris Palatij dignitate haud contentus nomẽ Regium affectarit, eaquè de cauſa Zachariam per Legatos conſuluerit,

Vter ei regio faſtigio dignior videretur; is ne qui otio languens nihil ad communem vtilitatem conferret, an qui dies noctesque de Regni ſalute cuſtodiaquè cogitaret. Nempe in illo Chilpericũ herũ, in hoc ſeipſum expreſſum volebat, in id intentus, vt Religionis commendatione authoritatem nactus, Dominum de ſolio, quæſito quoquo colore deturbaret. Pa. 136.

HIſtoriam referunt Aimoinus lib. 4. de geſtis Francorum cap. 61. Auentinus lib. 3. Annal. Boiorum, Sabellicus Ennead. 8. lib. 8. Guaguinus, Paulus Aemilius, Papyrius Maſſonus in Pipino, Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ anno 350. Ex quibus conſtat, nonniſi ex Procerum totius Regni conſilio, & electione Pipinum Regiam dignitatem adeptum, quemadmodum ſcribit Ado Viennenſis in Chronico ad annum 727. *Cum reſpondiſſet Zacharias Pontifex, eum potius Regem debere vocari, qui Rempublicam regeret, reuerſis Legatis, abiectoquè Childerico, qui tunc Regium nomen habebat, Franci per conſilium Legatorum, & Zachariæ Pontificis electum Pipinum Regem ſibi conſtituunt: Childericus tonſuratus, & in Monaſterium miſſus eſt.* Scribit Auentinus, reuerſis Legatis, indictum eſſe Concilium Auguſtæ Sueſsionum, ibiquè *communi omnium ſuffragio Hilderico Regium nomen abrogatum, Pipinum Regem ſalutatum: quem deductum in templum D. Boniſacius Pontifex Moguntinus ritu ſolemni, & more Chriſtiano inungit.* Certè cum Franci Regi deuincti Sacramenti religione tenerentur, opus eſſe Pontificis authoritate, qui eos ſoluere‸, iudicarunt. Et quidem, vt ſcribit Paulus Aemilius in Pipino, initio ipſo: *Pontifex initio minimè audebat tam magni momenti cogitationem ſuſcipere, deinde cũ Francos Proceres mira conſenſione animorum Pipino adeſſe, cupereque, compertum, exploratumquè habuiſſet, vnumquè Childericum Regem reliquam eſſe magni Clodouei ſobolem, ſine liberis, ſine ingenio, cuiquè ingenuo dolori amiſſum Regnum ipſi futurum non eſſet, nec vſquam eſſe, qui eius vicem quærerentur, Francos ſacramento Regi Childerico dicto ſoluit.* Extat hic Canon apud Gratianum. 15. q. 6. cap. *Alius item* Et apud Iuonem p. 5. c. 378. Vbi Sigonius anno 753. ſcribit, Zachariam Pontificem Decretum pro magnitudine poteſtatis interpoſuiſſe, quo Regnum Chilperico, vt parum idoneo, abrogauit, & Francis ſacramenti Religione ſolutis, vt Pipinum Regem eligerent, authorem fuiſſe. Gloſſat Mornæus.

Pipinus id aſſequitur ex Procerũ totius Regni conſilio, & electione.

Quo Conſilio Pontifex Frãcos ſoluerit ſacramento præſtito Childerico.

At cuiuſmodi? Niſi illa ſanè quæ ab Apoſtolo nobis prædicta, Filij perditionis, qui ſedet in templo Dei, ſupra Deum ſeſe extollit, ac ſupra id, quod vocatur numẽ, ſeſe oſtentat ipſũ, ac ſi ſit Deus. Pag. 136.

Mornæi iudicium de Rom. Pont. longè diſcrepat à iudicio antiquorum Gallorum.

HOc certè iudicium eſt Præconum noui Euangelij, Alumnorũ (inquam) purioris, & reformatæ Mornæi Eccleſiæ, nõ verò antiquorum Gallorum maiorum noſtrorum, quos omnes non citra maximam iniuriam rudes fuiſſe, quis dicet, qui ad inaugurandum Pipinum in Regem prius ſibi conſulendum Pontificem, eiuſquè authoritate, quò ſacramento Childerico dicto ſoluerentur, opus ſibi fuiſſe iudicarunt. Et eam quidem electionem nemo dicet non vtiliſsimam Regno fuiſſe, & ex ſecunda illa familia Reges legitimè Regno Francorum potitos fuiſſe. Si Pontifex extollebatur ſupra omne, quod dicitur Deus, qa, vt ex ſcriptura argumentatur Mornæus, ſolus Deus eſt, qui accingit Reges Baltheo, & ſoluit, qui Regna aut in poſteris perpetuat, aut de gente in gentẽ transfert; vtique & Franci ipſi, qui, abdicato Childerico, Regem ſibi Pipinum cõſtituerunt,

ex-

Digitized by Google

Quo pacto Deus accingat Reges Baltheo.

extollebantur ſupra omne, quod dicitur Deus. An verò ita Deus Reges accingit Baltheo, vt non etiam à populis eligantur, & conſtituantur? Quod ſcribit Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ anno 752. *Zacharias Pontifex vitæ finem impoſuit, rebus pro Eccleſiæ ſalute, & Apoſtolicæ ſedis authoritate non tàm piè, quàm proſperè geſtis*, ita interpretatur Mornæus, *ſolerter magis, quàm probè*. At ego ita interpretor, *non ita piè, vt non etiam proſperè*. Et confirmatur hæc interpretatio ex verbis ſequentibus Sigonij, quæ dolo malo ſuppreſsit Mornæus: *Inter primores Pontifices meritò numerandus*. Quod certè minimè ſubiunxiſſet, niſi eum cunctá piè pro Eccleſiæ ſalute, & Apoſtolicæ ſedis authoritate geſsiſſe ſenſiſſet. Et quidem eum fuiſſe verè ſanctum Pontificem, & tanto ſolio digniſsimum, omnes teſtantur.

Sigonius vindicatur ab interpretatione Mornai.

Non eſt, quod totam hiſtoriam repetamus, quam hic refert Mornæus de Pipino Rege à Stephano Papa ſecundo, aut, vt alij numerant, tertio Zachariæ ſucceſſore in auxilium contra Aiſtulphum Longobardorum Regem vocato. Legi poteſt Anaſtaſius in Pontificali, Aimoinus lib. 4. de geſtis Francorũ cap. 62. & 63. Auentinus lib. 3. Annalium Boiorum, Guaguinus, Paulus Aemilius, Papyrius Maſſonus, hiſt. Francorum Scriptores, Vetus Chronicon à Pithæo in lucem editum. De hoc Pontifice ita Anaſtaſius in Stephano: *Erat idem Beatiſſimus Papa amator Eccleſiarum Dei, traditionem etiam Eccleſiaſticã firma ſtabilitate conſeruans, pauperum Chriſti velox ſubuentor, verbi Dei in magna conſtantia prædicator, viduas, & pupillos multò meliùs viſitans, fortiſſimus etiam ouilis ſui cum Dei virtute defenſor*. At verò periurum, ac fœdiſsimum fuiſſe Aiſtulphum, omnes teſtantur: de quo idem Anaſtaſius: *Multas Sanctiſſimo viro, vel cuncto populo Romano ingerens contumelias: varias illi minas dirigens*; Poſt: *permanens in ſua pernicie præfatus atrociſſimus Longobardorum Rex exarſit furore vehementi, & fremens vt leo peſtiferas minas Romanis dirigere non deſinebat, aſſerens omnes vno gladio iugulari, niſi ſuæ ſe ſubderent ditioni*. Pontifex ad eum ſpectatę vitæ, ſanctitatiſquè Nuncios miſit, ac munera, quæ ei ſuo nomine redderent, ampliſsima dedit. Verùm, Aiſtulpho nuncios, & munera impotenter, ac ſuperbè reijciente, prorſus irrita ea Legatio fuit: ille cum exercitu in Romanam Ditionem irrumpit, ac caſtra capere, ferro, igneque agros, villaſquè vaſtare, & incolas in ſeruitutem abſtrahere cœpit: ac demum exercitu Vrbi ipſi admoto, Pontifici, ac Romanis excidium, niſi ſe ſuæ poteſtati permitterent, intentauit. Quid quæſo conſilij in tantis rerum difficultatibus, ac periculis caperet Pontifex? Cum fruſtra implorasſet auxilium Imperatoris tùm Conſtantini Copronymi nefarij hæretici, ac Orthodoxorum perſecutoris; ad Pipinum ipſum Francorum Regem, quem ſciebat erga ſedem Apoſtolicam benè affectum, confugere inſtituit. Ille, Pontifice audito, reſpondit, ſe daturum operam, vt & Pontifex, & Italia tota intelligat, ſibi neque erga Eccleſiam fidem deeſſe; neque in Italia defendendã virtutem. Quid hic habet Mornæus, quod vel in Pontifice, vel in Rege criminetur? Annon Pontifex iniuſtè vexatus ab Aiſtulpho Rege periuro, iuſtam habuit cauſſam auxilium Pipini Chriſtianiſsimi Regis aduerſum eum implorandi? Annon hæc potiſsima laus eſt Regum Franciæ, quòd in ſummis rerum difficultatibus Pontificibus adfuerunt, eiſquè contra hoſtes Eccleſiæ opem tulerunt? Nec dubium, eos inde Chriſtianiſsimorum Regum nomen, ac titulum obtinuiſſe. Pipinus contra Aiſtulphum bis in Italiam traiecit: toties ille ad ingenium reuerſus fidem fefellit: atque cùm tertiò de fœdere frangendo, & bello inſtaurando conſultaret, inter venandum equo effuſus, aut, vt alij narrant, ab apro fortè percuſſus, vel, etiã vt nonnulli, apoplexia interijt, *fide violata* (inquit Sigonius lib. 3. anno 756.) *quàm bello vel prudenter ſuſcepto, vel ſtrenuè geſto, memorabilior*.

Stephani Zachariæ ſucceſſoris virtutes.

Aiſtulphus periurus, ac fœdiſſimus.

Stephanus Nuncios, & munera mittit ad Aiſtulphũ.

At is cum exercitu in Ditionem Romanam irrumpit &c.

Pontifex ſubſidium petit à Pipino.

Pipinus pollicetur.

Potiſſima Francorũ Regũ laus, & Chriſtianiſſimorum nomẽ ab Eccleſia Rom. defenſione ortũ.

Aiſtulphi obitus.

Quod Pipinus à Stephano Pontifice enixè poſtularit, vt filios ſuos Carolum, & Carlomannum Reges Francorum Zachariæ inſtituto perungeret, ſe tum demum iuſtè regnare exiſtimaturos, cum ritè appellati à Pontifice Romano, conſecratique Reges eſſent: non immeritò quidem; ſed & Reges olim in populo Dei à Pontificibus, vel certè Prophetis inũgebantur, & ſacra erat illa vnctio, ac diuinitùs inſtituta. Multò igitur magis intellexit Pipinus, decere Chriſtianos Reges à Sacerdotibus conſecrari, & maximè fore religioſam, ac ſanctam inunctionem, & feliciùs regnaturos, ſi ab ipſomet Chriſti Vicario in Reges conſecrarentur.

Pontifex à Pipino contendit, ſi Exarchatũ & Pentapolim recipiat, ne reddat Imperatori: annuit Pipinus, eaq; ipſi Romano Pót. pollicetur ad remiſſionẽ peccatorũ ſuorum.

Pontifex non ſolùm bellum pro recuperando Exarchatu, Pentapoliquè ſuaſit, ſed etiam, ne ea redderentur Imperatori, contendit: quippe Conſtantinum propter deſertam Italię tutelam, & inimicitias cum Eccleſia apertè ſuſceptas, indignum eſſe, qui rerum in Italia potiretur. Pipinus verò ſi eum Deus Longobardicæ compotem victoriæ fecerit, pollicetur, ſe pro remiſsione peccatorum ſuorum impetranda, Exarchatum, & Pentapolim Beato Petro, & ſucceſſoribus eius traditurum in perpetuum poſsidenda: Atque ita præſentem Scribam referre in tabulas iuſsit, eaſquè & ſuo, & Caroli, & Carlomanni filiorum præſentium ſacramento muniuit. Itaque cum Georgius Legatus Imperatoris Pipinum impenſè oraret, vt Exarchatum, & Pentapolim, ſi, quemadmodum ſperabat, recepiſſet, non Pontifici, ſed Imperatori concederet; Pipinus ſumma pietate reſpondit, ſe nullis præmijs humanis inductum, ſed diuinæ promerendæ gratiæ inflammatum Eccleſiam Romanam in fidem recepiſſe; quòd id ad animæ ſuæ ſalutem, & peccatorum ſuorum remiſsionem valiturum iam pridem ſibi perſuaſiſſet: Exarchatum, & Pentapolim ſi recepiſſet, Santo Petro ſe, & ſucceſſoribus eius traditurum fuiſſe: Quare nulla adduci ratione poſſe, vt fidem fallat, officioue decedat. Sed Mornæus.

Digitized by Google

Pa. 137. *Hac ſanè donatione* (inquit) *non plus iuris Stephano tribuit Pipinus, quàm olim Pipino Zacharias.*

Pipinus Exarchatum Rauẽnatem iure donare potuit Romanæ Eccleſ.

AN verò poſtquam armis Francorum recuperatus erat Exarchatus, & Pentapolis ab Aiſtulpho, qui ditionem illam vi armorum occuparat, iuris erat Imperatoris; vt eam illi Frãcus reſtituere teneretur? Certè illam ditionem non iure aliquo diuino, naturali, aut poſitiuo, neque deditione ſubditorum ſibi vindicabat Imperator; ſed vi armorum euerſo Regno Gothorum, qui tum iuſti erant domini, Iuſtinianus eam ditionem occuparat. Eodem igitur iure illam Franci ab inuaſore Aiſtulpho iniuſtis armis Pontificem, & Romanos infeſtante, periuro, ac fœdifrago recuperatam ſibi vindicare, aut in Eccleſiam Romanam conferre potuerunt; neque eam ſuis armis Imperatori Conſtantinopolitano recuperare vllo iure tenebantur: atque eo plurimùm ab omnibus cõmendantur Pipinus, Carolus Magnus, & Ludouicus Pius Francorum Reges, quòd in Eccleſiam tàm munifici fuerint, eamquè ampliſſimis ditionibus locupletarint. An verò nefario hæretico Imperatori tùm Conſtantino Copronymo Rex Chriſtianiſſimus recuperatam ſuis armis ditionem reſtitueret? *In manu Dei* (ait ſcriptura Eccleſiaſtici capit. 10.) *poteſtas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium: & vtilem rectorem ſuſcitabit in tempore ſuper illam: & Regnum à gente in gẽtem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos.* Quid igitur mirum, ſi ab impijs Imperatoribus, ad impietatem volentibus cogere ſubditos, in Pontifices Regis Chriſtianiſſimi munificentia translatum illud Dominium? Nonne Machabæi ex tribu Sacerdotali poſtquam armis patriam ab Antiocho, & alijs Tyrannis defenderunt, etiam Duces, ac tandem Reges creati ſunt? Vbi igitur Pontifices ab impijs Edictis Imperatorũ ſacram Religionem in Italia tutati ſunt, armis ſociorum de Longobardis hoſtibus triumpharunt; nonniſi iuſto titulo ditiones ſibi delatas poſſident. Et inter iuſtos, ac legitimos Francorum Reges Pipinus recenſetur, qui ab eis, ſacramento Regi Childerico dicto à Pontifice iuſtis de cauſſis ſolutis, Rex ſit electus, & ſalutatus; vt apertum ſit mendacium, quod ſcribit Mornæus, neque Pontificem in Exarchatum Rauennæ, neque Pipinum in Regnum Francorum ius aliquod habuiſſe. Mentiuntur etiam Magdeburgenſes, cùm ſcribunt, Regna Mundi per nefas Romanæ ſedi acquiri licere, Stephanum indicaſſe: neque id patet ex dictis eius, neque per nefas in Italiam Franci traiecerunt, aut Longobardis hoſtibus ſedis Apoſtolicæ bellum intulerunt, aut Exarchatum, & Pentapolim, vt ex ſupradictis conſtat, Pontifici conceſſerunt. Extant Epiſtolæ Stephani Papæ 3. ad Pipinum, quibus eius opem implorat contra hoſtes Longobardos; ſed vna præ cœteris, qua inducit ipſum D. Petrum ad eum ſcribentem, Exſcribitur à Baronio ad annum Chriſti 755. quin & à Magdeburgenſibus Cent. 8. cap. 10. Gloſſa Mornæi.

Romana Eccleſia iuſtè ea poſſidet.

Magdeburgenſium mendaciũ.

Et ſic pijs iſtis fraudibus, ita enim appellabãt, miſeras animas agebãt, ferebãt, Pa. 138.

Pipinus, & Franci aliter tùm iudicarunt, quàm modò Mornæ.

VErùm neque Pipinus, neque Franci ipſi pijs fraudibus à Pontifice ſe agi, ferri, iudicarunt. Nam Pipinus Rex ſtatim, acceptis literis, Romano Pontifici preſtò adeſſe conſtituit, &, comparato exercitu, expeditionem in Italiam aduerſus Regem Longobardorum fœdifragum parauit. Annon verò ſedem Petri Eccleſiam Romanam, & illius Antiſtitem Petri ſucceſſorem bello infeſtabat periurus Aiſtulphus, & quæ ſucceſſori inferebatur, in Petrum ipſum redundabat iniuria? Quæ igitur pia fraus, Petrum ipſum inducere ſcribentem, & Regem Chriſtianiſſimum obteſtantem, vt ſibi, Eccleſiæ à ſe proprio ſanguine fundatæ, & conſecratæ, ac ſuo ſucceſſori contra hoſtes infeſtiſſimos opem ferat? Immò id non tantùm Petro, ſed & Chriſto erat pium Regem inſeruire. Conſequitur mors Aiſtulphi, qui, vt ex Sigonio iam citauimus, *fide violata, quàm bello vel prudenter ſuſcepto, vel ſtrenuè geſto memorabilior.*

Stephani ſucceſſor Paulus primus.

Stephano ſecundo vel, vt alij, tertio ſuccedit in Pontificatu Paulus primus eius frater, cuius egregios mores, & vitæ Sanctitatem abũdè referunt Anaſtaſius, & alij: in quem, mirum, nihil habuiſſe momum noſtrum, quod repræhenderet.

Conſtantinus inuaſor ſedis Apoſtolicæ meritò abdicatus: quem tamen non legitur Põtifex alapis cæcidiſſe.

Quoad Conſtantinum laicum, obitu Pauli, ſedis Apoſtolicæ inuaſorem, & contra ſacros Canones ſimul Clericum, Subdiaconum, & Diaconum ordinatum; meritò ille poſtea à Synodo, præſidente Stephano tertio, vel quarto, Pauli legitimo ſucceſſore, abdicatus. Neq; verò legitur eum Stephanus Pontifex alapis cęcidiſſe; ſed quod cùm eum interrogarent Patres in Synodo congregati, cur prꝗſumpſiſſet laicus exiſtens Apoſtolicam ſedem inuadere, & talem iniquę nouitatis errorem in Eccleſia Dei perpetrare; reſpondit ſe nihil noui feciſſe, quia & Sergius Archiepiſcopus Rauennatum laicus exiſtens Archiepiſcopus factus eſt, & Stephanus Neapolitanæ Ciuitatis & ipſe laicus repentè Epiſcopus conſecratus eſt: quo reſponſo offenſi, *& illicò irati zelo Eccleſiaſticæ traditionis* (vt ſcribit Anaſtaſius in Stephano 4.) *vniuerſi Sacerdotes alapis eius ceruicem cædere facientes, eum extra eandem Eccleſiam eiecerunt.* Quibus ſubiungit Baronius ad annum 769. art. 3. *Ita planè tanta inſolens fuit adhibenda ſeueritas, ne ad tantum patrandum ſcelus quis audax rursùs auderet irrumpere, ſicquè nullus penitùs pateret aditus audaciſſimæ temeritati.* Meritò Acta illius combuſta, conſecrationes, & ordinationes à Synodo reſciſſę; vt qui ab eo ordinati erant in priſtinum gradum reuerterentur. Falsũ verò eſt, quod ſcribit Morneus, in medio Presbyterij S. Saluatoris Lateranẽſis Conſtantinũ viuũ eſſe cõbuſtũ: vt ibi obſeruat Baronius, id perperàm ex vitioſo textu apud

Mornæi error de loco ſupplicij Conſtantini.

Digitized by Google

apud Marianum Scotum legitur, & ex Anaſtaſij textu error ipſe conuincitur.

Pag. 137

Quo fine Stephanus Pont. eruditiſſimum quemq; Epiſcopum ex Gallia mitti ad ſe curauerit.

Quod ſcribit, Stephanum Legatos ad Regem Pipinum miſiſſe, oratum, vt ad ſe eruditiſſimum quemque è Francia Epiſcopum mitteret, ex quorum authoritate Eccleſiam conſtitueret; non verò fuiſſe animum Pontifici abuſus, aut mores reformare; ſed id vnum ſpectaſſe, vt electionem Conſtantini irritam faceret: Graue certè erat illud ſcandalum ex intruſione Conſtantini profani in Sedem Apoſtolicã, & cui primùm occurrendum erat, deinde de reformandis abuſibus, & moribus agendum. Cum duodecim Epiſcopi à fratribus Carolo, & Carlomanno, Pipino patre vita functo, delecti ad Concilium ſe contuliſſent; ab illis, & cæteris Patribus meritò deiectus Conſtantinus, & ius Sedis Stephano adiudicatum: an ideo valet illatio Mornæi, ſi eò ſpectabat Stephanus; vt non etiam reformandorum abuſuum animum haberet? ſiquidem *ille fuit* (vt ſcribit, ibidem Anaſtaſius) *vir ſtrenuus, & diuinis ſcripturis eruditus, atque Eccleſiaſticis traditionibus imbutus, & in earum obſeruationibus conſtantiſſimus perſeuerator.*

Pag. 139

Cur Stephanus Põt. Carolo interdixerit matrimoniũ cum Berta.

Poſtremò adfert Mornæus, Stephanum Pontificem, vbi reſciuiſſet Carolum de matrimonio cum Berta Deſiderij Regis filia cogitare, ſub anathematis pœna interdixiſſe; atque inde triumphare ſibi videtur aduerſarius: Equidem id matrimonium ea ratione prohibebat Pontifex, quòd à Patre alijs nuptijs vterque & Carolus, & Carlomannus fuerant obligati, vt conſtat ex Epiſtola illa (refert eam Baronius ad annum 770. art. 11.) in qua hæc habentur; *Etenim mitiſſimi, & à Deo inſtituti benigniſſimi Reges iam Dei voluntate, & conſilio coniugio legitimo ex præceptione genitoris veſtri copulati eſtis &c.* Illis igitur diſſuadebat coniugium cum Longobardis, quòd alijs fuiſſent ante coniugibus copulati. Aimoinus lib. 4. de geſtis Francorum cap. 69. ſcribit Carolum Regem repudiaſſe filiam Deſiderij Regis Longobardorum anno poſt quàm eam matris hortatu duxerat vxorem, & Hildegardẽ de gente Sueuorum præcipuæ nobilitatis fœminam in matrimonium accepiſſe.

Berta à Carolo repudiata: quã ob cauſsã.

Et Egthnarus ſcribit, incertum eſſe, qua de cauſſa repudiauerit: fortaſſe quia impedimentum aliquod ſuberat, quominus illud legitimè contraheret; ita vt etſi de facto, non tamen iure contractum eſſet: & fortaſſe voluerat ſatiſfacere matri Bertradæ, quæ eum ad illud matrimonium impulerat, in quod tamẽ nũquam conſenſerat; vt proindè, nullo exiſtente matrimonio, quod conſenſum neceſſario requirit, ius illi eſſet aliam ſibi vxorem copulandi. De hoc ita Baronius ad annum Chriſti 771. art. 2. *Quid interceſſerit impedimenti nemo Scriptorum veterum refert. Qua in re præter iuſſionem Romani Pontificis, qua ſub diro anathemate iuſſerat, ne cum ea matrimonio iungeretur, aliqua etiam alia potuit iuſta cauſſa ex parte mulieris antea incognita interceſſiſſe, ex qua eiuſmodi contractum diſſolui legitimè potuit matrimonium, & alia duci (vt fecit) mulier in vxorem. Sic licet de Rege Chriſtianiſſimo opinari.* Etſi verò iuſtis de cauſsis, ne contraheretur, prohibuerat Sũmus Pontifex; ſi tamen contractum erat legitimè, & nullo exiſtente impedimento, illius diſſoluendi minimè fuit author: Et grauiſsimè peccauit Carolus, nec cum ſecunda ducta iuſtæ fuerunt nuptiæ. Ita reſpondemus, quia nihil de hoc certi ex Scriptoribus habemus. Etſi verò iuſtis de cauſsis Pontifex ab initio Carolo prohibuerat, ne id matrimonium contraheret, maximè quòd alijs nuptijs iam fuiſſet à Patre obligatus, & fortaſſe ne ea affinitas Eccleſię noceret; ſiquidem Longobardorum Reges vt plurimum fuerant Pontificibus iniqui: quẽadmodum quondam Romani ſocio Maſsiniſſæ interdixerant, ne cum Sophonisba Carthaginenſi matrimonium contraheret; ne quemadmodùm priùs Siphacem, ſic illum à Romanis alienum faceret; Nunquã tamen hæc Theologia (quicquid lepidè iocetur Mornæus) ab ore Pontificum prodijt, Matrimonia legitimè contracta, & potiſsimùm conſumata diſſolui poſſe, vt quis tranſeat ad ſecundas nuptias. Legantur Canones ſacrorum Conciliorũ, & Pontificum Decreta; id nunquam ab eis vel ſancitum, vel etiam conceſſum intelliget.

Qualis ſit Pontificum theologia de legitimo matrim.

Iam attingit annum 772. quo Adrianus primus Stephano ſuccedit, quo Pontifice, accerſito in Italiam Carolo Magno, captus fuit Deſiderius, & euerſum Regnum Longobardorũ. Nõ eſt, quod totam hiſtoriam repetamus excisi a Carolo Magno illius Regni anno, poſtquam Italiã Longobardi occupauerant, 206. Chriſti 774. Legi poteſt Aimoinus lib. 4. de geſtis Francorum capit. 69. & 70. & alij hiſtoriæ Francorum, & vitæ Caroli Magni Scriptores, Anaſtaſius, & alij in Adriano, Sabellicus Aennead. 8. lib. 4. Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ anno 773. Annales incerti Authoris in lucem editi à Pithæo: DCCXXIII. *Carolus ab Adriano Pontifice pro defenſione rerum Sancti Petri inuitatus cum exercitu ad Italiam pergebat, cui Deſiderius obſiſtere nitens Clusis Alpium obſerratis occurrit: Franci Clusis potiti Deſiderium fugientem & Papię incluſum obſident poſt DCCXXIV. Longobardi obſidione pertæſi pariter cum Rege Deſiderio egrediuntur ad Regem. Ille verò altera die cum hymnis, & laudibus Dei Vrbem ingrediens theſauros Regum repertos, exercitui diſtribuit, & cunctum Italię Regnum adeptus in Franciam regreditur, ducẽs ſecum Deſiderium cum coniuge eius; Adalgiſus filius eius Conſtantinopolim fugit.*

Adrianus primus Stephani ſucceſſor.

Longobardorum Regnũ à Carolo Magno exciſum, et euerſum.

Iuſtum verò fuit bellum Caroli in Longobardos; & Pontifex habuit iuſtiſsimam cauſſam bellum Deſiderio indicendi, & auxilia externa cõtra eum aduocandi: qui cum in Regem Longobardorum, Regno ad eum iure hæreditario minimè ſpectante, authoritate Stephani 3. Romani Pontificis inſtitutus fuiſſet, Pontifici ſe ſubmiſſurum iuramento affirmaſſet, diris execrationibus, ſi quando fide exceſsiſſet, obſtrictus; poſtea tamen libidine Imperij propè hæreditaria ſtimulatus, occaſiones quærere Italiæ, atque Eccleſiæ perturbandæ inſtituit: itaque in dictionem Eccleſiæ irrupit, ſpretis Legationibus ad eum miſsis, ſe cum Exercitu Romã venturum, atque hoſtes hoſtiliter obſeſſurum, minatus

Belli Pont. & Caroli Magni contra Longobardos iuſtitia.

natus

Digitized by Google

natus eſt. Fœdifragus, periurus, & inuaſor alienæ ditionis erat *Deſiderius*: cõtra eum itaque Pontificis, & Caroli iuſtum bellum. Neque aliquibus artibus (vt iſte nugatur) Pontifices Longobardorum Regni excidium perfecerunt; verum ipſi ſibi omnis mali authores fuerunt.

Quod Carolus ſponſionem expleuerit rogatu Adriani, quam Pipinus pater, & ipſe, & Carlomannus frater, cum omnibus Iudicibus Franciæ apud Cariſiacum cum Stephano Pontifici fecerant, quæ complectebatur Exarchatum, & Pentapolim; vtique donare potuit, quæ iure armorum obtinuerat. Et quod eam donationem noua altera cumularit; inde maximè commendatur inter Principes Chriſtianos Carolus Magnus.

An Longobardorum Reges poſt ſuſceptã Religionem Chriſtianã pij fuerint, & amãtes iuris.

Ex noſtris hiſtorijs nititur oſtendere Mornæus, ex quo Reges Longobardorum Religionem Chriſtianam, & Catholicam amplexi erant, pios, & iuris amantes fuiſſe. Ita enim ſcribit Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ: anno 773. *Cæterum Longobardorum Imperium ſæuum ab initio, atque impotens, poſt Chriſtianam Religionem, Catholicamque fidem aſcitam mitius, ac benignius erat effectum. Teſtes ſunt rectæ leges eorum, quibus furta, latrocinia, rapinæ, cædes, adulteria ſeueriſſimè vindicantur, ac libertas, & fortunæ priuatorum ſummo ſtudio conſeruantur. Docent Templa magnifica, & Monaſteria ampliſſima, quibus pietatis ergò ipſi potiſſimùm citeriorem Italiã exornarunt: Baſilicæ Epiſcoporũ, quas ampliſſimis præmijs honeſtarũt: inclyta oppida, quæ aut noua condiderunt aut diruta inſtaurarũt: Homines ſanctitate perſpicui, quibus eximios honores habuerunt: demum Pontifex ipſe, quem cum ditione, opibuſque auxerunt, tum tanto cultu, ac reuerentia proſecuti ſunt, vt monente eo, Regnum ipſum dimiſerint, monachumque induerint.* Hæc quidem Sigonius: Verùm, quæ ſequuntur, ſuppreſſit Mornæus: *Hæc autem omnia decora nimia vna dominandi, ac dilatandi Regni libido corrupit ita, vt etiam faſtigio Regio, & inueterata iam Italiæ dominatione exuerit.* Et certè Deſiderius initio egregiè, & prope sãctè ſe geſſit, quin & Monaſteria aliquot extruxit, & latifundijs locupletauit, tumque illius Regnum fœlicibus ſucceſſibus eſt propagatum; at vbi ſumma ingratitudine in Sanctam Romanam Eccleſiam arma conuertit, omnia illi infeliciter ceſſere, donec & ipſum Regnum Longobardorum penitùs exciſum defecit. Impudentiſsimè verò citatis Sigonij verbis ſubiungit Mornæus.

Quæ Mornæus ſuppreſſit ex Sigonio.

Quæ tamen omnia Adriani ambitionem continere non poſſunt, quin tantis erga hanc Sedem beneficijs ſupremam ruinam rependat.

Pag. 140

AT nihil Eccleſiæ Deſiderius donauerat, immo abſtulerat: & quidem initio, vt Regno potiretur, ad Stephanum Pontificem ſe contulerat, atque ei Fauentiam, Caballum, Ferrariamquè ab Aiſtulpho non reſtituta, ſe traditurum, & pacem fœduſquè ſe pro ipſius arbitrio inſtauraturum, promiſit. Hæc certè non fuit donatio, ſed reſtitutio, & ſibi ipſi conſulebat Deſiderius, qui certò ſciebat, ſe nonniſi Pontificis authoritate poſſe Regnum conſequi. An verò poſtea Põtifex rupit fœdus initum, aut Deſiderio bellum intulit, vt illius Regnum excinderet, & non magis Deſiderius Pontifici, vt illius ditiones, & oppida vi, ac tyrannide occuparet?

Deſiderius nihil donauit Eccleſiæ, quin potius abſtulit.

Ina Rex Occidentaliũ Saxonũ Regnũ ſuum vectigale facit Rom. Eccleſiæ.

Quod refert Mornæus de Rege Occidentalium Saxonum, qui ante quàm Regno ſe abdicaret, voluit illud Eccleſiæ Romanæ vectigal iure perpetuo conſtituere, vt domus ſingulæ ſingulos denarios annuatim Sancto Petro penderent, ſic deuincire populum ſuum ſtudens, vt annui cenſus penſitatione cognoſceret ſe ſubditum Sancto Petro, cuius & fidem firmam, illibatamquè iugiter conſeruaret, què & ſcientes omnes Dominum eſſe ſuum, propenſiori ſtudio colerent, & in opportunitatibus inuocarent; Ina nomen fuit huic Regi. Fecit idem eius exemplo Offa Merciorum Rex, qui nõ multò poſt regnauit. Polyd. Virgil. lib. 4. & 5. hiſtoriæ Anglicæ, qui ad annum 740. de ſuo tempore hæc ſubijcit: *Omnis Anglia hoc tempore iſtud vectigal pietatis, & religionis cauſſa Romano Pontifici pendit domeſticatim collatum, & nummi illi argentei vocantur vulgò denarij D. Petri, quos Pontificius Quæſtor, quem non inſcienter Collectorem nuncupant, exigit. Nos hanc olim Quæſturam aliquot per annos geſſimus, eiuſque muneris obeundi cauſſa primùm in Angliam venimus.* Ipſe autem hæc ſcribebat ad Hẽricum VIII. anno 1533. *Mirãdum illud accidit* (notat Baronius) *vbi ceſſauit pendi vectigal iſtud vtcũque malè redemptum, hæreſum alluuione Anglicana Eccleſia abſorbetur.* De Offa ſcribit Polyd. Virg. lib. 4. eum metu pœnæ, qua propter peccata afficiendus erat, Deum ſibi placandum conſtituentem, decimam partem omnium bonorum Sacerdotibus, alijſquè inopibus hominibus condonaſſe: & cum nequaquam plena manu de commiſsis Deo ſatisfeciſſe ſibi videretur, traiecto properè Oceano Romam ſe contuliſſe, veniæ conſequendæ cauſſa, Romanoquè Põtifici Adriano primo Regnum ſuum vectigale feciſſe, impoſito tributo ex ſingulis nummis argenteis, quos denarios vocant, domeſticatim in annos ſingulos conferendis: qui fuit annus ſalutis DCCLXXV. Mornæus huic donationi plurimum infenſus:

Idem facit Offa Merciorũ Rex.

Scilicet ad remiſſionẽ peccatorũ ſuorum.

Non ſatis (inquit) *ſibi donaſſe viſus, bonorum ſuorum licet decimam conceſſiſſet, ni & aliena prodigeret, ni & Reſpublica ſcelerum ſuorum pœnas lueret. Vt hinc ambitio, illinc purgatorij inuentio mutuas iam ſibi operas præſtabant.*

Pag. 140

POſſunt certè Reges pluribus de cauſsis vectigalia ſuis ſubditis, & maximè pietatis ergo imponere: Et Anglorum Reges antiquitùs perpetuo hoc pietatis monumento ſuam erga Romanam Eccleſiam fidẽ, voluerunt reliquiſſe teſtatam. Neque hoc fuit aliena prodigere; nec enim dubium, quin ſubditi hoc ſibi impoſitum

Nec iniqi aliena prodigendo.

ſitum vectigal libentiſsimè tulerint, in idque vltrò conſenſerint. Neque illinc purgatorij inuentio, vt iſte nugatur, qui nunquam, niſi ab hæretica prauitate reſipiſcat, purgatorium inueniet, ſed ad tartara cum Diabolo relegabitur. Sed de hoc differendi non eſt hic locus.

Ridet, quòd Gregorius Septimus ſcripſerit, Carolum Magnum Petri auxilio Saxones domuiſſe. Ridemus & nos iſtius ignorantiam; Certum enim eſt, precibus viuorum ſæpiùs reportatas de hoſtibus victorias: & Principes, impendentibus illis, aut Reipublicæ, periculis, ſeſe pijs hominibus commendarunt; cum tamen apud Deum preces Sanctorum, qui iam Cœlo fruuntur, pluris valeant. Viuunt apud Deum illi, & preces noſtras intelligunt. Matth. 22. *Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium.* Rideant iſti tanquàm fabulam, Iudæ Machabæi ſomnium, & libros Machabæorum apocryphos eſſe reſpondeant; Nos cum Sanctis Patribus, immò cum Eccleſia Catholica Canonicos eos habemus. 2. Machab. 15. apparet Iudæ in ſomnijs Onias, qui fuerat ſummus Sacerdos: apparet & alius vir ætate, & gloria mirabilis circa illũ, de quo Onias: *Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael: hic eſt, qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta Ciuitate, Ieremias Propheta Dei;* Viſus autem extendiſſe Ieremias dextram, & dediſſe Iudæ gladium aureum dicens: *Accipe ſanctum gladiũ, munus à Deo, in quo deyeies aduerſarios populi mei Iſrael.* Non tanquàm ridiculam, aut anilem fabulam, hoc viſum retulit ſcriptor Canonicus. Quid verò nobis aliud voluit innuere Scriptura, niſi & ſanctos iam vita functos pro nobis orare, & eorũ meritis victorias obtineri? Si oratione Moyſis; Ioſue vincebat Amalech quid abſurdi ſcribere, & Carolum Magnum Petri auxilio Saxones domuiſſe, atque inde religione motum Saxoniam Eccleſiæ Romanæ obtuliſſe? Id teſtatur Gregorius 7. Epiſtola, quam ſcripſit ad P. Albanenſem Epiſcopum, & G. Principem Salernitanum, quæ extat manuſc. in regiſtro Epiſt. ipſius Pontificis lib. 8. Epiſt. 23. *Carolus Magnus Imperator Saxoniam obtulit B. Petro, cuius eam deuicit adiutorio, & poſuit ſignum deuotionis, & libertatis, ſicut ipſi Saxones habent ſcriptum, & prudentes illorum ſatis ſciunt:* Idque dicit legi in tomo eius, qui in Archiuo Eccleſiæ Beati Petri habetur.

Quod Carolus Magn. dicatur auxilio S. Petri Saxones domuiſſe, ridendũ non eſt.

Sed nullum authorem profert, inquit Mornæus.

Pag. 141

ATqui magis Gregorio Pontifici id atteſtanti contineri in tomo Caroli Magni, qui in Archiuo Eccleſiæ Beati Petri haberetur, credere fas eſt, quàm Mornæo, nulla in contrarium authoritate fulto.

S. Bonifac. Martyrio coronatus.

Sanctus Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus, Legatus Sedis Apoſtolicæ in Germania, & meritò Germaniæ dictus Apoſtolus, atque *vir Apoſtolicus* à Carolo Martello appellatus, multis pro Religione & fide Catholica exantlatis laboribus in Friſia verbum Dei prædicans, à Paganis interfectus, Martyrio coronatus eſt anno ſalutis 754. Sigeberto Baro 755. miraculis clarus. Scribit Sigebertus anno 774. quod cùm Saxones, rupto pacis fœdere, Francorum fines premerẽt igne, & cæde, Eccleſiam tamen in Fatiſlar non potuerunt incendere, quam Sanctus Bonifacius benedixit, quamquè numquam cremandam, prædixit. Interim Mornæus. *Quem Martyrem volunt.* Pag. 141

Item *Paparum Satellitem* appellat. Ille certè à Gregorio II. Pontifice in Germaniam ad propagandam Religionem Chriſtianam miſſus, de dubijs eundem conſuluit. Ad Gregorium 3. poſtea Legatos miſit, qui eius nomine omnem Sedi Romanæ debitam obedientiam pollicerentur, & ab eodem Pallium accepit: Zachariæ item Pontifici ſucceſſori ſcribebat in hanc formam Epiſt. 132. *Non aliter, quàm vt ante veſtigia veſtra geniculantes, intimis ſubnixè flagitamus precibus, vt ſicut præceſſorum veſtrorum pro authoritate Sancti Petri ſerui deuoti, & ſubditi diſcipuli fuimus, ſic & veſtræ pietatis ſerui obedientes ſubditi ſub iure Canonico fieri mereamur: optantes Catholicã fidem, & vnitatem Romanæ Eccleſiæ ſeruare: & quantoſcumque audientes, vel diſcipulos in iſta Legatione mihi donauerit Deus ad obedientiam Apoſtolicæ Sedis inuitare, & inclinare non ceſſo.* Quas Epiſcopales Sedes in Germania ordinauerat, eaſdem illius authoritate confirmari cupit. Ea igitur ratione *Paparum Satelles* Mornæo dicitur. Atqui nonniſi à Pontificibus Romanis miſsi per Prouincias, vel ordinati Epiſcopi infideles ſacræ noſtræ Religionis myſterijs initiarũt; itaque illi Mornæo Paparum Satellites: immò pro Chriſto illi Legatione fungebantur. Quòd Gentilium ſuperſtitionem euerterit, Idola Gentium demolitus ſit, tot Infideles ad Chriſtum conuerterit; ideò irrisoriè eum Mornæus Diaboli Satelles Paparum Satellitem, *Quem* (inquit) *Martyrem volunt*, appellat. Pag. 141

Quantũ is tribuerit Apoſtolicæ ſedi Rom.

Quod adducit ex Bonifacio, Pontificis culpas redarguere, nullũ eſſe mortalium, qui præſumat, quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine eſt iudicandus, niſi deprehendatur à fide deuius: habetur apud Gratianum diſt. 40. c. *Si Papa:* & eſſe Bonifacij, etiam ſcribit Nauclerus Generat. 16. Quibus ſubiungit;

Prima ſedes à nemine iudicatur.

Cui iam mirum, hac doctrina ſemel poſita, ſi præcipiti curſu in omne ſcelus ruant?

Pag 141

ATqui iam antiquitùs illud Patres intellexerunt in Concilio Sinueſſano congregati, quod prima ſedes à nemine iudicabatur. Illud intellexit Conſtantinus Magnus, qui noluit Epiſcopos iudicare, ſed dixit, ſe debere ab Epiſcopis iudicari. Nec eſt, quod hic fuſiùs immoremur. Hac doctrina ſemel depoſita, & ſublato Eccleſiæ capite, ſupremo iudice controuerſiarum fidei, quid mirũ, ſi præcipiti curſu Mornæus cum ſuis in profundum peccatorum veniant, in tot peſtiferos errores (ſiquidem abyſſus abyſſum inuocat) ac tandem in atheiſmum (eò enim vltimò reſoluuntur hæreſes) ruant?

Scri-

Digitized by Google

Scribit, per hoc temporis interuallum præcipuos quoſdã Eccleſiæ Romanæ abuſus propagatos,quod ita docet:

Officium enim ſacrum, quod à Gregorio primo interpolatum & immutatum, Adrianus in Italia ipſe conſtituebat, Bonifacius iſte in Germania magno ſtudio promouebat; In Francia ipſa Carolus in Adriani gratiã promulgabat, & quia multi intercedunt, violentiæ & ſupplicijs nil reliquum faciebat. Pag.141

Carol. Magnus ſanctorũ rituũ ſtudioſiſſimus.

CVltum ſacræ Religionis, qui enituit in Carolo Magno, impudenter iſte abuſuum Eccleſiæ Romanæ propagationem appellat. De eo ita Eginarthus in vita eius: *Legendi,atque pſallendi diſciplinam diligentiſſimè emendauit; erat enim vtriuſque admodùm eruditus,quanquam ipſe nec publicè legeret, nec niſi ſubmiſsè, & in commune caneret.* De eodem Sigebertus anno 807. *Carolus Imperator per manum Pauli Diaconi decerpens optima quæque de ſcriptis Catholicorum Patrum,lectiones vnicuique feſtiuitati conuenientes,per circulum anni in Eccleſia legendas,compilari fecit.* Eò meo iudicio alludit Mornæus, cùm ſcribit, Carolum Magnum *abuſus* propagaſſe. Sacrorum rituum ſtudioſiſſimum fuiſſe Adrianum,hoc teſtatur quod librũ eo titulo inſcripſit, *Reſponſoriale de Circulo anni*, quæ videlicet reſponſoria in ſingulis eſſent ſacris officijs dicẽda: atque illius libri meminit Amalarius Fortunatus, in prologo libri,quẽ ſcripſit,de ordine Antiphonarij. Eò (inquam) meo iudicio alludit Morneus. Quãtũ etiã promouendi diuini cultus fuerit cupidus Adrianus, conſtat ex his, quæ ſcribit Anaſtaſius in Pontificali. Nec pudet Mornæum ſcribere, Sãctum Bonifacium in Germania magno ſtudio abuſus Rom. Eccleſiæ promouiſſe: ſcilicet hic Ethnicus,& publicanus ſatius duxiſſet ſuperſtitionem Ethnicam, & Idolorum culturã apud Germanos manere integram, quàm à Bonifacio euerti, & in eius locum Chriſtianam Religionem ſubire. Auentinus lib.3.Annal.Boiorũ refert, Nobiles quoſdam apud populum aliquando vociferatos, Bonifacium mendaciorum eſſe authorem, legis,atque pacis Chriſtianæ turbatorem, & corruptorem:& illi quidem detractores nummarij, illi libidinoſi, ſacrilegi,peculatores,temulenti; quibus non abſimilis Mornæus, cui idem de Bonifacio iudicium. Interim veteres illi Chriſtianum nomen profeſſi Italiæ,Galliæ,& Germaniæ populi,iudicio Mornæi, quis eſſet genuinus Dei cultus, quæ Chriſtiana Religio, ante octingentos annos ignorarunt: in gratiam Adriani Pontificis hos abuſus promouet Carolus Magnus,quem omnes Scriptores teſtantur non ſolum arte militari ſupra reliquos mortales excelluiſſe, ſed & propagandæ ſacræ noſtræ Religionis ardentiſsimum habuiſſe deſiderium, qui & ferociſſimas gentes à ſe ſubactas,Chriſtianæ Religionis iugum ſubire cõpulerit. Supererat ſcire ex Morneo,quinam iſti abuſus Eccleſiæ Romanæ. Id igitur expreſſum voluit:

Sic etiam Adrianus.

Sacra Domini Cœna à pleriſque neglecta, Miſſæ priuatæ in eius locum ſubrepſerant; & Sacramentum in ſacrificium ſenſim abibat, cui robur additura tranſubſtantiatio, iam exerebat caput; Purgatorium item ſaltem inter vulgus ad faſtigium peruenerat. Pag.141

HAEc certè omnia nõ ante octingentos annos modo,& tempore Adriani Pontificis, & Caroli Magni vt quoſdam nouos abuſus in Eccleſiam eſſe inducta, ſed tanquam ab Apoſtolis tradita, ab omnibus Chriſtianis perpetuò credita fuiſſe,ex SS. Patribus,etiã qui primis ſæculis ſucceſſerunt Apoſtolis, & ex ſacris Concilijs procliue eſſet oſtendere. Neſcio verò,quam Cœnam Domini Mornæus intelligat tum à pleriſque neglectam; nam cœnæ Caluinianæ nullus Scriptorum illius temporis mentionem facit; ſacrificij Miſſæ,& Purgatorij omnes. Miror verò,qui ſcribat, Tranſubſtantiationem iam tum exeruiſſe caput; cum ita ſcribat Caluinus lib.4.Inſtitut.cap.17.§.15. *Bernardi quidem ætate* (nimirum quadringentos poſt annos) *etſi durior inualuerat loquendi ratio, Tranſubſtantiatio tamen nondum agnita erat.* Quomodo tantus diſcipulus diſcedit à tanto Magiſtro? *Si Sathanas Sathanam eijcit,* (inquit Dominus Matthæi 12.) *aduerſus ſe diuiſus eſt. Quomodo ergo ſtabit Regnum eius?* Romanas item *peregrinationes* inter abuſus recenſet Mornæus,

Mornæus de Trãſubſtantiationis origine Caluino cõtradicit.

Vt maiores noſtri annum ſub 813. in Concilio Turonenſi ad immanem illum abuſum coercendum (ita enim loquitur) *Imperialem Caroli authoritatem implorare cogantur.* Pag.141

LOngè certè alia mens illius Concilij; neque enim peregrinationes ad loca ſancta à fidelibus ſuſcipi ſolitas, cõdemnat, ſed quæ probanda ſit, quæ verò improbanda, decernit. Quòd enim eſſent tum temporis inter alias celeberrimæ in Occidente peregrinationes Romam ad limina Apoſtolorum,peccatorum remiſsionis gratia conſequendæ, ac Turonum ad Sanctum Martinum,& ijs complures diuerſis ex cauſſis abuti ſolerent; ideò de his hæc ſtatuit Synodus: *A quibuſdam qui Romam, Turonumuè, & alia quædam loca ſub prætextu orationis inconſultè peragrant, plurimùm erratur. Sunt Presbyteri, & Diacones, & cæteri in Clero conſtituti, qui negligenter viuentes in eo ſe purgari à peccatis putant, & miniſterio fungi debere, ſi præfata loca attingant. Sunt nihilominus Laici, qui putant ſe impunè peccare aut peccaſſe qui hæc loca oraturi frequentent. Sunt quidam potentes, qui acquirendi cenſus gratia ſub prætextu Romani,*

Nõ peregrinationes cõdenantur, ſed abuſus.

Digitized by Google

mani,ſeu Turonici itineris multa acquirunt,multos pauperes opprimunt,& ,quod ſola cupiditate faciunt, orationum ,ſiue ſanctorum locorum viſitationis gratia ſe facere,videri affectant , Sunt pauperes, qui vel ideò id faciunt ; vt maiorem habeant materiam mendicandi, de quorum numero ſunt illi , qui circumquaque vagantes,eò ſe pergere mentiuntur , vel quia tantùm ſunt vecordes,vt putent, ſe ſanctorum locorum ſola viſitatione à peccatis purgari , non attendentes , quod ait Beatus Hieronymus : Non Hieroſolymam vidiſſe,ſed Hieroſolymis benè vixiſſe,laudandum eſt. Abuſus ergo condemnant,non abſolutè peregrinationes ipſas. Quod conſtat ex alia eorundem Patrum definitione: *Qui verò peccata ſua Sacerdotibus,in quorũ ſunt Parochijs, confeſſi ſunt,& ab his agendæ pœnitentiæ conſilium acceperunt,ſi orationibus inſiſtendo, eleemoſynas largiendo, vitam emendando , mores componẽdo, Apoſtolorum limina,vel quorumlibet Sanctorum inuiſere deſiderant ; horum eſt deuotio modis omnibus collaudanda.* Vbi quæ ſit proficua peregrinatio, definiunt. De his verò Caroli Imperatoris ſententiam expectabant,qui nouerant,eum in colligendis huiuſmodi peregrinis eſſe valdè ſtudioſum,de quo Eginhartus : *Amabat peregrinos, & eorum ſuſcipiendorum magnam habebat curam, adeò vt eorum multitudo non ſolum Palatio , verùm etiam Regno non immeritò videretur onerosa ; ipſe tamen pro magnitudine animi huiuſmodi pondere non grauabatur, cùm etiam ingentia incommoda laude liberalitatis,ac bonæ famæ mercede compenſaret.* Interim notandum,memoria lapſum eſſe Mornæũ; neque enim Turonenſe aliquod Concilium, ſed Cabilonenſe ſecundum, anno Domini 813. celebratum,ita c. 45. definiuit. Certè frequẽtes ſemper fuiſſe peregrinationes ad Loca ſacta, ex antiquis Patribus facile eſſet oſtendere,Interim ex Mornæo habemus , tempore Caroli Magni ante 800.annos, Galliarum Antiſtites, Reges, ac ſubditos non aliam doctrinam profeſſos fuiſſe,præter eam,quam nũc profitemur, nullam verò fuiſſe notitiam nouorum iſtorum Euangelicorum,reformatæ (inquam) & purioris alicuius,qualem ipſe fingit,Eccleſiæ.

Carol. Magnus ſuſcipiendorum peregrinorũ ſtudioſus.

Mornæus lapſus memoria.

Sub annum 788.Irene Auguſta,cum prius ad Adrianum Pontificem ſcripſiſſet, de Legatis ad Concilium,quod ipſa haberi in Græcia deſideraret, mittendis; menſe Maio Nicæam Bithiniæ Vrbem illud indixit , atque eò omnes Epiſcopos, Legatoſque coegit . Ibi ſeptimum Generale Concilium Octobri menſe, vndecima indictione peractum eſt, trecentis quinquaginta Epiſcopis præſentibus,& Legatis Pontificis præſidentibus,atque ex omnium authoritate antiquus ſanctis imaginibus honos eſt redditus,& Patriarchæ,cæterique, qui ſecus ſenſerant,condemnati.Neque verò vllus Author, præter Mornæum,ſcribit Irenem Auguſtam id enixè curaſſe celebrari in Adriani gratiam, ſpe fore , vt eius authoritate in Italia vires ſumeret:nec de hoc vnquam ad Adrianum Pontificem ſcripſit; immò rectam fidem illa ſemper coluerat , ſacras imagines venerandas eſſe , publicè teſtata.In cumulum ſuperſtitionis habitam fuiſſe hanc Synodum,ſcribit impius Mornæus . Adorari ſolitas Imperatorum imagines , neque id Chriſtianos milites recuſaſſe, teſtatur Gregorius Nazianzenus Inuect. 1. in Iulianum;neq; id ſuperſtitioni tribueret Mornæus;verum Chriſti Domini,ſanctiſsimæ Deiparæ Virginis, & Sanctorum imagines adorari,illi ſuperſtitio.

De Septima Synodo Nicæna.

Satis hactenus circa Progreſſum immorati ſumus , Nunc eius nobis Oppoſitio examinanda.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem vigeſimamoctauam.

Tanta igitur (inquit) *doctrina, & politiæ Eccleſiaſticæ corruptelæ, non ſeſe opponit quiſquam ? ſilent omnes?* Deinde interceſſiones , & oppoſitiones producit: *Cum igitur anno 713. Synodum Conſtantinopoli haberi legimus, quæ adorationem abſolutè deteſtatur,aliam anno 729. eodem ſcopo,tertiam item anno 755. Epiſcoporum 338. Vniuerſalis ſeptimæ titulo inſignem. Omnes vtique ſedentibus Romæ Conſtantino , Gregorio ſecundo , Stephano tertio; iis ipſis qui eo colore ad ſupplantandos in Italia Imperatores abutebantur ; Annon totidem illæ nobis oppoſitiones , interceſſiones , cum ipſa ſubuerſorum illorum fundamina , imagines ipſæ eorum decreto euertantur?*

Pag. 141

A Quibus verò indictæ illæ Synodi? An non à damnatis hæreticis Imperatoribus , quos non Latini modò, ſed & Græci ſcriptores inſectantur? de Vniuerſalis illa,cuius meminit Mornæus 338. Epiſcoporum illa eſt ; quam congregauit contra cultum ſacrarum imaginum impius Conſtantinus Copronymus , vt referunt Zonaras,& Cedrenus Anno 13.eius Imperij,nemine vel ex vetere Roma,vel alijs Patriarchis præſente , Sed miror,

Synodi contra ſacras imagines, à dãnatis hæreticis cõgregata.

cur

cur Mornęus, cum antea contra Pontifices Romanos Leonis Iſaurici Iconomachi cauſſam defenderit in ſuperiori Progreſſu, Conſtantini Copronymi eius filij, & ſucceſſoris in Imperio nunc nuſquam meminerit: id certè præ nimio pudore fecit, ne in ſuæ doctrinæ defenſionem contra cultum ſacrarum Imaginum, quam *ſuperſtitionem* vocat, tam impurum hominem producere videretur, de quo Zonaras Tom. 3. Annal. in Imperio Conſtantini Copronymi: *Non contra venerabiles Imagines dumtaxat inſaniji, ſed & præſtigijs fuit deditus, & victimarum diſſectionibus, & euocationibus Manium, aliſque infandis rebus: Denique nullo ſcelere abſtinuit, non vniformi, ſed multiplici improbitate præditus, non Chriſtianus, non Paganus, non Iudæus, ſed colluuio quædam impietatis, inſtar Africanarũ ferarum, quæ ex diuerſi generis coitu multiformes, confuſaque ſpecie, & immanitate naſci perhibentur.* Eadem Cedrenus ad annum 3. Leonis Iſaurici in Compendio hiſtoriarum, & alij omnes Authores: quem & referunt, cum baptizaretur, in Sanctum lauacrum ſtercus emiſiſſe, ideoquè *Copronymum* cognominatum: de quo tum etiam propheticè dixit Germanus Sãctiſsimus Patriarcha: *Conſtat Chriſtianis, & Eccleſiæ, maximi per eum mali efficiendi, hoc ſignum eſſe futurum.* Ille interim iudicio Mornæi pius, qui intercèſſerit cultui ſacrarum Imaginũ, & abuſibus Romanæ Eccleſiæ, & progreſſui Pontificatus ſeſe oppoſuerit. Itaque Neſtoriani, & Chriſti diuinitatis abnegatores (cuiuſmodi aliquando ſe profeſſus eſt Copronymus) pij Mornæo habentur. Ille, non alius, qui Synodũ, *Vniuerſalis ſeptimæ*, Mornæi ſuffragio, *titulo inſignem* aduerſus ſacras Imagines cogit, de qua Act. 6. ſecundæ Nicænæ Synodi, quæ verè ſeptima Vniuerſalis. *Qui in hac Synodo* (ſcilicet præcedente ſub Copronymo) *congregati fuere, vt cũ Propheta loquar inter ſanctum, & prophanum non diſtinxerunt, inter purum, & impurum diſcrimen non ſtatuerunt. Imaginem enim Domini Dei noſtri cum Imagine ſimul Sathanæ Idolum appellarunt. Quomodo autem Magna, & Vniuerſalis, in quam nequè omnes conſenſerunt, & reliquarum Eccleſiarum Præfecti non admiſerunt, ſed anathemate eam deuouerunt? Non habuit cooperarium, vt hæc, quæ nunc celebratur, Romanum Papam, neque illius Sacerdotes, neque per Vicarios, neque per Prouinciales litteras, quemadmodum fieri in Synodis debet. Quin etiam neque concordantes ſibi habuit Orientis Patriarchas, Alexandrinum (inquam) Antiochenum, & Vrbis Sanctæ Summos Pontifices, neque cum illis etiam Myſtas, & Sacerdotes &c.* Nec mirum, ſi eam tam inſigni titulo cohoneſtet Mornæus, cum Copronymo, & illis hæreticis propugnator illius: Copronymũ ſacrarum Imaginum, & Orthodoxorum ſæuiſſimum perſecutorem referunt morientem vociferatum eſſe, & dixiſſe, ſe viuum igni inextinguibili traditũ eſſe, *propter Mariam Virginẽ &c.* Idè non dubium, experturos Mornæũ, & alios, quotquot Pſeudoſynodi illius propugnatores, & ſacrarum Imaginũ Chriſti, Deiparæ, & Sanctorum ſunt perſecutores.

Conſtantini Copronymi mores ſceleſtiſſimi.

Vnde dictus Copronymus.

Pag. 141

Nicæna Synodus ſub Copronymo perperã dicta Vniuerſalis.

Quæ Copronymus moriẽs de ſui ſupplicio, eiuſq; cauſa dixit.

Mirum, quod velit nobis in ſuſpicionem adducere fidem Eccleſiarum Franciæ, & Caroli Magni circa cultum ſacrarum Imaginum, eoquè Gentiliacam Synodum producat.

Quæ clarius (inquit) *loqui non auſa, Imperatoribus Græcis conſilium det, vt antiquo Eccleſiæ vſui immaneat.* Pag. 141

HAEc nullo negotio à nobis refellitur. Primùm à Carolo, & Carlomanno fratribus, Pipino vita defuncto, miſsi ſunt Romam ad Conciliũ Lateranenſe ſub Stephano IV. duodecim Epiſcopi ex Gallia, doctrina & ſanctitate inſignes, qui cum alijs Patribus contra Cõſtantinopolitanã Pſeudoſynodum, vt extat in Epiſt. 3. Adriani Papæ 1. ad Carolũ Francorum Regem in Act. 3. art. 2. Tomo 3. Concil. parte prima, ita definierunt: *Qui alium terminũ fidei, ſiue Symbolum, aut doctrinam habet præter quod traditum eſt, à ſanctis; magnis, & Vniuerſalibus ſex Synodis, & confirmatum eſt ab his ſanctis Patribus, qui in eis conuenerunt, & non adorant Imaginem, ſiue figuram Domini noſtri Ieſu Chriſti, nequè humanationem eius confitentur ſic vt qui deſcendit, & incarnatus eſt propter genus humanum: talem impium anathematizamus & alienum extraneumque deputamus Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ.* In Gentiliaca verò Synodo, aut quauis alia celebrata in Gallia, nihil vnquam definitum contra cultum ſacratum Imaginum: neque duodecim illi Galliarum Epiſcopi aliquid Romæ cum cæteris Patribus definiuiſſent, cuius cõtrarium antea definitum eſſet in Gallia: & certum eſt, eos nõ aliam doctrinam definijſſe, quàm quæ tum per omnes Franciæ Eccleſias recepta erat. Dare verò conſilium Imperatoribus Græcis, vt antiquo Eccleſiæ vſui immaneant; an hoc eſt deſtruere, & improbare cultum ſacrarum Imaginum? Imminò ſtatuere, & confirmare maximè; cũ antiquo vſu in Græcia, & maximè Conſtantinopoli recepta eſſet veneratio ſacrarum Imaginum; primiquè Imperatores fuerint Philippicus, Leo Iſauricus, & Conſtantinus Copronymus hæretici, & impij, qui earum cultum prohibuerunt. Quomodò verò Synodus Gentiliaca clariùs loqui non auſa, ſi fulciebatur Caroli authoritate? Si enim Synodus illa Vniuerſalis ſeptima, quam citat Mornæus, ſub Conſtãtino Copronymo auſa eſt impugnare manifeſtè ſacras Imagines, etiam aduerſantibus Romano Pontifice, & Patriarchis; quid ſibi à Pontifice Romano timere poterant Galliarum Epiſcopi, quominus eadem libertate ſuam promerent ſententiam? Quod ſcribit Paulus Aemilius in Carolo Magno, Concilium Patrum præſidibus Theophilo, & Stephano Pontificis Legatis, habitũ aduerſus Græcos Auguſtos, Imagines Diuorum pertinaciter damnantes, *vbi Imaginibus ſuis ſeruatus honor*, Bellarminus lib. 2. de cultu Imaginum cap. 15. ad Concilium Gentiliaci coactum refert. De Carolo Magno, cum ſacras Imagines non coluiſſe, miror, qui Mornæus aſſerat; cum prius ſcripſerit, Põtifices Romanos à Græcis Imperatoribus hac de cauſa defeciſſe, & vectigalia eis pendi prohibuiſſe,

In Eccleſiis Frãcia viguit cultus SS. Imaginum.

Carol. Magnus cultor ſacrarum Imaginũ.

Digitized by Google

ſe, quòd ſacras Imagines per totũ Romanum Imperium etiam in Italia euertendas edixiſſent. Non igitur ſeſe in tutelam Francorũ contuliſſent, ac in primis Caroli Magni, neq; eum primò Patricium Romanorũ Adrianus, ac deinde Imperatorẽ Leo tertius proclamaſſent, ſi vel minimam ſuſpicionem illius erroris dediſſet. Ionas Aurelianenſis, qui floruit tempore Ludouici Pij, Caroli filij, lib. 1. de cultu Imaginum ſcribit, Claudium Taurinẽſem eius hæreſis patronum, quoad Carolus vixit, non auſum eſſe mutire; non igitur habebat patronum ſuæ hereſeos Carolum Magnum. Citabat Morneus in margine Anaſtaſium præfat in 7. Synodum ad Ioannem 8. vbi tamen ita ſcribit: *Quæ ſuper venerabilium Imaginum adoratione præſens Synodus docet hæc & Apoſtolica, ſed & veſtra, ſicut nonnulla ſcripta innuũt, antiquitas tenuit, & Vniuerſalis Eccleſia ſemper venerata eſt, & hactenus veneratur, quibuſdam dumtaxat Gallorum exceptis, quibus vtiq; nõdum eſt harum vtilitas reuelata. Aiunt namq; quod non ſit quodlibet opus manuum hominum adorandũ, quaſi non ſit Codex Euangeliorum opus manuum hominum, quẽ quotidiè homines adorant, venerabilior tane, quem non eſſe opus manuum hominum, proculdubiò non negabũt. Similiter & forma Sanctæ Crucis, quam ſe adorare omnes vtiq; Chriſtiani fatentur. In quo videlicet conſiderare libet, quia ſi quamlibet Crucem auream, aut argenteam, aut ligneã adoramus, quæ vtiq; nõ eſt ipſa Crux, in qua ſalus noſtra patrata eſt, ſed figura, & imago eius; quare non adoremus figuram, & imaginẽ eius, qui eandem ſalutem operatus eſt in medio terræ? Venerabilior namq; eſt, qui ſalutem operatus, ac per hoc magis eſt adoratione digna imago Chriſti, ſalutem operantis, quam imago Crucis, ſalutem tantummodo baiulantis.*

Mornæus perperã citat Anaſtaſiũ contra cultum ſacrarũ Imaginum.

Quorſum igitur citabat Anaſtaſium Morneus, qui tam manifeſtè pro cultu ſacrarum Imaginũ, & authoritate Nicenæ ſecundę Synodi ſcribat, neq; affirmet Eccleſias Galliarũ eo errore fuiſſe implicitas, ſed dumtaxat quoſdã fuiſſe Gallorum eius peruerſæ ſententiæ ſectatores, quos idem ſugillat? An quia nunc plures in Gallia cum Mornæo hęreſim Leonis Iſaurici, & Cõſtantini Copronymi contra cultum ſacrarum Imaginum ſectantur; ideò dicemus, Eccleſias Galliarum eodẽ errore teneri? Prodijt Francofurti anno 1696. libellus, qui falsò Synodus Pariſiẽſis inſcribitur, quo defenditur cauſſa Iconomachorum: ſed nec Synodũ eſſe, quę Pariſijs vnquã ſit celebrata, nec ſcriptum luce dignũ, abundè docet Cardinalis Bellarminus Appẽdice ad tractatum de cultu Imaginum.

De Synodo Frãcofurti habita.

Producit Mornæus Synodũ Francofurti habitam, ex magno numero Epiſcoporum Galliæ, Germaniæ, & Italiæ conflatam, aſtantibus Adriani Legatis,

Pag. 142

In qua Synodus Nicæna ſecũda (inquit) *acriter damnatur, Synodi illæ omnes proinde explodũtur, quæ Cõſtantino, Gregor. II. Zacharia, et Stephano III Põtificib. an. 713. 716. 742. 768. Romæ* (pro cultu Imaginũ) *cõgregatæ.*

Quã Synodũ Nicanã ſecundam Francofurtenſis Synodus damnarit.

QVæritur itaq; hoc loco, an Concilium Frãcofurtenſe, quod idẽ eſt ac Francofordiẽſe, ſub Adriano primo, & Carolo Magno habitum, dãnauerit Nicænam illam ſecundam Synodũ, quæ inter Synodos Vniuerſales Septima recenſetur. Alanus Copus Dial. 4. & 5. & Sãder, lib. 7. de Viſib. Monarchia Eccleſiæ nu. 613. docent, in Synodo Francofurtẽſi ſolum dãnatam eſſe Conſtantinopolitanã ſub Cõſtantino Copronymo habitam, ab hereticis falsò dictã Septimam Synodum: Nicænã verò ſecundã non ſolùm non damnatam, ſed etiã confirmatam. Idẽ exiſtimant Platina, Blondus, Sabellicus, & Paulus Aemilius. Verùm Bellarminus lib. 2. de Imaginib. Sanct. c, 14. & Baron. Tom. 9. ad annũ Chriſti 794. vbi fuſiùs vterq; de hac re diſſerũt, eam reſponſionẽ meritò reijciũt: & multi Scriptores antiqui verè docent, reprobatam Septimã Synodum, quæ conſtituerat imagines adorandas. Ita Hincmarus Rhemenſis lib. contra Hincmarũ Laudunenſem c. 20. vbi falsò dicit, eam Nicæę conueniſſe ſine Papæ authoritate, Rhegino, Ado Viennenſis, & Hermannus Contractus in Chronicis, Annales incerti Authoris, à Pithæo in lucẽ editi an. 794. Auentinus lib. 4. Annal. Boiorum, Aimoinus lib. 4. de geſtis Francorum c. 85. & Abbas Vrſpergenſis, cũ dicunt, Synodum Græcorũ ante paucos annos ſub Cõſtantino, & Irene celebratã, abdicatã eſſe; proculdubio hanc eandẽ intelligũt, licet lapſu memoriæ Cõſtãtinopolim loco Nicæę poſuerint; neq; enim alia, præterquã Nicæna ſecũda, ſub Cõſtantino, & Irene celebrata eſt. Hos omnes Scriptores aſſerere vel mentiri, vel libros eorũ eſſe corruptos, vt Copus dicit, meritò videtur Bellarmino paulò durius. Dicendũ itaq; in Cõcilio Francofordienſi verè reprobatã Nicęnã Synodum ſecundam; verùm, vt rectè Bellarminus, per errorẽ, & materialiter; nã ex impoſtura Authoris librorum Carolinorum putarunt illi Patres, & falsò in Synodo Nicęna definitũ fuiſſe, vt imagines adorarẽtur cultu latriæ: deinde Decretum illud à Græcis factum eſſe ſine conſenſu Romani Pontificis. Vtrumq; verò perſuaſum fuiſſe Cõcilio, docet Bellarminus ex libris illis Carolinis: & Authores illi antiqui cum ſcribunt, reprobatam eſſe illam Synodum Gręcorum, quæ decreuerat, Imagines eſſe adorãdas, procul dubio intellexerunt, ex definitione Cõcilij adorandas eſſe cultu latriæ, qui honor Sãtiſs. Trinitati debetur, & nõ Sanctis vel imaginibus ipſis. Quod verò hæc duo Synodo Nicænæ impoſita ſint, nempè quod caruerit Papæ authoritate, & quod decreuerit, imagines adorandas cultu latriæ, inde conſtat, quòd in ipſa Synodo Act. 2. recitantur Epiſtolæ Papæ Adriani pro Imaginibus, & in omnibus Actionibus ſemper primi ſubſcribunt Legati Romani Pontificis. Deinde, quod ad cultum Imaginum attinet, in prima Actione Baſilius Ancyranus, qui antea fuerat hæreticus, cum reſipiſceret, & cõfeſſionem Catholicam ederet, toto Concilio audiente, & probante, dixit, ſe imagines quidem colere, non tamen latria, cum ea ſoli Deo debeatur; & eam vocat

Vniuerſalẽ Septimam damnauit, ſed per errorẽ, duob. mendacijs illi obtruſis.

Digitized by Google

κατὰ τιμὴν προσκύνησιν adorationem, quæ pertinet ad honorem. Act. 2. Conſtantinus Epiſcopus Conſtantiæ Cypri profitetur, ſe ſuſcipere, & amplecti honorabiliter ſanctas, & venerabiles Imagines: atque adorationem, quæ per latriam, id eſt Deo debitam ſeruitutem, efficitur, ſoli Superſubſtantiali, & viuificæ Trinitati impendere *τὴν κατὰ λατρείαν προσκύνησιν μόνῃ τῇ ὑπερουσίῳ, καὶ ζωαρχικῇ τριάδι ἀνατιθέμενα*. Ita reliq. illi Patres Act. 4. & 7. potiſsimum in Epiſtola Taraſij, & totius Synodi ad Imperatores Conſtantinum, & Irenem matrem eius. Non igitur formaliter, & ex intentione Synodus Frãcofordienſis reprobauit Synodum ſecundam Nicænam. Siquidẽ, vt ex dictis conſtat, non habuerunt illi Patres intentionẽ reprobandi Synodũ, quæ decerneret, ſacras Imagines eſſe colẽdas, ſed longè inferiori cultu ab adoratione latriæ, q̃ ſoli Deo debetur, & vt cultus illis delatus ad prototypum, ſeu exemplar referatur: neq; reprobandi Synodum, quæ Romani Pontificis confirmata eſſet authoritate: nec ex conſequẽti exploſit illas Synodos, quę contra Leonẽ Iſauricum Cõſtantinum Copronymum, & eius Pſeudoſynodum Romæ à Pontificib. pro cultu ſacrarũ Imaginũ confirmando ſunt habitę. Id ampliùs confirmo; nam authoritate Synodi Nicænæ ſecundæ reſtitutæ ſunt Imagines in Oriẽte, & ſancitum, eas coli debere, q̃ fuerant ſub Leone Iſaurico, & Conſtantino Copronymo euerſæ. Si igitur Synodus Francofurtenſis reprobauit Synodum illam, & quod in ea verè ſancitum fuerat; oportuit certè tum temporis in Gallia, & Germania authoritate Synodi Frãcofurtẽſis deijci ſacras Imagines, quod tamen nunquam factum legimus, neq; aliquem Authorem citabit Mornæus. Sed quomodo tã manifeſta hęc mendacia obtrudi potuerunt Concilio Francofordienſi de Nicæna Synodo paulò antè habita? Non mirum certè id videri debet, vt rectè Bellarminus notauit. Nam ſi nunc Magdeburgenſes, & Mornęus ſcribere audẽt, nos colere Imagines diuinis honoribus planè vt Deos, cum tamen tot libri Catholicorum, & ipſum Tridẽtinum Cõcilium in Germanię finibus celebratũ, clament contrarium; quid mirum, ſi idem cõfictũ ſit de Synodo Græca, quã pauciſsimi legere potuerunt, & quæ in Oriente celebrata fuerat? Quid verò aliud eſt hoc opus Philippi Mornæi, in quo refellẽdo verſamur, quàm farrago, & congeries quædam mendaciorũ, & impoſturarum in Catholicos? Errauit igitur Francofordiẽſis Synodus nõ in iuris, ſed in facti quæſtione: nec condemnauit verã doctrinã Synodi Nicænæ ſeptimæ Vniuerſalis, ſed eam cõdemnauit, quam putauit falsò fuiſſe in illa Synodo traditam. Neq; verò mirum, ſi errare potuit; nã etſi aſtiterint Legati Adriani Põtificis, vt obijciebat Mornæus; non tamen cõſenſere, vt Magdeburgenſes ipſi fatẽtur Cent. 8. c. 9. col. 639. & Papa non ſolùm non conſenſit, ſed etiã refutauit Francofordienſẽ Decretũ, vt conſtat ex libro Adriani de Imaginib. ad Carolũ, vbi refutãtur mendacia illorum librorũ Carolo inſcriptorũ.

Non exploſit Synodos Romæ celebratas pro cultu SS. Imaginum.

Francofordienſis Synodus errauit in quæſtione non iuris, ſed facti.

Legati Põtificis eã nõ cõſenſerũt.

Põtifex refutauit.

Non abs re videtur ſubiungere obſeruationẽ Baronij, lõgè inter ſe iſta eſſe diuerſa, vel dicere, aliquid eſſe damnatum in Concilio, vel dãnatum per Concilium; vt primum actũ habeat imperfectum, ſecundum cõſummatum: cum n. aliquid in Concilio agitur à malè ſentientib. nec accedit conſenſus eorum, quorum eſt ſtatuta firmare, quo ſi careat, omne quod decretum eſt, nullius eſt ponderis, & penitus euaneſcit: tunc id ſtatutũ tantùm dici poteſt in Concilio, nec alicuius roboris eſt deficientib. neceſſario requiſitis. Sed tunc per Cõcilium, cum omnia ad actus perfectionẽ concurriſſe, remq; eſſe perfectã liquet. *Sic* (inquit ad an. 794. art. 27.) *aſſerimus cum antiquis Authoribus, damnatam in Concilio Francofordienſi Nicænam ſecundam Synodũ, vt deficiente conſenſu eorum, quorum erat Synodũ comprobare, negemus omninò per Francofordienſe Conciliũ Nicænam ſecũdam Synodum eſſe damnatam; cum haud dubium, quęcumq; ab illis facta fuiſſent, irrita penitus, atq; caſſa reddita eſſe; vt nõ mireris, ſi, quę ſunt ab eis ſic Acta cõſcripta nuſquam appareant, vtpote q̃ abolita, perpetuoq; fuerint ſepulta ſilẽtio, quę non probaſſent Legati Apoſtolicę ſedis, nec, qui eos miſerat, Adrianus Romanus Pontifex confirmaſſet.* Inde factum putat, vt Caroli præcepto exploſis, atq; reiectis ijs, quæ cõtra Nicænam Synodum geſta fuiſſent, ipſa tantùm Acta, quæ contra Elipandum, atq; Felicẽ omnium cõſenſu firmata fuiſſent, eiuſdẽ Synodi integra remanerẽt; quòd probè ſciret Carolus, nulla Cõciliorum Acta ſubſiſtere, quibus Romani Pontifices contradicerent. Sed quid Mornæus nobis obijcit Synodum Francofordienſem? Annõ illa Synodus ea ratione reprobauit ſecundam Nicænã, quia non erat confirmata à Põtifice Romano? Si igitur alicuius ponderis eſt apud Mornęum illa Synodus, oportet vt nobis concedat, eſſe Romani Pont. cõfirmare Cõcilia. Quantùm ad librum illũ quẽ citat,

Dãnatum eſſe in Cõcilio differt ab eſſe dãnatum per Cõcilium.

Sic Nicæna ſecunda Synodus dãnata ĩ Frãcoford. Cõcilio.

Contra Nicænam illam ex Patrũ Francofurtenſium authoritate editum; cõtra Adrianum ipſum, qui eam confirmarat, quo falſa, quo nulla, quo Synodi nomine indigna declaratur,

Pag. 142

Non aliũ meo iudicio librum intelligit, quã qui Caroli Magni nomine inſcriptus eſt: quem conſtat, ab eo ad Adrianum Pontificẽ miſſum, vt refelleretur: & extat Adriani liber ad Carolum Magnum de Imaginibus, quo confutantur illi, qui Synodum Nicænam ſecundã oppugnarũt, de quo Sigebertus an. 772. *Adrianus Papa ad reprimendam rabiem hæreticorum Imagines Dei, Sanctorumq. execrantium nimis laborauit, & libro aduerſus eos edito, multis ſcripturarum inductionibus roborato, errores eorum infirmauit, fidemque rectam ſolidauit.* Hæc eſt cõfutatio libri citati à Mornæo; vnde perſpicuè intelligitur, librum illũ ab aliquo hæretico, vel etiã à multis cõpoſitum. Sed liber ille imponebat Nicænæ Synodo, primò q̃d definiret, Imagines eſſe colendas cultu latriæ ſoli Deo debite, quomodò nobis Mornę⁹, & Nouatores imponunt, cũ cultũ Imaginũ Idololatriã vocent. Secundò q̃ non eſſet confirmata à Põtifice Romano, ideoq; nulla. Non igitur cõtra

De libro nomine Caroli Magni inſcripto.

Pon-

Digitized by Google

Pontificem Adrianum, qui eam confirmarat, qđ affirmat Mornæus, ſcriptus ille liber. Immò verò docet, ad Romanum Pontificem pertinere vltimum iudicium de fidei controuerſijs, & eum non à Concilijs, ſed à Chriſto ipſo primatum habere, & plura alia Caluiniſtarum dogmata oppugnat. Plura in confutationem huius libri legi poſſunt apud Alanum Copum Dialogo 4. cap. 18. Baronium Tom. 9. ad an. Chriſti 794. Bellarminū lib. 2. de Imag. Sanct. c. 15. Non immorandum nobis in iis, quæ toties repetit, aut nullo ordine ſcribit Morn. Qđ verò ſcribit:

Pag. 142

Carlomanus, qui paulò ante Caſſinū, Monachus factus, ſe receperat, ex Italia in Galliam commeat, eo tantùm conſilio, vt expeditionē Pipini diſſuadeat, & in ipſis Franciæ Comitijs Regis Lōgobardorū cauſam ſummo ſtudio agit:

Carlomanus Longobardorum cauſſam inuitus agit apud Pipinum.

VIdendū, quid ſcribat Aimoinus lib. 4. de geſtis Francorum c. 62. *Venit Carlomanus frater Regis iā Monachus fact⁹ iuſſu Abbatis ſui, vt apud fratrem ſuū precib. Romani Pōtificis obſiſteret. Inuitus tamen hoc feciſſe putatur, quia nec ille Abbatis ſui iuſſa contemnere, nec Abbas ille præceptis Regis Lōgobardorum, qui ei hoc imperauit, audebat reſiſtere.* Et Leo Oſtienſis lib. 1. Chronici Caſſin. c. 7. *Carlomanus cum ab Aiſtulpho Longobardorum Rege rogaretur, vt pro quibuſdam Regni ſui negotijs ad Pipinum fratrem ſuum Francorum Regē Legatus pergeret, Abbate quoque id fieri poſtulante, ægrè con entiens, profectus tandem eſt.*

Cur tamen agat.

Vnde cōſtat, neq; *ſummo ſtudio* egiſſe eū cauſſam Regis Longobardorū, neq; eam Legationē ſuſcepiſſe, quod Pontificis cauſſam, ambitionem, & cupiditatē improbaret, vt nugatur Mornæus, ſed vt barbari Regis furor ab inferenda clade Caſſinenſi Monaſterio abſtineret: neq; enim alio timore Abbas pręcepto Regis Longobardorum non audebat reſiſtere; nā vt refert idē Leo Oſtienſis lib. 1. Chronici Caſſin. cap. 2. *Longobardi præfatum Monaſterium longe antea* (ſcilicet anno ſalutis 568.) *nocturno tēpore quieſcētibus fratribus, ingreſſi erāt, diripuerant, ac deſtruxerant.* Meritò igitur ſibi idem ab Aiſtulpho timebant: & Abbas ei iuſſit quidē, vt Legationem illam ſuſciperet; non tamen vt quidquam in perniciem Eccleſię apud Regem fratrē procuraret. Sed Mornæus:

Pag. 142

Et Abbati porrò tantum Principem cogendi, num facultas?

Carlomanus ſuperioris ſui authoritati ſe totū commiſerat.

ATqui ille cęleſtis Regni deſiderio Regnum terreſtre deſeruerat, Principatu abdicato, & abiecto faſtu mūdano, monaſticæ vitæ ſe deuouerat, ſuæ voluntati renuntiarat, ac totū ſe ſuperioris authoritati commiſerat: & mira de eius humilitate, atque obedientia refert Leo Oſtienſis lib. 1 Chronici Caſſinenſis cap 7. Sed Mornæus animalis homo, qui non percipit, quę Dei ſunt, & terrena ſapit, putat tanto Principi Regis Francorum fratri, monaſticam vitam profiteri, & ex Abbatis volūtate pendere, rem tanta nobilitate indignam fuiſſe. Licet verò ægrè conſentiret ei Legationi ſuſcipiendæ, q rerum cœleſtium contēplationi deditus eſſet, mundanam curam abieciſſet; non tamen ab Abbate cogebatur, cùm ſponte obediret.

Pag. 142

Carolum Magnum Regnum ſuum Pontificis beneficium non eſſe, ſatis oſtendere, immò nō diſſimulare dignitatem Pontificiam, Romam adeò ipſam à ſe pendere, Imperatoris beneficium eſſe, ſcribit Mornæus. Certum eſt, mutuas ſibi operas præſtare Eccleſiam, & Imperiū: certum etiam eſt Pontifices de Regibus Francorū benè meritos eſſe, & Pipino, vt à Frācis Rex ſalutaretur, ſuffragatos eſſe, Carolū Magnum Imperatorem Occidētis proclamaſſe: Reges item Pontifices ipſos multis ſibi beneficijs deuinxiſſe, in ſummis rerum difficultatibus illis opem tuliſſe, de ſede Apoſtolica quàm optimè meritos fuiſſe: Pipinum, & Carolum Magnum multis ditionibus locupletaſſe Romanam Eccleſiam.

Pōtifices & Reges Frācorū mutuis beneficijs ſibi deuincti.

Sed ſi Regnum Francorum à Pōtifice non pendebat, neq; illius erat beneficium; nec certè Reges Francorum id ſibi arrogabant, vt à ſe pendere Pontificiam dignitatē, quæ diuina eſt, ac ſupernaturalis, exiſtimarent.

Reges Frācorū ſibi nō arrogarūt, à ſe pēdere Pōtificiam dignitatem.

Operæ pretium hic adducere, quæ ſcribit Aimoinus lib. 4. de geſtis Francorum c. 62. *Stephanus Papa poſtquam à Rege Pipino Eccleſiæ Romanæ defenſionis firmitatem accepit, ipſum ſacra vnctione ad Regiæ dignitatis honorem cōſecrauit, & cum eo duos filios eius Carolum, & Carlomanum.* Non aſſero quidem, ex ea conſecratione in eos trāslatum eſſe Regnū à Pontifice, vt ſit beneficium Pontificis; eam tamen conſecrationem valuiſſe, vt eis proſperè Regnum à Deo conſeruaretur, & auguſtior eſſet dignitas, nemo negabit.

Carol. Magnus factus ab Adriano Pont. Patricius Rom. quæ Patricij dignitas.

Cùm de honoribus Carolo Magno Romā venienti deferendis Adrianus retuliſſet, viſum eſt omnibus Epiſcopis, Abbatibus, & Procerib. vt Carolus Patricius Romanus eſſet. *quæ dignitas poſt Conſtantinum Magnū* (ait Sigon. lib. 4. de Regno Italiæ anno 773.) *in Romano Imperio maximi, ac ſplendidiſſimi tituli fuit. Eum honoris titulū* (ait Zozimus lib. 2. hiſt.) *primus Conſtantinus excogitauerat, lataq; lege ſanxerat, vt qui eum cōſecuti fuiſſent, ſupra ipſos Præfectos Prætorijs ſeſſitarent.* In Conſtit. Imp. Patricij Imperatorū Conſilarij quaſi eorum patres vocantur. Vetus Gloſſariū. *Patricius eſt, quem Imperator eligit ſibi in patrē.* πάτερ βασιλέως à Luitprando vocatur lib. 3. de reb. per Europam geſtis c. 8. Suidas Patricios eſſe tradit cōmunis Reipublicæ patres, qui Senatorij Conſilij in ſuprema dignitate eſſe cenſentur. Extat formula Patriciatus apud Caſſiodorum lib. 6. var. 2. *Noſtro munere ſubleuatus, Patriciatus culmen aſcende.* Apud eundem lib. 8. Epiſt. 9. eſt honor, qui & armis conuenit, & in pace reſplendet: & ab Imperatore quidē ſolebat concedi.

Pag. 143

In quo, Adrian⁹ Imperatorū fines non inuaſit.

Falſum tamen, quod ſcribit Mornæus, *Pontificem Imperatoris fines inuaſiſſe.* Siquidem Imperator tum Romæ nihil iuris habebat: quocūq; titulo, aut cuiuſcumq; eſſet beneficio, tū Pōtifex iuſtus erat Vrbis temporalis Dominus. Athalaricus Rex Gothorum in Italia nō erat Imperator; verùm quia ius Romæ tum ſibi vendicabat, creat Tocolū Patriciū apud Caſſiod. lib. 8. var. Epiſt. 9. & 10. *Senatui Vrbis Romæ ſuper eodē habetis P.C. vn*

Digitized by Google

de glorioſo Principi gratiã referre debeatis, quãdo præcelſo viro Tecolo, & noſtra affinitate fulgenti veſtri ordinis contulimus dignitatem. Cum igitur idẽ ius Romæ haberet Pontifex; creando Carolum Magnum Patricium Romanorum, fines Imperatoris minimè inuadebat, Præterea ſi Leo tertius Adriani ſucceſſor Carolum Magnum creauit Imperatorem Occidẽtis, & id ius nemo in dubium reuocauit, cum Carolum, & illius ſucceſſores non modò vniuerſus Occidẽs, ſed & Græci ipſi legitimos Imperatores agnouerint, neq; Pontificem alicuius fines inuaſiſſe obiecerint; multo certè magis ius habuit Adrianus eundẽ creandi Patricium Romanorum, Sed tantam gloriam patriæ inuidet Mornæus, quod Francorum Reges primi ob merita in Rempublicã Chriſtianam, & in Eccleſiam Romanã, à Pontificib. dignitatẽ Imperatoriam ſint conſequuti.

An Inueſtitura Epiſcoporũ & cõfirmatio electi Romani Pot Carolo Magno fuerit ab Adriano conceſſa.

Præter Patriciatus dignitatem Carolo delatam, ſcribit Sigonius, & hoc decretum, *vt per ſingulas Prouincias Archiepiſcopos, & Epiſcopos inſtitueret, ita vt niſi ab eo laudarentur, & inſtituerentur, à nemine ſacrarentur, & vt Pontificem eligeret, ſedemq; Apoſtolicam ordinaret. Epiſcoporũ autem inſtitutionẽ Inueſtiturã illi vocarunt, eamq; annulo et baculo porrigẽdo perfici voluerunt.* Nõ dubiũ, quin hæc Sigonius ex Sigeberto acceperit, qui cũ totis virib. foueret partes Hẽrici Imperatoris ſchiſmatici, vindicantis ſibi Eccleſiarum inueſtituras, finxit, quod ille vanè prætendebat, iam illud fuiſſe conceſſum à Romano Põtifice Carolo Magno Imperatori: & Sigebertus hæc ſcribebat anno ſalutis 1112. poſt annos videlicet 338. ab hoc tẽpore, nullo antiquiore Authore citato; neq; rerũ Caroli Hiſtoriographũ aliquẽ illius temporis citare potuit Mornæus; immò ex Eginhardo, qui Caroli Magni lateri inhærebat, & vitã eius ſcripſit: & validiſsimis alijs rationibus, impoſturam, & fraudem hanc eſſe Sigeberti, docet Baronius ad annum 774. At contra Mornæus.

Pag. 143

Ergo nè ſchiſmaticus illi Gratianus idẽ profeſſus? Schiſmatici et tot alij, ſchiſmaticus Gregorius XIII. qui hũc Canonẽ illibatũ reliquit? At enim in ſchiſmate Hildebrandi, quo hæc quæſtio tã vehementer agitata, ſub tot deinceps Põtificib. num quiſquam vnquã Sigebertũ falſi redarguit? mẽtitum dixit?

SEd his abundè ſatisfacit Baronius, nullo de impoſtura habito diligentiori examine, creditum eſſe verum, quod à Sigiberto eſſet quã mendaciſsimè affirmatũ; vt non ad hæc refellenda ſe conuerterint pij Eccleſiaſtici Scriptores; ſed laborarint, vt oſtẽderẽt, iſta ab Adriano Põtifice cõceſſa Carolo, fuiſſe poſtea reuocata. Fuit ex his vnus Gratian⁹ nimis credulus, qui improuidè nimis eandẽ Sigeberti manifeſtiſsimã impoſturã totidẽ verbis exſcripſerit, atq; perindè ac firmiſsimum aliqđ Pontificum Decretũ, vel Synodi Oecumenicæ Canonẽ ſuo libro Decretorũ inſeruerit diſt. 63. c. Adrian. & c. in Synodo: ſic tẽpore ſchiſmatis Henrici Imperatoris nemo mentitũ dixit Sigebertũ, quia non diligentiùs examinarunt, vera nè, an falſa ſcripſiſſet, Etſi verò Gregorius XIII. à Decreto Gratiani Canonem hunc non expunxerit; non ideò pro certo, & vero Pontificio Canone, ſed potius cõficto eum habemus, neq; tanquã Scripturam ſacram veteris, & noui Teſtamẽti Gregorius XIII. edi curauit decretum Gratiani: & Catholici quidem edunt in lucem Tertulliani, Origenis, & aliorum Scriptorũ Opera, quibus multos errores inſertos norunt quos tamẽ non profitẽtur. Neq; ideò ſchiſmaticus Gratianus, aut Gregorius XIII. ſi, non habito diligentiori examine, putarunt, verè ab Adriano id ius Carolo conceſſum, quod eo Canone continetur; licet alioqui cõfictũ fuerit à Sigeberto, fautore Imperatoris ſchiſmatici. Quomodò verò Carolo Mag. cõceſſa iſtitutio Archiepiſcoporũ, & Epiſcoporũ per Prouincias quã Inueſtiturã vocant, annulo, & baculo porrigendo perficiendã? Siquidẽ tempore Caroli Magni nomẽ ipſum *Inueſtituræ* nõ fuit in vſu: & Mornæus, qui aſſerit, ab ipſo Longobardorum tẽpore hanc vocem inoleuiſſe, proferre debuit aliquem Authorem illius tẽporis, penes quẽ inueniatur nomẽ *Inueſtituræ*, vel vſus eius per annuli collationem, & baculi, Neq; ius confirmandi Pontificẽ Carolus tãquam iure poſtliminij ſibi vindicare potuit, quod primùm vſurparãt Gothorum Reges in Italia Ariani, deinde, his exactis, Iuſtinianus, & alij Imperatores: neq; Caroli, neque Imperatoriæ Maieſtatis erat illud ius: nec verò amiſsũ fuerat, vt iure poſtliminij recuperaretur; ſiquidem poſtliminium eſt τὸ τῆς ὑποστροφῆς δίκαιον. Quantum ad Cõſtitutionem Italiæ per Carolum Magnũ: non dubiũ, quin idem ius ille Pontifici in Exarchatũ Rauennenſem, & alias Ditiones cõceſſerit, quod olim Reges Gothorum, deinde Imperatores, ac poſtremò Lõgobardorum Reges habuerant: neq; Põtifices tale ſacramentũ ſuſcipiebãt (vt fingit Mornæus) *Promitto me Domino meo Carolo & filijs eius fidelem futurum in tota vita &c. Item iuro per hæc ſancta Dei Euangelia, me in poſterum fidelem ei futurum, vt Vaſſallum Domino &c* Verum cum Carolus Ducatũ Beneuẽtanũ Aragiſo Deſiderij Regis genero, Spoletanũ Hildebrando, Foroiulienſem Rodgando permiſiſſet; Duces ipſos liberos iuſsit eſſe, vno tantum Regij feudi vinculo obligatos, quo qui ſe obſtrinxerant, præter annuũ cenſum prædictum ſacramẽtum ſuſcipiebant. Qđ verò ſcribit, Adriano non ſatis cum Carolo conueniſſe: id certè ex Epiſtolis illius 30. 31. & 39. quarũ ſummaria refert Baronius, minimè colligitur; obitũ eius Carolus Magnus multis lachrymis proſecutus eſt, quẽ vt patrẽ coluerat, & vt amicum plurimũ dilexerat. Teſtis Eginhardus in vita Caroli: *Nũciato ſibi Adriani Papæ obitu, quẽ amicum præcipuum habebat ſic fleuit, ac ſi fratrem, aut cariſſimum filium amiſiſſet* Nec fletu tantum, ſed religioſis officijs, atq; ſuffragijs eius animam proſecutus eſt, pro ipſa eleemoſynas erogans, quin & ſepulcrum eius in Vaticana Baſilica collocatum Regio Epitaphio decorauit.

Inueſtituræ nomen tẽpore Caroli Magni nõdũ vſitatũ.

Mornæi figmentum.

An Adriano cũ Carolo Magno conuenerit.

Anno

Pag.144

Anno 796. Adriano primo ſuccedit Leo tertius.

Leo 3. Adriani ſucceſſor munera mittit ad Carolũ Magnũ: quem ad finem.

QVæ circa hunc Pontificatum nugetur Mornæus, ſigillatim conſiderandum. Quod Pontifex cõſecratus extẽplo per Legatos certiorem Carolum fecit de ſua electione, & claues Sancti Petri, & vexillum Vrbis, aliaquè perhonorifica munera miſit, interpretatur, in fidei, & hominij ſignum fuiſſe. Sed ad hoc Baronius ad annum Christi 796. art. 16. *Hic tu rideas opus eſt, Lector, Nouatorum deliria, dum quamlibet occaſionem captantes, per claues ex legum præſcripto tradunt Carolum in poſſeſſionem immiſſum Romanæ Eccleſiæ & per vexillum Romanæ Vrbis. Ignorantes miſeri, eiuſmodi dona mitti conſueuiſſe à Pontificibus Chriſtianis Principibus, vt quę dicta ſunt ſuperius de clauibus itidem ex ſepulcro Sancti Petri miſſis à Sancto Gregorio Papa Francorum Regibus, & alijs Principibus, & viris clariſſimis, factitatumque id ipſum ab eius ſucceſſoribus Pontificibus, quod hic à Leone factum vidimus.* Et ne de vexillo miſſo aliquis obijceret; id alio exemplo confirmat Patriarchæ Hieroſolymitani, qui miſerit ad eundem Carolum Magnum loco benedictionis claues locorum ſanctorum vna cum vexillo; *vt intelligas* (inquit) *huiuſmodi munera mitti conſueuiße Regibus ab Epiſcopis.* Honoraſſe vero Leonem Pontificem ipſum Carolum Magnum dono vexilli, eo quòd potentiſsimus eſſet Eccleſiæ Romanæ defenſor, dicere quoque poſſumus. Quoad ea, quæ ex Aimoino citat lib. 4. cap. 86. *Rogauitque Leo, vt aliquem de ſuis optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad ſuam fidem, atque ſubiectionem per ſacramenta firmaret,* id eo ſenſu accipit Mornęus, vt voluerit Pontifex Romanus, Francis fidem iurare quam tamẽ interpretationem minimè probant Magdeburgenſes: Cent. 8. cap. 10. col. 751, ſed quod petierit, Romanos eò adigi, vt Pontifici, cui Carolus donauerat Prouinciam Italiæ, iusiurandum præſtarent: *Quare* (ſubiungunt) *Eugebertus, vel Agilbertus Abbas Sancti Richarij iuſſu Caroli compulit, Romanum populum fidelitatem iurare Pontifici:* vt ne inde colligat Mornæus, Leonem Põtificem profeſſum ſe, aut Romanos Vaſſallos eſſe Carolo, licet Romam, & Eccleſiam eius fidei, & tutelæ commendaret.

Cur Leo 3. aliquem de Caroli Optimatibus Romam mitti cupierit.

De Leone III. Põtifice a Romanis excæcato miraculum nos ingeminare ſcribit, quòd erutos ei oculos ab aduerſarijs, ſed à Deo reſtitutos aſſeramus; Siquidem de hac Romanorum crudelitate loquens Aimoinus lib. 4. c. 89. *Equo* (inquit) *deiectus, & erutis oculis (vt aliquibus viſum eſt) lingua quoque amputata, nudus, ac ſemiuiuus in platea relictus eſt.* Et Zonaras. *Ei læſerunt oculos, non ademerunt: nam ij, quibus mandata excæcatio, pepercerunt homini, eiuſque miſerti extrinſecùs oculos læſerunt, ſed lumine non priuarunt.* Verum ſi aſſerimus illud miraculum; nec deſunt nobis Authores, nec exempla; Anaſtaſius ipſe in Leone III. de malignis illis, qui in eum violenter irruerũt: *Ipſi* (inquit) *inſidiatores, atque operatores malorum, Iudaico more ſine vllo diuino, vel humano honoris intuitu, ferino more comprahendẽtes, in terram eum proiecerunt, & abſque vlla miſericordia ſcindendo ſpoliantes eum crudeliter, oculos ei euellere, & ipſum penitùs cæcare conati ſunt. Nam lingua eius præciſa eſt, &, vt ipſi omnino tunc arbitrati ſunt, cæcum eum & mutum in media platea dimiſerunt. Verùm ipſi maligni Paſchalis, & Campulus* (ipſi erant coniurationis Duces) *ſicut veri Pagani, & impij ad ipſius Monaſterij Eccleſiam, ante confeſſionem eum trahentes, ante ipſum venerabile altare iterum oculis, & linguam amplius crudeliter eruerunt.* Poſtea miraculum enarrat: *Deus omnipotens, qui eorum malitiam præſciendo diu patienter ſuſtinuit, ipſe eorum iniquos conatus mirabiliter deſtruxit. Contigit enim cooperante Deo, & B. Petro Apoſtolo ſuffragante, quod antedictus Papa cùm ab ipſis carnificibus in Monaſterium Sancti Eraſmi in cuſtodiam mitteretur, Domino annuente, atquè B. Clauigero Petro Regni Cęlorum ſuffragante, vt viſum receperit, & lingua ad loquendum illi reſtituta ſit.* Certè plus fidei habendum Anaſtaſio Sedis Apoſtolicæ Bibliothecario, & cui non defuerunt veterum Pontificum certa monumenta, quàm Aimoino, vel Zonaræ, alienas hiſtorias potiùs, quàm Romanorum Pontificum ſcribentibus. Onuphrius omnis antiquitatis diligentiſsimus indagator: *Huic Pontifici Leoni* (inquit) *diuino beneficio loquela & viſus, quibus ab impijs priuatus fuerat, reſtituta ſunt.* Annales incerti Authoris à Pithæo editi in lucem, *Leo Papa à Romanis in Litania maiore, lingua detruncata, excæcatus.* Et in vita Caroli Magni: *Romani Leonem Papam Litania maiore excæcauerunt, & linguam ei amputarũt.* Rhegino, Hermannus Cõtractus, Sigebertus in Chronicis anno 799. idem ſcribunt &c. Atqui conſtat, eum poſtea locutũ eſſe, & per multos annos Pontificatum adminiſtraſſe; igitur miraculo reſtituta ei lingua, & viſus. Ex Recentioribus Sigonius non aſpernandus Author, à Mornæo ſæpe citatus lib. 4. de Regno Italiæ anno 799. de coniuratione illa Paſchalis, & Campuli, & inſidijs per eos diſpoſitis, dum ſolemnem Cleri, populique cum ſupplicatione pompam Pontifex eſſet ducturus, ſcribens: *Vbi* (inquit) *ad ædem SS. Stephani, & Syluestri eſt ventum, ſocijq; eorum, vt compoſitum fuerat, repentè ex inſidijs eruperunt, atque impetu facto Leonem corripuerunt, & in terram abiectum, Paſchali caput, Campulo pedes tenẽtibus ſacris veſtibus exuerunt, atque oculos elidere, & linguam præcidere contenderunt. Tractum inde in proximam ædem, & ante altare conſtitutum diris vulneribus affecere, & mox ſanguine madentem, ac ſemianimem in Monaſterium S. Eraſmi arctæ cuſtodiæ tradidere. Ibi inſigni Dei beneficio aſpectus, & ſermo quibus conſquè caruerat, reſtitutus eſt.* An verò huiuſmodi miraculorum nobis deſunt exempla? Victor Vticenſis lib. 3. de perſecutione Vuandalica refert, Hunericum Regem Arianum præcepiſſe, vt Catholicis linguas, & manus dextras radicitùs abſcinderent: *quod cum factum fuiſſet* (inquit) *Spiritu Sancto præſtante, ita loquuti ſunt, & loquuntur, quomodo antea loquebantur. Sed ſi quis incredulus eſſe voluerit, pergat nunc Cõſtantinopolim, & ibi reperiet vnum de illis Subdiaconem Reparatum, ſermones politos ſine vlla offenſione loquentem &c.* Iuſtinianus Imperator in Cõſtitutione à ſe edita Cod.

Leoni 3. Põtif. miraculo reſtituta lingua, & viſus.

Similia aliorum exẽpla.

de officio Præfecti Prętorio Africæ: *Vidimus* (inquit) *venerabiles viros, qui abſciſſis radicitùs linguis pœnas ſuas mirabiliter loquebantur.* Et Niceph. lib. 16. c. 36. ſcribit, Cabadem Regem Perſarum multis Chriſtianis membra, & partes eas, per quas vox editur, ademiſſe, *qui tamẽ illis ſic amiſſis, non minùs quàm antea, clarè ſunt loquuti.* Quod itaq; in Leone tertio Pontifice ingeminamus miraculum, nec probatis Authoribus, nec exemplis caret.

Leo à coniuratorũ manib. liberatus cõfugit ad Carolũ Magnum.

Leo è nefarijs coniuratorũ manibus liberatus, & à Duce Spoletano, qui tãti flagitij fama properè cum exercitu Romã accurrerat, Spoletum incolumis deductus, ad Carolũ, vnicum afflictæ Eccleſiæ ea tempeſtate præſidium, cõfugit, Epiſcopis, Abbatibus, & nobilibus viris, qui plures ad eum officij cauſſa confluxerãt, proſequentibus. Eum magno honore Carolus excepit: Pontifex acerbas in ſe ſacrilegorum hominum iniurias retulit, ac ſibi, & Pontificiæ Sedi opem miſerrimo vtriuſque tempore implorauit. Carolus, magno ſe dolore ferre eius iniurias, reſpondit, atque, vt ſpei ipſius ſuæ in ſe poſitæ non pœniteret, Deo bene iuuante, daturũ eſſe operam. *Cum Romam veniſſet Carolus* (vt ſcribit Anaſtaſius in Leone 3.) *fecit in Eccleſiam S. Petri congregari Archiepiſcopos, Abbates, & omnẽ Nobilitatem Francorum, atque Romanorum: & ſedentes pariter tàm magnus Rex quàm Beatiſſimus Pontifex, fecerunt reſidere & Sãctiſſimos Archiepiſcopos, et Abbates, & ſtãtibus reliquis Sacerdotib. et Optimatibus Francorum, & Romanorũ, vt crimina, quæ aduerſùs almum Pontificem dicta fuerant, examinarent. Qui vniuerſi Archiepiſcopi, Epiſcopi, et Abbates vnanimiter audientes dixerũt: Nos Sedem Apoſtolicam, quæ eſt caput omnium Dei Eccleſiarum iudicare non audemus; nam ab ipſa nos omnes, & Vicario ſuo iudicamur; ipſa autem à nemine iudicatur, quemadmodum & antiquitùs mos fuit. Sed ſicut ipſe Summus Pontifex conſueuit, iubeat, canonicè obediemus. Venerabilis verò Pręſul inquit: Prædeceſſorum Pontificum veſtigia ſequor, & de talibus falſis criminationibus, quæ ſuper me nequiter exarſerunt, me purificare paratus ſum. Alia verò die in eadem Eccleſia B. Petri Apoſtoli, cùm omnes adeſſent generaliter Archiepiſcopi, ſeu Epiſcopi, & Abbates, & omnes Franci, qui in ſeruitio eiuſdem magni Regis fuerunt, & cuncti Romani in eadem Eccleſia B. Petri Apoſtoli, in eorum præſentia amplectens præfatus venerabilis Pontifex ſancta Chriſti quatuor Euangelia, coram omnibus aſcendit in ambonem, & ſub iureiurando clara voce dixit, quia de iſtis falſis criminibus, quæ ſuper me impoſuerunt Romani, qui iniquè me perſecuti ſunt, ſcientiam non habeo, nec alia egiſſe me cognoſco. Et hoc peracto, omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, & cuncti Clerici, litania facta, laudes dederunt Deo, atque Dei Genitrici ſemperque Virgini Mariæ Dominæ noſtræ, & Beato Petro Apoſtolorum Principi, omnibuſquè Sanctis Dei.* Hęc Anaſtaſius. Ex quo vides, ſententia tot, tantorumque Præſulum Pontificem Romanum omnes iudicare, & à nemine iudicari poſſe. Quoad ea, quæ ex Aimoino citat de Leone Põtifice, qui poſtquam nullus eorundem criminum probator eſſe voluit, coram omni populo in Baſilica Beati Petri Apoſtoli Euangelium ferens, ambonem conſcendit, inuocatoquè nomine Sanctæ Trinitatis de obiectis ſe criminibus purgauit: quia vtique conficta erant crimina, quæ probare nunquam potuerunt. Non ægrè ferre viſus eſt Mornæus tantam crudelitatem in Pontificem à ſicarijs, & ſacrilegis hominibus perpetratã, vt cui id vnum propoſitum eſt, Pontificiam dignitatem hoſtiliter perſequi, qui & tunc haud dubiè, ſi eum ea tempora tuliſſent, è coniuratorum numero fuiſſet. Ita ſuæ cauſſę plurimum obfuturum iudicauit, ſi, quanta miſericordia poſt tam atroces iniurias vſus ſit Leo Pontifex, meminiſſet; quod tamen à nobis pro veritate ipſa dimicantibus, & Pontificum dignitatem ab iſto perfido hoſte aſſerẽtibus, minimè ſilentio prætermittendum fuit. Teſtatur Rhegino, Leonẽ ipſum pro ſuis perſecutoribus exoraſſe, ne quid detrimenti in ſuis corporibus paterentur, idquè ipſi enixè roganti conceſſum eſſe; cum tamen antea capitis ſententiam accepiſſent, & in eos lege agendum, definitum eſſet. Annales incerti Authoris: ad annum 801. *Poſt paucos dies iubente ipſo* (Carolo ſcilicet) *y, qui eundem Pontificem anno ſuperiori depoſuerant, in iudicium adducti, & habita de eis quæſtione ſecundum legem Romanorum, vt læſæ Maieſtatis rei capitis ſententia damnati ſunt: pro quibus tamen Papa pio affectu apud Imperatorem interceſſit: nam & vitæ, & membrorum integritas eis conceſſa eſt. Cæterum pro ſui facinoris magnitudine exilio damnati ſunt.* Idem teſtantur Ado Viennẽſis in Chron. ad annum 749. Regino ad annum 801. & alij.

Perhonorificè à Carolo excipitur.

Ad examinanda crimina Leoni obiecta Roma conuenitur.

Archiepiſcopi, alijq; profitentur, ſede Apoſtolicã à nemine iudicari.

Leo ipſe ſe purgat.

Leonis miſericordia erga perſecutores ſuos.

Quod ſcribit Mornæus, Carolum, ab hac ſeditione occaſione capta, omnem Romæ authoritatem ad ſe contraxiſſe: nemo Scriptorum illius temporis refert: & nos Vignerium, & Authorem Italum innominatum tanti facimus, quanti Mornæum: & qui Exarchatum, & alias ditiones Pontifici donauerat, & vlturus iniurias eidem illatas venerat, nulla probabilitate dici poteſt Vrbis dominium, quod tum Pontificis erat, aut omnem authoritatem ad ſe voluiſſe contrahere. Longè diuerſum à Mornæo docent Magdeburgenſes, Leonem ad Carolum, & Francos ita Imperium transtuliſſe, vt ſibi reſeruauerit ius Francis imperandi, atque hinc factum eſſe deinceps, vt qui Imperij ſceptrum acciperent, à Pontifice inaugurarentur.

Pag. 144

An Carolus omnem Romæ authoritatem ad ſe contraxerit.

Anno 801. in die Natalis Domini ante confeſsionem B. Petri Apoſtoli, cum Rex ab oratione ſurgeret, Leo Papa coronam capiti eius impoſuit, & à cuncto Romanorum populo, vt tradit Sigonius lib. 4. de Regno Italiæ an. 801. acclamatum eſt, *Carolo Auguſto à Deo coronato, magno, & piiſſimo Imperatori Romanorum vita, & victoria.* Et poſt laudes more antiquorum Principum adoratus eſt, atq; abiecto Patricij nomine, Imperator, & Auguſtus eſt nominatus. Atq; ita dignitatis Imperatoriæ titulum, cũ in Auguſtulo vltimo Occidẽtis Imperatore ante trecentos fermè annos ſub Regnũ Gothorũ in Italia defeciſſet, in eodẽ Occidẽte Põtifex renouauit,

Carol. Magnus à Leone 3. coronatur Imperator.

Digitized by Google

Imperator eſſe debet tutor Romanæ Eccleſiæ.

nouauit, vt haberet Eccleſ. Romana aduerſùs infideles, hæreticos, ac ſeditioſos tutorẽ, cuius officiũ repudiaſſe iã pridẽ Imperator Orientis videretur. Et hoc iudicat formula iuriſiurandi, quo Pontifex Imperatorem coronam impoſiturus obſtringit, quæ habetur in Ordine Romano: *In nomine, Chriſti promitto, ſpondeo, atquè polliceor ego N. Imperator coram Deo, & B. Petro Apoſtolo me protectorem, ac defenſorem fore huius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus vtilitatibus, in quantum diuino fultus fuero adiutorio, ſecundum ſcire meum, ac poſſe.* Hanc translationem Magdeburgenſes Cent. 8. cap. 10. col. 751. præcipuum ex miraculis Antichriſti appellant. Theodorus Bibliandor tab. 10. ſuæ Chronologiæ dicit, Leonem 3. vſurpata authoritate Imperium à Græcis ad Germanos tranſtuliſſe. Atqui id repugnat conſenſui totius orbis. Omnes certè Chriſtiani, etiam Græci ipſi, Carolum Magnum, eiuſque ſucceſſores habuerunt pro veris Imperatoribus; quin & ipſi Imperatores

Trãslatio Imperij Romani legitima.

Græci, Romanum Pontificem iure potuiſſe eam dignitatem conferre, ſunt confeſſi: Irene tùm Imperatrix Græcorum ei tanquam Imperatori iure creato nubere voluit: Nicephorus Imperator ejus ſucceſſor Legatos ad eum tanquam Imperatorem miſit. Ado Viennenſis, Annales incerti Authoris, Annales de geſtis à Carolo Magno anno 802. & 803. Otho Phriſingenſis lib. 5. capit. 31. eo defuncto, Michael Rangabe eius gener, & ſucceſſor Legatos Caroli ad Nicephorum miſſos, de fœdere renouando agentes libenter audiuit, eiſquè proficiſcentibus ſuos ad Carolum addidit, vt fœdus pactum cum Nicephoro confirmarent: Legati græca oratione laudes Caroli celebrarũt, Imperatorem eum, & *Βασιλέα* nominantes. Aimoinus lib. 4. cap. 100. Quod verò aſſerit

Huius trãslationis author nõ Populus Rom. ſed Pontifex.

Marſilius de Padua, referente Pighio lib. 5. Hierarch. Eccleſiaſt. cap. 14 authorem translationis non fuiſſe Pontificem, ſed Populum Romanum, aduerſatur omnibus Authoribus, qui hac de re ſcribunt; ſiquidem omnes non à Senatu, vel à Populo Romano, ſed ab ipſo Pontifice Carolum Magnum creatum eſſe volunt Imperatorem Occidentis. Zonaras, & Cedrenus in Imperio Irenes, Otho Phriſingẽs. lib. 5. cap. 31. Ado Viennenſis, Marianus Scotus, Hermãnus Cõtractus, Rhegino in ſuis Chronicis, Albertus Kranzius in Metropoli lib. 1. cap. 14. Hieronymus Rubeus hiſt. Rauenn. lib. 5. Sigonius lib. 4. de Regno Italiæ. De hoc fuſiùs Bellarminus lib. 5. de Romano Pontifice cap. 8. & lib. 1. de translat. Imp. Rom. vbi confutat abundè Commentarium Mathiæ Illyrici, quem aduerſùs eos ſcripſit, qui aſſerant, collatum eſſe Occidentis Imperium per Romanũ Pontificem in Carolum Magnum, *quam quidem ſcriptionem ſi quis mendaciorum nuncupauerit officinã* (ait Baronius ad annum Chriſti 800. art. 19.) *proprio quidem titulo mendax opus inſcripſerit &c.* Obijcit Mornæus, quod ſcribit Aimoinus lib. 4. cap. 89.

Poſt quas laudes (ſcilicet acclamationẽ populi Carolo coronato Auguſto) *ab eodem Pontifice (more antiquorum Principum) adoratus eſt &c. Sin rogas, mos ille antiquorum Principum quis fuerit? Saluianus vtiq; doceat, ſeruos Dominorum pedes oſculari ſolitos.* Pag. 145

Quali adoratione Carolũ creatum imperatorem Leo adorauerit.

VVlt itaque Nugator iſte, Pontificem Imperatoris pedes oſculatum; vt proinde Cæſarem Pontifex Dominum hic agnoſcat. Verùm, vt annotarunt viri docti, hæc adoratio non genibus proſterni, aut humi demitti; ſed potiùs impropriè ſalutare, nominare, aut appellare ſignificat; ſcilicet *τιμητικὴ προσκύνησις* *honoratoria ſalutatio*, quam inuicem exhibemus: ita, coronato Carolo, ſalutauit eum Auguſtũ, & Imperatorem. Immò coronam Imperij à Pontifice nõ dubium eum *ingeniculatum*, vt etiã addunt aliqui, accepiſſe: & ſcribit Paulus Aemilius in Carolo Magno, quod vbi primùm Carolus Romam venit, Adriano Pontifice, cum in congreſſum venit, *priùs Pontificis pedes oſculo contigit, quàm ſe illi amplectendum daret.* Non ita de Pontificibus legimus, quod Imperatorum, aut Regum pedes ſunt oſculati.

Quia hæreticus Mornæus; non mirum, ſi nobis non alios ex antiquis producat Authores præter hæreticos ipſos. Profert igitur nobis in medium tanquam probatiſſimum Authorem Claudium Taurinenſem, quod in peregrinationes Romanas ille detonaret. Atqui ille non modò peregrinationes ad limina Apoſtolorum velut minùs vtiles eſt cauillatus, aduerſùs ſacras Imagines, & Sanctorum reliquias peruerſa dogmata indixit, omnes Eccleſiæ cultores, Galliam, & Germaniam incolentes, Idololatriæ abominatione irretitos dixit; Verum etiam (vt Ionas Aurelianenſis teſtatur, qui contra eum ſcripſit,) *ter quaterque impius eſt detectus, vt qui Arij, & Neſtorij, Vigilantij, & Euſtatij hæreſeos ſectator eſſet.* Fuiſſe etiam diſcipulũ Felicis illius damnati in Concilio Francofordienſi, idem affirmat his verbis: *Ludouico feliciter imperante, idem Felix in quodam diſcipulo ſuo nomine Claudio, vtpote (vt verbis B. Hieronymi vtar,) Euphorbus in Pythagora renaſcitur.* Sibi itaque contradicit Mornæus; nam priùs, Concilium Francofordienſe probauit, in quo damnata, Felicis illius hæretici Neſtoriani hæreſis; Quomodo igitur nunc citat nobis Claudium Taurinenſem vt probatiſſimum Authorem, eiuſdẽ Felicis diſcipulum, & eadem hæreſi irretitum? Citare, & laudare Authores hæreticos eſt venire certè in ſuſpicionem hæreſeos. Itaque Neſtorianum, & Arianum eſſe Mornæum meritò ſuſpicamur, eoquè magis, quòd vellet, ſupereſſe libros Claudij Taurinenſis, quò ipſum plura doceret. Atqui libellus Claudij Taurinenſis à Ludouico Pio, eiuſque Palatij ſapientibus viris examinatus, iuſto iudicio repudiatus eſt,

Claudius Taurinẽſis à Mornæo citatus, qualis Author.

Mornæi contradictio.

& Io-

Digitized by Google

Claudij Taurinẽſ. Libellus à Ludouico Pio, alijſq; repudiat⁹.

& Ionæ Aurelianẽſi negotium datum, vt Claudij hæreſes confutaret. C. de *hæret. & Manich.* l. 6. damnatur impius Neſtorius portentoſæ ſuperſtitionis author, & præcipitur, ne quiſquam impios libros nefandi, & ſacrilegi Neſtorij habere, aut legere, aut deſcribere audeat: Eidem certè ſententiæ obnoxij Neſtoriani, cuiuſmodi Claudius ille Taurinenſis. Qui Synodi Turonenſis, ſeu potiùs Cabilonenſis, quam ſupra obijciebat Mornæus, ſit ſenſus, ſupra docuimus; nec enim prohibuit vnquam peregrinationes Religioſas, vt ad limina Apoſtolorum; verùm quia ea occaſione abuſus multi occurrebant, & multi eas ſuſcipiebant, non religionis, ſed lucri cauſſa, aut alio fine propoſito; ideò huiuſmodi malis remedium quærit.

Primatus Pontificis à Conſtãtino Imp. & Irene matre aſſertus.

Quia Conſtantinus, & Irene mater Fidem Catholicam profeſsi ſunt, & Diualem ſacram ad Papam Adrianum direxerunt, rogantes, vt veniret ipſe, vel certè mitteret Legatos ad Generale Concilium, quod ipſi concordiæ cauſſa vellent cogere; vbi eum vocant *verum, & primũ ſacerdotem, & qui in loco, & ſede Santi, & ſuperlaudabilis Apoſtoli Petri præſideret*: hoc interpretatur Mornæus *Pontificum gratiam omnibus modis captare*. Non dubium certè, quin literis Imperatorum lectis exhilaratus ſit Adrianus, cum videret eorum animos ad reſtituendum Conſtantinopoli, & in Oriẽte ex antiqua traditione, & iuxta doctrinam Sanctorum Patrum cultum ſacrarum Imaginum optimè præparatos. Extemplo itaque Legatos deſtinauit, Petrum Vicedominum Eccleſię, & Petrum Abbatem S. Sabæ, viros pietate, atque eruditione inſignes. Et Synodum Imperatores coegiſſe, quæ fuit ſecunda Nicœna ſeptima Vniuerſalis, nõ diſſitemur: non tamen inconſulto Romano Pontifice, aut ſine conſenſu, & authoritate illius: & quoad præcedentiam Legatos Adriani Papæ præſediſſe indè conſtat, quòd primi nominantur, & primi ſubſcribunt. Obijcit Mornæus:

Legati Adriani Papæ ſeptima Synodo præſident.

Tharaſius Patriarcha vtplurimum proponit, & definit; poſtremus etiam ſententiam dicit, & concludit, quod in Actione tertia perſpicuum. Pag.146

VErùm non modò Taraſius, ſed & alij Epiſcopi proponunt: & ipſi Legati Adriani Pontificis in principio illius Actionis primi nominãtur; cum tamen ſit eius, qui præſidet, primas tenere. Act. 2. habetur Epiſtola Adriani ad Taraſium, vbi disertè non ſemel ſcribit, ſedem Romanam in omnem Orbem primatum tenentem reſulgere, & caput omnium Eccleſiarum Dei conſiſtere: hanc Epiſtolam & Taraſius, & Sancta Synodus profitentur ſe admittere: omnes illi Patres ita conſentiunt litteris Pontificis ad Imperatores, & ad Patriarcham directis, vt nihil niſi ex illius ſententia definiãt. Quid quod peractis omnibus Taraſius Patriarcha, datis ad Adrianum Romanum Pontificẽ litteris, quæ extant inter Epiſtolas Adriani 1. tomo 3. Concil. parte prima, rerum omnium, quæ geſtæ fuerant, rationem reddidit, vbi eũ dicit *Summo Põtifice decoratum*, Et poſt: *Prædicabatur à nobis omnibus, qui beneplacito Dei congregati eramus, recta, & irreprehenſibilis confeſſio quæ nobis miſſa eſt à vobis, & per relationem etiam pijs Imperatoribus noſtris*. Falſum verò eſt, quod Adrianus ipſe Epiſcopus Romanus ad Taraſium ſcribens, in Actis huius Synodi Vniuerſalem Patriarcham eum appellauit. Non mirum, ſi eum titulum illi tribuant Act. 3. Epiſcopi orientis; verùm nunquam Adrianus ipſe. Sed, vt alibi docuimus, iſte titulus in inſcriptione Epiſt. Adriani ad Taraſium fuit ſuppoſitus. Ipſe etiam Taraſius cum ſuffectus eſſet in locum Pauli Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui vltrò ſedem reliquerat, Synodicam, & fidei ſuæ confeſsionem Romam ad Adrianum miſit, ab eoque eſt approbatus. Bellarmin. lib. 1. de Concilijs cap. 19. de hoc Concilio loquens. *Imperator* (inquit) *nihil in hac Synodo egiſſe legitur.* Mornæus contra.

Adrianus Taraſium non appellauit Vniuerſalem Patriarcham.

Sed negare minimè poſſit, Proconſulem Petronium, & alios Senatores eius perſonam ſuſtinuiſſe, quo omnia ritè fierent. Pag.146

NOn negamus, eos Synodo interfuiſſe nomine Imperatoris, prout ex Actionibus ipſis legimus. Verum cur, & quò fine Concilijs adeſſent præſentes Imperatores ipſi, vel eorũ nomine aliqui Magiſtratus, alibi dictum eſt; nempe vt quietè, & ſine tumultu omnia peragerentur, non vt de fide ipſi definirent. Et dicuntur iſti in Actionibus Concilij præſentes, & audientes dumtaxat, vt nullæ aliæ eorum partes fuiſſe viderentur συμπαρόντων, καὶ ἀκροωμένων τῶν ἐνδοξοτάτων, καὶ μεγαλοπρεπεστάτων ἀρχόντων. Alia obiectio.

In Occidente, Francofurtenſem Synodum Carolus Magnus conuocat, dirigit, moderatur; Italiæ licet Epiſcopi interſint, Adriani adeò ipſius Legati. Pag.146

Francofurtenſi Synodo nõ Carolus Magnus, ſed Legati Pontificis præfuerunt.

OB hæreſim Felicis, & Elipandi neceſſe fuit Epiſcoporum conuentum haberi Francofurti, cui interfuit ipſe Carolus: & hunc conuocaſſe quidem Epiſcopos ex omnibus Prouincijs ſuis, tradunt; nemo tamen Concilio præſediſſe ſcribit. Miſsi ſunt eo Legati à Pontifice, neque ea Synodus alicuius roboris, niſi quoad ea, quibus legati ſubſcripſerunt, & quę probauit Adrianus Pontifex: ſiquidem ab eo fuit confirmata quantum ad eam partem, qua contra Felicem, & Elipandum *Chriſtum non eſſe Filium Dei adoptiuum*, definiuit; reprobata verò quoad eam, in qua ex errore damnata Septima Synodus. Et Felix ille Aurelianus Epiſcopus biennio ante Synodum miſſus fuerat Romam, vt coram Pontifice Adriano hæreſim abdi-

Digitized by Google

abdicaret; verùm quia verbis tantum abdicauerat, Synodus iterum facta contra dictam hęreſim Francofurti, Legatis Apoſtolicæ ſedis præſidentibus, vt diſertis verbis ſcribit Ado Viennenſis; non ergo præſidente Carolo. Deinde, ſi Caroli erat dirigere, moderari Concilium, aut ei præſidere; illius vtique erat iudicare de hæreſi, eamquè condemnare; Quorsũ igitur antea miſſus fuerat Felix Romam ad Adrianum, vt coram eo hæreſim ſuam abdicaret? Subiungit Mornæus:

Pag. 146

In cæteris Occidentalibus Concilijs &c. idem obſeruatum; nempe, vt ab Imperatore conuocarentur &c. vt ne Romanũ quidem excipiatur; Iuo enim, & Gratianus (diſt. 63. c. Adrianus 22. *) diſertè; Carolus Romam reuerſus Synodum conſtituit, cum Adriano Papa in Patriarchatu Lateranenſi &c. ſi Adriano Romam cõuocare ius non fuit, in cæteris Prouincijs, quanto minus?*

Caroli Magni conſilium.

CErtè Annales Francorum teſtantur, fuiſſe conſilium Caroli religioſiſsimi Principis non ſolum, vt benè conſuleret rebus Imperij ſed & ſtatum Eccleſię quàm optimè diſpoſitũ relinqueret: cuius rei perficiendæ cauſſa voluit, diuerſis in locis Concilia celebrari; non dubium tamen, per Epiſcopos ſui Regni omnia diſponi voluiſſe. Id teſtatur Rhegino ſub annum 813. Concilia iuſſu eius ſuper ſtatum Eccleſiarum per totam Galliam ab Epiſcopis celebrata ſunt, quorum vnum Moguntiæ, alterum Ræmis, tertium Turonis, quartum Cabilone, quintum Arelate congregatum eſt. Et conſtitutiones, quæ in ſingulis factæ ſunt, ab Imperatore confirmatæ ſunt; at eas ſcribit Iuo Carnotenſis Epiſt. 195. authoritate Epiſcoporum eſſe conſtitutas. Scribit Flodoardus lib. 2. hiſt. Eccleſiæ Remenſis cap. 18. *Vulfario Præſule ordinante, congregatum Remis ab Imperatore Carolo Magno Concilium plurimorum Patrum, in quo conſtituta XLIII. leguntur capita: in quibus de fidei ratione atque Eccleſiæ Dei honore, Rectorumque ipſius, ac Miniſtrorum diſpoſitione, Regiſquè fidelitate, atque totius Regni vtilitate tractatum eſt.* Miror verò, qui velit Mornæus, authoritatem conuocandorũ Conciliorum, nulla ratione habita Romani Pontificis, ne Romæ quidem, Carolum ſibi vendicaſſe; cum diſertè habeatur in capitulis eius lib. 6. cap. 267. *Authoritas Eccleſiaſtica, atque Canonica docet, non debere abſque ſententia Romani Pontificis Concilia celebrari. Quibus intelligas* (ſubiungit Baronius ad annum Chriſti 770. art 21.) *quotquot ſub ijſdem Francorum Regibus legiſti celebrata fuiſſe eorum ordinatione Concilia, eadem nonniſi aſſenſu Romanorum Pontificum habita eſſe.* Ita de cæteris Regnis iudicandum.

Conſtitutiones Cõciliorũ ſub Carolo Magno authoritate Epiſcoporũ ſancita.

Caroli Magni cõfeſſio, celebrari Concilia non debere abſq; ſententia Romani Pōt.

Quoad Inueſtituras, ſeu inſtitutiones Epiſcoporum, in quibus tantam vim facit Mornæus: ſi illa verè conceſſa Carolo Magno, & non conficta à Sigeberto (vt oſtendit Baronius) certè à Pontifice Adriano ob merita in Eccleſiam Romanam, & Rempublicam Chriſtianã illi conceſſa fuit; vt beneficio Pontificis ſupremi Eccleſiæ Antiſtitis hoc iure vteretur: quem tamen legimus vſurpatas in prima Regũ proſapia à ſuis prædeceſſoribus Epiſcoporum electiones liberas reddidiſſe; ſic enim habetur in Capitulis eiuſdem lib. 1 cap. 84. *Sacrorum Canonum non ignari, vt in Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberiùs potiretur honore, ad ſenſum ordini Eccleſiaſtico præbuimus, vt ſcilicet Epiſcopi per electionem Clericorum, & populi ſecundùm ſtatuta Canonum de propria Diœceſi, remota perſonarum, & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & ſapientiæ donum eligantur; vt exemplo, & verbo ſibi ſubiectis vſquequaque prodeſſe valeant.* Iuo Carnotenſis Epiſt. 47. *Non licet Regibus (ſicut ſanxit octaua Synodus, quam Romana Eccleſia cõmendat, & veneratur) electionibus Epiſcoporũ ſe immiſcere, vel aliqua eas ratione impedire. Frãcorum enim etiam Reges Carolus, & Ludouicus electiones Epiſcoporum Eccleſijs conceſſerunt: quod & in ſuis Capitularibus ſcriptum reliquerunt, & in Concilijs Epiſcoporum Prouincialibus ſanciri permiſerunt. Habeat ergo Deus in Eccleſia ſua principaliter, quod ſuum eſt. Habeat Rex poſteriori ordine poſt Deum, quod ſibi à Deo conceſſum eſt.* Et Epiſt. 126. ad Hugonem Lugdunenſem Epiſcopum. *Quid ſuper electione à Principibus facta dicat Septima Synodus, quid Octaua, quid cætera ſanctorum Patrum, quid etiã veſtra inſtituta clament, non eſt meum veſtram docere potentiam:* Vbi manifeſtè improbat huiuſmodi electiones: nec Carolus Magnus eas ſacris Canonibus conſentaneas iudicabat.

Electiones Epiſcoporũ à prædeceſſorib⁹ ſuis vſurpatas Carolus Magnus liberas reddit.

Quod de Turpino ſiue Tilpino Archiepiſcopo Remenſi ſcribit Mornæus, Carolum ei indulſiſſe, vt circa annum 779. Pallium ab Adriano acciperet, itaque à ſpeciali fauore fuiſſe, quem rerum potitus prudenter repreſſerit: Immò verò, vt ſcribit Flodoardus lib. 2. hiſt. Rem. cap. 17. Carolus Magnus ab Adriano Papa impetrauit Pallium ipſi Tilpino, ſicut eiuſdem Papæ ad ipſum directa Epiſtola indicat, quæ ſic incipit: *Quia ad petitionem ſpiritalis filij noſtri, & glorioſi Regis Francorum Caroli, præbente tibi bonum teſtimonium de ſanctitate, & doctrina Fulrado amabiliſſimo Abbate Franciæ Archipreſbytero, Pallium ſecundùm conſuetudinem tibi transmiſiſſe nos cum priuilegio, vt Metropolis Eccleſia Remẽſis in ſuo ſtatu maneat, benè memoramus.* Vbi & ſedẽ Romanam *caput Orbis terræ* appellat, & Eccleſiæ Remenſi priuilegia concedit, præſertim vt in ſola ſubiectione Romani Pontificis permaneat; ſiquidem cum Pallij vſu ſolebant aliqua priuilegia concedi. Similiter etiam alij Francorum Reges ante Carolum Magnum, alijs itidem Archiepiſcopis Pallium, inſigne dignitatis, à Pontificibus Romanis procurarunt, vt alibi oſtendimus ex S. Gregorio in aliquot Epiſtolis. Neq; certè vllum citabit Authorem Mornæus, qui ſcribat, hunc fauorem à Carolo rerum potito repreſſum; hoc eſt, eum

Carolus ab Adriano Papa Palliũ impetrauit Tilpino.

con-

Digitized by Google

In Gallia nunquam canonum, ne à Romano Pont. Palliū poſceretur.

condidiſſe aliquam legem, qua non liceret Archiepiſcopis ſui Regni Pallium à Romano Pontifice obtinere: immò nullum hic fauorem exhibebat Carolus Romano Pōtifici, ſed Tilpino, qui à Romano Pontifice procurabat Pallium: Et ex eadem hiſtoria Eccleſiæ Remenſis conſtat, Archiepiſcopos Remenſes ſucceſſores Tilpini Pallium ſibi à ſede Apoſtolica tribui poſtulaſſe. Et lib. 4. cap. 1. teſtatur Flodoardus, quod Fulco Remenſis Antiſtes ad Formoſum Papam ſcribens, *ſubnectit etiam de quibuſdam Epiſcopis Galliarum, qui ſibi Pallium indebitè à Romana poſcebant ſede; Metropolitanos ſuos tali aſpernantes tenore: aſſerens quod res eadem, niſi prudenti præcauta foret ſollicitudine, confuſſionem non mediocrem generaret*. Vnde certò conſtat, nunquam id repreſſum, nec vlla lege prohibitum, ne Galliarum Antiſtites à Romano Pontifice Pallium ſibi procurarent.

Kapitularia Caroli Magni qua animo edita.

Quantum ad Capitularia, ſeu Conſtitutiones Eccleſiaſticas Caroli Magni, quas Anſegiſus Abbas ſcribit ſe in primo libello adunaſſe: ſunt 168. ex ſacroſanctis Concilijs, atque Decretis ſummorum Pontificum collectæ, vt per eas vigeret Eccleſiaſtica diſciplina. Ex præfatione verò illius ſatis conſtat, minimè cum voluiſſe præſcribere leges ipſis Epiſcopis; ſed eos rogat, & monet, vt vigili cura, & ſedula admonitione populum Dei per paſcua vitæ æternæ ducere ſtudeant, & errantes oues bonorum exemplo operum, ſeu adhortatione humeris intra Eccleſiaſticæ firmitatis muros reportare ſatagant: magno deuotionis ſtudio admoneant, & hortentur, immò compellant, vt firma fide, & infatigabili perſeuerantia intra paternas ſanctiones ſe contineant. *In quo operis ſtudio* (inquit) *ſciat certiſſimè Sanctitas veſtra noſtram vobis cooperari diligentiam*. Poſtea: *Ne aliquis queſo huius pietatis admonitionem eſſe preſumptuoſam putet, vel iudicet, qua nos errata corrigere ſuperflua abſcindere, recta coarctare ſtudeamus; ſed magis beneuolo charitatis animo ſuſcipiat*: Et dicit, ſe exēplum Ioſiæ Regis ſequi, qui Regnum ſibi à Deo datum circumeundo, admonendo, corrigendo ad cultum veri Dei ſtuduit reuocare: non verò dicit in illa præfatione, quod fingit Mornæus, ſe Eccleſiam reformare, ipſam ſedem Apoſtolicam ordinare. Miror equidem qui hæc Capitularia Caroli Magni produxerit in medium; cum nihil habeant affine cum ſua Eccleſia puriori, & reformata, & argumentum nobis certum ſuppeditent, Pipinum, Carolum Magnum, Ludouicum Pium, & ſucceſſores Reges Francorum in hac eadem noſtra Eccleſia Chriſtum coluiſſe. Addo quod, vt dictum eſt, ſint ex Decretis ſummorum Pontificum, & Canonibus ſacrorum Conciliorum collectæ ferè illæ Conſtitutiones. De Epiſcopis ordinandis, de Preſbyteris, Diaconibus, & alijs Clericis decernunt: De Miſſarum celebratione, de altaribus, de vaſis ſacratis, de voto Monachorum, & Clericatu, de Virginibus velandis ſtatuunt, & ordinant. Si igitur Reges illi Francorum præter cæteras virtutes Chriſtianam Religionem eximiè coluerunt, & de Chriſtianiſsimorum Regum titulo nemo eis vnquam litem mouit, & eorum ſubditi eandem cum illis Religionem, ac fidem in Deum profeſsi, veri Chriſtiani fuerunt; & nos vtique veri Chriſtiani ſumus. Mornæus verò cum tota caterua ſuorum Pſeudochriſtiani. Vtinam conuertat Dominus corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres eorum.

Nihil habent commune cum Mornai Ecclesia.

Non eſt immorandum in maledicentia petulantiſsimi iſtius hominis redarguenda, qua ſcribit, id Carolum Magnum ſuis Conſtitutionibus aſſecutum, vt Eccleſiæ, & ſedis Apoſtolicæ præuaricationes cumularet.

Etenim ſacram ſcripturam (inquit) *impleri neceſſe erat, ambitionem illā calcatis rebus omnibus & humanis et diuinis ad faſtigium illud iniquitatis eniti.* Pag. 147

Nec verò citat nobis aliquam Scripturam, eam ad ſuum ſenſum accommodare ſolitus; At nos Scripturam citamus Iſaiæ 49. *Erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ: vultu in terra demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorū lingent*. Et 60. alloquens Eccleſiam ex Gentibus à Chriſto ædificandam: *Vt afferatur ad te fortitudo Gentium, & Reges earum adducantur. Gens enim, & Regnum quod non ſeruierit tibi, peribit, & gentes ſolitudine vaſtabuntur &c.* & ibidē: *Ponā te in ſuperbiam ſæculorum &c. & ſuges lac gentium, & mammilla Regum lactaberis*. Hoc certè factum eſt, quando Pipinus, Carolus Magnus, Ludouicus Pius eximijs honoribus Pontifices coluerunt, & Eccleſiam Romanam ampliſsimis ditionibus locupletarunt. Producimus Scripturam 1. Reg. 2. *Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles*. Quia igitur Carolus Magnus glorificauit Chriſtum, magnam habendo erga ſedem Apoſtolicam reuerentiam, & animi ſubmiſsionem erga Romanum Pontificem illius Vicarium; ideò Deus illum glorificauit; vt Reges, ac feroces gentes ſubijceret, & Imperiali corona redimiretur: & quod primum inter Regna Chriſtiana dignitatis locum obtineat Francorum Regnū; hoc potiſsimum debetur Pipini, Caroli Magni, & Ludouici Pij religioni, & meritis in ſedem Apoſtolicam.

Gregorius ſanè ſecundus, & tertius, Bonifacium cum in Germaniam delegant &c. Pag. 147

S. Bonifacius à Gregorio 2. & 3. delegat' in Germaniam, meritò dictus Apoſtolus Germanorum.

Moleſtè fert Mornęus, Sāctum Bonifacium à Gregorio 2. & 3. in Germaniam delegatum Germanorum Apoſtolum vulgò haberi, quaſi illas gentes ad Chriſtum conuerterit. Ita Anaſtaſius in Gregorio ſecundo. *Hic in Germania per Bonifacium Epiſcopum verbum ſalutis prædicauit, & gentem illam ſedentem in tenebris doctrina lucis conuertit ad Chriſtum*. Extant litteræ ipſius Gregorij ſecundi ad eundem, quibus ei præ-

Digitized by Google

prædicandi munus per omnem Germaniam demandat, apud Othonem Fuldenſem lib. 1. de vita S. Bonifacij Mart. vbi inter cætera hæc Pontifex: *In nomine indiuiſibilis Trinitatis, per inconcuſſam authoritatem B. Petri Apoſtolorum Principis, cuius doctrinæ magiſterio fungimur, et locum ſacræ ſedis adminiſtramus, modeſtiam tuæ religionis inſtruimus, atque præcipimus, vt in verbo Dei (quo igne ſalutifero, quem Dominus mittere venit in terram, enitère videris) ad quaſcunque gentes infidelitatis errore detentas properare, Domino annuente, potueris, myſterium Regni Dei per inſinuationem nominis Chriſti Domini Dei noſtri veritatis ſuaſione deſignes, & per ſpiritum virtutis, & dilectionis, ac ſobrietatis prædicationem vtriuſque teſtamenti mentibus indoctis conſona ratione transfundas.* Erant quidem iam aliquæ Eccleſiæ in Germania: Verùm adhuc meſsis multa reſtabat colligenda: itaque Dominus meſsis debebat mittere operarios in meſſem ſuam. Scribit idem Author, cum adijſſe Heſſones in Saxonum confinio poſitos, & eos à Paganę ſuperſtitionis cultu magna ex parte conuertiſſe, multaque millia Baptiſmatis ſacramento abluiſſe. Ado Viennenſis in Chronico ad annum 727. *Tunc temporis S. Bonifacius Moguntiacenſem regebat Eccleſiam, Prædicator venerabilis maximam multitudinem Friſonum ad Chriſtum conuertit.* Marianus ſcotus in Chron. lib. 2. Aetate 6. ad annū 719. *S. Bonifacius à Præſule ſedis Apoſtolicæ Gregorio Moguntiacæ Ciuitati, Metropoli Germaniæ Archiepiſcopus ordinatur, & Legatus Germanicus Romanæ Eccleſiæ in Franciam mittitur, qui prædicatione ſua multos Thuringorū populos, Heſſonū, & Auſtraſiorū ad fidem rectā (à qua diu aberrauerant) conuertit.* Bauaros conuertiſſe ad fidem hiſt. de Landgrauijs Turing. anno Domini 745. teſtatur. Nauclerus Generat. 26. Tomo 2. *Fuit Bonifacius vir religioſus, prudens, & magnanimus, cuius opera Germanorum gentes multis erroribus implicatæ, quaſi ſub Religione Chriſtiana Idolorum culturæ deditæ, ad viam veritatis ſunt reductæ; & qui nedum cognitionem Dei habebant eius ſalutaribus monitis à Paganiſmo ad veram fidem ſuere cõuerſi.* Quidni igitur Germanorum Apoſtolus meritò dicatur? An verò iuſiurandum Gregorio Põtifici ab eo præſtitum, alium illius fuiſſe ſcopū indicat, quàm infideles ad Chriſtum conuertendi? quod non mutilum, vt fecit Mornæus, ſed integrum recitabimus: *Promitto ego Bonifacius Dei gratia Epiſcopus, tibi, Beate Petre Apoſtolorum Princeps, Vicarioque tuo B. Gregorio Papæ, & ſucceſſoribus eius per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, Trinitatem inſeparabilem, & hoc ſacratiſſimum corpus tuum, me omnem fidem, & puritatem ſanctæ fidei Catholicæ exhibere, & in vnitate eiuſdem Fidei, Deo operante, perſiſtere, in qua omnis Chriſtianorum ſalus eſſe ſine dubio comprobatur: nullo modo me contra vnitatem communis, & vniuerſalis Eccleſiæ ſuadente quopiam conſentire; ſed (vt dixi) fidem, & puritatem meam, atque concurſum tibi, & vtilitatibus tuæ Eccleſiæ, cui à Domino Deo poteſtas ligandi, ſoluendique data eſt, & prædicto Vicario tuo atque ſucceſſoribus eius per omnia exhibere. Sed & ſi cognouero, Antiſtites contra inſtituta antiqua ſanctorum Patrum conuerſari, cum eis nullam habere communionem, aut coniunctionem: ſed magis, ſi valuero prohibere, prohibebo; ſi minùs, fideliter ſtatim Domino meo Apoſtolico renunciabo. Quod ſi (quod abſit) contra huius promiſſionis meæ ſeriem aliquid facere quolibet modo, ſeu ingenio vel occaſione tentauero; reus inueniar, in æterno iudicio, vltionem Ananiæ, & Saphyræ incurram &c.* A Pontifice conſecrabatur Epiſcopus; nihil mirum igitur, ſi ei huiuſmodi iuramentum præſtitit; &, vt habetur in Pontificali, *qui conſecrantur in Epiſcopos, iuramentum præſtant ipſi Pontifici.* Sed Eccleſia Mornæi purior, & reformata alterius eſt generis; vt quæ non habeat Epiſcopos, nec Sacerdotes, nec Clericos, cui itaque opus non ſit Pontificali, vel forma iuramenti? Atqui in Eccleſia primitiua conſtituebantur Epiſcopi, & Presbyteri per Eccleſias ab Apoſtolis ipſis; noſtra igitur Eccleſia Apoſtolica eſt, non purior, & reformata Mornæi. Quid aliud in illo iuramento Bonifacij reprehendendum?

S. Bonifacij ſcopus fuit Infidelium conuerſio ad Chriſtum.

S. Bonifacij iuramētum.

Gregorius Pontifex Epiſt. 2. tom. 2. Epiſt. Pontif. Eccleſijs Germanicis ita ſcribebat: *Sollicitudinem nimiam gerentes pro ſpeculatione credita, quia in vmbra mortis aliquas gentes in Germaniæ partibus, vel plaga orientali Rheni fluminis, antiquo hoſte ſuadente, errare, quaſi ſub Religione Chriſtiana Idolorum culturæ ſeruire cognouimus; aliquos verò, qui necdum cognitionem Dei habentes, nec Baptiſmatis ſacri vnda ſunt loti, ſed comparatione brutorum animalium Pagani, factorem non recognoſcunt: neceſſario pro vtrorumque illuminatione ad prædicandum rectæ fidei verbum, harum portatorem Bonifacium Reuerendiſſimum Epiſcopum fratrem noſtrum, ad eaſdem partes dirigere ſtuduimus, vt & illis prædicando verbum ſalutis vitam prouideat ſempiternam. Et ſi quos fortè vel vbicũque à rectæ tramite fidei deuiaſſe cognouerit, aut aſtutia diabolica ſuaſos erroneos cognouerit, corrigat, atque ſui educatione ad portum reportet ſalutis, eoſque ex Apoſtolicæ ſedis huius doctrina informet, & in eadem Catholica fide permanere inſtituat.* Poſt: *Si quis huic Dei famulo ad illuminationem gentium ab hac Apoſtolica, atque Catholica Dei Eccleſia deſtinato aſſenſum, vel concurſum præbuerit exorantibus Apoſtolorum Principibus, conſortium mereatur Sanctorum, & Martyrum Chriſti Ieſu. Si quis verò (quod non optamus) aduerſari eius laboribus conatus fuerit, aut contrarius extiterit miniſterio ſibi credito, ſucceſſorumque eius in eundem laborem intrantium; ex ſententia diuina anathematis vinculo ligatus perpetuæ damnationi ſubiaceat.* Hoc Mornæus ferre non potuit, quod Põtifex ad gentium illuminationem hãc Legationem inſtitutam dicat.

Gregorius ad Eccleſias Germanicas pro Bonifacio.

Quanquam (inquit) *ille vnam authoritatem Pontificis mera Romanorum commenta, eis deprædicet.* Pag. 148

Atqui Pontifex dicit, ſe Bonifacium mittere, vt ſeruientes Idolorum culturæ ad Chriſtum conuertat, & infidelibus prædicando verbum ſalutis vitam prouideat ſempiternam: de vna authoritate Pontificis prædicanda nec verbum; & Pontifex non ſuam, ſed Chriſti gloriam quærebat. Sed maluiſſet Mornæus, gentes

tes

tes illas in cultura Idolorum perſiſtere, ac tenebris infidelitatis immerſas perpetuò manere, quàm Romanorum Pontificum opera Chriſti nomen in illis Prouincijs propagari, & verbum ſalutis, ac Dei gloriam per eorundem Legatos annuntiari. Si optio iſti daretur (ita me Deus amet) Mahometiſmum mallet propagari per Orbem, quàm fidem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, in qua Chriſtus colitur, & ſanctiſsima Trinitas inuocatur.

Legatio à S. Bonifacio ad Romanum Pont.

Gregorio ſecundo ſedis Apoſtolicæ Præſule defuncto, & Gregorio tertio eandem ſedem obtinente, B. Bonifacius Romam Legatos miſit, qui omnem ſubiectionem ſedi Apoſtolicæ debitam à ſe promitteret, conuerſionem quoque plurimorum in Germania habitantium intimarent; Archiepiſcopatus Pallium ad eum Pontifex direxit, quin & literas (hæ quidem Tomo 2. Epiſt. Pont. editæ ſunt ſub nomine Gregorij ſecundi, ſed reuera ſunt tertij, vt apud Baronium ad annum 731. art. 7.) in hanc formam inſcripſit: *Reuerendiſſimo, & ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo ad illuminationem gentis Germaniæ, vel circumquaque in vmbra mortis morantibus Gentibus in errore conſtitutis ab hac Apoſtolica ſede directo, Gregorius ſeruus ſeruorum Dei;* Vbi maximè gratulatur, quod in ſuis litteris repererit cum Domini noſtri Ieſu Chriſti gratia plurimos à Gentilitate, & errore ad veræ fidei agnitionem cõuertiſſe. Et in alijs literis ad eundẽ (Epiſt. 5. Tom. 2. Epiſt. Põtif.) *Agnoſcentes in literis Fraternitatis tuæ, qui innotuiſti iam de Germaniæ gentibus, quas ſua pietate Deus noſter de poteſtate Paganorum liberauit, & ad centum millia animas in ſinum Sanctæ Matris Eccleſiæ tuo conamine, & Caroli Principis Francorum, aggregare dignatus eſt ſed et in Boioariorum Prouincia, quæ à te acta ſunt, agnoſcentes: datori omnium bonorum Domino Deo noſtro extenſis ad Cœlum palmis gratias retulimus: quia ianuam miſericordiæ, & pietatis in illis partibus Heſperijs ad cognoſcendam viam ſalutis aperuit, & miſit Angelum ſuum, qui præparauit viam tuam ante te.* Annon verò erat iuſta occaſio gratulandi, quòd opera Bonifacij nomen Chriſti palam fieret Gentibus, & tot animæ è faucibus Diaboli eriperentur, Deoquè reconciliarentur? Angelum illum, qui præpararet viam Bonifacio, Carolum Martellum Mornæi iudicio intelligit,

Pontifex Palliũ mittit ad S. Bonifacium.

Eidem gratulatur cõuerſionẽ ſeũ Gentium.

Pag. 148

Cuius fauore fretus (inquit) *talia audebat. Et hunc quo zelo moueretur, ſupra vidimus.*

Caroli Martelli zelus erga Religionem Chriſtianam.

MAgnum fuiſſe in Carolo Martello Pipini Regis patre, & auo Caroli Magni iuuandæ Chriſtianæ Religionis zelum, cumque de Sarracenis, Chriſtiani nominis iuratis hoſtibus, magnificos triumphos reuexiſſe, Hiſtorici referunt: cuius ardorem fidei cum compertum haberet Pontifex Gregorius ſecundus, ad eum ſcripſit per Bonifacium in hunc modũ: *Domino glorioſo filio Carolo Duci Gregorius Papa. Comperientes te, in Chriſto dilectiſſime, religioſa mentis affectum gerere: in multis opportunitatibus, debito ſalutis præmiſſo, notum facimus Deo dilectæ tuæ dignitati, præſentem fratrem Bonifacium fide, & moribus approbatum à nobis Epiſcopum, atque inſtitutionibus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, cui Deo authore præſidemus, Eccleſiam generali ſolicitudine informatam, ad prædicandum plebibus Germaniæ gentis, ac diuerſis in Orientali Rheni fluminis parte conſiſtentibus, gentilitatis errore detentis, vel adhuc ignorantię obſcuritatibus prępeditis, neceſſariò deſtinare. Pro quibus eum glorioſę beneuolentię tuę omni modo commendamus, vt in omnibus neceſſitatibus adiuuetis, & contra quoslibet aduerſarios, quibus in Domino pręualetis, inſtantiſſimè defendatis; certiſſimè retinentes, Deo vos exhibere, quęcumque huic promptiſſimo impenderitis fauore, qui ſanctis Apoſtolis ſuis ad lucem Gentium deſtinatis, ſuſcipientibus eos ſe ſuſcipiendum prędixit* (Ioan. 13.) *quorum inſtitutionibus per nos informatus prędictus Antiſtes in ſorte prędicationis procedit.* Hactenùs Gregorius Pontifex. Sed hoc torquet Mornæum, quòd tantus Princeps ad barbaras illas gentes Bonifacij opera Chriſtianæ Fidei ſubiugandas, pro officio ſuo in Religionem Chriſtianam, & in Pontificem obſequio plurimum adiumenti attulerit. At nec voluiſſet Mornæus, eum de Sarracenis triumphare, eoſque à Franciæ Regno arcere; præſtare exiſtimans, Barbaros Prouincias illas occupaſſe, quàm Martelli poſteros ſanctæ Romanæ Eccleſię defenſores illic regnaſſe; quod enim aliud iudicium de iſto Aduerſario ferre poſſumus, qui Principem de Chriſtiana Republica quàm optimè meritum, & Franciæ libertatis aſſertorem ita exagitet, eiuſque zelum in promouenda conuerſione Paganorum ad fidem Chriſti ita ſiniſtrè interpretetur.

Mornæus quàm infenſus Carolo Martello.

Bonifacius Prouinciam Baioariæ, Vtilone Duce conſentiente, in quatuor diuiſit Parœcias, treſque magnarum virtutum viros eis præfecit, quos ordinatione facta in Epiſcopalem gradum ſublimauit: cumque id per litteras ſignificaſſet Pontifici, reſpondit in hũc modum: *Benè, & ſatis prudenter peregiſti frater: quoniam Apoſtolicam pręceptionem ex noſtra vice impleſti, & ſicut tibi pręcepimus, ita peregiſti. Itaque non deſinas, frater Reuerendiſſime, docere eos ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanę ſedis traditionem, vt illuminentur rudes, & viam ſalutis teneant, per quam poſſint ad ęterna pręmia peruenire.* Quæ verò illa erat Catholica, & Apoſtolica Romanæ ſedis traditio, niſi doctrina fidei, & morum, in qua cum Romana Eccleſia tanquam capite conſpirabant omnes per vniuerſum orbem Eccleſiæ? Subiungit Pontifex: *Vbi tibi Dominus aperuerit viam ſalutis, prędicare non deſinas; & vbi locum inueneris, ſecundum Canonicam Regulam Epiſcopos ordina ex noſtra vice, & Apoſtolicam, atque Canonicam traditionem eos tenere edoce.* Habentur hæc in Epiſt. S. Gregorij 3. quæ Tomo 2. Epiſt. Decretal. in ordine eſt ſecunda. Gloſſa Mornæi:

Bonifacius in quatuor Parœcias diſtribuit prouinciã Baioariæ.

Quibus ad ſuam libidinem abutatur. Pag. 148

EQuidem ſi libido ſumatur in bonam partem; ea libido erat Gregorij, vt conuerterentur Infideles ad fidem Chriſti, & in eadem con-

Digitized by Google

conſolidarentur; ideoque ad eundem ſcribit. *In quantum Dominus tibi vires dederit, prædicare verbum ſalutis non ceſſes, vt Religio Chriſtiana in nomine Domini creſcat, & multiplicetur.* Ideo Epiſcopos volebat conſtitui à Bonifacio viros probatæ vitæ, & doctrinæ, ne circumferrentur omni vento doctrinæ ad circumuentionem erroris; & vt attenderent vniuerſo gregi, in quo Spiritus Sanctus poſuerat eos Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuerat ſanguine ſuo; & perperam egiſſet Gregorius, ſi Bonifacio demãdata ea Legatione ad cõuertendos Infideles, non ei etiam authoritatem conſtituẽdi Epiſcopos per Ciuitates conceſsiſſet. At verò, quemcumque finem ſibi propoſuerit Pontifex, conſtituendo Epiſcopos in illis Prouincijs in Chriſtianam Religionem nuper adſcitis; an debet iniquo animo ferre, qui Chriſtianum nomen profitetur, nomen Chriſti longè latèque propagari? Non certè is zelus eſt Mornæi, qui Pauli Philipp. 1. *Quidam quidem & propter inuidiam, & contentionem: quidam autem & propter bonam voluntatem Chriſtum prædicant: quidam ex charitate, ſcientes quoniam in defenſionem Euangelij poſitus ſum: quidam autem ex contentione Chriſtum annunciant, non ſincerè exiſtimantes, preſſuram ſe ſuſcitare vinculis meis. Quid enim? dum omnimodo, ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annunciatur, & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.* Ex cõtentione igitur, & per occaſionem Chriſtum quis prædicet, lucrum inde captet, dignitates ambiat: at quòd Chriſtus annuncietur, debet gaudere Chriſtianus.

Qua'es Epiſcopos & ad quid ordinari à Bonifacio, Gregorius Pont. voluerit.

Mornæi zelus alienus à zelo S. Pauli.

Tranſlato ad meliorem vitam Gregorio tertio ſucceſsit Zacharias, ad quem inter cætera ſcribit Bonifacius Epiſt. 132. *Non aliter, quàm vt ante veſtigia veſtra geniculantes intimis ſubnixè flagitamus precibus, vt ſicut præceſſorum veſtrorum pro authoritate S. Petri ſerui ſubiecti, & ſubditi diſcipuli fuimus, ſic & veſtræ pietatis ſerui obedientes ſubditi ſub iure Canonico fieri mereamur: optantes Catholicam fidem, & vnitatem Romanæ Eccleſiæ ſeruare: & quantoſcunque audientes, vel diſcipulos in iſta Legatione mihi donauerit Deus, ad obedientiam Apoſtolicæ ſedis inuitare, & inclinare non ceſſo.* Illo enim ſæculo, ſicut & cæteris hoc apud Chriſtianos erat indubitatum, Romanam Eccleſiã eſſe Apoſtolicam ſedem, & illius Præſulẽ præeſſe toti Eccleſiæ: De illius eſſe Petri ſucceſſorem, cui Dominus omnes oues paſcendas poſt reſurrectionem commiſerit. Certè vnius Bonifacij Apoſtolici viri, ſanctiſsimique Martyris pluris facimus teſtimonium, quàm Mornæũ, & omnes Sectarios, qui ex patre Diabolo ſunt, qui mendax ab initio, & in veritate non ſtetit. Subiungit Mornæus:

Bonifaci⁹ ſcribit ad Zachariã Gregorij 3. ſucceſſorẽ.

Ut & Zachariæ ad Galliarum & Germaniæ Epiſcopos, qua gratulatur, non iam vnionem, quæ inuicem in Chriſto, ſed quod ad fautorem, inquit, & Magiſtrum veſtrum à Deo conſtitutum, Beatum Apoſtolorum Principem Petrum benigniſſima voluntate conuerſi eſtis.

Pag. 148

EXtant Epiſtolæ Zachariæ Pontificis Tom. 2. Epiſt. Rom. Pont. & hęc eſt Epiſtola quinta, ex qua conſtat, quantum optet vnionem illam, quæ inuicem eſt in Chriſto; ſiquidem ita ſcribit: *Gratias ago Deo Patri omnipotenti, & Domino Ieſu Chriſto vnico Filio eius, & Spiritui Sancto, qui veſtrum omnium corda inflammare dignatus eſt per diffuſam à ſe gratiam, vt in vnitate fidei, & in vinculo pacis ambuletis; & ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper vos, dilectiſsimi mihi, & abũdetis gratia pacis, & charitatis, vt ſitis vnum corpus ſpiritalis matris veſtræ Sanctæ Catholicæ et Apoſtolicæ Dei Eccleſię &c.* Hæc certè vnitas non aliud eſt, quàm vnio inuicem in Chriſto. Et paulò poſt: *Gaudeo in vobis Cariſſimi, quoniam fides veſtra, & vnitas erga nos precioſa eſt, & manifeſta non ſolùm coram Deo, ſed etiã coram omnibus hominibus, dum ad fautorem et magiſtrũ veſtrum à Deo conſtitutum, Beatum Apoſtolorũ Principem Petrum benigniſſima voluntate conuerſi eſtis.* Friuola certe hæc conſequentia Mornæi; *Ergo non congratulatur vnionem, quæ inuicem eſt in Chriſto.* Nam cum maximè vniuntur Fideles in Chriſto, quòd in eadem fide, & communione eorundem Sacramentorum inter ſe, & cum eodem Capite coadunãtur. Hoc oſtendunt ſequentia verba Epiſtolæ: *Et nũc, Deo cooperante eſt aggregata ſanctitas veſtra noſtræ ſocietati in vno paſtorali ouili, & eſt nobis vnus Paſtor, qui à Paſtore Paſtorũ Domino Deo, & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto Princeps Apoſtolorum, & noſter doctor eſt inſtitutus.* Hinc interim conſtat, Galliarum, & Germaniæ Epiſcopos in ea fuiſſe ſententia, Principem Apoſtolorum eſſe Petrum, & eius ſucceſſorem ouilis paſtoralis ſupremum Antiſtitem, cui aggregari neceſſe haberent.

Zacharias amãs vnionis, quæ inuicem eſt in Chriſto.

Idem Pontifex Epiſt. 12. ad Bonifacium reſpondens ad quædam illius capitula, hæc ſcribebat: *In primis de volatilibus, id eſt graculis, et corniculis, atque ciconijs, quæ omnino cauendæ ſunt ab eſu Chriſtianorum, etiam & fibri, atque lepores, et equi ſyluatici multò amplius cauendi; attamen, Sanctiſſime frater, de omnibus Scripturis ſacris bene compertus es.* Gloſſa Mornæi:

Et complures ineptias eiuſdem generis, in quibus, nihil, quod ad ſalutem faciat magis.

Pag. 148

ITa erant ineptiæ Scripturæ veteris Teſtamenti, quibus Iudæi à carne ſuilla, & alijs iubebantur abſtinere. Ineptiæ & illud, quod ex præcepto Apoſtolorum in illo Concilio Hieroſolymitano Chriſtiani prohiberẽtur eſu ſanguinis, & ſuffocati, & Idolothytorum. Neque verò Pontifex hæc decernit tanquam doctrinam inprimis neceſſariam: ſed quemadmodũ obſeruantiam quadrageſimalem precepit Eccleſia, ita aliquãdo à quibuſdã cibis abſtinentiã potuit Chriſtianis præſcribere. Obijcit Mornæus:

Abſtinentia à certis cibis non eſt ineptia.

In Gallicanis nihilominus, & Germanicis Eccleſijs vtcumque Principes manum auxiliarem præbeant, non ei omnia ex animo ſuccedunt. Gregorius enim ſecundus, exhortante Bonifacio, Carolo Martello reſcribere cogitur, vt Epiſcopum ſegnitiæ inſimulatum coarguat. Nec Zachariæ Frãciæ Epiſcopi placent, qui contra quàm polliciti erant Pallium ab eo accipere negligunt, carius forte (inquit) *quàm velint redimendum.*

Pag. 148

SI non Pontificibus omnia ex voto ſuccedũt, Si non ſemper illis obtemperatur, ſi ſegnes ſunt Epiſcopi, ſi Palliũ tempore à Canonibus præſcripto non poſtulant; an ideo perit eorum authoritas? Immò verò cum Principes auxiliarem manum illis præberent; non ignari fuerunt inſtitutionis diuinæ, qua Pótifex Romanus tãquam Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſor ius, & authoritatem habet in omnes Epiſcopos: alioqui enim non coegiſſent Epiſcopos ſuarum Prouinciarũ illi, vel aliquando inuitos, ſubeſſe.

Quod ad Pallium attinet, à Francorũ Epiſcopis, contra quàm polliciti erant, non poſtulatum; ita ſcripſerat Bonifacius ad Zachariã; *De eo, quod iam præterito tempore de Archiepiſcopis, et de Pallijs à Romana Eccleſia petendis iuxta promiſſa Francorum ſanctitati veſtræ notum feci, indulgentiam Apoſtolicæ ſedis flagito: quia quod promiſerunt, tardantes non impleuerunt. Adhuc differtur, & ventilatur: quid inde perficere voluerint, ignoratur; ſed mea voluntate impleta eſſet promiſſio.* Ita Reſpondet Pótifex: *De Epiſcopis, & Pallijs Francorum ſcripſiſti, quod iuxta promiſſionem ſuam nõdum impleuerunt: qui ſi impleuerint iuxta verbum ſuum, habebunt ex eo laudem: ſi verò aliter egerint, ipſi videbunt. Nos enim (diuina gratia largiente) quod gratis accepimus, gratis damus.* Malignè igitur ſubiunxit Mornæus hanc clauſulam, *carius fortè, quam velint redimendum.*

Pallia gratis dabat Zacharias.

Quod obijcit ex Synodo Frãciæ ſub Carlomanno Anno 742. (Extat apud ſuriũ Tomo 3. die 5. Iunij. ibidem lib. 1. cap. 34. & apud Barõ. ad annum 742. art. 21.) illud Carlomanni; *Per conſilium ſacerdotũ, et Optimatum meorum ordinamus per Ciuitates Epiſcopos, & conſtituimus per eos Archiepiſcopum Bonifacium, qui eſt Miſſus S. Petri.* Vnde concludit: *qui proinde a Carlomãno ordinatus;* De illa Synodo habenda ſcripſerat Bonifacius ad Zachariã; *Notũ ſit Paternitati veſtræ, quod Carlomanus Dux Francorum me accerſitum ad ſe rogauit in parte Regni Francorum, quæ in ſua eſt poteſtate, Synodum incipere congregare: & promiſit, ſe de Eccleſiaſtica Religione, quæ iam longo tempore, id eſt non minùs quàm per ſexaginta, vel ſeptuaginta annos calcata, & diſſipata fuit aliquid corrigere, & emendare velle. Quapropter ſi hoc (Deo inſpirante) veraciter implere voluerit conſilium & præceptum Sanctæ veſtræ authoritatis, id eſt Apoſtolicæ ſedis, habere, & ſapere debeo. Franci enim (vt ſeniores dicunt) pluſquam per tempus octoginta annorum Synodum non fecerunt nec Archiepiſcopum habuerunt, nec Eccleſiæ Canonica iura alicubi fundabant, vel renouebant. Modò autem maxima ex parte per Ciuitates Epiſcopales ſedes traditæ ſunt Laicis cupidis ad poſſidendum, vel adulteratis Clericis, ſcortatoribus, & publicanis ſæculariter ad perficiendum: Nam ſi per verbum veſtrum hoc negotium (Duce rogante ſupradicto) mouere, & præcipere debeo; præceptum, & iudicium Apoſtolicæ ſedis cũ Canonibus Eccleſiaſticis præſto habere cupio &c.*

Pag. 184

De Synodo habida in Gallia Bonifacius ad Zachariam.

Reſpõdet Zacharias, & facit ei poteſtatem congregandæ Synodi, & quid in ea ſit conſtituendum ad eum ſcribit: *De eo autẽ quod intimaſti nobis, quod te Carlomannus filius noſter ad ſe rogauit accedere, ut in Vrbe Regni Francorum in ſua ditione, ſiue poteſtate cõſtituta Synodum celebrares, eo quòd omnis Eccleſiaſtica Regula, ſiue diſciplina ab eadem Prouincia funditùs abolita ſit; nimis mœrendum eſt, quod per ſpatia tãta temporum ibidem Synodus Sacerdotum minimè celebraretur: vnde neque quid ſit Sacerdotium, neque quid fiat ab eis, qui ſe Sacerdotes exiſtimant, cognoſcitur. Sed dum, iuuãte Deo, quæ à præfato filio noſtro promiſſa ſũt ad effectum perducta fuerint, tuaque Fraternitas in memorato Concilio conſederit, cum eodem Excellentiſſimo viro, ſi quos reperierit Epiſcopos, Preſbyteros, aut Diaconos contra Canones, vel ſtatuta Patrum exceſſiſſe, id eſt, in adulterio; vel ſi plures vxores habuerunt; aut ſi ſanguinem Chriſtianorum, ſiue Paganorum effuderunt; vel etiam alijs capitalibus vitijs, quibus Canones obuiaſſe repererit tua ſanctitas: nulla ratione Apoſtolica authoritate permittas ſacerdotio fungi &c.* Et alia ibi decernit tractanda in Synodo. Vnde conſtat, non iniuſſu, & ſine authoritate Pontificis habitam illam Synodum, & ab eodem ordinatum Bonifacium, qui ei præeſſet; licet Carlomannus vt Princeps Religioſiſsimus curauerit eam haberi, ad reſtituẽdam diſciplinam Eccleſiaſticam collapſam. Et cuncta in Synodo Decreta Romam ſunt miſſa, ab ipſo Pontifice comprobanda. Extat Epiſtola Zachariæ de hac re in ca. Franc. lib. 5. in princip. & Tom. 2. Epiſt. Rom. Pont. inter Epiſtolas Zachariæ 7. vbi dicit, aggregatam eſſe illam Synodum *per commonitionem ſuam, mediantibus* (inquit) *filijs noſtris Pipino, et Carlomanno Principibus veſtris, peragente etiã vice noſtra præfato Bonifacio.* Id confirmat Benedictus Leuita in præfat: *Eſt in fronte* (inquit) *primi libelli poſita Zachariæ Papæ Epiſtola, omnibus Epiſcopis, ac reliquis Eccleſiaſtici ordinis gradibus, & cunctis Ducibus, atque Comitibus, omnibuſque Deum timentibus per Gallias, & Francorum Prouincias conſtitutis directa, ſicut & in ea continetur. Quam ſequuntur duo Synodales Conuentus, quos ſanctæ Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ Legatus Bonifacius Moguntiacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus vice ſupradicti Zachariæ Papæ vnà cum Carlomanno Francorum Principe canonicè tenuit: vt agnoſcant omnes, hæc prædictorum Principum Capitula maximè Apoſtolica authoritate fore firmata.* Sed ſubijcit Mornæus:

Zacharias ei poteſtatem facit congregandi Synodum, & quid in ea conſtituendum, ſcribit.

Huius Synodi Decreta ad Pontificẽ, quæ confirmarentur, miſſa.

Hic primum legimus Legatum Romani Epiſcopi Galliarũ Cõcilio adfuiſſe, an-

annum

Digitized by Google

num circa ſeptingenteſimum quadrageſimum ſecundum.

ATqui, vt iam vidimus ex Epiſt. Bonifacij ad Zachariam, pluſquam per tẽpus octoginta annorum Synodum non fecerant in Frãciæ Regno; vnde collapſa erat diſciplina Eccleſiaſtica. Deinde Concilijs illis Prouincialibus non opus erat adeſſe Legatos Romani Pontificis, ſed tantùm Metropolitanos, ex quibus etiam aliquibus nonnunquam vices ſuas demandabant Romani Pontifices: verùm cum in illis partibus tum Legatione fungeretur Bonifacius, prudenter viſum eſt Carolomanno religioſiſsimo Principi, eius induſtriam, & authoritatem adhibendam eſſe ad reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam; maximè cùm nihil acturus eſſet, niſi ex præſcripto, & authoritate ſedis Apoſtolicæ. Miror verò, qui non pudeat Mornæum ex Auentino citare, calumnijs aliquando oneratum eſſe Bonifacium.

Pag. 148 *Mendaciorum authorem, pacis perturbatorem, Religionis et Chriſtianæ doctrinæ corruptorem, vocitatum; Monachi licet* (inquit) *eius ætatis doctiſſimi, Clemens, & Samſon Scoti, Adalbertus Gallus, Bedæ diſcipuli, & complures alij.*

ANnon & oneratus fuit aliquando calumnijs Chriſtus Dominus, ſeductor, vorax, & amicus Publicanorum vocatus? Annon & eius diſcipuli? Si enim Patremfamilias Belzebub vocarunt; quãto magis domeſticos eius? Annon Chriſtiani artium magicarum, & aliorum nefandorum criminum accuſati? Videamus igitur, quibus fuerint moribus iſti calumniatores Bonifacij, producti à Mornæo: quos nec Monachos fuiſſe, nec eius ætatis doctiſsimos, nec Bedæ diſcipulos ſcribit Auentinus; cuius verba ex lib. 3. Annal. Boiorum hic citabimus: *Clemens, & Samſon Scoti; Albertus Gallus, & eiuſdem ſectæ ſacerdotes, atque Epiſcopi numarij, auari, libidinoſi, ſacrilegi peculatores, temulenti D. Bonifacio aduerſari vehementiſſimè cœperunt. Erat illorum Deus venter, & illa, quę ſub ventre ſunt: venationibus dediti, & aucupijs, canes, aueſque alebant: arma deferebant, in militiam proficiſcebantur: bella ſectabantur: humano cruore, cæde, homicidio ſeſe polluebant; nihilo ſecùs tamen ſacrificare, Euangelium legere nec erubeſcebant, nec metuebant. Atqui hi nebulones (quòd vulgò gratiſſimi ob ſimilitudinem morum erant) in concionibus populum, qui fabuloſis maximè capitur, aduerſus Bonifacium concitabant. Eum mendaciorum authorem, legis, atque pacis Chriſtianæ turbatorem, corruptoremque eſſe vociferabantur. Quamuis quidam in vincula à Ducibus Francorum coniecti erant; cæteri tamen plurimum negotij Bonifacio, & eius ſocijs faceſſebant. Proceres Francorum, D. Bonifacius rem omnem Zachariæ Pontifici Romano miſſis Legatis aperiunt: atque hi ſolemni ritu publicè frequenti Flaminum Senatu Romæ auditi ſunt, cognitaque cauſa in Concilio, huiuſmodi ſacrificulorum turba reiecta, atque diris deuota eſt. Gratiæ actæ Carlomanno, & Pipino Ducibus Francorum, quòd Bonifacio in tales errones animaduertendi, impios exaugurandi, pios inaugurandi data poteſtas.* Ab impijs igitur nebulonibus, omnibus vitiorum generibus conſpurcatis, ob ſimilitudinem morum à Mornæo celebratis, non verò à bonis, calumnijs onerabatur Bonifacius. De his etiam Zacharias Epiſt. 6. Tomo 2. Epiſt. Pontif. ad Bonifacium; *In alia tua Epiſtola reperimus contineri omnia, quæ contra te egerant falſi, & ſchiſmatici Epiſcopi Aldebertus, et Clemens, per quæ omnia acta ipſorum, & impijſſimum errorem ſigillatim indicaſti. Nos congregatis fratribus, & Conſacerdotibus noſtris eorundem prauorum ſceleratiſſima acta in eorum præſentia relegi fecimus: & dum nobis coram Concilio relecta fuiſſent, pio ſtudio omnes eadem ſchiſmatica dogmata ipſorum, atque iniquiſſimas traditiones, ſeu ſceleratiſſimam vitam, quam ſibi Aldebertus conſcribere fecit, damnauerunt, & vna voce exclamauerunt, vt igne cremarentur; ſed nos hoc non rectum iudicauimus pro eo quòd ad reſeruandum, ſiue ad in æternum eos condemnandum, in ſcrinio Sanctæ Eccleſiæ reſeruanda mãdauimus &c.* Quod Bonifacius etiam apud Zachariam de Virgilio quærelas adiecisset: eas certè non veritas, ſed calumnia ei ſuggeſſerat. Si quidem ex falſis delationibus acceperat Bonifacius, primùm, quòd odia ſereret inter ipſum, & Baioariæ Ducem: deinde quòd falsò iactaret, ſe ab Apoſtolica ſede nactum vacantem Epiſcopatum: demum verò quòd doceret, nouum reperiri Mundum, qui alio ſole, & alia Luna illuſtraretur. Et hæc tria Virgilio impoſita fuiſſe conſtat ex Epiſt. 11. Zachariæ ad Bonifacium, non verò ſuggillatum, quòd in omnibus diſciplinis, Mathematicis præſertim, apprimè verſatus Antipodas eſſe diceret, non enim id impietatem, & hæreſim interpretatur Pontifex, vt nugatur Mornæus, quemadmodum, alium aſſerere Mundum ſub terra, & alios homines alium Solem, & aliam Lunam. Verùm omnia iſta in Virgilium ad Bonifacium primùm, inde verò per eum ad Zachariam perlata, vanum fuiſſe commentum, prauorum hominum arte cõtextum, declararunt euenta. Neque de Epiſcopali ſolio eum fuiſſe deiectum, legimus. De hoc Baronius ad annum Chriſti 784.

Bonifacij calumniatores quales viri.

Impoſitæ Virgilio.

An Virgilius ſuggillatus, quod Antipodas eſſe diceret.

Leonem Tertium Põtificem Imperium Occidentis in Carolum Magnum tranſtuliſſe, omnes, etiam Græci ipſi Scriptores, vt iam ſuperiùs vidimus, teſtantur; quæ igitur audacia, aut proteruia fuit Baronij (ad annum 800.) idem ſcribere? Hanc verò conſequentiam ſuggillat Mornæus, & paralogiſmum vocat,

Tranſlatio Imperij Occidentis à Leone 3. facta.

Coronam capiti impoſuit, ergo Imperium contulit, à Græcis ad Gallos tranſtulit: Ergo ne cum Patriar- Pag. 149

cha Conſtantinopolitanus Imperatorem coronabat, cum Archiepiſcopi hodie Chriſtianos Reges, Regna idcirco conferre dixeris? Quod huius cæremoniæ miniſtri ſunt, tantine tibi, vt Principibus ſeu de facto, ſeu de iure Regna concedere credas?

Refellitur Obiectio Mornæi cõtra Baronium.

CErtum equidem, illa cæremonia non conferri ius Regni: & Patriarchæ Conſtantinopolitani iam deſignatos ſucceſſores Imperij, vel ab exercitu, aut Senatu electos coronabant; non verò ipſi conſtituebant Imperatores. An verò Carolus Magnus ſucceſsione ius aliquod habuit ad Imperium Occidentale? An ab exercitu, vel à Senatu, qui ius haberet in Occidente eligendi Imperatorem, proclamatus fuit? An iure aliquo belli illud acquiſiuit? Atqui neque inuaſor fuit illius dignitatis: iuſtus fuit Imperator, vt & illius ſucceſſores: & à Græcis nonniſi ob impietatem in Deum tranſlatum Imperium Occidentale in Francos; De impietate autem hæretica iudicare neque exercitus, neque Senatus erat, ſed ipſius Pontificis. De hoc argumento fusè doctiſsimus Cardinalis Bellarminus lib. 1. de Tranſlat. Imperij Rom. vbi pluribus capitibus oſtendit, Carolum Magnum neque à Deo accepiſſe immediate Imperij dignitatem, neque iure hæreditario ad eum veniſſe, nec eam accepiſſe authore Senatu, vel Populo Romano, nec donatione Græcorum; ſed iure ſuo Romanum Pontificem Imperium in eum tranſtuliſſe. Nec verò *immane dogma*, vt pro ſuo more fingit Mornæus, *Baronius inde eruit, (quod Principes Chriſtiani omnes attendere operæ pretium) Epiſcopum Romanum pro ſuo iure Regna & Imperia transferre.* Et cum citat hæc loca Scripturæ Baronius, *Quod dominatur excelſus in Regno hominum, & cuicumque voluerit, dabit illud &c.* Daniel., 4. *& Propter me Reges regnant, & Principes imperant* Prouerb. 8. non vtique antè probatum oportuit, Epiſcopum Romanum Deum eſſe, altiſsimum illum thronum ſuum ei conceſsiſſe, neque æternam illam ſapientiam in Pontificis perſona hypoſtaticè reſidere, vt ineptè tradit Mornæus. An quando per Samuelem vnxit Saulem in Regem, deinde Dauidem; thronum illi ſuum conceſsit, aut Sapientia illa æterna, per quam Reges regnant, in illo Propheta hypoſtaticè reſedit? An verò quia & à Leone Papa coronatus eſt Carolus Magnus Imperator; ideò Excelſus non voluit, eum regnare; vt non potuerit meritò ad id Baronius accommodare loca illa ſcripturæ? Quibus citatis, & alijs ſubiungit: *Hæc idcircò propoſuiſſe voluimus, ne, quod per miniſterium hominis factum apparet, id humanitùs, & non diuinitùs factum putetur. Dei autem id fuiſſe conſilium, ſatis perſpicuè declarant euenta, ſecundum veram illam Gamalielis* (Act. 5.) *in Concilio Iudæorum ſententiam: Si eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſoluetur; ſi verò ex Deo, non poteritis diſſoluere illud. Quod igitur id quod per Leonem Pontificem factum eſt vt tranſlatum antè Occidentale Imperium in Orientem, reuocatum fuerit in Occidentem, & ſemper ſteterit, & hactenus perſeueret: nonniſi diuino conſilio factum eſſe vel fieri potuiſſe nemo prudens inficias ire poterit. Sed & quod totum id ſit opus Dei, vtique vt quod factum eſt, ita fieret per Romanum Pontificem totius Chriſtianæ Religionis Antiſtitem, æquè diuina diſpoſitio fuit.* Hæc Baronius. In hoc igitur opere ex ſententia Baronij miniſter Dei fuit Leo Pontifex; qui verò principaliter contulit Imperium Carolo, fuit Excelſus, qui *dominatur in Regno hominum, & per quem Reges regnant &c.* Neque vero, vt miniſterio hominis vtatur Deus oportet eum thronum ſuum illi concedere, vel in perſona eiuſdem hypoſtaticè reſidere. Interim ex Theologia Mornæi (adeò obtuſus eſt, & rudis) oportuit Baronium hæc probare.

Qui principaliter cõtulit Imperiũ Carolo Magno, ex ſententia Baronij Deus eſt, Rom. Pont. miniſter.

Imperium conueniẽter per Leonem in Carolũ translatũ.

Docet deinde Baronius conueniens fuiſſe, & per Leonem Pontificem, & in Carolum Magnum transferri Imperium Occidentale: & rationes conuenientiæ ex parte vtriuſque producit; atque in primis: ſi in veteri teſtamento per ſacerdotes ſeruos ſuos voluit Deus Reges aliquando inſtitui, & Regna transferri; cùm maior ſit gloria Eccleſiæ, quàm Synagogæ, & miniſtri noui Teſtamenti dignitate longè ſuperent miniſtros antiquæ Legis, & in Eccleſia ſuper omnes emineat Pontifex Romanus caput viſibile totius Eccleſiæ; decebat maximè per eum fieri translationem iſtam Imperij. Verùm ineptus iſte nugator:

Vbinam legit (inquit) *Regnum transferendi penes Synagogam ius fuiſſe? id eam, aut feciſſe vnquam, aut tentaſſe?* Pag. 149

Defenditur ratio conuenientiæ, quã affert Baronius.

SEd Baronius ſatis ſe explicat, non id fuiſſe ius Synagogæ, id eſt Sacerdotum veteris Legis, ſi eo ſenſu Synagogam interpretetur Mornæus, vt Reges pro arbitrio conſtitueret; at id aliquando factum eſt, vt per Prophetas, & Sacerdotes Deus inungeret, & conſtitueret Reges, & Regna transferret: ſic igitur cùm miniſtrorum noui Teſtamenti maior ſit dignitatis ſplendor, in primis verò Romani Pontificis totius Eccleſiæ Præſulis; non mirum certè, ſi & per eum Deus voluerit in Principem benè meritũ de Republica Chriſtiana, & Eccleſia, transferri dignitatem Imperialem. Nec verò hoc argumentum tanquam neceſſarium, & velut ex intrinſecis rei principijs ductum, adductum voluit Baronius; ſed ex conuenientia quadã, qua decebat Deum magis Eccleſiam honorare, quàm Synagogam, & miniſtros noui Teſtamẽti, quàm antiquæ Legis; vt ſi illorum miniſterio vſus eſt ad conſtituẽdos, & inungẽdos Reges, conueniens fuerit vtique, & idem miniſterium aliquando miniſtris noui Teſtamenti, ac potiſſimùm ei, qui omnibus ſupereminet, conferri. Sed prout ſubtilis doctor eſt Mornæus, valdè ſubtiliter replicat.

Sin

Pag.149

Sin autem Archiſynagogus eſſe cupit; vndenam euincat nobis Synagoga, Romanam Eccleſiam potiori iure quàm Hieroſolymitanam aut Alexandrinã aut Antiochenam ſuccedere.

De proportione inter Synagogã, et Eccleſiã: quo ſenſu hac illi ſucceſſerit.

ATqui dicimus, Synagogæ, quæ certis finibus coarctata erat, Eccleſiam ſucceſsiſſe Catholicam longè lateque patentem, prout Prophetarum oraculis præſignificatum fuerat. Verùm ſicut Hieroſolymis erat locus orationis, & reſidebat magnus Sacerdos, cui reliqui Sacerdotes, & Leuitæ ſubijciebantur, & ad quem referebantur quæſtiones de Religione, prout Deus præcipiebat Deuteron. 17. ita in Eccleſia eſſe ſummum Sacerdotem, cui omnes per Orbem terrarum, quacumque diffunditur Eccleſia, ſubſint: & quemadmodum Synagoga illa poterat dici Synagoga Iudaica, quia ex illo populo conſtituebatur Synagoga; item Synagoga Hieroſolymitana, quòd caput illius eſſet Hieroſolymis: ita planè & Eccleſia dici poteſt Catholica, quæ Synagogæ Iudaicæ ſucceſſerit, & non ex vno populo, ſed ex omnibus gentibus conſtituta ſit; & Romana, quòd Romana Eccleſia ſit radix, & matrix omnium Eccleſiarum, & Pontifex Romanus ſit caput omnium Epiſcoporum. Atque hoc ſenſu non Hieroſolymitana, non Alexandrina, aut Antiochena Eccleſia, ſed Romana, cui præſidet ſummus Sacerdos nouæ Legis in plenitudinem poteſtatis aſſumptus, ſuccedit Synagogæ illi, cui præerat Hieroſolymis in veteri illo Templo magnus Sacerdos, Aaronis ſucceſſor. Atque hoc ſenſu euincimus, Romanam Eccleſiam Synagogę ſucceſsiſſe, ex verbo Dei, & authoritate ſanctorum Patrum, ſacrorum Canonum, & Conciliorum, Imperatorum, Regum, ex conſenſu totius Orbis Chriſtiani, ſi tamen Pſeudoeuangelicos iſtos falsò nomine Chriſtiano dealbatos excipias. Et quidem ex his ſequitur, nullam analogiam habere Eccleſiam reformatam, & puriorem ab iſtis confictam cum Synagoga illa veteri; vt quæ nõ habeat ſummum Põtificem aliquem, Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos; quemadmodum illa habebat Sacerdotes, & Leuitas; neque tanquam rem ſignificatam cum re ſignificante, itaque vel hoc ſolo argumento non eſſe Chriſti Eccleſiam. Inſtat Mornæus;

Pag.149

Vndenam oſtendat (quod Samuel & Elias) Deum cum ipſis locutum, iuſſos ſe à Deo hoc, aut illud ſpeciatim facere, oraculo, miraculo?

De locutione Dei.

REſpondemus, Deum quidem aliquando locutum per creaturas mediantibus etiã vocibus efformatis in aere: at etiam ſine medio aere, ſine ſtrepitu aliquo immediate Deus homini loquitur. De varijs modis locutionis diuinæ legi poteſt D. Auguſt. lib. 11. de Geneſi ad lit. cap. 33. D. Gregorius lib. 28. Moral. ca. 2. D. Thom. quæſt. 8. de verit. artic. 3. duplicem diſtinguit Dei locutionem: aliam quidem exteriorem, qua Deus nobis per Prophetas, vel prædicatores loquitur: aliam interiorem, qua loquitur nobis per internam inſpirationem. Dico itaque, ita locutum eſſe Leoni tertio Pontifici; eum ad hoc inſpiraſſe, vt à Græcis Imperatoribus ferè hæreticis, cauſſam Dei, & Eccleſiæ negligentibus, ad Principem de Republica Chriſtiana quàm optimè meritum, & magnum Eccleſiæ defenſorem, transferret Imperium Occidentis. Id certè nonniſi diuino conſilio, & diuina inſpiratione, quæ interior Dei locutio eſt, factum iudicandum eſt.

Alia exterior, alia interior.

Qua locutus ſit cum Leone 3. de transferẽdo Imperio

Defenditur alia Baronÿ ratio à dignitate, & authoritate miniſterũ noui Teſtamẽti.

Vſurparat & illa Scripturę loca Baronius ex Hieremiæ 1. *Conſtitui te hodie ſuper gentes, & Regna, vt euellas, & deſtruas, & diſſipes, plantes, & ædifices*. Item ex Aggæi. 2. *Maior erit gloria domus huius nouiſſimæ, quàm primæ*; Et ex Apoſt. 2. Corint. 3. *Si miniſtratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria &c. quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria?* Hoc certè infert Baronius, multò maiorem eſſe dignitatem, & authoritatem miniſtrorum noui Teſtamenti, quàm illius antiqui: & ſi in Synnagoga aliquãdo factum eſt, vt per Sacerdotes, ſiue Prophetas Deus Reges inſtitueret, & vngeret, non abs re fuiſſe, ſi per ſupremum Eccleſiæ Antiſtitem translata ſint Imperia. Et id quidem in Synagoga nõ ordinariè factum eſt, ſed Deo ſpeciatim ita ordinante; ſic in nouo Teſtamento iſtud contingit, vbi id exigit totius Reipublicæ Chriſtianæ vtilitas, cui proſpicere potiſsimùm ex officio incumbit Paſtori ſupremo omnium Chriſtianorum, quem conſtituit Deus ſuper gentes, & Regna; cum omnes Chriſtiani, etiam Reges ipſi, ſubſint tanquam oues Paſtori. Atque ideo non eſt prophanatio verbi diuini, nec *immanis blaſphemia* (vt vociferatur Mornæus) eum locum ad Pontificis authoritatem accommodare; licet ingenuè fateamur, non eſſe eum literalem ſenſum illius loci. Neq; vero id vult Deus his verbis, vt Hieremias tanquam Imperator aliquis euellat Regna, & alio transferat; ſed more ſcripturæ, vt denunciet euellenda per Nabuchodonozorem, ſed tamen in priſtinum ſtatum reſtituenda: quod ſibi volunt hæc verba, *vt plantes, & ædifices*. Et hanc eſſe mentem Hieronymi hic inſinuat Mornæus: & tanquam Prophetæ, Hieremiæ hoc demandatum erat, vt annunciaret; non verò tanquam Sacerdoti, vt Sedechia exaugurato, Nabuchodonozorem in eius locum inauguraret; neque hanc interpretationem affingit huic loco Baronius. Quæ verò conſequentia? Non exaugurat Sedechiam Hieremias, vt inauguret Nabuchodonozorem: non in Principes, in populos deſæuit, inuolat; ergo Pontifex Romanus non ſeſe debet immiſcere commodis Eccleſiæ, & Reipub. Chriſtianæ, vbi exigit vtilitas propria Chriſtiani Orbis: non debet transferre dignitatem Imperatoriam in Principem de Republica Chriſtiana

Digitized by Google

ſtiana bene meritum. Qui Imperio orientis potiuntur, & ſucceſſerunt Imperatoribus illis, à quibus tranſlatum Imperium Occidentis, ſunt Turcarum Principes Mahumetani, Imperatores verò Chriſtiani Occidentis ſucceſſerunt in ea dignitate Carolo Magno. Vellet itaque Mornæus, non tranſlatum à Leone in Carolum Magnum Imperium Occidentis; vt vtrumque penes Turcarum Principes eſſet; nec certè dubium, ſi optio iſti daretur, quin mallet, omnes Chriſtianos Sarracenos eſſe, & Mahumetanos, quàm Chriſtianos, & Pontificios.

Quoad locum Aggæi 2. maiorem gloriam fore *domus nouiſſimæ, quam primæ, Templi ſecundi, quàm primi.*

Pag. 150 *Secundum templum* (exponit Mornæus) *quodnam niſi Hieroſolymitanum? maior verò illa gloria, quænam niſi generis humani redemptio, Chriſtus, ſtante ſecundo Templo, pro peccatis noſtris crucifixus?*

Per ſecundam domũ ab Aggæa prædictam ſignificatur etiam Eccleſia.

HAnc quidem interpretationem non abnuimus; at per ſecundam domum myſticè, aut etiam ad litteram intelligi Eccleſiam, non primus Baronius excogitauit. Ita enim intellexit eum locum D. Auguſt. lib. 18. de Ciuit. Dei capit. 45. & 48. & D. Cyrillus lib. 5. in Iſaiam ad cap. 54. qui ſenſus etſi fortaſſe minùs litteralis, altior tamen eſt, & quem intenderit Spiritus Sanctus: & omnium Prophetarum Oracula in Chriſtum tendunt, & Eccleſiam; vt domus nouiſsima intelligeretur Eccleſia, cuius maior gloria foret, quàm Templi illius primi, ſeu Synagogæ.

Horreſco planè totus inſolentiſsimi iſtius Diabolici ſatellitis, monſtri, non hominis, legens horrendas blaſphemias.

Pag. 150 *Sin ſecundum templum Eccleſiam Romanam intelligit* (inquit) *quid conſequatur, niſi vt Epiſcopus Romanus, analogiæ ſeruandæ, ſit Caiphas & Herodes, quin quatenus vtramq; iuriſdictionem affectat, in eum vnum Caiphas & Herodes ſimul, compinſantur quaſi & coaleſcant.*

Eccleſia Romana ſignificata per ſecundum Templum, Pontifex non eſt Caiphas & Herodes

VNde verò illa conſequentia? Per ſecundum Templum Eccleſia Chriſti, Catholica, Apoſtolica, Romana allegoricè ſignificabatur; ergo Romanus Pontifex erit Caiphas & Herodes. Valet quidem hæc analogia, quòd quemadmodum Templum illud ſecundum ſignificabat Eccleſiam: ita ſummus Sacerdos veteris legis Aaronis ſucceſſor, inſtitutus à Deo ſignificabat Epiſcopum Romanum, ſummum Præſulem legis Euangelicæ, & Eccleſiæ Chriſti; omnia enim in figura contingebant illis 1. cor. 10. & vmbram lex illa habebat futurorum bonorum Hebr. 10. At non ſequitur, Si Caiphas erat Simoniacus, Sacrilegus, ſi ſententiam mortis tulit in Chriſtum, quòd id ſignificaret, & idem fore in Pontifice Romano; nec enim ea flagitia inſtituta erant à Deo ad ſignificationem futurorum. Et ſi Pontifex ideò Caiphas & Herodes, quia habet vtramque iuriſdictionem; vtique Moyſes erat quidam Herodes & Caiphas, quia vtramque habebat. Et Melchiſedech Rex, & Sacerdos vtraque præditus erat: item Machabæi; itaque in illis præſignificatus Herodes, & Caiphas, quia vtramque habebant iuriſdictionẽ, non ſecus ac in Herode, & Caipha præſignificatus Pontifex Romanus, quia vtramque affectat. Cur non potiùs dicamus, Pontificem Romanum fuiſſe expreſſum in Moſe ipſo, qui præerat Religioni, & Reipublicæ, rebus ſacris, & humanis: aut certè in Eleazaro magno ſacerdote, & Ioſue Duce populi: aut in Machabæis ipſis, qui tempore ſecundi Templi præerant Reipublicæ, & ſimul Sacerdotio fungebantur? Intelligat igitur iſte, non eſſe abſurdum, ſi & ſummus Pontifex Chriſtianę Religionis vtraque iuriſdictione, & ſpirituali, & temporali fungatur. An verò quia populus ille Iudaicus erat figura populi Chriſtiani; ideò quia tot Reges præfuerunt illi populo Idololatræ, vt analogia ſeruetur, dicendi ſunt Chriſtiani Reges illi Idololatræ? Non magis certè, quia ſecundum Templum erat figura Eccleſiæ Romanæ; ideò Pontifex Romanus dicendus eſt Herodes & Caiphas. Sed quæ, obſecro, analogia? In ſecundo Templo Caiphas erat Pontifex, Herodes Rex; ille ſpiritualem, hic temporalem exercebat iuriſdictionem, ita vt diuiſæ eſſent; ergo, vt analogia ſeruaretur, oportuit in Eccleſia Romana ſignificata per ſecundum Templum alium eſſe Pontificem, qui ſpiritualem, alium verò Regem, qui temporalem haberet iuriſdictionem; cum tamen Pontifex Romanus ex Mornæo vtramque affectet. Verùm hæc eſt analogia manifeſta, quòd quemadmodum tempore ſecundi Templi non defuerunt multæ Sectæ in illo populo, vt Phariſeorum Saducæorum, Libertinorum; ita nunc in populo Chriſtiano. Et noui iſti Euangelici, qui ſe reformatos nominant, cum tamen infeſtiſsimi ſint hoſtes corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, vbi quæſo melius exhibentur, quàm in illis hypocritis Phariſæis, mortem Chriſti anhelantibus?

Baronius ibidem loci ex loco D. Pauli 2. Corin. 3. *Si miniſtratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria* (nempe lex ipſa Moyſi data in monte Sinai) *quomodo non magis miniſtratio Spiritus erit in gloria? Nam ſi miniſteriũ dãnationis in gloria eſt; multò magis abũdat miniſteriũ iuſtitiæ in gloria.* Docebat, miniſtros noui Teſtamenti gloriæ ſplẽdore ſupare miniſtros antiquę legis, inde inferebat, *Si igitur in veteri teſtamẽto per ſacerdotes ſeruos*

Miniſtri noui Teſtamẽti maioris dignitatis & gloriæ quàm veteris.

nos ſuos voluit Deus Reges inſtitui, et Regna trāſferri: quomodo nō et id cōceſſū ab eo dixerimus Sacerdotibus nouæ legis? Et rectè quidem inde dignitatem eſſe maiorem miniſtrorum nouæ legis docebat Baronius, quod & D. Paulus expreſsis verbis eo loco aſſerit: *Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamēti; non litteræ, ſed ſpiritus. Quod ſi miniſtratio mortis &c.* Vbi confert Moyſem, & Prædicatores gratiæ, ſeu miniſtros noui Teſtamēti inter ſe, quòd Moyſes ſcriptas tabulas attulerit; hi verò præbeant gratiam ſpiritus: quod Moyſis glorificatus fuerit vultus, ſed gloria illa euanuerit, nec alij illius gloriæ fuerint participes: atqui gloriæ noui Teſtamenti non ſoli Apoſtoli, ſed & credentes per eos cōſortes fuerint. Vnde ſubiungit Apoſtolus: *Habentes igitur talem ſpē multa fiducia vtimur.* In quē locum Chryſoſt. Homil. 7. *Qualē tandem? Quod maiorem dignitatē, quàm Moſes, conſecuti ſumus, non tantùm nos Apoſtoli, ſed iam omnes fideles &c.* Et paulò poſt: *Non opus habemus, vt Moſis inſtar miniſtri legis nos ipſos obuelemus. Nam Exod. 34. cùm Moſes acceptis denuò tabellis gloria quædam ex ipſius vultu exiliens adeo effulgebat, vt Iudæi nec ad eum accedere, nec cum eo colloqui poſſent, quouſque faciei ſuæ velamen impoſuiſſet: At vos poteſtis in gloriam hāc, qua cincti, & ornati ſumus intueri, etſi maior, & ſplēdidior ſit, quàm illa Moſis.* Hic eſt ſenſus D. Pauli. Atque ne fuſiùs hic immoremur, ita Chryſoſt. Theodoret. Oecumenius, Theophilactus, & alij interpretantur; vt iſtum mirer Baronij interpretationem nominare *totam carnem, & ſanguinem*, cum ex hoc loco Pauli infert dignitatem miniſtrorum noui Teſtamenti ſupra miniſtros veteris legis. Taceo & iſtius ineptias, ſeu potiùs horrendas blaſphemias, vt cùm miniſterium iſtud, quod commendat ex eo loco Baronius,

Pag. 150

Nil niſi carnem ſapere, nil niſi mundum, ambitionem perpetuò & tyrannidem ſpirare, conſpirare,

adeò impudenter ſcribit. Sed nihil mirum, ſi dignitatem iſtius miniſterij noui iſti Euangelici non capiunt. Siquidem obtuſi ſunt ſenſus eorum, denſiſsimis errorum tenebris immerſi ſunt; vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei, qui nec Eccleſiam ipſam, adeò viſibilem in mundo, & patentem in Scripturis, agnoſcunt. Quis verò dubitet, Moſem, & Aaronē, Sacerdotes, & Leuitas, miniſtros veteris Teſtamenti, à Deo inſtitutos, & ordinatos, dignitate longè præceſsiſſe miniſtros iſtius Eccleſiæ purioris, & reformatæ, quam vocant, nonniſi humano conſilio conſtitutos? Nil mirum igitur, cum non aliam Chriſti Eccleſiam agnoſcat Mornæus; ſi dignitatē miniſtrorum Eccleſiæ à D. Paulo ſignificatam ſupra miniſtros Synagogæ non intelligat. Sed obijcit locum ex Chryſoſtomo homil. 7. in 2. ad Cor. c. 3. *Gloria Moſis ſub ſenſum cadebat, corpus enim oculis cernebatur, licet ad eam accedere nemò poſſet, cum contra gloria noui Teſtamenti animo tātùm cerneretur.* Cui ſubiungit:

Miniſtri Eccleſiæ reformatæ longè inferiores Miniſtris veteris Teſtamenti.

Pag. 150

Qui igitur eam in rebus corporeis, mundanis, quærunt, annon huic gloriæ renuntiant?

AN verò gloriam illam noui Teſtamenti, cuius participes ſunt Apoſtoli, & credentes per eos, qualem longè præfert gloriæ Moſis miniſtri veteris teſtamenti, quæ euacuatur, in rebus corporeis, & mundanis quærimus; & non magis dicimus, eam eſſe gratiam Dei, nobis per Chriſti meritum comparatam, & caritatē eiuſdem diffuſam in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis? Et ſenſus Chryſoſtomi non eſt, miniſtros noui Teſtamēti, & ſpiritus, non litteræ, non eſſe viſibiles, vt non viſibiliter refulgeat eorum miniſterium: ſiquidem & Sacramenta ipſa ſenſibilia ſunt, quibus confertur ipſa gratia, immò Spiritus Sanctus inuiſibiliter: Quod docet idem Chryſoſtomus Homil. 83. in Matth. de corpore Chriſti loquens, tradito nobis in Sacramento: *Nihil ſenſibile traditum nobis à Chriſto; ſed rebus quidem ſenſibilibus, omnia verò, quæ tradidit, inſenſibilia ſunt. Sic & in baptiſmo per aquam, quæ res ſenſibilis eſt, donum illud conceditur: quod autem in ea conficitur, regeneratio ſcilicet, ac renouatio, intelligibile quiddam eſt: nam ſi tu incorporeus eſſes, nudè ipſa dona incorporea tradidiſſet tibi; quoniam verò corpori coniuncta eſt anima tua, in ſenſibilibus intelligenda tibi traduntur.* Quemadmodum igitur ſenſibilia erant Sacramēta veteris Teſtamenti; ita & noui, quæ longè ſunt nobiliora, & ex ſe gratiam, & quidem abundātiorem conferunt: quemadmodum itē miniſter illius viſibilis, & corporeus Moſes; ita & miniſtri noui Teſtamenti: qui ſi fuit gloriæ particeps; multo magis iſti. Sed quemadmodū gloria noui Teſtamenti, licet animo tantum intelligatur, & fide concipiatur, longè maior eſt gloria Moſis, quæ oculis corporeis cernebatur; ita non dubium, miniſtros noui Teſtamenti dignitate longè præcedere Moſem ipſum. Atque hoc modò cum in rebus corporeis, hoc eſt miniſtris, & Sacramentis viſibilibus dignitatem noui Teſtamenti quærimus, non renuntiamus gloriæ noui Teſtamenti, quæ eſt in ſpiritu. Quod ſi Baronius inde infert, Deum voluiſſe, quemadmodum in veteri teſtamento, ita in nouo, per Sacerdotes ſeruos ſuos inſtitui Imperatores, & Reges; quæ conſequentia, obſecro, vt gloriam noui Teſtamenti *truculentiam, & tyrannidem* (vt imponit ei Mornæus) interpretetur?

Gloria noui Teſtamēti eſt inuiſibilis.

Eius tamē Miniſtri viſibiles.

Quomodo nō renuntiamus gloriæ noui Teſtamenti.

Quod ſi ita eſt; cum referant omnes Hiſtorici à Leone tertio Pontifice coronatum Carolum Magnum Imperatorem; ex ſententia Mornæi *truculentus, & tyrannicus* fuit Imperator Carolus Magnus. Siquidem illud Leonis miniſterium ex ſententia Mornæi ambitionem, & tyrannidem ſpirabat, cùm tranſtulit Imperium Occidentis in Carolum Magnum.

Carol. Magnus ex ſētentia Mornæi Imperator truculētus, & tyrannicus.

Baronius ad annū Chriſti 806. art. 26. Teſtamentum Caroli Magni exſcribit, & ſubiungit, *Hucuſque Caroli de diuiſione Decretum ſiue Teſtamentum factum in villa Theodonis, ſubſcriptum ab Optimatibus*

Carolus Teſtamētū ſuum miſit confirmandū ad Pōt.

matibus

Nulli legauit Imperiũ, ratus, id ad Pontificem pertinere.

matibus Francorum, & Romam miſſum per Eginbardum à ſecretis ad Leonem Pontificem confirmandum, atque ſubſcriptione muniendum: ſub cuius diſpoſitione de Imperio decernendum reliquiſſe viſus eſt, vt cui vellet, Pontifex daret: cum nullam de eo in Teſtamento mentionem habere voluerit, de quo ante omnia fuiſſet ipſi teſtandum ſi hæreditarium exiſtimaſſet, & non potius Romani Pontificis arbitrio electiuum. Porrò ijs omnibus, quæ ſtatuta fuerunt à Carolo, Leo Pontifex & aſſenſum præbuit, & propria manu ſubſcripſit. Hęc veteres Annales Francorum. Huic ſententiæ Baronij refragatur Mornæus:

Pag. 151

Quod Imperatorem (inquit) *deſignat neminem, id vitandæ diſcordiæ facit, vt quiſque portionem ſuam æquo iure, & eodem titulo poſſideat.*

Refellitur cauſſa, ob quã id factum putat Mornaus.

AVt igitur nolebat Carolus, ullum ex filijs Imperatoris titulo decorari, aut omnes ex ęquo, quorum vtrumque abſurdum eſt: aut ſubminiſtrabat illis materiam diſcordiæ, & occaſionem belli, cum neminem deſignaret Teſtamento, & veriſimile eſſet, ius fore in armis: aut Pontificis eſſe intelligebat deſignare ex filijs, quem vellet, Imperatorem: & id certè longè probabiliſsimum facit, quod Romam Teſtamentum miſerit ad Leonem Pontificem ſubſcribendum, nullo ex filijs deſignato ſucceſſore Imperialis dignitatis. Neque verò timendum erat, nè Pontifex in alios, quàm in filios Caroli Imperium trans ferret: & teſtantur veteres Annales Francorum, Carolum ipſum anno 813. habito generali conuentu Aquiſgrani, filium ſuum Ludouicum coronaſſe Imperatorem, & Bernardum nepotem ſuum, Pipini filium, Italiæ præfeciſſe, atque Regem appellari iuſsiſſe: quod non ſine conſilio, & conſenſu Pontificis poſt ſubſcriptionem illius Teſtamenti veriſimile factum.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum vigeſimumnonum.

Pag. 151

Carolus igitur, vt vidimus, authoritatem temporalem aduerſus Paparum fraudes ſtrenuè aſſerebat, quamquam ita plerumque, vt Spiritualem nõ parum labefactaret &c.

Carol. Magnus Teſtamento præcipit filijs ſuis, vt defenſionem Papæ ſuſcipiant.

HAEc certè longè aliena ſunt ab his, quæ Teſtamento filijs Carolus præcepit: *Super omnia iubemus, vt ipſi tres fratres curam, & defenſionem S. Papę ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam ab auo noſtro Carolo, & B. memoriæ genitore Pipino Rege, & à nobis poſtea ſuſcepta eſt: vt eum cum omni adiutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & iuſtitiam ſuam quantum ad ipſos pertinet, & ratio poſtulat, habere faciant.* Hoccinè eſt aduerſus Paparum fraudes aſſerere temporalem authoritatem, aut Paparum fraudibus, quod iudicat Mornæus, obuiam ire velle? Quis verò Pontifex fraudulenter inuolauit in authoritatẽ temporalem Caroli, vt eam ab illius fraudibus aſſerere opus habuerit? Quo verò argumento docet Mornæus, Carolum non parum labefactaſſe ſpiritualem authoritatem?

Idẽ non aſſeruit authoritatem temporalẽ aduerſus Pontifices.

Pag. 151

Ab eius enim inſtituto eſt (inquit) *quod Epiſcopis de Metropolitanorum, & Cõprouincialium iudicio, quoquo prætextu, conqueſtis, Romanum Epiſcopum adire permiſſum.*

De appellationibus ex Gallia ad Romanum Pont.

IN Capitulis illis Francorum ab Anſegiſo Abbate, & Benedicto Leuita collectis plura extant de iure appellationum ad Romanã Apoſtolicam ſedem lib. 6. cap. 287. *Si quę cauſſę, vel contentiones inter Clericos, & Laicos fuerint exortæ; Placuit, vt ſecundum Synodum Nicænam, congregatis omnibus eiuſdem Prouinciæ Epiſcopis, iurgium termineturnec cui liceat, ſine præiudicio tamen Eccleſiæ Romanæ, quæ in omnibus cauſſis debetur reuerentia cuſtodiri, relictis his Sacerdotibus, qui in eadem Prouincia Dei Eccleſias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare Prouincias, vel aliarum Prouinciarum Epiſcoporum iudicium expeti, vel pati, niſi fuerit prouocatum. Quodſi quis præſumpſerit; & ab officio Cleri depoſitus, & iniuriarum reus ab omnibus iudicetur. Si autem maiores cauſſæ in medio fuerint deuolutæ ad ſedem Apoſtolicam; vt ſancta Synodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit, poſt iudicium Epiſcopale referatur.* Et cap. 299. *Si quis Epiſcopus depoſitus agendum ſibi negotium in Vrbe Roma proclamauerit; alter Epiſcopus in eius Cathedra poſt appellationem eius, qui videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur, niſi cauſſa fuerit iudicio Romani Epiſcopi determinata.* Et libro 7. cap. 124. *Placuit, vt quandocunque accuſatur Epiſcopus, ſi Comprouinciales aut vicinos ſuſpectos habuerit, ſanctę, & Vniuerſalis Romanæ Eccleſiæ appellet Pontificem, vt ab eo, quicquid iuſtum, ac Deo placitum fuerit, terminetur.* Et cap. 235. *Placuit, vt ſi Epiſcopus accuſatus appellauerit ad Romanum Pontificem; id ſtatuendum, quod ipſe cenſerit.* Et cap. 241. *Quod ſi aduerſus eiuſdem Prouinciæ Metropolitanum Epiſcopus, vel Clericus habuerit querelam; petat Primatem Diœceſeos, & apud ipſum iudicetur, aut apud Apoſtolicam ſedem.* Ex quibus conſtat, quod fuerit iudicium Regum Francorum de authoritate Romanæ ſedis, & de iure appellationum ad eã. Neque id eſt inſtitutum Caroli Magni: Siquidem Capitula illa ſunt ferè deſumpta ex ſacris Canonibus: & primo loco à nobis producto citatur

Ius appellationum ex Gallia ad Romanum Pont. nõ eſt inſtitutum Caroli Magni.

Nicæ-

Digitized by Google

Nicæna Synodus, cuius nomine intelligenda fortaſsè Sardicenſis, quæ, vt alibi dictum eſt, cum Nicæna vna & eadem eſt habita. Hæc prætereà Capitula ſcribit Iuo Carnotenſis Epiſt. 195. authoritate Epiſcoporum eſſe conſtituta. Quod ſi labefactauit Carolus ſpirituale authoritatem, quia voluit, permiſſum eſſe Epiſcopis, de Metropolitanorum, & Comprouincialium iudicio conqueſtis, adire Romanum Epiſcopum; vtique & ſacra Cōcilia, & ſacri ipſi Canones, & Epiſcopi, quorum authoritate Capitula illa Regalia conſtituta, labefactarunt ſpiritualem authoritatem. Ita verò conſtituit Carolus, quia ſciebat, iure diuino, & Chriſti inſtitutione Epiſcopum Romanum ſupremum eſſe totius Eccleſiæ paſtorem, ad quem reliquorum Epiſcoporum controuerſiæ eſſent referendæ.

Neq; is labefactauit ſpirituale authoritatem.

Quoad verba Imperatoris, quæ notatu digna iudicauit Mornæus:

Pag. 151

Epiſcopus cum iudicatus fuerit, licet iterare iudicium, & ſi opus ſit, liberè Epiſcopum Romanum adire:

his verbis, *licet*, *liberè*, & *placuit*, id vtique ſignificatur, poſſe Epiſcopos iudicatos acquieſcere primæ ſententiæ, & iudicio Comprouincialium, aut Metropolitani; neque cogi appellare: ſi tamen velint, poſſe Romanum Pontificem adire, & ad eum prouocare: quod certè non liceret, ſi ille ſuperior non eſſet Cōprouincialibus Epiſcopis, & Metropolitanis: & ſi iudex legitimus nō eſſet in cauſſis Epiſcoporum; nulla foret illius ſententia, & eſſet vſurpatum iudicium Ext. de Conſuetudine c. *Ad noſtram audientiam*. Itaque cum iure diuino habeat ſupremam authoritatem in Eccleſia; neque Imperator, neque Epiſcopi Galliarum potuiſſent aliter ſtatuere, quàm iudicatis Epiſcopis, & de iudicio Comprouincialium, aut Metropolitanorum conquerentibus licere adire Romanum Epiſcopum: alioqui id eſſet offendere libertatem Eccleſiaſticam. Quod itaque ſcribit Mornæus, licuiſſe adire Romanum Epiſcopum,

Epiſcopi iudicati non coguntur, ſed ipſi liberè poſſunt ad Pontificem appellare; poſſūt autē ex iure diuino.

Pag. 151

Ex noua vtique Principis conceſſione, non quod Eccleſiæ Galliarum ad id tenerentur:

Non potuit certè Carolus Magnus quicquam de iuribus Eccleſiarum diſponere, neque Eccleſiæ Romanæ aliquod ius nouum, ſeu authoritatem in Eccleſias Galliarum concedere; vt ex noua illius conceſſione liceret Epiſcopis iudicatis adire Romanum Pontificem. Verùm ſatis intellexit, eum tanquam ſucceſſorem Petri Principis Apoſtolorum habere primatum in omnes Eccleſias diſt. 21. cap. 3. *Quamuis vniuerſa per Orbem Eccleſia Catholica vnus Chriſti thalamus ſit; ſancta tamen Romana Catholica, & Apoſtolica Eccleſia nullis Synodicis conſtitutis cæteris Eccleſijs prælata eſt; ſed Euangelica voce Domini, & Saluatoris noſtri primatum obtinuit: Tu es Petrus &c.* Et diſt. 22. cap. *Omnes*, & cap. *Sacroſancta Romana* dicitur, Romanam Eccleſiam cęterarum primatum tenere, eum verò non ab Apoſtolis, ſed à Chriſto Domino accepiſſe. Quia igitur iuris diuini, & Sacrorum Canonum erat peritiſsimus, & obſeruantiſsimus Princeps; ideò volebat, Epiſcopis liberum eſſe aditum ad Romanum Pontificem. Subiungit Aduerſarius.

Vnde inter Pontificem & Epiſcopos noſtros, tot deinceps controuerſiæ. Pag. 151

ATqui nunquam dubitarunt Epiſcopi Galliarum de primatu, iuriſdictione, & authoritate Pontificis in eos. Legantur Concilia habita in Gallia; nihil vnquā definierunt contra ius appellationum ad Romanum Pontificem: neque doctiſsimi Præſules Eccleſiarum Galliæ, qui quocunque ſæculo vixerint, aliquid contra huiuſmodi ius, aut Romani Pontificis authoritatem ſcripſerunt, aut docuerunt. Equidem ſuperfluam licentiam appellationum coerceri poſtulabat Iuo Carnotenſis ſcribens ad Paſchalem ſummum Pontificem Epiſt. 75. & modum in his adhiberi volebat D. Bernardus lib. 3. de Conſid. ad Eugenium Papam cap. 2. quòd inde diſciplina Eccleſiaſtica turbaretur, dum cuiuis, etiam conuicto de crimine, & iuſtè dānato appellare liceat: & eas improbant appellationes, quas olim & Cyprianus improbaſſet. De iure tamen ipſo appellandi ad Romanum Pontificem tanquā ſuperiorem non diſputant, nec minimum dubitant, nec eas appellationes tanquam ad non legitimum iudicem contemnunt. Subiungit:

Epiſcopi Galliarum nunquā de primatu Pontificis, & in eos iuriſdictione dubitarūt.

Tranſegerat cum Imperatoribus Orientis Carolus, de Italiæ præſertim diuiſione, ita vt Imperatores dicerētur vtrique, Carolus & poſteri Occidentis; Orientis alij &c. Pag. 151

ATqui Imperatoria dignitas in Occidente tranſlata erat in Carolum à Pontifice Romano: ita & ex confeſsione Orientalium, qui iuſti, & legitimi Imperatoris loco habebant Carolum, potuit Pontifex eam dignitatem in eum transferre. Quo ſenſu verò nugatur iſte,

Facilius fuiſſe Carolo ambitioni Paparum ſeſe eximere, Pag. 151

Cùm ille non minori obſeruantia coluerit Romanos Pontifices poſt Imperialem dignitatē adeptam, etiam poſt tranſactionem factam cum Orientis Imperatoribus, quàm antea? Nā certè tranſactionem illam, ſeu fœdus initum cum Nicephoro primùm, deinde cum Michaele Imperatore Orientis, voluit & à Leone Pontifice cōfirmari. Siquidem Legati Orientis cū Aquiſgrani pacis compoſitę tabulas ab Imperatore Carolo in Eccleſia accepiſſent; domū redeuntes cùm Romam diuertiſſent, eaſdem tabulas in Baſilica Vaticana à Leone Pontifice receperunt, haud dubiè ſciente, & conſentiente, immò ita volente Carolo.

Fœdus initum cū Imperatore Orientis Caroli voluit à Pontifice cōfirmari.

Poſt-

Digitized by Google

Carolus Leoni ad ſe venienti poſt milies occurrit.

Poſtquam adeptus erat Carolus Imperatoriam dignitatem, cum Leo Pontifex ad eum ſcripſiſſet, ſe cupere illum conuenire, & cum eo Dominica Natalia celebrare; filium ſuum Carolum obuiam ei ad S.Mauritium miſit, atque ipſe ſubſecutus Rhemis occurrit, ibique exceptum primo Cariſiacum, vbi ſolemne Natalitium actum, deinde Aquiſgranū perduxit; & poſt aliquot dies multis, magniſque muneribus proſecutus per Baioariam in Italiam remiſit, datis Rauennam vſque comitibus. Idē, facta diuiſione Prouinciarum Regni, & Imperij inter ſuos filios, voluit, Leonem Pontificem Teſtamento ſubſcribere, illudque ratum haberi præ cæteris rebus iuſſit in Teſtamento, vt curam, & defenſionem ſuſciperent illi Eccleſiæ S.Petri. Nunquam igitur ille authoritati Pontificum Romanorum (quam *importunam Paparū ambitionem* interpretatur Mornæus) ſeſe eximere vel cogitauit quidē Carolus. Et in illius Capitulis id habetur lib.6. cap.267. *Ita vnanimes diuinis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus ſeruatis, vt in nullo patiamini, pia Canonum Decreta violari; vt nulli fas ſit ſine ſtatus ſui periculo vel diuinas Cōſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis Decreta temerare.* Ex quibus & illud refertur à Gratiano diſt. 19. *In memoriā B.Petri Apoſtoli honoremus Sanctam Romanam, & Apoſtolicam Sedem; vt quæ nobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas, vt licet vix ferendum ab illa Sancta Sede imponatur iugum; tamen feramus, & pia deuotione toleremus.* Et Nauclerus vol.2. Generat.28. hoc vnum ex 23. Decretis Caroli Magni eſſe aſſerit. Hoccine fuit eximere ſe importunæ ambitioni Paparū? Equidem anno 19. Leonis Papæ 3. ex hac vita migrauit Carolus Magnus; At nullus Scriptorum eſt, qui Pontificem illum vnquam importunæ notarit ambitionis: immò & ſanctiſsimū omnes fuiſſe affirmant. Quod eſſet Eccleſiaſticarum rerum defenſor, & contrariorum fortiſsimus expugnator, vt de eo ſcribit Anaſtaſius, quodque dignitatem ſuam ſtrenuè defenderet; hoc importunam ambitionem interpretatur Mornæus: ita nullus nō Pontificum iſti ambitioſus. Proſequitur Mornæus:

Carolus ſe ſe authoritati. Pont. eximere ne cogitauit quidem.

Leoni tertio, ſuccedit Stephanus quintus, contra legem, inquit Aimoinus, non expectato Imperatoris iuſſu electus, & ordinatus, qui culpam emendaturus (ita ipſe gloſſat) *iuſſit, inquit Theganus, omnem populum Romanum fidelitatem cum iuramento promittere Ludouico; nempe debitum obſequium.*

Pag.151

Mornæus imponit Aimoino, & Thegano.

IVſtam gloſſam Aduerſarij: qui & imponit his Authoribus, eoſque ad ſuum ſenſum trahere conatur. De profectione Stephani Papæ in Galliam, & magnis honoribus ei à Ludouico Pio Imperatore exhibitis, quæ ſcribant hi Authores, (vt quàm egregius ſit hic impoſtor conſtet) citare nobis viſum eſt. Ita Aimoinus lib.4. cap.104. *Dominus Leo Papa anno Pontificatus ſui circiter 21. 5. Kalend. Iunij de corpore migrauit. Stephanuſque Diaconus in locum eius electus, atque ordinatus eſt* (vbi non legitur hæc paritula, *contra legem* à Mornæo impoſtore addita cū ſua gloſſa) *non expectato Imperatoris iuſſu.* Subiungit Aimoinus: *Nondumque duobus poſt conſecrationem ſuam exactis menſibus, quàm maximis poterat itineribus ab Imperatorem venire contendit, miſſis interim duobus Legatis, qui quaſi pro ſua conſecratione Imperatori ſuggererent. Quod vbi Imperator audiuit, Rhemis ſtatuit ei occurrere, miſiſque obuiam his, qui eum illò deducerent, aduentum eius præueniēs cū magno eum ibidem honore ſuſcepit. Qui ſtatim Imperatori aduentus ſui cauſſam inſinuans, celebratis ex more Miſſarum ſolemnijs, cum diadematis impoſitione coronauit: multis deinde inter eos muneribus datis, & acceptis, conuiuijſque opiparè celebratis, & amicitia viciſſim firmiſſimo robore conſtituta, alijſque vtilitatibus Sanctæ Dei Eccleſiæ pro temporis opportunitate diſpoſitis, Pontifex Romam, Imperator Compendij Palatium petijt.* Et de eodem Theganus de geſtis Ludouici Imp. cap. 16. *Eodem anno Leo Papa Romanus obijt, & Stephanus poſt eū ſucceſſit, qui ſtatim poſtquam Pontificatum ſuſcepit, iuſſit omnem populum Romanum fidelitatem cum iuramento promittere Ludouico: & dirigens Legatos ſuos ad ſupradictum Principem, nuncians ei, vt libenter eum videre voluiſſet in loco vbicunque ſibi placuiſſet. Quod audiens magno tripudio repletus cæpit gaudere, & confeſtim iuſſu Miſſos ſuos obuiam ire Sācto Pontifici cum ſalutationibus maximis, & ſeruitia præparare. Perrexit poſt Miſſos Dominus Ludouicus obuiam ſupradicto Pōtifici, obuians ei in campo magno Rhemenſium. Deſcendit vterque de equo ſuo, & Princeps, ſe proſternens omni corpore in terram tribus vicibus ante pedes tanti Pontificis, & tertia vice erectus ſalutauit Pōtificem iſtis verbis, dicens: Benedictus, qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & illuxit nobis. Et reſpondit Pontifex: Benedictus Dominus Deus noſter, qui tribuit oculis noſtris ſecundum Dauid Regem videre. Amplexantes enim ſe, & oſculantes pacificè perrexerunt ad Eccleſiam, qui cùm diu orauerunt, erexit ſe Pontifex, & excelſa voce cum Clero fecit ei laudes Regales.* Idē cap.17. *Poſtea Pontifex honorauit eum magnis honoribus & multis, & Reginam Irmingardam, & omnes Optimates, & miniſtros eius. Et in proxima die Dominica in Eccleſia ante Miſſarum ſolemnia coram Clero, & omni populo conſecrauit eum, & vnxit ad Imperatorem, & coronam auream miræ pulchritudinis, et pretioſiſſimis gemmis ornatam, quam ſecum apportauerat, poſuit ſuper caput eius: & Irmingardam Reginam appellauit Auguſtam, & poſuit coronam auream ſuper caput eius. Quamdiu ibi erat Beatiſſimus Papa, quotidie colloquium habebant de vtilitate Sanctæ Dei Eccleſiæ. Poſt quod Dominus Imperator eum honorauit magnis, & innumeris donis tripliciter, & amplius, quàm ſuſcepiſſet ab eo, ſicut ſemper ſolebat agere, magis dare, quàm accipere. Dimiſit eum ire Romam cum Legatis ſuis quibus præcepit vbique in itinere ſuo honeſtum exhibere ſeruitium.* Eadem refert & Author vitæ Ludouici Pij incertus quidem ſed coætanus. Vnde nullo modo colligitur,

Stephanus V. Leonis III. ſucceſſor ad Ludouicū Caroli Magni filiū proficiſcitur: quē ad finem.

Ludouicus eū perhonorificè ſuſcepit.

Coronatur.

Ludouicus proſternit ſe ante pedes Pōt.

Quib. verbis ſe ſalutent.

Donis ſe viciſſim honorant.

Coronatur & Irmingarda Ludouici vxor.

quòd

Quam ob cauſſā Stephanus iuſſerit, populū Rom. Ludouico fidelitatem iurare.

quod iſte gloſſat, Ludouici eum patientiam pertentaſſe. Quod verò ſcribit Theganus, Stephanum Pontificem iuſsiſſe omnem populum Romanum fidelitatem cum iuramento promittere Ludouico; id ea de cauſſa factum eſt (quemadmodum rectè Baronius obſeruauit,) vt tumultuari ſoliti Romani in Romanū Pontificem, (vt in Leone viſum eſt) eo ſaltem modo coerceri poſsēt. De eadem profectione ita Anaſtaſius in Stephano V. *Hic ſanctiſſimus vir in Pontificatu iam poſitus, pro confirmanda pace, & vnitate Sanctę Dei Eccleſię ad Francię arreptus eſt iter apud piiſſimum, & Sereniſſimum Dominum Ludouicū Imperatorem, qui cum in Franciam perueniſſet, tanto honore, atque exultatione à prædicto piiſſimo Principe, atque Francorum populo ſuſceptus eſt, quanto vix lingua narrari poteſt: & tantam illi Dominus gratiam largiri dignatus eſt, vt omnia, quæ ab eo popoſciſſe dignoſcitur, in omnibus impetrarit.* Hoc certè eſt, qđ cruciat Mornæum, à piiſsimo, & Chriſtianiſsimo Imperatore, & omni populo in Frācia tātis honoribus exceptum Stephanum Pontificem. Neque verò vllus Scriptor refert, Imperatorem conqueſtum eſſe de electione Stephani Pontificis, quod contra legem, non expectato eius iuſſu, facta. Scribit Mornæus,

Pag. 152 *Stephanum in hoc itinere, quod ſui officij eſſet, didiciſſe viſum eſſe.*

Decretum Stephani Papæ de electione Pontificis.

QVandoquidem apud Gratianum legitur eius ſanctio diſt. 63. cap. 28. *Quia Sancta Romana Eccleſia, cui authore Deo præſidemus, à pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte: quæ ob hoc inferūtur, quia abſque Imperiali notitia Pontificis fit conſecratio: nec Canonico ritu, & conſuetudine ab Imperatore directi interſunt nuntij, qui ſcandala fieri vetent; volumus, vt cùm inſtituendus eſt Pontifex, conuenientibus Epiſcopis, et vniuerſo Clero, eligatur, præſente Senatu, & populo, qui ordinandus eſt, & ſic ab omnibus electus, præſentibus Legatis Imperialib. cōſecretur etc.*

Pag. 152 *Et hæc in Gregorij decimitertij Decreta reformata etiamnum pro legitima agnoſcitur, vt non audiendus ſit Baronius, qui de eius fide pro libidine dubitare velit.*

An id Decretū genuina ſit ipſius.

EQuidem Baronius ad annum Chriſti 816. art. 101. hoc Decreto Stephani exſcripto: *An reuera eiuſdem Stephani ſit* (inquit) *aliæ plures recitatæ, & confutatæ ſuperius Schiſmaticorum impoſturæ, vt de hoc etiam dubitari poſſit, efficiunt. Cum præſertim Ludouicus Imperator anno ſequenti in Conſtitutione à ſe edita de donatione facta Romanæ Eccleſiæ, liberam eſſe velle declarat electionem, & coronationem Romani Pontificis; nec ad aliud teneri qui creatus eſt Pontifex, niſi, vbi eſt conſecratus, Legationem mittere ad ipſum Imperatorem, quæ eum de ſua promotione faciat certiorem, prout & ſucceſſor Stephani huius, Paſchalis Papa feciſſe conſpicitur. Adeo vt aut nō ſancitū huiuſmodi Decretum, vel ab ipſo Ludouico nō acceptatum, opus ſit affirmare, cùm anno ſequenti hic contraria ab eo conſtituta noſcantur.* Verùm eam Conſtitutionem legitimā eſſe Stephani agno-

Si ipſius ſit, nihil iuuat cauſſam Mornæi.

ſcemus; an inde habet Mornæus, in Pontifices electos aliquod eſſe ius ipſis Imperatoribus, qui id priuilegium non aliunde habebant, quā ab ipſiſmet Pōtificibus? Et ea quidem de cauſſa repræſentabatur electio Pontificum Imperatoribus Catholicis, vt eorum authoritate roborata, nullus hæreticorum vel ſchiſmaticorū auderet cōtraire; & vt ipſi Principes tanquam deuotiſsimi filij in eum conſentirent, quem ſibi in patrem eligi viderent, vt ei in omnibus ſuffragatores exiſterent. Verùm quia Imperatores aliquando modum ſuum ignorarunt, & plus æquo ſibi in electione Pontificum tribuerunt; ideò meritò contra eos ſtatuta Patrum prodierunt, vt non immiſcerent ſe Pontificum Romanorum, vel etiam aliorum Epiſcoporum electionibus.

Verùm in proximè conſecuta electione (inquit Mornæus) *minus obſeruata fuit; Paſchalis enim anno ſequenti, ſucceſſor ei deligitur, qui, inquit Aimoinus, poſt completam ſolemniter ordinationem ſuam, & munera, & executoriam Imperatori miſit Epiſtolā, in qua ſibi non ſolùm nolenti, ſed etiā plurimum renitenti, Pontificatus honorem velut impactum aſſeuerat.* Pag. 152

HAEc quidem Aimoinus lib. 4. cap. 105. ſed gloſſam hanc, quam ſubnectit Mornæus,

Qua quidem excuſatione ſe contra legem peccaſſe ſatis oſtendebat, Pag. 152

Paſchalis, Stephani V. ſucceſſoris electio legitima.

reijcimus. De eius electione ita Anaſtaſius in Paſchali: *Vna concordia, vna eademque voluntate, diuino interueniente conſultu, à cunctis Sacerdotibus, ſeu Proceribus, atque omni Clero, nec non & Optimatibus, vel cuncto populo Romano ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei in Sedem Apoſtolicam Pontifex eleuatus eſt. Erat enim Patrum præceptorum, ſeu inſtitutorum Pontificum, atque Canonum, nec non legum, ſanctionumque decentiſſimus obſeruator.* Nihil itaq; vitij fuit in illa electione, nihil ſacris Canonibus contrarium, non eam inculpauit, aut improbauit Imperator; ad quem ita ſcripſit, non quòd culpam deprecaretur, ſed quòd reuera Pontificatum non ambiuiſſet, de quo ſibi delato eum tanquam Chriſtianiſsimū, & piiſſimum Imperatorem, ac defenſorem Eccleſię, certiorem faceret: & Imperatorem ſanè Ludouicum gratam habuiſſe eam electionem oſtendunt, quæ ibidem ſubiungit Aimoinus: *Miſſa tamen alia Legatione pactum, quod cum prædeceſſoribus factum fuerat, & ſecum fieri, & firmari rogauit. Hanc Legationem Theodorus Nomenclator & detulit, & ea, quæ petierat, impetrauit.* Hoc autem pactum erat, vt Ludouicus Imperator confirmaret, quęcunque à prædeceſſoribus ſuis donata, vel reſtituta fuiſſent Romanæ Eccleſiæ; de quibus publicam edidit Conſtitutionem, quam tùm ſua, tùm ſuorum ſubſcriptione firmauit, atque

Quæ ſcripſit ad Imperatorem de ſua electione, cur ſcripſerit.

Eius electio grata Imperatori.

Qui & publica Cōſtitutione cōfirmat pactū à prædeceſſoribus ſuis initum cū Romana Eccleſ.

ſigillo

Digitized by Google

ſigillo muniuit. De qua Leo Hoſtienſis lib. 1. Chronici Caſsinenſis cap. 18. *Hic (inquit) pactum conſtitutionis, & confirmationis fecit B. Petro Apoſtolo, eiuſque Vicario Domino Paſchali, parentes ſuos Pipinum & Carolum imitatus, manuſquè ſua, ac filiorum ſubſcriptione corroborans, decem Epiſcopos et octo Abbates, & Comites quindecim, Bibliothecarium, Manſionarium, & Oſtiarium unum ſubſcribere fecit, ac per Legatum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Theodorum Nomenclatorem Domino Paſchali Papæ tranſmiſit.* Hanc conſtitutionem integram recitant Volaterranus, Sigonius lib. 4. de Regno Italiæ anno 817. Baronius Tomo 9. ad eundem annũ, vbi ex Codicibus Vaticanis quatuor exẽplarium, factâ ſimul mutua collatione conſignatis litteris Alphabeti A. B. C. D. eam integram ſe reddidiſſe teſtatur: quibus longè plus fidei habemus, quàm Mornæo, qui vt detraheret fidem huic Cõſtitutioni, valde futiles in contrarium rationes adduxit. Eandem Conſtitutionem ex parte tantùm, (quæ ſcilicet inſeruirent argumẽto, de quo ageret, nempe principium, & finem) Gratianus inſeruit ſuo Decreto diſt. 63. cap. *Ego Ludouicus*. Vbi ſanè miror, qui Mornæus hæc ſcribat:

Pag. 152 *In hac Ludouici Conceſſione, ſi qua ei fides, Pontificum electioni abſolutè renunciat Ludouicus, quæ Imperatoribus delata Canone Adrianus.*

ARridebat animo non eſſe audiendum Baronium, qui de fide Conſtitutionis Stephani ſuperius citatæ dubitaret, quod hoc in Gregorij XIII. Decreto etiamnum pro legitima agnoſcatur. Atqui hæc Ludouici in eodem Decreto non minùs legitima habetur, ideò eodem argumento non audiendus Mornæus, qui de eius fide dubitat. Sed expendendæ nobis, & euertendæ rationes, quibus impugnat hanc Cõſtitutionem Ludouici Imperatoris, qua donata à prædeceſſoribus ſuis Eccleſiæ Romanæ confirmat, & præterea donationem alijs ditionibus auget.

Pag. 152 *Primò, quia multæ terræ, & ditiones ibi donantur, quæ longo poſt tempore in donatione Comitiſſæ Matildis comprehenduntur.*

Reſpondetur argumentis Mornæi eo tractatione Ludo. Imp. factâ Eccleſiæ Rom.

REſpondetur, etſi donatas tum à Ludouico, non tamen fortaſſe omnes traditas fuiſſe; vt in poſſeſsionem earum veneris Eccleſia Romana. Deinde potuerit occupari iniuſtè poſt donationem, aut rurſus donari, aut potius reſtitui à Comitiſſa Matilde: & multis titulis poſſunt mutari dominia, vt res eadem, quæ prius fuerat vnius Domini, ad eundem redeat. Vt ſcribit Paulus Diaconus lib. 6. de geſtis Lõgobardorum cap. 10. *Aripertus Rex Longobardorum donationem, patrimonij Alpium Cottiarum, quæ quondam ad Apoſtolicam Sedem pertinuerat, ſed a Lõgobardis multo tempore fuerant ablatæ, reſtituit, & hãc donationem aureis exaratam litteris Romam miſit.* Sic aliquas terras, & ditiones, quæ prius fuerãt Romanæ Eccleſiæ ex donatione Ludouici, aut ſuorum prædeceſſorum, reſtituit Comitiſſa Matildis, cùm ab alio occupatæ fuiſſent. Denique fieri potuit, vt directum dominium eſſet Eccleſiæ, & donaretur vtile.

Secundò, quia ſucceſſores ipſius Ludouici compluribus, tanquam proprijs vſi & potiti leguntur. Pag. 152

ITa fortaſſe, vt directum dominium eſſet Sedis Apoſtolicæ, penes eos eſſet vtile dominium duntaxat. Deinde, quæſtio moueri poteſt, iurenè, an iniuria poſſederint; poſſeſsio ſiquidem eſt facti, dominium eſt iuris: potuerunt eas vi occupare: & multa, quæ donata ſunt Eccleſiæ, nunc penes alios ſunt Dominos; vt dominia rerum non ſint immutabilia: & quæ erãt prius vnius Domini, poſſunt multis titulis ad alium tranſire. Non ergo ſequitur, ſi eis poſtea potiti ſunt ſucceſſores Ludouici, non fuiſſe à Ludouico donatas.

Tertio, quia ſi huic inſtrumento locus, multas Prouincias, inſulas, ditiones, dominia, portus, oras donauerit Ludouicus, in quibus nihil ei iuris, immò quæ ex pacto cum Carolo & Ludouico facto, in Imperatorum Orientalium bonis apertè cenſentur. Pag. 152

REſpondetur, nihil in hac donatione contineri, quod non eſſet iuris Ludouici. Siquidem cùm ille iuſto titulo Imperator eſſet Occidentis; omnia, quæ prius in Occidente Imperatores Orientis, titulo Imperij ſibi vendicabant, iuris erant ipſius Ludouici, & ea in feudum, aut etiam liberè donare poterat. Verùm aliqua in ea donatione continentur, quę ex pacto cum Carolo & Ludouico facto, in Imperatorum Orientalium bonis cenſebantur: nam dicit, ſe donare patrimonium Calabriæ inferioris, & ſuperioris, & patrimonium Neapolitanum; Carolus verò, deleto Regno Longobardorum, in conſtituenda Italia, Apuliam, & Calabriam Imperatori Orientis, ſicut à victoria Iuſtiniani fuerat, reliquerat. Reſponderi poteſt, eas ditiones iuſtè poſtea ſibi vẽdicare potuiſſe Carolum; nam Conſtantinus Imperator filius Irenes illi infenſus, quòd ei filiam negaſſet, quã ſe ei adhuc iuueni nuptui daturum ſpopondiſſet, illius vlciſcendi auidus bellum inferre Italiæ ſtatuit, & Adalgiſum Deſiderij Longobardorum Regis filium, qui, capto patre, Conſtantinopolim ſe receperat, & apud ſe erat, vali illuc traducere exercitum iuſsit, ratus, ad Regis antiqui præſentiam Italiam repente ad arma eſſe conſurrecturam. Cum itaque Adalgiſus Græcorum copias, quas ſecum ducebat, expoſuiſſet in Calabria, & Vinigiſus, Hildebrãdus, Grimoaldus Carolo feudi vinculo obligati, iunctis, quot quiſque conſtituerat, exercitibus, raptim ei occurriſſent; magno armorum, atque animorum ardore, cum & Longobardi fidem,

& Græci

& Græci virtutem probare Regibus ſuis ſtuderent, in Calabria pugnatum eſt: fuſus, fugatuſque Græcorum exercitus, Adalgiſus ipſe in poteſtatem conceſſit, atque in tormentis habitus expirauit. Hæc Sigebertus, Sigonius, & Annales Francorum anno 789. Etſi igitur ex pacto Calabriam priùs reliquiſſet Imperatori Conſtantinopolitano; cùm tamen ei arma iniuſta Conſtantinus Imperator intuliſſet, potuit iure belli eam ſibi vendicare, atque ita Ludouicus Pius ſucceſſor Eccleſiæ Romanæ donare. Et in pace inita inter Carolum Occidentis, & Michaelem Orientis Imperatores anno 812. miſsis vtrinque Legatis, nihil de Prouincijs Italiæ, cuius iuris forent, actum.

Pag. 152 *Quartò, quia Italiam vni ex liberis in portionem hæreditariã daturus, quod poſtea fecit, nihil ferè ei relinquebat, vnde ſtatum & dignitatem ſuam tueri poſſet; maximè cum Orientis Imperator, partem Italiæ poſſideret, Venetis etiam libertas ſalua & incolumis maneret.*

RESpondetur, præter eas, quas donauit Eccleſiæ Ludouicus, alias ditiones in Italia fuiſſe, quas nomine Regni Carolus Magnus pater ipſius ſibi retinuiſſet, quæ ſcilicet prius fuerant iuris Longobardorum: neque tamen cuiquam filiorum ſolam Italiam reliquiſſe ſcribitur; nam Lothario, cui Italia obtigit; totum præterea Auſtraſiæ Regnum, à Moſa flumine ad Vngaros vſque pertingens, attribuit: & cum Prouincias, ac ditiones ex conſenſu Procerum, ac populi inter filios partitus eſſet; ſolus Ludouicus, cui Baioariæ Regnum relictum, hanc diſtributionem iniquo animo tulit, ratus ſibi factam iniuriam: & tot Prouincias tum poſsidebat Ludouicus Pius Rex Francorum, & Imperator, vt præter Italiam filijs ſufficerent, vt dignitatem ſuam tueri poſſent. Addo, hanc fuiſſe cauſſam, cur Lotharius Ludouici filius bellum aliquando Eccleſiæ Romanæ intulerit, vt obſeruat Baronius ad annum Chriſti 836. nẽpe ex inuidia, quòd liberalitate Regis patris ſui, aui, & proaui ſui nobiliorem videretur Italiæ partem poſsidere.

Pag. 152 *Quintò, quia Romam ipſam, Præfecti ab Imperatoribus conſtituti, multis porrò annis regunt & gubernant, & Bullis ipſis Romanorum Pontificum, quod Guicciardinus ipſe agnoſcit, nomen Imperatoris apponitur; Imperante N. Domino noſtro.*

RESpondetur, fieri potuiſſe, vt, conſentientibus Pontificibus, ad ſedandos Romanorum tumultus aliquando ipſi Imperatores Magiſtratus in Vrbe conſtituerent, ac de regimine Vrbis ipſi aliquid ſtatuerent. Quæ reſponſio confirmatur ex his, quæ ſcribit Aimoinus libro 4. cap. 112. *Lotharius iuxta patris mandatum, Romam profectus, ab Eugenio Pontifice honorificè ſuſcipitur. Cui cùm iniuncta ſibi pateſeciſſet, ſtatum populi Romani iamdudum quorundam peruerſitate Præſulum deprauatum, memorati Pontificis beneuola aſſentione ita correxit, vt omnes, qui rerum ſuarum direptione grauiter fuerant deſolati, de receptione bonorum ſuorum, quæ per illius aduentum, Deo donante, prouenerat, magnificè ſint conſolati.* Sic in iuramento, quod præſtat Otho Imperator Ioanni Papæ, apud Gratianum diſtinct. 63. cap. *Tibi Domino Ioanni*, inter cætera hoc iurat: *In Romana Vrbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, ſine tuo conſilio.* Fieri etiam potuit, vt vi, & de facto, non verò de iure ſibi authoritatem in Vrbem Romanam arrogarent. Neque verò obſtat, quod Bullis Pontificum nomen Imperatoris aliquando appoſitum: id enim minimè arguit iuriſdictionem aliquam; ſed quòd vbi Pontifex præerat Eccleſiæ, in temporalibus verò ſummus rerum moderator erat Imperator, qui reliquos Principes dignitate, & ordine antecellebat: ideò illius tum habita ratio, & nomen appoſitum in Bullis Pontificum.

Sextò, quia in electionibus Pontificum deinceps conſecutis, nulla huius renunciationis ratio habetur; Quandoquidem eas ab Imperatoribus ratas haberi & confirmari & ſolemne & neceſſe; ipſique ſi quid ſecus fiat, maieſtatem ſuam lædi ſeriò quiritantur. Pag. 153

DEbuit Mornæus huiuſmodi producere Imperatores, qui Maieſtatem ſuam inde læſi conqueſti ſunt. Et quemadmodum id priuilegium Carolo Magno cap. *Adrianus* diſtin. 63. conceſſum fuerat, ob magna in Eccleſiam merita (nam de eo Canone an legitimus ſit, nunc non diſputamus) ita potuit tum ille, tum eius ſucceſſores illi priuilegio cedere. Tum etiam potuit ob iuſtas cauſſas ab ijſdem Pontificibus reuocari. Et quidem ius eligendi Romani Pontificis Carolus Romanis eximia animi moderatione vſus remiſit, eoſque Comitia antiqua ratione per Clerum, populumque habere, modò ſine tumultu, ambituquè, conceſsit: qui nec legitur immiſcuiſſe ſe electioni Leonis III. Pontificis. Potuit igitur & eidem iuri renunciare Ludouicus filius eius ſucceſſor. Idẽ ius legitur conceſſum à Leone VIII. Othoni I. Imperatori, apud Gratianum item diſt. 63. c. *In Synodo*, cui renunciauit, vt habetur eadem diſt. c. *De Conſtitut.* Neq; ad dignitatem id ſpectat Principum Laicorum, vt ſeſe immiſceant electionibus Pontificis, aut Epiſcoporum; verũ vt illibata iura Eccleſiæ conſeruent, & ſacros Canones obſeruari procurent: quibus, quia defenſores ſunt Eccleſiæ, multa priuilegia ab eadẽ conceduntur. Ratio Mornæi ſeptima.

Digitized by Google

Pag. 153

Quia authores coætanei Nithardus, Aimoinus, & alij Annalium conditores, nihil tale habent, non Anaſtaſius ipſe in Paſchalis vita, qui pro ſuo in Pontifices ſtudio, natus inter eos & educatus, eius imprimis meminiſſe debuit.

RESpondetur, alios Authores meminiſſe, quos ſupra citauimus, & extare illius Conſtitutionis quatuor exemplaria in Bibliotheca Vaticana, item eam indicare Aimoinum lib. 4. capit. 105. dum ſcribit, Paſchalem ſecunda Legatione miſſa ad Ludouicum Imperatorem, pactum, quod cum prædeceſſoribus ſuis factum fuerat, & ſecum fieri, & firmari, rogaſſe, & Legatum illius ea, quæ petierat, impetraſſe: quæ enim impetrata ſunt, continentur hac Cōſtitutione. Nec certè fuit animus illis Scriptoribus omnia ſigillatim complecti, quæ inter Ludouicum, & Pontifices contigiſſent: nec argumentum valet ab authoritate negatiuè. Et ſi reuocanda in dubium illa Conſtitutio Ludouici, quia Anaſtaſius, Nithardus, Aimoinus, & alij Annalium conditores nihil tale habent; eodem argumento reuocanda eſt in dubium illa Stephani Papæ, quam citauit Mornæus ex Gratiano diſtinct. 63. cap. 28. illa item Adriani, qua dicitur Carolo conceſſum, vt ordinaret Sedem Apoſtolicam: quas tamen vult nos ratas habere, quia ſunt in Decreto Gratiani reformato. Nec certè iſti Authores ab eo citati meminerunt conceſſionis factæ Carolo, aut ſucceſſoribus, de ordinanda Sede Apoſtolica, aut de eligendo Summo Pontifice; non igitur opus erat, vt meminiſſent renunciationis factæ huic iuri à Ludouico Pio Imperatore. Ratio Octaua.

Pag. 153

Quia aliquot demùm poſt ſæculis, collapſa nempe Carlouingiorum familia cœperunt Pontifices, huius conceſſionis authoritate ſeſe tueri.

RESpondetur (vt alia omittamus) non inde dubiam, aut ſuſpectam eſſe hanc Conſtitutionem, ſi non ſtatim vim, & authoritatem ſuam habuerit, aut non, mox vt edita, ſit vſu recepta: potuerunt enim Pontifices prudenter iudicare, ne tumultus, aut ſchiſmata naſcerentur, opus eſſe aliquando authoritate Imperatoris in electione Pontificum: & ſciebant, ſe, vbi opus eſſet, etſi non renunciarent huic iuri Imperatores, poſſe tamen illud coercere, aut omnino abrogare, prout illud conceſſerant. Hæ ſunt rationes Mornæi, quæ quàm infirmæ ſint, & nullius momenti contra Conſtitutionem Ludouici, quilibet facilè intelliget. Futile & illud, quod ſubiungit:

Vt omittamus Ludouicum hic ſubſcribi, miſericordia Dei Imperatorem; non, quod volunt, Pontificis beneficio.

Miſericordia Dei et Pōtificis beneficium ſe non excludunt in cōſtituendo Imperatorem.

AN verò ſi à Pontifice inſtitutus, & conſecratus Imperator, ideo non Dei gratia, & miſericordia? An beneficium Pontificis excludit Dei miſericordiam? & Imperatores eliguntur à Septemuiris Germaniæ, qui tamen miſericordia Dei Imperatores meritò ſe inſcribunt. Etſi enim dignitates ab hominibus conferuntur; nonniſi tamen id diuina prouidentia fit, quæ attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. An quia dicimus, nos ſaluari per merita; ideò excludimus gratiam, ſeu miſericordiam Dei? Minimè verò; quia merita noſtra ſunt ex gratia, & quando Deus coronat merita noſtra, coronat vtique dona ſua. An quando peccator ad hominis vocem, & prædicationem conuertitur; ideo non ex miſericordia Dei illa conuerſio? Sic certè quando à Pontifice conſecratus Imperator Ludouicus Pius, non dubium, id fuiſſe opus diuinæ prouidentiæ, ad tam vtile Reipublicæ Chriſtianæ opus Pontificem mouentis.

Similia.

De Diplomate, quo Othonis 3. Imp. donatio facta Syluestro Pont. continetur.

De donatione Othonis tertij Imperatoris facta Syluestro ſecundo Pontifici, quam producit ex Archiuis Romanæ Eccleſiæ, & quæ ſeruatur in loco Aſiſij Fratrum Minorum, vbi multa ſe donare dicit Syluestro magiſtro ſuo, quæ continentur in Donatione Ludouici; vnde arguit:

Pag. 153

Si hæc pridem à Ludouico donata; quid noua hac donatione opus fuit? & qua fronte Otho ille in Diplomate, Spretis commentitijs præceptis, & imaginarijs ſcriptis &c.

HOc Diploma, quod non ſemel in hoc opere citauit Mornæus, ſub nomine Othonis tertij Pariſijs excuſum fuit anno 1611. poſt Epiſtolas Gerberti, qui fuit Syluester ſecundus, ex Bibliotheca Papyrij Maſſoni. Illud etiam exſcribit Baronius Tomo 12. ad annum Chriſti 1191. artic. 47. & multipliciter falſitatis redarguit, & eſſe commentitium demonſtrat. Nam præter coniecturas, quibus in ſuſpicionem induci poſſit, non eſſe ipſius Othonis Imperatoris, veluti titulum inſuetum apponi cæteris eiuſdem Imperatoris Diplomatibus, & alias formulas difformes ab vſu; nonnulla ſunt in eo Diplomate, quæ nullo modo conſonant veritati: velut quod in eo iſta leguntur: *Hæc ſunt etiam commenta, quibus dicunt, quendam Carolum Sancto Petro noſtra publica tribuiſſe. Sed ad hæc reſpondemus, ipſum Carolum nihil iure dare potuiſſe, vtpote iam à Carolo meliore fugatum, iam Imperio priuatum, iam deſtitutum, & annullatum. Ergo quod non habuit, dedit: ſic dedit, ſicut nimirum dare potuit, vtpote qui malè acquiſiuit, & diu ſe poſſeſſurum non ſperauit.* Hæc ibi: quæ nulla penitus hiſtorica veritate ſubſiſtere poſſunt, ſiquidem ea Carolo Magno aptari non poſſunt,

Commentitiū eſt, & falſitatis conuincitur ex Hiſtoria.

Digitized by Google

ſunt, qui donauit. Etenim de ipſo id dici non poteſt, à Carolo meliore fugatum, atque Imperio priuatum, qui ſucceſſorem habuit Ludonicum Pium, qui eandem donationem comprobauit, & firmiter ſtabiliuit. Neque tribui poſſunt ſecundo eius nominis Carolo, cognomento Caluo, qui eandem ſuorum prædeceſſorum factam Romanæ Eccleſiæ donationem confirmauit; ſed nullum habuit Carolum ſucceſſorem, à quo fuerit Imperio priuatus, ſed Ludouicum Balbum, eius nominis tertium hæredem Imperij. Multò minùs Carolo Craſſo, nouiſsimo Francorum eius tunc nominis Imperatori, qui non Carolum aliquem, ſed neminem in Imperio habuit ſucceſſorem. Iſta igitur adeò incongrua, & falſa prorſus inuenta redarguunt ipſum tertij Othonis Imperatoris Diploma apertiſsimæ falſitatis. Sed ſi Othonis tertij aſſeritur eſſe Diploma; cur damnatur ab eo Carolus donator, qui citatur, & laudatur ab Othone auo pietatis nomine in donatione ab eodem Othone facta eidem Romanæ Eccleſiæ? vel ſi putauit idem Otho tertius, Carolum eſſe damnandum; cur non itidem damnauit Othonem auum, qui ampliſſimo Diplomate ſcripto pariter eadem, quæ Carolus, Eccleſiæ Romanæ donauit, & eius filius Otho ſecundus, pater verò ipſius Othonis tertij ſcripto firmauit? ambo planè cum Carolo damnandi fuiſſent. Ipſum Diploma donationis Othonis primi recitat Baronius ad annum Chriſti 962. quod extare dicit aureis litteris exaratum, & aſſeruari Romæ in Caſtello Sancti Angeli, duo verò exſcripta exemplaria haberi in Bibliotheca Vaticana: quo Diplomate dicit, ſe iura Romanæ Eccleſiæ, & bona, quæ poſsidebat, confirmare.

Extat item Diploma Henrici primi Imperatoris, ſucceſſoris Othonis tertij, quo patrimonia Romanæ Eccleſiæ ab anteceſſoribus pijs Imperatoribus quondam collata, Benedicto Pontifici gratitudinis ergo, & pietatis in Principem Apoſtolorum amore confirmauit: Et eſt Diploma confirmationis, non donationis: & recenſet eos, qui donarunt, Pipinum, Carolum, Ludouicum, Othonem, & itidem Othonem filium, eius donationis Othonis tertij nulla facta mentione: & eius Diplomatis obiter meminit Sigonius libro 8. de Regno Italiæ anno 1014. *Priuilegia Ciuitatibus, Eccleſijſque renouare ingreſſus in primis beneficia, ac iura à Pipino, Carolo, Ludouico, Othonibus patre, & filio Eccleſiæ Romanæ quondam conceſſa firmauit.* Ex quibus ſatis conſtat, fictitium eſſe huiuſmodi Diploma, quod Othonis tertij nomine circűfertur: quo dicit ſe donare pro amore magiſtri ſui Domini Sylueſtri Papæ Sancto Petro octo Comitatus.

Hoſtis hic Pontificum iuratus, impudenter illis falſa crimina imponere ſolitus, de Paſchali hæc ſcribit:

Pag. 153 *Quando hunc ipſum Paſchalem legimus, Theodorum Eccleſiæ Romanæ Primicerium & Leonem Nomenclatorem eius generum in Patriarchio Lateranenſi, primo excæcaſſe, deinde decollaſſe; & hoc eis ob hoc contigiſſe, quod ſe in omnibus fideliter erga partes Lotharij iuuenis Imperatoris agerent, quem Ludouicus ſocium Imperij ſibi adſciuerat.*

Longè certè aliter referunt Hiſtoriam Aimoinus lib. 4. cap. 111. & Author vitæ Ludouici Pij incertus, ſed coætaneus, nempe nunciatum eſſe Imperatori, eos in Patriarchio Lateranenſi primò fuiſſe excæcatos, ac deinde decollatos; nec defuiſſe, qui dicerent vel iuſſu, vel conſilio Pontificis rem fuiſſe perpetratam, ad quod explorandum, ac diligenter inueſtigandum miſerit Romam Imperator Adalungum Abbatem Sancti Vedaſti, & Hunfridum Comitem Curienſem. Quibus nondum profectis, *venerunt* (inquit Aimoinus) *Legati Paſchalis Pontificis Ioannes Epiſcopus Syluæ Candidæ, & Benedictus Archidiaconus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, rogantes Imperatorem, vt illam infamiam à Pontifice auferret, qua ille in memoratorum hominum necem conſenſiſſe credebatur. Atque cum ſuos Legatos, vt prius diſpoſuerat, ad inueſtigandam rei veritatem Romam ire præcepiſſet; Paſchalis Pontifex ſe ab huius facti communione cum magno Epiſcoporum numero iureiurando purgauit, & eorum quidem interfectores, quia de familia Sancti Petri erant, ſummopere defendit, & mortuos velut Maieſtatis reos condemnauit, iureque cæſos pronunciauit.* Verùm hoc non eſt, Pontificem ipſum aut luminibus eos priuaſſe, aut morti tradidiſſe, cuius nec conſilium, nec iuſſio ad id acceſſerit, qui ſeſe iuramento purgauerit; cum tamen quos iure cæſos pronunciauit, potuerit & iuſtè morte mulctare.

Mornæus abutitur Aimoinite ſtimonio, vt querum dã excæcationem, & mortẽ Paſchali Põt. imponat.

Quantos etiam (inquit) *ſuperbia Pontificum progreſſus faceret, Anaſtaſius Pontificius Hiſtoricus in Valentino Pontifice teſtis, cuius anno 827. Pontificis electi & ad Lateranenſe Patriarchium deducti Ouãter ab omni Romanorum Senatu pedes oſculatos, ouabundus ipſe prædicat; quod ſanè hic primus paſſus eſſe legitur, ſed Deus quadraginta tantùm dies, hanc in eo ſuperbiam tulit.* Pag. 153

Equidem teſtis eſt; ſed mendax Mornæus, neque enim Anaſtaſius ſuperbiam Põtificum tùm progreſſus feciſſe ſcribit, nec ſuperbiæ Pontificum ipſe ſcriptor Catholicus, pius, ac veritatis ſtudioſus vſquam meminit. Id quidem ſcribit in Valentino, communibus ſuffragijs, & maxima omnium lætitia, eum ele-

Valentinus cōmuni cōſenſu eligitur, & conſecratur Pōtifex.

ctum eſſe, & conſecratum Pontificem, ac velut vnius voluntatis conſenſu ab omnibus acclamatum eſſe, *Valentinum Sanctiſſimum Archidiaconem Sedis Apoſtolicę dignum: Valentinum ſummi Pontificatus inſula decorandum*. Ibidem: *Cuius ouanter ab omni Romanorum Senatu pedibus oſculatis, & omnibus, quę explenda erant, rite, ac veneranter peractis, magna ſolemnitas, magna in totius ſexus, & ętatis populo lętitia manſit.* Pontificis pedes oſculari, ac tantæ dignitati eum honorem deferre, negamus eſſe ſuperbiam Pontificum progreſſus facere, ſicut Mornæus præ nimia ſuperbia dignitatem tantam contemnens exponit. Et falſum, id primum paſſum eſſe Valentinum; cum non ſolum Senatus, & populus Romanus, ſed & Imperatores, ac Reges aliquando Pontificum Romanorum pedes ſint oſculati, & antiquitùs ſolerent aliorum etiam Epiſcoporum (vt alibi oſtendimus) pedes oſculari.

Romanorū Senatus eius pedes oſculatur.

Falſum eſt Valentinū id primum permiſiſſe.

Quod verò ſcribit, *quadraginta tantum dies Deum hanc in eo ſuperbiam tuliſſe*: Atqui multi Pontifices, quorum pedes ſunt oſculati, & in quibus iuxta Mornæi ſenſum eadem ſuperbia, plures annos in Pontificatu vixere; non igitur ita citò ſublatus ob ſuperbiam, ſed quia voluit eum Deus ad fœliciorem vitam transferre. Non certè qui diutiùs, aut fœliciùs regnant in hoc mundo, illi ſanctiores, aut meliores apud Deum; temerarium igitur Mornæi iudicium, Valentinum quadraginta dies in Pontificatu vixiſſe, quia non diutiùs illius ſuperbiam tulerit Deus. De Valentino hæc Anaſtaſius: *Quibus multiplicibus bonis ornatus, ad cæleſtia, Chriſto vocante, corporis oppreſſus moleſtia, exitu pretioſo tranſiuit, atque cum deſiderabili, beatiſſimique operis fructu ad conſpectum ſummę Maieſtatis lętus aſcendit, regnans, & exultans cum Domino ſemper*. Cœlum locus humilium eſt, non ſuperborum; ſtatim atque in ſuperbiam lapſus Sathan, & Angeli eius, è Cœlo ceciderunt præcipites; ideo Mornæo, quod hæreticorum commune, ſuperbo non inuenietur locus in Cœlo, ſed ad tartara relegabitur. Hactenus circa Progreſſum, nunc ad Oppoſitionem.

Temerariū Mornæi iudiciū de celeritate mortis Valentini Pontif.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem vigeſimamnonam.

Ludouicus interim vtcumque indulgeat, non quidlibet eis licere vult; Nec deſunt inſignes viri, qui nimios Pontificum auſus libere reprahendant; Et Paſchalem quidem ipſum Imperator aggredi non reformidat. Pag. 153

An Ludouicus Imp. authoritati Pont. oppoſitus.

ID probat deinde ex hiſtoria ſuperius relata, de miſsis Romam Adalungo Abbate Sancti Vedaſti, & Hunfrido Comite Curienſi ad inueſtigandum de morte Theodori Primicerij, & Leonis Nomenclatoris, iuſſune, vel conſilio Pontificis facinus perpetratum, & an ob fidelitatem in Lotharium cæſi eſſent. Certè Paſchalis ægrè paſſus, ſe eiuſmodi crimine innoxium onerari, Epiſcopos vicinos acciuit, atque eis præſentibus ſe ſolemni concepto, Leonis tertij more, ſacramento purgauit. An verò imminutam quicquam Ludouicus voluit Pontificis authoritatem? Aut qui inſignes illi viri nimios Pontificum auſus liberè reprehenderunt? Non enim Legati illi Romam miſsi: Immò conſulebatur famæ, & dignitati Pontificis, vt inueſtigaretur facinoris perpetrati veritas; atque ille ſolemni concepto Sacramento ſe purgauit, non ad id vlla lege coactus, ſed ad vitandum ſcandalum proximi, & ne laboraret infamia. Quod iure cæſos pronunciauit; ideò in ſuſpicionem adductus eſt; cum tamen non ſit hoc argumentum ſatis validum. Et patuit, eius cædis eum fuiſſe innocentiſsimum: de quo ne ſuſpicari quidem id licet, qui ad illud ſanctitatis culmen eſſet euectus, vt & miraculis claruerit: miraculosè ab eo extinctum incendium, refert Anaſtaſius.

Cur Paſchalis iuramento ſe purgarit ab obiecto crimine.

Paſchalis clarus miraculis.

Quod ſcribit, poſt Paſchalis obitum Lotharium in Italiam iuſtitias facturum veniſſe &c. Ita Aimoninus libro quarto, capitulo 112. *Cum Quirinus Subdiaconus ad Imperatorem detuliſſet Eugenium Archipresbyterum, tituli Sanctę Sabinæ, in locum Paſchalis ſubrogatum, atque ordinatum eſſe; Lotharium filium Imperij ſocium Romam mittere decreuit, vt vice ſua functus, ea, quæ rerum neceſſitas flagitare videbatur, cum nouo Pontifice Populoque Romano ſtatueret, atque firmaret*. Poſt: *Lotharius iuxta patris mandatum Romam profectus, ab Eugenio Pontifice honorificè ſuſcipitur. Cui cùm iniuncta ſibi patefeciſſet, ſtatum populi Romani iamdudum quorundam peruerſitate Præſulum deprauatum, memorati Pontificis beneuola aſſentione* (hæc malignè ſupreſsit Mornæus) *ita correxit, vt omnes, qui rerum ſuarum direptione grauiter fuerant deſolati, de receptione bonorum ſuorum, quæ per illius aduentum, Deo donante, prouenerat, magnificè ſunt conſolati*. Quo ad legem, quam citat Mornæus ad Comitia Pontificum, & res Eccleſiaſticas pertinentem, relatam à Sigonio libro quarto, de Regno Italiæ anno 825. *Volumus, vt ad electionem Pōtificis nemo audeat venire, neq; liber, neq; ſeruus, qui aliquod impedimentum inferat &c.* hæc à Lothario con-

Pag. 154

Lotharius à patre mittitur in Italiam: ad quid.

Aſſentiēte Pontifice, quod Mornæus ſuppreſſerat corrigit ſtatum Populi Romani.

Digitized by Google

conſcriptam eſſe ad Baſilicam Vaticanam,& Eugenij Pontificis authoritate, ſcribit idem Sigonius.Hoc certè non erat inſigne argumentum ſummæ poteſtatis,vel in ipſa Roma,vt infert Mornæus, cùm non niſi ex beneuola aſſenſione Pontificis,& eiuſdem authoritate res Romæ componeret,& leges conſcriberet: Imò eam legem vocat *inſtitutionem Pontificis*, *&* *ſuam*:& decernit,electiones Romanorum Pontificum fieri debere ex præſcripto ſacrorũ Canonum, neque quidquam loquitur de ea ad Imperatorem deferenda. Quod ſtatuerit aliqua ad regimen Vrbis ſpectantia,idque ex authoritate,& conſenſu Pontificis, vt dictum eſt, nihil mirum; ita enim cauebatur ſecuritati Pontificum, vt,ſi Romani quidquam tentarent contra eos, aut in electionibus tumultus concitarent,etiam ab Imperatoribus ipſis reprimerẽtur.Et diſt.96.apud Gratianum habetur, & Chriſtianos Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigere, & Põtifices pro curſu temporalium tãtummodo rerum Imperialibus legibus vti.

Eodẽ modo condit legem ad Comitia Pontificiũ, & res Eccleſiaſticas pertinentem.

Ex anno 824. refert, Legationem miſſam à Græciæ Imperatoribus Michaele,& Theophilo ad Ludouicum & Lotharium,

Vt eos (inquit) *noſtramque Gallicanam Eccleſiam de Imaginum controuerſia conſulerent, rogarentque interuentu ſuo,legationem, quam ad Eugenium Papam in eodem negotio decernebãt, fauorabiliorem redderent.*

Pag.154

MIchael ille cum Iconomachus eſſet, Catholicus tamen volens apparere,non modò ad Ludouicum Pium Imperatorem ſcripſit, verùm & ad Pontificem Romanum Eugenium litteras miſit cum oblationibus inferendis in Eccleſiam Sãcti Petri, vt huiuſmodi pietatis velamento pios falleret. Interim vt videretur iuſtè aduerſari cultui ſacrarum Imaginum in litteris ad Ludouicum multa imponit Catholicis,hæc ſcribens: *Sed & hoc veſtræ Chriſto amabili dilectioni manifeſtamus, quia multi de Eccleſiaſticis, ſeu & Laicis viris alieni de Apoſtolicis traditionibus facti, & neque paternos terminos cuſtodientes, facti ſunt inuentores malarum rerum. Primum quidem honorificas, & viuificas Cruces de ſacris Templis expellebant, & ad eadem loca Imagines ſtatuebant, ponebantque lucernas coram eis, ſimul & incenſum adolebant, atque eas in tali honore habebãt, ſicut honorificum,& viuificum lignum in quo Chriſtus verus Deus noſter crucifigi dignatus eſt propter noſtram ſalutem. Pſallebant,& adorabant, atque ab iiſdem Imaginibus auxilium petebant:plerique autem linteaminibus eaſdem Imagines circumdabant, & filiorum ſuorum de Baptiſmatis fonte ſuſceptrices faciebant Alij verò religioſum habitum monaſticum ſumere volentes, religioſiores perſonas poſtponebant, qui prius comam capitis eorum ſuſcipere ſolebant, adhibitis Imaginibus, quaſi in ſinum earum decidere capillos illorum ſinebant: Quidam verò Sacerdotum,& Clericorum colores de Imaginibus radentes, immiſcuerunt oblationibus, & vino, & ex oblatione poſt Miſſarum celebrationem dabant communicare volentibus. Alij verò corpus Domini in manus Imaginum ponebant, vnde communicare volentes accipere fecerunt. Nonnulli verò ſpreta Eccleſia,in communibus domibus tabulis Imaginum pro altaribus vtebantur, & ſuper eas ſacrum myſterium celebrabant &c.*Iſta refert & Baronius ad annum 824.art.26.quæ meræ ſunt calumniæ in Catholicos; vt non mirum ſit, ſi & Sectarij noſtri tẽporis multa nobis circa cultum ſacrarum Imaginum falsò imponãt,Idololatriæque, quaſi diuinitatem illis aliquam ineſſe exiſtimemus, aut cultum latriæ tribuamus, inſimulent. De eodem Michaele Zonaras,Ioannes Curopalates,& Cedrenus teſtantur,quod in omnibus Copronymum ſit imitatus, & quod Iudæis addictus Sabatha ieiunare iubebat, reſurrectionem mortuorum non credebat, atque futura bona ſuggillabat, & Prophetas irridebat, Dæmones eſſe pernegabat, ſcortationem peccatum non iudicabat, de Deo,qui ſupra omnia eſt, iurando legem tulit, & inter Beatos Iudam proditorem effræni lingua numerauit,Paſcha à Chriſtianis intempeſtiuè celebrari affirmabat. Hic interim vnus erit iudicio Mornęi inter inſignes viros,qui ſeſe progreſſui Pontificatus, & doctrinæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ oppoſuerit. De Theophilo eius filio referunt, eum ſuperiores omnes Imperatores immanitate aduerſus eos,qui ſacras tuebantur Imagines,ſuperaſſe;in Templis,pro Sanctis,pecudes,& aues depingi præcepiſſe, Monachos Vrbium aditu prohibuiſſe, Monaſterijs prophanis hominibus ad incolendum conceſsis. Eodem arrepti ſpiritu Nouatores noſtri temporis. Mornæus:

Quid Michael Imp. Oriẽtis, vt Catholicus videatur.

De cultu Imaginũ multa Catholicis imponit.

Michaelis perfidia.

Theophili item eius filij.

Conueniunt itaque in Nationalem Synodum Gallicani Patres, ſententiam ſuam de vnanimi conſilio Imperatoribus aperturi; quos neutiquam celatos volunt, Adrianus Papa in hoc negotio quàm male ſe geſſiſſet, quàm pernicioſum errorem, quã abominandam ſuperſtitionem,vna cum Imaginibus in Eccleſiam intruſiſſet.

Pag.154

HAnc non Synodum, ſed collationem fuiſſe ex ſelectis viris doctis, ſingulis ſuum Symbolum conferentibus, doctiſsimè probat Baronius ad annum Chriſti 825. Vbi enim Ludouicus Imperator ad Legationem à Michaele miſſam ſpectare etiã cognouit, vt de cultu SS. Imaginum ageretur; Legationem miſit ad Romanum Pontificem Eugenium,qua ab eo peteret,non Synodi cogendæ dari licẽtiam, ſed tantũ colligendi viros doctos, qui de ea controuerſia exquirerent,& diſputarent. Hæc ſub nomine Nationalis Synodi Gallicanæ à Mornæo citatur,& eadem eſt,quæ prodijt Francofurti anno 1596.cum hoc titulo *Synodus Pariſiẽſis,de imaginibus anno Chriſti* 824. *ex vetuſtiſſimo Codice*

Quã Mornaus vocat Nationalẽ Synodũ, Pariſiẽſẽ ſcilicet, nõ fuit Synodus, ſed collatio.

Digitized by Google

dice deſcripta, & nunc primùm in lucem edita. Bellarminus Appendice ad tractatum de cultu ſacrarum Imaginum cap. 1. doctiſsimè eam confutat, & oſtendit nec verè Synodum eſſe, nec ſcriptum luce dignum. Ac primò non eſſe Synodum, inde conſtat, quòd nulla in eo contineantur Decreta, nulli Canones, nulla extet Epiſcoporum ſubſcriptio, nulla Synodi mentio; *ſed & ipſe libellus* (inquit) *apertè redarguit ſui tituli vanitatem. Sic enim legimus pag 126 Nos non Synodum congregando ſed, quemadmodum à vobis poſtulauimus, licentiamque agendi percepimus vna cum familiaribus noſtris, filys veſtris, quantum pro multiplicibus Regni diuerſis occupationibus impediti per interualla potuimus, conſiderare ſtuduimus, quid Almitati veſtræ de tanta neceſſitate ſignificare potuiſſemus*. Ex Patrum igitur ipſorummet authoritate falsò Synodus inſcribitur. Et rudis eſt Mornæus, qui eam ſub nomine Synodi Nationalis Gallicanæ citet. Secundò, libellum illum non eſſe luce dignum, & Collatores, illos multipliciter eſſe repræhendendos Baronius, & Bellarminus Cardinalis, vterque de Eccleſia Dei quàm optimè meritus, locis citatis oſtendunt. Siquidem nimium audacter iudicium ſibi de ſcripturis Apoſtolicis deſumpſerunt: nec ſolùm de ſummo Pontifice, ſed etiam de Generali Synodo à Pontifice approbata, temere iudicarunt. *In qua re* (inquit Bellarminus ibidem cap. 3.) *longè ſuperarunt peccatum illius Authoris, qui nomine Caroli Magni librum edidit aduerſus cultum Sacrarum Imaginum. Ille enim (quod etiam patres Concily Francofordienſis fecerunt) Nicænam Synodum Secundam reprobauit, quia celebratam fuiſſe exiſtimauit ſine conſenſu Apoſtolicæ Sedis. At Conſiliary iſti Ludouici Imperatoris fatentur Synodum Nicænam Secundam pro cultu Imaginum ab Adriano Pontifice fuiſſe coactam & probatam; & tamen tùm ipſam Synodum, tum Epiſtolam eiuſdem Adriani, ad Conſtantinum Imperatorem pro cultu Imaginum, & rurſum defenſionem eiuſdem Synodi ab Adriano ad Carolum miſſam examinare, dijudicare, reprahendere non verentur*. Ita enim ad Ludouicum, & Lotharium inter cętera ſcribunt, pag. 19. vt ſubdit ibi Bellarminus: *Primum Epiſtolam Domini Adriani Papæ, quam pridem pro Imaginibus erigendis Conſtantino Imperatori, & Irenæ matri eius ad eorum deprecationem in tranſmarinis partibus direxit, coram nobis legi fecimus, & quantum noſtræ paruitati res patuit, ſicut iuſtè reprahendit illos, qui Imagines Sanctorum temerario auſu in illis partibus confringere, & penitùs abolere præſumpſerunt: ſic indiſcretè noſcitur feciſſe, in eo quod ſuperſtitiosè eas adorari iuſſit, pro qua etiam cauſa Synodum congregari præcepit*. Et de defenſione eius Synodi ab Adriano edita ſic ſcribunt: *Per ſingula capita in illorum excuſationem reſpondere, quę voluit, non tamen quæ decuit, conatus eſt*. Vbi certè nimia temeritate Doctorem, & Iudicem omnium, ac Paſtorem ſupremum Eccleſiæ docere, & iudicare ipſi voluerunt.

Neq. nec luce digna.

Nerū Collatorū præſumptio.

Nulla igitur Synodus illa Nationalis Gallicana, quam citat Mornæus, & nullius apud nos authoritatis Collectores illi plus æquo temerarij, & audaces: & meritò ſuſpicatur Bellarminus, libellum illum, qui falsò *Synodus Pariſienſis* inſcribitur, vel totum confictū, vel, quod eſt credibilius, deprauatum, & auctum ad inuidiam Romanæ Eccleſiæ conciliandam: & ſiue ſit verus, ſiue confictus, ſiue partim ſincerus, partim adulterinus, non eſſe librum dignum, in quo legendo tempus conteratur. *Titulus* (inquit) *falſus, dictio barbara, ſententiæ inſulſæ, ordo peruerſus, eorundem teſtimoniorum crebra repetitio &c.* Valeat igitur cum ſua Nationali Synodo Mornæus, cui & viſum hæc futilia ſubiungere:

Hæc Collatio nullius eſt authoritatis.

Et liber porrò, quem Imperatoribus Ludouico, & Lothario inſcribunt, in Scriptura ſacra, in Sanctorum Patrum ſcriptis fundatus adeò, vt nemo non intelligat, Theologia Italorum à noſtratium quàm procul abſcederet. Pag. 155

EXſcribitur à Baronio Tomo 9. ad annum Chriſti 825. Hoc eſt, quod negamus, librum illum in Scriptura ſacra, & Sanctorum Patrum ſcriptis eſſe fundatum: niſi fortaſſe perperam, prout ab hæreticis fieri ſolet, interpretatis. Legi poteſt Bellarminus Appendice illa capitulo 4. Et Theologia quidem Mornæi rerum ſacrarum, ac totius Theologiæ rudis, & imperiti (ſiquidem *in maleuolam animam non intrabit ſapientia, neque habitabit in corpore ſubdito peccatis*) à doctrina Sanctorum Patrum, & omnium Theologorum toto Cœlo diſtat; vt quæ nihil præter ſacrilegos, ac peſtiferos errores contineat: At Theologia veterum Gallorum, & Italorum vna prorſus, & eadem, cum fides principium ſit Theologiæ, in eiſdem verò fidei dogmatibus vtrique conſentirent. Et ſi quando aliquæ controuerſiæ obortæ ſunt; non minus Galli, quàm Itali Sedis Apoſtolicæ definitionibus tandem acquieuerunt.

Eius liber an in Scriptura ſacra, & Patribus fundatus.

Quod ſcribit, Papam de ea quæſtione parum fuiſſe ſollicitum: certum eſt, Pontifices nunquam à ſe inuicem dogmatibus fidei diſſenſiſſe, & quod à Sede Apoſtolica ſemel definitum erat, illud inuiolabiliter ratum habuiſſe. Inhæſiſſe autem Eugenium Papam prædeceſſorum ſuorum veſtigijs, ex præfatione ad Septimam Synodum, ab Anaſtaſio Bibliothecario conſcripta ad Ioannem octauum Romanum Pontificem, ſatis intelligi poteſt, dum aſſerit, inconcuſſam ſemper manſiſſe Apoſtolicæ Sedis eandem aſſertionem, de cultu Sacrarum Imaginum. Equidem cùm Legati Ludouici Imperatoris ad Eugenium Pontificem perueniſſent, temeritatis eos redarguit, quòd antiquam coalitam per multa ſæcula Eccleſiaſticam de ſacris Imaginibus cōſuetudinem immutare temerè conarentur. *Cæterum* (inquit Baronius ad annū 825. art. 52.) *ne videretur rem agere authoritate potius, quàm ratione, petitam ab* Imperatore *licentiam de his agendi, ac diſputandi; conceſſit*. Id verò non interpretamur nos, Papam parum ſollicitum fuiſſe de hac quæſtione.

An Papa parū ſollicitus de quæſtione circa Imagines.

Scri-

Digitized by Google

Epiſcopos Galliæ nihil eximiũ relinquere Epiſcopo Rom. mendacium eſt Mornæi.

Scribit, tum Galliæ Epiſcopos Vicarios ſe Petri inſcripſiſſe, nihil eximij Epiſcopo Romano relliquiſſe: Immò ſi Liber ille legatur accuratiùs; etſi non ſatis, videbuntur tamen deferrre ſedi ipſi Apoſtolicæ: cum appellant *Dominum Apoſtolicum*, *eminentem* illius authoritatem vocant: *quæ non ſit facilè repræhendẽda*: aſſerunt præterea, ſe non dubitare, his, qui in ſacra ſede Apoſtoli reſident, hoc eſt Romanis Pontificibus, dignam honoris reuerentiam tribuẽdam: inſerunt ſcriptis ſuis literarum formam, quas Ludouicus ſcribere deberet pro iucunda concordia Eccleſiarum ad ipſum Romanum Pontificem, vbi inter cœtera dicunt, Deum Omnipotentem in ſede Apoſtolica collocaſſe, & Vicarium eidem ſanctæ Dei Eccleſiæ dare dignatum eſſe, & ob hoc ei nomen ſpeciale in toto Orbe terrarum in eadem ſancta Dei Eccleſia præ omnibus Pontificibus decretum eſſe, vt ſolus non ſua abuſione, ſed ſanctorum Apoſtolorum authoritate, vniuerſalis Papa dicatur, ſcribatur, & ab omnibus habeatur. Ex quibus conſtat, quàm mendaciter ſcribat Aduerſarius, nihil eximij eos Epiſcopo Romano relinquere.

Valentino mortuo, Gregorius IV. Pont. eligitur: quibus moribus.

Annum 826. iam attigimus, quo Eugenius Pontifex mortuus, atque in eius locum Valentinus ſuffectus, qui in Pontificatu vix menſem expleuit. Eo vita functo Gregorius Presbyter S. Marci ab omnibus, ſed inuitus, ſublectus, & quartus vocatus, de quo ita Anaſtaſius: *Vir ſtrenuus, ac benigniſſimus, ſanctitate, atque pietate repletus, ornatus ſcientia, verbo iucundus, modeſtus præ omnibus ſermone, firmiſſimus Fide Catholica, iuſtus operibus, & Literarum diuinarum ſolertiſſimus inquiſitor, Eccleſiarum quoque Sanctarum infatigabilis viſitator, pater pauperum, & alitor omnium viduarum, terrenum nihil appetens, mundana huius vitæ lucra deſerens, æterna præmia in Cœlis dignis ſibi meritis acquiſiuit*. Nunc quæ de eo ſcribat Mornæus. Primùm,

Abſente (inquit) *Regis Vicario, iuxta Lotharij legem, conſecrari non poteſt, quin quid in electione geſtum ſigillatim perquiſierit.* Pag. 155

Cur dilata fuerit eius conſecratio.

SIgonius lib. 4. de Regno Ital. ad annum 827. *Quoniam Legatus Regis aberat, non priùs eſt cõſecratus, quàm is in Vrbem rediens, cuiuſmodi ea Comitia fuiſſent, ex noua lege quæſiuit*. Hæc verò erat, an illi tantùm electioni adfuiſſent, quibus antiqua fuerat conſuetudo, conceſſa per Conſtitutionem ſanctorum Patrum eligendi Pontificem. Si quis enim contra eam iuſsionem facere auſus fuiſſet, ex lege Lotharij, exilio afficiebatur: idque ad comprimendos tumultus, qui in electionibus Pontificum occurrere poterant. Neq; verò ideò neceſſarius aduentus, aut præſentia Legati Regis, vt nouus Pontifex legitimè electus conſecraretur: & eam quidem Conſtitutionem, vt ſuperiùs oſtenſum, ex authoritate Romani Pontificis, eiuſque beneuola aſſenſione ſcripſerat Lotharius.

Secundò de Gregorio 4. ita Mornæus:

Aliquo poſt tempore ſub annum 833. conſpirant in Ludouicum filij; Gregorius, vt Lotharium ſibi deuinciat, pars ipſe conſpirationis fit, & in Franciam traijcit, ſpecie quidem, vt eos patri conciliet, reipſa vt praua eorum conſilia foueat, præſertim, vt Concilio, quod filij patrem ſolio exturbaturi Compendij coegerant, authoritatem addat. Pag. 155

Gregoriũ IV. cõiurationi filiorum Ludouici conſenſiſſe, mera calumnia eſt.

HAec mera eſt impoſtura in Gregorium Põtificem; ſiquidem ille non alia de cauſa Roma profectus eſt in Gallias, quàm vt pacẽ inter parentem, & filios conciliaret. Verùm quia ad ea, quæ priùs obuia habuit, caſtra filiorum acceſit, diutiuſque ibidem cummoratus eſt, vt ad concordiam filios inducere poſſet; id in deteriorem partẽ à Ludouico interpretatum eſt, inſuſurrantibus nonnullis, ſtudere Pontificem filijs Imperatoris cõtra patrem: inſuper fore iactantibus, vt Pontifex excommunicaret quotquot partes ſequerentur Imperatoris. Inde Author vitæ Ludouici: *Parum quid ſubripuit Epiſcopis Imperatoris præſumptio audaciæ, aſſerentibus, nullo modo ſe velle eius voluntati ſuccumbere; ſed ſi excommunicaturus adueniret, excommunicatus abiret, cum aliter ſe habeat antiquorum Canonum authoritas* & ſupra: *Ipſe etiam Ludouicus Papam conueniebat, vt, ſi more prædeceſſorum ſuorum aderat, cur tantas necteret moras, non ſibi occurrendo*. Hinc igitur factum eſt, quod non diſimulant Scriptores ipſimet Francorum, & Author vitę Ludouici Pij, vt Imperator indecentiùs, quàm debuerat Pontificem exceperit, imputans ei, quod ipſe ſibi talem ſuſceptionẽ præparauerit, qui inuſitato modo ad ſe venerit. Inde etiam ſuſpicio orta erat, quòd (vt ſcribit Nithardus lib. 1. hiſt. ſuæ) *filij Ludouici Gregorium Romanæ ſummæ Sedis Pontificem, vt ſua authoritate liberius, quod cupiebant, perficere poſſent, ſub eadem ſpecie* (*quod nimirum Reſpublica inutiliter tractaretur, Ludouico moderante*) *magnis precibus in ſupplementum ſuæ voluntatis aſſumpſerant; ut eum quidem ſollicitarent in patrem; cum tamen nihil minùs, quam de fouendo eorum parricidio ſanctiſſimus Pontifex cogitaret. Et conteſtatus eſt Ludouico Imperatori, ſe non aliam ob cauſam Roma eſſe profectum, niſi ut ortum domeſticum bellum ipſe ſedaret, pacemque inter Imperatorem, atque filios conciliaret. Et ab eodem Ludouico dimittitur ad filios, de pace cum ipſis tractaturus. Sed cum nihil ex ſententia ſuccederet, filijs nimirum aduerſus patrem exacerbatis, Gregorius re infecta, & filiorum indignitate aduerſus patrem conſpecta, cum maximo mœrore Romam regreditur*. Theganus de geſtis Ludouici Imperatoris cap. 42. *Non poſt multos dies* (inquit) *venerunt ad colloquium Imperator, & Gregorius Pontifex. Qui non diu loquentes,*

Digitized by Google

tes, honorauit eum Pontifex in primis magnis, et innumeris donis. Poſtquam vterque redijt ad tabernaculum, miſit Imperator dona Regalia per Alungum venerabilem Abbatem, & Presbyterum ſupradicto Pontifici. Vnde conſtat, à Pontifice abundè Imperatori ſatisfactum, & meram calumniam fuiſſe, quod faueret filijs contra eundem. Quod manifeſtè probarunt, quæ poſtea ſucceſſerunt; nam poſtea Italiam Lotharius, cuius alacria aduerſus patrem ſtudia deſiderauerat, à Sarracenis impunè vri, diripiquè permiſit: & Pontificem, quòd eum rebatur patriæ cauſæ fautorem extitiſſe, vexare, Eccleſiamq; bonis ſpoliare, nullo prætexto iuris titulo, inſtitit. Denique id argumentum eſt validiſsimum, ſceleribus filiorum in patrem Gregorium non conſenſiſſe, quod ab eis factũ patris abrogationis Decretum reſciderit, vt author eſt Paulus Aemilius lib. 3. de geſtis Francorum in Ludouico: his verbis: *Lugduni Concilium Epiſcoporum, quos filij* (Ludouici ſcilicet) *Reges contraxerant, habitum, Imperiumque patri abrogatum. Quod Decretum mox à Gregorio Pontifice Maximo reſciſſum eſt, & audacia Archiepiſcopi Lugdunenſis mulctata; ex ſede enim deiectus eſt.* Neque Authores, quos in contrarium producit Aduerſarius, aliud docent. Neque verba Hincmari (*In Franciam uenit Gregorius, & pax poſtea in Frãcia, ut antea, non fuit*) ſignificant, illum malo conſilio veniſſe pro filijs aduerſus patrem. Nõ enim per eum ſtetit, quin pax cõciliaretur inter patrem, & filios; immo præ nimio dolore, quòd adeò capitali odio diſſentirent filij à patre, & in eum tàm indigna perpetrarẽt, nec ipſe poſſet eos conciliare, Romam reuerſus eſt. Quòd Chronicon Dionyſianum habet, *Flios contra patrẽ Apoſtolicum etiam Roma malignè accerſiuiſſe, pietatis ſpecie, ac ſi pacem inter Regem, & filios conciliaturus ueniret; ſed ueritas paulò poſt patuit*, eo ſenſu intelligendum eſt, quia alia erat mens filiorum, qui vellent & ipſum Pontificem in ſuas partes trahere; cum tamen ille nihil niſi de pace concilianda cogitaret, prout hoc prætextu à filijs accerſitus fuerat; licet alij rumores de mente ipſius Pontificis, ſed falſi, ſparſi eſſent. Nihil igitur, niſi meras impoſturas aduerſus Gregorium iſte adferre potuit. Quod ſcribit, Ludouicum in integrum reſtitutum, ex communi Epiſcoporum conſilio, non authoritate Papali; citauimus in contrarium Paulum Aemilium, quem non dubium eſt rerum Francorum, quas fœliciſsimè proſecutus eſt, peritiſsimum fuiſſe. Claudius Taurinenſis, ex quo id citat Mornæus,

Ludouicus authoritate Pontificis in integrum reſtitutus.

Non eſſe Apoſtolicum, qui in Cathedra Apoſtoli ſedet, ſed qui Apoſtoli officio defungitur, Pag. 156

non pluris apud nos eſt authoritatis, quàm hominis, vt alibi oſtenſum eſt, manifeſtè hæretici. Reſpondemus præterea, Romanos Pontifices non ſolum in Apoſtoli Cathedra ſedere, ſed & Apoſtoli fungi officio, cum Eccleſiæ Catholicæ Dei præſunt, eamque adminiſtrant, nec verò hoc officium adminiſtrare poſſe, qui in Apoſtoli Cathedra nõ ſedet, neq; Mornæi eſſe iudicare, an Apoſtoli officio fungatur, necne, & eum ſibi nimium arrogare, & ab Apoſtolo repræhendi Rom. 14. *Tu enim quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat, aut cadit.* Addit,

Ludouicum nõ ſecus ac Carolum patrem, & anteceſſores, leges in ſuis ditionibus condidiſſe, ex Antiſtitum, & doctiorum quorumque conſilio, quæ non ad mores tantùm, ſed ad ipſam Eccleſiæ fidem pertinerent, & inconſulto quidem Pontifice. Poſt: In hunc etiam finem cogebat Ludouicus Concilia in Theodonis villa, Aquiſgrani, Ticini &c. Pag. 156

PErduxerat nos iſte ad annum Chriſti 839 quò incidit mors Ludouici; nunc verò reuocat ad eiuſdem Capitula, & Concilia; vt ſit ὕστερον πρότερον Baronius ad annum Chriſti 819: articulo 7. oſtendit, per eos Imperatores non fuiſſe collectas Synodos, & ſancitas leges Eccleſiaſticas abſque Romani Pontificis authoritate. Ex Benedicto Leuita in præfatione Capitulis ipſius Ludouici præpoſita id docet; ſiquidem ille ſic habet: *Agnoſcant omnia hæc prædictorum Principum Capitula maximè Apoſtolica authoritate fore firmata.* Poſt: *Iſta quoque, quæ ſequuntur eadem authoritate maxima, ut diximus, ex parte & omnium Francorum vtriuſque ordinis virorum aſſenſu ſunt roborata.* Idem recitat eiuſdem Ludouici Imperatoris Decretum de cuſtodia Decretorum Pontificum his verbis: *Ita vnanimes diuinis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus ſeruiatis, vt in nullo patiamini pia Canonum Decreta uiolari; vt nulli fas ſu ſine ſtatus ſui periculo, uel diuinas Cõſtitutiones, uel Apoſtolicæ ſedis Decreta temerare.* Id habetur lib. 6. Capitularium cap. 267. Conſueuiſſe Ludouicum Imperatorem authoritate Pontificia eiuſmodi conuentus cum Clericis, & Laicis agere, idem Benedictus Leuita Collector in ſexto à ſe edito Capitularium libro, teſtatur ad cap. 96. his verbis: *De his, qui rapinas infra Regnum faciunt ex Capitulis Domni Ludouici in Ingbilem Apoſtolica authoritate, & Synodali ſanctione, omnium videlicet Clericorum, & Laicorum generaliter conſenſu, atq; hortatu decretis.* Sed Mornæus ad hæc nihil aliud, quàm inconſulto Pontifice editas à Ludouico has leges.

Carolus magnus et Ludouicus Ipp. nec Cõcilia cogerunt abſq; Pontificis authoritate, nec leges Eccleſiaſticas ſanciuerũt

Quicquid hic velit Baronius cum ſuo Leuita Benedicto; quãdoquidem Anſegiſus Abbas, qui eas hoc ipſo tempore digerebat, in ſua Præfatione Pontificiæ authoritatis nuſquã meminit.

ATqui non minima eſt authoritas apud nos Benedicti Leuitæ, qui an inconſulto Pontifice,

Digitized by Google

tifice, vel illius authoritate has leges edidiſſet Ludouicus, ſcire potuit; neque apud nos alicuius ſunt momenti voces iſtiuſmodi, quibus aduerſarius vtitur, nempe, *Quicquid velit Baronius cum ſuo Leuita Benedicto*. Et Anſegiſus licet non exprimat; non tamen negat, eas Apoſtolica authoritate conditas. Annon verò Carolus Magnus lib. 7. ad leges, quas de militari expeditione ſanxit, ita præloquitur cap. nonageſimoprimo? *Carolus Dei gratia Rex, Regniquè Frãcorum rector, & deuotus Sanctæ Eccleſiæ defenſor, atque adiutor in omnibus ſedis Apoſtolicæ hortatu, omniumquè fidelium noſtrorum, & maximè Epiſcoporum, ac reliquorum Sacerdotũ conſultu, ſeruis Dei per omnia omnibus armaturam portare &c.* cap. 104. eiuſdem libri: *Quantum valemus, & poſſumus, adiuncto Leonis Papæ, & omnium Epiſcoporum, quorum conſilijs vſi hoc egimus &c.* Rurſum cap. 205. *omnibus vobis tàm præſentibus, quàm futuris, ſcire cupimus, quia ideò conſultu ſedis Apoſtolicæ, & omnium noſtrorum Epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, atque maximè cunctorum fidelium noſtrorum, &c.* Immò, licet authoritate Romanorum Pontificum ab Imperatoribus conuentus celebrarentur Epiſcoporum; vbi tamen ambiguum aliquid, & difficile proponebatur; nihil inconſulta ſede Apoſtolica, definiebatur. Ita habemus lib. 7. Capitul. cap. 187. quod cum de authoritate Coepiſcoporum dubitatum eſſet, poſt alia ſic Imperator: *Quod iurgium cum enucleatiùs diſcutere voluiſſemus, placuit nobis ex hoc Apoſtolicam ſedem cõſulere, iubente Canonica authoritate, atque dicente; ſi maiores cauſæ in medio fuerint deuolutę; ad ſedem Apoſtolicam, vt ſancta Synodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit, incunctanter referatur. Quapropter Arnonem Archiepiſcopum miſimus ad Leonem Apoſtolicũ, vt inter cætera, quæ ferebat, etiam eum & hoc interrogaret, vt quicquid ſuper his definiendum eſſet, Apoſtolica authoritate à noſtris Epiſcopis regulariter ſopiretur.* Et ibidem paulò inferius: *Decretum namque eſt in illa Synodo, quam Reginisburæ pro eadem, vel pro alijs cauſis Apoſtolica authoritate præfato prætextu habuimus &c.* Vnde conſtat, non ſine ſedis Apoſtolicæ authoritate huiuſmodi Synodos ab Imperatoribus coactas fuiſſe. Nullius eſſe authoritatis, quod contra Decreta Pontificum ſanciretur, habetur eodem lib. 7. cap. 265. *Conſtitutiones contra Canones, & Decreta Præſulum Romanorum, ſeu reliquorum Pontificum, vel bonos mores nullius ſint momenti.* Et cap. 267. decernitur, *vt Comprouincialis Synodus retractetur per Vicarios Vrbis Romæ Epiſcopi, ſi ipſe decreuerit.* Non igitur vnus Benedictus Leuita teſtatur, hæc Capitularia, ſeu leges Eccleſiaſticas Caroli Magni, & Ludouici Pij fuiſſe à ſede Apoſtolica confirmatas; ſed & ipſi Imperatores tum ad huiuſmodi Conſtitutiones ſanciendas, tum ad Synodos cogendas opus ſibi fuiſſe ea authoritate, apertè docent; vt confutetur Mornæi, & omnium Nouatorum perfidia, qui Regibus, & Imperatoribus ius condendarum legum Eccleſiaſticarum propria authoritate tribuant; quaſi Chriſtus regimen Eccleſiæ ſuæ Laicis Principibus, & non Pontifici, atque Epiſcopis Apoſtolorum ſucceſſoribus, commiſerit. Voluerunt quidem Imperatores illi Chriſtianiſsimi, Carolus, & Ludouicus, ſtatum Eccleſiarum optimis, & ſanctiſsimis legibus eſſe conſtitutum; verùm ſuum non eſſe contra ſedis Apoſtolicæ authoritatem eas ſancire, vt diuinæ legis, & ſacrorum Canonum non ignari, prudenter iudicarunt. Hinc factum eſt, vt ad reformationem Eccleſiæ Concilia aliquot Epiſcoporum Ludouicus celebrari curarit. Sed Morneus:

Carolus Magnus antequam de rebus ambiguis definiretur ſolitus cõſulere Apoſtolicam ſedem: cur.

In quibus omnibus (inquit) *Papalis authoritatis nulla mentio prorſus.* Pag. 156

AT non eſt opus ſemper exprimatur, authoritate Papali Concilia celebrari: & vbi de fide non agitur, ſed de conſtituenda diſciplina Eccleſiaſtica, poſſunt à Metropolitanis indici Concilia Nationalia, quorum tamen iuriſdictio, & authoritas Conciliorum indicendorum non aliunde eſt, quàm à ſede Apoſtolica; quibus etiam, niſi Pallium à ſede Apoſtolica priùs obtinuerint, id per ſacros Canones prohibetur, Ext. de elect. ca. *Quod ſicut* §. *preterea*. Addo, quod expreſsè id habetur in Capitulis Regum Franciæ lib. 6. cap. 287. *Authoritas Eccleſiaſtica, atque Canonica docet, non debere abſque ſententia Romani Pontificis Concilia celebrari.*

Metropolitanus, qui Pallium nõ obtinuerint, cautũ eſt indicere Cõcilia.

Proſequitur Mornæus:

Hic Baronius Theodori cuiuſdam Græculi Monachi, & ſequacium Idololatrarum, Epiſtolas ad Epiſcopum Romanum oſtentat nobis, & magnifacit, ob magnificos nempe titulos, quos ei tribuit, quibus eum ſupra cæteros longè euehit. Pag. 156

HAbet itaque Mornæus eodem loco Imagines Chriſti, & Sanctorum, quo Idola gentium. Verùm de hoc nos alibi ſatis, anathema illi à Septima ſacra Synodo, hoc eſt ab vniuerſa Dei Eccleſia. Sic igitur habet inſcriptio Epiſtolæ Monachorum ad Paſchalem Pontificẽ, quæ à Baronio exſcribitur ad annũ 817. art. 21. ex Theodoro Studita lib. 2. Epiſt. 12. *Paſchali Papæ Romæ, in omnibus ſumma virtute prædito, lumini magno Principi Sacerdotum primo, Domino noſtro Apoſtolico Papæ Paſchali Ioannes, Theodoſius, Anaſtaſius, Ioannes, Theodorus, minimi Presbyteri et Præſides &c.* In Epiſtola verò ita ſcribunt: *Audi, Apoſtolicum caput, à Deo præpoſite. Paſtor ouium Chriſti, ianitor Regni Cœlorum, Petra fidei, ſuper quam ędificata eſt Catholica Eccleſia: Petrus enim tu, Petri ſedem exornans, et gubernans.* Aliam rurſum Epiſtolam quę apud eũdem Studitam ibidem eſt 13. eidem Pontifici ita inſcripſerunt: *Per omnia Religioſiſſimo patri ſupremo, lumini Vniuerſali, Domino noſtro, Apoſtolico Papæ Ioannes, Theodoſius, Anaſtaſius, Theodorus minimi Presbyteri, Prępoſiti &c.* Gennadius Scholarius pro Concilio Florentino cap. 5. multa ex his Epiſtolis recitat in

Quantũ ij Monachi triouant Ponteſicẽ Rom.

Quæ cõtra Pontificũ Decreta ſanciũtur, Caroli cõfeſſione nullius ſũt authoritatis.

lau-

laudem Apoſtolicæ ſedis, ſeu Eccleſiæ Romanæ. Verùm Mornæus:

Pag. 156

Reſpondiſſe (inquit) *ſufficiat, Monachorum verba eſſe, Conſtantinopolitano Patriarchæ ob ablatas imagines infenſorum, opemque Pontificis aduerſus eundem implorantium.*

AD reijciendam futilem, ac ridiculam hãc reſponſionem id nobis ſufficiat, eam eſſe inſulſi hæretici Mornæi. Theodorus ille Studita Monachus nomine ſanctitatis ab omnibus celebratur, & cum ſocijs ſuis ab omnibus Orthodoxi habentur. Deinde non tàm, qui ſcribant, quàm quæ ſcribantur, conſiderandũ, vera ne ſint, an falſa. Quæ igitur iſta reſponſio, *Monachorum verba eſſe &c.*? An hoc nomine, quòd Monachi, vel quòd ſcribant ad Pontificem Romanum, aut contra Conſtantinopolitanum Epiſcopum, argumento eſt, eos falſa ſcribere, aut falſos titulos Pontifici tribuere? Sed obijcit Mornæus primò, Pontificem à Theodoro dici,

Theodorus Studita ſãctitatis nomine celebratus.

Pag. 157

Angelis coæquandum ἰσάγγελον *vocari*; cum tamen Apoſtolus ad Hebræos ſcribens de Chriſto dicat: *minuiſti eum paulisper ab Angelis*. Reſpondeo primò, in illis Epiſtolis Theodori id me non legere: Secundò, Chriſtum dici paulò minus minoratum ab Angelis propter paſſionem mortis, & quia viator erat; quomodo etiam Pontifex longè inferior eſt Angelis, quibus Chriſtus longè ſuperior, vt idem Apoſtolus ſcribit Hebr. 1. *ſedet ad dexteram Maieſtatis in excelſis, tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim Angelorum dixit aliquando filius meus es tu, ego hodie genui te?* Non id certè Pontifici tribuimus, quẽ infinitis partibus Chriſto inferiorem facimus. Miror igitur, qui ſit tàm rudis, & imperitus iſte, vt inde colligat, Theodorum, vel nos Papam ſuperiorẽ Chriſto facere, vel eum eſſe, de quo Apoſtolus 2. ad Theſſal. 2. *qui ſe ipſe Deum facit.* Deniq; nihil abſurdi eſt, ſi & Põtificẽ ἰσάγγελον, *Angelis coæquandum* dicamus, cui, non verò Angelis, regimen Eccleſiæ ſit commiſſum, & cui omnes, quotquot hæreditatem capiunt ſalutis, ſubſint. Annon verò nos *Ciues Sanctorum, & domeſtici Dei* ſumus? Annon Angelus Ioanni dixit: *Conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu*, Apocal. 21. quomodo igitur non ἰσάγγελος ille, qui præeſt omnibus fratribus habentibus teſtimonium Ieſu? Cùm verò vocant Monachi illi Paſchalem *Principem Sacerdotum, ſeu Epiſcoporum* non modò intelligunt, eum primam ſedem obtinere, vt iſte exponit, ſed & iuriſdictionem habere in omnes; ideoque *vniuerſalem* appellant, item *Apoſtolicum caput à Deo propoſitum*, vt ex eadem Epiſtola citauimus, *Paſtorem ouium Chriſti, ianitorem Regni Cælorum*, *Petram fidei*, ſuper quam ædificata eſt Catholica Eccleſia.

Quo ſenſu Chriſtus minoratus paulo minus ab Angelis.

Quo ſenſu Põtifex Angelis coæquandus.

Quo ſenſu Pontifex ab his Monachis dictus Princeps Epiſcoporum.

Secundò nobis obijcit, quod idem Theodorus Alexandrino Epiſcopo Epiſtolam, quæ in libro ipſius ſecundo eſt 14. ita inſcribebat: *Per omnia Sanctiſſimo Patri patrum, lumini luminum, Domino meo Beatiſſimo Papæ Alexandriæ Theodorus minimus presbyter.* Verùm ex inſcriptionibus, & ex Epiſtolis illis ſatis conſtat, eum longè amplius deferre Pontifici Romano, quàm Alexãdrino Epiſcopo. Romanus Pontifex magnum, & ſupremum lumen in Eccleſia prædicatur. Neque vero, vt iſte nugatur, interiecta pagina Baronius *magnum* in *ſupremum* vertit; verùm duplex eſt Epiſtola Monachorum ad Paſchalẽ; In prima *magnum*; in ſecunda *ſupremum lumen* ſcribunt. Alexandrinus Epiſcopus *lumen luminum*, vt qui & ipſe Metropolitanus illuminaret Archiepiſcopos, & Epiſcopos, qui & ipſi erant lumina in Eccleſia. Sed Romanus Pontifex dicitur *Princeps Sacerdotum primus*, quod Alexandrino Epiſcopo minimè tribuitur; neque ſuper eum dicitur ędificata Catholica Eccleſia. Inſtat Mornæus:

Theodor. Studita longè amplius defert Romano Epiſc. quàm Alexandrino.

Pag. 157

Quis neſcit, lumen luminum, quauis lingua, Sacrarum Scripturarum præſertim idiomate, maius quid velle, quàm magnum lumen?

REſpondetur, verba intentioni deſeruire, non è contra: itaque fieri poterat, vt Monachi illi inſcribentes *magnum lumen* Pontificẽ Romanum, maius quid vellent, & intenderent ſignificare, quàm quando inſcribebant *lumen luminum* ipſum Epiſcopum Alexandrinum. Deinde non modò eum *lumen magnum*, ſed & *ſupremum* inſcribunt. Quod Theodorus inſcribebat Epiſcopum Alexandrinum *Beatiſſimum Papam*; Reſpondet Baronius, à Cœleſtino Pontifice id Cyrillo conceſſum eſſe, cùm illi Legationem à latere credidit tempore Concilij Epheſini. De hoc alibi diximus. Certum, & alijs olim Epiſcopis tributum, nedum Patriarchis. Nec verò deſunt Authores Baronio, vnde probet: id enim tradunt inter cœteros Nicephorus, & Balſamon, vterque Græcus. Quod obijcit, huiuſmodi qualitates in ſucceſſores non transfundi: Reſpondetur, quotieſcunque priuilegia conceduntur dignitati, & Eccleſiæ, non perſonæ, transfundi in poſteros: Id verò priuilegium conceſſum eſt Eccleſiæ Alexandrinæ, non priuatim perſonæ Cyrilli, licet ob merita illius.

Quæ priuilegia trãſfundantur ad poſteros.

Poſtremò opponit, quod idem Theodorus ad Epiſcopum Hieroſolymitanum ſcribens, eum ita alloquatur: *Tu primus Patriarcharum* (quòd ſcilicet prima Eccleſia eſſe cœperit Hieroſolymis) *licet quintus enumereris*. Verùm non eſt, quod aliud reſpondeamus; ſiquidem ipſemet Theodorus ſeſe explicat, & quo ſenſu eum vocet primum Patriarcharum, docet, quòd ibi paſſus Chriſtus, & ſalutem operatus, ibi primũ fundamenta iacta Eccleſiæ. *De Syon exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem*, Iſaiæ 2. Ibi ſuprema omnium dignitas nempe Patriarchalis, vt Patriarchalis ſedes etiam eſſet Eccleſia Hieroſolymitana: & Patriarchis ibi connumeratur

Quo ſenſu Hieroſolymitanus Epiſc. primus Patriarcharum.

tur etiam Romanus Pōtifex, alioqui enim nō quintus, ſed quartus numeraretur Hieroſolymitanus. Non ſequitur verò, ſi ſuprema ſit omnium dignitas, non eſſe alteri ſubiectam; quod exemplo Philoſophico manifeſtum fiet; nam in gradibus entis ſupremum eſt intellectuale; cum tamen conſtet, vnam naturam intellectualem alteri eſſe ſubiectam: ita ſuprema dignitas in Eccleſia ſit Patriarchalis; non ideò ſequitur, vnum Patriarcham non eſſe alterius iuriſdictioni ſubditum: & Pontifex Romanus non modò eſt Patriarcha Occidentis, vt reliqui Orientis, ſed præterea vniuerſalis eſt Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus, præeminens authoritate in omnes. Inde igitur nihil concludit Mornæus. Addo, nec Patriarchalem dignitatē, ſed Papalem ſupremam eſſe in Eccleſia, hancque illi longè ſupereminere.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum trigeſimum.

BEllum Ciuile, quod, Ludouico Imperatore vita functo, inter filios exarſit, & q̄ Prouinciæ cuique obtigerint, pace compoſita, breuiter attingit, in quibus fuſiùs deſcribendis non viſum eſt diutiùs immorari; ſiquidem noſtri inſtituti eſt ſacram Religionem potiſsimum ab impoſturis, & calumnijs Nouatoris iſtius aſſerere, neque hiſtorias, niſi quatenùs huic deſeruiunt inſtituto noſtro, huic operi inſerere.

Pag.157 *Obit hoc ipſo anno (844.) Gregorius Quartus &c.*

Gregorius IV. moritur, quo tempore. BAronius ad annum 843. art. 12. eius mortem refert in annum præcedentem 843. cū ſediſſet annos ſexdecim, & hoc anno eſſe defunctum, *veteres* (inquit) *Annales Francorum teſtātur poſt Anaſtaſium*. & eius obitum in annum ſequentem abſque veterum aſſertione reijci, ſcribit. Quod verò ſcribit Mornæus eū obijſſe,

Ex fratrum diſcordijs, dum vtilitatem captare ſatagit:

nullius authoritate fultus id ex ſuo addit. Non dubium, quin ſanctiſsimus Pontifex ex bello ciuili, & Fratrum diſcordiâ maximum dolorē conceperit. Neque inde lucrum aliquod conſequebatur, qui ſciret, ad fulciendam Rempublicam Chriſtianam, & Eccleſiæ Romanæ dignitatem tuendam plurimum referre, ne vires Imperij, & Regni Francorum minuerentur, aut attererentur,

Pag.158 *In cuius locum extemplò Clerus, & Senatus Romanus Sergium ſecundum eligunt, continuòque non expectato Imperatoris conſenſu conſecrant.*

In eius locū eligitur Sergi⁹ 2. et inconſulto Imperatore, conſecratur. ANaſtaſius in Sergio 2. *Exultantibus omnibus Sacerdotibus, Proceribus, & Optimatibus, omnibuſque Eccleſiæ populis idem Sanctiſſimus vir* (Archipresbyter Sergius) *in Apoſtolica Beati Petri ſacratiſſima ſede ordinatus, conſecratuſque eſt Pontifex*. Neque verò Imperator de eius conſecratione, ſe inconſulto, facta conqueſtus eſt. Quod verò ſcribit:

Sergius fratrum diſſidio abuſus, nil penſi habet. Pag.158

facilè mendacij conuincitur. Cum enim electus eſt, & conſecratus Pontifex Sergius, iam Fratres arma depoſuerant, ac pacem inter ſe inierant, datis, acceptiſque inuicem ſacramentis, ſe, quæ per ſequeſtres vtrinque cōſtituta eſſent, rata in perpetuum habituros: ac Carolus titulum Regis Franciæ ſibi aſciuerat, Ludouicus Germaniæ, qui primùm ab eo eſt vſurpatus, Lotharus Franciæ, & Italiæ, Pipinus Aquitaniæ. Non potuit igitur Sergius abuti diſsidio fratrum. *Mornæi mendaciū de Sergio.*

Primusnè ſit Sergius, qui nomen mutauerit, an Ioannes duodecimus, parum ad noſtrum inſtitutum refert. Baronius id factum docet in Sergio tertio; neque id accidiſſe ob turpitudinem nominis, ſed reuerentiæ cauſa: cum enim ille Petrus vocaretur, indignum putauit, eodem ſe vocare nomine, quo Chriſtus primū eius Sedis Pōtificem, Principem Apoſtolorum, ex Simone Petrum nominauerat. *Sergius factus Pontifex cur nomen mutauerit.*

Memoria lapſus eſt Mornæus, cum ſcribit Sergium eſſe, qui primus ſtatuerit, ne Epiſcopus à paucioribus, quàm ſeptuaginta duobus teſtibus conuinci poſsit; *Mornæus lapſus memoria quoad authorē Canonis, quo 72. teſtes ad cōuincēdum Epiſcopum requiruntur.*

Qui tamen Anaſtaſium (inquit) *presbyterum Cardinalem aduerſarium ſuū longè paucioribus, reum peregerat.* Pag.158

IS enim Canon nō eſt Sergij ſecundi, ſed Leonis quarti eius ſucceſſoris, qui refertur à Gratiano 2. q.5.c.3. *Nullam damnationem Epiſcoporum vnquam eſſe cenſemus, niſi aut ante legitimum numerum Epiſcoporum (qui ſit per duodecim Epiſcopos) aut certè probata ſententia per ſeptuaginta duos teſtes idoneos, qui tales ſint, qui & accuſare poſſint*. Nec à Sergio, ſed ab eodem Leone quarto Anaſtaſius Presbyter Cardinalis, congregata Synodo Epiſcoporum, canonicè depoſitus eſt: nō quod eſſet illius aduerſarius, ſed quòd parœciam ſuā per annos quinque contra Canonum inſtituta deſeruerat, & in alienis demorabatur: *qui neque ad duo pro eo congregata Concilia venire voluerat, neque per Apoſtolicas Epiſtolas, neque per tres vocatus Epiſcopos, Nicolaum videlicet, Petronacium, et Ioannem;* *Anaſtaſi⁹ Cardinalis nō à Sergio 2. depoſitus, ſed à Leone 4. & quidem canonicè.*

nem; ideò meritò vno conſenſu ſecũdum quod de talibus ſacris continetur Canonibus, eum ſancta Synodus depoſuit, & ſacerdotali honore priuauit. Hæc Anaſtaſius in Leone 4. Non igitur id contigit in Pontificatu Sergij, ſed ſub Leone 4. Et quid opus erat teſtibus; cum ille notoriè in ſacros Canones committeret?

Egregius mendaciorum artifex Mornæus hæc de Pontificatu Sergij:

Pag.158 *Regnum eius*, inquit, *Simonia in primis inſigne.*

Et Authorem Coætaneum Anonymum nobis producit,

Huius Pontificis (inquit) *frater fuit Benedictus nomine, Brutus, & valdè*
Pag.158 *ſtolidus, qui propter Pontificis imbecillitatem, Eccleſiaſticam, & publicã curam vſurparit &c.*

AVthori huic, & ſuo Vignerio eadem à nobis fides tribuitur, quæ Mornæo. Sergium ſecundum omnes Scriptores laudant. Anaſtaſius: *Erat* (inquit) *origine inſignis, fide purus, prædicatione liberior, Deo humilis, hominibus charus, vultu alacris, mente alacrior, Eccleſiarum gubernator, plebium cultor, pauperum fautor, viduarum tegmen, & conſolator indigentium, largitor diſperſorum, congregatorum conſeruator, inanium, ſecularium que rerum contemptor, ſolis in ſapientiæ diuitijs auidus, & amator.* Et ſub finem; *Qui beatiſſimus Pontifex poſtquam ſedem Romanam, & Apoſtolicam annis tribus glorioſiſſimè rexit, hac luce ſubtractus, ad æternam migrauit requiem.* Et Platina de eodem; *Demum verò Sanctiſſimus Pontifex, re Eccleſiaſtica benè, ac integrè gubernata, tertio Pontificatus ſui anno moritur.* Krantzius in Metropoli. *Sanctus hic Pontifex pietati ſemper ſtuduit, tertio ſui Pontificatus anno mortuus.*

Sergij 2. laudes.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem trigeſimam.

NVnc Oppoſitio nobis examinanda. Primùm ſcribit:

Pag.158 *Vt conſecratum in fraudem Imperij Sergium intelligit* (Lotharius) *Ludouicum filium in Italiam cum exercitu tranſmittit.*

Lotharius Ludouicũ filiũ in Italiã mittit, vt à Sergio 2. coronetur Rex, & Imperator.

SEd negamus, in fraudem Imperij eam conſecrationem factam: neque eam ita interpretatus eſt Lotharius; ſed vbi, declarato filio Ludouico Rege Italiæ, atque Imperij conſorte adiuncto, intellexit, Gregoriũ V. obijſſe (quẽ quia viuentem offenderat, parum æquum poſtulatis ſuis ſe præbiturum putabat) & ſuffectũ in eius locum Sergium ſecundum; continuò Ludouicum cum ornatiſsimo in Italiam exercitu iuſsit contendere, ac Regia, atque Imperatoria inſignia à nouo Pontifice poſtulare, nihil de eius electione, & conſecratione cõqueſtus. Ado Viennenſis huius ſæculi Scriptor, ſub annum 842. *Lotharius filium ſuum Ludouicum, quem in Italia Regem fecerat, vt Imperatoris nomen ſortiretur, per Drogonem patruum Romam miſit. Cui Sergius iam tum Pontifex coronam impoſuit, & acclamante vniuerſo populo, Imperator, & Auguſtus eſt ſalutatus.* Vnde meritò Baronius Sigeberto ſuccenſet, dum ait miſſum à Lothario Romã ad confirmandam electionem Sergij Papæ: id pro animi libitu ſcribens in gratiam eius, cui adhæſit contra Pontificem, ſchiſmatici Imperatoris. Sanderus lib. 7. de viſib. Monarchia §. 639. *Hinc animaduertimus* (inquit) *aliud eſſe Regem, & aliud Imperatorem fieri: illud à voluntate patris, hoc à coronatione ſummi Pontificis, & acclamatione populi pendebat.*

Aliud eſt Regem fieri, aliud Imperatorem.

Non abs re accuſatur Ludouicus, quòd Italiam traijciens grauiter depopularetur. Nam etſi mitis ingenij iuuenis, inſolentia tamẽ ætatis elatus, vt poſt alios ſcribit Sigonius, *Lombardiam liberiore, quàm par erat, agmine peragrauit, Drogone ipſo non ſolùm non prohibente, ſed propè etiam approbante. & hæc fuit cauſa, cur male à Bononienſibus acceptus ſit, quòd ſibi ab inſolentia exercitus timerẽt, non quòd Ciuitas Pontificis fauore freta debitum obſequium negaret. Tantas deinde in agro ſtrages edidit, vt finitimi populi hoſtili illa, atque inuſitata feritate perterriti, proprias ſedes deſererent, & abdita latibula incolumitatis cauſa conquirerent. Et Sergius quidem, vbi res in itinere per impotentiam animi geſtas accepit, haud mediocriter miratus extimuit, conſueto tamen illum honore excipere ſtatuit. Aduentanti ad Vrbem tria obuiam agmina miſit, atque ipſe ſummis Baſilicæ Vaticanæ in gradibus de more ſacro, ipſo Clero vndique circumfuſo, aſſedit. Primum vniuerſi Iudices cum vexillis ad nouem fermè millia paſſuum occurrerunt. Deinde omnes militiæ Scholæ decoras laudes canentes, cum patronis ad primum lapidem. Poſtremo & auguſtæ cum ſignis Cruces ad portam Vrbis præſtò fuere. Ille vero poſtquam ſacratas Cruces aſpexit, protinus ex equo deſcendit, ac Populo, Iudicibus, & Scholis præcedere iuſſis, ad Baſilicam Vaticanam pedeſtris, exemplum proaui ſui Caroli imitatus, acceſſit: & per gradus ad Pontificem progreſſus, oſculum ſancto pedi infixit, ac dextera eius apprehenſa ad poſtes ædis argẽteos prodijt.* Hæc Sigonius lib. 5. ad annum Chriſti 844. Hoc verò malè habet Mornæum, quod ſcribat, Regem oſculum ſancto pedi infixiſſe. Verùm, vt alibi oſtendimus, non tum primùm id vſurpatum, vt Imperatores, & Reges ſummorũ Pontificum pedes oſcularentur. Pontifex pro ſua authoritate omnes templi ianuas iuſsit præclu-

Ludouicus meritò accuſatus, quod Italiam traijciens depopularetur.

Pontificis pedi oſculũ infigit.

di

Digitized by Google

di atque Ludouicum intuens: *Si pacis* (inquit) *ac ſalutis Eccleſiæ cauſſa veniſti iuſſu meo hæ tibi portæ patebunt, ſin minus; nunquam per me tibi aperientur.* Cum autem Ludouicus ſe puro, ac ſyncero erga Eccleſiam animo patris, proauique exemplo veniſſe reſpondiſſet; tùm patefactis ad nutum Pontificis oſtijs, ædem ingreſſus ad Confeſsionem acceſsit, vniuerſo Clero, *Benedictum eſſe, qui veniret in nomine Domini,* concinēte. Inde Ludouicus à Pontifice nomine Lotharij patris petijt, vt ſe Regijs, ac Imperatorijs inſignibus decoraret: qui poſtulatis illius benignè annuit: atque ita ſequente Dominica Epiſcopis, Abbatibus, & Proceribus Francis, qui cum eo Vrbem inierant, in eadem Baſilica conuocatis, rem diuinam facere ingreſſus, ipſum oleo ſancto perūxit, & Regali, atque Imperiali corona decoratum Regem Italiæ, atque Imperatorem, populo lætis *Auguſtum* ſæpè vocibus acclamante, pronunciauit, atque inde ſacra peregit. Anaſtaſius Pontificem ſcribit Regem eum duntaxat Longobardis præfeciſſe. Cui meritò Baronius aſſentiendum nō putat; cum plurimis teſtificationibus conſtet, eum coronatum fuiſſe Romæ Imperatorem, & Sigonius disertè refellit lib. 5. de Regno Italiæ anno 844. his verbis: *Ludouicum à Sergio non Regē ſolùm (vt ſcribit Anaſtaſius) ſed etiam Imperatorē inunctum, præter Adonem Scriptorē horum temporū æqualem, et Leonem Oſtienſem, vetera etiam Lotharij Diplomata fidem faciunt, in quibus anni Imperij eius cū annis Imperij filij ita iunguntur, vt facile appareat, Ludouici Imperium in Italia hoc anno habuiſſe initium.* Et hæc quidem perturbato ordine ad Oppoſitionem retulit Mornæus, cum ad Progreſſum pertinerent. Nam inde conſtat, ad quantū faſtigij progreſsi eſſent Pontifices, vt qui Imperiū Occidentale in Carolum Magnum tranſtuliſſent & quorum iuris eſſet Imperatores coronare. Et cum Ludouicus à Pōtifice petijt Imperiali corona decorari, ſeque teſtatus eſt puro, atque ſyncero erga Eccleſiam animo Romā veniſſe non certè oppoſuit ſe progreſſui Pontificatus.

Ludouicus à Pontifice coronatur Rex Italiæ, & Imperator.

Refert Anaſtaſius in Sergio 2. quod poſtulātibus aliquot Epiſcopis, qui cū Ludouico erāt, vt omnes Primates Romani fidelitatē ipſi Ludouico Regi per ſacramentum promitterent, prudentiſsimus Pontifex fieri id nequaquā cōceſsit; ſed ſic orſus eſt illis: *Quia ſi vultis, Domino Lothario magno Imperatori hoc ſacramentum vt faciant ſolummodo, conſentio, atque permitto: nam Ludouico eius filio, vt hoc peragatur, nec ego, nec omnis Romanorum nobilitas conſentit.* Mornæus:

Ludouico fidelitatē à Romanis iurari non vult Sergius Pont.

Pag. 159

Hic rurſum (inquit) *priuatum Anaſtaſij ſtudium ſeſe exerit, et Authores cæteri nullum diſcrimen conſtituant.*

ATqui non referunt, an tractatum ſit ab Epiſcopis cum Pontifice de iuramēto fidelitatis Lothario præſtando. Et coætaneum ſuum hiſtoricum rurſum nobis producit, qui ſcribit, Sergium iterum in ſede confirmatum: quod à nobis ridendum magis, quam refellendum: & miror qui iſte adeò ſit impudens cum ſuo Authore coætaneo, vt hæc ſcribat. Quod verò ſcripſit Anaſtaſius, inde facilè probatur, quia, vt idem teſtatur, Ludouico Roma egreſſo, & Papiam profecto, læti omnes cum coniugibus, ac liberis, Senatus, Populuſque Romanus omni metu ſoluti ſanctiſsimum Sergium Præſulem, velut ſalutis authorem, ac reſtitutorem pacis venerabantur. Ille tamen non ſuæ virtuti rem geſtam, ſed diuino muneri deputabat. Cur verò eum ſalutis authorem, ac reſtitutorem pacis agnoſcebant? Quia certè, vt ſubiungit Baronius ad annum 844. art. 12. *Regem iuuenem, dominandi cupidum, exercitibus potentem detinuit extra Vrbem. & ne ipſi iurarent Romani fidelitatem, conſtantiſſimè reſtitit.*

Mendacium eſt, quod ſcribit Mornæus, ipsā Pontificis authoritatem Eccleſiaſticam ibi in cōtrouerſiam vocatam, oppugnatamq;: neque id ſignificāt hæc, quę ſcribit Anaſtaſius in Sergio: *Deinceps per dies ſingulos conflictum ſummi certaminis cum ſanctiſſimo Præſule, omnibuſquè Epiſcopis, & Optimatibus noſtris, atque Proceribus. Ipſe Drogo Archiepiſcopus Metenſis Eccleſiæ commouebat, tam ipſe, quàm omnes Archiepiſcopi, & Epiſcopi qui cum eo contra hanc Vniuerſalem & caput cunctarū Eccleſiarum Dei ſine Metropolitani conceſſionē, atque vocatiōne conuenerant, id eſt Gregorius Archiepiſcopus Eccleſiæ Rauennenſis, et Angelbertus Archiepiſcopus Eccleſiæ Mediolanenſis &c.* Poterant certè de alijs rebus cum Pontifice cōtendere, quàm de illius authoritate Eccleſiaſticā; neque ſe ab eius fide, & obedientia vnquam ſubtraxiſſe leguntur: & ſi de ea contendiſſent; vicit tamē ipſa veritas. Nam Anaſtaſius, ex quo nobis hanc controuerſiam citat Mornæus, hæc ſubiungit: *Diuina gratia inſpirante, nec ſermones ipſius almi Pontificis, neque prudentiam ſuperare valuerunt, tantaque ei ſuperna aderat virtus, vt nullus ſermone eum concludere, vel conſtringere potuiſſet: & ab eo ſuperati pudore, & operti confuſione diſceſſerunt.* Et Mornæus, rana (inquiam) iſta coaxans, garriēus cōtra Pōtificis authoritatem quid, quęſo, aliud proficit, quàm quod ſibi theſaurizat iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei?

Eccleſiaſticam authoritatem in controuerſiā hic vocatam, & pugnari Mornæi mendacium eſt.

Ex tot Epiſcopis, quos recenſet Anaſtaſius, vnum vix reperit, quem nobis obijceret, Angilbertum Archiepiſcopum Mediolanenſem, qui ab Eccleſia Romana abſolutè diſceſſerit. Et multi certè ab Eccleſia, immò à Chriſto ipſo abſolutè diſcedunt, eius diuinitatem, ac totius Chriſtianæ Religionis veritatem in controuerſiam vocant, oppugnantque; nihil mirū igitur, ſi Angilbertus ab Eccleſia Romana abſolutè diſcederet: non magis quàm quòd Mornæus Eccleſiam Catholicam Sponſam Chriſti vnicā abiurarit, & Sacramentis illius renunciarit. De facto quidem, ſed non de iure diſceſsit Angilbertus ab Eccleſia Romana. Sigonius lib. 5. de Regno Italiæ anno 844. *Angilbertus Mediolanenſis Archiepiſcopus ab Eccleſia Romana parùm cōperta de cauſa deſciuit, tantumque exemplo in poſterum valuit, vt nonniſi poſt ducentos annos Eccleſia Mediolanēſis ad Romanæ obedientiam, authoritatemque redierit.* Inde Mornæus.

Defectio Angilberti Archiep. Mediolan. authoritati Eccleſiæ Romanæ non efficit.

De facto [illegible] de iure.

Notat hoc Sigonius quidem, ſed cauſam reticet, quæ in Romana ſuperbia, in effræni ſimonia, et cæteris corruptelis euidens, quæ quidem Sergio Pontifice graßabantur.

Pag. 159.

Ob ipſius Angilberti ſuperbiam.

SEd veriùs reſpondemus, non fuiſſe ſuperbiã Romanam, ſed ipſius Angilberti propriam, qua defecerit ab Eccleſiæ Romanæ obedientia. Præ ſuperbia Sathan apoſtatauit à Deo, & cecidit è Cęlo, & ipſe Rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ, & mater omnium hæreticorũ eſt ſuperbia. Non igitur ob Romanam ſuperbiam ſed ob propriam Mornæus, & Nouatores hæretici ab obedientia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ tàm impiè, & miſerè deſciuerunt. Neque verò ideò non ſchiſmaticus Angilbertus, quod D. Ambroſij memoriam ſtudioſe coleret. *Quiſquis enim ab Apoſtolicis diuiſus eſt ſedibus, in ſchiſmate eum eſſe, non dubium eſt, & contra Vniuerſalem Eccleſiã altare conatur erigere* 23.q.5.c. *Non vos.* Quemadmodum ſcribebat Ignatius Epiſt. 3. ad Magneſianos: *Neque enim legi Dathan, & Abiron reſtiterunt, ſed Moſi, ac viuentes ad inferos detruſi ſunt, et qui cum eo conſpirauerant aduerſus Aaron.* Cyprianus lib. 1. Epiſt. 6. *Core, Dathan, et Abiron cum Sacerdote Aaron, et Moſe eundem Deum nouerant, pari lege, & Religione viuentes, vnum et verum Deũ, qui colendus, atque inuocandus fuerat inuocabant. Tamen quia loci ſui miniſterium tranſgreſſi contra Aaron Sacerdotem, qui Sacerdotium legitimum dignatione Dei atque ordinatione perceperat, ſacrificandi ſibi licentiam vendicauerunt; diuinitùs percuſſi pœnas ſtatim pro illicitis conatibus rependerunt.* Ita ſchiſmaticus Angilbertus, & ſuo exemplo tanquam alter Core, alijs author ſchiſmatis, etſi memoriam D. Ambroſij coleret, non dubium, quin ſupplicium æternæ dãnationis, omnibus hæreticis, & ſchiſmaticis paratum, ſubierit. Si ſchiſmaticis illis non profuit, quòd eundem Deum cum Moſe, & Aarone colerent; quid profuit ſchiſmatico iſti quod S. Ambroſij memoriam coleret?

Ad ſchiſma ſufficit defectio à Romana Eccleſia. ſchiſma vero ad æternã pœnam.

Cum locus eſſet agendi de Gregorio IV. nõ venerat in mentem Mornæo eius Epiſtola ad Epiſcopos, per Galliam, Germaniam, Europã, & vniuerſas Prouincias conſtitutos, inuenta in veteribus Vaticanæ Bibliothecæ monumẽtis, & relata à Baronio ad annum Chriſti 839. art. 2. Itaque eam in hunc locum retulit; vt hinc intelligatur, quanta ingenij dexteritate polleat in deſcribenda hiſtoria, & quàm rectè omnia ſuo ordine digeſſerit in hac hiſtoria Papatus.

In cauſa (inquit) *Aldrici Epiſcopi Cænomanenſis de Comprouincialibus Epiſcopis, conquerentis, illis ſtudioſè proponit, iuxta ſacros Canones Romam appellari debere, ſaltem apud Legatũ ſuum à latere agi, eoſque vt hanc viã ineant ſerio hortatur.*

Pag. 159

ITa Pontifex: *Has ad vos literas deſtinamus, quibus decreto noſtro veſtram rogantes caritatẽ mandamus, vt ſi aliquis (quod non optamus) ſuorum æmulorũ Aldricum Cænomanicæ Eccleſiæ Epiſcopum accuſare damnabiliter attentauerit, vt honoretur Beati Petri Apoſtolorum Principis memoria, Eccleſiæque Romanæ, cui præſedit, priuilegium & noſtri nominis authoritas: liceat illi poſt aditionem Primatum Diœceſeos, ſi neceſſe fuerit, appellare, & noſtra authoritate ante nos, aut Legatos noſtros è latere miſſos iuxta Patrum Decreta ſuas exercere atque finire actiones, nulluſque illum ante hæc iudicet, aut iudicare præſumat. Sed ſi (quod abſit) graue, intolerãdumque ei obiectum fuerit, noſtra erit expectanda cenſura; vt nihil prius de eo, qui ad ſinum ſanctæ Romanæ confugit Eccleſiæ, eiuſque implorat auxilium, decernat, quam ab eius Eccleſiæ fuerit præceptum authoritate &c.* Mornæus interim.

Quæ Gregorius IV. in cauſa Aldrici de appellatione ad Romanã Eccleſ.

Quis eius exitus fuerit aperire nobis debuit; Patres Gallicani nũ hoc conſiliũ ſecuti. Non celaturus ſi quid in rẽ ſuã tale, ſi non potius contrariũ didiciſſet.

Pag. 160

AT ſi quid contrarium didicerat Baronius, quod celare nobis voluerit; vtique Aduerſarius rerum Gallicarum, vt credere fas eſt, peritiſſimus illud palam facere debuit. Et reſpondemus, ſatis fuiſſe Baronio producere Epiſtolam Gregorij: nec dubium, obtemperaſſe Epiſcopos illos; cùm nihil ab illis poſtularet, quod non eſſet à ſacris Concilijs, & ſacris Canonibus definitum, immò quod non contineatur in Capitulis Regum Franciæ, vt videre eſt lib. 6. cap. 287. & lib. 7. cap. 241.

Contra Baroniũ, qui ſcripſerat, Carolũ Magnũ de Imperio nihil in Teſtamento ſtatuiſſe, ꝙ à Põtificis electione pendere illud cognoſceret, obijcit vltimò, quod Ludouicus Pius eius filius abſolutè de Imperio, de Roma ipſa Teſtamẽto decreuerit: producitq; locũ Thegani de geſtis Ludouici, & Nitardi, ex quibus conſtat, eũ cõſortẽ feciſſe Imperij Lothariũ filiũ, & conceſsiſſe, vt vna ſecũ Imperatoris nomen haberet. Sed reſpondemus, primùm Carolum Magnum Teſtamẽtum ſuum Romam ad Leonem Pontificem miſiſſe, vt ei ſubſcriberet. Itaque non mirum fuerit, ſi nihil in eo de Imperiali dignitate diſpoſuerit, ſed voluerit in hoc deferre Pontifici, & Ludouicum filium poſtea de conſenſu illius Imperatorem deſignarit. At nõ ita legimus de Ludouico eius filio, quod Teſtamentum ſubſcribendum à Pontifice Romam miſerit: & ſi Lotharium filium conſortem Imperij fecit; id tamen non inconſulto, & inſcio Romano Pontifice feciſſe credendum eſt: maximè cum anno 823. longè ante mortem Ludouici patris Lotharius Romæ die ipſo Paſchatis magna cæremonia Rex, & Imperator, impoſita corona, à Paſchali Pontifice ſit munctus.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum trigeſimumprimum.

IAm attingit in hoc Progreſſu Mornæus annum 847. quo,

Pag. 160 *Moritur ſergius Secundus, & eodem die in eius locum eligitur Leo quartus.*

Sergij ſucceſſor Leo IV. HVius virtutum catalogum, quem iſte prætermiſit, qui non hiſtoriam Pontificũ deſcribere, ſed errores peſtiferos, impoſturas, & calumnias euulgare inſtituit, ita recenſet Anaſtaſius in Leone quarto: *qualis vir* *Hic adeò Catholicus, atque Apoſtolicus vir multa patientiæ, multęque humilitatis extitit, largus, pius, innocens, ſiue benignus, amator iuſtitiæ, & plebis feruentiſſimus gubernator, diuinarum quoque ſcripturarum indeficiens perſcrutator, vigilijs, & orationibus ſemper intentus. In cuius etiam beatiſſimo pectore, iuxta illud, quod in ſancto Euãgelio legitur, & ſerpentis aſtutia, & ſimplicitas inhabitabat columba. Erat enim totius ſanctitatis decore repletus. Amator enim Religioſorum hominum, Deoque in omnibus aſſiduè famulantium, nutritor pauperũ, & contẽptor ſui.* Poſtea de eius electione Sergio ſecũdo *[illegible] electio.* vita defuncto: *Et ecce omnes à nouiſſimo vſque ad primum vna voce, vna ſimilique concordia Leonem venerabilem Presbyterum ſibi futurum Pontificem flagitant. Et quod nullũ ſuper ſe alium vellent habere Præſulem, niſi hunc multis conſtrationibus, ac vocibus fatebantur. Quorum incunctanter omnium credimus corda ad hunc expetendum non aliud, niſi amor diuinus, et diuinæ virtutis inflammauit, & vniuit clementia. Tunc omnes pergentes cum gaudio, multæque auiditatis lætitia ad Eccleſiam, in qua degebat, Beatorum quatuor Coronatorũ, eũ coactũ inuitũque exinde abſtrahentes, cum hymnis, laudibuſq; præcipuis, ad Lateranenſe Patriarchium perduxerunt, qui morem conſeruantes antiquum omnes oſculati ſunt pedes.* Ex his conſtat, electionem hanc, & quidem hominis ſanctiſsimi, nonniſi diuinitùs factam fuiſſe, quæ tamen iudicio Mornæi progreſſus eſt myſterij Iniquitatis: quod duplici argumento videtur oſtendere. Primò,

Pag. 160 *Contra legem* (inquit) *non expectato Principis conſenſu, & ipſe conſecratus.*

Einſdē cõſecratio nõ contra legem. ATqui vt legitima, & canonica eſſet electio Pontificis, non requirebatur Principis aſsẽſus, & ſi metuebant Romani, ne Ludouicus rediret ob conſecratũ ſine conſenſu ſuo Pontificem; aliud certè erat dubitare de electione, & conſecratione, ne canonica eſſet: aliud verò, ne parum probaretur ipſi Principi, quòd, eo incõſulto, facta eſſet, aut ne ideò ſuccenſeret Romanis. Et meritò quidem metuebant Romani reditum illius in Vrbem, cuius militum inſolentiam priùs nimiam experti eſſent. Alioqui nõ erat in poteſtate Principis Pontificem electum, & conſecratum exauctorare, & alium in eius locum ſufficere.

Secundò quod ſcribit Anaſtaſius, *morem ſeruantes antiquum omnes Leonis Pontificis electi pedes oſculatos.*

Antiquum vtique (ſubiungit) *Inde à Valentino, triginta plus minus annis, cui primum hunc honorem delatum ipſe ſcribit.* Pag. 160

VErùm non ſcribit Anaſtaſius, tùm primum introductum morem oſculandi pedes Põtificis: nec dubium, veterem morem ſeruatum in Valẽtino, quẽadmodũ in Leone 4. & id obſeruatũ fuiſſe multò antèa, iã alibi oſtendimus.

Leo cæterũ primus Vaticanũ contra Saracenos et mœnibus cinxit et cõmuniuit. Pag. 160

SVbiungimus & vbi munitionẽ Vaticani abſoluit, nempe ſexto, quàm eam inchoauerat, anno, eam Vrbem magna cæremonia conſecraſſe, & Leoninam à ſuo nomine appellaſſe, ac multis cũ lachrymis, ac ſuſpirijs Deum rogaſſe, vt dicta Ciuitas & Chriſti conſeruaretur in æuum auxilio, & Sanctorum omnium, Angelorumque præſidio ab vniuerſo inimicorum ſecura, & imperterrita perduraret incurſu. Tres orationes recitat Anaſtaſius, qui aderat, quibus eam conſecrationem obiuit. Vbi non illud omittendum, cingere Vrbes mœnibus, & nomina illis indere argumentum eſſe dominij. Nunc ad oppoſitionem. *Leo IV. munito Vaticano, Vrbẽ conſecrat, et Leoninã appellat.*

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem trigeſimamprimam.

Pag. 160 *Hos vt coerceat* (Sarracenos) *annum ſub 854. ad Lotharium confugit, qui Ludouicum filium ſuppetias laturum, ſibi mittendum proponit.*

SIgonius lib. 5. de Regno Italiæ anno 846. *Eodem anno Eccleſia Romana inſigne accepit detrimentum. Quippe Sarraceni prędę libidine ſtimulati, ex Africa Claſſem Romanis littoribus intulerunt, & procurſu ad Vrbem facto, opimas Apoſtolorum Petri, & Pauli ſuburbanas Baſilicas, nemine vim propul-* *Quæ Roma à Sarracenis paſſa. Sergio Pot.* [illegible]

 ſante,

ſante, diripuerunt, ac pretioſis omnibus earum ornamentis ablatis, ipſas etiam Baſilicæ Vaticanæ valuas argenteas aſportarunt. Appia inde via digreſſi Fundos petiere, oppidoque ſuccenſo, & ciuibus aut morte, aut ſeruitute multatis, prope Caietam conſedere. Ea re audita Ludouicus Vidonem Ducem Spoletanum cũ exercitu auxilio accurrere iuſſit, ſed ſpoletanis conſerto prælio in fugam compulſis, minus opinione profecit.

An in vltionẽ ſimoniæ quæ tũ Romæ vigeret.

Et id quidem ſub Pontificatu Sergij. Mornæus in ſuperiori Progreſſu citabat ſuum Authorem coætaneum, qui id accidiſſe diceret ob Simoniacam hæreſim, quæ tum vigeret Romæ; quod mendacium manifeſtum eſt. Siquidem Sergius ſanctiſsimè Eccleſiam adminiſtrauit, vt omnes referunt. Interim hinc conijcere licet, quàm ſint perfidi iſti, meliùs animati in Sarracenos, quàm in Eccleſiam Romanam, cui ſacrilegè imponunt Simoniacam hæreſim, cuius Deus vltores ſuſcitauerit Sarracenos.

Sectarij fautores Sarracenorum.

Sarraceni ſuperioris prædæ dulcedine allecti, maiore nauium, atque hominũ numero comparato, Romam vnam ſpectantes in Sardiniam acceſſerunt, idque ſub annum 849. Leone 4. Pontifice. Quod vbi ipſe cognouit, continuò Lotharium, & Ludouicum inſtantis periculi certiores fecit, ſeque ſaluti Vrbis non defuturum pro virili oſtendit. Sed non refert iſte, quàm alacri animo Neapolitani, Amalfitani, & Caietani opem tulerint Pontifici, & quanto animorum ardore contra Sarracenos pugnarint, quamque valuerint preces Pontificis ad profligandos illos hoſtes, ſic enim orante Moſe, & manus ſurſum attollente, præualebat gladius Ioſue contra Amalec.

Sarraceni Romã iterũ cõtendentes repelluntur.

Quantũ ad eos profligandos valuerint preces Leonis IV. Pont.

Puduiſſet Mornæum referre, quæ ſcribit Anaſtaſius, qui tum temporis viuebat: *Quid electionis ſuæ tempore* (inquit in eodem Leone 4.) *Apoſtolorum ſuffragijs, ſuiſque ſanctis interuenientibus precibus, de Sarracenis illis, qui tàm nefarium ſcelus commiſerunt, diuina virtus peregerit, hoc inconueniens, aut repræhenſibile non eſt ſiue ob futurorum ſiue timorem, ſiue memoriam præſentibus literis adnotare. Omnes enim cùm vellent iniquitatis, ac deprædationis ſcelere perpetrato ad Africanam, qua venerant, regionem reuerti; vaſto maris pelago vi ventorum, procellarumque, ſicut certa relatione cognouimus, Deo permittente, demerſi ſunt, antiquumque illud Aegyptiorum miraculum ecce nouiter Apoſtolorum meruit oratio obtinere.* Non igitur ſuſcitarat Deus perfidam illam gentem, vt vlciſceretur tum peccata Chriſtianorum, in primiſque hæreſim Simoniacam tum Romæ vigentem, vt peior Agarenis cum ſuo Authore coætaneo comminiſcitur Mornæus; quemadmodum neque Pharaonem, vt proſequeretur Hebræos. Immo quia ſanctas Baſilicas Apoſtolorum deprædati ſunt, & tot clades Chriſtianis tum intulerunt; vt quondam Moſe populi Dei Duce orante, Aegijptij ſubmerſi ſunt: ſic iſti, orante Leone Sanctiſsimo Pontifice, aquarum gurgitibus ſunt abſorpti.

Quod citat ex Sigonio, Ludouicum, cum vellet reſtituere diſciplinam Eccleſiaſticam, acceſſiuiſſe Angilbertum Mediolanenſem, qui à Pontifice diſceſſerat, & Andream Aquileienſem Patriarcham, eiſque ſignificaſſe, ſe velle cognoſcere de vita, & officio Epiſcoporum, atque omnium Clericorum, de ſacris Concionibus ad populum, inſtauratione Templorum, plebium, & Xenodochiorum, diſciplina monachorum &c. Equidem Lotharius pater, vt idem Sigonius ſcribit, cum audiret ſimul Eccleſiæ, ac Regni diſciplinam à Carolo auo, & Ludouico Patre ſeueriſsimis antea legibus in Italia conſtitutam, eidem decedenti præcepit, vt, cum primum per bellicas occupationes poſſet, Regni Epiſcopos, & Optimates aduocaret, & nouis eam Decretis ex eorum authoritate conſtringeret.

Lotharius per Ludouicũ filium reſtituendã curat Eccleſiaſticã diſciplinã ſed ex Epiſcoporũ authoritate.

Voluit igitur Lotharius, filium habere rationem diſciplinæ Eccleſiaſticæ in ſuo Regno reſtituendæ; nonniſi tamen ex authoritate Epiſcoporum, quorum id negotium erat, eam reſtitui intendebat. Ideoque monitu Ludouici anno 855. celebratum Concilium Ticini. Et reformandæ quidem diſciplinæ Eccleſiaſticæ zelo, & ſtudio moueri Principis eſt Chriſtianiſsimi; ita tamen, vt per Epiſcopos id fieri procuret. Quod ſi, quæ ſunt Sacerdotum, exemplo oſiæ Regis ſibi arroget; in hoc minimè culpa vacabit.

Quod eſt in Principe laudabile.

Et Baronius ad annum Chriſti 855. art. 4. de hoc Ticinenſi Concilio, & Reſcripto ab Imperatore tum edito, locutus, ſubiungit: *Porrò iſta omnia rogatione Epiſcoporum, qui Concilio Ticinenſi interfuerunt, Ludouicus reſcripſit: Cum Epiſcopi, quæ vellent in Eccleſia ordinari, atque diſponi, non, vt olim conſueuere maiores, ipſi Sacerdotali authoritate per Canones conſtituerint; ſed ea per capita digeſta, mitterent in Palatium probanda ab Imperatore: Ita temporum calamitate ferente prodiere, vt Principes prædatoriè, vt latrones in Syluis, in Eccleſias ſibi iniuſtè vendicarent, in eorumdemque perſonas dominium tyrannicè exercerent.* Hæc Baronius. Itaque hiſtoriam, & factum nobis refert Mornæus; ſed an aliquid præter ius tũ ſibi Ludouicus in cõſtabiliẽda ipſa diſciplina Eccleſiaſtica arrogarit, alia quęſtio eſt.

Circa calumniam Danielis, qui ad Lotharium in Franciam profectus detulit, Gratianum Magiſtrum militum, eximiæ virtutis, atque authoritatis virum, Romæ ſeditionem inter Regnum, & Sacerdotium ſerere, atque de transferendo in Græciam Imperio agitare: quam rem Lotharius haudquaquam ſpernendam ratus, Ludouico ſcripſit, vt extemplò Romam ad rem inquirendam contenderet, Daniel ille falſi conuictus, in poteſtatem Gratiani eſt traditus. Mornæus:

Ludouicus accepto nũtio, Romã agi de trãsferendo Imperio ad Græcos, eò pergit: & actum.

***N**ec diſſimulat* (inquit) *Platina Leonem ipſum huiuſce criminis inſimulatum.* Pag. 161

Ita verò ſcribit Platina in Leone 4. *Lothario egregiè ſatisfecit, qui delatione quorundam impulſus Romam venerat, quòd intellexerat, Leonem transferendi Imperium ad Conſtantinopolitanos conſilia iniſſe. De delatoribus in mendacio deprehenſis (vt par erat) ſuppli-*

ſupplicium ſumitur, atque amicitia inter vtrumque integratur. Sed ſiue Lotharius Romam venerit, ſiue Ludouicum conſortem Imperij eò miſerit; quorſum ſibi adeò timebat, eo rumore accepto, niſi quia quemadmodum. Leo tertius Imperium Occidentale tranſtulerat à Græcis in Carolum Magnum, ita eſſe in poteſtate Leonis quarti Pontificis, ſi iudicaſſet id exigere vtilitatem Eccleſiæ, & Reipublicæ Chriſtianæ, idem rurſus ad Græcos transferre? Emanuel Comnenus, qui tum Orientale Imperium gubernabat, cum Occidentali præeſſet Fridericus primus, bis per Legatos obtulit Alexandro tertio Pontifici magnam vim pecuniarum, exercitum non contemnendum contra Fridericum, & quod pluris faciendum erat, vnam mentem omnium Græcorum cum Eccleſia Romana conuenientem, vt Orientalis cum Occidentali eadem fieret; ſi modo ab eo Occidentale Imperium, à quo Fridericus primus iure excidiſſe videbatur, iterum cum Orientali coniungeretur; atque Imperatori Conſtantinopolitano reſtitueretur. Id teſtatur Blondus Dec. 2. lib. 5. Platina in Alexandro 3. & Nauclerus in Chronico Generatione 39.

Quoad litteras Leonis 4. ad Lothariū, quas Gratianus in Decreto diſt. 10. cap. 9. perſtrinxit: *De Capitulis, vel præceptis Imperialibus veſtris, veſtrorumque Pontificum prædeceſſorum, irrefragabiliter cuſtodiendis, & conſeruandis, quantum valuimus, & valemus, Chriſto propitio, & nunc, & in æuum modis omnibus nos conſeruaturos profitemur.* Mornæus ſubiungit.

Pag.161 *Vbi Baronius poſt Iſidorum legit, noſtrorumque Pontificum, contra manuſcriptorum, omniumq; gloſſarū fidē.*

Error authoris Gloſſa.

NOn ſolus Baronius ita legit, ſed & alij rectè notarunt, in verbis illis ſubeſſe mendum, ex quo author Gloſſæ errandi occaſionem ſumpſerit, qui Chriſtianis Imperatoribus, cuiuſmodi fuerant prædeceſſores Lotharij, attribuat illud, quod Iſidorus de Ethnicis dicit, nimirum Imperatores ſolitos fuiſſe appellari Pōtifices. In Panormia: *Noſtris, noſtrorumque Pontificum, & prædeceſſorum.* Et hoc ſignificat, Imperatores illos ſolitos fuiſſe edere Capitula, adhibitis in Concilium Præſulibus Regni. Et quæ à Leone hic ſcribuntur, ſpectare videntur ad Capitula Caroli, & Ludouici, quæ Lotharius ipſe ſeruari mandauerat.

pag.161

In Synodo Sueſſionenſi Carolus Caluus nihil ex authoritate egit, omnia Epiſcopi.

Quia Synodi Sueſſionenſis meminit hic obiter Mornæus, & Capitulorum à Carolo Caluo editorum, *quæ vniuerſam* (inquit) *Eccleſiæ & politiam, & diſciplinam inuehebantur:* relatio huius Synodi habetur apud Flodoardum lib. 3. hiſt. Rem. cap. 11. vbi, quis præfuerit, nempe Hincmarus Remenſis Epiſcopus, qui Epiſcopi interfuerint, quid ibi actum ſit, recenſet: & adfuit quidem Carolus Rex; tamen nihil ille, ſed Epiſcopi omnia, de quibus mouebantur controuerſiæ, definiebant: qui cum decreuiſſent, vt ordinati ab Ebone, olim de Epiſcopatu deiecto, gradibus Eccleſiaſticis priuati exiſterent, benignus Princeps Carolus petijt Hincmarum Archiepiſcopum, reliquoſque Pontifices, vt quia præfati fratres gradus Eccleſiaſticos obtinere non valebant, communionem ſaltem recipere poſſent per Synodi indulgentiam. Quod & pietas Sacerdotalis licenter aſſenſit, & miſericorditer iiſdem fratribus veniam conceſsit. Nihil igitur ex authoritate ibi Rex egit. Acta etiam Synodi non ſolùm primùm directa ſedi Apoſtolicæ ab Hincmaro, verùm etiam poſtea, quòd de eis Patribus conqueſtus fuiſſet Papa Nicolaus, Benedicti tertij ſucceſſor, vt qui non fideliter actionis ſeriem Pontifici retuliſſent, Apoſtolicę ſedis obedientes præceptis, ordinem rerum geſtarum de Ebonis depoſitione, vel reſtitutione, iterataque repulſione colligentes, eidem Papæ miſerunt. Et Epiſtola Patrum illorum ad Papam Nicolaum, ibidem à Flodoardo ſubijcitur. Vnde conſtat, quanti fecerint authoritatē ſedis Apoſtolicę Præſules illi Galliarum, qui Acta illius Synodi à ſede Apoſtolica confirmari petierint. Et quoad Capitula illa à Baronio prolata, non dubium, quin ea petitione Synodi Rex per vniuerſum Regnum ſuum miſsis Legatis ſtatuerit, nota fieri: quibus vna cum cuiuſque Eccleſiæ Epiſcopo, quæ eſſent perperam facta, corrigerentur, ſtatumque rerum Eccleſiarum in priſtinum ordinem vindicarent.

Patres huius Synodi quanti fecerint Apoſtolicam ſedem.

Citat Aduerſarius illud Leonis 4. ad Ludouicum Auguſtum, quod recitatur à Gratiano 2. q. 7. c. 41. *Nos ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditis iuſtæ legis tramitem non conſeruauimus, veſtro, ac Miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare iudicio &c.* Mornæus:

Vnde (inquit) *liquidò appareat, in Epiſcopum Romanum, quantam adhuc authoritatem retineret.* Pag.161

Leo IV. cauſā ſuā ſponte ſubjicit examini Ludouici Aug.

SEd reſpondetur, Pontificem nullo modo fuiſſe ſubiectum Imperatori, ſed ſpontè, & ex humilitatis diſpenſatione; cum iniuſtè calumnias pateretur, ſuam cauſam illius examini ſubieciſſe.

Quoad ius Franciæ in Epiſcoporum electionibus, à Mornæo citatum ex Hincmaro.

Vt Epiſcopatu vacante populus ſimul & Clerus Regem ſupplices adirent, vt liberam, ac regularem electionem eis Pag.162 *promitteret, iuxtaque ſanctos Canones viſitatorem, electioni, ſuo nomine interuenturum, mitteret. Rex verò tùm Metropolitano ſignificabat, quemnam ex ſuffraganeis officio illo functurum, probaret, vt electio canonicè fieret.*

FLodoardus lib. 2. hiſt. Rem. cap. 5. de Concilio celebrato à Sonnatio Archiepiſcopo Remenſi cum alijs quadraginta, & eo amplius

Digitized by Google

Galliarum Epiſcopis loquens, inter cætera id definitum ſcribit: *Vt decedente Epiſcopo, in locum eius non alius ſubrogaretur, niſi loci eius indigena, quem vniuerſale, & totius populi elegerit votum, ac Comprouincialium voluntas aſſenſerit.* Et lib. 3. cap. 24. de his, quæ Hincmarus Abbatibus quibuſdam ſcripſit, & præ cæteris Hugoni Abbati, pro electione Nouiomenſis Epiſcopi. *Adiungens* (inquit) *ſacrorum Canonum promulgatas ſuper electione canonica authoritates, & oſtendens, quod non Epiſcopi de Palatio præcipiantur eligi, ſed de propria qualibet Eccleſia: & quod de ordinando Epiſcopo non Regis vel Palatinorum debet eſſe commendatio, ſed Cleri, & plebis electio: & Metropolitani in electione diiudicatio, deinde terreni Principis conſenſio, & ſic fieri Epiſcoporum manus impoſitio.* Et hæc quidem Hincmarus, cuius authoritatem iſte tanti facit.

In conſtitutis Galliarũ Epiſcopis, quid ad Clerũ, & Populũ, quid ad Metropolitanũ ſpectet; quid ad Principem ſæcularem.

Ex Iuone Carnotenſi Epiſt. 163. eum cõſtat fuiſſe legitimè electum, quem aut Cleri, plebiſque conſenſus elegerit, aut Metropolitani iudicium cum conuentu ſuffraganeorum, habita legitima diſcuſsione, probauerit. Carolus Magnus in ſuis Capitulis voluit eſſe liberas Epiſcoporum electiones: Et ſi quid iuris habuerint aliquando Reges in electionibus Epiſcoporũ; certũ eſt, à ſede Apoſtolica obtinuiſſe. Plures de hoc extãt Canones apud Gratianũ diſt. 63.

Quod ſcribit Aduerſarius, Hincmarum in Synodo Bellouacenſi in locum Ebonis, contra Ludouicum Imperatorem rebellantis, Archiepiſcopum Remenſem creatum; & à Leone 4. Pallium accepiſſe honoris potiùs, quàm ſubiectionis inſigne: Id contigit anno Dominicæ Incarnationis 845. poſt decennium depoſitionis Ebonis. Flodoardus lib. 3. hiſt. Eccleſ. Rem. cap. 1. *A Clero, & à plebe ipſius Metropolis; nec non ab Epiſcopis eiuſdem Prouinciæ, Archiepiſcopo Senonenſis Eccleſiæ Venilone, atque Ercamrado Pariſiorũ Epiſcopo annuente, cum conſenſu Abbatis ſui, & fratrum Monaſterij S. Dionyſij, in quo degebat, fauente quoque Carolo Rege Hincmarus electus eſt. Sicque decreto peracto, eligentiumque manibus roborato, Eccleſiæ Remenſi ordinatur Epiſcopus.* Verùm tum ordinationem Hincmari, & aliorum Epiſcoporum in Regno Franciæ, non ſine Romani Pontificis authoritate factas fuiſſe, inde conſtat, quod, *Lotharius Imperator pro contentione Regni, quam erga fratrem ſuum Carolum habebat, cuius obſequijs idem Præſul fideliter adhærebat, contra eum commotus, Epiſtolas à Sergio Papa exegit pro reparando iudicio de Ebonis depoſitione. Vnde idem Papa litteras Carolo Regi mittens præcepit, vt Guntboldum Rothomagensẽ Epiſcopum, cum cæteris Epiſcopis Regni ſui, quos ipſe Guntboldus ad hoc eligeret, Legatis ... obuiam Treueris ad hanc diſcutiendam querelã dirigeret, & Hincmarum Epiſcopum ad ipſam Synodum venire faceret.* En præceptum Regi à Põtifice factum, cui obtemperatum. Siquidem, *Guntboldus, admitente Rege Carolo, cum Epiſcopis Synodum condixit, ad quã Ebonem per literas, & Legatos ex authoritate Sergij Papę conuocauit. Quo tamen Ebo neque veniſſe, neque Vicariam pro ſe perſonam, vel litteras canonicas miſiſſe traditur. Guntboldus tamen, & ceteri Epiſcopi &c. litteras ſuas ad eum miſerunt, ei Diœceſim Remenſem interdicentes, vt non haberet dein licentiam ex ea, quempiam ſollicitare nec ſcripto, nec verbo, nec miſſo aliquo; donec ſecundum iuſſionem Sergij Papæ ipſis occurreret, & iuxta Canonica, & Apoſtolica ſtatuta definitionis ſententiam ab ipſis coram generali cõuentu perciperet. Sed ille ad nullam Synodum, vel ad ſedem Apoſtolicam vocem poſtea reclamationis, vel repetitionis de ſede Remenſi, aut de ordine ſuo emiſit. Qui etiam, poſtquam res geſtas Leoni Papæ (Sergij ſucceſſori) referentibus Epiſcopis, & regalibus inſuper Epiſtolis, ordinatio Hincmari, quando fidei quoque ſuæ tenorem Romam miſit, rata eſt, & cum largitione Pallij comprobata.* Hæc ex Flodoardo lib. 3. hiſt. Eccleſ. Rem. cap. 2. Quorſum verò Lotharium Imperatorem ſcribere ad Pontificem de reparatione iudicij pro Ebonis depoſitione, ex præcepto eiuſdem Epiſcoporum pro hac cauſſa diſcutienda, indicere Synodum, eoſdem, & Regem ipſum res geſtas illi referre; ſi non de deponendis Epiſcopis, vel confirmãdis nulla erat illius authoritas, & iurenè, an iniuria ille depoſitus, hic ſuffectus, & ordinatus fuiſſet, non erat illius tanquam iudicis, illa cognitio? In Concilio Sueſsionenſi, vt author idem Flodoardus lib. 3. cap. XI. cum de depoſitione eiuſdem Ebonis, & ordinatione Hincmari ageretur; *Ventilatum eſt, qualiter exauctoratus Epiſcopus reſtitui debeat, & quia idem Ebo reſtitutus canonicè non fuerit, inſuper & ab Apoſtolica ſede, Sergio Papa confirmante deiectionem illius, damnatus extiterit, vt in Laica tantummodo communione maneret.* Deinde Poſt *hæc ſurgens Hincmarus in conſpectum Principis* (Caroli Calui Regis) *& Synodi, porrexit litteras Canonicas, quas ordinatũ ſacri Canones ab ordinatoribus accipere iubent, diem præferentes, & Conſulem. Porrexit etiam Epiſtolam Remenſis Prouinciæ, ac pæne totius Galliæ manibus Epiſcoporum ſubſcriptam, ad Apoſtolicam ſedem pro confirmatione ipſius ordinationis datam. Oſtendit etiam diploma ſacrum ipſius venerandi Principis manibus inſignitum, & ſigillo ſubterſignatum etiam ad approbationem ſuę ordinationis ad eandem ſanctam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam. Sicque iudicatum, atque confirmatum eſt, Hincmarum Epiſcopum canonicè ordinatum.* Igitur ipſius ordinatio confirmata à ſede Apoſtolica. *Idem pro ſuæ ſanctitatis, ac ſapientię reuerentia, per interuentionem Lotharij Imperatoris, Pallium ad quotidianum recepit vſum à quarto Leone Papa, à quo iam aliud acceperat in deſignatis ſibi ſolemnitatibus debitè fruendum, quem quotidianum Pallij vſum nulli vnquam Archiepiſcopo ſe conceſſiſſe, vel deinceps conceſſurum eſſe, idem Papa in Epiſtola tunc ad eum directa, teſtatur.* Flodoardus eodem lib. cap. 10.

Hincmarus creatur Archiepiſcopus Remenſis.

Non ſine authoritate Romani Pont.

A quo & Palliũ accipit ad vſum quotidianum.

Quod verò ſcribit Mornæus, Hincmarum arbitratum Pallium eſſe honoris potiùs, quàm ſubiectionis inſigne: contrarium omninò conſtat ex ſacris Canonibus ext. de electione, & electi poteſtate cap. *Significaſti*, vbi non traditur Pallium à Sede Apoſtolica, niſi prius præſtetur fidelitatis, & obedientię iuramentum. Et c. *Quod ſicut* §. *Super eo*, non licet Archiepiſcopo ſine Pallio conuocare Conciliũ, conficere Chriſma, dedicare Baſilicas, ordinare Clericos, & Epi-

Pallium ſubiectionis inſigne.

Digitized by Google

Epiſcopos conſecrare:& de authoritate,& vſu Pallij c. *Niſi ſpecialis,* dicitur in eo Pontificalis officij plenitudo cum Archiepiſcopalis nominis appellatione conferri. Non igitur dumtaxat honoris inſigne:& plenitudo officij,ac nomen Archiepiſcopale nonniſi à ſuperiore, & habente iuriſdictionem tradi poteſt.

Quod citat ex Hincmaro, in cauſsis dubijs Prouincialem Epiſcopum debere ſolum Archiepiſcopum conſulere, nec licere Prouinciali priùs conſulere Pontificem, quàm cum Archiepiſcopo contulerit; quin non opus eſſe Archiepiſcopos iudicium à ſede Romana pro his exceſsibus expectare, de quibus habentur certa ſacrorum Canonum, legum, & Conciliorum Decreta: quodque Hincmaro nepoti Laudunenſi Epiſcopo interdicit, ne Romam appellet: Reſpõdemus,primam cognitionem cauſſæ debere eſſe Archiepiſcopi,ius tamen eſſe appellandi ad Sedem Apoſtolicam. Nec verò diffitemur, nimis aliquando fuiſſe contumacem Hincmarum Archiepiſcopum Remẽſem aduerſus Sedem Apoſtolicam,& in ſacros Canones commiſiſſe, vt cum in Concilio Siluanectenſi Rothaldum Sueſsionenſem Epiſcopũm depoſuit,& quantumlibet Sedem Apoſtolicam appellantem non audiuit;immò in Monaſterium detruſit, alio in eius locum Epiſcopo ſubrogato. Vbi non omittendum,ab ipſa Synodo miſſam eſſe Legationem per Odonem Bellouacorum Epiſcopum ad Apoſtolicam Sedem, qua peteret, per Nicolaum Pontificem confirmari, quæ ab Epiſcopis in eadem Synodo acta eſſent. Et Carolus Rex fauebat eidem iudicio Synodali; tamen Pontifex Nicolaus negat, ſe ab ipſis in Cõcilio definita poſſe confirmare, repugnantibus ſacris legibus,quibus cogatur eadem irritare, & caſſa omninò reddere. Redarguit verò,quòd appellantem Rothaldum Apoſtolicam Sedem, ſuam appellationem ipſum proſequi,non permiſerint,ſed eum retruſerint in Monaſterium: & excuſationem eorum quã prætexuiſſent,Rothaldi appellationi non fuiſſe deferendum,eo quòd aduerſarentur ei leges Imperiales, reijcit omninò ex ſacris regulis, Põtificijſque decretis,quibus caueretur,non vtendum ſæcularibus legibus,& Imperatorijs ſanctionibus, cũ illis leges Eccleſiaſticæ contradicunt; magis verò redarguit,eo quòd præter ius omne, faſque,appellatione pendente, alium in Sedem Rothaldi appellantis intruſerint contra ſacrorum omnium ſancita Canonum. Extat de hoc Epiſtola 32. Nicolai Pontificis ad Concilium Siluanectenſe, & Epiſtola 41. Hincmarum reprehendit de iniuſta Rothaldi depoſitione, eumque ſedi ſuæ reſtituit. Idem etiam fuit aliquando infenſus Hincmaro Laudunenſi Epiſcopo,nepoti ſuo,eo quod pro Sedis Apoſtolicæ litteris agens, nec Regis, nec ſui Remẽſis Archiepiſcopi, cui ſubiectus erat, videretur vllam habere rationem,& quòd cõtra ipſum iura Sedis Apoſtolicæ extenuare conantem,contraria ſcripta collegiſſet, quibus eiuſdẽ Sedis iura corroborare niteretur. Hinc

Hincmar. Remẽſis aliquando cõtumax in Apoſtolicã Sedem.

Acta Synodi Syluanectenſis ad Pontificem miſſa vt ab eo cõfirmarentur.

Renuit tamen is eur.

Hincmar. Remenſ. Laudunẽſi nepoti infenſus:quã ob cauſſã.

Synodus, immò graſſatio in Attiniaco villa, in qua ipſe Archiepiſcopus Hincmarus accuſatorem egit aduerſus nepotem ſuũ, quem iam ante conſecrauerat Laudunẽſem Epiſcopum: qui quidem Epiſcopatu priuatur penitùs, eijciturque in exilium,&,vt omnis ſpes ei adimeretur,ſuam Sedem recuperandi, eundem oculis euulſis eius hoſtes excæcarunt. Hic tamen poſtea à Ioanne VIII. Pontifice,etſi cæcus,Sedi ſuæ reſtitutus eſt. Itaque ab authoritate Hincmari Rhemenſis,

Qui nepoti Hincmaro Laudunenſi interdicit, ne Romam appellet, & diplomata quibus Pontifex eum Romam vocabat,irrita pronunciat, & eius interdicto parere vetat. Pag. 162

Nullum omnino eſt,quod Mornæus ducit,argumentum. Idem ſcripſit aliquando Apologeticum contra obtrectatores ſuos,qui calumniabantur eum diuerſis detractionum appetitionibus, ſcilicet apud Papam Ioannem, quòd nollet authoritatem recipere Decretorum Põtificum Sedis Romanæ &c. de hoc etiam,vnde calumniatus fuerat à quibuſdam apud eundẽ Papam, quaſi diceret non ipſum maioris dignitatis eſſe Papam, quàm eſſet ipſe. Et ſi nobis opponit Aduerſarius, quæ ſcribebat Hincmarus Remenſis nepoti ſuo,Hincmaro Laudunenſi Epiſcopo; vtique & nos ei opponemus, quæ eidem nepos ſcribebat: *Obſecro,quo veſtra Archiepiſcopali authoritate apud Domini glorioſiſſimi Regis Caroli clementiam obtineatis, quatenus Domini, & vniuerſalis Papæ Adriani præceptis, ac inſtitutionibus Eccleſiaſticis mihi, vt omnibus expedit, velut ei, qui de omni Eccleſia fas habet iudicandi, liceat obedire: videlicet vt limina Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli merear,vt deuoui,& ab eodem inſuper vocatus ſum penetrare. Alioquin me vobis ab hinc,vt Archiepiſcopo Coepiſcopus obtemperare debet, canonicè ſciatis obſequi non poſſe:quia,vt decernit Beatus Gelaſius Papa,neſciunt quid loquuntur, qui decretis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſedis Præſulum quaſi Canones opponunt,quibus contraire contra Canones eſt ipſos ſe erigere.* Extant hæc apud Flodoardum libro 3. Hiſt. Eccleſ. Remenſ. cap. 22. Quod ex eodem Hincmaro Remẽſi citat, poteſtatem ligandi, & ſoluendi ad omnes Eccleſiæ Principes commeaſſe, à Petro,& Apoſtolis ad omnes Eccleſiæ Primates deriuatam, non eum ſenſum habet,quo gloſſat Mornæus;

Idẽ quantũ tribuerit Apoſtolicæ ſedi.

Nempe ad omnes omnino Epiſcopos, ad Rhemenſem non minus,quàm ad Romanum. Pag. 162

ILlud item Hincmari: *Manet priuilegium Petro, vbicunque ex ipſius fertur æquitate iudicium*: ita gloſſans:

Non minus Rhemis quàm Romæ, nec magis Romæ, quàm Rhemis, æquale Pag. 162

vbique

vbique, & vtrique, prout Epiſcopi ſuo officio probè defunguntur, aut minùs.

Remenſis Epiſcopus ex ſententia Hincmari nō æqualis Romano.

MElius ſenſum Hincmari ex ipſomet expiſcabimur: ſcribens enim ad Hincmarum Laudunenſem apud eundem Flodoardum ibidem. *Sicut ſollicitudo* (inquit) *& primatus totius Eccleſiæ Catholicæ, Sanctæ Sedis Romanæ Pontifici diuinitus eſt collata: ita & vnicuiq; Metropolitano, ac Primati prouinciæ ſollicitudo ſibi delegatæ Prouinciæ per ſacros Canones, ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia conſecratos, noſcitur eſſe commiſſa.* Etſi enim diuinitùs ſint inſtituti in Eccleſia Epiſcopi, vt ſucceſſores Apoſtolorum; quia tamen monarchicum Eccleſiæ regimen inſtituit Chriſtus, omnem ſuam iuriſdictionem à Pontifice Romano in Eccleſia accipiunt. De quo videri poteſt Bellarminus libro 4. de Romano Pontifice cap. 24. & 25. Et quoniā ſuperiora citauit Mornæus ex Epiſt. Hincmari ad Adrianum ſecundum Pontificem; & nos ex eadem hæc citabimus; ſiquidem vocat eum Patrem Patrum, primariæ Sedis Apoſtolicæ, & Vniuerſalis Eccleſiæ Papam. *Et quantum* (inquit) *ſciui, & potui, ſemper Apoſtolicæ Sedis priuilegium extuli*. Poſt: *Huius meæ ſuggeſtionis humillimam ſubiectionem ea benignitate ſuſcipere, qua primus Apoſtolorum, non ſolùm minoris ſui Apoſtoli redargutionem pro ſimulatione ſuſcepit, verùm & minorum ſuorum quæſtionem, cur ad præputiatos intrauerit, lenire curauit*. Non igitur ſenſus erat Hincmari, æqualē eſſe Epiſcopum Remenſem ipſi Romano.

De Epiſtola Luithperti Archiep. Moguntini ad Ludouicū Germaniæ Regē.

Citat Epiſtolam Luithperti Archiepiſcopi Moguntini ad Ludouicum Germaniæ Regem, in qua tamen potius affirmatur primatus, & dignitas in Sede S. Petri, quàm vel minimum negetur. *Dicitur caput Eccleſiæ iniurijs pulſum*. Quorſum hæc ſcripſerit Luithpertus, nondum compertum habeo, niſi fortè tum ſcripta ſit, cum Anaſtaſius Cardinalis tit. S. Marcellio, pera Legatorum Lotharij Imperatoris, inuaſit Sedem Apoſtolicam. *Beatiſſimum Benedictum Pontificem, Pontificali, in quo reſidebat ſolio, eiecit, qui etiam veſtimenta Pontificalia, quibus indutus erat, vt barbarus tulit, atque ſpoliauit, multiſque eum iniurijs, verberibuſque repleuit, eumdem cuſtodibus acribus, qui eum conſtringerent, tradere ſtatuit.* Hæc Anaſtaſius in Benedicto 3. Tūc Ludouicus frater Lotharij, Rex erat Germaniæ; & Carolus Caluus Rex Franciæ, tunc poterat verè ſcribere Luithpertus: *Quatitur grauiter, & dehoneſtatur Primatus, & dignitas eius* (Eccleſiæ) *in ſede S. Petri, eò quòd inaudita quadam, & iniuſta perſecutione non ab infidelibus, & dominum neſcientibus, ſed ab eis (quod dolendum et plangendum eſt) qui Duces, & Rectores populi Dei eſſe debuerunt, iniurijs appetitur &c.* Et hoc ſcribit, quia cum coniuratis aderant Radualdus Portuenſis Epiſcopus, Tridentinæquè Vrbis Antiſtes Agato. Ideò igitur meo iudicio ſcribebat ad Ludouicum Regem Germaniæ, vbi erat & ipſe Antiſtes, quòd Regum ſit defendere Eccleſiam, & legitimos Pontifices aduerſus ſchiſmaticos, & inuaſores Sedis Apoſtolicæ ſua authoritate tueri. Si verò accuratè inſpiciatur ea Epiſtola, etiam qualis à Mornæo citatur, quam prolixitatis vitandæ cauſſa, non viſum eſt repetere, nullo modo patitur eum ſenſum, quem illi affingit. Et vellem citaſſet nobis Aduerſarius ex hiſtorijs, quæ tum controuerſiæ fuerint Pontificibus cum Germanicis, & Gallicis Eccleſijs. Citat Leonis 4. Canonem ad Epiſcopos Britanniæ ſcribentis.

Quo (inquit) *Epiſtolis Decretalibus Pontificum omnem authoritatem adimit, præterquam Sylueſtri, Siricij, & ſequentium, qua ratione vna tanquam litura, illas omnes delet, quæ tribus aut quatuor primis ſæculis, illis tribuuntur.* Pag. 163

Leo 4. non ademit authoritatem Epiſtolis Pōtificū antè Syluestrū, & Siricū.

HAbetur apud Gratianum diſt. 20. cap. *de libellis*. Vbi cum de regulis Præſulum Romanorum, Sylueſtri, Syricij, & ſequentium loquitur, qui erant Canones ab eis editi, negamus ideò authoritatem adimere Epiſtolis priorum Pontificum, quorum nullam eo loco mentionem facit: quemadmodum ibidem Pontifex Canones aliquot Conciliorum citat, quibus cum dat authoritatē, alia tamen habita ſunt multis in locis Concilia, quæ condiderunt Canones, quorum non meminit; quibus ideo minime authoritatem adimit. Sed quid iudicandum de Epiſtolis, quæ primis Pontificibus aſcribuntur, & an Germanæ ſint, vel ſuppoſititiæ, iam alibi dictum.

Annum 854. iam attingimus, quo Mornæus poſt Leonem 4. obtrudit nobis,

Mulierem, immò (inquit) *meretricem in Sede Romana collocatam, quæ Miſſas celebrat, Epiſcopos ordinat, pedes ſuos Principibus, Gentibus oſculandos exhibet, vt in hac viua Imagine, Deus pro ſua prouidentia vniuerſo Orbi, Matrem illam fornicationum, oſtendere voluiſſe videatur, de qua Iohannes in Apocalypſi plurib. verbis.* Pag. 163

De fabula Ioan. Papa fæmina.

HAec glorioſus iſte miles triumphabundus ſcribit, & ambigit, an myſterij Romani gradum, an offendiculū adſcribere debeat. Magdeburgenſes etiam Cent. 9. capit. 10. pag 500. hanc intexuerunt fabulam, de quibus D. Paulus 2. Timoth. 4. vaticinatus, *à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur*. Elegantem certè fabulam, non dubium aſtu Diaboli excogitatam, quò occaſio eſſet Mornæo, & perditiſſimis iſtis ſacræ Religionis perduellibus, blaſphemias amplius in Sanctā Romanam Eccleſiam Sedem Apoſtolicam euomendi. Ipſe tamen verè aerem verberat. *Si enim eueniſſet, vt fœmina* (prout fingunt) *in Sede Apoſtolica ſediſſet, cum non iuris, ſed facti error eſſet, qui in pru*

Ea ſi vera eſſet, nihil præiudicaret Apoſtolicæ ſedi.

den-

Digitized by Google

dentiſſimos cadere poteſt (vt obſeruat Sanderus
lib.7.de viſib.Monarch.Eccleſ.§.641. & Baro-
nius ad annum Chriſti 853.) *nihil planè præiudi-
cij ea res Sedi Apoſtolicæ adferre poſſet; ſed omnia
proinde habenda eſſent, ac ſi toto illo biennio ſedes va-
caſſet*. Neque verò aut Miſſas celebraſſet, aut
Epiſcopos ordinaſſet, quæ Sacramenti ordinis
omninò incapax fuiſſet. Hanc totam fabulam
egregiè confutarũt Onuphrius Panuinius An-
notatione ad Platinam in Ioannem VIII. quẽ
ille Leoni IV. & Benedicto III. mediũ inſerit,
Bellarm lib. 3. de Romano Pontifice cap. 24.
Baronius Tomo 10. ad annũ Chriſti 853. & Flo
rimundus de Remundo Regius Cõſiliarius in
Parlamento Burdegalẽſi, vir pius, & doctus, li-
bello Gallicè pro cõfutatione iſtius fabulæ e-
dito, Papirius Maſſonus in volumine, quod ſcri
pſit de Vrbis Epiſcopis. Natam hanc fabulam

Onuphrij ſententia de origine huius fabulæ.

ex Ioannis Papæ XII. viri impuri vita, credit
Onuphrius. Siquidem ille per vim, Patris Albe-
rici Romani Principis potentia, adhuc pænè
adoleſcens Papa factus, aliquot Concubinas,
(vt Luitprandus Ticinẽſis illorum temporum
Scriptor lib.6.cap.6.& 7.tradit) habuit: in his
præcipuè erant Ioanna, Raineria, & Stepha-
nia. Ex Ioanne igitur Papa, & eius item ſcorto
Ioanna, ad cuius fortè arbitrium tanquam Pa
pæ omnia Romæ pendebant, Ioannis fœminæ
Papæ fabula manauit, quæ proceſſu temporis
aucta, in hiſtoriæ authoritatem imperiti alicu
ius Scriptoris opera paulatim irrepſit. Scribit
idem Onuphrius, Martinum quendam Polonũ

Onuphrij ſententia de primo eius ſcriptore.

Ciſtertienſem Monachum huius fabulæ primũ
authorem extitiſſe, imperitum planè Scripto-
rem, quem & multa ridicula alia ſcripſiſſe no-
tat, vt qui vixit 400. annis poſt tempora huius
fictæ mulieris Papiſſæ. Mornæus, & Magdebur-
genſes eius magiſtri antiquiores Authores re-
ferunt Marianum Scotum, & Sigebertum Gẽ-
blacenſem. *Verùm in antiquis veris, & germanis Si-
geberti exẽplaribus* (ait Onuphrius) *nihil tale extat.*
Et Cardinalis Bellarminus: *Etſi* (inquit) *in im-
preſſo Sigeberto, & Mariano Scoto inueniatur Ioannes
fœmina, tamen in antiquiſſimis manuſcriptis non inue-
nitur: & ſatis conſtat, corruptos fuiſſe Authores illos.
Extat adhuc in Monaſterio Gemblacenſi, vbi fuit Mo-
nachus Sigebertus, antiquiſſimum exemplum manuſcri-
ptum, quod putatur ipſius Sigeberti autographum, &
in eo nulla mentio eſt Ioannis fœminæ: quod manuſcri-
ptum teſtatur ſe vidiſſe* Ioannes *Molanus Doctor Loua-
nienſis. Similiter in antiquiſſimis exemplaribus Mariani
Scoti non haberi* Ioannem *fœminam, teſtatur ille, qui
Metropolim Alberti* Krantzij *edidit anno* 1574. *Co-
loniæ*. Hæc Bellarminus. Verùm id ſcripſerit Ma
rianus Scotus: Atqui ille natus eſt, vt ipſe teſta-
tur, anno Chriſti 1028. & obijt anno 1086. vt
author eſt Dodechinus Abbas in Appendice
ad eius Chronicon. ſic igitur in eius Chronico
anno 853. & 854. legimus: *Leo Papa obijt Kalend.
Auguſti. Huic ſucceſſit* Ioanna *mulier annis duobus,
menſibus quinque, diebus quatuor*. Subiungit his Ba-
ronius ad annum 853. Articulo 60. *Hæc in Codi-
ce impreſſo Heroldi opera, qui mala fide locum hunc cũ
alijs multis corrupit; nam in ſcripto Codice, ex quo pro-
dijt prima editio, ita legitur: Ioannes, qui (vt aſſeritur)
fuit mulier*. Poſt Marianum elapſis triginta fer-
mè annis idem ſcripſerit Sigebertus; cum ta-
men, vt dictum eſt, in antiquis veris, & germa-
nis eius exemplaribus id non extet: verum in
editis nulla aliqua firma vtitur teſtificatione,
ſed ſcribit, incerta tantùm fama ferri, quod aſ
ſerit: *Fama eſt* (inquit) *hunc Ioannem fœminam fuiſ-
ſe &c.* Inde verò natam fabulam exiſtimat Ba-

Sententia Baronij de eiuſdẽ origine.

ronius, quòd ijs temporibus ſcribebat Maria-
nus, quibus Henricus 3. Imperator (vt ipſe nar-
rat) ſchiſmate cum ſuis ab Eccleſia Catholi-
ca deſciuerat, & iam de fœmina ordinata in
Sede Conſtantinopolitana Patriarcha fama
ferebatur. Id teſtatur in ſua Epiſt. Leo IX. Ro-
manus Pontifex ſcribens ad Michaelem Pa-
triarcham Conſtantinopolitanum, & Leonem
Acridanum, Romanam Eccleſiam maledictis
proſcindentes cap.23. Vbi aduerſus eos hæc
inter alia: *Abſit, vt velimus credere, quod publica fa-
ma non dubitat aſſerere, Conſtantinopolitanę Eccleſiæ
contigiſſe, vt Enuchos contra primum Sancti Nicæni
Concilij capitulum paſſim promouendo fœminam in ſe-
de Pontificum ſuorum ſublimaſſet aliquando. Hoc tam
abominabile ſcelus, deteſtabileque facinus, etſi enormi-
tas ipſius, vel horror fraternaque beneuolentia non per-
mittit nos credere: conſiderata tamen iniuria veſtra erga
ſanctorum cenſuram Canonum, quia Enuchos, & ali-
qua ex parte corporis imminutos non ſolum ad Cleri-
catum, ſed Pontificatum etiam indifferenter, ac ſolem-
niter, adhuc promouetis, fieri potuiſſe penſamus*. Et hæc
Leo ſcribebat anno à natiuitate Chriſti 1053.
inchoato, quo Marianus Scotus primus Scri-
ptor huius fabulæ viuebat. Cum itaque publi-
ca fama percrebuiſſet, fœminam in ſede Pon-
tificum ſublimatam aliquando Conſtantino-
poli; quæ ita erant fama vulgata de Eccleſia
Conſtantinopolitana, conuerſa in Romanam
Eccleſiam à ſchiſmaticis eam odio proſequẽ-
tibus, & calumnijs proſcindentibus, prout eo-
dem tempore acceperat Marianus Scotus, in
ſuum Chronicon redegit: vnde factum eſt, vt
alij poſtea etiam pij, & Catholici Scriptores
abſque delectu, nec diligentiùs indagata rei
veritate, eam ſuis hiſtorijs inſeruerint. In his
verò citandis accuratiſsimus eſt Mornæus. Et
hæc quidem de origine, & primis Authoribus
huius fabulæ, quæ validiſsimis rationibus ab
Authoribus citatis refutata; vt non veritate
tãtum, ſed & veriſimilitudine omni carere de-
monſtrata ſit. Ac primum mirum eſt, Authores
illius temporis ante Marianum Scotum, nullã
huius rei mentionem feciſſe. Certè Anaſtaſius
Bibliothecarius, qui vitas Pontificum Roma-
norum vſque ad Nicolaum Benedicti 3. ſucceſ
ſorem ſcripſit, viuebat tum temporis, & ele-
ctionibus Pontificum intererat, ſcribit Roma-
nam Sedem poſt Leonis IV. obitum, dies tan-
tum quindecim vacaſſe, ſubijcitque, Leoni
ipſi non Ioannem aliquem, ſed Benedictum 3.

Leonis 4. ſucceſſor Benedictus 3. non Ioannes aliquis.

ſtatim ſuffectum. Hæc ſunt illius verba. in Leo-
ne 4. & Benedicto 3. *Sanctiſſimus Leo Papa 4. obdor
miuit in Domino* 16. *Kalend. Auguſti, ſepultus ad ſan-
ctum Petrum, & ceſſauit Epiſcopatus dies quindecim.*

Quo

Quo mortuo mox omnis Clerus Romanæ Sedis, vniuerſi Proceres, cunctuſque populus, ac Senatus congregati ſunt, Domini clementiam exorantes, vt beatificum illis omnibus demonſtrare dignaretur Paſtorem, qui Apoſtolatus culmen regere valuiſſet tranquillè, Diuinitùs igitur æthereo tunc lumine inflammati, vno conſenſu, vnoque eum conamine Benedictum pro tantis, quibus pollebat ſacris operibus, Pontificem promulgarunt eligere. Poſtea: *Cum hymnis, & canticis ſpiritualibus, ampla exultatione, & ineffabili gaudio in Patriarchium Lateranenſe perducentes, Pontificali ſolio, vt mos eſt Pontificum, canaque conſuetudo demonſtrat, poſuerũt.* Nullus igitur Ioannes fœmina ſedit in Cathedra Petri: ſiquidem omnes eam collocant inter Leonem 4. & Benedictum 3. & ſediſſe volũt in Pontificatu duobus annis, & quinque menſibus. Si dicant, Anaſtaſium in gratiam Pontificum omiſiſſe hanc fœminam: at certè, ne errorem exploratum, & qui ab omnibus tum animaduerteretur, facilè in Chronologia admitteret, debuit ſcribere, ſedem vacaſſe duobus annis, & quinque menſibus, nempe toto interſtitio, quo fœmina illa in Pontificatu vixit; at ſcribit, vacaſſe tantùm quindecim diebus, & ſuffectum eſſe Benedictum 3. igitur non inuenitur locus huic fœminæ. At Mornæus:

Nos contra; Tollant Põtificibus, qui eam proximè anteceſſerunt, quod ijs pro libidine addunt, & locum ei facilè inuenerint. Tribuit enim Onuphrius Sergio ſecundo tres menſes pluſquam Marianus Scotus, & Nicolao primo nouem annos ſex menſes viginti dies, cum Marianus octo tantum, & dies nouem, & Adriano ſecundo quatuor annos & vndecim menſes, cui Marianus duos tantum. Pag. 166.

REſpondetur primùm non fuiſſe adeò accuratum Marianum in ſupputandis annis Põtificum, vt Onuphrium: & longè diligentiores fuerant in inueſtigandis annis Pontificum illi, quos ſecutus eſt Onuphrius, quàm fuerit Marianus Scotus. Deinde quemadmodum in annis horum Pontificum diſcordat Onuphrius à Mariano Scoto, vt plures annos, vel menſes illis tribuat: ita ſi fortè diligenter inſpiciatur, in alijs diſſentient, quibus plures annos, vel menſes tribuat Marianus Scotus, quàm Onuphrius: deinde id non tollit difficultatem, nam Anaſtaſius, qui tum viuebat, & intererat actionibus Pontificum, verè ſcribit, Leone 4. mortuo, Sedem vacaſſe tantùm quindecim diebus, & electum fuiſſe Pontificem Benedictum 3. & certè ad ſupplendum defectum illum annorum, qui deeſt apud Marianum Scotum, ſupputationi Onuphrij, non magis locum inueniet hæc mulier Pſeudopontifex inter Leonem 4. & Benedictum 3. quàm inter alios Pontifices. Nec modò Anaſtaſius, ſed & omnes alij Scriptores vſque ad Marianum Scotum, & Martinum illum Polonum Ciſtercienſem Monachum, in ordinatione Pontificum ſubijciunt ſtatim Leoni 4. Benedictum 3. Ado Viennenſis in Chronico anno 865. *Pontifex* (inquit) *Romanus Gregorius moritur, atque eius loco Sergius ordinatur. Illo defuncto, Leo ſuccedit. Quo obeunte Benedictus in Sede Apoſtolica ſubſtituitur.* Ita Rhegino, Lambertus, Hermannus Contractus, Abbas Vrſpergenſis, Otho Phriſingenſis, qui nullam Pſeudopontificis mulieris mentionem fecerunt. Ad hoc Mornæus:

Vno verbo (inquit) *reſpondere promptum, ab authoritate negatiuè argumentationem non valere.* Pag. 166

VErùm non modò nullã eius rei mentionem faciunt, ſed & diſertè negant, & contrarium affirmant, quando immediatè Leoni 4. Benedictum 3. ſubijciunt. Lupus Ferrarienſis Abbas in Gallia, qui fuerat Romæ Pontificatu Leonis 4. ſcribẽs ad Benedictum 3. vocat eum ſucceſſorem Leonis, & nullum inter Leonem, & Benedictum Pontificem interceſsiſſe ſatis euidenter oſtendit. Flodoardus lib. 3. hiſt. Eccleſ. Remenſis capit. 11. vbi agit de Concilio Sueſsionenſi, Leoni Pontifici ab hac luce ſubtracto Benedictum virum Apoſtolicum ſucceſſiſſe, ſcribit, & Nicolaus primus ſucceſſor Benedicti 3. Epiſt. 47. ad Hincmarum Remenſem: *Apoſtolicæ Sedis* (inquit) *& beatę recordationis Pontifex Leo, qui fraternitatis tuæ propoſitum nouerat, ab hac luce ſubtractus eſt: cumque ſanctæ memoriæ Benedictus vir Apoſtolicus ſucceſſiſſet in ordine Pontificatus &c.* vt abſque interſtitio ſubrogatum ſignificet Benedictum 3. ipſi Leoni Pontifici. At neque Græci Authores, qui ante Martinum Polonum, vel Marianum Scotum ſcripſerunt, vt Zonaras, Cedrenus, Nicetas, Curopalates, huius tàm prodigioſæ hiſtoriæ vllam mentionem fecerunt, quos in fauorem Romanæ Eccleſiæ id ſuppreſsiſſe, nullo modò veriſimile eſt. Riſu certè digna Mornæi redargutio:

Græci ſcriptores Martino Polono, & Mariano Scoto antiquiores mentionẽ Ioannis Papæ fæminæ non fecerunt.

Atqui hos Authores (inquit) *multis ſæculis poſteriores quis ignorat? qui de rebus tantùm Græciæ ſolliciti Latinas minus curant? illas immò etiam leuiuſculè attingunt?* Pag. 158

CErtè ſi priores aliquot ſæculis fuiſſe oſtendiſſet, euiciſſet vtique, de re tam prodigioſa eos loqui minimè potuiſſe: &, vt conſtabit eos legenti, non ita res Græcorum deſcribunt, vt non etiam Latinorum aliquando attingãt. Proſequitur Mornæus:

Nos verò in Hiſtoria Latina, Authores Græcos in teſtimonium adducentes, num ferrent? Num non ad Latinos reuocarent? Pag. 167

ET tamen ſi nobis Polybium, Plutarchum, Appianum Alexandrinum, Dionyſium Alicarnaſ-

Digitized by Google

carnaſſeum, Authores Græcos res geſtas Romanorum deſcribentes in teſtimonium adducat, minimè eum ad Latinos reuocabimus.

Pag. 168 *Eccui porrò mirum* (inquit) *ſi Idololatræ iſti Monachi, Romanæ, quod ipſorum ſcripta docent, turpitudinis & conſcij & participes, hoc prodigium, præ pudore, reticeant?*

QVomodo verò illi Idololatræ, quos ſanctiſſimæ Trinitatis Dei vnius ac veri cultores fuiſſe conſtat; niſi quia impius Mornæus cultum ſacrarum Imaginum, quem illi probabãt, Idololatriam iudicat, & eodem loco habet Imagines Sanctorum, & Idola gentium? Atqui & tot Latini Authores, quos nobis producit, non minùs Idololatræ illius ſenſu fuerunt, &, vt non diffitetur, maximam partem in Clero dignitate inſignes, aliqui etiam ex his Monachi. Mirum igitur, cùm fuerint illi etiam Romanæ turpitudinis conſcij, & participes, qui non hoc prodigium præ pudore reticuerint. Nec probabile, Monachos Græcos magis fuiſſe addictos Eccleſiæ Romanæ, aut illius honori conſulere voluiſſe, quã Monachos, & Clericos Latinos. Deinde, etſi in cultu ſacrarum Imaginum cum Eccleſia Romana conſentiebant, quemadmodum & nunc temporis omnes Græci, etſi ſchiſmatici in eo conſentiunt; in alijs tamen articulis, vt maximè de Primatu Romanæ Eccleſiæ, diſſentire poterant. Et Mornæus meo iudicio in aliquo fidei articulo, niſi ſit planè Atheus, cum Eccleſia Romana conſentit; nam credit Deum eſſe, & quidem trinum, & vnum Creatorem Cæli, & terræ, Chriſtum cõceptum, & natum de Virgine, paſſum pro nobis, deſcendiſſe ad Inferos, aſcendiſſe in Cœlum, inde venturum iudicare viuos, & mortuos; profitetur, ſe approbare prima Concilia in Eccleſia celebrata, quę ab Eccleſia Romana recepta ſunt, immò confirmata; mirum igitur, qui præ pudore non reticuerit hoc prodigium Ioannæ mulieris, immò meretricis in Romana Eccleſia ſedentis, cum qua in tot fidei dogmatibus conuenit, quod Monachi Græci, quia cum Romana Eccleſia conueniebant in cultu Imaginum, præ pudore reticuerunt. Hoc itaque argumento aut Atheum oportet eſſe Mornæum, aut pudorem omnem exuiſſe in hoc prodigio recenſendo, & confirmando. At verò Photius Pſeudoepiſcopus in locũ Ignatij intruſus, qui circa ea tempora viuebat, iuxta ſenſum Mornæi erat Idololatriæ Romanæ particeps; ſiquidem nulla fuit illi contentio de cultu Imaginum cum Eccleſia Romana; qui tamen Pontificum Romanorum erat hoſtis implacabilis, quorum etiam decretis ſede fuit expulſus; an prodigium illud tacuiſſet, qui longè leuiora in Eccleſiam Romanam obijcit? & Michael tùm Oriẽtis Imperator & eiuſdem Photij ſtimulis in eãdem Romanam Eccleſiã concitatus, omne genus conuitiorum in eam coniecit; an præ pudore tacuiſſet illud prodigium, quod recens in Eccleſia Romana contigerat? Atque idem de reliquis ſchiſmaticis, Patriarchis, & Imperatoribus Orientis dicendum. Sed Mornæus:

Baronium (inquit) *Michaelis reſponſionem protuliſſe oportuerat, qui fortè hoc ei prodigium exprobrabat.* Pag. 168

VErùm vnde hanc Michaelis reſponſionem didiciſſet Baronius, quæ nuſquam extat? aut ſi aliquem habet Authorem; cur eius aſſertor Mornæus eum non citauit? Hoc enim temerè, & ſine vllo Authore à Mornæo aſſeritur, meretricem illam à Michaele Nicolao obiectã, quàm porrò Nicolaus eius memoriam ſibi extinguendam ratus, in ſua reſponſione ſilentio prætterire maluit. An verò Leo IX. ſcribens ad Michaelem Conſtantinopolitanum Patriarchã, Græcis id obieciſſet, in Patriarchatu Cõſtantinopolitano aliquos Eunuchos ſediſſe, quin & fama vulgatum eſſe, ibi ſediſſe fœminam, ſi quid tale Sedi Romanæ paulò ante cõtigiſſet? Vnde probabiliter iudicat Bellarminus, quod & Baronius, inde natam hanc fabulam de Ioanne fœmina. Cum enim rumor eſſet, quandam fœminam ſediſſe Conſtantinopoli Pontificem, & deinde paulatim omiſſo nomine Conſtantinopolis, remanſiſſet fama, & opinio de fœmina Pontifice, & Pontifice vniuerſali, cæperunt aliqui in odium Romanæ Eccleſiæ dicere, fœminam illam Romanum Pontificem fuiſſe. Magnum igitur prodigium Mornæus, qui hoc prodigium Romę aliquando accidiſſe credat. Verùm ex Græcis nobis opponit Laonicum Calcondylam lib. 6. hiſt. de rebus Turcarum. Sed rectè Baronius ad annum 853. art. 66. *Quamuis apud vnum duntaxat Græcorum hiſtoricorum nouiſſimum Laonicum Calcondylam latinum redditum eiuſmodi fabula reperitur eſſe deſcripta; non tamen ab Authore ipſo poſitam ſcias, ſed ab impoſtore Clauſero interprete fraudulenter appoſitam, vt oſtendit euidenter, qui impoſturam egregiè detegit Florimundus. Quamuis et ſi ipſe Author Laonicus iſta à Latinis quibuſdam accepta ſcripſiſſet; haud magni faciendus eſſet recentiſſimus Scriptor, qui vixit anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo.* At Mornæus: *Laonici libris inſerta eius metio ab Interprete.*

Baronius annon lepidus hic admodum, dum nos ad Raimundum ablegat, qui hunc locum ab Interprete inſertum ſomniat? At qua authoritate, quo authore? Niſi quod à Vegenerio Gallico Interprete Pontificum adulatore omiſſum dicit? Pag. 168

VErùm Florimundus de Raimundo in ſuo Commentario Gallico de errore populari circa Ioannem Pſeudopontificem dictam Papiſſam cap. 6. id ſatis euidenter demõſtrat: & Vigenerius teſtatur, ſe Calcondylam traduxiſſe fideliter ex veteri exemplari M.S. Græco, qui tamen nihil habet de Ioanna Pontifice.

Vnde

Vnde conſtat, ab hæretico Conrado Clauſero Calcondylæ inſertam hanc fabulam. Qua verò authoritate, quo Authore docet iſte Vigenerium, vt Pontificum adulatorem, id omiſiſſe? Citat Barlaamum Græcum in Dialogo *de Papæ Principatu*, de hac Ioanna τῆς ἀσελγοῦς γυναίου τοῦ γενομένου πάπα, *Petulante muliercula, quæ facta fuerit Papa*. Fateor, me neſcire hactenus an extet huiuſmodi Dialogus; ſed legi accuratè Epiſtolam Barlaami Epiſcopi Gyracēſis ad amicos ſuos Græcos de Primatu Romanæ Eccleſiæ, vbi nihil extat, & quem facilè diceret Mornæus Pontificum adulatorem; ſiquidem nemo vnquā eo manifeſtiùs aut liberiùs, ne inter Latinos quidem, Romanæ Eccleſiæ Primatum aſſeruit. Aliud argumentum contra fabulam illam producebat Onuphrius, *Quia nemo Romæ legitimus vnquam Pontifex creatus fuit per annos plus minus nongentos à S. Petro Apoſtolo vſque ad Formoſum Papam, qui abineunte ætate Romana in Eccleſia educatus non eſſet, & per omnium ordinum Eccleſiaſticorum gradus ad Diaconatum ad minus, vel Sacerdotium ſaltem non aſcendiſſet. Quod facilè Pontificum ſeriem conſideranti, inuiolabiliter obſeruatum fuiſſe manifeſtum erit*. Et hæc quidem Onuphrius omnis antiquitatis diligentiſſimus perſcrutator. Quomodo igitur fieri potuit, vt fœmina ignota, incertæ originis, & patriæ, ſine vllo ordine, & teſtimonio anteactæ vitæ, ita inconſultò Pontifex fieret? Hoc argumentum ita putat ſe euertere Mornæus:

A S. Petro Apoſt. ad Formoſum Pont. nullus admiſſus ad Papatum, qui gradatim nō ſuſcepiſſet Eccleſiaſticos ordines in Eccleſia Rom.

Reformemus igitur (inquit) *vniuerſam Hiſtoriam; quæ nobis teſtis, Conſtantinum Ducis Nepeſini fratrem anno 767. electum, qui non Presbyter, non Diaconus, non Clericus, vnica die omnes gradus impleuit, ab Epiſcopis, Præneſtino, Albano, Portuenſi conſecratus*. Pag. 166

VErùm Onuphrius loquitur expreſsè de legitimè electis Pontificibus. At Conſtantinus ille Nepeſini Ducis frater nunquam legitimè electus fuit, ſed inuaſit Sedem Apoſtolicā vi, & armata manu intruſus, quē nonniſi timore correptus Gregorius Præneſtinus Epiſcopus Clericum, Subdiaconum, Diaconum ordinauit, ac poſtremò Pontificem cum Epiſcopo Albanenſi, & Portuenſi cōſecrauit: qui iuſto Dei iudicio tantum nefas vlciſcente, non poſt multos dies conſecrationis ipſius Conſtantini validа, ac peſſima ægritudine præoccupatus, immobilis factus eſt, & poſt modum Miſſarum ſolemnia nequaquam celebrauit: eius enim dextra manus aruit, atque cōtracta eſt. Qui etiam nec ad os cibum afferre valuit, ſicque tremēs, & languens vitam finiuit. Et Conſtantinus ille tāquam inuaſor Sedis Apoſtolicæ retruſus fuit in Monaſterium, ac tandem luminibus priuatus, nec vnquam legitimus Pontifex habitus. Anaſtaſius in Stephano 4. Sed de hoc Conſtātino iā alibi. Nihil igitur Mornæus attulit, quo euerteret argumentū Onuphrij. Poſtremò circumſtantiæ illius narrationis ſatis docent, eam meram eſſe fabulam. Primùm quòd Ioannes Anglicus ex Moguntia oriundus, cum Moguntia in Germania ſit, non in Anglia. Sed Morn.

Conſtantinus illegitimus Pontifex.

Diuina vltio de Gregorio Præneſtino Epiſc. qui eū ordinauit.

Eadē fabula ex circūſtantiis cōuincitur.

Anglicus (inquit) *cognomen eius non patriam deſignat*.

SEd qua authoritate, quo Authore id docet? Platina, quem citat, ſcribit fuiſſe Anglicum, ſed oriundum ex Moguntia; vbi ſatis inſinuat, *Anglicum* ſignificare patriam, non cognomen, minùs natum in Anglia, licet oriundum ex Moguntia. Magdeburgenſes econtra ſcribunt, Sacrificum quendam Anglicum vxorem, ſeu ſcortum grauidum ſecum duxiſſe Moguntiam; vbi certè vox *Anglicus* patriam ſignificat, non cognomen.

Adde (inquit) *apud Martinum legi natione Margantinum, vel Mangantinum, non vtique Anglum*. Pag. 166

SEd hæ voces an cognomen, vel patriam ſignificent, & vbi terrarum ſit Margantia, vel Mangantia, & an Ptolomæus, Strabo, Solinus, aut alij Margantiæ, aut Mangantiæ meminerint, non docet Mornæus. Itaque neſciò, quā audacia meretricem aſſerat in Cathedra Romana ſediſſe, cuius vel patriam ignorare ſe fatetur. Fingunt, eam Athenis ſtuduiſſe; cùm tamen Athenis tùm nullæ ſcholæ eſſent: & ſcribunt Zonaras, & Cedrenus in vita Michaelis, & Theodoræ Imperatorum, circa finem Imperij Michaelis, quando nimirùm ſolus regnabat, matre excluſa, bonarum artium, & Philoſophiæ ſcholas à Barda Cæſare reſtitutas fuiſſe, cum vſque ad illud tempus per annos plures ita fuiſſent ſtudia extincta ſapientiæ in Græcia, vt ne veſtigium quidem vllum extaret. At Imperium illud Michaelis ſolius, Theodora amota, incidit in tempora Nicolai primi, qui ſucceſsit Benedicto 3. ſucceſſori (vt iſti fingunt) Ioannæ Papiſſæ. Quomodo ergo potuerat Athenis ſtudere, præceptores ibi bonarum artium nanciſci, Latinam, & Græcam linguam, ſacras item litteras ita diſcere, vt Romam veniens paucos admodum pares, nedum ſuperiores haberet? At Mornæus inſtauratas quidem à Michaele Imperatore Barda, ſcholas, prout Zonaras eſt teſtis, fatetur.

Quas (inquit) *refriguiſſe veriſimilius quàm penitus intercidiſſe*. Pag. 166

SEd huius ſuæ interpretationis debuit nobis citare aliquem authorem; nam Cedrenus, & Zonaras prorſus antè extinctas bonas litteras, ita vt ne veſtigiū quidem earum, aut ſcintilla extaret, à Barda reſtitutas ſcribunt. Alia ſunt ridicula, quæ inani huic fabulæ intexuit, in quibus refellendis non eſt, quod diutius immoremur: & quæ attulit pro refutatione rationum Onuphrij, adeò ſunt futilia, & inania, vt ea amplius refellere ſit operam ludere, & tempus in vanum terere.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum trigeſimumſecundum.

Pag.169

Ne eos tamen, tanto pudore ab incæpto deterritos putes, eò arrogantius frontem commaſculant.

ET impudentiſsimum hominem, nihil mirum, ſi nullus pudor à calũnijs, & manifeſtiſsimis impoſturis in. Sedem Apoſtolicam deterreat; ſi hæreticum perditiſsimum tàm manifeſta argumenta aſſertæ veritatis, & inanis fabulæ impugnatæ non conuincunt: ſiquidem *nemo poteſt corrigere, quem Deus deſpexerit* Eccleſiaſt.7. *& impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit* Prouerb. 18 *Miſera certè hominis vita* (ſcribebat Epiphanius, hæreſi 41. contra Cerdonianos) *vbi relicta Dei via errat, & vbi à Dei vocatione ſe ſeparauit.*

Pag.169

Anno 855. Benedictus tertius Iohanni, an Iahannæ ſuccedit, Imperatore inconſulto, cui, ex poſt facto electionem eius ſignificare ſat habent.

Schiſmaticè contra Benedictum 3. electum Pontificem.

BEnedictus tertius, vt ſuperius demonſtratũ eſt, non Ioannæ, tàm acriter à Mornæo cõfictæ, ſed Leoni quarto, cùm quindecim dies dũtaxat Sedes vacaſſet, ſuffectus eſt, & legitimè electus, atque ordinatus Pontifex. Interim ſeditioſi quidam Anaſtaſium Cardinalem, qui prius in Sancta Synodo, præſidente Leone ſanctæ memoriæ Præſule, ritè ſecundum ſacrorum Canonum promulgationes excommunicatus, depoſitus, & anathemate vinctus fuerat, per Legatos Imperatorum vi, atque armis intẽtatis temerè intruſerunt, ac Benedictum è Laterano exegerunt. Verùm cum nullis minis adduci poſſent Epiſcopi, Clerus, & Populus, vt in Anaſtaſium conſentirent. & Spiritu Sancto repleti dicerent: *Nunquàm in depoſitum, & anathemate à Sancto Præſule, beataque Synodo vinctum conſentimus, ſed modis omnibus abijcimus, & à Dei cætibus ſegregamus*: cedere coacti ſunt Imperatoris Legati, his verbis Epiſcopos allocuti: *Accipite veſtrum electum, & in quam vultis Baſilicam eũ deducite. Et modò Anaſtaſium, quem depoſitum dicitis ab hoc Patriarchio deijcimus.* Benedictus à ſuis ad Baſilicam ad Præſepe deductus, ibi per triduum precibus, ac ieiunijs vacauit. Tũ verò qui Anaſtaſium legerant, ad eum profecti, ad terram procũbentes veſtigia ipſius oſculari cæperunt, atque errati veniam petierunt. Qua haud grauatè conceſſa, Benedictus in Lateranum deductus eſt. Inde Anaſtaſio ſchiſmatico in carcerem coniecto, atque abdicare coacto, iterum in Pontificia ſede locatus, & è Laterano perductus in Vaticanum 3. Kalend. Octobris, præſentibus Legatis, eſt conſecratus. Hæc Anaſtaſius

Extinguitur.

& alij. Vnde ex tota hiſtoria conſtat, non iuſſiſſe Legatos Imperatoris, vt cõſecraretur; ſed inuitos conſenſiſſe eius legitimæ electioni, & ordinationi, & abdicationi Anaſtaſij, qui è contra ſacros Canones vi, & armis intruſerãt. Vnde conſtat, primum actum legitimum fuiſſe, eoque legitimè Pontificem inſtitutum Benedictum 3. ac in Sedem illius per ſummum nefas intruſum Anaſtaſium, neque tum Pontificem eſſe cæpiſſe Benedictum 3. cũ, abdicato Anaſtaſio, & cedere coacto, conſenſerunt, vt conſecraretur Pontifex; ſed quando primum ab Epiſcopis, & à Clero, accedentibus populi ſuffragijs, electus eſt.

Benedictus 3. conſecratur Pontifex præſentibus Legatis Imperatoris, non iubentibus.

Benedicto 3. è viuis ſublato ſufficitur Nicolaus primus vnanimi cõſenſu ab omnibus electus. Anaſtaſius: *A nobiliſſimorum* (inquit) *cætibus, cunctoque etiam populo in Baſilicam Beati Petri deductus Apoſtoli præſente Cæſare conſecratus eſt, Apoſtolicaque ſublimatus in Sede, factus eſt Pontifex. Et Miſſarum ſolemnia ſupra ſacratiſſimum corpus Apoſtoli beatificè celebrauit. Qui denſis Optimatum populique agminibus cum hymnis, & canticis ſpiritualibus in Patriarchium iterum Lateranenſe perductus eſt. Coronatur denique, Vrbs exultat, Clerus lætatur, Senatus, & populi plenitudo magnificè gratulabatur.* Refert poſtea Imperatoris ſubmiſsionem erga Papã, quod cùm Beatiſsimus Præſul ad eum cũ Proceribus, & Optimatib' Romani nominis properaſſet, excellentiſsimus Auguſtus obuius in aduentum eius occurit, frænumque Cæſar equi Pontificis ſuis manibus appræhendens, pedeſtri more, quantum ſagittæ iactus extenditur, traxit. Sigonius libro 5. de Regno Italiæ anno 858. ſemel atque iterum id contigiſſe ſcribit, etiã oſculo ſancto pedi oblato. Gloſſa Mornæi:

Benedicti tertij ſucceſſor Nicolaus 1.

Ludouici Imp. humillima obſequia erga Nicolaum.

Pag.170

Arduum ſimul & præceps ingenium (Nicolai) *à veſtibulo ſeſe exeruit, cũ pietate an aduerſitate Imperatoris abuſus, in anguſtias à Saracenis redacti; frænum equi ſui, tantum Principẽ pedeſtri more manibus ſuis apprehẽdere, ſemel atque iterum fert non inuitus.*

Quam ob cauſſam.

PRimùm dicimus, Ludouicum Imperatorem, quia Chriſtianiſsimus Princeps erat, Pontificẽ tanto honore proſecutum eſſe: Mornæum verò, quia perfidus, & ſacrilegus eſt hæreticus, hanc gloſſam textui affigere. Deinde, falſum eſt, Imperatorem tùm à Sarracenis in vllas anguſtias redactum fuiſſe. Et hanc cauſſam honoris à Cæſare Pontifici exhibiti fingit pro arbitrio; immò tùm Ludouicum in Lombardiam ſe recepiſſe, omnes teſtantur. Et meritò quidem iudicaſſet Imperator, ſibi ad de-

Oo bellan-

bellandos Sarracenos Chriſtiani nominis hoſtes non parum conferre poſſe cultum ſacræ Religionis, & honorem Pontifici exhibitum; ſiquidẽ honor ille in Pontifice exhibetur Chriſto, cuius vices gerit; qui dicit 1. Reg. 2. *Ego honorantes me glorificabo. & qui contemnunt me, erũt ignobiles*, item Zach. 2. *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei*, & Luc. 10. *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit*; vt non citra magnum præmium honorari à fidelibus, nec impunè contemni ab infidelibus ſummum Pontificem, omnium Chriſti miniſtrorum longè ſupremum, intelligamus: quem nec debitus honos exhibitus, ſed officiũ erga Religionem adegiſſet ad opem Imperatori ferendam, ſi in anguſtias à Sarracenis redactus fuiſſet.

Pag. 170

Hic ille eſt (inquit) *quem Gregorio Magno comparare ſolent.*

Nicolaus 1. Gregorio Magno meritiſſimò cõparatur.

ET meritò quidem Rheginonis iudicium ſequuti, qui ad annũ Chriſti 868. ita ſcribit: *Nicolaus ſanctiſſimus & beatiſſimus Papa poſt multos pro Chriſto labores & multa pro Sanctæ Eccleſiæ inuiolabili ſtatu certamina, migrauit ad Cæleſtia Regna, recepturus pro adminiſtrata fideliter ſibi credita diſpenſatione à largiſſimo Domino immarceſſibilem gloriæ coronam. De cuius Deo placitis actibus plura poterant dici relatu digna, niſi breuitati ſtudentes, cauſſas rerum magis ſummatim notare, quàm explanare propoſuiſſemus. Denique poſt beatum Gregorium vſque in præſens nullus Præſul in Romana Vrbe Pontificali honore ſublimatus illi videtur æquiparandus. Regibus ac Tyrannis imperauit, eiſque, ac ſi Dominus Orbis terrarum, authoritate præfuit. Epiſcopis et Sacerdotibus, Religioſis ac Domini mandata obſeruantibus humilis, blandus, pius, manſuetus apparuit; irreligioſis & à recto tramite exorbitantibus terribilis, atque auſteritate plenus extitit; vt meritò credatur alter Elias (Deo ſuſcitante) noſtris in temporibus reſurrexiſſe, etſi non corpore, tamen ſpiritu & virtute.* Hæc Rhegino. De eodem Sigonius lib. 5. de Regno Italiæ anno 867. *Gregorium Magnum, vt cognomine, ſic gloria adæquauit.* Otho Phriſingenſis lib. 6. cap. 3. eum appellat *religioſum, ac Dei zelo plenum Sacerdotem.* Et Anaſtaſius: *Nulla niſi cæleſtia cogitabat, ieiunijs, vigilijs, & orationibus nocte, ac die uacans, nec requiem corpori, nec membra dabat ſopori. Nam ſi cuncta quæ Chriſti gratia plenus uirtutibus atque fide ſanctitatis opera geſſit, & moribus, uitaque docuit & impleuit, chartis inſerere uolumus; prius fortaſſe membrana, quàm ſermo deficeret.*

Pag. 170

Anno 860. Iohannes Archiepiſcopus Rauennas antiquam litem renouat, à Sede Romana ſe nequaquam pendere præſeferens, ac protinus fit hæreſeos ſuſpectus; qua nempe nulla Pontificibus odioſior.

Ioann. Archiep. Rauẽnas à Nicolao priuatur communione, & Pontificali officio: quã ob cauſã.

EQuidem incidit ille in pœnam temerè litigantium; neque enim de iure Romanæ Eccleſiæ in Rauennatem lis vnquam aut mouenda, aut renouanda fuit; cum eſſet manifeſtum, & toties Rauẽnates Archiepiſcopi, ad fidem, & obedientiam Eccleſiæ Romanæ redeundo, id iam profeſſi eſſent. Hiſtoria tota recenſetur ab Anaſtaſio in Pontificali, Hieronymo Rubeo lib. 5. Hiſt. Rauenn. Sigonio libro 5. de Regno Italiæ anno 859. Ioannes ille Archiepiſcopus vetere Eccleſiæ ſuperbia elatus, Pontificiam authoritatem prorſus repudiabat, neque ei ſe obnoxium eſſe per ſcriptas à ſe tabulas aſſerebat, & hæreſis ſuſpectus erat, ac iura Epiſcoporum Aemiliæ deteriora faciebat. Quæ cum Suffraganei Pontificatu Benedicti 3. pertuliſſent, Nicolai ſpectata ſeueritate illecti, ad eum confugerunt, ac crimina omnia Ioannis aduerſus ſe, ius ab eo poſtulantes, narrarunt. Quibus auditis reſpondit Pontifex, ſe calamitatibus eorum remedium allaturum, ac Ioannis Archiepiſcopi impotentiam compreſſurum. Illum itaque ter Romæ coram ſe adeſſe præcepit, ac demum imperium detrectantem communione, & officio Pontificali priuauit. Qua re ictus Ioannes Ludouicum Papiæ conuenit, & vt ſibi adeſſet, Suffraganeorum ſuorum conſpiratione deiecto, rogauit.

Ioãnes confugit ad Ludouicũ.

Ludouicus à Nicolao impetrat, vt illius cauſſa audiatur: ad quod Nicolaus indicit Synodũ, & de obiectis illi criminibus inquirit.

Ita Ludouicus à Pontifice, vt audiatur eius cauſſa, impetrat. Nicolaus, ne cuiquam iniuriam feciſſe videretur, conuentum ad eam rem cognoſcendam indixit. Vitalis Patriarcha Gradenſis, & Epiſcopi ex Campania, Thuſcia, Pentapoli, Aemilia, alijſque Prouincijs Romam à Pontifice vocati conuenerunt, vt de criminibus Ioanni Archiepiſcopo obiectis, cognoſcerent. Ipſe etiam Ioannes citatus ad dicendam cauſſam acceſſit. Primo die cum Epiſcopi vna cum Pontifice, & Imperatoris Legatis in ædibus Leonianis conſediſſent, Ioannes de detrectato Pontificis imperio eſt accuſatus. Cui accuſationi cum reſpondere in re manifeſta non poſſet; erratum confeſſus, Pontificis miſericordiam implorauit, ac repudiatis tabulis promiſsionis, & ſacramenti, quas tẽpore conſecrationis ſuæ præciſa, atque obſcura nimis oratione conſcripſerat, nouas alias apertiores, & ſinceriores exarauit, eaſque ſuper Cruce, & ſacro Euangelio poſitas recitauit clara voce, omnibus audientibus, iurans, ſe, dum vita ſuppeteret, conſtantiſsimè, quæ in eis ſcripta eſſent, omnia ſeruaturum. Poſtridie eius diei Epiſcopi in Lateranum conuenerunt, vbi Ioannes de hæreſi cauſſam dixit. Quod crimen cum ſatis diſertè viſus eſſet diluiſſe; veniam, ac rei diuinæ faciendæ ius impetrauit. Tertiò die in Leonianis ædibus iterum fit conuentus, & cauſſa Epiſcoporum Aemiliæ aduerſus Archiepiſcopum audita; vbi ſe ab eo oppreſſos, & multis oneribus grauatos, conqueſti ſunt. Hæc itaque Pontifex, præſente Concilio, Ioanni iniunxit: *Secundo quoque anno Sedem Apoſtolicam viſitato, niſi aut aduerſa valetudine præpeditus, aut Pontificis beneficio abſolutus. Epiſcopos per Aemiliam ne conſecrato, niſi à Clero populoque electos, & litteris ſuper ea re à Pontifice miſſis. Eoſdem Epiſcopos, quotieſcunque ad Apoſtolicam Sedem venire voluerint, ne probibeto, & nullam ab eis pecuniam, niſi quæ legibus*

Quæ Nicolaus iniungit Ioãni.

con-

Digitized by Google

contineatur, exigito. Nullius hominis res, quocunque modo, aut iure partas, & poſſeſſas, aliqua ratione occupato, aut titulum ſuperimponito, donec in præſentia Apoſtolici, aut Legati eius, aut veſtrarum Rauennæ legitimè illas in iudicio obtineas. Prædia, quæ à iure Sancti Petri ad ius Sancti Appollinaris tranſtuliſti, & per Emphyteuſim ſingulis hominibus tribuiſti, diligenter exquire, & ipſas Emphyteuſes reſcinde, & Sancto Petro, cuius fuerunt, reſtitue. Atque hæc vbi ſanciuit Pontifex, & Ioanni iniunxit, ter acclamatum à Sancta Synodo: *Rectum iudicium ſummi Præſulis; iuſta definitio Paſtoris totius Eccleſiæ, ſalubris inſtitutio Chriſti diſcipuli omnibus placet. Omnes eadem dicimus, omnes eadem ſapimus, omnes eadem iudicamus.* Vulgus adulatorum Pontificiorum vocant Magdeburgenſes; ſiquidem omnes Catholici illorum iudicio nō alij ſunt, quàm adulatores Pontificis. Ex his interim conſtat, mentiri Mornæum, cum ſcribit, Suffraganeos à Nicolao Pontifice in Archiepiſcopum concitatos; cùm illi ab eo grauiter oppreſi, & multis damnis affecti, iuſtas querimonias ſuas ad Pontificem detulerint, qui nihil pronunciarit in eum niſi ex ſententia Synodi. Quod item ſcribit, Pontificem

Nicolai iudiciū à Synodo cōprobatum.

Mornæi mēdacium de Nicolao.

Pag.170 ***Nihil moratum Principis preces, quippe qui eius ope, operaque indigeret:***

Hoc certè confictum; nam in gratiam Imperatoris audita Ioānis Archiepiſcopi cauſſa, communioni, & ſedi reſtitutus eſt, à qua iuſtè ob contumaciam fuerat deiectus. Et quidem refert Anaſtaſius, cum Archiepiſcopus Imperatoris auxilium imploraret, per internuncium hæc illi mandaſſe: *Vadat, & faſtu elationis depoſito tanto ſe humiliet Pontifici, cui & nos, & omnis Eccleſiæ generalitas inclinatur, & obedientiæ ac ſubiectionis colla ſubmittit; quia quod cupit, aliter minimè conſequi poterit.* Hæc tanta Principis ſententia, cuius non alia erat mens, quàm vt Archiepiſcopus ille contumaciam deponeret, ac Pontificis obediens dictis eſſet. Equidem ex eadem Imperatoris ſententia Mornæus cum ſuis generalitate Eccleſiæ excluduntur, qui ab obedientia Pontificis reſilierunt, &, vt Papale iugum, quod vocant, & nos iugum Domini ſuaue interpretamur, excuterent, iugo Diaboli colla ſubmiſerunt. Illud item ex officina mendaciorum Mornæi profectum, Ioannem in certam pecuniæ ſummam, quod antea negarat, ſeſe obligaſſe. Cætera item fictitia, quæ ex ſuo Authore coætaneo producit, nempe Iohannem Nicolao fuiſſe exoſum, quòd Imperatori nimis familiaris eſſet, eumque, quòd Ludouicus Rauennatis cauſſam ſuſcepiſſet, inſpirationis cœleſtis prætextu de coronando in Imperatorem Carolo Caluo cogitaſſe. Vt ex tota hiſtoria à grauiſſimis Authoribus relata conſtat, hæc omnia meræ impoſturæ, & calumniæ.

Ludouicus Ioāni ſuaſit vt ſe humiliaret Pontifici.

Mendacia Mornæi de Nicolao Pont.

Pag.170 ***Nec hic tamen ſubſiſtendum ſibi retur. Lotharius Lotharingiæ Rex Valdradam concubinam deperibat &c.***

HAEC hiſtoria incidit in annum Domini 864. & recenſetur ab Anaſtaſio in Pontificali, Rheginone, Mariano Scoto; Sigeberto, Auentino libro quarto Annalium Boiorum, Sigonio libro quinto de Regno Italiæ. Extant etiam de hac cauſſa plures Epiſtolæ Nicolai primi Tom. 3. Epiſt. Pontif. Rom. 48. 49. 50. 51. 53. 55. 58. De hoc etiam fuſè Annales incerti Authoris eodem anno. Lotharius Rex Lotharij Imperatoris filius, & Ludouici Imperatoris frater, Ludouici Pij nepos, pronepos Caroli Magni, propter Valdradam, concubinam ſuam odio habens legitimam vxorem Thietbergam, cum Gunthero Colonienſi Epiſcopo, ac per eum cum alijs agit, vt Epiſcopali authoritate liceret ei vxorem repudiare. Eiuſmodi ergo ſententiam in Concilio Metenſi ab Epiſcopis pronunciari curat, vbi etiam ipſa Thietberga de inceſtu cum fratre commiſſo poſtulata, teſtibus ſubornatis reuincitur. Poſtmodum alter ex compoſito Aquis conuentus cogitur; vbi decretum, illam iuſtam vxorem non fuiſſe, quæ publico iudicio inceſti damnata eſſet, & ipſum Lotharium ritè aliam vxorem ducere poſſe. Quæ poſtquam Lotharius impetrauit, lætus ſtatim ſibi Valdradam matrimonio copulauit. Hæc omnia ſtatim ad Nicolaum Pontificem Thietbergæ fratres detulerunt, iuſque ſibi, ac ſorori in cauſſa, quæ ſummam Religionis attingeret, popoſcerunt. Nicolaus cum hæc, & noua, & à ſacris legibus diſſidentia nequaquam putaret eſſe ferenda; continuò Legatos duos deſtinauit, qui omnia vti eſſent geſta cognoſcerent, & cognita renunciarent. Rectè Sanderus libro ſeptimo de viſibili Monarch. Eccleſ. §. 649. *Hic manifeſtè apparuit* (inquit) *quàm neceſſarium ſit, non modò vt vnus ſummus Pontifex Eccleſiæ toti præſit, verùm etiam vt is à Spiritu Sancto gubernetur, vt Eccleſiam in re quapiam grauiſſima errare non permittat. Alioqui partim vi, ac tyrannide, partim opibus, & blanditijs Principum iuſtitia penitus extingueretur.* Quid enim aliud iam præter ſummi Pontificis authoritatem reſtabat? Epiſcopi Germaniæ, & Galliarum in publica Synodo vel ſeducti ſunt, vel ſeduxerunt alios. Legati à Sede Apoſtolica miſſi accepta pecunia rem infectam reliquerunt. Rex abdicata per iniuriam coniuge, ſecundam, quod fœdius erat, ex Epiſcoporum authoritate ducturus erat.

Lotharius Rex, repudiata Thietberga legitima vxore, Valdrada concubina nubit.

Lotharij facta ad Nicolaū Pont. deferuntur.

Hinc vnius ſummi in Eccleſia Pont. & à Spiritu S. gubernati neceſſitas apparet.

Quod ergo ſolum, & ad fidei præſidium, & ad honeſtatis tutelam ſupererat, Nicolaus Archiepiſcopos Colonienſem, & Treuerenſem Romam vocat, ac opem Imperatoris fruſtra implorantes omni Eccleſiaſtica dignitate priuat. Lothario, ni pellice abdicata vxorem reuocet, anathema denunciat. *Vnde* (inquit Rhegino libro ſecundo Chronic. ad annum 866.) *Vellet nollet, Thietbergam Reginam in matrimonium recepit.* Qui cum cætera, fuſè enarraſſet in tam inſigni cauſſa, ſic meritò ſcribit, *Stultitiæ quidem elogio denotandi, qui illam Petri Sedem aliquo prauo dogmate fallere poſſe arbitrati ſunt, quæ nec ſe fefellit, nec ab aliqua hæreſi vnquam fal-*

Nicolaus exauthorat Archiepiſcopos Colonienſem, & Treuerenſem huius facti probatores.

Lothario, ni vxorem reuocet anathema denūciat.

li potuit. Sigebertus in Chron. ad annum 863. *Guntharius, & Thietgaudus Archiepiſcopi Romæ à Papa Nicolao pro adulterio Lotharij Regis examinati, cùm & ſuis Synodalibus geſtis, quæ præferebant, & ſuorum ore etiam conuicti fuiſſent; Epiſcopatu, & ſacris gradibus exordinati, anathematizati ſunt, eiſque tamen Laicalis communio conceſſa eſt*. Tritemius in Hirſaugienſis Monaſterij Chronic. ad annum 865. *Sanctus Papa Nicolaus primus Lotharium Regem fratrem Imperatoris, propter Thietbergam Reginam iniuſtè repulſam, vna cum pellice Vualdrada excommunicat ad inſtantiam fratrum Reginæ, qui cauſſam ad Apoſtolici audientiam detulerunt. Ob eandem cauſſam Guntherus Colonienſis, & Thietgaudus Treuerenſis Archiepiſcopi ab eodem Papa depoſiti vſque ad laicalem ſtatum, dignam iniquitatis ſuæ mercedem acceperunt, quippe qui falſis criminibus arte confictis, Reginam innocentem damnare præſumpſerunt*. Scribit Anaſtaſius in Nicolao primo, eos Romæ Pontifici obtuliſſe libellum, aſſerentes ſe nihil plus, vel minus egiſſe, niſi ſicut libellus ipſe cantabat. *Quo diligentiſſimè ſcrutato, non pauca in eo reperta ſunt profani & multis inauditi ſermonis turpitudinem habentia, quę Epiſcopalem excedentes ordinem, ipſos ſicut phreneticos ligauerunt Archiepiſcopos*: qui & authores ſe tanti diuortij fuiſſe clamabant. Ex quibus conſtat, quàm maledicè Magdeburgenſes, & Mornæus Nicolaum accuſent, quaſi eos inauditos damnarit, & Eccleſiaſticis dignitatibus exuerit. Extat Epiſtola Nicolai 58. in ordine Tomo tertio Epiſt. Rom. Pontificum ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos in Regno Ludouici Regis conſtitutos, qua eos reprehendit, quòd nimium ſolliciti eſſent de Epiſcopis his depoſitis, & eorum depoſitionis cauſſas recenſet, ac Metenſem Synodum & cum Epheſino latrocinio reputatam, Apoſtolica authoritate ſancinit eſſe damnandam, nec vocari *Synodum*, ſed tanquam adulteris fauentem, *proſtibulum* appellari decernit.

Nicolaus eos Archiepiſcopos dānauit non inauditos.

Imponunt Magdeburgenſes Nicolao, quod contra Dei inſtitutionem approbarit diuortia, nempe quod matrimonium Lotharij, & Thietbergæ diſſoluerit: quod falſum eſſe indè conſtat; nam Lotharius, vt anathema Pontificis euitaret, Vualdrada reiecta, legitimam coniugem coactus eſt recipere: iurauit ſe vt iuſtam vxorem habiturum: idem duodecim Proceres iurarunt. Verùm Lotharius illecebris, & conſuetudine concubinæ captus, & cum ſatis alioqui ſua ſponte inſaniret, ab aſſentatoribus magis inſtigatus Thietbergam ſubornatis teſtibus adulterij condemnare, deinde de ea quaſi adultera pœnas ſumere, ſiue eandem ad ſingulare certamen prouocare ſtatuit. Quod vbi ipſa reſciuit, clam in Galliam ad Carolum fuga elabitur, Pontificem Maximum appellat, ſe Regno, marito, opibus cedere, cęlibem vitam, & priuatam, ſi modò liceat, degere pollicetur. Quod Pontifex mulieri, niſi idem faciat maritus, pernegat Epiſtola 48. ad eandem: *Si amore pudicitiæ, vt aſſeris, ſolutionem matrimonij quæris; hanc tibi nullo pacto noueris tribuendam, niſi vir tuus eandem pudicitiam non fictè ſectatus extiterit*. Et Epiſt. 50. ad Carolum Regem, & verba referuntur 27. q. 2. cap. 26. *Scripſit nobis Thietberga Regina, ſe regia dignitate, vel maritali copula velle exui, & ſola vita priuata eſſe contentam deſiderare. Cui nos reſcripſimus, non aliter hoc fieri poſſe, niſi eandem vitam coniux eius Lotharius elegerit*. Et Epiſt. 51. ad Lotharium Regem: *Nam licet ſcriptum ſit: Quod Deus coniunxit homo non ſeparet; Deus tamen, & non homo ſeparat, quando diuini amoris intuitu, ex conſenſu vtriuſque coniugis matrimonia diſſoluuntur. Aliter autem fieri mutuam veſtram ſeparationem prohibemus*. Non igitur contra Dei inſtitutionem matrimonia diſſoluebat Pontifex. Neque enim ſoluebat vinculum ipſum matrimonij (quod contrarium eſt Dei inſtitutioni) ſed diuini amoris intuitu, ex conſenſu coniugum, quoad thorum, & cohabitationē ſeparari permittebat.

Impoſtura Magdeburgenſium.

Annon verò ex facto Pontificis conſtat, Magdeburgenſes manifeſtos eſſe impoſtores? Siquidem Pontifex Vualdradam Lotharij concubinam anathemate percuſsit, nec permiſit vnquam, vt Lotharius, legitima repudiata cōiuge, eam duceret in vxorem: neque id permiſerunt vnquam ſacri Canones, vt, vxore legitimè ducta repudiata, & diſſoluto vinculo matrimonij, quis alteram ſuperinduceret. Proſequitur Mornæus:

Hoc primum anathema & interdictum in Reges noſtros Pontifices vibraſſe leguntur, dum partim ex diſcordijs poſterorum Caroli, partim ex eorundem peccatis & flagitijs vires ſumunt, quorum & memoriæ, in compluribus decretis notam inuſſerunt; Lotharij præſertim &c. Pag. 171

Reſpondetur, excommunicādi poteſtatem, quam habet Pontifex, non modò ad priuatos, ſed & ad Reges, & Principes ſeſe extēdere, nec primum eſſe Lotharium Principem, qui à Pontifice ſit excommunicatus; ſed fortaſſe primum eſſe ex Regibus Francorum, qui iuſtā occaſionē anathemati dederit. Nec eius memoriæ notam inuſſit Pontifex, qui tàm ſtudioſus fuit eius ſalutis: Imperatori Ludouico fratri, patruo Carolo Caluo Regi Francorum, ipſi Lothario ſcribit, obſecrat, admonet, minatur, territat, vt legitimam vxorē recipiat. Ipſe ſibi Lotharius infamiam contraxit; non Pontificū Canones, & Decreta notam ei inuſſerunt; alioqui certè magis tot Scriptores, qui fœdam libidinem Lotharij ſcriptis mandarunt, & zelum Pōtificis in re tanti momenti probarunt, notā memoriæ ipſius inuſſerūt. An verò ſi quid legimus in Scriptura ſacra erratum aliquādo à ſanctis viris; ideò ſacram Scripturā Mornæus accuſabit, quod illorum memoriæ notam inuſſerit? Sic enim refert Iudæ congreſſum cum Thamar nuru ſua, Rubem aſcendiſſe cubile patris ſui, homicidium in Vriam, & adulterium cum Berſabea à Dauide commiſſum: qui inde notam

Pōtifex excōmunicare poteſt nō priuatos ſolū, ſed etiā Reges.

Pōtifex Lotharij memoriā notā non inuſſit, ſed eā ſibi ipſe contraxit.

notam memoriæ ſuæ aliquam contraxerunt, nō Scriptura illis inuſſit; ſicut nec Petro, quod referat eum negaſſe Chriſtum, nec Matthæo, quod, publicanum fuiſſe, nec Paulo, quod, perſecutum eſſe Eccleſiam Dei; vt proinde nec ipſa Scriptura accuſanda ſit, quod aliquam illis notam inuſſerit. Quorſum igitur iſte Pontificem, & Canones accuſat, quod Lotharij memoriæ notam inuſſerit? Non certè euulgauit illius crimen Pontifex, quod occultum eſſet 2.q.1.cap.16. *Quæ Lotharius Rex nepos veſter facit, accuſatore non indigent, manifeſta quippe ſunt (teſte Apoſtolo) opera carnis, fornicatio, immunditia &c.*

Nicolaus (inquit) *Epiſcopis Italiæ, Galliæ, & Germaniæ ſcribens peraudacter; Rex Lotharius, inquit, ſi tamen Rex verè dici poteſt &c.* Pag. 171

PRimùm illa Epiſtola inſcribitur Epiſcopis, dumtaxat in Regno Ludouici Regis Germaniæ conſtitutis. Deinde pro more ſuo ſupprimit, quæ ad rem maximè faciunt, ſic enim Pontifex: *Scelus, quod Lotharius Rex (ſi modo qui libidini ſeruit, nec ſibi imperare poteſt, qui ſtupris, adulterijs, Regiam Maieſtatem polluit, Rex dicendus eſt) perpetrauit &c.*

Mornaeus Nicolai verba ſupprimit, quæ ad rem faciunt.

Nicolaus (inquit) *ſæculi potius ratione, quàm Religionis zelo motus, quippe qui hoc ipſo tempore Balduinum Comitem Flandriæ, ambabus vlnis Romæ excipere, & amplecti non erubeſcit, qui Iuditam Caroli Calui Regis filiam raptam, abduxerat &c.* Pag. 171

VErùm neque raptum probauit, neque fuit author raptus Balduini ipſe Pontifex, neque eum Romæ ambabus vlnis excepit. Id cōſtat ex Epiſtola ipſius Nicolai 30. ad Carolum Regem: *Nouerit dilectio veſtra, Balduinum, vt nobis intimatum eſt, qui natam veſtram ſibi furto in vxorem contra fas ſociauit, quem ideò venerandi Præſules Eccleſiam Domini in Regno veſtro gubernantes, vinculis anathematis obligarunt, ad limina Apoſtolorum acceſſiſſe, & vt à vinculis ſolueretur, atque per nos gratiam inueniret ſedem adiiſſe Apoſtolicam. Nos autem non ſolum eum à vinculis minimè abſoluimus, aut in communione noſtra recepimus; ſed potius tàm præſumptuoſam temeritatem deteſtati ſumus; atque veſtri pectoris naturalem affectum conſiderantes, doluimus, veſtræque mæſtitiæ participes effecti, vobis hodieq; compatimur.* Si non eum abſoluit ab anathemate, nec in communionem recepit; quomodò excepit *ambabus vlnis*, & amplexus eſt? Verùm quia gemēs & dolens Romam ad Nicolaum Pontificem ſe contulerat, interpellans eum, vt ſuis precibus Carolum ſibi conciliaret, quem iuſta cauſſa infenſiſſimum pateretur; hoc officium præſtitit ipſi Pontifex, ſiquidem Epiſtola citata ſubiungebat: *Verùm quoniam ad diuina ſeſe præſidia contulit, amatorumque veſtrorum Petri & Pauli Apoſtolorum Principum ſibimet expetijt afferre ſubſidia; non potuimus omittere, quominus, vt gratiam veſtram perciperet, apud piam excellentiam veſtram interueniremus.* Extat eiuſdem argumenti Epiſt. 20. Nicolai ad Carolum Regem, & 21. ad Hermetrudam Reginam, quibus obnixè eos precatur, vt Balduino parcant, eumque in gratiam recipiant. Timebat verò Pontifex, ne Balduinus propter iram, & indignationem Regis deſperatione victus, Normanis Sanctæ Dei Eccleſiæ hoſtibus ſe coniungeret, & in populo Dei graue aliquod periculum ingereret, & ſcādali fomitem, quo fidelium cætus depopularetur, immitteret: cui periculo cupiebat Pontifex vt Rex proſpiceret, eum in gratiam recipiendo. Porrò ipſum Balduinum receptum fuiſſe tandem in gratiam à Carolo, conſtat ex Epiſt. Nicolai ad eundem Carolum 52. qua ei hoc nomine gratias agit. Conſtat ex Epiſt. Hincmari ad Nicolaum Papam, quæ extat apud Flodoardum lib. 3. hiſt. Rem. cap. 12. vbi hæc habet: *Balduinus, & Iudith iura legum ſæcularium, quæ elegerunt, exequi ſtuduerunt. Dominus etiam noſter Rex filius veſter huic deſponſationi, & coniunctioni intereſſe non voluit; ſed miſſis publicæ rei miniſtris, ſicut vobis promiſit, ſecundum leges ſæculi eos vxoria coniunctione adinuicem copulari permiſit, & honores Balduino pro veſtra ſolummodo petitione donauit.* Vnde & matrimonium conſtat fuiſſe contractum inter Balduinum, & Iuditham conſenſu ipſius Caroli Regis. Et ſi Balduinus rapiendo Iudithem grauiter deliquerat; non tamen Pontificem adeundo, & precibus eius Carolum ſibi conſiliari, & vxorem ſibi concedi, cupiendo. Quorſum igitur impoſtor iſte nugatur, Nicolaum ſæculi potius ratione, quàm Religionis zelo motum fuiſſe? quæ ſæculi ratio ad id officium mouebat Pontificem? Mornæus:

Nicolaus Balduinū excipit contra quàm ſcribit Mornæus.

Tantū inſtis de cauſſis Regē, & Reginā precatur, vt Balduino parcant.

Rex tandē parcit, ipſumq; recipit in gratiam.

Epiſcoporum etiam noſtrorum appellationes inſolentiùs & recipit, & ad ſe trahit, &c. Pag. 171

VErùm vſu perpetuo receptæ fuerunt appellationes vndiq; ad Sedem Apoſtolicam: id volunt ſacri Canones, Capitularia etiam Regum Franciæ: Sardicenſis Synodus id expreſsè ſanciuit. De hoc extant plures Canones apud Gratianum 2.q.6. Et beneficium appellationis cōceſſum eſt oppreſsis iuſtè ad ſuperiorem. Barlaamus Græcus, quem nuper nobis citabat Mornæus, Epiſt. de Primatu Eccleſiæ ad amicos ſuos Græcos: *Multi magni viri* (inquit) *de Orientali Eccleſia, arbitrantes ſe iniuriam eſſe paſſos, ad ſedem illam refugerunt. Magnus Athanaſius, Sanctus Maximus, ſed neque Beatus Chryſoſtomus ſuum ignorauit caput. Paſſus enim maximas iniurias ad tunc Sanctiſſimum Papam omnia refert, qui, quantum in ſe erat, manum auxiliatricem dare iniuriam paſſo, nullo modo neglexit.* Sed à Metropolitanis aliquandō in Gallia Epiſcopos iniuriam paſſos, certò cōſtat, vt ab Hincmaro Remenſi Hincmarum Lau-

De appellationibus ad Romanum Pont.

Digitized by Google

Laudunenſem, & Rothaldum Sueſsionenſem Epiſcopos, qui propterea ab oppreſsione iniuſta ad Sedem Apoſtolicam appellarunt, & ab eiuſdem Præſule ſuis Sedibus ſunt reſtituti. Sed de his iam in Progreſſu ſuperiori. Et Nicolaus Papa in Hincmarum Archiepiſcopum Rhemenſem iuſtè inuehitur, qui Rothaldum Epiſcopum appellantem Apoſtolicam Sedē damnare auſus eſt 2. q.6. c. 13. *Arguta ſapientia tua, vtinam in bono accepta, fomitem iudicij, & materiam depoſitionis aduerſus Rothaldum aſſumpſit, & ab itinere Apoſtolicæ Sedis remouit, & continuatim Sedem Apoſtolicam appellantem damnauit, & carcerali cuſtodiæ mancipauit.* Infra: *Priuilegia tamen Apoſtolicæ Sedis obliuioni tradere nullatenus debuiſtis, quibus venerandi Canones iudicia totius Eccleſiæ ad hanc deferri iubent*: Et infra: *Hæc quippe nos in Rothaldo idcirco noueritis operatos, vt priuilegia Sedis Apoſtolicæ, quæ malè à vobis violata videbantur, & à nobis tot impenſis laboribus, veſtra reſiſtente contumacia, recuperari non poterant, authoritate Apoſtolica, & ſana Patrum deliberatione priſtino tandem genio, & proprio decorarentur honore*: Idem etiam Epiſt. 8. ad Michaelem Imperatorem ſcribebat: *Siquidem ad illam* (Sedem Apoſtolicā) *de qualibet mundi parte Canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus.* Si Nicolaus Pontifex oppreſsis ad ſe prouocantibus iuxta normam ſacrorum Canonum ſubuenit, & Metropolitani alicuius ſententiam reſcindit; hæc iudicio Mornæi inſolentia eſt. Cum enim videat, recens non illud eſſe, ſed perpetuis temporibus obſeruatum, vt ad Sedem Apoſtolicam appellaretur; neque aliud habeat, quod obijciat inſolentiſsimus iuxta atque impudentiſsimus hæreticus, inſolentiæ id Pontificum tribuit.

Eadem (inquit) *arrogantia Galliarum Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſcribit; Romanorum Pontificum Decreto &c.* Pag.172

Mornæus Nicolai Canonē mutilum producit.

VBi tamen mutilum illum Nicolai Canonem, vt cætera falſarius ſolet, producit. Sic enim habetur apud Gratianum diſtinct. 19. capit. 1. *Si Romanorum Pontificum Decreto cæterorum opuſcula tractatorum approbantur, vel reprobantur, ita vt quod Sedes Apoſtolica probauit hodie, teneatur acceptum, & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur* (hæc, quæ ſequuntur, reticuit Mornæus) *Quanto potius, quę ipſa pro Catholica fide, pro ſanis dogmatibus, pro varijs, & multifarijs Eccleſię neceſſitatibus, & fidelium moribus diuerſo tempore ſcripſit, omni debent honore preferri, & ab omnibus prorſus in quibuslibet opportunitatibus diſcretione, vel diſpenſatione magiſtra reuerenter aſſumi?* Ita profert Canonem Nicolai ex Decreto Gratiani de conſecrat. diſt. 1. cap. 8. quem integrum referemus. *Eccleſia, id eſt Catholicorum collectio, quomodò ſine Apoſtolicę Sedis inſtituetur nutu; quandò iuxta ſacra Decreta nec ipſa debet abſque præceptione Papæ Baſilica nouiter conſtrui, quę ipſam Catholicorum intra ſemet amplecti cateruam dignoſcitur?* Ext. 17. q.4. c. 30. producit illum Canonem: *Nemini eſt de Sedis Apoſtolicę iudicio iudicare, aut illius ſententiam retractare permiſſum, videlicet propter Romanæ Eccleſię primatum, Chriſti munere in Beato Petro Apoſtolo diuinitus collatum.* Et ſumptus eſt Canon ex Epiſt. 1. Nicolai ad Michaelem Imperatorem, vbi nō habetur illud, quod ex ſuo addidit Mornæus, *alioquin anathema ſit.* Item illud eſt Nicolai 25. q.2. c. 18. *Si quis dogmata, mandata, interdicta, ſanctiones, vel Decreta pro Catholica fidei diſciplina, pro correctione fidelium pro emendatione ſceleratorum, uel interdictione imminentium, uel futurorum malorum, à Sedis Apoſtolicę Præſule ſalubriter promulgata contempſerit; anathema ſit.* Item ille Canon 6. q.4. cap. 6. *Quod benè ſemel definitum eſt, & interpoſitis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione (niſi fortaſſis ubi fuerit maior authoritas) retractari.* Gloſſa Mornæi:

Alteri ex ſuo addit.

Pag.171

Et ſuam ſe intelligere ſatis prodit. Pag.171

QVid verò habet Aduerſarius, quod in iſtis Canonibus reprehendat? An inſolentia, vel arrogantia eſt, quod veſtigijs prædeceſſorum inſiſtendo (id enim non negabit, qui eadē authoritate Pōtifices Romanos ab initio vſos fuiſſe, in hac ſua hiſtoria Papatus demonſtrat) leges Eccleſiaſticæ diſciplinę in ſuo ſtatu retinendæ vtiliſsimas ſanciuerit? Et Romani Pontifices Canones condiderunt, & controuerſias inter Epiſcopos exortas terminarunt. Verùm, vt ſcribebat Diuus Auguſtinus Epiſt. 118. ad Ianuarium, *non rectè fieri, quod vniuerſa Eccleſia fecit ſemper, & facit, dicere, aut ſcribere inſolentiſſimę inſanię eſt.*

At horrendum in primis (inquit Mornæus) *quod apud Epiſcopos noſtros audet, & hic Baronij candor eminet, qui in tanto pudore erubeſcere non potuerit.* Pag.172

ET horrendum certè, quod ita ſcribat Mornæus. Quid enim illi affine cum Epiſcopis illis Galliarum, qui Catholici, & eiuſdem cum Romana Eccleſia communionis, quorum ſucceſſores ſunt, qui nunc Galliarum Eccleſias adminiſtrant Epiſcopi, & Romanam Eccleſiam matrem omnium Eccleſiarum, & eius Pontificem militantis Eccleſiæ caput agnoſcunt? Vbi Mornæi Eccleſia nec Epiſcopos habet, nec Sacerdotes, nec inferioris ordinis Clericos. Quis verò tantus pudor, in quo Baronius erubeſcere non potuerit, ita oſtendit:

Contra eos enim diſputans (Nicolaus) *qui Decretales Epiſtolas, quas producebat, admittere nolebant; Hincmarum Rhemenſem & alios, Canonum Codici minimè æquiparandas dictitantes, Sacris immò Scripturis veteris, & noui Teſtamenti, coæquare nefas non putat; quin ab eadem authoritate pendere vult: ipſis adeò Decretalibus Epiſtolis ſubijcit.* Pag.172

Hanc

Digitized by Google

Decretales Epiſt. à Nicolao æquatas eſſe ſacris Scripturis, aut has illis ſubiectas impoſtura eſt.

HAnc eſſe meram impoſturam, facilè oſtendemus. Vt conſtat Ex Epiſt. 42. Nicolai ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos Galliarum, & refertur apud Gratianum diſt. 19. c. 1. nonnulli aſſerebant, ideò non eſſe admittendas Decretales Epiſtolas priſcorum Pontificum Romanorum, quia in Codice Canonum non habebantur adſcriptæ. Sic igitur arguit Pontifex: *Ergò nec Gregorij Sancti, nec vllius alterius, qui ante, vel poſt ipſum fuit, eſt aliquid inſtitutum, vel ſcriptum recipiendum, eo quòd in Codice Canonum non habeatur adſcriptum. Ergò doctrinam eorum, & ſanctiones de codicibus ſuis eradant. Vt quid vel membranas occupant, poſtquam non habentur acceptæ? Sed quare multum immoremur, cũ nec ipſas diuinas Scripturas noui, & veteris Teſtamenti iam recipiemus, ſi iſtos duxerimus audiendos? etiam neutrum horum in Codice Eccleſiaſticorum Canonum habetur inſertum &c.* Quaſi dicat: quod erit magis abſurdum, cum multò ſit abſurdius non admittere Scripturas Sacras, quàm Decretales Epiſtolas Romanorum Pontificum: & hoc tantum vult Pontifex, non valere eorum argumentum, non admittendas Decretales illas Epiſtolas priſcorũ Pontificum, quia in Codice Canonum non habentur adſcriptæ; quia Scripturæ Sacræ, quas tamen nemo admittendas dubitat, non habẽtur etiam ibi adſcriptæ. Hoccine, quæſo, eſt Decretales Epiſtolas Pontificum Scripturis veteris, & noui Teſtamenti coæquare, ipſis adeò Decretalibus Epiſtolis ipſas ſubijcere? Certè Scripturas veteris, & noui Teſtamenti à Spiritu Sancto dictatas eſſe, non prudentia, aut ratione humana concurrente aliqua, dicimus. Theodoretus Præfat. in Pſalmos, & S. Gregorius Præfat. in Iob linguas, & manus Scriptorum Sacrorum nihil aliud, quàm Spiritus Sancti calamos eſſe ſcribunt; Verùm in reſpondendo, & Epiſtolas Decretales componendo, Pontifices iudicio, & humana ratione vtuntur. Quod conſtat ex Epiſt. 58. Nicolai Papæ: *Sedis Apoſtolicæ ſententia tanta ſemper conſilij moderatione concipitur, tanta patientia maturitate decoquitur, tantaque poſtmodum deliberationis grauitate profertur, vt retractatione non egeat, nec immutari neceſſarium ducat; niſi fortè ſic prolata ſit, vt retractari poſſit, vel immutanda ſecundùm præmiſſæ tenorem conditionis exiſtat.* De authoritate Scripturæ Sacræ ſupra Decreta Conciliorum, & Pontificum legi poteſt Bellarminus lib. 2. de Conciliorum authoritate cap. 12. Miror igitur, qui non pudeat Mornæum ſuæ ignorantiæ, ſeu potiùs impudentiæ, cùm ſcribit, Nicolaum Pontificem, aut Baronium Decretales Epiſtolas Scripturis veteris, & noui Teſtamenti coæquare, ipſis adeò Decretalibus Epiſtolis Scripturas Sacras ſubijcere. Et legenti, quæ ſcribit iſte, & conferenti cum his, quæ ſcribit Nicolaus Pontifex, ſtatim conſtabit, hunc non aſſecutum mẽtem Pontificis, adeò rudis eſt, & obtuſus, aut dedita opera pro more ſuo, voluiſſe corrumpere locum illum, prout impudens eſt falſarius. Neque dicimus, Scripturas Sacras, prout fingit iſte impoſtor, à Decreto Innocentij, aut aliorum Pontificum Romanorum habere authoritatem, Siquidem habent authorem ipſum Spiritum Sanctum, à quo ſunt dictatæ: neque vllus vnquam Catholicorum dubitauit, an infallibilem continerent veritatem; ſicut neque, an Deus ſit prima veritas, quæ mentiri nõ poſsit. Verùm, qui libri ſint Sacri, & Canonici, aut quis ſenſus in eis à Spiritu Santo intentus, pendet ex iudicio Eccleſiæ, & Pontificis ſupremi illius Præſulis, nõ verò ex priuato cuiuſque; atque ita aſſeritur Decretum Innocentij, vel aliorum Pontificum, aut etiam Conciliorum, vt Tridentini, de Scripturis Sacris; non vt ideò libri ſint ſacri, quos in Canonem ſacrum admittunt, neque vt ſint verbum Dei; ſed vt, qui ſint libri ſacri, qui apocryphi, nobis innoteſcat. Chriſtus Dominus Ioannis 5. *Vos miſiſtis ad Ioannem, & ipſe teſtimonium perhibuit veritati.* An verò Chriſtus egebat teſtimonio Ioannis, vt eſſet filius Dei? An inde authoritatem ſuam habebat? Tamen vt Iudæis, quis eſſet, innoteſceret, vtile erat teſtimonium Ioannis. Proptereà dicebat: *Ego teſtimonium ab homine non accipio; ſed hæc dico, vt ſalui ſitis.* Eodem ſenſu ſcripſit D. Auguſtinus lib. contra Epiſt. fundamenti cap. 5. *Euangelio non crederem, niſi me authoritas Eccleſiæ commoueret.* Non certè quòd Euãgelium ſecundum ſe iudicaret habere ſuam authoritatem ab Eccleſia, aut ab eadem pẽdere, quod ſit verbum Dei, ſed quod, cùm plura Euangelia poſſent confingi ab hæreticis; nõ aliundè, quàm per Eccleſiæ authoritatem innoteſcebat, quod eſſet ſacrum Euangelium, illud nimirum ab omnibus recipiendum tanquam verbum Dei à Spiritu Sancto dictatum, quod vniuerſa Eccleſia probaſſet. Impudens itaque eſt iſtius mendacium, quo ita cõcludit:

Indicã Eccleſia quid conferat ſacris Scripturis.

En tibi Lector, quo iam loco Sacram Scripturam haberent, vt quam ei demebant, Decretalibus ſuis authoritatem adderent. Pag. 172

Nullus Pontifex ſacris Scripturis æquauit Epiſtolas Decretal.

NEmo vnquam Pontificum Decretales Epiſtolas Sacris, & Canonicis Scripturis æquauit; nec Innocentius in Decreto ſuo, nempe Epiſt. 3. ad Exuperium Scripturis veteris, & noui Teſtamenti connumerauit Decretales Epiſtolas Pontificum. Et quia ipſe ſolet nobis obijcere Decretum Gratiani, vt reformatum à Gregorio decimotertio, diſt. 9. c. 5. citantur verba D. Auguſtini ex Epiſt. 19. ad D. Hieronymum: *Ego ſolis eis Scriptorum, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, vt nullum eorum ſcribendo erraſſe audeam credere &c.* nõ idem intelligitur de Epiſtolis Decretalibus. Et ex lib. 2. de Baptiſmo contra Donatiſt. ca. 3. *Quis neſciat ſanctam Scripturam canonicam tam veteris, quàm noui Teſtamenti certis ſuis terminis contineri, eamque omnibus poſterioribus Epiſcoporum literis ita præponi, vt de illa dubitari omninò, & diſceptari non poſſit, vtrum verum, vel vtrum rectum ſit, quicquid in ea ſcriptum eſſe conſtiterit, Epiſcoporum autem literas, quæ poſt confirmatum Canonem vel ſcripta*

ſunt,

vbique, & vtrique, prout Epiſcopi ſuo officio probè defunguntur, aut minus.

Remēſis Epiſcopus ex ſententia Hincmari nō æqualis Romano.

MElius ſenſum Hincmari ex ipſomet expiſcabimur: ſcribens enim ad Hincmarum Laudunenſem apud eundem Flodoardum ibidem. *Sicut ſollicitudo* (inquit) *& primatus totius Eccleſiæ Catholicæ, Sanctæ Sedis Romanæ Pontifici diuinitus eſt collata: ita & vnicuiq; Metropolitano, ac Primati prouinciæ ſollicitudo ſibi delegatæ Prouinciæ per ſacros Canones, ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia conſecratos, noſcitur eſſe commiſſa.* Etſi enim diuinitùs ſint inſtituti in Eccleſia Epiſcopi, vt ſucceſſores Apoſtolorum; quia tamen monarchicum Eccleſiæ regimen inſtituit Chriſtus, omnem ſuam iuriſdictionem à Pontifice Romano in Eccleſia accipiunt. De quo videri poteſt Bellarminus libro 4. de Romano Pontifice cap. 24. & 25. Et quoniā ſuperiora citauit Mornæus ex Epiſt. Hincmari ad Adrianum ſecundum Pontificem; & nos ex eadem hæc citabimus; ſiquidem vocat eum Patrem Patrum, primariæ Sedis Apoſtolicæ, & Vniuerſalis Eccleſiæ Papam. *Et quantum* (inquit) *ſciui, & potui, ſemper Apoſtolicæ Sedis priuilegium extuli.* Poſt: *Huius meę ſuggeſtionis humillimam ſubiectionem ea benignitate ſuſcipere, qua primus Apoſtolorum, non ſolùm minoris ſui Apoſtoli redargutionem pro ſimulatione ſuſcepit, verùm & minorum ſuorum quæſtionem, cur ad præputiatos intrauerit, leuire curauit.* Non igitur ſenſus erat Hincmari, æqualē eſſe Epiſcopum Remenſem ipſi Romano.

De Epiſtola Luithperti Archiep. Moguntini ad Ludouicū Germaniæ Regē.

Citat Epiſtolam Luithperti Archiepiſcopi Moguntini ad Ludouicum Germanię Regem, in qua tamen potius affirmatur primatus, & dignitas in Sede S. Petri, quàm vel minimum negetur: *Dicitur caput Eccleſiæ iniurijs pulſum.* Quorſum hæc ſcripſerit Luithpertus, nondum compertum habeo, niſi fortè tum ſcripta ſit, cum Anaſtaſius Cardinalis tit. S. Marcellio, per a Legatorum Lotharij Imperatoris, inuaſit Sedem Apoſtolicam. *Beatiſſimum Benedictum Pontificem, Pontificali, in quo reſidebat ſolio, eiecit, qui etiam veſtimenta Pontificalia, quibus indutus erat, vt barbarus tulit, atque ſpoliauit, multiſque eum iniurijs, verberibuſque repleuit, eumdem cuſtodibus acribus, qui eum conſtringerent, tradere ſtatuit.* Hæc Anaſtaſius in Benedicto 3. Tūc Ludouicus frater Lotharij, Rex erat Germaniæ; & Carolus Caluus Rex Franciæ, tunc poterat verè ſcribere Luithpertus: *Quatitur grauiter, & dehoneſtatur Primatus, & dignitas eius* (Eccleſiæ) *in ſede S. Petri, eò quòd inaudita quadam, & iniuſta perſecutione non ab infidelibus, & dominum neſcientibus, ſed ab eis (quod dolendum, et plangendum eſt) qui Duces, & Rectores populi Dei eſſe debuerunt, iniurijs appetitur &c.* Et hoc ſcribit, quia cum coniuratis aderant Radnaldus Portuenſis Epiſcopus, Tridentinæquè Vrbis Antiſtes Agato. Ideò igitur meo iudicio ſcribebat ad Ludouicum Regem Germaniæ, vbi erat & ipſe Antiſtes, quòd Regum ſit defendere Eccleſiam, & legitimos Pontifices aduerſus ſchiſmaticos, & inuaſores Sedis Apoſtolicæ ſua authoritate tueri. Si verò accuratè inſpiciatur ea Epiſtola, etiam qualis à Mornęo citatur, quam prolixitatis vitandæ cauſſa, non viſum eſt repetere, nullo modo patitur eum ſenſum, quem illi affingit. Et vellem citaſſet nobis Aduerſarius ex hiſtorijs, quæ tum controuerſiæ fuerint Pontificibus cum Germanicis, & Gallicis Eccleſijs. Citat Leonis 4. Canonem ad Epiſcopos Britanniæ ſcribentis,

Quo (inquit) *Epiſtolis Decretalibus Pontificum omnem authoritatem adimit, præterquam Syluestri, Siricij, & ſequentium, qua ratione vna tanquam litura, illas omnes delet, quæ tribus aut quatuor primis ſæculis, illis tribuuntur.* Pag. 163

Leo 4. non ademit authoritatem Epiſtolis Pōtificū antè Syluestrū, & Siricū.

HAbetur apud Gratianum diſt. 20. cap. *de libellis.* Vbi cum de regulis Præſulum Romanorum, Syluestri, Syricij, & ſequentium loquitur, qui erant Canones ab eis editi, negamus ideò authoritatem adimere Epiſtolis priorum Pontificum, quorum nullam eo loco mentionem facit: quemadmodum ibidem Pontifex Canones aliquot Conciliorum citat, quibus cum dat authoritatē, alia tamen habita ſunt multis in locis Concilia, quæ condiderunt Canones, quorum non meminit; quibus ideo minime authoritatem adimit. Sed quid iudicandum de Epiſtolis, quæ primis Pontificibus aſcribuntur, & an Germanæ ſint, vel ſuppoſititiæ, iam alibi dictum.

Annum 854. iam attingimus, quo Mornæus poſt Leonem 4. obtrudit nobis,

Mulierem, immò (inquit) *meretricem in Sede Romana collocatam, quæ Miſſas celebrat, Epiſcopos ordinat, pedes ſuos Principibus, Gentibus oſculandos exhibet, vt in hac viua Imagine, Deus pro ſua prouidentia vniuerſo Orbi, Matrem illam fornicationum, oſtendere voluiſſe videatur, de qua Iohannes in Apocalypſi plurib. verbis.* Pag. 163

De fabula Ioan. Papæ fœmina.

HAEc glorioſus iſte miles triumphabundus ſcribit, & ambigit, an myſterij Romani gradum, an offendiculū adſcribere debeat. Magdeburgenſes etiam Cent. 9. capit. 10. pag 500. hanc intexuerunt fabulam, de quibus D. Paulus 2. Timoth. 4. vaticinatus, *à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Elegantem certè fabulam, non dubium aſtu Diaboli excogitatam, quò occaſio eſſet Mornæo, & perditiſſimis iſtis ſacræ Religionis perduellibus, blaſphemias amplius in Sanctā Romanam Eccleſiam Sedem Apoſtolicam euomendi. Ipſe tamen verè aerem verberat. *Si enim euenißet, vt fœmina* (prout fingunt) *in Sede Apoſtolica ſediſſet, cum non iuris, ſed facti error eſſet, qui in pru-*

Ea ſi vera eſſet, nihil præiudicaret Apoſtolicæ ſedi.

den-

dentiſſimos cadere poteſt (vt obſeruat Sanderus lib.7.de viſib.Monarch.Eccleſ.§.641. & Baronius ad annum Chriſti 853.) *nihil planè præiudicij ea res Sedi Apoſtolicæ adferre poſſet; ſed omnia proinde habenda eſſent, ac ſi toto illo biennio ſedes vacaſſet*. Neque verò aut Miſſas celebraſſet, aut Epiſcopos ordinaſſet, quæ Sacramenti ordinis omninò incapax fuiſſet. Hanc totam fabulam egregiè confutarũt Onuphrius Panuinius Annotatione ad Platinam in Ioannem VIII. quẽ ille Leoni IV. & Benedicto III. mediũ inſerit, Bellarm lib. 3. de Romano Pontifice cap. 24 Baronius Tomo 10. ad annũ Chriſti 853. & Florimundus de Remundo Regius Cõſiliarius in Parlamento Burdegalẽſi, vir pius, & doctus, libello Gallicè pro cõfutatione iſtius fabulæ edito, Papirius Maſſonus in volumine, quod ſcripſit de Vrbis Epiſcopis.

Onuphrij ſententia de origine huius fabulæ.

Natam hanc fabulam ex Ioannis Papæ XII. viri impuri vita, credit Onuphrius. Siquidem ille per vim, Patris Alberici Romani Principis potentia, adhuc pænè adoleſcens Papa factus, aliquot Concubinas, (vt Luitprandus Ticinẽſis illorum temporum Scriptor lib.6.cap.6.& 7.tradit) habuit: in his præcipuè erant Ioanna, Raineria, & Stephania. Ex Ioanne igitur Papa, & eius item ſcorto Ioanna, ad cuius fortè arbitrium tanquam Papæ omnia Romæ pendebant, Ioannis fœminæ Papæ fabula manauit, quæ proceſſu temporis aucta, in hiſtoriæ authoritatem imperiti alicuius Scriptoris opera paulatim irrepſit.

Onuphrij ſententia de primo eius ſcriptore.

Scribit idem Onuphrius, Martinum quendam Polonũ Ciſtertienſem Monachum huius fabulæ primũ authorem extitiſſe, imperitum planè Scriptorem, quem & multa ridicula alia ſcripſiſſe notat, vt qui vixit 400. annis poſt tempora huius fictæ mulieris Papiſſæ. Mornæus, & Magdeburgenſes eius magiſtri antiquiores Authores referunt Marianum Scotum, & Sigebertum Gẽblacenſem. *Verùm in antiquis veris, & germanis Sigeberti exẽplaribus* (ait Onuphrius) *nihil tale extat.* Et Cardinalis Bellarminus: *Etſi* (inquit) *in impreſſo Sigeberto, & Mariano Scoto inueniatur Ioannes fœmina, tamen in antiquiſſimis manuſcriptis non inuenitur: & ſatis conſtat, corruptos fuiſſe Authores illos. Extat adhuc in Monaſterio Gemblacenſi, vbi fuit Monachus Sigebertus, antiquiſſimum exemplum manuſcriptum, quod putatur ipſius Sigeberti autographum, & in eo nulla mentio eſt Ioannis fœminæ: quod manuſcriptum teſtatur ſe vidiſſe* Ioannes *Molanus Doctor Louanienſis. Similiter in antiquiſſimis exemplaribus Mariani Scoti non haberi* Ioannem *fœminam, teſtatur ille, qui Metropolim Alberti* Krantzij *edidit anno* 1574. *Coloniæ.* Hæc Bellarminus. Verùm id ſcripſerit Marianus Scotus: Atqui ille natus eſt, vt ipſe teſtatur, anno Chriſti 1028. & obijt anno 1086. vt author eſt Dodechinus Abbas in Appendice ad eius Chronicon. ſic igitur in eius Chronico anno 853. & 854. legimus: *Leo Papa obijt Kalend. Auguſti. Huic ſucceſſit* Ioanna *mulier annis duobus, menſibus quinque, diebus quatuor.* Subiungit his Baronius ad annum 853. Articulo 60. *Hæc in Codice impreſſo Heroldi opera, qui mala fide locum hunc cũ alijs multis corrupit; nam in ſcripto Codice, ex quo prodijt prima editio, ita legitur: Ioannes, qui (vt aſſeritur) fuit mulier*. Poſt Marianum elapſis triginta fermè annis idem ſcripſerit Sigebertus; cum tamen, vt dictum eſt, in antiquis veris, & germanis eius exemplaribus id non extet: verum in editis nulla aliqua firma vtitur teſtificatione, ſed ſcribit, incerta tantùm fama ferri, quod aſſerit: *Fama eſt* (inquit) *hunc Ioannem fœminam fuiſſe &c.*

Sententia Baronij de eiuſdẽ origine.

Inde verò natam fabulam exiſtimat Baronius, quòd ijs temporibus ſcribebat Marianus, quibus Henricus 3. Imperator (vt ipſe narrat) ſchiſmate cum ſuis ab Eccleſia Catholica deſciuerat, & iam de fœmina ordinata in Sede Conſtantinopolitana Patriarcha fama ferebatur. Id teſtatur in ſua Epiſt. Leo IX. Romanus Pontifex ſcribens ad Michaelem Patriarcham Conſtantinopolitanum, & Leonem Acridanum, Romanam Eccleſiam maledictis proſcindentes cap.23. Vbi aduerſus eos hæc inter alia: *Abſit, vt velimus credere, quod publica fama non dubitat aſſerere, Conſtantinopolitanę Eccleſiæ contigiſſe, vt Enuchos contra primum Sancti Nicæni Concilij capitulum paſſim promouendo fœminam in ſede Pontificum ſuorum ſublimaſſet aliquando. Hoc tam abominabile ſcelus, deteſtabileque facinus, etſi enormitas ipſius, vel horror fraternaque beneuolentia non permittit nos credere: conſiderata tamen iniuria veſtra erga ſanctorum cenſuram Canonum, quia Enuchos, & aliqua ex parte corporis imminutos non ſolum ad Clericatum, ſed Pontificatum etiam indifferenter, ac ſolemniter, adhuc promouetis, fieri potuiſſe penſamus*. Et hæc Leo ſcribebat anno à natiuitate Chriſti 1053. inchoato, quo Marianus Scotus primus Scriptor huius fabulæ viuebat. Cum itaque publica fama percrebuiſſet, fœminam in ſede Pontificum ſublimatam aliquando Conſtantinopoli; quæ ita erant fama vulgata de Eccleſia Conſtantinopolitana, conuerſa in Romanam Eccleſiam à ſchiſmaticis eam odio proſequẽtibus, & calumnijs proſcindentibus, prout eodem tempore acceperat Marianus Scotus, in ſuum Chronicon redegit: vnde factum eſt, vt alij poſtea etiam pij, & Catholici Scriptores abſque delectu, nec diligentiùs indagata rei veritate, eam ſuis hiſtorijs inſeruerint. In his verò citandis accuratiſsimus eſt Mornæus. Et hæc quidem de origine, & primis Authoribus huius fabulæ, quæ validiſsimis rationibus ab Authoribus citatis refutata; vt non veritate tãtum, ſed & veriſimilitudine omni carere demonſtrata ſit. Ac primum mirum eſt, Authores illius temporis ante Marianum Scotum, nullã huius rei mentionem feciſſe. Certè Anaſtaſius Bibliothecarius, qui vitas Pontificum Romanorum vſque ad Nicolaum Benedicti 3. ſucceſſorem ſcripſit, viuebat tum temporis, & electionibus Pontificum intererat, ſcribit Romanam Sedem poſt Leonis IV. obitum, dies tantum quindecim vacaſſe, ſubijcitque, Leoni ipſi non Ioannem aliquem, ſed Benedictum 3. ſtatim ſuffectum. Hæc ſunt illius verba, in Leone 4. & Benedicto 3. *Sanctiſſimus Leo Papa 4. obdormiuit in Domino 16. Kalend. Auguſti, ſepultus ad ſanctum Petrum, & ceſſauit Epiſcopatus dies quindecim.*

Leonis 4. ſucceſſor Benedictus 3. non Ioannes aliquis.

Quo

Quo mortuo mox omnis Clerus Romanæ Sedis, vniuerſi Proceres, cunctuſque populus, ac Senatus congregati ſunt, Domini clementiam exorantes, vt beatificum illis omnibus demonſtrare dignaretur Paſtorem, qui Apoſtolatus culmen regere valuiſſet tranquillè. Diuinitùs igitur æthereo tunc lumine inſlammati, vno conſenſu, vnoque eum conamine Benedictum pro tantis, quibus pollebat ſacris operibus, Pontificem promulgarunt eligere. Poſtea: *Cum hymnis, & canticis ſpiritualibus, ampla exultatione, & ineffabili gaudio in Patriarchium Latteranenſe perducentes, Pontificali ſolio, vt mos eſt Pontificum, canaque conſuetudo demonſtrat, poſuerũt.* Nullus igitur Ioannes fœmina ſedit in Cathedra Petri: ſiquidem omnes eam collocant inter Leonem 4. & Benedictum 3. & ſediſſe volũt in Pontificatu duobus annis, & quinque menſibus. Si dicant, Anaſtaſium in gratiam Pontificum omiſiſſe hanc fęminam: at certè, ne errorem exploratum, & qui ab omnibus tum animaduerteretur, facilè in Chronologia admitteret, debuit ſcribere, ſedem vacaſſe duobus annis, & quinque menſibus, nempe toto interſtitio, quo fœmina illa in Pontificatu vixit; at ſcribit, vacaſſe tantùm quindecim diebus, & ſuffectum eſſe Benedictum 3. igitur non inuenitur locus huic fœminæ. At Mornæus:

Nos contra; Tollant Põtificibus, qui eam proximè anteceſſerunt, quod ijs pro libidine addunt, & locum ei facilè inuenerint. Tribuit enim Onuphrius Sergio ſecundo tres menſes pluſquam Marianus Scotus, & Nicolao primo nouem annos ſex menſes viginti dies, cum Marianus octo tantum, & dies nouem, & Adriano ſecundo quatuor annos & vndecim menſes, cui Marianus duos tantum. Pag. 166.

RESpondetur primùm non fuiſſe adeò accuratum Marianum in ſupputandis annis Põtificum, vt Onuphrium: & longè diligentiores fuerant in inueſtigandis annis Pontificum illi, quos ſecutus eſt Onuphrius, quàm fuerit Marianus Scotus. Deinde quemadmodum in annis horum Pontificum diſcordat Onuphrius à Mariano Scoto, vt plures annos, vel menſes illis tribuat: ita ſi fortè diligenter inſpiciatur, in alijs diſſentient, quibus plures annos, vel menſes tribuat Marianus Scotus, quàm Onuphrius: deinde id non tollit difficultatem, nam Anaſtaſius, qui tum viuebat, & intererat actionibus Pontificum, verè ſcribit, Leone 4. mortuo, Sedem vacaſſe tantùm quindecim diebus, & electum fuiſſe Pontificem Benedictum 3. & certè ad ſupplendum defectum illum annorum, qui deeſt apud Marianum Scotum, ſupputationi Onuphrij, non magis locum inueniet hæc mulier Pſeudopontifex inter Leonem 4. & Benedictum 3. quàm inter alios Pontifices. Nec modò Anaſtaſius, ſed & omnes alij Scriptores vſque ad Marianum Scotum, & Martinum illum Polonum Ciſtercienſem Monachum, in ordinatione Pontificum ſubijciunt ſtatim Leoni 4. Benedictum 3. Ado Vienneſis in Chronico anno 865. *Pontifex* (inquit) *Romanus Gregorius moritur, atque eius loco Sergius ordinatur. Illo defuncto, Leo ſuccedit. Quo obeunte Benedictus in Sede Apoſtolica ſubſtituitur.* Ita Rhegino, Lambertus, Hermannus Contractus, Abbas Vrſpergenſis, Otho Phriſingenſis, qui nullam Pſeudopontificis mulieris mentionem fecerunt. Ad hoc Mornæus:

Vno verbo (inquit) *reſpondere promptum, ab authoritate negatiuè argumentationem non valere.* Pag. 166

VErùm non modò nullã eius rei mentionem faciunt, ſed & diſertè negant, & contrarium affirmant, quando immediatè Leoni 4. Benedictum 3. ſubijciunt. Lupus Ferrarienſis Abbas in Gallia, qui fuerat Romæ Pontificatu Leonis 4. ſcribẽs ad Benedictum 3. vocat eum ſucceſſorem Leonis, & nullum inter Leonem, & Benedictum Pontificem interceſsiſſe ſatis euidenter oſtendit. Flodoardus lib. 3. hiſt. Eccleſ. Remenſis capit. 11. vbi agit de Concilio Sueſsionenſi, Leoni Pontifici ab hac luce ſubtracto Benedictum virum Apoſtolicum ſucceſſiſſe, ſcribit, & Nicolaus primus ſucceſſor Benedicti 3. Epiſt. 47. ad Hincmarum Remenſem: *Apoſtolicæ Sedis* (inquit) *& beatę recordationis Pontifex Leo, qui fraternitatis tuæ propoſitum nouerat, ab hac luce ſubtractus eſt: cumque ſanctæ memoriæ Benedictus vir Apoſtolicus ſucceſſiſſet in ordine Pontificatus &c.* vt abſque interſtitio ſubrogatum ſignificet Benedictum 3. ipſi Leoni Pontifici. At neque Græci Authores, qui ante Martinum Polonum, vel Marianum Scotum ſcripſerunt, vt Zonaras, Cedrenus, Nicetas, Curopalates, huius tàm prodigioſæ hiſtoriæ vllam mentionem fecerunt, quos in fauorem Romanæ Eccleſiæ id ſuppreſsiſſe, nullo modò veriſimile eſt. Riſu certè digna Mornæi redargutio: *Græci ſcriptores Martino Polono, & Mariano Scoto antiquiores mentionẽ Ioannis Papæ ſœminæ non fecerunt.*

Atqui hos Authores (inquit) *multis ſæculis poſteriores quis ignorat? qui de rebus tantùm Græciæ ſolliciti Latinas minus curant? illas immò etiam leuiuſculè attingunt?* Pag. 158

CErtè ſi priores aliquot ſæculis fuiſſe oſtendiſſet, euiciſſet vtique, de re tam prodigioſa eos loqui minimè potuiſſe: &, vt conſtabit eos legenti, non ita res Græcorum deſcribunt, vt non etiam Latinorum aliquando attingãt. Proſequitur Mornæus:

Nos verò in Hiſtoria Latina, Authores Græcos in teſtimonium adducentes, num ferrent? Num non ad Latinos reuocarent? Pag. 167

ET tamen ſi nobis Polybium, Plutarchum, Appianum Alexandrinum, Dionyſium Alicarnaſ-

Digitized by Google

carnaſſæum, Authores Græcos res geſtas Romanorum deſcribentes in teſtimonium adducat, minimè eum ad Latinos reuocabimus.

Pag. 168 *Eccui porrò mirum* (inquit) *ſi Idololatræ iſti Monachi, Romanæ, quod ipſorum ſcripta docent, turpitudinis & conſcij & participes, hoc prodigium, præ pudore, reticeant?*

QVomodo verò illi Idololatræ, quos ſanctiſſimæ Trinitatis Dei vnius ac veri cultores fuiſſe conſtat; niſi quia impius Mornæus cultum ſacrarum Imaginum, quem illi probabāt, Idololatriam iudicat, & eodem loco habet Imagines Sanctorum, & Idola gentium? Atqui & tot Latini Authores, quos nobis producit, non minùs Idololatræ illius ſenſu fuerunt, &, vt non diffitetur, maximam partem in Clero dignitate inſignes, aliqui etiam ex his Monachi. Mirum igitur, cùm fuerint illi etiam Romanæ turpitudinis conſcij, & participes, qui non hoc prodigium præ pudore reticuerint. Nec probabile, Monachos Græcos magis fuiſſe addictos Eccleſiæ Romanæ, aut illius honori conſulere voluiſſe, quā Monachos, & Clericos Latinos. Deinde, etſi in cultu ſacrarum Imaginum cum Eccleſia Romana conſentiebant, quemadmodum & nunc temporis omnes Græci, etſi ſchiſmatici in eo conſentiunt; in alijs tamen articulis, vt maximè de Primatu Romanæ Eccleſiæ, diſſentire poterant. Et Mornæus meo iudicio in aliquo fidei articulo, niſi ſit planè Atheus, cum Eccleſia Romana conſentit; nam credit Deum eſſe, & quidem trinum, & vnum Creatorem Cæli, & terræ, Chriſtum cōceptum, & natum de Virgine, paſſum pro nobis, deſcendiſſe ad Inferos, aſcendiſſe in Cœlum, inde venturum iudicare viuos, & mortuos: profitetur, ſe approbare prima Concilia in Eccleſia celebrata, quę ab Eccleſia Romana recepta ſunt, immò confirmata; mirum igitur, qui præ pudore non reticuerit hoc prodigium Ioannæ mulieris, immò meretricis in Romana Eccleſia ſedentis, cum qua in tot fidei dogmatibus conuenit, quod Monachi Gręci, quia cum Romana Eccleſia conueniebānt in cultu Imaginum, præ pudore reticuerunt. Hoc itaque argumento aut Atheum oportet eſſe Mornæum, aut pudorem omnem exuiſſe in hoc prodigio recenſendo, & confirmando. At verò Photius Pſeudoepiſcopus in locū Ignatij intruſus, qui circa ea tempora viuebat, iuxta ſenſum Mornæi erat Idololatriæ Romanæ particeps; ſiquidem nulla fuit illi contentio de cultu Imaginum cum Eccleſia Romana; qui tamen Pontificum Romanorum erat hoſtis implacabilis, quorum etiam decretis ſede fuit expulſus; an prodigium illud tacuiſſet, qui longè leuiora in Eccleſiam Romanam obijcit? & Michael tùm Oriētis Imperator & eiuſdem Photij ſtimulis in eādem Romanam Eccleſiā concitatus, omne genus conuitiorum in eam coniecit; an præ pudore tacuiſſet illud prodigium, quod recens in Eccleſia Romana contigerat? Atque idem de reliquis ſchiſmaticis, Patriarchis, & Imperatoribus Orientis dicendum. Sed Mornæus:

Baronium (inquit) *Michaelis reſponſionem protuliſſe oportuerat, qui fortè hoc ei prodigium exprobrabat.* Pag. 168

VErùm vnde hanc Michaelis reſponſionem didiciſſet Baronius, quæ nuſquam extat? aut ſi aliquem habet Authorem; cur eius aſſertor Mornæus eum non citauit? Hoc enim temerè, & ſine vllo Authore à Mornæo aſſeritur, meretricem illam à Michaele Nicolao obiectā, quàm porrò Nicolaus eius memoriam ſibi extinguendam ratus, in ſua reſponſione ſilentio præterire maluit. An verò Leo IX. ſcribens ad Michaelem Conſtantinopolitanum Patriarchā, Græcis id obieciſſet, in Patriarchatu Cōſtantinopolitano aliquos Eunuchos ſediſſe, quin & fama vulgatum eſſe, ibi ſediſſe fœminam, ſi quid tale Sedi Romanæ paulò ante cōtigiſſet? Vnde probabiliter iudicat Bellarminus, quod & Baronius, inde natam hanc fabulam de Ioanne fœmina. Cum enim rumor eſſet, quandam fœminam ſediſſe Conſtantinopoli Pontificem, & deinde paulatim omiſſo nomine Conſtantinopolis, remanſiſſet fama, & opinio de fœmina Pontifice, & Pontifice vniuerſali, cæperunt aliqui in odium Romanæ Eccleſiæ dicere, fœminam illam Romanum Pontificem fuiſſe. Magnum igitur prodigium Mornæus, qui hoc prodigium Romę aliquando accidiſſe credat. Verùm ex Græcis nobis opponit Laonicum Calcondylam lib. 6. hiſt. de rebus Turcarum. Sed rectè Baronius ad annum 853. art. 66. *Quamuis apud vnum dumtaxat Græcorum hiſtoricorum nouiſſimum Laonicum Calcondylam latinum redditum eiuſmodi fabula reperitur eſſe deſcripta; non tamen ab Authore ipſo poſitam ſcias, ſed ab impoſtore Clauſero interprete fraudulenter appoſitam, vt oſtendit euidenter, qui impoſturam egregiè detegit Florimundus. Quamuis et ſi ipſe Author Laonicus iſta à Latinis quibuſdam accepta ſcripſiſſet; haud magni faciendus eſſet recentiſſimus Scriptor, qui vixit anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo.* At Mornæus: *Laonici libris inſerta eius metio ab Interprete.*

Baronius annon lepidus hic admodum, dum nos ad Raimundum ablegat, qui hunc locum ab Interpræte inſertum ſomniat? At qua authoritate, quo authore? Niſi quod à Vegenerio Gallico Interpræte Pontificum adulatore omiſſum dicit? Pag. 168

VErùm Florimundus de Raimundo in ſuo Commentario Gallico de errore populari circa Ioannem Pſeudopontificem dictam Papiſſam cap. 6. id ſatis euidenter demōſtrat: & Vigenerius teſtatur, ſe Calcondylam traduxiſſe fideliter ex veteri exemplari M.S. Græco, qui tamen nihil habet de Ioanna Pontifice.

Vnde

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum trigeſimumſecundum.

Pag.169

Ne eos tamen, tanto pudore ab incæpto deterritos putes, eò arrogantius frontem commaſculant.

ET impudentiſsimum hominem, nihil mirum, ſi nullus pudor à calũnijs, & manifeſtiſsimis impoſturis in Sedem Apoſtolicam deterreat; ſi hæreticum perditiſsimum tàm manifeſta argumenta aſſertæ veritatis, & inanis fabulæ impugnatæ non conuincunt: ſiquidem *nemo poteſt corrigere, quem Deus deſpexerit* Eccleſiaſt.7. *& impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit* Prouerb. 18 *Miſera certè hominis vita* (ſcribebat Epiphanius, hæreſi 41. contra Cerdonianos) *vbi relicta Dei via errat, & vbi à Dei vocatione ſe ſeparauit.*

Pag.169

Anno 855. Benedictus tertius Iohanni, an Iahannæ ſuccedit, Imperatore inconſulto, cui, ex poſt facto electionem eius ſignificare ſat habent.

Schiſmatici contra Benedictum 3. electũ in Pontificem.

BEnedictus tertius, vt ſuperius demonſtratũ eſt, non Ioannæ, tàm acriter à Mornæo cõfictæ, ſed Leoni quarto, cùm quindecim dies dũtaxat Sedes vacaſſet, ſuffectus eſt, & legitimè electus, atque ordinatus Pontifex. Interim ſeditioſi quidam Anaſtaſium Cardinalem, qui prius in Sancta Synodo, præſidente Leone ſanctæ memoriȩ Prȩſule, ritè ſecundum ſacrorum Canonum promulgationes excommunicatus, depoſitus, & anathemate vinctus fuerat, per Legatos Imperatorum vi, atque armis interatis temerè intruſerunt, ac Benedictum è Laterano exegerunt. Verùm cùm nullis minis adduci poſſent Epiſcopi, Clerus, & Populus, vt in Anaſtaſium conſentirent. & Spiritu Sancto repleti dicerent: *Nunquàm in depoſitum, & anathemate à Sancto Præſule, beataque Synodo vinctum conſentimus, ſed modis omnibus abijcimus, & à Dei cætibus ſegregamus*: cedere coacti ſunt Imperatoris Legati, his verbis Epiſcopos allocuti: *Accipite veſtrum electum, & in quam vultis Baſilicam cũ deducite. Et modò Anaſtaſium, quem depoſitum dicitis ab hoc Patriarchio deijcimus.* Benedictus à ſuis ad Baſilicam ad Præſepe deductus, ibi per triduum precibus, ac ieiunijs vacauit. Tũ verò qui Anaſtaſium legerant, ad eum profecti, ad terram procũbentes veſtigia ipſius oſculari cæperunt, atque errati veniam petierunt. Qua haud grauatè conceſſa, Benedictus in Lateranum deductus eſt. Inde Anaſtaſio ſchiſmatico in carcerem coniecto, atque abdicare coacto, iterum in Pontificia ſede locatus, & è Laterano perductus in Vaticanum 3. Kalend. Octobris, præſentibus Legatis, eſt conſecratus. Hæc Anaſtaſius

Extinguitur.

& alij. Vnde ex tota hiſtoria conſtàt, non iuſſiſſe Legatos Imperatoris, vt cõſecraretur; ſed inuitos conſenſiſſe eius legitimæ electioni, & ordinationi, & abdicationi Anaſtaſij, quē contra ſacros Canones vi, & armis intruſerãt. Vnde conſtat, primum actum legitimum fuiſſe, eoque legitimè Pontificem inſtitutum Benedictum 3. ac in Sedem illius per ſummum nefas intruſum Anaſtaſium, neque tum Pontificem eſſe cæpiſſe Benedictum 3. cũ, abdicato Anaſtaſio, & cedere coacto, conſenſerunt, vt conſecraretur Pontifex; ſed quando primum ab Epiſcopis, & à Clero, accedentibus populi ſuffragijs, electus eſt.

Benedictus 3. conſecratur Potifex præſentib. Legatis Imperatoris, non iubentibus.

Benedicto 3. è viuis ſublato ſufficitur Nicolaus primus vnanimi cõſenſu ab omnibus electus. Anaſtaſius: *A nobiliſſimorum* (inquit) *cœtibus, cunctoque etiam populo in Baſilicam Beati Petri deductus Apoſtoli præſente Cæſare conſecratus eſt, Apoſtolicaque ſublimatus in Sede, factus eſt Pontifex. Et Miſſarum ſolemnia ſupra ſacratiſſimum corpus Apoſtoli beatificè celebrauit. Qui denſis Optimatum populique agminibus cum hymnis, & canticis ſpiritualibus in Patriarchium iterum Lateranenſe perductus eſt. Coronatur denique, Vrbs exultat, Clerus lætatur, Senatus, & populi plenitudo magnificè gratulabatur.* Refert poſtea Imperatoris ſubmiſsionem erga Papã, quod cùm Beatiſsimus Præſul ad eum cũ Proceribus, & Optimatib⁹ Romani nominis properaſſet, excellentiſsimus Auguſtus obuius in aduentum eius occurit, frænumque Cæſar equi Pontificis ſuis manibus appræhendens, pedeſtri more, quantum ſagittæ iactus extenditur, traxit. Sigonius libro 5. de Regno Italiæ anno 858. ſemel atque iterum id contigiſſe ſcribit, etiã oſculo ſancto pedi oblato. Gloſſa Mornȩi:

Benedicti tertij ſucceſſor Nicolaus 1.

Ludouici Imp. humillima obſequia erga Nicolaum.

Arduum ſimul & præceps ingenium (Nicolai) *à veſtibulo ſeſe exeruit, cũ pietate an aduerſitate Imperatoris abuſus, in anguſtias à Saracenis redacti; frænum equi ſui, tantum Principē pedeſtri more manibus ſuis apprehēdere, ſemel atque iterum fert non inuitus.* Pag.170

Quam ob cauſſam.

PRimùm dicimus, Ludouicum Imperatorem, quia Chriſtianiſsimus Princeps erat, Pontificē tanto honore proſecutum eſſe: Mornæum verò, quia perfidus, & ſacrilegus eſt hæreticus, hanc gloſſam textui affigere. Deinde, falſum eſt, Imperatorem tùm à Sarracenis in vllas anguſtias redactum fuiſſe. Et hanc cauſſam honoris à Cæſare Pontifici exhibiti fingit pro arbitrio; immò tùm Ludouicum in Lombardiam ſe recepiſſe, omnes teſtantur. Et meritò quidem iudicaſſet Imperator, ſibi ad de-

Digitized by Google

bellandos Sarracenos Chriſtiani nominis hoſtes non parum conferre poſſe cultum ſacræ Religionis, & honorem Pontifici exhibitum; ſiquidē honor ille in Pontifice exhibetur Chriſto, cuius vices gerit; qui dicit 1. Reg. 2. *Ego honorantes me glorificabo, & qui contemnunt me, erũt ignobiles*, item Zach. 2. *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei*, & Luc. 10. *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit*; vt non citra magnum præmium honorari à fidelibus, nec impunè contemni ab infidelibus ſummum Pontificem, omnium Chriſti miniſtrorum longè ſupremum, intelligamus: quem nec debitus honos exhibitus, ſed officiũ erga Religionem adegiſſet ad opem Imperatori ferendam, ſi in anguſtias à Sarracenis redactus fuiſſet.

Pag. 170

Hic ille eſt (inquit) *quem Gregorio Magno comparare ſolent.*

Nicolaus 1. Gregorio Magno meritiſſimè cõparatur.

ET meritò quidem Rheginonis iudicium ſequuti, qui ad annũ Chriſti 868. ita ſcribit: *Nicolaus ſanctiſſimus & beatiſſimus Papa poſt multos pro Chriſto labores & multa pro Sancta Eccleſiæ inuiolabili ſtatu certamina, migrauit ad Cœleſtia Regna, recepturus pro adminiſtrata fideliter ſibi credita diſpenſatione à largiſſimo Domino immarceſſibilem gloriæ coronam. De cuius Deo placitis actibus plura poterant dici relatu digna, niſi breuitati ſtudentes, cauſſas rerum magis ſummatim notare quàm explanare propoſuiſſemus. Denique poſt beatum Gregorium vſque in præſens nullus Præſul in Romana Vrbe Pontificali honore ſublimatus illi videtur æquiparandus. Regibus ac Tyrannis imperauit, eiſque, ac ſi Dominus Orbis terrarum, authoritate præfuit. Epiſcopis et Sacerdotibus, Religioſis ac Domini mandata obſeruantibus humilis, blandus, pius, manſuetus apparuit; religioſis & à recto tramite exorbitantibus terribilis, atque auſteritate plenus extitit; vt meritò credatur alter Elias (Deo ſuſcitante) noſtris in temporibus reſurrexiſſe, etſi non corpore, tamen ſpiritu & virtute.* Hæc Rhegino. De eodem Sigonius lib. 5. de Regno Italię anno 867. *Gregorium Magnum, vt cognomine, ſic gloria adæquauit.* Otho Phriſingenſis lib. 6. cap. 3. cum appellat *religioſum, ac Dei zelo plenum Sacerdotem.* Et Anaſtaſius: *Nulla niſi cœleſtia cogitabat, ieiunijs, vigilijs, & orationibus nocte, ac die uacans, nec requiem corpori, nec membra dabat ſopori. Nam ſi cuncta quę Chriſti gratia plenus uirtutibus atque fide ſanctitatis opera geſſit, & moribus, uitaque docuit & impleuit, chartis inſerere uolumus; prius fortaſſe membrana, quam ſermo deficeret.*

Pag. 170

Anno 860. Iohannes Archiepiſcopus Rauennas antiquam litem renouat, à Sede Romana ſe nequaquam pendere præſeferens, ac protinus fit hæreſeos ſuſpectus; qua nempe nulla Pontificibus odioſior.

Ioann. Archiep. Rauēnas à Nicolao priuatur communione, & Pontificali officio: quã ob cauſã.

EQuidem incidit ille in pœnam temerè litigantium; neque enim de iure Romanæ Eccleſiæ in Rauennatem lis vnquam aut mouenda, aut renouanda fuit; cum eſſet manifeſtum, & toties Rauēnates Archiepiſcopi, ad fidem, & obedientiam Eccleſiæ Romanæ redeundo, id iam profeſſi eſſent. Hiſtoria tota recenſetur ab Anaſtaſio in Pontificali, Hieronymo Rubeo lib. 5. Hiſt. Rauenn., Sigonio libro 5. de Regno Italiæ anno 859. Ioannes ille Archiepiſcopus vetere Eccleſiæ ſuperbia elatus, Pontificiam authoritatem prorſus repudiabat, neque ei ſe obnoxium eſſe per ſcriptas à ſe tabulas aſſerebat, & hæreſis ſuſpectus erat, ac iura Epiſcoporum Aemiliæ deteriora faciebat. Quæ cum Suffraganei Pontificatu Benedicti 3. pertuliſſent, Nicolai ſpectata ſeueritate illecti, ad eum confugerunt, ac crimina omnia Ioannis aduerſus ſe, ius ab eo poſtulantes, narrarunt. Quibus auditis reſpondit Pontifex, ſe calamitatibus eorum remedium allaturum, ac Ioannis Archiepiſcopi impotentiam compreſſurum. Illum itaque ter Romæ coram ſe adeſſe præcepit, ac demum imperium detrectantem communione, & officio Pontificali priuauit. Qua re ictus Ioannes Ludouicum Papiæ conuenit, & vt ſibi adeſſet, Suffraganeorum ſuorum conſpiratione deiecto, rogauit. Ita Ludouicus à Pontifice, vt audiatur eius cauſſa, impetrat. Nicolaus, ne cuiquam iniuriam feciſſe videretur, conuentum ad eam rem cognoſcendam indixit. Vitalis Patriarcha Gradenſis, & Epiſcopi ex Campania, Thuſcia, Pentapoli, Aemilia, alijſque Prouincijs Romam à Pontifice vocati conuenerunt, vt de criminibus Ioanni Archiepiſcopo obiectis cognoſcerent. Ipſe etiam Ioannes citatus ad dicendam cauſſam acceſſit. Primo die cum Epiſcopi vna cum Pontifice, & Imperatoris Legatis in ædibus Leonianis conſediſſent, Ioannes de detrectato Pontificis imperio eſt accuſatus. Cui accuſationi cum reſpondere in re manifeſta non poſſet; erratum confeſſus, Pontificis miſericordiam implorauit, ac repudiatis tabulis promiſsionis, & ſacramenti, quas tēpore conſecrationis ſuæ præciſa, atque obſcura nimis oratione conſcripſerat, nouas alias apertiores, & ſinceriores exarauit, eaſque ſuper Cruce, & ſacro Euangelio poſitas recitauit clara voce, omnibus audientibus, iurans, ſe, dum vita ſuppeteret, conſtantiſsimè, quæ in eis ſcripta eſſent, omnia ſeruaturum. Poſtridie eius diei Epiſcopi in Lateranum conuenerunt, vbi Ioannes de hæreſi cauſſam dixit. Quod crimen cum ſatis disertè viſus eſſet diluiſſe; veniam, ac rei diuinæ faciendæ ius impetrauit. Tertiò die in Leonianis ædibus iterum fit conuentus, & cauſſa Epiſcoporum Aemiliæ aduerſus Archiepiſcopum audita; vbi ſe ab eo oppreſſos, & multis oneribus grauatos, conqueſti ſunt. Hæc itaque Pontifex, præſente Concilio, Ioanni iniunxit: *Secundo quoque anno Sedem Apoſtolicam viſitato, niſi aut aduerſa valetudine præpeditus, aut Pontificis beneficio abſolutus. Epiſcopos per Aemiliam ne conſecrato, niſi à Clero populoque electos, & litteris ſuper ea re à Pontifice miſſis. Eoſdem Epiſcopos, quotieſcunque ad Apoſtolicam Sedem venire voluerint, ne probibeto, & nullam ab eis pecuniam, niſi quæ legibus con-*

Ioãnes cõfugit ad Ludouicũ.

Ludouicus à Nicolao impetrat, vt illius cauſſa audiatur: ad quod Nicolaus indicit Synodũ, & de obiectis illi criminibus inquirit.

Quæ Nicolaus iniungit Ioãni.

con-

continneatur, exigito. Nullius hominis res, quocunque modo, aut iure partas, & poſſeſſas, aliqua ratione occupato, aut titulum ſuperimponito, donec in præſentia Apoſtolici, aut Legati eius, aut veſtrarum Rauennæ legitimè illas in iudicio obtineas. Prædia, quæ à iure Sancti Petri ad ius Sancti Appollinaris tranſtuliſti, & per Emphyteuſim ſingulis hominibus tribuiſti, diligenter exquire, & ipſas Emphyteuſes reſcinde, & Sancto Petro, cuius fuerunt, reſtitue. Atque hæc vbi ſanciuit Pontifex, & Ioanni iniunxit, ter acclamatum à Sancta Synodo: *Rectum iudicium ſummi Præſulis; iuſta definitio Paſtoris totius Eccleſiæ, ſalubris inſtitutio Chriſti diſcipuli omnibus placet. Omnes eadem dicimus, omnes eadem ſapimus, omnes eadem iudicamus.* Vulgus adulatorum Pontificiorum vocant Magdeburgenſes; ſiquidem omnes Catholici illorum iudicio nō alij ſunt, quàm adulatores Pontificis. Ex his interim conſtat, mentiri Mornæum, cum ſcribit, Suffraganeos à Nicolao Pontifice in Archiepiſcopum concitatos; cùm illi ab eo grauiter oppreſsi, & multis damnis affecti, iuſtas querimonias ſuas ad Pontificem detulerint, qui nihil pronunciarit in eum niſi ex ſententia Synodi. Quod item ſcribit, Pontificem

Nicolai iudicium à Synodo comprobatum.

Mornæi mēdacium de Nicolao.

Pag. 170 **Nihil moratum Principis preces, quippe qui eius ope, operaque indigeret:**

Hoc certè confictum; nam in gratiam Imperatoris audita Ioannis Archiepiſcopi cauſſa, communioni, & ſedi reſtitutus eſt, à qua iuſtè ob contumaciam fuerat deiectus. Et quidem refert Anaſtaſius, cum Archiepiſcopus Imperatoris auxilium imploraret, per internuncium hæc illi mandaſſe: *Vadat, & faſtu elationis depoſito tanto ſe humiliet Pontifici, cui & nos, & omnis Eccleſiæ generalitas inclinatur, & obedientiæ ac ſubiectionis colla ſubmittit; quia quod cupit, aliter minimè conſequi poterit.* Hæc tanta Principis ſententia, cuius non alia erat mens, quàm vt Archiepiſcopus ille contumaciam deponeret, ac Pontificis obediens dictis eſſet. Equidem ex eadem Imperatoris ſententia Mornæus cum ſuis generalitate Eccleſiæ excluduntur, qui ab obedientia Pontificis reſilierunt, &, vt Papale iugum, quod vocant, & nos iugum Domini ſuaue interpretamur, excuterent, iugo Diaboli colla ſubmiſerunt. Illud item ex officina mendaciorum Mornæi profectum, Ioannem in certam pecuniæ ſummam, quod antea negarat, ſeſe obligaſſe. Cætera item fictitia, quæ ex ſuo Authore coætaneo producit, nempe Iohannem Nicolao fuiſſe exoſum, quòd Imperatori nimis familiaris eſſet, eumque, quòd Ludouicus Rauennatis cauſſam ſuſcepiſſet, inſpirationis cœleſtis prætextu de coronando in Imperatorem Carolo Caluo cogitaſſe. Vt ex tota hiſtoria à grauiſsimis Authoribus relata conſtat, hæc omnia meræ impoſturæ, & calumniæ.

Ludouicus Ioāni ſuaſit vt ſe humiliaret Pontifici.

Mendacia Mornæi de Nicolao Pont.

Pag. 170 **Nec hic tamen ſubſiſtendum ſibi retur. Lotharius Lotharingiæ Rex Valdradam concubinam deperibat &c.**

HAEC hiſtoria incidit in annum Domini 864. & recenſetur ab Anaſtaſio in Pontificali, Rheginone, Mariano Scoto, Sigeberto, Auentino libro quarto Annalium Boiorum, Sigonio libro quinto de Regno Italiæ. Extant etiam de hac cauſſa plures Epiſtolæ Nicolai primi Tom. 3. Epiſt. Pontif. Rom. 48. 49. 50. 51. 53. 55. 58. De hoc etiam fusè Annales incerti Authoris eodem anno. Lotharius Rex Lotharij Imperatoris filius, & Ludouici Imperatoris frater, Ludouici Pij nepos, pronepos Caroli Magni, propter Valdradam concubinam ſuam odio habens legitimam vxorem Thietbergam, cum Gunthero Colonienſi Epiſcopo, ac per eum cum alijs agit, vt Epiſcopali authoritate liceret ei vxorem repudiare. Eiuſmodi ergo ſententiam in Concilio Metenſi ab Epiſcopis pronunciari curat, vbi etiam ipſa Thietberga de inceſtu cum fratre commiſſo poſtulata, teſtibus ſubornatis reuincitur. Poſtmodum alter ex compoſito Aquis conuentus cogitur; vbi decretum, illam iuſtam vxorem non fuiſſe, quæ publico iudicio inceſti damnata eſſet, & ipſum Lotharium ritè aliam vxorem ducere poſſe. Quæ poſtquam Lotharius impetrauit, lætus ſtatim ſibi Valdradam matrimonio copulauit. Hæc omnia ſtatim ad Nicolaum Pontificem Thietbergæ fratres detulerunt, iuſque ſibi, ac ſorori in cauſſa, quæ ſummam Religionis attingeret, popoſcerunt. Nicolaus cum hæc, & noua, & à ſacris legibus diſsidentia nequaquam putaret eſſe ferenda; continuò Legatos duos deſtinauit, qui omnia vti eſſent geſta cognoſcerent, & cognita renunciarent. Rectè Sanderus libro ſeptimo de viſibili Monarch. Eccleſ. §. 649. *Hic manifeſtè apparuit* (inquit) *quàm neceſſarium ſit, non modò vt vnus ſummus Pontifex Eccleſiæ toti præſit, verùm etiam vt is à Spiritu Sancto gubernetur, vt Eccleſiam in re quapiam grauiſſima errare non permittat. Alioqui partim vi, ac tyrannide, partim opibus, & blanditijs Principum iuſtitia penitus extingueretur.* Quid enim aliud iam præter ſummi Pontificis authoritatem reſtabat? Epiſcopi Germaniæ, & Galliarum in publica Synodo vel ſeducti ſunt, vel ſeduxerunt alios. Legati à Sede Apoſtolica miſsi accepta pecunia rem infectam reliquerunt. Rex abdicata per iniuriam coniuge, ſecundam, quod fœdius erat, ex Epiſcoporum authoritate ducturus erat.

Lotharius Rex, retundiata Thietberga legitima vxore, Valdrada concubina nubit.

Lotharij factū ad Nicolaū Pont. defertur.

Hinc vnius ſummi in Eccleſia Pont. & à Spiritu S. gubernati neceſſitas apparet.

Quod ergo ſolum, & ad fidei præſidium, & ad honeſtatis tutelam ſupererat, Nicolaus Archiepiſcopos Colonienſem, & Treuerenſem Romam vocat, ac opem Imperatoris fruſtra implorantes omni Eccleſiaſtica dignitate priuat. Lothario, ni pellice abdicata vxorem reuocet, anathema denunciat. *Vnde* (inquit Rhegino libro ſecundo Chronic. ad annum 866.) *Vellet nollet, Thietbergam Reginam in matrimonium recepit.* Qui cum cætera fusè enarraſſet in tam inſigni cauſſa, ſic meritò ſcribit, *Stultitiæ quidem elogio denotandi, qui illam Petri Sedem aliquo prauo dogmate fallere poſſe arbitrati ſunt, quæ nec ſe fefellit, nec ab aliqua hæreſi vnquam fal-*

Nicolaus exauthorat Archiepiſcopos Colonienſem, & Treuerenſem huius facti probatores.

Lothario, ni vxorem reuocet anathema denūciat.

Digitized by Google

li potuit. Sigebertus in Chron. ad annum 863. *Guntharius, & Thietgaudus Archiepiſcopi Romæ à Papa Nicolao pro adulterio Lotharij Regis examinati, cùm & ſuis Synodalibus geſtis, quæ præferebant, & ſuorum ore etiam conuicti fuiſſent; Epiſcopatu, & ſacris gradibus exordinati, anathematizati ſunt, eiſque tamen Laicalis communio conceſſa eſt*. Tritemius in Hirſaugienſis Monaſterij Chronic. ad annum 865. *Sanctus Papa Nicolaus primus Lotharium Regem, fratrem Imperatoris, propter Thietbergam Reginam iniuſtè repulſam, vna cum pellice Vualdrada excommunicat ad inſtantiam fratrum Reginæ, qui cauſſam ad Apoſtolici audientiam detulerunt. Ob eandem cauſſam Guntherus Colonienſis, & Thietgaudus Treuerenſis Archiepiſcopi ab eodem Papa depoſiti vſque ad laicalem ſtatum, dignam iniquitatis ſuæ mercedem acceperunt, quippe qui falſis criminibus arte confictis, Reginam innocentem damnare præſumpſerunt*. Scribit Anaſtaſius in Nicolao primo, eos Romæ Pontifici obtuliſſe libellum, aſſerentes ſe nihil plus, vel minus egiſſe, niſi ſicut libellus ipſe cantabat. *Quo diligentiſſimè ſcrutato, non pauca in eo reperta ſunt profani & multis inauditi ſermonis turpitudinem habentia, quę Epiſcopalem excedentes ordinem, ipſos ſicut phreneticos ligauerunt Archiepiſcopos*: qui & authores ſe tanti diuortij fuiſſe clamabant. Ex quibus conſtat, quàm maledicè Magdeburgenſes, & Mornæus Nicolaum accuſent, quaſi eos inauditos damnarit, & Eccleſiaſticis dignitatibus exuerit. Extat Epiſtola Nicolai 58. in ordine Tomo tertio Epiſt. Rom. Pontificum ad Archiepiſcopos & Epiſcopos in Regno Ludouici Regis conſtitutos, qua eos reprehendit, quòd nimium ſollicitri eſſent de Epiſcopis his depoſitis, & eorum depoſitionis cauſſas recenſet, ac Metenſem Synodum & cum Epheſino latrocinio reputatam, Apoſtolica authoritate ſancimit eſſe damnandam, nec vocari *Synodum*, ſed tanquam adulteris fauentem, *proſtibulum* appellari decernit.

Nicolaus eos Archiepiſcopos dānauit non inauditos.

Imponunt Magdeburgenſes Nicolao, quod contra Dei inſtitutionem approbarit diuortia, nempe quod matrimonium Lotharij, & Thietbergæ diſſoluerit: quod falſum eſſe indè conſtat; nam Lotharius, vt anathema Pontificis euitaret, Vualdrada reiecta, legitimam coniugem coactus eſt recipere: iurauit ſe vt iuſtam vxorem habiturum: idem duodecim Proceres iurarunt. Verùm Lotharius illecebris, & conſuetudine concubinæ captus, & cum ſatis alioqui ſua ſponte inſaniret, ab aſſentatoribus magis inſtigatus Thietbergam ſubornatis teſtibus adulterij condemnare, deinde de ea quaſi adultera pœnas ſumere, ſiue eandem ad ſingulare certamen prouocare ſtatuit. Quod vbi ipſa reſciuit, clam in Galliam ad Carolum fuga elabitur, Pontificem Maximum appellat, ſe Regno, marito, opibus cedere, cęlibem vitam, & priuatam, ſi modò liceat, degere pollicetur. Quod Pontifex mulieri, niſi idem faciat maritus, pernegat Epiſtola 48. ad eandem: *Si amore pudicitiæ, vt aſſeris, ſolutionem matrimonij quæris; hanc tibi nullo pacto noueris tribuendam, niſi vir tuus eandem pudicitiam non fictè ſectatus extiterit*. Et Epiſt. 50. ad Carolum Regem, & verba referuntur 27. q. 2. cap. 26. *Scripſit nobis Thietberga Regina, ſe regia dignitate, vel maritali copula velle exui, & ſola vita priuata eſſe contentam deſiderare. Cui nos reſcripſimus, non aliter hoc fieri poſſe, niſi eandem vitam coniux eius Lotharius elegerit*. Et Epiſt. 51. ad Lotharium Regem: *Nam licet ſcriptum ſit: Quod Deus coniunxit homo non ſeparet; Deus tamen, & non homo ſeparat, quando diuini amoris intuitu, ex conſenſu vtriuſque coniugis matrimonia diſſoluuntur. Aliter autem fieri mutuam veſtram ſeparationem prohibemus*. Non igitur contra Dei inſtitutionem matrimonia diſſoluebat Pontifex. Neque enim ſoluebat vinculum ipſum matrimonij (quod contrarium eſt Dei inſtitutioni) ſed diuini amoris intuitu, ex conſenſu coniugum, quoad thorum, & cohabitationē ſeparari permittebat. Annon verò ex facto Pontificis conſtat, Magdeburgenſes manifeſtos eſſe impoſtores? Siquidem Pontifex Vualdradam Lotharij concubinam anathemate percuſſit, nec permiſit vnquam, vt Lotharius, legitima repudiata cōiuge, eam duceret in vxorem: neque id permiſerunt vnquam ſacri Canones, vt, vxore legitimè ducta repudiata, & diſſoluto vinculo matrimonij, quis alteram ſuperinduceret. Proſequitur Mornæus:

Impoſtura Magdeburgenſium.

Hoc primum anathema & interdictum in Reges noſtros Pontifices vibraſſe leguntur, dum partim ex diſcordijs poſterorum Caroli, partim ex eorundem peccatis & flagitijs vires ſumunt, quorum & memoriæ, in compluribus decretis notam inuſſerunt; Lotharij præſertim &c. Pag. 171

RESpondetur, excommunicādi poteſtatem, quam habet Pontifex, non modò ad priuatos, ſed & ad Reges, & Principes ſeſe extēdere, nec primum eſſe Lotharium Principem, qui à Pontifice ſit excommunicatus; ſed fortaſſe primum eſſe ex Regibus Francorum, qui iuſtā occaſionē anathemati dederit. Nec eius memoriæ notam inuſſit Pontifex, qui tàm ſtudioſus fuit eius ſalutis: Imperatori Ludouico fratri, patruo Carolo Caluo Regi Francorum, ipſi Lothario ſcribit, obſecrat, admonet, minatur, territat, vt legitimam vxorē recipiat. Ipſe ſibi Lotharius infamiam contraxit; non Pontificū Canones, & Decreta notam ei inuſſerunt; alioqui certè magis tot Scriptores, qui fœdam libidinem Lotharij ſcriptis mandarunt, & zelum Pōtificis in re tanti momenti probarunt, notā memoriæ ipſius inuſſerūt. An verò ſi quid legimus in Scriptura ſacra erratum aliquādo à ſanctis viris; ideò ſacram Scripturā Mornæus accuſabit, quod illorum memoriæ notam inuſſerit? Sic enim refert Iudæ congreſſum cum Thamar nuru ſua, Rubem aſcendiſſe cubile patris ſui, homicidium in Vriam, & adulterium cum Berſabea à Dauide commiſſum: qui inde notam

Pōtifex excommunicare poteſt nō priuatos ſolū, ſed etiā Reges.

Pōtifex Lotharij memoria notā non inuſſit, ſed eā ſibi ipſe contraxit.

notam memoriæ ſuæ aliquam contraxerunt, nõ Scriptura illis inuſſit; ſicut nec Petro, quod referat eum negaſſe Chriſtum, nec Matthæo, quod, publicanum fuiſſe, nec Paulo, quod, perſecutum eſſe Eccleſiam Dei; vt proinde nec ipſa Scriptura accuſanda ſit, quod aliquam illis notam inuſſerit. Quorſum igitur iſte Pontificem, & Canones accuſat, quod Lotharij memoriæ notam inuſſerit? Non certè euulgauit illius crimen Pontifex, quod occultum eſſet 2. q. 1. cap. 16. *Quæ Lotharius Rex nepos veſter facit, accuſatore non indigent, manifeſta quippe ſunt (teſte Apoſtolo) opera carnis, fornicatio, immunditia &c.*

Pag. 171

Nicolaus (inquit) *Epiſcopis Italiæ, Galliæ, & Germaniæ ſcribens peraudacter; Rex Lotharius, inquit, ſi tamen Rex verè dici poteſt &c.*

Mornæus Nicolai verba ſupprimit, quæ ad rem faciunt.

PRimùm illa Epiſtola inſcribitur Epiſcopis, dumtaxat in Regno Ludouici Regis Germaniæ conſtitutis. Deinde pro more ſuo ſupprimit, quæ ad rem maximè faciunt, ſic enim Pontifex: *Scelus, quod Lotharius Rex (ſi modo qui libidini ſeruit, nec ſibi imperare poteſt, qui ſtupris, adulterijs, Regiam Maieſtatem polluit, Rex dicendus eſt) perpetrauit &c.*

Pag. 171

Nicolaus (inquit) *ſæculi potius ratione, quàm Religionis zelo motus, quippe qui hoc ipſo tempore Balduinum Comitem Flandriæ, ambabus vlnis Romæ excipere, & amplecti non erubeſcit, qui Iuditam Caroli Calui Regis filiam raptam, abduxerat &c.*

Nicolaus Balduinũ excipit contra quàm ſcribit Mornæus.

VErùm neque raptum probauit, neque fuit author raptus Balduini ipſe Pontifex, neque eum Romæ ambabus vlnis excepit. Id conſtat ex Epiſtola ipſius Nicolai 30. ad Carolum Regem: *Nouerit dilectio veſtra, Balduinum, vt nobis intimatum eſt, qui natam veſtram ſibi furto in vxorem contra fas ſociauit, quem ideò venerandi Præſules Eccleſiam Domini in Regno veſtro gubernantes, vinculis anathematis obligarunt, ad limina Apoſtolorum acceſſiſſe, & vt à vinculis ſolueretur, atque per nos gratiam inueniret ſedem adijſſe Apoſtolicam. Nos autem non ſolum eum à vinculis minimè abſoluimus, aut in communione noſtra recepimus; ſed potius tàm præſumptuoſam temeritatem deteſtati ſumus; atque veſtri pectoris naturalem affectum conſiderantes, doluimus, veſtræque mæſtitiæ participes effecti, vobis hodieq; compatimur.* Si non eum abſoluit ab anathemate, nec in communionem recepit; quomodò excepit *ambabus vlnis*, & amplexus eſt? Verùm quia gemẽs & dolens Romam ad Nicolaum Pontificem ſe contulerat, interpellans eum, vt ſuis precibus Carolum ſibi conciliaret, quem iuſta cauſſa infenſiſsimum pateretur; hoc officium præſtitit ipſi Pontifex, ſiquidem Epiſtola citata ſubiungebat: *Verùm quoniam ad diuina ſeſe præſidia contulit, amatorumque veſtrorum Petri, & Pauli Apoſtolorum Principum ſibimet expetijt afferre ſubſidia; non potuimus omittere, quominus, vt gratiam veſtram perciperet, apud piam excellentiam veſtram interueniremus.* Extat eiuſdem argumenti Epiſt. 20. Nicolai ad Carolum Regem, & 21. ad Hermetrudam Reginam, quibus obnixè eos precatur, vt Balduino parcant, eumque in gratiam recipiant. Timebat verò Pontifex, ne Balduinus propter iram, & indignationem Regis deſperatione victus, Nortmanis Sanctæ Dei Eccleſiæ hoſtibus ſe coniungeret, & in populo Dei graue aliquod periculum ingereret, & ſcãdali fomitem, quo fidelium cætus depopularetur, immitteret: cui periculo cupiebat Pontifex vt Rex proſpiceret, eum in gratiam recipiendo. Porrò ipſum Balduinum receptum fuiſſe tandem in gratiam à Carolo, conſtat ex Epiſt. Nicolai ad eundem Carolum 52. qua ei hoc nomine gratias agit. Conſtat ex Epiſt. Hincmari ad Nicolaum Papam, quæ extat apud Flodoardum lib. 3. hiſt. Rem. cap. 12. vbi hæc habet; *Balduinus, & Iudith iura legum ſæcularium, quæ elegerunt, exequi ſtuduerunt. Dominus etiam noſter Rex filius veſter huic deſponſationi, & coniunctioni intereſſe non voluit; ſed miſſis publicæ rei miniſtris, ſicut vobis promiſit, ſecundum leges ſæculi eos vxoria coniunctione adinuicem copulari permiſit, & honores Balduino pro veſtra ſolummodo petitione donauit.* Vnde & matrimonium conſtat fuiſſe contractum inter Balduinum, & Iuditham conſenſu ipſius Caroli Regis. Et ſi Balduinus rapiendo Iuditham grauiter deliquerat; non tamen Pontificem adeundo, & precibus eius Carolum ſibi conſiliari, & vxorem ſibi concedi, cupiendo. Quorſum igitur impoſtor iſte nugatur, Nicolaum ſæculi potius ratione, quàm Religionis zelo motum fuiſſe? quæ ſæculi ratio ad id officium mouebat Pontificem? Mornæus.

Tantũ inſtitit de cauſſis Regẽ, & Reginã precatur, vt Balduino parcant.

Rex tandẽ parcit, eumq; recipit in gratiam.

Pag. 171

Epiſcoporum etiam noſtrorum appellationes inſolentiùs & recipit, & ad ſe trahit, &c.

De appellationibus ad Romanum Pont.

VErùm vſu perpetuo receptæ fuerunt appellationes vndiq; ad Sedem Apoſtolicam: id volunt ſacri Canones, Capitularia etiam Regum Franciæ: Sardicenſis Synodus id expreſsè ſanciuit. De hoc extant plures Canones apud Gratianum 2. q. 6. Et beneficium appellationis cõceſſum eſt oppreſsis iuſtè ad ſuperiorem. Barlaamus Græcus, quem nuper nobis citabat Mornæus, Epiſt. de Primatu Eccleſiæ ad amicos ſuos Græcos: *Multi magni viri* (inquit) *de Orientali Eccleſia, arbitrantes ſe iniuriam eſſe paſſos, ad ſedem illam refugerunt. Magnus Athanaſius, Sanctus Maximus, ſed neque Beatus Chryſoſtomus ſuum ignorauit caput. Paſſus enim maximas iniurias ad tunc Sanctiſſimum Papam omnia refert, qui, quantum in ſe erat, manum auxiliatricem dare iniuriam paſſo, nullo modo neglexit.* Sed à Metropolitanis aliquando in Gallia Epiſcopos iniuriam paſſos, certò cõſtat, vt ab Hincmaro Remenſi Hincmarum

Digitized by Google

Laudunenſem, & Rothaldum Sueſsionenſem Epiſcopos, qui propterea ab oppreſsione iniuſta ad Sedem Apoſtolicam appellarunt, & ab eiuſdem Præſule ſuis Sedibus ſunt reſtituti, Sed de his iam in Progreſſu ſuperiori, Et Nicolaus Papa in Hincmarum Archiepiſcopum Rhemenſem iuſtè inuehitur, qui Rothaldum Epiſcopum appellantem Apoſtolicam Sedē damnare auſus eſt 2.q.6.c.13. *Arguta ſapientia tua, vtinam in bono accepta, fomitem iudicij, & materiam depoſitionis aduerſus Rothaldum aſſumpſit, & ab itinere Apoſtolicæ Sedis remouit, & continuatim Sedem Apoſtolicam appellantem damnauit, & carcetali cuſtodiæ mancipauit.* Infra: *Priuilegia tamen Apoſtolicæ Sedis obliuioni tradere nullatenus debuiſtis, quibus venerandi Canones iudicia totius Eccleſiæ ad hanc deferri iubent*: Et infra: *Hæc quippe nos in Rothaldo idcirco noueritis operatos, vt priuilegia Sedis Apoſtolicæ, quæ malè à vobis violata videbantur, & à nobis tot impenſis laboribus, veſtra reſiſtente contumacia, recuperari non poterant, authoritate Apoſtolica, & ſana Patrum deliberatione priſtino tandem genio, & proprio decorarentur honore*: Idem etiam Epiſt. 8. ad Michaelem Imperatorem ſcribebat: *Siquidem ad illam* (Sedem Apoſtolicā) *de qualibet mundi parte Canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus*. Si Nicolaus Pontifex oppreſsis ad ſe prouocantibus iuxta normam ſacrorum Canonum ſubuenit, & Metropolitani alicuius ſententiam reſcindit; hæc iudicio Mornæi inſolentia eſt. Cum enim videat, recens non illud eſſe, ſed perpetuis temporibus obſeruatum, vt ad Sedem Apoſtolicam appellaretur; neque aliud habeat, quod obijciat inſolentiſsimus iuxta atque impudentiſsimus hæreticus, inſolentiæ id Pontificum tribuit,

Pag.171 *Eadem* (inquit) *arrogantia Galliarum Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſcribit; Romanorum Pontificum Decreto &c.*

Mornæus Nicolai Canonē mutilum producit.

VBi tamen mutilum illum Nicolai Canonem, vt cætera falſarius ſolet, producit, Sic enim habetur apud Gratianum diſtinct. 19. capit. 1. *Si Romanorum Pontificum Decreto cæterorum opuſcula tractatorum approbantur, vel reprobantur, ita vt quod Sedes Apoſtolica probauit hodie, teneatur acceptum, & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur* (hæc, quæ ſequuntur, reticuit Mornæus) *Quanto potius, quę ipſa pro Catholica fide, pro ſanis dogmatibus, pro varijs, & multifarijs Eccleſię neceſſitatibus, & fidelium moribus diuerſo tempore ſcripſit, omni debent honore preferri, & ab omnibus prorſus in quibuslibet opportunitatibus diſcretione, vel diſpenſatione magiſtra reuerenter aſſumi?* Ita profert Canonem Nicolai ex Decreto Gratiani de conſecrat. diſt. 1. cap. 8. quem integrum referemus. *Eccleſia, id eſt Catholicorum collectio, quomodò ſine Apoſtolicę Sedis inſtituetur nutu; quandò iuxta ſacra Decreta nec ipſa debet abſque preceptione Papæ Baſilica noniter conſtrui, quę ipſam Catholicorum intra ſemet amplecti cateruam dignoſcitur?* Ext. 17.q.4.c. 30. producit illum Canonem: *Nemini eſt de Sedis Apoſtolicę iudicio iudicare, aut illius ſententiam retractare permiſſum, videlicet propter Romanæ Eccleſię primatum. Chriſti munere in Beato Petro Apoſtolo diuinitus collatum.* Et ſumptus eſt Canon ex Epiſt. 1. Nicolai ad Michaelem Imperatorem, vbi nō habetur illud, quod ex ſuo addidit Mornæus, *alioquin anathema ſit*. Item illud eſt Nicolai 25. Pag.171 q.2.c.18. *Si quis dogmata, mandata, interdicta, ſanctiones, vel Decreta pro Catholica fidei diſciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione ſceleratorum, uel interdictione imminentium, uel futurorum malorum, à Sedis Apoſtolicę Preſule ſalubriter promulgata contempſerit; anathema ſit.* Item ille Canon 6.q.4. cap.6. *Quod benè ſemel definitum eſt, & interpoſitis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione (niſi fortaſſis ubi fuerit maior authoritas) retractari.* Gloſſa Mornæi:

Alteri ex ſuo addit.

Et ſuam ſe intelligere ſatis prodit. Pag.171

QVid verò habet Aduerſarius, quod in iſtis Canonibus reprehendat? An inſolentia, vel arrogantia eſt, quod veſtigijs prædeceſſorum inſiſtendo (id enim non negabit, qui eadē authoritate Pōtifices Romanos ab initio vſos fuiſſe, in hac ſua hiſtoria Papatus demonſtrat) leges Eccleſiaſticæ diſciplinę in ſuo ſtatu retinendæ vtiliſsimas ſanciuerit? Et Romani Pontifices Canones condiderunt, & controuerſias inter Epiſcopos exortas terminarunt. Verùm, vt ſcribebat Diuus Auguſtinus Epiſt. 118. ad Ianuarium, *non rectè fieri, quod uniuerſa Eccleſia fecit ſemper, & facit, dicere, aut ſcribere inſolentiſſimę inſanię eſt*,

At horrendum in primis (inquit Mornæus) *quod apud Epiſcopos noſtros audet, & hic Baronij candor eminet, qui in tanto pudore erubeſcere non potuerit.* Pag.172

ET horrendum certè, quod ita ſcribat Mornæus, Quid enim illi affine cum Epiſcopis illis Galliarum, qui Catholici, & eiuſdem cum Romana Eccleſia communionis, quorum ſucceſſores ſunt, qui nunc Galliarum Eccleſias adminiſtrant Epiſcopi, & Romanam Eccleſiam matrem omnium Eccleſiarum, & eius Pontificem militantis Eccleſiæ caput agnoſcunt? Vbi Mornæi Eccleſia nec Epiſcopos habet, nec Sacerdotes, nec inferioris ordinis Clericos, Quis verò tantus pudor, in quo Baronius erubeſcere non potuerit, ita oſtendit:

Contra eos enim diſputans (Nicolaus) *qui Decretales Epiſtolas, quas producebat, admittere nolebant, Hincmarum Rhemenſem & alios, Canonum Codici minimè æquiparandas dictitantes, Sacris immò Scripturis veteris, & noui Teſtamenti, coæquare nefas non putat; quin ab eadem authoritate pendere vult: ipſis adeò Decretalibus Epiſtolis ſubijcit.* Pag.173

Hanc

Digitized by Google

Decretales Epiſt. à Nicolao æquatas eſſe ſacris Scripturis, aut has illis ſubiectas impoſtura eſt.

HAnc eſſe meram impoſturam, facilè oſtendemus. Vt conſtat Ex Epiſt. 42. Nicolai ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos Galliarum, & refertur apud Gratianum diſt. 19. c. 1. nonnulli aſſerebant, ideò non eſſe admittendas Decretales Epiſtolas priſcorum Pontificum Romanorum, quia in Codice Canonum non habebantur adſcriptæ. Sic igitur arguit Pontifex: *Ergò nec Gregorij Sancti, nec vllius alterius, qui ante, vel poſt ipſum fuit, eſt aliquid inſtitutum, vel ſcriptum recipiendum, eo quòd in Codice Canonum non habeatur adſcriptum. Ergò doctrinam eorum, & ſanctiones de codicibus ſuis eradant. Vt quid vel membranas occupant, poſtquam non habentur acceptæ? Sed quare multum immoremur, cũ nec ipſas diuinas Scripturas noui, & veteris Teſtamenti iam recipiemus, ſi iſtos duxerimus audiendos? etiam neutrum horum in Codice Eccleſiaſticorum Canonum habetur inſertum &c.* Quaſi dicat: quod erit magis abſurdum, cum multò ſit abſurdius non admittere Scripturas Sacras, quàm Decretales Epiſtolas Romanorum Pontificum: & hoc tantum vult Pontifex, non valere eorum argumentum, non admittendas Decretales illas Epiſtolas priſcorũ Pontificum, quia in Codice Canonum non habentur adſcriptæ; quia Scripturæ Sacræ, quas tamen nemo admittendas dubitat, non habẽtur etiam ibi adſcriptæ. Hoccine, quæſo, eſt Decretales Epiſtolas Pontificum Scripturis veteris, & noui Teſtamenti coæquare, ipſis adeò Decretalibus Epiſtolis ipſas ſubijcere? Certè Scripturas veteris, & noui Teſtamenti à Spiritu Sancto dictatas eſſe, non prudentia, aut ratione humana concurrente aliqua, dicimus. Theodoretus Præfat. in Pſalmos, & S. Gregorius Præfat. in Iob linguas, & manus Scriptorum Sacrorum nihil aliud, quàm Spiritus Sancti calamos eſſe ſcribunt; Verùm in reſpondendo, & Epiſtolas Decretales componendo, Pontifices iudicio, & humana ratione vtuntur. Quod conſtat ex Epiſt. 58. Nicolai Papæ: *Sedis Apoſtolicæ ſententia tanta ſemper conſilij moderatione concipitur, tanta patientia maturitate decoquitur, tantoque poſtmodum deliberationis grauitate profertur, vt retractatione non egeat, nec immutari neceſſarium ducat; niſi fortè ſic prolata ſit, vt retractari poſſit, vel immutanda ſecundùm præmiſſæ tenorem conditionis exiſtat.* De authoritate Scripturæ Sacræ ſupra Decreta Conciliorum, & Pontificum legi poteſt Bellarminus lib. 2. de Conciliorum authoritate cap. 12. Miror igitur, qui non pudeat Mornæum ſuæ ignorantiæ, ſeu potiùs impudentiæ, cùm ſcribit, Nicolaum Pontificem, aut Baronium Decretales Epiſtolas Scripturis veteris, & noui Teſtamenti coæquare, ipſis adeò Decretalibus Epiſtolis Scripturas Sacras ſubijcere. Et legenti, quæ ſcribit iſte, & conferenti cum his, quæ ſcribit Nicolaus Pontifex, ſtatim conſtabit, hunc non aſſecutum mẽtem Pontificis, adeò rudis eſt, & obtuſus, aut dedita opera pro more ſuo, voluiſſe corrumpere locum illum, prout impudens eſt falſarius. Neque dicimus, Scripturas Sacras, prout fingit iſte impoſtor, à Decreto Innocentij, aut aliorum Pontificum Romanorum habere authoritatem. Siquidem habent authorem ipſum Spiritum Sanctum, à quo ſunt dictatæ: neque vllus vnquam Catholicorum dubitauit, an infallibilem continerent veritatem; ſicut neque, an Deus ſit prima veritas, quæ mentiri nõ poſſit. Verùm, qui libri ſint Sacri, & Canonici, aut quis ſenſus in eis à Spiritu Santo intentus, pendet ex iudicio Eccleſiæ, & Pontificis ſupremi illius Præſulis, nõ verò ex priuato cuiuſque; atque ita aſſertur Decretum Innocentij, vel aliorum Pontificum, aut etiam Conciliorum, vt Tridentini, de Scripturis Sacris; non vt ideò libri ſint ſacri, quos in Canonem ſacrum admittunt, neque vt ſint verbum Dei; ſed vt, qui ſint libri ſacri, qui apocryphi, nobis innoteſcat.

Iudiciũ Eccleſiæ quid conferat ſacris Scripturis.

Chriſtus Dominus Ioannis 5. *Vos miſiſtis ad Ioannem, & ipſe teſtimonium perhibuit veritati.* An verò Chriſtus egebat teſtimonio Ioannis, vt eſſet filius Dei? An inde authoritatem ſuam habebat? Tamen vt Iudæis, quis eſſet, innoteſceret, vtile erat teſtimonium Ioannis. Propterea dicebat: *Ego teſtimonium ab homine non accipio, ſed hæc dico, vt ſalui ſitis.* Eodem ſenſu ſcripſit D. Auguſtinus lib. contra Epiſt. fundamenti cap. 5. *Euangelio non crederem, niſi me authoritas Eccleſiæ commoueret.* Non certè quòd Euãgelium ſecundum ſe iudicaret habere ſuam authoritatem ab Eccleſia, aut ab eadem pẽdere, quod ſit verbum Dei, ſed quod, cùm plura Euangelia poſſent confingi ab hæreticis; nõ aliundè, quàm per Eccleſiæ authoritatem innoteſcebat, quod eſſet ſacrum Euangelium, illud nimirum ab omnibus recipiendum tanquam verbum Dei à Spiritu Sancto dictatum, quod vniuerſa Eccleſia probaſſet. Impudens itaque eſt iſtius mendacium, quo ita cõcludit:

En tibi Lector, quo iam loco Sacram Scripturam haberent, vt quam ei demebant, Decretalibus ſuis authoritatem adderent. Pag. 172

Nullus Pontifex ſacris Scripturis æquauit Epiſtolas Decretal.

NEmo vnquam Pontificum Decretales Epiſtolas Sacris, & Canonicis Scripturis æquauit; nec Innocentius in Decreto ſuo, nempe Epiſt. 3. ad Exuperium Scripturis veteris, & noui Teſtamenti connumerauit Decretales Epiſtolas Pontificum. Et quia ipſe ſolet nobis obijcere Decretum Gratiani, vt reformatum à Gregorio decimotertio, diſt. 9. c. 5. citantur verba D. Auguſtini ex Epiſt. 19. ad D. Hieronymum: *Ego ſolis eis Scriptorum, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, vt nullum eorum ſcribendo erraſſe audeam credere &c.* nõ idem intelligitur de Epiſtolis Decretalibus. Et ex lib. 2. de Baptiſmo contra Donatiſt. ca. 3. *Quis neſciat ſanctam Scripturam canonicam tam veteris, quàm noui Teſtamenti certis ſuis terminis contineri, eamque omnibus poſterioribus Epiſcoporum literis ita præponi, vt de illa dubitari omninò, & diſceptari non poſſit, vtrum verum, vel vtrum rectum ſit, quicquid in ea ſcriptum eſſe conſtiterit, Epiſcoporum autem literas, quæ poſt confirmatum Canonem vel ſcriptæ*

Digitized by Google

ſunt, uel ſcribuntur &c. licere reprehendi, ſiquid in eis forte à ueritate deuiatum eſt? Vbi etſi non agatur de Decretis Pontificum, ſed de aliorum Epiſcoporum, & Sanctorum Patrum ſcripturis, ac nec eodem loco, quo Scripturas Sacras, ea haberet D. Auguſtinus. Si verò obijciat Aduerſarius ex eodem Gratiano diſt. 19. cap. 6. inter Canonicas Scripturas Decretales Epiſtolas connumerari; ſic enim citantur verba D. Auguſtini ex lib. 2. de doct. Chriſt. cap. 8. *In Canonicis Scripturis Eccleſiarũ Catholicarum quàm plurimùm Diuinarum Scripturarum ſolertiſſimus indagator authoritatem ſequatur: inter quas ſanè illę ſunt, quas Apoſtolica ſedes habere, & ab ea alij meruerunt accipere Epiſtolas*; Reſpondet doctiſsimè, vt omnia, Bellarminus lib. 2. de Concil. authoritate cap. 12. Primo deceptum eſſe Gratianum ex deprauato Codice, quem habuit D. Auguſtini. Siquidem veri, & emendati illius Codices longè aliter habent, quàm Gratianus; non enim ſcribit D. Auguſtinus Epiſtolas eas eſſe Canonicas, quas Apoſtolica ſedes dare, vel accipere conſueuit, vt citatur à Gratiano; ſed iudicium de Scripturis Sãctis pertinere ad Eccleſias, & quidem ad eas potiſsimùm, quæ Apoſtolicas ſedes, vel Epiſtolas accipere meruerunt, qualis Roma, in qua ſedit Petrus, & ad quam ſcripſit Paulus &c. Secundò, neque hoc errore poſito, mentem fuiſſe Gratiani, Decreta Pontificum eſſe propriè Scripturas Sacras, & Canonicas, vt ſunt libri veteris, & noui Teſtamenti; ſed eſſe Scripturas Sacras, vt diſtinguantur à profanis, & Canonicas, vt diſtinguantur à Scripturis Sanctorum Patrum, quæ non ſunt regulæ, nec eandem habẽt authoritatem obligandi; licet enim Canones Pontificum, & Conciliorum poſtponantur Scripturæ Sacræ; quodammodo tamen dici poſſunt Scriptura Sacra, & Canonica eo ſenſu, quo Septima Synodus Act. 3. vocat Decreta Conciliorum, *diuinitùs inſpiratas Conſtitutiones*. Ridiculum verò argumentum, quo docet Mornæus, Pontificem Scripturæ Sacræ authoritatem demere, vt Decretalibus ſuis eam addat;

Epiſtolæ Decretales quo ſenſu apud Gratianũ Canonicæ.

Cum Dei nomen ipſe ſibi tribuat (quod probat ex Canone, quem Gratianus ſuo Decreto inſeruit) *Satis euidenter oſtenditur*, inquit, *à ſeculari poteſtate nec ſolui prorſus, nec ligari Pontificem, quem conſtat à pio Principe Conſtantino Deum appellatum, cum nec poſſe Deum ab hominibus iudicari manifeſtum ſit*. Pag. 172

diſt. 96. c. *ſatis euidenter*, & ſumptus eſt ex Epiſt. Nicolai Papæ ad Imperatorem Michaelem. Verùm neque Conſtantinus eo ſenſu Pontificem *Deum* appellauit, quo Deus eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, qui creauit Cœlum, & terram; nec enim eo ſenſu dicit Deus, ſe conſtituiſſe Moyſem *Deum* Pharaonis, & in Scriptura Sacra Iudices *Dij* dicuntur: neque vni Deo viuo & vero voluit ſe æquare Nicolaus Pontifex, aut etiam præponere, vt, ab eo dempta Diuinitate, eam ſibi arrogaret, quod cogitare ridiculum; Ergò neque Scripturis Sacris, quæ Deum habent authorem, voluit demere authoritatem, vt eam Decretis, quorum ipſe eſſet author, adderet. Et in hoc Canone, quo dicitur, à Conſtantino Pontificem *Deum* appellatum, & Deum ab hominibus non iudicari; dicimus, *Deum* vtrobique eodem ſenſu accipi; ſiquidem ex hominibus aſſumptus eſt Pontifex ad eam dignitatem, ratione cuius ſit ſupra homines, & ab hominibus iudicari non poſsit. Sed obijcit Mornæus:

Pontifex à Conſtantino dictus Deus: quo ſenſu.

Conſtantinus id de omnibus Epiſcopis, qui Niceæ conuenerant, profatur, vnde ſequatur omnes illos ab hominibus non iudicari, à Romano multò minus, qui huic cœtui non intererat. Pag. 173

RESpondetur, ad Conſtantinum Epiſcopos aliquos ſuas querelas detuliſſe; rectè itaque eum exiſtimaſſe, non eſſe ſuum (cùm rebus humanis præeſſet) iudicare Epiſcopos, qui præeſſent rebus diuinis, quos idcircò *Deos* appellauit diſtinctio. 96. cap. quinto. *Hi, quibus tantùm humanis rebus, & non diuinis, præeſſe permiſſum eſt, quomodo de his, per quos diuina miniſtrantur, iudicare præſumant, penitùs ignoramus*. Itaque prudenter exiſtimauit, non eſſe alicuius poteſtatis ſecularis de Epiſcopis iudicium ferre: ſed quemadmodùm ordo eſt in Magiſtratibus, & officijs Reipublicæ, & Imperator omnes iudicabat; multò magis in Eccleſia Dei, quæ eſt ſicut caſtrorum acies ordinata, inter Epiſcopos Eccleſiarum Præſules conueniebat eſſe ordinem, vt eſſet ſupremum aliquod forum, ſupremus aliquis iudex, ad quem reliquorum controuerſiæ referrentur. Nec certè id ignorauit Conſtantinus, qui, vt refert Ruffinus lib. 1. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 2. Epiſcopis ipſis dixit: *Vos Dij eſtis, à vero Deo cõſtituti; ite & inter vos cauſas veſtras deponite, quia dignum non eſt, vt nos iudicemus Deos*. Ergò iudicauit, inter Epiſcopos eſſe, qui alios iudicent; alioqui enim nec Metropolitanis ius eſſet in Epiſcopos ſuæ Prouinciæ, quorum tamen ſententiam reſcindi à Romano Pontifice nonnũquam in gratiam appellantis, paulò ſuperiùs ægrè ferebat, & conquerebatur Mornæus.

Epiſcopi iudicio Conſtantini nõ iudicandi à ſeculari poteſtate.

Quod ad doctrinam attinet; ſcribit, Nicolaum

Cælibatus legem inter Clericos rigidius ſtrinxiſſe, & anathematis quidem pœna, vnde toto Occidente tumultuatum. Pag. 173

INter impia dogmata impij ipſi Magdeburgenſes, Epicuri de grege porcus, id recẽſent: *Decreta* (inquiunt) *impia condibat, vt ſunt prohibitio nuptiarum*. Nuptias Quadrageſimali tempore

pore

Digitized by Google

pore fieri Nicolaus Papa prohibet 33.q.4.Cap. XI. *Vxorem* item Clericis nuptias vetat Tom.2. Concil. Si certis temporibus prohibentur nuptiæ ſolemnes, ſi item certis perſonis ſacri Canones prohibent nuptias contrahere, vt Clericis; hoc certè non eſt prohibere nuptias; nam & lex naturalis prohibet nuptias contrahi inter certas perſonas, vt inter conſanguineos in primo gradu, vt docet D. Auguſtinus 15. de Ciuit. Dei cap. 16., quæ tamen non ideò dicẽda eſt prohibere nuptias. D. Paulus ſcribit 1. Timoth. 4. quod in nouiſsimis temporibus diſceſſuri eſſent quidam à fide, *attendentes Spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum prohibentium nubere*: ideò qui nuptias damnarũt, hæreticorum loco, ſemper habuit Eccleſia Romana, quæ & Matrimonium docet vnum eſſe ex ſeptem Sacramentis, quod iſti negant; tantum abeſt, vt Nicolaus 1. vel alij Pontifices nuptias prohibuerint: lex verò Cœlibatus Clericorum, & Sacerdotum ſemper obſeruata in Eccleſia, vt alibi oſtendimus: & quod tum toto Occidente ſit tumultuatum, figmentum eſt Mornæi.

Magdeburgenſiũ impoſtura, Nicolaũ prohibuiſſe nuptias.

Mornæi figmentum.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem trigeſimamſecundam.

QVam ſuo Progreſſui ſubiungat oppoſitionem, nunc examinandum.

Pag.173 *Primùm igitur quod Ioannes Rauennæ Archiepiſcopus hæreſeos accuſatus dicitur cuiuſmodi illa fuerit, author Italus coetaneus exponit &c.*

DE hoc Ioanne ſatis multa in Progreſſu, qui apud Nicolaum Pontificem accuſatus, eique renuens obedire, ab eodem communione ſit priuatus, & ad Imperatorem ſupplex confugiens, iuſſus ſit Pontifici humiliari, & ab omnibus deſtitutus Pontificis gratiam implorarit, & obtinuerit, & quæ ei Pontifex iniunxerit. Atque ita totam hiſtoriam referunt Anaſtaſius, Platina, Sigonius, Hieronymus Rubeus lib. hiſt. Rauennatis; vt mentiatur impudẽter Author confictus Mornæi coætaneus, qui hiſtoriam aliter referat: quem magis ſuſpicor eſſe aliquem è grege Symmiſtarum Mornæi, quem coætaneum Authorem eſſe finxerit. Mirum certè, quod Author iſte toties citatus à Mornæo, coætaneus ſit omnibus Pontificibus. Si Ioannes iſte Archiepiſcopus ſeſe oppoſuit Pontificis authoritati; atqui id factum contumaciæ, & arrogantiæ plenum, non verò ius. Quod verò tandem ſe poteſtati Pontificis totum tradiderit; id certè quia agnouit ius, & authoritatem Pontificis in ſe, quam & omnes tum Chriſtiani populi, quanta eſſet, intelligebant. Refert enim Anaſtaſius coætaneus Scriptor, & teſtis ferè oculatus, quod, præfato Archiepiſcopo Ioanne ad Ludouicum Imperatorem confugiente, & Papiam perueniente, Conciues eiuſdem Vrbis vna cum Luithardo Epiſcopo ſuo conſecrato cùm audiſſent, quòd à ſummo Pontifice excommunicatus eſſet, in tãtæ ſe cuſtodiæ circumſpectione dediderunt, vt ne in ſuis domibus eum reciperent, nec hominibus eius paterentur aliquid venundari, ne per tale commercium, ſaltem locutionis, eorum viderentur eſſe participes, ac per hoc excommunicationis notam incurrerent; Potius autem cùm de aſsiſtentibus ipſius Archiepiſcopi aliquos per plateas incedentes vidiſſent, clamabant: *Iſti de illis excommunicatis ſunt, non licet nobis cum illis miſceri.* Si igitur ſchiſmaticus ille ſuperbus & contumax ſe oppoſuit Pontificis authoritati; Verùm Imperator, ac populi ipſi Chriſtiani & Orthodoxi eam venerati ſunt, & tanti fecerunt, vt ab eo Ioannem excommunicatum tecto, & commercio prohibuerint. Nec volo immorari in recenſendis & refutandis, quæ ex ſuo Authore coætaneo refert, quæ fictitia ſunt omnia, & à veritate lõgè aliena.

Papienſes commercii fugiũt Ioãnis Archiep. Rauen. excommunicatũ à Pontifice.

De Regis Lotharij cauſa, extant Guntheri Colonienſis Archiepiſcopi & Thietgaudi Treuirenſis ad Nicolaum literæ, in quibus de eius iniuſtitia & tyrannide conqueruntur. Pag.174

HAec altera oppoſitio à Mornæo producta. Eorum Epiſcoporum nobis producit literas, quæ referuntur & in Annalibus Frãcorum incerti Authoris anno 863. & ab Auentino lib.4. Annal. Boiorum, & ab ipſis Magdeburgenſibus cent.9.cap.7.pag.338. item à Cardinale Baronio an. 863. art. 26. qui ſubiungit: *Vbi damnationis iſti ſententiam accepiſſent, vehementi agitati furore exeuntes, ab Vrbe ad Ludouicum Imperatorem Beneuentum perrexere, quem, innumeris calumnijs in Nicolaum iactatis, in eum magnoperè commouere: qui & cùm ei ſuis literis perſuadere non poſſet, vt eos abſolutos redderet ſuis Eccleſijs; in Vrbem ipſe cum ſuis ſe contulit, & indignas Catholico Imperatore aduerſus Nicolaum contentiones exercuit, quem cum adamante duriorem eſſet expertus, re infecta reuerſus eſt Beneuentum.* Hæc Baronius ex Remperto in hiſtoria Longobardorum M. S. qui & teſtatur, ob iniurias in Nicolaum illatas iuſto Dei iudicio factum, vt idem Auguſtus in manus inciderit

Colonienſis & Treuirenſis Præſules Imperatorẽ commouent in Nicolaũ Põt. quid Imperator.

Digitized by Google

ciderit aduerſariorum ſuorum. Hic verò Author citatus à Baronio, maioris eſt fidei apud nos, quã Author coætaneus Mornæi. Perditiſſimi verò illi duo Epiſcopi, cùm deſperatam viderent ſuam reſtitutionem, ſchiſmaticis adhęſerunt, quos ſcirent infenſiſsimo eſſe odio in Nicolaum, nempe Photio, eiuſque ſectarijs. Ad Photium enim miſerunt literas, de quibus ſupra, quas ad Nicolaum ab ipſis ſcriptas ex Synodo confinxerunt, calumnijs, mendacijs atque blaſphemijs refertas, ſpiritu planè Sathanico elaboratas, quas huic ſuæ Oppoſitioni inſeruit Mornæus: quas vbi exſcripſit Baronius, ſubiungit: *Audiſti non dico Archiepiſcopos, immò nec homines, ſed ipſum Sathanam ſuorum ſeruorum ore loquutum. Sanè quidem etſi complures inſurrexere in Eccleſiam Dei Gentiles, Iudæi, hæretici, atque ſchiſmatici, & rabido ore proſciderunt Romanæ ſedis Antiſtites; nullorum tamen (quod recorder) literæ extant in Romanum Pontificem ita refractariæ, contumelioſæ, blaſphemæ, mendaces, & arrogantes. Iſta euomouit furor, iſta vibrauit iacula iracundia, & ſuperbiæ tumor in tantam erupit ſaniem, Deo, hominibuſque graue olentem.* Huiuſmodi contumelioſarũ in Nicolaum literarum, vt ex Anaſtaſio colligitur, conſcij & conſortes etiam fuerunt Hagano Bergomenſis Epiſcopus, adſcito Ioanne Archiepiſco. Rauennate cum Gregorio germano fratre illius, qui multarum præuaricationum, iuramenti, quod præſtiterunt, obliti, obnoxij habebantur. Si interim nulla erat Nicolai authoritas ad exauctorandos illos Epiſcopos; quid tantopere Imperator, & Rex ipſe Franciæ laborabant, vt ſuis ſedibus reſtituerentur? & quorſum illi ab eodem tam ſtudioſè procurabant, vt priſtinæ dignitati reſtituerentur? Siquidem ſententia à non ſuo iudice lata, nulla eſt. Immò Lotharius ipſe (cuius literas ex Codice Treuirenſi depromptas, producit Baronius ad annum Chriſti 864. art. 25.) ſcribens ad Nicolaum Pontificem, Guntharij temeritatem accuſat, quòd ab eo excommunicatus Miſſarum ſolemnia celebrare non metueret, & iuxta præcedentem conſuetudinem Epiſcopale Chriſma conficere, & Spiritum paracletum tradere præſumeret: *Quod nos* (inquit) *ſatis ægrè tulimus, & vt hoc non fieret, tanquam mortiferum venenum modis omnibus abominamur. Illo autem ad nos veniente, eius Miſſam audire noluimus, nec in aliquo illi communicare ratum duximus &c.* Thietgaudum verò commendat, quòd Pontificis humiliter ferens cenſuram, in nullo de ſacro miniſterio contingere præſumpſerit. Exiſtimauit igitur Lotharius, ſententiam Pontificis fuiſſe validam, & eum iudicem fuiſſe legitimum eiuſmodi Epiſcoporum. Et quidem eius ſententia obtinuit: & illi Epiſcopi, nunquam recuperatis ſuis ſedibus, in Italia obierunt. Et referunt Annales Francorum incerti Authoris anno 864. quod Guntharius Coloniæ Ciuitatis Epiſcopus, pœnitentia ductus, eo quòd miniſterium Sacerdotale ab Apoſtolico ſibi interdictum contingere præſumpſerat, Romam profectus eſt, ſed reſtitutionis, vel ſatisfactionis locũ minimè inuenit. Subiungit, quod omiſerat ſuo loco:

Iiſ Schiſmaticis adhærent.

Quales literas ad Nicolaum ſcripſerint.

Lotharius accuſat Colonienſ. Archiep. quod excõmunicatus celebrare Miſſas nõ metueret.

Treuirẽſ. Epiſc. ab oppoſito cõmendat.

Nec hic omittendum Nicolaum Papam in ſuis, quæ Decreto inſeruntur, literis, profiteri ſe de hac Lotharij cauſa, quæ tantas turbas mouit, tanquam arbitrum, in quem partes conſenſiſſent, cognouiſſe; non vtique vt iudicem pro iure ſuo etc. Non proinde plena illa poteſtate, ſed commiſſa, ſed delegata vſurum. Pag. 176

Miror, qui non pudeat Mornæum contra rẽ adeò manifeſtam hæc ſcribere. 11. q. 3. Cap. 3. ex Epiſt. Nicolai ad Lotharium: *Præcipuè Gualdradæ pellicis tuæ, & iam dudum à te repudiatæ communionem declina: excommunicata eſt enim, & vſque ad præſentiam noſtram ab omni Chriſtianorum contubernio ſequeſtrata. Quamobrem cauendum eſt, ne cum ea pari mucrone percellaris ſententiæ &c.* & 24. q. 3. c. 19. ex eadem Epiſtola: *Annon diſtricta vltione feriendus es, qui in duabus vxoribus adulterium Lamech et flagitium imitatus eſſe dinoſceris?* & 31. q. 2. cap. 4. extat Canon. *Lotharius*, ſumptus ex Epiſt. Nicolai ad Rodoaldum Portuenſem, & Ioannem Ficolenſem Epiſcopos, quem prolixitatis vitandæ cauſſa minimè recitabimus. Inter cœtera hæc habet: *Nihil aliud vobis præcipimus, manifeſtatione ſua eodem Rege conuicto, niſi vt ſecundùm Canonicam authoritatem noſtra vice freti, cauſam illius definiatis.* Et ſub finem: *Vobis præcipimus, vt, cùm eadem Thietberga ad condictam Synodum, ſicut ſtatuimus, aduenerit, cauſam eius diligenti examinatione tractetis. Et ſi ei obijcitur quod illa ſe crimen aliquod admiſiſſe confeſſa fuiſſet, &ècontra illa violentiam ſe pertuliſſe proclamauerit, vel ſi inimicos iudices illos ſibi fuiſſe teſtata fuerit; tunc illud renouetis iudicium ſecundùm æquitatis normam, vt iniuſtitiæ mole non opprimatur.* Ex his Decretis conſtat perſpicuè Nicolaum plena poteſtate non cõmiſſa, ſeu delegata vſum eſſe. A quo verò commiſſa, aut delegata illi poteſtas? An ab ipſo Lothario, qui nihil minus, quàm Pontificem huic cauſæ immiſcere ſe, & Vualdradam pellicem à ſe abſtrahere, voluiſſet? An ab ipſis Galliarum, aut Germaniæ Epiſcopis, quorum ſententiam reſcidit, reprobato Concilio Metenſi, & illius præcipuis Authoribus exauctoratis, Nicolaus Pontifex?

Nicolaus in Lotharij cauſſa index fuit, et propria poteſtate vſ⁹.

Ad vſurpationes Nicolai quod attinet, Rothardum Epiſcopum Sueſſionenſem aduerſus Metropolitani & comprouincialium ſententiam reſtituẽtis, Hincmarus Archiepiſcopus Rhemẽſis, nihil diſſimulat. Pag. 176

His deinde Mornæus ſubiungit pauca ex Epiſtola Hincmari Archiepiſcopi Remẽ-

ſis

Quantum Hincmarus Remenſis tribuerit Romano Pont.

ſis ad Nicolaum Papam de cauſſa Rothaldi Sueſsionenſis Epiſcopi depoſiti, quæ habetur apud Flodoardum lib. 3. hiſt. Eccleſ. Remenſis cap. 13. ex qua & nobis citanda ſunt aliqua, quæ puduiſſet Mornæum producere, vt ex quibus conſtet, qua ille humilitate ſcriberet, & quanta obſeruantia coleret Romanum Pontificem, & quàm manifeſtè aſſerat Romani Pontificis in ceteros Epiſcopos authoritatem; tantùm abeſt, vt illi ſe vel minimum opponat. Primùm enim profitetur, ſe cum alijs Epiſcopis iudicaſſe Rothaldum appellantem, non in contemptum ſedis Apoſtolicæ, ſed quòd, cùm ſacri Canones præcipiant, huiuſmodi controuerſias, & iurgia in Synodis Prouincialibus terminari à Metropolitanis, ſummam Pontificis authoritatem fatigandam non duxerunt. *Si forte de Epiſcopis cauſa nata fuerit, vnde certa, & expreſſa in ſacris regulis non habeamus indicia, & ob id in Prouinciali, vel Comprouinciali nequeat examine definiri; ad diuinum oraculum* (inquit) *id eſt ad Apoſtolicam Sedem nobis inde eſt recurrendum.* Deinde Canones citat, quibus in maioribus cauſsis recurrendum ad Apoſtolicam Sedem. Poſtea: *De qua forma Epiſcoporum quoque orta eſt diſtinctio, & magna ordinatione prouiſum, ne omnes ſibi omnia vendicarent; ſed eſſent in ſingulis Prouincijs ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia, & per quos ad vnam Beati Petri ſedem Vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil vſquam à ſuo capite diſſideret.* Poſt: *Nullam poſſemus habere verecundiam de reſtitutione illius* (Rothaldi) *ſi foret facta à veſtri ſummi Pontificatus pietate, quia omnes ſenes cum iunioribus ſcimus, noſtras Eccleſias ſubditas eſſe Romanæ Eccleſiæ, & nos Epiſcopos in primatu Beati Petri ſubiectos eſſe Romano Pontifici, & ob id, ſalua fide quæ in Eccleſia ſemper viguit, & Domino cooperante florebit, nobis eſt veſtræ Apoſtolicæ authoritati obediendũ.* Ibidem: *Ipſe ſupra fundamentum Apoſtolicæ Petræ ſuam fundauit Eccleſiam, quam & ante paſſionem & poſt reſurrectionem ſuam ſpeciali cura, & ſingulari priuilegio Beato Petro, & in illo ſuis commiſit Vicarijs. Cuius Sedem, ſuæque Sedis Pontificem qui honorat, illum honorat, qui dixit: Qui accipit ſi quem miſero, me accipit. Et ab ipſo honorabitur dicente: Honorantes me honorificabo, & qui contemnunt me, erunt ignobiles.* Ibidem aſſerit, ſine obſeruatione ſacrorum Canonum, & Decretorum ſanctæ Sedis Romanæ Pontificum neminem poſſe eſſe Epiſcopum. Poſt: *Satis indignum eſt, quemquam vel Pontificum, vel ordinum ſubſequentium obſeruantiam hanc refutare, quam Beati Petri Sedem & ſequi videat, & docere, ſatiſque conueniens ſit, vt corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatione concordet, quam illic vigere conſpiciet, vbi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum.* Quorſum igitur hanc Epiſtolam nobis proferebat Mornæus, in qua tam manifeſtè prodit Hincmarus ſuum iudicium de Romani Pontificis primatu, & authoritate? Et quoniam hæc ſubiungit:

Ad id verò quod Sardicenſem Canonẽ obijcit, ſerio commonefacit, non poſſe primæ Sedis Epiſcopum Prouincialem Antiſtitem à Comprouincialibus depoſitum, ſi ad eum, cauſam denuò cogniturum refugiat, reſtituere; contra ab eo in prouinciam remittendum, vt ibi, ſi opus, denuò iudicetur; quandoquidem ex Concilij Carthaginenſis Decreto, nuſquam negotium meliùs poſſit examinari, quàm vbi geſtum, vbi veritas eo magis perſpecta. Pag. 176

Prouincialem à Comprouincialibus depoſitum Pontifex Hincmari iudicio poteſt ſuæ ſedi reſtituere.

De eo Canone Carthaginenſi iam alibi dictum eſt, & quæ eſſet mens patrum Concilij ipſius Carthaginenſis, à nobis declaratum. Verùm, quæ ſcribit Hincmarus eadem Epiſt. hunc Canonem citando, non ſunt omittenda ſilentio, vt conſtet, quàm non velit ſe opponere Pontificis authoritati: *Et hinc* (inquit) *iuxta Sardicenſe Concilium ſummus primæ, & ſanctæ Sedis Romanæ Pontifex, pro examinis renouatione ad ſe reclamantis, et confugientis cum ſua clamatione deiecti Prouincialis Epiſcopi, non ſtatim ſingularitate priuilegij, et authoritatis ſuæ reſtituit &c.* Ergo authoritate ſua poterat eum reſtituere. Subiungit: *Sed remittens eum ad Prouinciam, vbi cauſa patrata fuerat, & in qua iuxta Carthaginenſes Canones, & iura legis Romanæ cauſa poteſt diligenter inquiri, &, quòd non ſit difficile teſtes producere, veritas inueniri; aut finitimis Epiſcopis dignatur ſcribere; aut è latere ſuo mittit, qui habentes eius auctoritatem præſentes cum Epiſcopis iudicent, & diligenter cauſam inquiſitam diffiniant; aut dignatur credere, Epiſcopos ſufficere, vt negotio terminum poſſint imponere.* Innocentius, ſi quæ cauſæ, vel contentiones inter Clericos tàm ſuperioris ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exortæ, congregatis ſecundùm Synodum Nicænã eiuſdem Prouinciæ Epiſcopis, iurgium præcipit terminari. Et Bonifacius de Maximo ſcribit, vt ad Prouinciam venire cogatur, & illic ſe conſtituto præſente iudicio, & quicquid de illo dixerunt Prouinciæ Epiſcopi decernendũ, cum ad illum relatum fuerit, ſua firmaretur authoritate &c. vnde benè placuit annis ſingulis per vnamquamque Prouinciam bis in anno Concilia celebrari, vt communiter omnibus ſimul Epiſcopis Prouinciæ congregatis, diſcutiantur huiuſmodi quæſtiones. Inde conſtat, ex Decretis, & authoritate Romanorum Pontificum, rata fore iudicia Metropolitani, & Epiſcoporum, ſi quæ terminentur in Prouincia. Sed ſubiungit Hincmarus: *Hæc dico non* (*quod abſit*) *præiudicans ſummæ Sedis Apoſtolicæ, & Sancti Apoſtolatus veſtri in aliquo poteſtatem, cui in omnibus ſum, ſicut rectum eſt, obedire paratus; ſed quia ſummum authoritati veſtræ obſequium præſtare me puto, cum ea, quæ ſentio, aut ad probationem, aut ad correctionem humiliter ſapientiæ veſtri magiſterij pãdo, & Rothaldi mores vobis intimare procuro &c.* Igitur exiſtimabat Hincmarus, Pontificem ſua authoritate poſſe reſtituere ſuæ ſedi Rothaldum,

Digitized by Google

dum, etſi à Metropolitano, & Comprouincialibus Epiſcopis depoſitum. Licet enim moleſtè ferret, ſuum & Collegarum iudicium cõtra eundem à Pontifice reſcindi; ſupremæ tamen illius authoritati ſibi obtemperandum iudicabat, quod ſequentia indicant; *Si veſtræ pietati placuerit illum reſtituere* (Rothaldum) *vt primæ Sedis, & matris, & magiſtræ omnium Eccleſiarum Põtificis, cunctorumque Epiſcoporum patris, atque magiſtri regulare iudicium ferre conuenit; æquo animo feram*. Monet tamen Pontificem, quid inde damni ſecuturum iudicet his verbis; *Credo tamen diligentiſſimam diſcretionem veſtram prouiſuram contemptum, ac contumaciam ſubiectorum erga Prælatos ſuos, & libertatem impunè delinquendi contra Canones ſacros, quæ hinc in noſtris Regionibus poterunt vt quibuſdam videtur noxias vires accipere &c.* Etſi id fortè ſecuturum eſſet; expreſſe tamen aſſerit authoritatem Pontificis in reſtituendo Rothaldo ſuæ ſedi, à ſe, & alijs Epiſcopis exauctorato; neque id cum Mornæo vſurpationem aliquam præter ius interpretatur. Neque certè Nicolaus pro ſua libidine, & arbitrio Rothaldum ſuæ ſedi reſtituit; cum enim Romam veniſſet, & aliquot iam menſes expectaſſet accuſatores, nec aliquis eſſet omninò, qui pro Hincmaro & illo Concilio, quod eum depoſuerat proſecuturus cauſam, præſens adeſſet; Nicolaus Pontifex haud diutius paſſus eſt, cõtumacia aduerſariorum traduci Romanæ Eccleſiæ authoritatem: itaque ex præſcripto ſacrorum Canonum ad Rothaldi reſtitutionem iudicium præparauit. Teſtis Anaſtaſius Bibliothecharius, qui aderat; *Veniente* (inquit) *Rothaldo hanc Romanam ſecundùm mandatum Beati Papæ, ad Vrbem, & per nouem circiter menſes hic cõmorante, nunquam penitùs ex accuſantium parte quiſpiam affuit, qui coram ſanctiſſimo Præſule cum eodẽ Rothaldo contenderet, aut illum accuſaret. Tunc in die Vigiliarũ natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quo ſecundùm olitanam conſuetudinem huius Apoſtolicæ Sedis Præſul cum Clero & populo in Baſilica Dei Genitricis Ad præſepe Miſſarum ſolemnia celebrare conſueuerat; iſtuc cõueniens cum omnibus Papa benignus, fecit in ambone publicè de Rothaldo ſermonem, ſignificans, qualiter Sedem Apoſtolicam appellans depoſitus fuerit, & in conſpectu ſuo nullus per tot menſes accuſationi occurrerit. Denique conſentiente ſibi Epiſcoporum, Præsbyterorum & Diaconorum, omniumque cõuentu, decreuit, vt dignus eſſe idem Rothaldus indui Sacerdotalibus indumentis, qui à nemine per tot menſes accuſabatur, & ad Sedis Apoſtolicæ iudicium proclamabat, ne honore ſuo priuaretur. Ibi veſtitus eſt Epiſcopali Rothaldus indumento, omni tempore ſe pollicitus ſuis infeſtatoribus reſponſurum. Rurſus expectatis aliquantis diebus, ſcilicet vſque in diem natalitium ſacræ Virginis Agnetis, quæ eſt 12. Calend. Feb. ſed nec ſic quiſquam affuit aduerſus Rothaldum iam reſtitutum Epiſcopum aliquid altercans. Conueniente ergò Beatiſsimo Præſule cum omnibus in Baſilica Virginis ipſius foris muros Vrbis via Numentana idem Rothaldus Epiſcopus excuſationis, & promiſsionis ſuæ, qua pollicitus fuit ſe omni tempore accuſatoribus ſuis reſponſurum, libellum ſummo Pontifici tradidit, qui coram cũctis audientibus iuſſu Præſulis eximij eſt recitatus. Vbi etiam reſtitutionis eius forma relecta eſt & poſt omniũ conſenſum in Eccleſia Sanctæ Conſtantiæ iuxta eandem Sanctæ Virginis Baſilicã Decreto Beatiſsimi huius Præſulis ſæpè dictus Rothaldus iã reſtitutus Epiſcopus Miſſarum ſolemnia ſolemniter celebrauit.* Ex his certè conſtat, Nicolaum Pontificem non pro ſua libidine & arbitrio, ſed iuſtè & ſecundum normam ſacrorum Canonum reſtituiſſe Rothaldũ ſuæ ſedi. Immò Hincmarus, & alij Epiſcopi, qui Rothaldo exauctorato alium Epiſcopum ſuffecerant, commiſerant in ipſa Capitularia Regum Franciæ, quorum authoritatem tanti faciebat Mornæus in Progreſſu 29. Siquidem lib. 6. cap. 299. ita legimus: *Si quis Epiſcopus depoſitus agendum ſibi negotium in Vrbe Roma proclamauerit; alter Epiſcopus in eius Cathedra poſt appellationem eius, qui videtur eſſe depoſitus, omninò non ordinetur, niſi cauſa fuerit iudicio Romani Epiſcopi determinata*. Et Rothaldum ad Pontificem appellantem nihilominùs depoſuerant, nec Romam ire permiſerant contra id, quod habetur lib. 5. eorundem Capitularium c. 250. *Quandocunque à quibuslibet iudicibus Eccleſiaſticis ad alios iudices Eccleſiaſticos, vbi eſt maior authoritas, fuerit prouocatum; non eis denegetur, qui prouocauerint*. Si verò valet hæc ratio Hincmari, nempe iudicia Epiſcoporum à Clericis, & à Laicis contemptum iri; eodem argumento nunquam admittendæ eſſent appellationes, quicquid aliqui quererentur, ſeſe ab inferioribus iudicibus iniuſtè oppreſſos; cùm tamen remedium appellationis iuri naturali ſit maximè conſentaneum. Poſtremò Hincmarum acquieuiſſe iudicio Pontificis in reſtitutione Rothaldi, conſtat ex eius Epiſtola ad Hincmarum Laudunenſem: *Quod te dicis* (inquit) *audire obloqui de iudicio Domini Papæ Nicolai; ſi de medicis, mendaciũ dicis: nam quod ille de Rothaldo, ſiue de Vulfrido iudicauit, non contra dixi, ſed ſicut ipſe præcepit, obedire curaui*.

Quomodo Nicolaus Rothaldũ ſedi ſuæ reſtituerit.

Hincmari ſententia Nicolai de reſtituendo Rothaldo acquieuit.

Profert nobis Epiſtolam Hulderici Auguſtẽſis Epiſcopi ad Nicolaum Pontificem,

Quæ (inquit) *ingenuè ſignificat; Decreta ipſius ſuper Clericorum continẽtiam à diſcretione inueniſſe aliena, nõ facilè membra ſibi cauere poſſe, capite ſuo tam graui morbo laborante et à Sãcta diſcretione, vel minimùm exorbitante; Contra inſtitutum Euangelicum, prædictionem Sancti Spiritus, multorum Sanctorum exempla, communem ſapientum ſententiam; hortatur immò vt de grege Dei hanc doctrinam Phariſaicam, ſcandaloſam, peſtiferam eliminet. Et ſolius Epiſtolæ ſtilus* (inquit) *à ſuppoſitionis ſuſpicio-* Pag. 177

Digitized by Google

ſpicione apud peritos quoſque eam facile vindicat.

Epiſtola ſub nomine Hulderici, ſeu Vdalrici Auguſtani Epiſc. ad Nicolaum, conficta.

HAnc eandem Epiſtolam Vdalrici Auguſtani Epiſcopi citant Magdeburgenſes cent. 9. cap. 10. ſed quæ proferunt ex ea Epiſtola, ab orthodoxa doctrina, & à Cęlibatu Clericorum recepto iam antiquitùs per totam Eccleſiam Occidentalem, immò & Orientalem, vt alibi oſtendimus, longè aliena, maximè eam ſuſpectam reddunt, neque Orthodoxus aliquis Epiſcopus, quæ tum illi, tum Mornæus hoc loco citant ex ea Epiſtola, vnquam ad Pontificem aliquem Romanum ſcripſit: & hæreticorum omnium in citandis Authoribus ſemper plurimum cauendæ fuerunt fraudes, & mendacia: & hanc Epiſtolam confictam eſſe ab aliquo imperito defenſore coniugij Clericorum, validiſsimis rationibus oſtendunt Baronius ad annum Chriſti 591. art. 21. & Bellarminus lib. 1. de Clericis capit. 22. Siquidem in primis tempora nullo modo cohærent: nam Sanctus Vdalricus creatus eſt Epiſcopus anno Domini 924. vt Hermãnus Contractus, & Abbas Vrſpergenſis docent, vel anno 903. vt dicitur ſcriptum eſſe in Chronico Auguſtanæ Eccleſiæ: Nicolaus verò Papa. 1. obijt anno 867. vt notauit Onuphrius in libro de Romanis Pontificibus; non potuit igitur ſcribere Epiſcopus Vdalricus ad Nicolaum Papam, qui iamdudum obierat. Si dicant, ſcripſiſſe, antequam Epiſcopus crearetur: at in principio Epiſtolæ ſe Epiſcopum vocat. Deinde conſentiunt Authores, S. Vdalricum 83. annos vixiſſe, 50. in Epiſcopatu, & 33. ante Epiſcopatum; vnde ſequitur, eum natum eſſe anno Domini 870. vel 891. iuxta alios. Ergò inter obitum Nicolai, & ortum Vdalrici ſunt anni vt minimùm tres; nam ſecundum alios ſunt 24. aut igitur illa Epiſtola conficta eſt nomine S. Vdalrici, vel certè ſcripſit, antequam naſceretur, vel ad Nicolaum poſt eius mortem. Si dicant, ſcriptam non ad Nicolaum primum, ſed ſecundùm: atqui multi anni interceſſerunt inter obitum S. Vdalrici, & Pontificatum Nicolai 2. Nam S. Vdalricus obijt anno 953. vel 974. ſecundùm alios, & Nicolaus 2. creatus eſt Pontifex anno 1059. igitur interceſſerunt vt minimum 85. anni. Quomodò igitur potuit ſcribere S. Vdalricus Epiſtolam illam ad Nicolaum 2. Quod ſi præter S. Vdalricum alium producant Epiſcopum Auguſtanum nomine Vdalricum authorem illius Epiſtolæ; cum id abſque vllo Authore fingãt, nec illud Auguſtani ipſi admittant; qua facilitate aſſeritur, eadem reijcitur. Denique ſi tantæ authoritatis eſt apud Mornæum Epiſtola illa: atqui fatetur author illius, Romanum Pontificem eſſe caput omnium, & ei ab omnibus deberi obedientiam; ſecum igitur ipſe pugnat. Quomodò verò Decretum de continentia Clericorum tanquam doctrinam Phariſaicam, ſcandaloſam, peſtiferam cum authore illius Epiſtolæ de grege Dei eliminandam iſte ſcribit? cum tot Concilijs in Gallia habitis, quæ iſte tanti facit, & nobis obijcere ſolet, decretum ſit, cœlibes debere eſſe Clericos, vt videre eſt apud authorem Decretorum Eccleſiæ Gallicanæ lib. 3. tit. 12.

Iam Nicolaus vlteriùs progreſſus erat; Michael Bardas, Michaelis Imperatoris patruus &c. Pag. 177

De ſchiſmate facto in Eccleſia Conſtantinop. ſub Nicolao Pôt.

PRoducit nobis vltimò ſchiſma, quod contigit in Eccleſia Conſtantinopolitana ſub Nicolao Pontifice, Ignatio Patriarcha è Sede deiecto, & Photio ſubſtituto; vbi, quantum eluxerit Romani Pontificis authoritas, facilè patebit. Bardas Michaelis Imperatoris auunculus ſchiſmati occaſionem dedit, & multarum turbarum author fuit; ſiquidem dum facto cum vxore diuortio, nurum duxiſſet, Patriarcha Ignatius ei piorum communionem interdixit. Ea re Bardas exacerbatus, vbi placare Patriarcham non potuit, conuentu propria authoritate coacto, Ignatium Sede deiecit, ac Photium Senatorem nullis Sacris initiatum ſubſtituit, eumque per Gregorium Epiſcopum Syracuſanum nuper à Benedicto 3. Pontifice excommunicatum, curauit initiandum, ac deinde etiam conſecrandum. Indè grauis inter Ciues Conſtantinopoli orta ſeditio, cum alij Ignatium, alij Photium tuerentur. Imperator Michael Bardæ verſutijs deceptus, partes Photij tuebatur, ideòque Legatos, & litteras ad Pontificem miſit, quibus, accuſato Ignatio, petijt, vt Pontifex Legatos mitteret, quorum opera ſeditio ſedaretur. Nicolaus Epiſcopos duos, Rodoaldum Portuenſem, & Zachariam Anagninũm Legatos miſit, datis mandatis, vt cauſſas, cur Ignatius pulſus eſſet, cognóſcerent, cum Photio tanquam cum Laico verſarentur, & vt controuerſias de ſanctis Imaginibus, ſi quæ ad ſe adferrentur, deciderent, atque poſtularent, vt Calabriæ, & Siciliæ patrimonia ſibi redderentur: literas etiam ad Photium dedit factum eius arguentes. Verùm Legati Pontificis Conſtantinopolim profecti, eius mandata ſunt tranſgreſsi. Nam qui Ignatij cognóſcere cauſſam tantummodò iuſsi erant, iudicium ſuum interpoſuerunt, & muneribus corrupti Ignatium iure abdicatum, & Photium ritè ſubſtitutũm laudarint, Romamque reuerſi nihil aliud Pontifici renunciarũt, quàm Ignatium à Conuentu Conſtantinopolitano abdicatum, Photiumque ei ſuffectum: & Imperator per Leonem Legatum Romam miſſum petebat, vt Pontifex abdicationem Ignatij, & ſubſtitutionem Photij confirmaret. Verùm Pontifex, præſente Leone Imperatoris Legato, Epiſcoporum Concilio conuocato, Decreto profeſſus eſt, nequaquam ſe Legatos aut ad abdicandum Ignatium, aut ad Photium confirmandum miſiſſe: idque renunciandum

Pontifex Legatos ad ſedandũ à Michaele Imp. poſtulatos mittit Cõſtantinop. quibus cũ mandatis.

Legati trãſgrediũtur mandata Pontificis.

Quid Pontifex.

Pp dum

dum Michaeli, & Photio per eundem Leonem curauit, literis ad vtrumque datis,& præfatum Zachariam Epiſcopum, qui tum aderat, Sacerdotali gradu, immò Eccleſiaſtica communione priuauit, eo quòd in pluribus Apoſtolica interdicta exceſsiſſe inuentus eſt, cauſſaque Rodoaldi abſentis ſuſpenſa:quem tamen poſteà etiam in Gallijs mandata eius violantem, & excommunicationem frangentem, iudiciumque canonicum ſubterfugientem cum Sancta Synodo damnauit. Id teſtatur Epiſt. 7. ad Hincmarum, & Archiepiſcopos, & Epiſcopos in Regno glorioſi Regis Caroli Eccleſias conſtitutas regentes: *Inuenti ſunt Miſſi noſtri tam in damnatione Ignatij, quàm in communione Photij omninò culpabiles. Vndè nos Eccleſiam noſtram ſine omni volentes macula, ſicut ſemper, ſubſiſtere: ne videlicet in ea illis impunitis remanentibus, vel tenuis ſubſannandi oriretur occaſio, aut nos eorum prauitati conſenſiſſe videremur; vtrumque damnauimus, excommunicationi ſubmiſimus. Damnationem verò Ignatij, vel promotionem Photij penitùs reſpuimus, & condemnauimus.* Miror verò, qui ſcribat Mornæus, Pontificem ſuos Legatos ejuraſſe ea ratione, quòd ſpe ſua fruſtratus eſſet, fore vt ſibi Ignatium deuinciret. Annon iniuſtè deiectus erat Ignatius, & contra normam ſacrorum Canonum ſuffectus Photius? Iuſtitiæ igitur rationem habebat, & iure faciebat Pontifex; alioqui enim Pontificis magis intererat Photio ſuffragando ſibi deuincire Michaelem Imperatorem, Bardam Cæſarem, & ipſummet Photium, quàm vnum Ignatium iam exauctoratum. Annon verò Legati ipſi Pontificis fines mandati tranſierant? Iuſte igitur eos exauctorauit. Proſequitur;

Mornæi cōmentum.

Sed in huius negotij progreſſu, notatu dignæ eius præſertim ad Imperatorem literæ, qui quidem ſatis ei aperuerat, non eſſe ſui conſilij, vt rei iam iudicatæ ſeſe immiſceret; quin potius, vt eius executionem, placando tumultui, ſua authoritate faciliorem redderet.

Pag.177

Cur Imperator Legatos Pontificis ad cōponendum ſchiſma poſtularit.

ATqui volebat Imperator, Pōtificem Ignatij depoſitioni ſubſcribere, & Photij ſubſtitutionem confirmare, quod certè iure non poterat, niſi cauſſa vtriuſque diſcuſſa. Et ſi nulla erat tum Pontificis authoritas in Eccleſiam Conſtantinopolitanam; quid opus erat eum implorare ad ſedandum tumultum, & componendum illud ſchiſma? Annon ſufficiebat authoritas ipſius Imperatoris, & Bardæ Cæſaris, maximè, ſi, vt vult Mornæus, eorum erat Eccleſiaſticarum rerum cognitio, & quos vellent, Patriarchas creare? Verùm Imperator cùm probè ſciret, irrita omnia fore, neque habendum vnquam legitimum Patriarcham Photium, quem ipſe per ſummum nefas deiecto Ignatio ſubſtituerat; neque aliter componēdum eſſe ſchiſma; ideò Legatos petijt, & ad ſedandum, quod indè ortum erat, ſchiſma, Sedis Apoſtolicæ iudicium appellauit. Ex Epiſtola etiam Nicolai ad omnes Patriarchas, & Epiſcopos conſtat, Imperatorem accuſationes miſiſſe aduersùs Ignatium. Si nullum ius habebat Pontifex aduersùs Ignatium, & ſi non erat illius iudicare iuſtanè, an iniuſta fuiſſet eius abdicatio; quorſum aduersùs ipſum ad eundem Pontificem accuſationes mitteret? Siquidem accuſatur aliquis apud Iudicem. In eadem Epiſtola hæc ſcribit: *Legatus Imperialis nomine Leo, à ſecretis ſuſceptus, duo volumina obtulit, quorum vnum depoſitionis Ignatij geſta continebat, alterum autem de ſanctis Imaginibus Acta habebat. Detulit præterea idem Leo Imperiales litteras, deprecantes, quatenùs & in depoſitione Ignatij, & in confirmatione Photij conſenſum præberemus, & ſubſcriberemus. At nos, diuina docente gratia, dum idem adeſſet Legatus, conuocata tota, quæ apud nos eſt, Eccleſia, decreuimus, & ſtatuimus, atque profeſſi ſumus coram ipſo, & coram Eccleſia Dei, ſicut & profitemur, nos pro deiectione Ignatij, vel conſecratione Photij nunquam miſiſſe, nunquam miſſuros eſſe, & in depoſitione Ignatij, & in promotione Photij nunquam conſenſiſſe, nunquam conſenſuros eſſe.* Si nullum ius, nullaque authoritas Romani Pontificis in Eccleſiam Conſtantinopolitanam, & quæ geſta erant in abdicatione Ignatij, & ordinatione Photij ſine eo valida erant; quorſum igitur eum per literas deprecabatur Imperator, vt illis ſubſcriberet? Eo certè primatum Romanæ Eccleſiæ manifeſtè aſſerit, quicquid ſcribat Mornæus, eum primatum Pontificium controuertiſſe: quod non alia ratione probat, niſi quia Nicolao ad eum ſcribenti præcipuus ſcopus eum propugnare. Et Magdeburgenſes Cent. 9. capit. 7. pag. 341. *Michael Græcorum Imperator in Epiſtola ad Nicolaum Pontificem planè eius Principatum ſuper Eccleſias ex verbo Dei, & Patribus, Concilijs, & hiſtorijs refutauit, & imperauit ei, ne deinceps eum affectaret, neque Ignatium Romam venire iuberet, vt patet ex reſponſione Nicolai.* Verùm cum Michaelis Epiſtola non extet, fingere licuit Magdeburgenſibus pro more ſuo, quod vellent. Et Mornæus:

Dolendum (inquit) *quod Imperatoris literas non habeamus, quarum mentem ex hiſtantùm capere cogimur, quæ Nicolao adducere viſum.*

Pag.177

CErtè ex Epiſtola 8. Nicolai Pōtificis ad Michaelē Imperatorē conſtat, cum ſuperbia, & ar-

Digitized by Google

Qualis fuiſſe colligatur Epiſtola Imperatoris ad Nicolaum Pont.

& arrogantia inflatum, multa inſolenter ſcripſiſſe: *Putas* (inquit) *Imperator, non benè facimus? Quod vos ab iniurijs ſcribentes inchoaueritis, nos ab orationibus: vos à conuitijs in nos, immò contra primam, & magiſtram Eccleſiarum omnium loquentes exordium feceritis: nos in laudibus, & in nomine Domini ad potentiam veſtram ſermonem habituri os aperuerimus &c.* Si ex Epiſtola Michaelis iudicandum de Pontificis authoritate (vt volunt Magdeburgenſes, & Mornæus) certè lingua Latina, qua illi ſuas Centurias contexuerunt, hic ſuum Myſterium Iniquitatis edidit, barbara erit, & Schytica; ſic enim eam vocabat, vt ex his verbis Epiſtolæ Nicolai ad eundem colligitur: *In tantam furoris abũdantiam prorupiſtis, vt linguæ Latinæ iniuriam irrogaretis, hanc in Epiſtola veſtra barbaram, & Schyticam appellantes ad iniuriam eius, qui fecit eam. Omnis enim operis derogatio ad opificis redundat iniuriam. O furorem, qui nec linguæ nouit parcere, quam Deus fecit, & quæ inter cæteras, in nomine Domini hortante Apoſtolo, confitetur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris, & quæ cum Hebræa, & Græça in titulo Domini à reliquis diſcreta inſignem principatum tenens, omnibus nationibus prædicat Ieſum Nazarenum Regem Iudæorum &c.* Tanti faciunt Epiſtolam illam Imperatoris Magdeburgenſes, dolet eam deſiderari Mornæus; idem vtique iudicium faciunt de lingua Latina, quod ea Epiſtola Michael Imperator. *Ex verbo Dei* (aiunt illi) *ex Patribus, Concilijs, & Hiſtorijs refutauit principatum Pontificis ſuper Eccleſias.* Quia ex his omnibus locis Nicolaus Epiſtola ſua Romanæ Eccleſiæ primatum aſſerit; ideò colligunt illi, ex ijſdem locis Michaelem eum refutaſſe. Annon verò ex ijſdem locis, ex quibus veritatem docent Catholici, hæretici etiam conantur perfidiam ſuam oſtendere? Sic Irenæus lib. 1. aduerſus hæreſes: *Quemadmodùm qui Regis imaginem ex auro, & gemmis pretioſis à ſolerte artifice fabricatam diſſoluunt, & transferunt aurum illud, & gemmas in canis imaginem, quam ex eadem materia conficiunt, aiunt poſtea, imaginem ſuam Canis eſſe Regis imaginem, quoniam idem eſt aurum, & ijdem pretioſi lapilli: ſic omninò hæretici fidei imaginem diſſoluunt, & ijdem, ſacræ Scripturæ Authoribus perperàm expoſitis, atque tranſpoſitis, imaginem perfidiæ ſuæ conficiunt, & ornant, dicentes, illam eſſe fidei, & veritatis imaginem, eò quòd ex ijſdem ſacrarum Scripturarum locis eſt conſtructa &c.* Si igitur aurum, & gemmas, ex quibus fabricata erat imago Regis, transferunt in Canis imaginem; quid mirum, ſi Scripturas ſacras, quibus veritas Orthodoxa, & ſalutifera continetur, ad ſuæ perfidiæ oſtenſionem, & ſuam ipſorum perditionem transferant hæretici? Expendamus verò, qualem nobis Doctorem referant Magdeburgenſes, qui refutarit Pontificis primatum, aut qui ex Mornæo eum controuerterit. De eo Græci Scriptores Zonaras, & Cedrenus teſtantur, quod impius, & facinoroſus fuerit, quod cœtum habuerit Cynædorum, & ad omnem turpitudinem paratorum hominum: quos in honore ille habens, vt rebus ſacris illuderet, veſtibus eos Sacerdotalibus auro intextis amiciebat, atque humeralib⁹, cogebatque turpiter, & impurè ſacras actiones æmulari. Principem eius cœtus Gryllũ Patriarchæ nomine ornabat: reliquos duodecim Metropolitarum: ſeipſum quoque vnum Pontificum, & Coloniæ Præſulem appellabat. Cum cantandum erat, peragendis ſacrificijs citharam adhibebant, modò ſenſim eam tangentes, vt ſubtilem ederet vocem, modò vt magnum ſonitum exhiberet, ſicut in ſacrificijs Sacerdotes contenta voce cantant. Aurea etiam, & baccata gemmis vaſa habebant: ea aceto, & ſinapi implebant, & communicantibus impertiebant, hoc modo impolluta deridentes myſteria. Hic cœtus aliquandò Beato Patriarchæ obuiam eſt factus, cum is ſupplicationis cauſſa cum Clericorum pompa procederet: quem vt conſpexit Gryllus, audacter admodùm, & impudenter abſque vlla cunctatione exemplum ſuum reliquis ſequentibus, veſte diducta pulſare citharam contentiùs cæpit, & ſanctis hominibus obſcœnè conuitia facere. Ille igitur tantus Imperator, qui primatum Pontificis apud Magdeburgenſes refutarit, apud Mornæum controuerterit, & cuius literas ad Nicolaum non haberi dolendum hic ſcribat: qui idem cum inſidias Baſilio ſtruxiſſet, ab eodem miſerè interfectus eſt, cum priùs Bardæ auunculo mortem intuliſſet, prout ſomnium illi portenderat, cuius meminit Zonaras, Curopalates, & Cedrenus. Siquidem viſus ſibi erat Bardas in ſomnijs ad magnum Templum cũ Michaele Imperatore accedere, quaſi panegyrus celebraretur. Vt igitur eò peruenere, & vltra ſacrum Templum proceſſere, exiſtimabat ſe videre quoſdam albis veſtibus indutos præeuntes, qui ipſum ducebant ad Cancellos Altaris, nihilque aliud conſpexit, quàm in throno Patriarchæ ſedentem quendam ſenem quem Petrum eſſe arbitratus eſt Principem Apoſtolorum, ad cuius pedes abiectus Beatus Ignatius volutabatur, malorum, quæ ſuſtinuerat, vltionem requirens: Illum verò vni eorum, qui aderant, gladium dediſſe, dixiſſeque hoc, *Deo inuiſum* (ita Bardam Cæſarem appellantem) *in ſiniſtro loco conſtitutum fruſtatim concide, impiumque filium* (hoc nomine, Michaelem Imperatorem indicantem) *numera in ijs, qui ſunt in dextera parte, ſed ſimile ſupplicium ſume.* Vbi vna cum Barda Cæſare ab Apoſtolorum Principe Petro (cuius ſedem Apoſtolicam, & ſedentem in ea Nicolaum blaſphemijs circumſperſerat) in throno ſedente ſententiam mortis accepit. Hoc ſomnium eſt, quod Magdeburgenſes, & Mornæus ridebunt; non tamen confictum à Nicolao Pontifice, aut à Latinis, ſed à Græcis ipſis Authoribus enarratum. Et quidem ex Scriptura ſacra certum, Deum aliquandò

Hæretici quibus ſimiles ſint in citandis pro ſe diuinis litteris.

Michaelis impietas.

Somnium Bardæ.

Digitized by Google

hominibus ſomnia immiſiſſe, quibus præmonſtraret, & præſignificaret futura. Sed Michael primatum Pontificum controuerterit, aut etiam abſolutè negarit: quod inde argumentum ducitur? Certè eundem negant Magdeburgenſes, & Mornæus, & omnes huius temporis Nouatores; An ideò Pontifex non habet primatum in omnes Eccleſias? Omnes ad vnum hæretici negarunt aliqua dogmata fidei; an ideò ex eorum ſiniſtro iudicio, & perfidia, fidei veritas euertitur?

Nullus ferè Conſtantinop. Antiſtes Epiſc. depoſitus ſine cōſenſu Romani Pont.

Scribebat Nicolaus in eadem Epiſtola: *vt calamum ad Conſtantinopolitanos Præſules ſpecialiter extendamus; aut nunquam omninò, aut certè vix horum aliquis, ſine conſenſu Romani Pontificis reperitur eiectus, qui tamen hactenùs inter depoſitos annumeretur, & non ab hæreticis, vel Tyrannis pulſus, aut interemptus commemoretur*. At Mornæus:

Pag. 177

Hoc illi probatu quàm difficile? eius verò conſenſu, quo pacto? niſi quatenus in Synodis ipſis interdum deponebantur, in quibus Legatis ſuis locus.

ATqui id probauit Nicolaus, cùm multos in medium profert à Romanis Pontificibus exauctoratos, Maximum à Damaſo Papa Conſtantinopoli pulſum, Neſtorium, Acacium, Anthimum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, Sedis Apoſtolicæ diſcurrentibus cōſultationibus ac decretis eiectos. Quod ſi in Synodis aliquandò illi depoſiti, vt in Epheſina Neſtorius, in Chalcedonenſi Dioſcorus; Atqui patres illi confirmationem Actorum à Romano Pontifice poſtulabant: & certum, illos ſententia Romani Pontificis, vt ſuis locis oſtendimus, fuiſſe abdicatos.

De Cōcilij Chalcedonenſis ſanctione à Nicolao prolata.

Proferebat item Nicolaus Sāctionem Chalcedonenſis Concilij, quæ ita decreuit: *Si Clericus habet cauſam aduerſus Epiſcopum proprium, vel aduerſus alterum; apud Synodum Prouinciæ iudicetur. Quod ſi aduerſus eiuſdem Prouinciæ Metropolitanum Epiſcopus, vel Clericus habet querelam; petat Primatem Diœceſeos, aut ſedem Regiæ Vrbis Conſtantinopolitanæ*; hanc autem ita interpretatur; *Cum dixiſſet, petat Primatem Diœceſeos, præceptum poſuit eadem ſancta Synodus, regulamque conſtituit; Cum vero diſiunctiua coniunctione addidiſſet, aut ſedem Regiæ Vrbis Conſtantinopolitanę, liquet profectò, quia hoc ſecundùm permiſſionem indulſit*; nempe: *ſi iuxta Conſtantinopolitanam Vrbem quiſquam conſtitutus, & ſolius Præſulis eius iudicio velit eſſe contentus, petat eandem Regiam Vrbem*. Subiungit: *Quem primatem Diœceſeos Sancta Synodus dixerit, præter Apoſtoli primi Vicarium, nullus penitùs intelligitur. Ipſe eſt enim Primas, qui & primus habetur, & ſummus. Nec moueat* (inquit) *quia ſingulari numero, Diœceſeos, dictum eſt. Sciendum eſt, quia tantundem valet dixiſſe Primatem Diœceſeos, quantum ſi perbibuiſſet Diœceſeon. Plenæ ſunt enim Sanctæ Scripturæ tali forma locutionis. Denique Scriptum eſt Geneſis 2. Fons aſcendebat è terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ: pro numero plurali poſuit ſingularem, vt ſic intelligamus fontes multos per vniuerſam terram, loca, vel Regiones proprias, irrigantes: ſicut dicitur miles, & multi intelliguntur; ſicut dicta eſt locuſta, & rana in plagis, quibus Aegyptij percuſſi ſunt; cum eſſet innumerabilis locuſtarum numerus, & ranarum: ita & hic Diœceſim ſingulariter dixit; ſed hanc propter vnitatem pacis, & fidei pluraliter intelligi voluit*. Itaque ſuam interpretationem ex modo loquendi Scripturæ rectè confirmauit Pontifex. Quæ eo etiam confirmatur, tum quia, vt notat Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice capit. 12. non facilè probari poterit, tempore Concilij Chalcedonenſis fuiſſe in Eccleſia, ac præſertim in Oriente vllos Primates ab Archiepiſcopis, & Patriarchis diſtinctos; tum quia vox græca huius Canonis, ἔξαρχος: non propriè Primatem, ſed Principem ſignificat, quæ vox multò ampliùs in ſummum Pontificem, quàm in Primates alios quadrat. Siquidem ipſe ſolus verè Princeps eſt cuiuslibet Chriſtianæ Diœceſeos. Interim magnus iſte cenſor, nulla alia adducta interpretatione, vt qui ne terminos quidem intelligat, quid ſibi velit Primas, quid Diœceſis, quid Metropolitanus, vt quæ dignitates exploſæ ſint à ſua Synagoga,

Numerum ſingularem vſurpatum aliquando pro plurali.

Quæ non arrogantia (inquit) *mundum eiuſmodi ineptijs deludi poſſe, ſibi perſuadere potuit?* Pag. 178

SCribit verò, at non demonſtrat, quomodò ſextus Canon Nicænæ Synodi ſit planè aduerſus. Verùm de hoc iam alibi.

In eadem Epiſtola Nicolaus: *Ad illam* (ſedem Romanam) *de qualibet mundi parte Canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus. Iuxta quod & Bonifacius, atque Gelaſius ſanctiſſimi Præſules non ſuis adinuentionibus, ſed Eccleſiæ Romanæ conſuetudinem non ignorantes dicunt. Bonifacius quidem Ruſo, & cæteris Epiſcopis per Theſſaliam, & alias Prouincias conſtitutis ſcribens: Nemo* (ait) *vnquam Apoſtolico culmini, de cuius iudicio non licet retractare, manus obuias audacter intulit. Nemo in hoc rebellis extitit, niſi qui de ſe voluit iudicari*. Gelaſius autem in Commonitorio. *Nobis* (inquit) *opponunt Canones dum neſciunt, quid loquantur; contra quos hoc ipſo venire ſe produnt, quod primæ Sedi ſana rectaque ſuadenti parere fugiunt. Ipſi ſunt Canones, qui appellationes totius Eccleſię ad huius Sedis examen voluere deferri. Ab ipſa verò nuſquam prorſus appellari debere ſanxerunt, ac per hoc illam de tota illa Eccleſia iudicare, ipſam ad nullius cōmeare iudicium*. Ad hoc ita Mornæus:

Qua et fronte prædeceſſorum Decreta pro primatu, teſtimonia, vt dicitur, ex proprio Pag. 178

Pag.178 *prio ſinu, in propria cauſa producit, Bonifacij, Gelaſij, aliorum.*

ATqui non agunt ipſi cauſſam propriam, ſed fidei, ſed Eccleſiæ Romanæ, cui non ipſi, ſed Chriſtus primatum dedit. Quò verò iſte temeritatis, & audaciæ prorumpit, vt audeat ſe tantorum Pontificum authoritati opponere?

Scribebat denique Nicolaus; *Fuerunt hæc ante aduentum Chriſti vt quidam typicè Reges ſimul & Sacerdotes exiſterent &c. Sed cum ad verum ventum eſt eundem Regem atque Pontificem; vltrà ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomẽ Imperatoriũ vſurpauit &c.* & recitantur iſta apud Gratianum diſt. 96. cap. 6.

Pag. 178 *Vt Imperatori* (inquit Mornæus) *rerũ Eccleſiaſticarũ cognitionem adimat.*

VErùm non Pontifex ipſe, ſed Chriſtus eam illi cognitionem ademit. Quoniam, vt ibidem ſubijcit Pontifex, *idem mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, ſic actibus proprijs, & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſq; diſcreuit &c. vt & Chriſtiani* Imperatores *pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodò rerum* I*mperialibus legibus vterẽtur*. Et quidem Chriſtus Apoſtolos ſuos Epiſcopos inſtituit rectores Eccleſiarum, quibus ſuccedunt Pontifex ipſe, & Epiſcopi, non Imperatores, & Reges. Pontificis igitur eſt rerum Eccleſiaſticarum cognitio, non Imperatoris. Atque id ſacræ Scripturæ docẽt, & profeſsi sũt ſæpè Chriſtiani ipſi Imperatores. Calũnia verò eſt manifeſta, quod ſcribit, Nicolai ſucceſſores

Rerũ Eccleſiaſticarũ cognitio ex inſtituto Chriſti non eſt Imperatoris, ſed Pontificis.

Mornæi calumnia in Pontifices.

Imperium tenere, Reges ſe Regum, & dominos dominantium non tàm dicere quàm facere.

ETſi enim Pontificalis dignitas Regiæ præmineat, eaque ſit ſuperior; minimè tamen eam excludit, aut labefactat: vtraque ſuis continetur limitibus, nec alienis Regnis Põtifices inhiant. Verùm iſti Nouatores ſunt, qui nõ modò Pontificis authoritatem prorſus euersã velint, ſed & Regum vitæ inſidientur, ac capitibus immineant. Nec ſilentio prætereũda eiuſdem Pontificis verba eadem Epiſtola; *cum priuilegia Eccleſiæ Romanæ Chriſti ore in Beato Petro firmata in Eccleſia diſpoſita, antiquitùs obſeruata, & à Sãctis Vniuerſalibus Synodis celebrata, atq; à cunctis Eccleſia iugiter venerata nullatenus poſſint minui, nullatenus infringi, nullatenus cõmutari perpetua ſunt, diuinitùs radicata atque plantata ſunt; impingi poſſunt, trãſferri non poſſunt; trahi poſſunt, euelli non poſſunt. Quæ ante Imperium veſtrum fuerunt et permanent* (*Deo gratias*) *hactenùs illibata, manebuntque poſt vos, & quouſque Chriſtianum nomen prædicatum fuerit, illa ſubſiſtere non ceſſabunt immutilata*. Inde Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſ. §. 657. *Ego non ſolùm in illis verbis authoritatem viri, ſed etiam conſtantiam fidei, & propheticum gratiæ donum admiror. Ante annos ſeptingentos hoc ſcripſit Nicolaus Papa, nec verbũ eius aut per tot ſæcula irritum fuit, vt vir prudens rerũ effectus cum oratione Pontificis conferens, meritò putare debeat, Spiritum Sanctum locutum eſſe, idque ſi nõ ob aliud, certè quia fuit Pontifex Sedis illius.* Vt Pigmæi iſti, ac Mirmidones Mornæus, & Nouatores Cęlo bellum inferant, immò contra verbum Dei, Cęlo, ac terra ſolidius, arma capiant, qui Papatum impugnare conentur. Durum contra ſtimulum calcitrare. *Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur: ſuper quem verò ceciderit, conteret eum.* Pag.178

Qualia ſint priuilegia Romanæ Eccleſ.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum trigeſimumtertium.

Pag.178 *Moritur in eo Nicolaus ſub finem anni 866. vel vt alij 867. expeditis iam ad Michaelem Legatis, Donato Hoſtienſi Epiſcopo, Stephano Nepeſino Marino Diacono &c.*

HVius Legationis meminit Epiſt. 70. ad Hincmarum; vt nimirũ, ſicut ſcribit Anaſtaſius in Nicolao I. *quicquid de Conſtantinopolitana Eccleſia, licet iã per Orientem hoc ipſum idem Papa ſemel, & bis Apoſtolicis litteris diuulgatũ habuerit, apud ſe decretum exiſteret, eidem per ſuos Legatos Eccleſiæ notum faceret*: Decreuit etiam eam Legationem, vt perditum Imperatorem ad meliorem ſtatum conuertere poſſet, non ſecus ac Dauid de parricidæ filij Abſalonis, & pius hic pater de ſalute Imperatoris plurimũ anxius.

Ad quid Nicolaus hanc Legationem miſerit ad Michaelẽ Imp.

Nicolao vita functo ſufficitur Adrianus ſecundus. Legati Ludouici, qui Romæ tum erant, ſe non eſſe ad Comitia vocatos, expoſtularunt; verùm edocti, id factum non Regiæ authoritatis contemptu, ſed ne expectatio Regiorum in eligendo Pontifice Legatorum nouum ius velut probato exemplo Regi in poſterum compararet, moræ nihil fecerunt, & læti ad venerandum cum alijs Pontificem acceſſerunt. Sigonius lib. 5. de Regno Italiæ anno 867. & Anaſtaſius. in Adriano 2. *Indignati* (inquit) *non quòd tantum virum nollent Pontificem, quẽ nimirum anxie cupiebant, ſed quòd ſe, dum præſentes eſſent.*

Adrianus. 2. Nicolao ſuffectus, inconſultis Ludouici Imp. Legatis: quare.

Digitized by Google

eſſent, Quirites non inuitauerint, nec optatæ à ſe futuri Præſulis electioni intereſſe conſenſerint. Qui accepta ratione, quod non Auguſti cauſa contemptus, ſed futuri temporis hoc omiſſum fuerit omnino proſpectu, ne videlicet Legatos Principum in electione Romanorum Præſulum mos expectandi per huiuſmodi fomitem inoleſceret: omnem ſuæ mentis indignationem medullitùs ſedauere, & ad ſalutandum electum etiam ipſi humiliter acceſſere. Ludouicus etiam, per Epiſtolam recognita, Romanos collaudauit, quod dignum ea ſede Pontificem ſublegiſſent: ſeque iura Eccleſiæ amplificare, non minuere velle oſtendit. Ratio itaque à Romanis adducta, & Legatis Imperatoris & ipſimet Imperatori probata fuit. Verùm Mornæus nouus hiſtoricus:

Pag. 178

Et id Imperator ipſe (inquit) *partim bello aduerſus Saracenos implicitus; partim, propinquorum machinationibus variè diſtractus, prudenter diſſimulauit. Inter hæc Baſilium ad Sacramenti perceptionem accedere auſum Photius Patriarcha repellit.*

De Baſilio Imperatore Conſtantinop.

NVnc de Baſilio Imperatore Conſtantinopolitano, qui, Michaele cæſo, à quo conſors Imperij factus fuerat, ſummam rei ad ſe contraxerat. Quomodo Legatos Romam miſerit, Synodum indici curauerit, in qua depòſitus fuerit Photius, & reſtitutus Ignatius, iuſtène, an iniuſtè Baſilius Michaelem ſuſtulerit; non hic diſputamus, qui Dauidem in Regnum à Samuele iuſſu Dei inunctum ſcimus à Scriptura laudari plurimū, quòd etſi inſidijs à Saule impetitus, nunquam tamen manus miſerit in Chriſtum Domini. Verùm ſi quando ad eas anguſtias redactus fuiſſet, vt aut illi moriendum, aut mors hoſti inferenda; certè vim vi repellendo minimè deliquiſſet; Atqui omnes Hiſtorici Græci referunt, cum Baſilius Michaelem à nefandis ſceleribus auertere ſtuderet, remque ſæpiùs tentaſſet; nihil omnino effeciſſe, immò & contra ſe Michaelem irritaſſe, ab eoque inſidijs eſſe petitum; itaque continuis contra ſe Imperatoris machinationibus perterritum ſtatuiſſe tandem maleficium præuertere, reque cum quibuſdam ſuis neceſſarijs, cognatis ac Excubitoribus Palatij compoſita, illum in Palatio Diui Manantis interfeciſſe. Et Sigebertus, quem tanti facere ſolet Mornæus, in Chronico anno 869. *Baſilius ſæpe ab Imperatore per inſaniam occidi iuſſus, timens, ne tali occaſione occideretur, elegit magis ipſe Imperatorem interficere, quam ab eo interfici.* Anaſtaſius à Spadonibus, dubium an Baſilij voluntate, interemptum ſcribit, nec ſe fuiſſe conſcium cædis Michaelis, vt ferebatur, omnibus oſtendiſſe, & ſatisfeciſſe. Interim cum Baſilius, inito Imperio, Templum Magnum adiret ad ſacram Hoſtiam accipiendā, Photius Patriarcha eum repulit, indignum Templi ingreſſu eum aſſerens, qui manu ſua hominem, eumque Imperatorem interemiſſet. Iuſtène ideo Baſilium, à Senatu, cohortibus Imperatorijs, & omni exercitu, atque Vrbana multitudine Imperatorem declaratum, Michaelem iniuſtam necem ſibi molientem, aggreſſum, aditu Templi prohibuerit Photius, meritò controuerti poſſet; ſed illud certum, Photium non iuris, ſed ſui ipſius rationem habuiſſe, vt qui doleret Michaelem cœſum, cuius opera, & fauore, exauctorato Ignatio, ad Patriarchalem dignitatem euectus fuiſſet.

Cur Michaelē interfecerit.

Photius Patriarcha Tēpli aditu ipſum prohibet.

Iuſtè, an iniuſtè.

Baſilij Legatos ad Pontificem mittit de Concilio cōtra Photium habēdo.

Baſilius de Concilio aduerſus Photium Generali habendo ad Nicolaum Legatos miſit; qui Nicolaum ex humanis ſubtractum cum inueniſſent, Legationem Adriano expoſuerunt. Adrianus Legatos eoſdem, quos Nicolaus deſtinauerat, confirmauit, Donatum Oſtienſem, & Stephanum Nepeſinum Epiſcopos, & Marinum Diaconum, cum quibus etiam fuit Anaſtaſius Bibliothecarius. His præſidentibus Concilium Generale octauum celebratū eſt, in quo diſsidium de Ignatij abdicatione, & Photij ſubſtitutione ſublatum eſt, Photio diris deuoto, & Ignatio in priſtinum honoris gradum reſtituto. Ita Cedrenus ad annum primum imperij Baſilij: *Res Eccleſiaſticas correxit, authoritate ad hoc congregati Concilij Photium Pontificatu exturbans, qui in eum ſe ingeſſerat: ac tantiſper vacare iuſſit, dum Deus eum reduceret, qui legitimè Patriarcha fuiſſet creatus, reduxitque in locum Photij Ignatium à Barda iniuſtè pulſum: itaque Eccleſijs Dei tranquillitatem reſtituit.* Id non ſine Pontificis authoritate, & præſidentibus eius Legatis, quod Magdeburgenſes, & Mornæus inuiti fatentur: qui & falsò ſcribit, tum Pontificem, quod olim Bonifacium tertium erga Phocam, Baſilij & parricidium, & vindictæ cupidinem in rem ſuam illicò vertiſſe. Sed de Bonifacio tertio, & Phoca ſuo loco diximus: neque à Phoca, aut illius parricidio, vt iſte fingit, Eccleſia Romana vires, aut incrementum ſumpſit; & ante necem à Baſilio Michaeli illatam, Nicolaus Pontifex deceſſor Adriani illi intrepidè reſtiterat, Ignatij abdicationem, & Photij ordinationem improbarat, ac Legatos Conſtantinopolim deſtinarat; vt nihil ex nece Michaelis, quàm quod Nicolaus primus decreuerat, de Eccleſia Conſtantinopolitana ſtatuerit Adrianus ſucceſſor, neque nouam aliam Legationem decreuerit, ſed Legatos à deceſſore miſſos confirmarit.

Pōtifex Legatos ſuos mittit ad Concilium & quid his præſidentibus, in eo actum.

Mornæi calumnia de Adriano Pont.

Extant Adriani Papæ 2. Epiſtolæ Tom. 3. Epiſt. Rom. Pont. Epiſtola 3. hæc præ cœteris ſcribit: *Qui omnia iura Regnorum, omniumque continens poteſtatum his tuum diebus ſuſcitauit coelitùs protectum Imperium, per quod Apoſtolica Sedes (ipſo authore) cœptum pro Eccleſia Conſtantinopolitana pietatis opus conſummaret &c.* Poſt: *Alter quodammodo Salomon, id eſt pacificus, temporibus noſtris apparuiſti. Audiſti quippe verba Dei patris tui, & non dimiſiſti legem Eccleſiæ matris tuæ, adeo vt, quod deceſſori tuo pro ea ſuggerebatur, ipſe perfeceris &c.* Gloſſa Mornæi:

Digitized by Google

Pag. 179 *Ut approbare non erubeſcat, quod in Patriarchã decreuerat, qui immanis parricidij reum à ſacra mẽſa excluſerat.*

Photius inſtrus Cõſtã tinopolitana ſede deiectus, & Ignati⁹ reſtitutus.

ATqui non erat aliquid in Patriarcham decernere, intruſum, & contra ſacros Canones vi, ac tyrannide ordinatum, abdicato legitimo Patriarcha, ſede deijcere. Vocat verò Mornæus Baſilij immane parricidium: nam etſi Michael ſceleratus, & impius fuerit, & Reipublicæ adminiſtrandæ præterea ineptus, Baſilius verò pius Orthodoxus, cuius Imperiũ ab omnibus laudatur; quia tamen ille Pontificis dignitati infeſtus erat, eamque multis cõuitijs proſcindebat, hic verò eandem venerabatur; ideò Mornæus, qui eo vno metitur, & æſtimat pietatem, ſi quis iniquiore ſit animo erga Pontificem, impietatẽ verò, ſi quis benè de eius dignitate ſentiat, ac debitam ei obſeruantiam exhibeat, cædem Michaeli allatam adeò exaggerat, vt immane parricidium appellet. Verùm damnandum ſit illud parricidium, atrox, & immane iudicetur, de quo certè nihil ſcribit Pontifex in ſua Epiſtola: annon ideò laudandus erat Baſilius, quòd, è Sede Patriarchali deturbato Photio, Ignatium reſtituiſſet, & vulneribus ſauciatam Eccleſiam Cõſtantinopolitanam curari cupiens *Apoſtolicæ Sedis decreti remediũ ſaniſſimè requiſiuiſſet* (ſic enim loquitur Pontifex Epiſtola citata) *cuius nimirum medicamentis Eccleſia Conſtantinopolitana ſæpè Præſulibus eius languentibus infirmata priſtinam ſoſpitatem, vigoremque reſumpſiſſet?* Nec modò ab Adriano Pontifice, verũ & à Scriptoribus Græcis Baſilius ideò laudatur, quòd in locum Photij intruſi reſtituerit Ignatium à Barda iniuſtè pulſum, & Eccleſijs Dei tranquillitatem reſtituerit.

Et Baſilius ob id laudandus.

Cùm negare non poſſet Aduerſarius, Legatos Pontificis in hac Octaua Synodo præſediſſe (ſiquidem neque Baſilius Imperator, neque Photius exauctoratus, neq; Ignatius, cuius cauſſa agebatur, neque aliquis alius Patriarcha præſediſſe refertur; vt, quò ſe vertat, nõ habeat) ſaltem ſubiunxit, *id in nulla hactenus Synodo Oecumenica obtinere potuiſſe*. Quod eſt apertum mendacium, cuius contrarium ſuis locis oſtendimus de Synodis Nicæna, Epheſina, & Chalcedonenſi: & ſi alijs Synodis alij præfuerunt; eas tamen nonniſi Romani Põtificis ſuffragio obtinuiſſe authoritatem. Ita ratio, quam aſſignat, cur præſederunt, quàm futilis eſt, & ridicula.

Pag. 179 *Adeo miſer hic parricida* (Baſilius) *illorum opis indigus eius ambitioni fauere nititur.*

Confutatio Mornæi ratio, cur Legati Pontificis Octauæ Synodo præſederint.

AN, quæſo, Pontificis vel eius Legatorum opis indigebat ad obtinendum, vel retinendum Imperium, qui à Senatu, cohortibus Imperatorijs, & omni exercitu, & præterea ab Vrbana multitudine Imperator fuerat proclamatus? An vt Pontifex probaret cædem illatã Michaeli? Atqui nunquam id eum rogauit Baſilius. Fatemur quidem, eorum opis indiguiſſe, quòd ſine Pontificis authoritate conuocare non poſſet Synodum, cui præſidere debebant ipſi Legati, cuius & Acta confirmanda erant à Romano Pontifice. Si nulla authoritas Pontificis, & Legatorum; quorſum opis eorum indigebat Baſilius; vt Pontificis ambitioni faueret? Sibi itaque ipſi repugnat Mornæus. Et quidem vt refert Anaſtaſius in Adriano 2. Legatos ita alloquutus legitur Baſilius; *Nos cũ omnibus Orientalibus Patriarchis, Metropolitis, atque Epiſcopis cenſuram Sanctæ Matris noſtræ Romanæ Eccleſiæ per biennium præſtolantes propter Deum petimus, vt Dei negotium viriliter peragatur, & tandem aliquando authoritate veſtri ſacri Collegij, tam peſtifera Photianæ tergiuerſationis ſcandala propellantur, quatenus vnitas, & tranquillitas optata diutius, iuxta Decretum ſanctiſſimi Papæ Nicolai reſtaurentur &c.* Vbi agnoſcit, quàm neceſſarium eſſet Decretum Romani Pontificis ad propellenda ſcandala, ac ſedandum ſchiſma in Eccleſia Conſtantinopolitana.

Baſilius Imp. primatũ Eccleſiæ Romanæ profeſſus.

In ſuperiori Oppoſitione nobis obijciebat Michaelem impium, & facinoroſum Imperatorem primatum Pontificis controuertentem: & nos illi obijcimus pium, & Orthodoxum Baſilium eius ſucceſſorem illum diſertis verbis profitentem.

De libello tradito ab Adriano Legatis, ea lege, ne quemquam in Synodum admitti paterentur, niſi prius ſuo ſe ſignaculo ad eam fidẽ deuinxiſſet; id certè poterat pro ſua authoritate Pontifex: & Imperator, Patriarcha, Epiſcopique reliqui, Pontifici, & Legatis tandem ſunt aſſenſi, vt ex Anaſtaſio Bibliothecario, qui huius Legationis pars non minima, quem citat Mornæus, conſtat. Ita enim loquuntur Legati: *Neminem Orientalium veſtrorum vnquam in noſtram Synodum ſuſcipere poſſumus, niſi oblato libello, cuius formam de ſcrinio Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ſumpſimus, nobis fuerit ſatisfactum. Imperator & Patriarcha dixerunt: Quia nouum hoc, & inauditum de libello proferendo aſſeritis; neceſſe eſt, vt tenoris illius formam videamus. Nec mora libelli forma prolata eſt, & de Latino in Græcum conuerſa omnium notitiæ declaratur. Quorum quidam libellum proferentes, in Sancta Synodo reſederunt; proferre nolentes, extra Synodum inglorij relicti ſunt.* Mornæus fraudulenter omiſit hæc, quæ ſequuntur, *ſed dietim feruore ſancti Spiritus temperati præmiſſa libelli ſatisfactione ad vnitatẽ ſacræ Synodi reuerſi ſunt &c.* Inde igitur maximè confirmatur authoritas Pontificis, cuius fuit & formam fidei Orientalibus præſcribere, & Legatorum eius Synodum indicere ad eoſque, quos ſibi videretur, admittere. Vbi Baronius ad annum 869. art. 22. *Non ignorandum* (inquit) *libellum iſtum non ab Adriano Pontifice primùm, ſed ab eius prædeceſſore Nicolao factum, & miſſum Conſtantinopolim in remedium lapſorum: ſed quoniam tũc ſedente Photio, non fuit admiſſus, modo fuit Roma ab Adriano iterum miſſus. At verò non ſolum Epiſcopi, ſed & reliqui Sacerdotes, & Clerici, & Monachi per Chirographum, & ſubſcriptionem huiuſmodi recepti ſunt, vt Anaſtaſius Bibliothecarius, qui interfuit, in margine poſuit in Latina à ſe elaborata eiuſdem Octaua*

De libello ab Adriano tradito ſuis Legatis.

Quæ Mornæus fraudulenter ex Anaſtaſii verbis omiſit.

Cuius fuerit hic libellus.

Digitized by Google

na Synodi verſione. Lecto libello, & rogata de eo totius Synodi ſententia, omnium vna voce ipſe laudatus atque probatus eſt. Itaque cum huius libelli mentionẽ hic inſeruit Aduerſarius, validiſsimum nobis contra ſe ex authoritate Imperatoris, Patriarchæ, & totius Synodi argumentum ſubminiſtrauit. Condidit Octaua hæc Synodus quoſdam Canones quorum 21. eſt de exhibendo honore, & reuerẽtia omnibus Patriarchis, precipuè verò Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, de quo iſta ſpeciatim: *Neminem debere conſcriptiones contra Sanctiſſimum Papam ſenioris Romæ ac verba complicare, vel componere ſub occaſione quaſi diffamatorum quorundam criminũ, quod & nuper Photius fecit, & multò ante Dioſcorus. Quiſquis autem tale facinus contra Sedem Petri Principis Apoſtolorum tentare auſus fuerit, æqualem & eandem, quam illi cõdemnationem recipiat.* Mox de eodem Romano Epiſcopo: *Porrò ſi Synodus Vniuerſalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de Sancta Romanorum Eccleſia quæuis ambiguitas, & controuerſia: oportet venerabiliter, & cum conuenienti reuerentia de propoſita quæſtione ſciſcitari, & ſolutionem accipere, aut proficere, & profectum facere; non tamen audacter ſententiam dicere contra ſummos ſenioris Romæ Pontifices.* Et hic Canon ideò ſancitus eſt, quia Photius nefandi dogmatis librum aduerſus Nicolaum Pontificem ſcripſerat, cui falsò inſeruerat nomen Baſilij Imperatoris, & mutato charactere Epiſcoporum aliquot abſentium nomina ſcripſerat, quaſi cum illo eadem ſentirent: qui liber meritò igni condemnatus eſt. Interim hunc Canonem longè peior Neſtorio, Dioſcoro, & Photio Mornæus blaſphemiam interpretatur:

Quæ decreuit hæc Synodus de reuerentia Rom. Eccleſia.

Vix (inquit) credibile quàm abſurda, boni hi Legati, aut committant, aut tolerent, dum nihil penſi habent, modo finem ſuum conſequantur, nullam blaſphemiam non ſurdis auribus prætereant. Pag. 179

SEdare ſchiſma ortum in Eccleſia Conſtantinopolitana, inuaſorẽ ſedis illius abdicare, & legitimum reſtituere Patriarcham priſtino gradui, lupo inquam reiecto, paſtori ſuo oues committere, hæc hæretico homini *blaſphemia* eſt, hoc item eſt *nihil penſi habere.*

Et his igitur artibus negotia ſua in Oriente promouebant; Nec in Occidente ſanè æquioribus, in Gallijs præſertim &c. Pag. 179

NIhil aliud his docet Mornæus, quàm Põtificem Romanum vbique locorum tum ſuã iuriſdictionem exercuiſſe, Imperatores, ac Epiſcopos Orientis, & Occidentis eius ſententiæ tanquam ſupremi iudicis acquieuiſſe. Quid igitur habet damnatus iſte hæreticus, quod opponat tantæ authoritati? An ſuſtinuiſſent illi, ſibi arrogare ius aliquod Romanum Epiſcopum, niſi eam eſſe Chriſti inſtitutionem intellexiſſent?

Vbi præterquã quod inter Caroli Magni poſteros diſcordiam alebat Adrianus. Pag. 179

ADrianum Pontificem inter Caroli Magni poſteros diſcordiam aluiſſe, fingit ex ſuo Mornæus: nec eſt Scriptorum aliquis, qui id teſtetur; imò litteræ extant Adriani ad Ludouicum Germaniæ Regem, quibus tanquam arbiter, & cuſtos pacis inter Chriſtianos Principes, cum ad pacem cum Ludouico Imperatore conſeruandam hortatur, eius pietatem, & bellicum robur in Sarracenis debellandis plurimum commendans.

Adrianũ aluiſſe diſcordiã inter poſteros Caroli Magni, figmentum Mornæi eſt.

Quod vltimò ſpectat ad Trecenſem Synodum, eius meminit Flodoardus lib. 3. hiſt. Eccleſ. Rem. cap. 17. his verbis: *Anno Dominicæ Incarnationis octingẽteſimo ſexageſimo ſeptimo Synodus Prouinciarum Remenſium Rothomagenſium Turonenſium, Senonum Burdegalenſium atque Bituricenſiũ apud Trecas VIII. Kalend. Nouembris conuenit. Vbi quidam Epiſcopi, vt aſſolet, gratia Regis Caroli Vulfado fauentes, quædam contra veritatem & Canonum ſacram authoritatem aduerſus Hincmarum moliri cæperũt &c.* Et hæc Synodus habita eſt ſub Nicolao Papa; ſed Synodales litteræ ſcriptæ ad eũdem, illo defuncto, redditæ ſunt Adriano ſucceſſori: & celebrata eſt hæc Synodus occaſione Sueſsionenſis Concilij, anno ſuperiori iuſſu eiuſdem Nicolai habiti; *adeò vt hæc ipſa Synodus* (vt ſcribit Baronius ad annum Chriſti 867. art. 5.) *quodammodo haberi poſſit tanquam appendix ad illam; cum in eadem cauſſa verſati ſint Patres, de ordinatione Clericorum Remẽſium facta ab Ebbone, cùm eſt in eam Eccleſiam reſtitutus. cuius occaſione iuſſum eſt ab origine Ebbonis ipſius cauſſam repetere: quod & congregati Trecis Epiſcopi egregiè præſtitere,* ſicut conſtat ex Synodalibus litteris eorumdem Patrum ad Nicolaum Põtificem. Alia etiam addita ſunt in ea Synodo, vt conſtat ex Flodoardo loco citato, quæ pertinebant ad Hincmarum ipſum Remenſem Archiepiſcopum, Caroli Regis, cuius gratiam demeruerat, & in ſe odium concitarat, opera exagitatum. Itaque non Pontifex Nicolaus, aut Adrianus, ſed Rex ipſe Carolus in Hincmarum Epiſcopos alios exacuit; cui etiam, vt tradit Flodoardus loco citato, cùm porrexiſſet Actardus Nannetenſis Epiſcopus Epiſtolam Synodi ad Pontificem, qua illius continebãtur Acta Archiepiſcoporum, qui eò conuenerant, ſigillis ſignatam; ille Archiepiſcoporum ſigilla confringens, geſta Synodi relegit: & quia, ſicut voluerat, in eadẽ Synodo Hincmarus non extitit confutatus; Epiſtolam ſuo nomine ad Nicolaum Papam dictari in contrarietatem Hincmari fecit, quam & bulla ſui nominis ſigillauit, & cum Epiſtola Synodali per ipſum Actardum Romam direxit. Cum item Hincmarus ad eundem Pontificem per Clericos ſuos Epiſtolam miſiſſet; Nicolaus Papa gratanter accipiens, quæ Hincmarus ei ſcripſerat, de omnibus ſibi ſatisfactum eſſe reſcripſit. Non igitur in Synodo Trecenſi

De Synodo Trecenſi.

Non Pontifex, ſed Rex Carolus Epiſcopos exacuit in Hincmarum.

Digitized by Google

Quam ob cauſſam.

cenſi Pontifex,ſed potius Rex ipſe in Hincmarum Epiſcopos exacuit; non certè quia libertatem Eccleſiæ Gallicanæ tuebatur Hincmarus, quam non minus Rex, & reliqui Epiſcopi Galliarum tueri voluiſſent; ſed ob odium in Hincmarum ipſum conceptum; neque legitur

Pag.179

tum Pontifex Archiepiſcopo Burdegalenſi, qđ ſcribit Mornæus, ſed Vulfado Bituricenſi Pallium conceſsiſſe; non certè vt eum vltrò demereretur, & demulceret, ſed id eum rogantibus Patribus illis Synodi Trecenſis, vt ex litteris eorum colligitur, quas à Nicolao Fabro acceptas, & hactenus nunquã cuſas reddidit Baronius ad annum Chriſti 867. Actardũ etiã Nannetenſem Epiſcopum, à Northmannis ſua Eccleſia ſpoliatum, & à Britannis, eadem peſſundata, multa perpeſſum, virum pietate inſignẽ, & doctrina eminentem, cum Romam veniſſet, Adrianus dignè excepit, eumque, vt haberet vnde viueret, prouidit, atque etiam Pallio exornauit: quem etiam per litteras ipſi Hincmaro commendauit, quæ referuntur à Baronio ad annũ Chriſti 868. Articulo 28. *Porrò Actardum venerabilem Epiſcopum fraternæ charitatis vlnis amplectere, & in opportunitatibus pro Beatorum Principum Apoſtolorum amore ſemper auxiliari memento. Verùm non hæc ideò dicimus, quaſi te ille ſibi compaſſum, & miſertum fuiſſe non prædicet; ſed vt, quod tunc vſque proximè feciſti charitatis intuitu, nũc etiam primorum perficias Apoſtolorum, ad quorum Limina feſtinauit, ac præſidium poſtulauit, dilectionis affectu &c.* Tantum igitur abeſt, vt Pontifex Actardum aliquando in Hincmarum exacuerit, quemadmodum impoſtor Mornæus, & mẽdaciorum fabricator ſcribit, qui cum Hincmarum commendat, eo quòd libertatem Eccleſię Gallicanæ tueri voluerit, certè Regem Carolum, & reliquos Galliarum Epiſcopos acerbè notat, quòd eiuſdem libertatis proditores extiterint. Nunc Oppoſitio nobis expendenda.

Pontifex Vulfado Bituricẽſi Palliũ concedit, rogatus à Patribus Synodi Trecenſis.

Qua Adrianus erga Actardũ.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem trigeſimamtertiam.

Pag.180

Sed vt ad Synodum illam octauã, quam Vniuerſalem dicunt &c.

QVia mirabiliter ex hac Octaua Synodo elucet Romani Pontificis authoritas, nec potuit negare Mornæus, eam eiuſdem authoritate celebratam fuiſſe, eique præſediſſe eius Legatos; ideò conatur eiuſdem authoritatem eleuare.

Pag.180

Græci (inquit) *hanc Synodum pro vniuerſali octaua non habent, non etiam omninò pro vniuerſali, aperta vi omnia illic geſta contendentes. Quare Florentinam, quæ 500. annis poſterior, vniuerſalem octauam etiamnũ vocant, hanc Prouincialem tantùm, non in cauſa fidei habitam, ſed eò ſolùm inſtitutam, vt interuentu Romani Pontificis, in gratiã Baſilij Imperatoris Photius Patriarcha deponeretur.*

Hæc Synodus verè dicta Vniuerſalis Octaua.

EX Actionibus illius Synodi conſtat, falſum eſſe, quod ſcribit Mornæus, in ea Synodo aperta vi omnia eſſe geſta. De eadem Anaſtaſius hæc habet in hiſtorica præfatione ad octauam Synodum ſcripta ad Ioannem Papam: *Nuncupanda eſt ſine vlla contradictione Synodus Vniuerſalis Octaua, vt & appellatio, quam cum alijs Cõcilijs ſortita eſt, non celetur, & nomen proprium, quod ſingulariter poſſidet, non veletur.* Baronius ad annũ 869. art. 58. *Sic igitur Synodus iſta* (inquit) *Octaua ordine, Oecumenica iure dicta, & vt Oecumenica comprobata inter alias Oecumenicas eſt annumerata, adeo vt in fidei profeſſionibus fieri ex more ſolitis, ſicut aliæ ſeptem ſuperiores iſta etiam poneretur, Octaua cognominata, quam Orthodoxi omnes profiteri deberent &c.* Et ommiſsis alijs Fidei profeſsionem emittere ſolitis, Romani Pontifices in eorũ ordinatione profitebantur, vna cum alijs Synodis Oecumenicis hanc quoque dictam Octauam Conſtantinopolitanam Oecumenicam ſe recipere, vt patet ex ſolẽni Fidei profeſsione, ab eis recitari ſolita, cum in Pontifices electi eſſent. Hanc exſcribit Baronius ibidem. Et hæc quidem ratio pro authoritate Octauæ illius Synodi magni momenti eſt apud omnes Catholicos. Hic verò hoſtis fidei:

Id ſuo commodo fieri (inquit) *quis non videt?* Pag.181

IDem certè de tota profeſsione Fidei, & de receptione aliarum Synodorum dicat neceſſe eſt; alioqui enim nihil plus commodi, vel iuris attulit Romano Pontifici illa Synodus, quàm reliquæ præcedentes. Et quis non videt, à ſacrilego homine in ſuam perniciem eam Synodum abiurari, quæ in Eccleſia ſemper authoritatem obtinuit? Quod Florentina Synodus octaua dicta ſit; *factum eſt* (vt rectè obſeruat Baronius ad annum 869. art. 64.) *magna Interpretis temeritate, & audacia, ſicut et imperitia (fuit is Abrahamus Cretenſis) cum id factum decreto ipſius Synodi dici non poſſit, ſicut nec debuit; cum nulla ratio ſubſit, vt illa dici poſſit Octaua, cum locum in ordine numeri vendicante ſibi hac ipſa legitima Octaua, eademque*

Florentina Synodus dici nõ poteſt Octaua Vniuerſalis.

Digitized by Google

quæ Oecumenica celebrata ſub Adriano. Immò nec ſi iſta (quod abſit) Synodus aboleatur, Florentina dici poterat Octaua Synodus, cum plures aliæ ante ipſam inueniantur celebratæ Oecumenicæ Synodi.

Secūdò citat nobis Morneus locum Aimoini Monachi de hac Synodo lib.5.cap.28.

Pag.180 *Haud dubiè* (inquit) *ex Eccleſia Gallicanæ ſententia; Congregata, inquit, Synodo (quam octauam vniuerſalem Synodum illuc conuenientes appellarunt) exortum ſchiſma de Ignatij depoſitione & Photij ordinatione, ſedauerunt, Photium anathematizantes, & Ignatium reſtituentes; In qua Synodo de Imaginibus adorandis aliter, quàm Orthodoxi doctores antea definierant, ſtatuerunt, & quædam pro fauore Romani Pontificis, qui eorum votis de Imaginibus adorādis annuit, & quædam contra antiquos Canones, & contra ipſam ſuam Synodum conſtituerunt, ſicut qui eādem Synodum legerit, patenter inueniet.*

De his verbis Aimoini nomine citatis.

BAronius eiſdem verbis citato Aimoini loco ad annum 869.art.66.ſubiungit: *Ex quibus planè, qualis ipſe fuerit, cuiuſue dogmatis, manifeſtatur, nempe ex Gallis illis vnus, qui negabant cultum ſanctarum Imaginum, de quibus & Anaſtaſius in præfatione ad eandem Octauam Synodum meminit. Porrò in hac Octaua Synodo nihil præterea de cultu ſacrarum Imaginum eſſe decretum, quàm quod in pluribus Romanis Concilijs, & in Oecumenico Nicæno ſecundo ſtatutum fuerat, certum eſt.* In Aimoino impreſſo Pariſijs anno 1567. ita quidem lego; Verùm in excuſis Codicibus Pariſijs anno 1602. ita legitur. *In qua Synodo de Imaginibus adorandis ſecundum quod Orthodoxi doctores antea definierant, ſtatuerunt.* Nec reliqua leguntur, quæ recitat Baronius, & hoc loco Mornæus: ſed hæc, aut illa non ſunt verba Aimoini, ſed Continuatoris eius; ipſe enim vixit tempore Ludouici Pij; nec peruenit ſcribendo niſi ad annum Domini 840.

Pag.180 *Et quædam pro fauore Romani Pōtificis.*

ET certè miror, qui aliter ſentire potuerit Aimoinus, quàm Orthodoxos fuiſſe illos Patres, qui in Nicæna Secunda Synodo Adriano primo Pontifice, Conſtantino, & Irene imperantibus, conuenerunt: & qui ignorare potuerit, in ea Synodo reſtitutas fuiſſe ſacras Imagines, & decretum ab illis Patribus, Chriſti, & Sanctorum Imaginibus venerationem eſſe exhibendam. De cultu tamen ſacrarum Imaginum, & de illa Synodo non rectè cum ſenſiſſe, perſuadeor ex eo, quod ſcribit lib.4. capit.85. nempe illam Synodum, vt nec Septima, nec Vniuerſalis diceretur, habereturque quaſi ſuperuacua, in totum ab omnibus abdicatam eſſe, nempe Epiſcopis ex Prouincijs Galliarum congregatis: quam ſententiam & ipſe probare videtur. Interim ex eo loco Aimoini contra Mornæum colligitur, Græcos ipſos eam Synodum Octauam Vniuerſalem appellaſſe: Nam ſi Legatos Pontificis excipias, nulli alij, quàm Epiſcopi Græci in eam Synodum conuenerunt.

Aimoinus nō rectè ſenſit ac cultu ſacrarum Imaginū.

Tertiò nobis obijcit Mornæus authoritatem Iuliani Cardinalis in Concilio Florentino ſeſſ.6.

Qui commonefaciente Marco Epheſino Epiſcopo, ne vlla eius Synodi ratio haberetur, vltrò conſentit. Hoc, inquit, vos metu libero. Pag.181

Marcus Epiſcopus Epheſinus multa mētitus.

VErùm plurima mentitus eſt eo loci Marcus Epheſinus, in primis cum dixit, à Ioanne Pontifice alio habito Concilio, quod item Octauum appellarunt, hanc ſub Adriano habitam improbatam fuiſſe, & Photium reſtitutū. Nam etſi fortaſſe à Ioanne Pōtifice poſt mortem Ignatij Photius reſtitutus ſit; non ideo tamen Octaua iſta Synodus ſub Adriano habita, in qua abdicatus fuerat, reprobata fuit, aut illius Acta reſciſſa. Immò tantū abeſt, vt Octaua Synodus ſub Adriano habita, abrogata fuerit à Ioanne, Romano Pontifice, & Ioannes hanc Octauam Synodum, damnata Pſeudoſynodo Photiana, legitimam eſſe, & Oecumenicam Synodum comprobarit. De hoc videri poteſt Baronius ad annum Chriſti 869. & Bellarminus lib. 1. de Concilijs cap.5. & Iulianus Cardinalis cum poſſet retundere mendacia dicacis illius Græci, ignoratione fortaſſe rerum geſtarum id vnum reſpondit: *Hoc autem metu vos libero, præſtantiſſimi Patres: nam nihil de ipſo Concilio* (Octauo ſcilicet) *recitabitur. Vbi* (inquit Baronius) *telum, & clypeum ſimul viſus eſt abiecisſe tanta iactura Eccleſiæ Catholicæ, quæ iam per ipſum non ſletit, quin diſpendium paſſa ſit Synodi Octauæ Oecumenicę, eiuſdemque germanę, atque legitimæ. At in ſequenti ſeſſione, quod Iulianus inconſideratè prodegerat, Andreas Coloſſenſis Epiſcopus vir doctiſſimus ęquè ac maximè pius reſtituit, qui omnino negauit per Ioannem octauum abolitam eſſe Octauam Synodum Oecumenicam ſub Adriano ſecundo Romano Pontifice habitam.* Valde itaque futile argumentum, quod inde colligebat Mornæus. Vnde conſtat, non quidem ſchiſmaticos Græcos, cuiuſmodi erat Marcus Epheſinus, ſed tamen Orthodoxos hanc Synodum habuiſſe pro Octaua Oecumenica; cum Andreas Coloſſenſis & ipſe eſſet Græcus. Quod pauci Epiſcopi huic Synodo ſubſcripſerint, (non tamen ab Adriano, & Baſilio ſeu blanditijs, ſeu metu corrupti, vt nugatur Mornæus) hanc rationem attulit Anaſtaſius, quia dum Photius diu tyrannidem exercuiſſet, & pænè omnes à ſuis deceſſoribus ſacratos depoſuiſſet, & in loca eorum fautores ſuos tantummodò prouexiſſet, quorum nullus in hac Synodo receptus eſt, iſti ſcilicet ſoli ex priorum Patriarcharum conſecratione ſuperſtites

Quod Iulianus conceſſit, id poſtmodū negauit Andreas Coloſſēſis Epiſc.

Cur pauci Octauæ Synodo ſubſcripſerint.

Digitized by Google

ſtites ſunt Inuenti: Verùm quotquot ſub Nicolao, & Adriano ſanctiſsimis Pontificibus Epiſcopi fuerunt, huic Synodo conſenſerunt; licet hæc paucitas pro ſua iuſtitia comparetur huic gregi, cui Dominus dixit: *Nolite timere, puſillus grex*. Et meritò quidem reiecit ſancta Synodus ſchiſmaticos, & ab intruſo Photio, ac inuaſore Sedis Patriarchalis ordinatos Epiſcopos. Sed quia reliqui qui Orthodoxi erant, & à legitimis Patriarchis ordinati Synodo ſubſcripſerunt; ideo à Mornæo

Pag.181 *Seu blanditijs, ſeu metu* dicuntur *fuiſſe corrupti*. Proſequitur: *Et ſanè non incommodè Baſilij ſcelere in ſuam rem abuſi erant Romani, quem potius, in eo conſeſſu, ab illis & repræhenſum & ſummotum oportuerat.*

An Baſilius ſubmouendus fuerit ab Imperio.

QVi percurrerit quæ ſcripſerunt Græci Hiſtorici de Imperio Baſilij, nō aſtutia, ſeu fraude, aut malis artibus illum cōſecutum Imperium, ſed diuinitùs ad tantam dignitatem euectum, facilè intelliget, vtpote qui Orthodoxus fuerit, & Imperio præterea vtiliſsimus. Quo iure verò illum ſummotum oportuit, qui diuinitùs ordinatus, & omnium ſuffragijs proclamatus Imperator? De tot parricidis Imperatoribus non eandem ſententiam tulit Mornæus: non de Philippico, qui non modò Iuſtinianum ῥινότμητον, ſed etiam filium Tiberium veneranda ligna Crucis, & ſacram menſam amplexum, tā impiè trucidari iuſſit; quia nimirum parricida Philippicus, & alij Imperatores, hæretici: hoc enim vnum Mornæo propoſitum eſt, impietati, & ſacrilegio patrocinari, ſacram Religionem, illiuſque cultores quibuſcumque vijs perſequi. Si conſcius fuit Baſilius cædis Michaeli ſceleſto Imperatori allatæ: hominem vtique anteuertit, ſibi inſidias ſtruentem, & vitæ illius inſidiantem, ac vim vi repulit: neque inde vi, ac tyrannide occupauit Imperium, ſed omnium ſuffragijs, vt dictum eſt, cæſo Michaele eò dignitatis conſcendit. Præterea ſi in eo conſeſſu reprænſum eum, & ſummotū oportuit à Romanis, vt ſcribit Mornæus; igitur intelligit, ius fuiſſe aliquod in ea Synodo Romani Pontificis Legatis ſubmouendi Imperatorem.

Cur Mornæus de alijs parricidis Impp. non tulerit eundem iudicium, quod de Baſilio.

In hac Octaua Synodo conſtituti ſunt à Patribus Canones, quos ſi omnes produxiſſet Mornæus, ſuum mendacium palam omnibus feciſſet, nimirum Legatos Pontificis illud vnū ſpectaſſe, vt Eccleſiaſticorum potentia creſceret; neque enim eò referuntur illi Canones: qui tamen ſi Epiſcopis ipſis, & Eccleſiaſticis præcipiant, vt ſuæ dignitatis haberent rationem, iure id faciunt: habet ita 14. Canon in Act.10. *Ne promoti ad Epiſcopatum indecentia obſequia exhibeant Magiſtratibus, nimirum ne obuiam prodeant procul ab Eccleſijs ſuis: non ſe demittant ab equis, vel mulis, vel procidant, & adorent: nec intrent ad Principes hora prandij, vbi indebita perſoluant obſequia*. 17. Can. illud reprænditur, *quod à quibuſdam imperitis dicebatur, non poſſe Synodum abſque Principali præſentia celebrari; cùm nuſquam ſacri Canones conuenire ſæculares Principes in Concilijs ſanxerint. Vnde nec interfuiſſe illos Synodis, exceptis Vniuerſalibus Concilijs inuenimus*. 22. Can. *promotiones, & conſecrationes Epiſcoporum concordans prioribus Concilijs, electione ac decreto Epiſcoporum Collegij fieri, ſancta hæc, & Vniuerſalis Synodus definiuit, & ſtatuit, atque iure promulgat, neminem Laicorum Principum, vel potentium ſemet inſerere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cuiuslibet Epiſcopi &c.* Annon ſanctè inſtituti illi Canones? Quid habet Aduerſarius, quod in illis reprændat? Sancti Patres, & ſacra Cōcilia cum de dignitate Epiſcopali loquuntur, eam cuilibet ſæculari dignitati longè præferunt, & Epiſcopos, vt patres, pij, & Orthodoxi Principes ſemper ſunt venerati: ad eos pertinet adminiſtratio Eccleſiæ, intereſſe Concilijs, de fide ſuffragium ferre, Canones ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantes conſtituere, non verò id Magiſtratuum ſæcularium eſt officium. Quod ſi hoc eſt *id vnum ſpectare, vt Eccleſiaſticorum potentia creſcat*; Ergo id vnum ſpectabat Chriſtus, cum inſtituit Apoſtolos ſuos, & eorum ſucceſſores nō Magiſtratus Ciuiles, ſed Eccleſiaſticos Principes, Rectores ſuæ Eccleſiæ; Ergo id vnum ſpectabat Diuus Paulus, qui inter diuerſa Spiritus Sancti chariſmata ad Eccleſiæ regimen inſtituta non dignitates ſæculares, ſed Eccleſiaſticas recenſuit 1. Corint. 12. *Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores &c.* Et Epheſ. 4. *& ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti &c.* Id vnum item ſpectabat Act. 20. cum Præfectos Eccleſiæ alloquens: *Attendite* (inquit) *vobis, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus Sanctus poſuit vos Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo*.

Refellitur Mornæi mendacium de propoſito Legatorū Pontif. in octaua Synodo.

De controuerſia illa à Bulgaris in Synodo propoſita, cui Eccleſiæ ſubdi deberent, Romanæuè, an Conſtantinopolitanæ, obtinuerunt tandem Legati Pontificis. Etſi enim quando Regionem illam à Græcorum poteſtate euicerunt, non Latinos, ſed Græcos Sacerdotes ibi inueniſſent Bulgari; rectè tamen excipiebant Legati Romani, à Græcis Sacerdotibus exemplum ſumi non debere; quia linguarum diuerſitas Eccleſiaſticum ordinem non confundit: nam Sedes Apoſtolica cum Latina ſit, in multis tamen locis pro ratione patriæ Græcos Sacerdotes, & ſemper, & nunc vſque conſtituens, priuilegijs ſuis detrimēta ſentire nec debet, nec debuit. Et cum obijcerent Græci, nō poſſe negari, illam Regionem iuris fuiſſe Imperij Græcorū; Legati reſponderunt, quod aliud ordinant iura Sedium, aliud patiuntur diuiſiones Regnorū, & de diuiſione Regnorū non agi, ſed de iure Sedium. Paulò ante Epiſcopos, & Doctores Fidei acceperant à Sede Apoſto-

Legati Pontificis iure obtinent, Bulgaros eſſe ſubiectos Romanæ Eccleſ.

Digitized by Google

Apoſtolica, de dubijs aliquot cõſuluerant Nicolaum Pontificem, cuius reſponſiones extant ad conſulta Bulgarorum; nõ erat itaque, quod Græci mitterent falcem in meſſem alienam. Neque hæc eſt arrogantia Legati Romani, vt interpretatur Mornæus, quòd defendat conſtãter iura Eccleſiæ Romanæ, eique ſubdi debere Bulgaros, tàm acriter contendat. Neq; hoc fuit præfractè Synodi authoritatem eiurare; ſiquidem Græci Bulgaros contendebant ſubditos eſſe Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ſed id Synodus, cui præſidebant Legati Romani, minimè definiuit: & præcipitem Grecorum ſententiam vſque ad definitionem Apoſtolicæ Sedis omninò, & iure quidem, reſciderunt; dixeruntque, illos, qui inferiores eſſent, minimè iudices eſſe in cauſſa Romanæ Eccleſiæ, vtpote quæ de omni Eccleſia ſola ſpecialiter fas habeat iudicandi. Et cum poſtea Ignatius auxilio Baſilij Imperatoris vna cum Legatis Bulgarorum miſiſſet in eam Prouinciam, tanquam ad Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diœceſim pertinentem, creatum à ſe Epiſcopum vna cũ alijs Clericis; meritò conqueſtus eſt Adrianus Pontifex apud Imperatorem Epiſtola ad eundem, quæ Tomo 3. Epiſt. Pont. eſt 5. his verbis: *Eſt præterea aliud, quod prima pietatis veſtræ opera vel circa Sedis Apoſtolicæ prioris benignitatis indicia contra ſpem noſtram decoloraſſe conuincitur, immò funditùs deſtruxiſſe probatur: videlicet quia fauore veſtro frater & Coepiſcopus noſter Ignatius in Bulgarum Regione conſecrare præſumpſit Antiſtitem. Vnde mirati ſumus, &, quòd à pia intentione veſtra retrò reuerſi ſitis, admodum obſtupuimus. Veruntamen ſaltem nunc iam dictum Reuerendiſſimum Præſulem ab illius Regionis diſpoſitione ſalubribus monitis, quæſumus, coercete. Alioqui nec ipſe Canonicam effugiet vltionem, nec hi, qui Præſulatus, vel alterius officij ſibi nomen illic vſurpant, cum excommunicatione, qua iam tenentur aſtricti, etiam proprij gradus iactura carebunt.* Anno Domini 893. Formoſo Pontifice, Bulgari Romanę Eccleſię, à qua donis & blanditijs Græcorum deſciuerant, ſe ſponte ſubiecerunt.

Adrianus Pont. meritò conqueſtus, quòd Ignatius Epiſcopũ, & Clericos miſiſſet ad Bulgaros tanquã ad ſuam Diœceſim pertinentes.

Quod ſcribit Mornæus, id fuiſſe ſcandalo Neophitorum Bulgarorum,

Qui iam citò perſpicerent, non Chriſti regnum ſed ſuum propriè à Pontificibus quæri; Pag. 182

Id vtique fuit ſcandalum acceptum, non datum. Neque enim quidquam in præiudicium Romanæ Eccleſiæ ſtatuere poterant, aut debebant Legati, neq; iura illius perturbare: nec verò Bulgari id controuertere debebant; cum paulò ante eiurato Paganiſmo profeſsi Chriſtianam Religionem, à Romana Eccleſia Matre, & Magiſtra omnium Eccleſiarum Epiſcopos, Sacerdotes, & Doctores fidei recepiſſent: & longè meliùs conſultum illis ſubditos eſſe Romanæ Eccleſiæ, quæ nunquam errauit in fide, & in qua nullus ſedit Pontifex hæreticus, quàm Conſtantinopolitanæ, cui multi præfuerunt heretici. Denique etſi tum ſubditi fuiſſent Patriarchæ Conſtantinopolitano, non Epiſcopo Romano, quatenus Patriarchæ Occidentis; tamen tanquam ſummo Pontifici Vicario Chriſti, & ſucceſſori Petri Principis Apoſtolorũ, & capiti totius Eccleſiæ ſubiecti certè fuiſſent, cui & ipſa Eccleſia Conſtantinopolitana haud dubiè ſubijceretur. Quæ verò hæc conſequentia? Pontifex, vel eius Legati contendebant Bulgaros ſubditos eſſe debere Romanæ Eccleſiæ; ergo ſuum, non Chriſti Regnum quęrebãt. An Eccleſia Romana Regnum aliquod eſt à Chriſti Regno diſtinctum? Quid Regni Cœlorum nomine, aut domus Iacob in qua regnaturus erat Chriſtus, in Euangelio, niſi Eccleſia Chriſti præſens intelligitur? Proſequitur:

Bulgari ſcãdalizati ſcandalo accepto, nõ dato.

Inepta Mornæi concluſio.

Magno et Imperatoris ludibrio, qui tamẽ, hac agendi ratione offenſus, vtcumq; iniuriam diſſimulet, Legatorum reditui minus cauet &c. Pag. 182

HOc potuit mouere Imperatorem, quod, vt refert Anaſtaſius in Adriano 2. Vicarij Orientalium Patriarcharum Legatis oppoſuerunt: *Satis indecens eſt, vt vobis, qui Græcorum Imperium detrectantes, Francorum fœderibus inhæretis, in Regno noſtri Principis ordinandi iura ſeruentur.* Etſi enim Orthodoxus, & Sedi Apoſtolicæ addictus eſſet Imperator; id tamẽ moleſtè ferre debebat, Imperiũ Occidentale à Gręcis ad Francos à Romano Pontifice translatum eſſe; ideò vt eum in ſuas partes traherent, illo pręſente, fœdus initum cum Francis Legatis oppoſuerunt: & Mornęus non Latinus, non Francus, ſed *γραικός ἐπιθέτης, Græcus impoſtor*, in hac controuerſia, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ magis, quàm Romanæ ſuffragatur. Quod ſi minus cauit reditui Legatorum, vt inciderint poſtea in manus Sclauorum, & parũ abfuerit, quin trucidarentur, quia verbis Græcorum eò inductus fuerat, vt in ea controuerſia de Bulgaris, cui Eccleſiæ ſubeſſe deberent, magis propẽderet in fauorem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quam Romanæ; tamen poſtea, quod ſuppreſſit Mornæus, non modò Pontificis, verùm eiuſdem Imperatoris litteris libertate donati Romam reuerſi ſunt: nec diſſimulauit poſtea Pontifex, ſed ſcribens ad Baſilium grauiter conqueſtus eſt, quòd Legatorum ſuorum reditui minus cauiſſet, maximè cum hos ab Apoſtolica Sede toto deſiderio poſtulaſſet, nec ſaltem exemplo Michaelis decedentis Imperatoris prouocatus fuiſſet, qui, quos ab Apoſtolica Sede ſuſcipere meruerat, idoneo ſociato pręmio, vt illæſi redirent, ſolerti cura ſategerat.

Baſilius Græcorum verbis commotus Legatorum Rom. reditui minus cauet: vt in Sclauos inciderint.

A quib. Baſilij etiã opera, libertate donãtur.

Ridiculum, quod ſubijcit vltimò,

Pontifices (in odium Bulgarorũ, quod ab Eccleſia Romana deſciuiſſent) *vt eos omnibus abominabiles redderent, peccatum illud de Cælo tactum, Bulgarorum nomine inſigniuiſſe.* Pag. 183

CErtè vox Latina, vel Italica, qua notatur hoc crimen, non ita affinis eſt Bulgarorum nomini,

Ridiculum Mornæi figmentum.

nomini, vt vox Gallica, quemadmodũ peritis harum Linguarũ cõſtat: potius itaq; Galli ipſi, quàm Pontifices in odium gentis peccatum illud Bulgarorum nomine inſigniuerũt. Deinde ex quo Diplomate Põtificio, ex qua Decretali, ex quo Canone, ex quib. litteris, ex quo probato Authore oſtendet iſte, à Pontificibus in odiũ gentis nefandum illud crimen Bulgarorũ nomine inſignitum? Futilia itaq; iſta, & ab ipſo mendaciorum artifice excogitata.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum trigeſimumquartum.

Pag.183 *In Occidente num melius ſuccedat, videndum. Hincmarus Laudunẽſis Epiſcopus Hincmari Rhemenſis nepos &c.*

De Synodis Vuermeriæ & Attiniaci habitis in cauſſa Hincmari Laudunenſis.

IAm alibi de contentione inter Hincmarum Archiepiſcopum Remenſem, & Hincmarũ Epiſcopum Laudunenſem nepotẽ dictum. Cõuentus viginti Epiſcoporum Vuermeriæ habitus, in quo actum de excommunicatione ab Hincmaro Laudunenſi illata in Northmannũ, q bona Eccleſiaſtica accepiſſet à Carolo Rege in beneficium. An verò tradidiſſet Hincmarus Carolo, valdè dubitatur: nã in Synodo Meldẽſi, habita anno 845. Carolo Caluo Rege, Patres queruntur, loca ſacra ab ipſo Laicorũ poteſtati cõmiſſa, eoſq; velut Religioſorum magiſtros, & Abbates in Monaſterijs verſari. Fieri igitur potuit, vt incõſulto, immò inuito Hincmaro, bona Eccleſiæ illius Carolus Northmanno tradidiſſet, cuius cauſſa condemnatus, ab eorum iniuſta ſententia idem Laudunenſis appellauit Adrianum Romanum Põtificem: cui appellationi delatum non fuit, reclamante Synodo id contra Canones fieri. Verùm proſequente ipſo litteris apud Romanum Pontificem cauſſam ſuam, & Adriano Papa pro ipſo reſcribente, & nihil operante, ſed magis odium Regis, & Hincmari ſenioris aduersùs ipſum concitante, præbuit occaſionem, vt in eũ Synodus in Attiniaco Villa, loco ſub Regno Caroli conſtituto haberetur: cui præfuerunt Remigius Lugdunenſis, Ardouicus Veſuntienſis, Bertulfus Treuirenſis Archiepiſcopi, vna cum ſubiectis Epiſcopis, & alijs Remenſis Prouinciæ. In hac Synodo ipſe Archiepiſcopus Hincmarus accuſatorem egit aduersùs Nepotem ſuum, quem antea ipſe conſecrauerat Epiſcopum Laudunenſem: & ipſe Hincmarus iunior eidẽ Synodo aſtitit vt reus, immò vt condemnatus, vt qui in itinere captus fuiſſet ab hoſtibus, & ſpoliatus, & ad eandem Synodum ita perductus: Quod teſtatur ipſe in libello declamatorio, oblato Ioanni Papæ octauo, Adriani ſucceſſori in Synodo Trecenſi habita anno 878. vbi oſtendit, omnia per vim, & tyrãnicè ab Archiepiſcopo Remenſi acta eſſe, qui & Regem Carolum ad eandem cauſſam traxerat, gementibus, & flentibus alijs Epiſcopis, qui ægrè ferrent, tam crudeliter cum illo agi; & cum ad Sedem Apoſtolicam appellaſſet, appellationi non deferri. Et hæc quidem de Vuermerienſi Synodo, & de alia poſtea Attiniaci habita, quas hoc loco produxit Mornæus, qui de Hincmaro Laudunenſi ſcribit, quod in ea Synodo,

Damnatus iterum pariturum ſe Regi & Hincmaro Rhemenſi recipit. Pag.183

Quid Hincmarus Laudunẽſis vt ſe ab obiectis expediret.

CArolum Regem in ſe vehementer commotum vt placaret, profeſsionem emiſit fidelitatis. Ita teſtatur Aimoinus lib. 5. cap. 24. *Interea poſt de multis impetitus, præcipuè tamen de inſubiectione, & inobedientia erga ſuum Archiepiſcopum, Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus, vt ſe ab impetitis expediret, in Synodo Epiſcoporum decem Prouinciarũ libellum propria manu ſubſcriptum porrexit, hæc continentem: Ego Hincmarus Eccleſiæ Laudunenſis Epiſcopus amodò, & deinceps Domino ſeniori meo Carolo Regi ſic fidelis, & obediens ſecundum miniſterium meum ero, ſicut homo ſuo ſeniori, & Epiſcopus per rectũ ſuo Regi eſſe debet; ac priuilegia Hincmari Metropolitani Remorum Eccleſiæ ſecundum ſacros Canones, & Decreta Sedis Apoſtolicæ ex ſacris Canonibus promulgata pro ſcire, & poſſe me obediturum profiteor.* Et hanc quidem profeſsionem fidelitatis non emiſit in Synodo Attiniaci habita, verũ in Synodo Duziacenſi, in Remenſi Prouincia celebrata, anno 871. At nec id ſuffecit, vt nõ dãnaretur ab Epiſcopis, vel vt Sedem Apoſtolicam appellans eam adire permitteretur. Meritò itaque his commotus eſt Adrianus Pontifex ſcribens ad Hincmarum Seniorem, vt Laudunẽſem Epiſcopum cum tribus alijs Epiſcopis Romã mitteret, & eiuſdem argumenti pergraues ad Regem Carolum litteras, increpans eum, quòd appellantem Laudunenſem, ad Apoſtolicam Sedem venire iuſſum, retinuiſſet, & alia, quibus eum acerrime increpat, vt tyrannicè agentẽ, vt patet ex Epiſtola Caroli ad eũ reddita. Verùm hic tãdem exitus fuit, vt Hincmarus Laudunẽſis Attiniaci depoſitus ab Hincmaro Remẽſi, & alijs Epiſcopis, à Ioãne VIII. Põtifice Adriani ſucceſſore in ſuum priſtinum gradum ſit reſtitutus, etiam conſentiente Rege Carolo, & ipſis Galliarum Epiſcopis, vt conſtat ex his, quæ ſcribit Aimoinus lib. 5. c. 37. ſub finem. Igitur Pontifici in hoc obtemperatum.

Tandem à Ioã. VIII. ſuæ Sedi reſtituitur.

Verùm, en tibi acriorem impreſſionẽ. Ludouicus Imperator &c. Pag.183

ALiam hiſtoriam producit, quæ ita ſe habet. Defuncto Lothario Lotharingiæ Rege Carolus Caluus Rex Francorum patruus eius, Re-

Digitized by Google

De Regno Lotharij de functi à Carolo Caluo occupato.

gnũ occupat, quod iure hæreditario debebatur Ludouico Imperatori, fratri defuncti. Ille itaq; cum Sedis Apoſtolicæ interpellaret authoritatem; ab Adriano Pontifice decernitur ad eundem Carolum Legatio. De qua ita Aimoinus lib. 5. cap. 24. *Carolus Legatos Adriani Papæ Paulum, & Leonem Epiſcopos ſuſcepit cum Epiſtolis miſſis ſibi, ac Præſulibus, ac Regni Primoribus in his Galliarum partium Regionibus conſiſtentibus, in quibus continebatur, vt Regnum quondam Lotharij, quod Ludouico Imperatori ſpirituali filio eius hæreditario iure debebatur, & quod ad eũ poſt mortem ipſius Lotharij rediјt, vel homines in eo degentes mortalium nullus inuaderet, nullus commoueret, nullus ad ſe conaretur inflectere. Quod ſi quis præſumeret, non ſolum per ſuæ authoritatis miniſterium infirmaretur, uerùm etiam vinculis anathematis obligatus nomine Chriſtianitatis priuatus, cum Diabolo omnino locaretur: & ſi quis de Epiſcopis tam nefariæ temeritatis authorem, vel tacendo ſugeret, vel non reſiſtendo conſentiret; non iam paſtoris, ſed mercenarij nomine ſe nouerit fore cenſendum: & quia iam nec pertineret ad eum quicquam de ouibus, nec pertineret ad eum conſequenter de paſtoralibus dignitatibus. Cũ quibus Epiſcopis & Nuntius Ludouici Imperatoris venit nomine Roderradus, de his nihilominus ſatagens. Scripſit etiam ad Ludouicum Germaniæ Regem, vt abſtineret à Regno ad Ludouicum Imperatorẽ ſpectante. Aequè enim vt Carolus, ita & Ludouicus in ſuſpicionem venerat affectatæ Lotharij hæreditatis, vt inter eos certamine foret decernendum, qui Lotharij Regnum inuaſurus eſſet.* Subiungit Mornæus:

Quid Adrianus Pont.

Pag. 183

> *Interea Carolus Caluus vt Lotharij obitũ intellexerat, in Lotharingiam ſe tranſtulerat, & à Baronibus, Antiſtitibuſque in Regẽ ſuſceptus à Rhemenſi Archiepiſcopo coronatus fuerat.*

Carolus ſpreto iure coronat⁹ Lotharingiæ Rex, Regnũ pra timore partitur cũ Ludouico Rege Germaniæ: Quid ad hæc Adrianus.

VErùm id præter ius, & fas, expoliato Ludouico Imperatore proprio iure: qui ius acquiſitum alteri non potuerunt in Carolũ transferre, qui & timore Ludouici fratris ſui Regis Germaniæ correptus, eũ in partem eiuſdẽ Regni admiſit. Cum ergo Adrianus Papa intellexiſſet, conniuentia Epiſcoporũ à Carolo vſurpatũ Regnum Lotharij prædefuncti, multiplici iure Ludouico Imperatori debitum, illudq; cum Ludouico fratre diuiſum; ad vindicandũ tàm audax facinus nouã in Gallias Legationem decernit, tàm ad ipſum Carolum, quã ad eius fratrem Ludouicum Germaniæ Regẽ: & qui functi ſunt hac Legatione, fuerũt tres Epiſcopi, & Presbyter vnus Cardinalis S.R.E. quibus tàm ad Reges, quàm ad Epiſcopos, & Regni Proceres litteras dedit, quas exſcribit Baronius ad an. Chriſti 870. à Nicolao Fabro viro doctiſsimo ad ſe Pariſijs miſſas. Quid verò habet, quo Pontificem Adrianum repræhẽdat Mornæus? Quid enim aliud volebat, quàm ſuũ cuiq; ius ſeruari? Si Princeps aliquis ſæcularis vindicare poterat armis ius Ludouici Imperatoris contra iniuſtos inuaſores; cur non & Põtifex cenſuris Eccleſiæ, maximè eum vrgente, & eius authoritatem interpellante ipſo Imperatore? Vt ſcribebat Gregorius Mag. lib. 7. Epiſt. 120. ad Theodoricum & Theobertum Francorum Reges: *Summum in Regibus bonum eſt iuſtitiam colere, ac ſua cuiq; iura ſeruare;* Ergo ſũmũ malũ iuſtitiæ limites tranſgredi, & qđ iure non liceat, tyrannicè vindicare. Et lib. 9. Epiſt. 57. ad Brunechildẽ Reginã: *Si vultis nihil iniuſtè perdere: ſummopere ſtudete de iniuſtitia nihil habere.* Non igitur nobis obijciat Mornęus, qđ Carolus à Baronibus, & Antiſtitibus in Regem ſuſceptus eſſet, & à Remenſi Archiepiſcopo coronatus; neq; enim Regnũ Lotharingiæ electione deferebatur, ſed ſucceſsione, & iure hæreditario alicui debebatur: & plus iuris habebàt in Regnũ Lotharij frater, quam ipſi patrui. & in ipſa diſſenſione inter Adrianum Pontificem, & Carolum Caluũ Magdeburgenſes ipſi meritò exiſtimãt, fuiſſe controuerſiam iſtam ad Pontificis volũtatem compoſitam, ex eo quòd Romanus Põtifex Ludouico Imperatore mortuo, Carolum Caluum Imperatorem inauguraſſe ſcribitur.

Nihil commiſit reprahenſione dignum.

Magdeburgenſiũ iudicium, hanc cõtrouerſiã fuiſſe tandem ad voluntatem Põtificis cõpoſitam.

ANTIDOTVM
Contra Oppoſitionem trigeſimamquartam.

NVnc Oppoſitio Progreſſui ſubiũcta nobis examinãda. Primùm igitur aliqua profert Aduerſarius ex Epiſtola Hincmari Remenſis Archiepiſcopi ad Adrianum Pontificem:

Pag. 184

> *Sciat veſtra authoritas, quod nec Hincmarum, nec etiam quẽlibet Epiſcoporum Diœceſeos Rhemorũ, minimè autem aliarum Prouinciarũ Epiſcopos, niſi Dominus Rex illis præceperit, Romam vel in aliquam partem mea commendatione mittendi habeo poteſtatẽ, nec ipſe ego vltra fines ſui Regni abſq; illius ſcientia progredi valeo.*

Ficta et friuola Hincmari Remenſ excuſatio apud Adrianum Pont.

HAec planè ſcripta ſunt ad excuſandas excuſationes in peccatis. Cùm enim non pareret Hincmarus ſenior Pontifici iubenti, vt Epiſcopum Laudunenſem cum tribus alijs Epiſcopis Romam mitteret, nec item ei obediret præcipienti, vt Northmannum bona Eccleſiæ occupantem à Rege in beneficium accepta, niſi redderet, excommunicaret; acceptis Adriani Papæ litteris, excuſauit ſe ad eum reſcribens, quod non prohibuerit appellationem ad Apoſtolicam Sedem, & Romam profectionem, ſed & alias friuolas cauſſas ne-

ctens

Digitized by Google

ctens ad alias accuſationes, quibus impetoba tur, Apoſtolicæ Sedis iudicium eludendo vitauit, donec Adrianus ipſe ex hac vita ſublatus eſt, contemptæ Apoſtolicæ Sedis authoritatis vindex acerrimus. Iſta certè fingebat Hincmarus; neque .n. Rex iure poterat impedire appellationes Epiſcoporum ad Romanum Pōtificē, neq; vi aliquem detinere, ne Romam peteret, cauſſam ſuam apud Pontificem proſecuturus: neque certè imperitus erat ſacrorum Canonū Hincmarus: & in Capitul. Regum Frāciæ lib. 6. c. 287. habetur, in omnibus cauſsis debere reuerentiam cuſtodiri S. Romanæ Eccleſiæ: *Et ſi maiores cauſſæ in medio fuerint deuolutæ; ad Sedem Apoſtolicā, vt Sancta Synodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit, poſt iudicium Epiſcopale, referatur.* Et c. 299. *Si quis Epiſcopus depoſitus, agēdum ſibi negotium in Vrbe Roma proclamauerit, alter Epiſcopus in eius cathedra, poſt appellationem eius, qui videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur, niſi cauſſa fuerit iudicio Romani Epiſcopi determinata.* Friuola itaque hæc cauſſa, quā adferebat Hincmarus.

Carolus in litteris, quibus Adrianū Pōt. carpit. Pontificiæ dignitati quātum deferat.

Secundò ex Regis Caroli reſponſione clauſulas aliquot producit Mornæus: quib. id reſpōſum ſit, Regem videri quidē in illis litteris infenſum Pontifici, quòd ſuo iudicio in ſcribēdo non ſatis habuiſſet rationē Regiæ illius dignitatis, & acriores aliquantulum litteras ad eum ſcripſiſſet; Pontificiæ tamen dignitati, & Sedi Apoſtolicæ detuliſſe, vel ex his verbis, quæ ex illa reſponſione citat Mornæus, colligitur. Quò enim illa ſpectant?

Et quoniam talia vos miſiſſe, & à sācta Romana Eccleſia in omnib. ſemper diſcretiſſima, dictata fuiſſe nequaquam credimus; quia ipſa ſancta ſedes cum modeſtia & diſcretione ſemper corri- Pag. 184
pere & ſalubriter corrigere ſecundum vniuſcuiuſq; perſonam & ordinem ſolita fuit, ſuggeſſimus. Et poſt: *Mādate & ſcribite, quæ veſtro et noſtro mi-*
Pag 185 *niſterio congruunt, vt deceſſores veſtri nobis & noſtris deceſſoribus mandauerunt atque ſcripſerunt, & alacri mente, gratoque animo recipiemus.*

IMmò ne videatur acerbè agere in ipſum Pōtificē, fingit litteras quaſi ſuppoſito nomine Pontificis ab alio ad eum directas. Cōqueritur ibidem, ſe in præcedentibus litteris Pontificis *periurum, Tyrannum, ac perfidum, & diſtractorem rerum Eccleſiaſticarum* vocatū, non confeſſum, nec ordine iudiciario legaliter ac regulariter cōuictū; ergo hæc crimina ſubiacere iudicio Pōtificis, Rex non diffitebatur. Hic notauit morem Politicorum Baron. ad an. Chriſti 871. *qui ſi qua interdum ab exæſtuante ira Rege ſcripta reperiūtur in Romanos Pontifices, eadem tanquam ſelectiſſimas gemmas colligunt, quibus contexunt, vt ſibi videtur, coronā pretioſiſſimam Regi; reliquas verò omnes poſthabētes,*

Perditus Politicorum mos.

& nullius pretij exiſtimantes Epiſtolas Regū, & Imperatorum Francorum innumeras, quibus ſtudiū, pietas, reuerētia obſequium, omneq; demum genus officij erga Apoſtolicam Sedem, ipſoſq; Romanos Pont. inſinuātur.

In cauſſa Hincmari Laudunēſis, vt refert Baron. ad an. 871. art. 93. ita ſcripſerat Adrianus Pontifex ad Regem Carolum: *Volumus et authoritate Apoſtolica iubemus, ipſum Hincmarum Laudunenſem Epiſcopū veſtra fretū potentia, ad Limina Sanctorum, noſtramque venire clementiam &c.* Regis ergo oppoſitionem producit Mornæus:

Quæ relegentes, licet contra morem deceſſorum ac prædeceſſorum veſtrorū hoc dictū inuenerimus, & vos vmbroſum Pag. 185
ſæculi typhum inducere in Eccleſiam, quæ lucem ſimplicitatis & humilitatis, diem Domini videre deſiderantibus præfert &c.

CAetera prolixitatis vitandæ cauſſa omittimus. Verū inſcriptio Epiſtolæ Regis ad Pōtificē, quam ſuppreſsit Mornæus minimè omittenda: *Sanctiſs. ac Reuerendiſſimo Patri Adriano Sūmo Pontifici, & Papæ Carolus Dei gratia Rex, & ſpiritualis filius veſter.* Quod verò cōqueritur Rex, in hunc modum Pontificem ſcripſiſſe: *Volumus, & authoritate Apoſtolica iubemus, ipſum Hincmarū Laudunenſem Epiſcopum veſtra fretum potētia ad Limina Sāctorum, noſtramq; venire clementiā*; dicitq; inuſitatum eſſe, & contra morem prædeceſſorū Romanorum Pontificū, quod ipſe Adrianus vſurpauerit, vt Regi Apoſtolica authoritate præcipiendū putauerit &c. Baron. loco citato ar. 90. *Iracundia* (inquit) *ipſū reddidit omnino immemorē, cū (vt taceamus alia complura antiquiorum exempla) ipſe proximus prędeceſſor Adriani Nicolaus, ad ipſūmet Carolū ſcribēs Epiſt. 30 Tom. 3. Epiſt Rom. Pont inter alia his in pari cauſſa vſus verbis inuenitur: Tanquā deuoto filio præcipiendo fidēter mādamus, vt dictū Rothaldum ueſtro adiutū ſolatio ad nos uſq; miſericorditer dirigatis. Vbi par eſt cauſſa* (ſubiungit Baron.) *cū & iſte Rothaldus Sedē Apoſtolicam appellaſſet, eadē Papę iuſſio, eidemq; Regi facta, vt Rex curet Epiſcopū reum appellantē Pontificem Romam mittendum et cum ſit eadem præceptio Pōtificia, illa expreſſior q Pōtifex illic expreſſius Regi præcipiat de Rothaldo; cū illa verba, volumus, et iubemus, ipſum Hincmarū Laudunenſē Epiſcopū etc. ad noſtrā venire clementiam, non ſonent, hoc Regi fuiſſe præceptū, ſed ipſi Hincmaro, licet et hoc ſibi præceptum non malè Rex ſit interpretatus.* Etſi vero Pontifex acerbius quid Regi ſcripſiſſet; cū tamē ſe Catholicū, & filium ſpiritualē Pontificis profiteretur, non debuit ita contumelioſas ad eum litteras reddere. Longè certè aberat ab humilitate, & reuerētia Caroli Magni aui ſui erga Sedē Apoſtolicā, cuius hęc verba in Decretis referuntur: *In memoriam B. Petri Apoſtoli honoremus S. Romanā, & Apoſtolicā Sedem, vt quæ nobis Sacerdotalis Mater eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſticę Magiſtra rationis. Quare ſeruāda eſt cū manſuetudine humilitas, vt licet vix ferendū ab illa ſancta Sede imponatur iugū, tamen feramus, et pia deuotione toleremus.* Cū Naaman Sy-

Carolus iracundia immemor.

Carolus tā contumelioſas litteras ad Pontificē ſcribere non debuit.

ſus nō ſatis æquo animo accepiſſet verba Eliſei Prophetæ 4.Reg.6. *Vade, et lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua, et mundaberis* & abiret indignans; ita locuti ſunt ei ſerui ſui: *Pater, etſi rē grandem dixiſſet tibi Propheta; certè facere debueras: quātò magis quia nūc dixit tibi: Lauare, et mūdaberis?* Non diſsimilib. verbis Regē quis cōpellare poterat; etſi rē grandiſsimā tibi Pontifex præcepiſſet; certè tanquā filius patri obtēperare debueras; quanto magis cū hæc tibi dumtaxat pręcepit, vt filium Carlomānū in gratiā recipias, vt abſtineas ab hæreditate Nepotis (ſiquidē aliena inuadere tyrannicū eſt) vt iniuſtè oppreſſum, & exauctoratū Hincmarum Epiſcopum Laudunenſem, Sedē Apoſtolicā appellantem, eā adire permittas: etſi aſperiorib. verbis vſus, videtur, obtēperare vtiq; debuiſti, nō verò contumaces ad eum litteras reddere. Et viſum quidem eſt Mornęo litteras Caroli Regis ſatis prolixas huic ſuæ Oppoſitioni inſerere; vbi tū Rex nullo modo ſe Pōtificię dignitati, & Sedis Apoſtolicę authoritati opponit: cuius obediētiā, & obſeruantiā erga Sedē Apoſtolicam Nicolaus plurimū commendat Epiſt. 52. ad eundē: qui & aliquando ſcribens ad eundē Nicolaū, plurimum commendat Hincmarū Remenſem ab obedientia erga Sedē Apoſtolicā: Epiſtolam hanc nunquam editā exſcripſit Baron. ad an. Chriſti 866. ar. 83. ex monumētis Bibliothecæ Nicolai Fabri acceptam. Ipſe item Carolus aliquando cū Epiſcopo ſibi adiuncto Lotharium nepotē ſuum, de quo iam alibi diximus, adijt, quò eum corā efficacius hortari poſſet, vt in omnibus parere deberet monitis Apoſtolicæ Sedis, nēpe de recipienda Thietberga cōiuge, & reijcienda Vualdrada pellice. Id teſtatur Nicolaus Pōtifex Epiſt. 55. Tom. 3. Epiſt. Pont. ad Ludouicū Germaniæ Regem, fratrem Caroli Regis: & certum eſt, eum nunquam per ſchiſma, vel hæreſim ab obedientia S.R. Eccleſiæ Sedis Apoſtolicæ defeciſſe. Quæ igitur iſta oppoſitio, quam nobis confingit Aduerſarius?

Caroli obedientia, & obſeruātia erga Sedē Apoſtolicam.

Scribit Carolum Acta Sueſsionenſis Synodi ad Benedictum tertium miſiſſe, fauorem eius ea ratione redempturum:

Quid inde ſucceſſores porrò illaturi eſſēt (inquit) *haud ſatis attendēs. Eodē ſenſu, ut in eadē cauſſa ſcribebāt Adriano Epiſcopi noſtri, ex Duriaca Synodo, primæ Sedis Papā nūcupantes; grauiter conqueſti, ꝙ eorū ſenſū minus perciperet, ex eo forte ꝙ ipſe, miniſtriq; ſui occupationib. diſtricti, acta ſua licet ſacris Canonib. cōſona, nō ſatis attēderēt.* Pag. 188

Refellitur Mornai figmentum de Carolo Caluo.

SIc in rebus ſerijs Mornæus ꝓ ſuo more nugatur; Primū quātum ad Synodum Sueſsionēſem, nō Rex Carolus, im̄ mō Hincmarus Archiepiſcopus eius Acta ad Benedictū 3. Pontif. direxit, vt teſtatur Flodoarcus lib. 3. hiſt. Rem. c. 11. & in ea Synodo ab Epiſcopis actū eſt de depoſitione Ebbonis, & ordinatione Hincmari ex Romani Pontif. authoritate: & Patres illi Acta eiuſdem Synodi à Pont. Romano cōfirmari poſtularunt. Nō igitur Rex fauorē Benedicti 3. ea ratione redēpturus, ad eum Acta illa miſit: & hæc ratio à nemine alio adducta, ſed à Mornęo primū excogitata. Deinde Rex Pontificis fauorem non adeò expetiuiſſet, niſi & illius ſūmam dignitatē, & authoritatem diuinitùs cōceſſam, agnouiſſet. Quod ſpectat ad Duriacā, vt iſte nuncupat, ſeu Duziacenſem Synodū: ex reſpōſione Adriani quam refert Baron. ad an. 871. art. 74. ad illos Patres per Actardū Epiſcopum, conſtat, eos in ſcribendo ſumma erga Sedē Apoſtolicā vſos obſeruantia: *Egiſtis* (inquit) *vt decebat, oſtēdentes in ipſo verę fraternitatis feruorē, & in nobis Eccleſiæ, cui, licet indigni, Vicarij tamē digniſſimi Principis Apoſtolorū præſidemus, debitū cū reuerentia Apoſtolico ſemper deſideratis cōſortio.* Morn.

Ad anathema verò, quod Adrianus in Carolum Caluum vibrarat, Epiſtolā ipſam vtinam haberemus. At ſuperſunt nobis ſaltē Hincmari Rhemenſis Epiſcopi literæ, qui ab Adriano, vti loquūtur, in Carolū fulminare iuſſus, quarū præcipua capita hic inſerere lubet etc. Pag. 188

CVm intellexiſſet Adrianus Pōtifex, Carolū Caluum Regē conniuentia Epiſcoporū occupaſſe Regnum Lotharij defuncti, multiplici iure debitū Ludouico Imperatori fratri pręde functi, illudq; cum Ludouico fratre Germanię Rege diuiſiſſe; non ſolū ad Reges ipſos ſcripſit, & ad Optimates Regni, ſed & ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos, graui cōminatione eos exagitans, & illud inculcās, vt ſi Carolus Sedi Apoſtolicę obtēperare recuſaret, ipſi ſe ab eius cōmunione ſeiungerēt; ſi vellent cum Apoſtolica Sede cōmunicare. Hæc, & alia Pontifex, vt cōſtat ex litteris Hincmari ad eundē Pontificem redditis, *quas Politici huius tēporis* (ait Baronius ad an. Chriſti 870. art. 17.) *manus exoſculātes Hincmari, in ſuo deſcripſere libello de Iuribus, & prærogatiuis Regū, ac Regni Franciæ, cū iſta præmittunt: Quid conſilij cęperint Proceres Franciæ, cùm Adrianus Carolo Caluo Regi ſub excommunicationis pœna præcepiſſet, vt Regnum Lotharij Ludouico eius filio poſſidendū relinqueret, apparet ex Hincmari Epiſtola reſponſoria &c.* Quod ſi Politici hanc Epiſtolā, vt propugnaculum quoddam ad defenſionē Iurium Regni, euulgandam iudicarunt (cū tamen qui religioſè pro authoritate Pontificis, tanquā Paſtoris Eccleſiæ Vniuerſalis, contra Reges ſcribunt, nihil de Iuribus Regni detractū velint) multò minus hæreticus Mornæus eā omittere debuit; Verum ſupprimere non debebat inſcriptionem Epiſtolæ, quæ ita habet: *Domino Sanctiſs. & Reuerendiſs. Patri Patrum Adriano, primariæ Sedis Apoſtolicæ, ac Vniuerſalis Eccleſię Papę, Hincmarus nomine, nō merito, Remorum Epiſcopus, ac plebis Dei famulus.* An verò arcere Regē ab inuadēdo aliena, id eſt violare iura Regis, vel Regni? An id ius Regni erat, vt quacumq; occaſione data,

De Epiſtola, ꝗ Hincmarus Remenſis ſcrent ad Adrianum ſcripſit.

Adrianus nō violauit iura Regni Caroli.

Digitized by Google

data, & quocunque commiſſo crimine contra diuinam legem, & ſacros Canones non poſſet ipſe Rex cenſuris Eccleſiæ à Pontifice in ordinem redigi? Hoc certè eſſet negare, Reges ipſos eſſe oues Chriſti, de quibus Petro à Chriſto dictum eſt: *Paſce oues meas.* Conſuli poteſt Baronius, qui ad annum Chriſti 870. exſcripta illa Hincmari Epiſtola, qui in ipſa ſunt, errores ſignatos, damnatoſque reliquit. Quod ex Hincmaro citat Mornæus,

Pag. 180

Carolum nullo iudicio conuictum fuiſſe non legali, non regulari: proteſtari contra, quod complures atteſtentur, hanc Regni partem Antiſtitum, & Procerum Imperij conſenſu ſibi à Patre Ludouico datam, à fratre Lothario iureiurando publicè confirmatam.

Carol. Caluus notorius alieni inuaſor, & periurus.

IMmò notorium erat, Carolum alienam Prouinciam non modò inuadere, ſed & periurij crimine teneri. Nã primò à Patre illi Aquitania dumtaxat relicta, & fratri Ludouico Baioaria, ideoque finibus tàm exiguis non contenti, fratri Lothario, quem ægrè ferrent Regem Franciæ, atque Italiæ ſuſpici, Imperatoris prǽterea titulo decorari, bellum inferunt, & magnis vtrinque cladibus acceptis, victoriaque potitis Ludouico, & Carolo, Legatis vltrò citròque commeãtibus, placuit vtrique parti inducias cõſtituere, ac de rerum compoſitione diſſerere. Ita Optimatibus vicenis ab vtraque parte electis ſumma rei permiſſa. Ex communi igitur cõſilio Carolo omnia à mari Britannico vſque ad Moſam conceſſa ſunt. Ludouico, quæcumq; in Germania vltra Rhenũ continerentur; Lothario Belgica, quæ Auſtraſia dicebatur, cũ Burgundia, Prouincia, Italia, & Imperij titulo; Pipino Aquitania. Poſtea Reges fratres in vnum locum conuenerunt, ac datis, acceptiſque inuicem ſacramentis, ſe, quæ per ſequeſtres vtrinque conſtituta eſſent, rata in perpetuum habituros, pacem inter ſe inierũt, & Lotharius Regnum Auſtraſię, quam à ſuo nomine Lotharingiam appellauit, cõſtituit, ipſeque paulò antequam decederet, hereditarium filiorum diſsidiũ veritus, conuocatis Optimatib⁹, ita Regna ſua inter eos diuiſit, vt Ludouico Italiam cum Imperij titulo, Lothario Lotharingiam, & Carolo cũ parte Prouinciæ Burgundiam traderet. Itaque per diuiſionem Regnorũ à principio factam, ſacramentis vtrinque datis, & acceptis, excluſus erat ab omni iure Lotaringiæ Carolus; ea iuris erat Lotharij; in id ius nõ fratres, ſed filij hæredes eius ſuccedebant. Mortuo itaque Lothario filio, cui à patre relicta erat, ſine liberis, hæreditario iure non ad Carolum, aut Ludouicum fratres Lotharij, & ſuos patruos, ſed ad fratrem Ludouicum Imperatorem, Lotharij item filium omni iure ſpectabat. Itaque notorium erat, iuris alieni inuaſorem eſſe Carolum, periurij item reũ; eratque fictitium, quod aſſerebat, ſibi à patre relictam eam partem Regni, & à fratre Lothario iureiurando confirmatam: quæ nec ratio valeret; ſiquidem neque arbitrio patris ſteterant, ſed nouam Regnorum partitionẽ ex ſententia ſequeſtrium fecerant, datis & acceptis ſacramẽtis, ſe ei ſtaturos; neq; Lotharius quidquam cum fratre Carolo vnquam in damnum filiorum ſtatuiſſe legitur, qui & Lotharingiam vni ex filijs reliquit, in quam eo ſine liberis decedente, nemini dubium, eius fratrem Ludouicum Imperatorem omne ius habuiſſe, nullum verò omninò eius patruos. De hac inter eos diuiſione Regnorum videndi Annales Francorũ incerti Authoris, an. 843. Nithardus lib. 4. hiſt. Nauclerus Generat. 29. Sigonius lib. 5. de Regno Italiæ.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum trigeſimumquintum.

INitio huius Progreſſus attingit annum 873. quo Adriano ſecundo vita defuncto ſuffectus eſt Ioannes octauus,

Pag. 190

Secundum Platinã Iohannes nonus, qui Papiſſam controuertentibus, Iohannes octauus.

Adriani 2. ſucceſſor Ioannes 8.

SEd meritò Onuphrius Annot. ad Platinã, in Ioanne nono: *Ioannes hic omnino octauus non nonus eſt, vt à Platina deſcribitur: nã & ſi Ioannes fæmina Papa, quam profitetur, fuiſſet; non tamen numeri notã habere debuiſſet, ſacri ordinis non capax. Adde quod in omnibus huius Pontificis Hiſtorijs, Bullis, & Inſtrumentis Ioannes VIII. ſemper appellatur. Ad quẽ Ioannes quidam Diaconus Cardinalis S.R.E. quatuor libris vitam S. Gregorij, ex eius potiſſimum operibus exceptã, diligenterq; in vnum collectam, quæ etiam circũfertur, conſcripſit &c.* Quomodo verò Ioannes ille Papiſſa inter Pontifices recenſeatur? cum nec numeri notam inter eos Antipapæ, qui tot intruſi ſunt in Sedem Apoſtolicam, obtineant. De Papiſſa illa ſatis multa ſuo loco diximus.

Pag. 190

Anno verò 875. obijt ſine maſcula prole Imperator Ludouicus, cuius occaſione, patrui Carolus Frãcorum, Ludouicus Germanorum Rex, turbas cient, nec quieſcit Italia, pars dum Caluum inuitat, pars Craſſum Ludouici filium; nec deſunt qui Italiæ Imperium reſtituere velint.

Ludouico 2. Imp. ſine liberis defuncto, qui, & à quo ipſi ditionẽ poſtularint.

MOrtuo Ludouico ſecũdo Imperatore ſine liberis, in Francia eius patrui, Carolus Caluus Franciæ, & Ludouicus Germaniæ Reges certatim animũ ad Italiam, & Imperium adiecerunt. Nec verò vllus dubitabat, eius fore

Digitized by Google

vtrumq; quem Pōtifex Imperatorem coronaſſet:immò cum æquum Principibus Italis videretur,quando Ludouicus Imperator, nullo relicto ſucceſſore,vita ceſsiſſet,eum titulum iam ad Italos,præſertim opibus demum,atque authoritate florentes, reuerti,& antiquam imperandi maieſtatem,ab externis interceptā poſt tot ſæcula Italiæ reddi;Ioannē Pontificē adierunt, præſertim qui Romæ opibus excellebant Tuſculani Comites. Verùm ab eo,in vnum Carolum Caluum conuerſo,reiecti ſunt. Carolus Legatos ad Pontificem cū muneribus eximijs miſerat, per quos, ſi corona donaretur, ſe Eccleſiam in perpetuum à quibuſcumque hoſtiū iniurijs defenſurum, & Romanam ditionem penitùs remiſſurum,oſtenderat. Itaque Ioannes,vt Romanos repudiauit,ſic Caluum,vt Romam ad coronam accipiendam contēderet, inuitauit:& cum XVI.Kalend.Ianuarias Vrbē iniſſet,ſolemni Ciuitatis occurſu exceptus,die Natali Domini in Baſilica Vaticana ante Cōfeſsionem de more Auguſtum cōſecrauit,ſanctiſsimo ante iureiurando deuinctum, ſe aduerſus inimicos Eccleſiæ perpetuò Pontifici pro viribus affuturum.Quo facto Carolus multa, eaque pretioſa Sancto Petro dona tulit.

Carolus Caluus à Ioanne 8. coronatur Imperator.

Hinc titulus Imperatoris Auguſti (inquit Sigonius lib.5. anno 876.) *poſthac ſincerum Pontificis beneficium eſſe, annique Imperij à conſecratione Pontificia repeti capit.* Cur verò Ioannes Pontifex Carolum inſignierit corona Imperiali,cauſſam hāc adfert Mornæus,quòd

Quam ob cauſſam.

Remotiorem Imperatorem,quàm propinquum malebat, exterum quàm domeſticum,ſuis luminibus obſuturum. Pag.190

IMmò verò quia Rex erat Francorum, nepos Caroli Magni,& filius Ludouici Pij;ideò coronandum eum Imperatorem Pontifex iudicauit. Cum enim ob magna merita in Sedem Apoſtolicam, & Rempublicam Chriſtianam Imperium Occidentale in Carolum Magnum Francorum Regem Pontifex Leo tertius tranſtuliſſet;non videbatur æquum Ioanni octauo Pontifici eam dignitatem,ereptam Regi Francorum Caroli Magni nepoti,in quemuis alium transferre. Extant Acta ipſa coronationis Caroli Calui in Imperatorem,recitata in Concilio Ticinenſi anno 876.indict.10.eaque prodita ex Petri Pithœi Bibliotheca, & edita cum Annalibus Francorum incerti Authoris, & duodecim Scriptoribus coætaneis. Extat ibidem ſacramentum eidem præſtitum ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, ac reliquis Italiæ Optimatibus: ſubiuncta item alia ſacramenta eidem Regi à Francis præſtita. De eadem coronatione Aimoinus libro quinto, cap.32. & capit.33.ſcribit, quod in Concilio Pontigonenſi lectæ ſunt litteræ à Domino Apoſtolico Laicis miſſæ, & lecta eſt electio Domini Imperatoris ab Epiſcopis, & cæteris Italici Regni firmata. Quod verò ſcribit Mornæus, vſque ad Caroli Calui coronationem,quod Imperatores à Pontifice coronarentur, & confirmarentur, eo tantùm inſtitutum, vt ſolemniori ritu populo commendarentur: iam alibi oſtenſum, non priùs habitos Imperatores,quàm à Pontifice Romano conſecrarentur: & licet à Carolo Magno deinceps primogenitus in ea dignitate patris ſucceſsiſſet; curauerant tamen Imperatores, ſi conſortes Imperij vellent primogenitos, eos à Pontificibus Romanis cōſecrari:neq; ex deſignatione patris ſe d ex coronatione, & conſecratione Pontificis habebantur Imperatores.

Ioannem Pontificem eo carpit Mornæus, eiuſque authoritatem inuiſam reddere conatur,quòd Ludouicum Imperatorem,iuramento Adalgiſo obſtrictum, & deuinctū exemerit,

Cuius deinceps ſucceſſores (inquit) *pro libidine exemplum facilè ſecuti;* Pag.191

Et ex Rheginone iſta citat:*Ioannes Papa Imperatorem à iuramento,quo ſe obligarat,authoritate Dei,& Sancti Petri abſoluit, affirmans nihil obeſſe, quod ad mortis periculum euadendum coactus fecerat; nec ſacramentum eſſe dicendum,quod contra ſalutem Reipublicæ, quamuis cum multis execrationibus fuerit prolatum;* & ſubiungit;

In pari caſu Ethnici, quem non ei pudorem incutiant? Pag.191

SEd à nobis ex Rheginone referenda, quæ malignè, & fraudulenter ſuppreſsit Mornæus: ex quibus conſtabit, quàm iuſtè motus fuerit Pontifex ad eximēdum eo ſacramento Imperatorem. Sic itaque habet Rhegino in Chronico anno 871. *Adalgiſus Dux Beneuentanus, Græcorum perſuaſionibus corruptus,aduerſus Ludouicum Imperatorem manum leuauit. Etenim eius hortatu plurimæ Ciuitates Prouinciarum Samnij,Campaniæ, & Lucaniæ à Ludouico recedentes, Græcorum dominationi ſe ſubdiderunt. Quibus cognitis Imperator in Prouinciam Samnitum exercitum transfert, petiturus harum Prouinciarum caput Beneuentum, ditiſſimam,& opulentiſſimam Ciuitatem. Adalgiſus aduentare exercitum ſentiens, timore perterritus ad callida argumenta conuertitur, & Beneuento egreſſus Imperatori vltro ſe offert, paratum ſe eſſe, & ſemper fuiſſe ad eius obſequium, profitetur;nunquam defectoribus aſſenſum ſe præbuiſſe,iuramento confirmat. Deinde muneribus Regem ſibi conciliat, ac mox in priſtinam recipitur gratiam* Deinde de Capuæ obſidione,& deditione ciuium locutus,proſequitur: *Exercitus longa Ciuitatum obſidione fatigatus,genitale ſolum cœpit ſuſpirare, poſt emenſos labores quietem deſiderare,coniugum, ac liberorum dulces amplexus ante oculos mentis reuocare, & hac ex cauſſa paulatim quotidie defluere. Interim Adalgiſus,vt erat callidus ingenio, Imperatorem alloquitur, cur vires ſuorum nullis exiſtentibus cauſſis profligaret: cur agros, Villaſque ſuę ditioni ſubditas hoſtiliter depopulari permitteret: oportere,vt & feſſis optata cōcederent,& Regio,quæ iā penè deuaſtata erat, clementia Principis ſaluaretur. Flexus his ſuggeſtionibus Imperator exercitū pro maxima parte abſoluit,& ad propria repedare permiſit. Ipſe cū paucis in eodem loco remanet, nihil aduerſi ſuſpicatus. Adalgiſus Regem ſuis viribus deſtitutum cernens, iam dudum conceptam iniquitatem parturit, & cum ſua*

Ludouicū Imp. ſacramento per vim & metum Adalgiſo præſtito Ioannes Pont. iuſtè abſoluit.

con-

Digitized by Google

conſpirationis ſectatoribus Palatium, in quo Imperator meridie quieſcebat, occupare nititur. Rex à ſtrepitu, & clamore irruentium excitatus, lecto deſilit, arma corripit, & cum perpaucis corporis ſui cuſtodibus ad oſtium domus. turbatus repentina irruptione, procedit, aditumque ferro intercludens hoſtem à liminibus arcet. Adalgiſus ſentiens non ſine diſcrimine oſtia domus eſſe penetranda, ab introitu pedem retrahit, Palatiumque flammis iubet exuri. Interea Rex inducias ſibi dari petit, pacemque obnixè depoſcit: cui reſponſum eſt, non aliter petita impetraturum, niſi prius iureiurando deuouiſſet, nunquam ſe diebus vitæ ſuæ Beneuẽti fines intraturũ, neque ex calumnia, quam tũc patiebatur, vindictã aliquando exacturum. Allatis itaque Sanctorum pignoribus, neceſſitate conſtrictus, ſacramẽtum quod ab eo exigebatur, iurauit, ſtatimque poſtera die à Beneuento exiuit: Hæc Rhegno. Igitur Mornæus ſcribebat ex Rheginone, Ludouicum ſecundum Beneuenti captiuum, nonniſi magnis ſacramẽtis obſtrictum & deuinctum, ab Adalgiſo dimiſſum; Verùm ad quam neceſſitatem Imperator ſit tum adactus ab Adalgiſo, & quomodo metu mortis cadente in conſtantem virum, & coactus iuraſſet, ſubticebat. Proſequitur Rhegino: *Anno Dominicæ Incarnationis* 872. *Ludouicus Imperator Romam venit, ibique conuentum celebrans coram ſummo Pontifice multa ſuper Adalgiſi tyrannide conqueſtus eſt. Tunc à Senatu Romanorum idem Adalgiſus Tyrannus, atque hoſtis Reipublicæ declaratur, bellum etiam aduerſus eum decernitur. Ioannes Papa à iuramento, quo ſe obligauerat, Imperatorem abſoluit &c. ſacramentum non eſſe, quod aduerſus Rempublicam ſuſciperetur, nec Ludouico obeſſe debere, quod ſalutis conſeruandæ cauſa iuraſſet.* Hæc etiam omnia Sigonius lib. 5. de Regno Italiæ. Annon igitur Pontifex iuſtiſsima de cauſa iuramenti vinculum, quo tenebatur obſtrictus, & deuinctus Imperator, relaxauit? Etſi enim huiuſmodi iuramenta coacta, & per vim, ac metum cadentem in conſtantem virum extorta, ipſo facto non ſunt irrita; meritò tamen relaxantur. Primò, quia plurimum habent inuoluntarij admixtum. 15. q. 7. c. *Si quandoque*, dicuntur illa iuramenta ſimpliciter non fieri ex corde, quod Deus potiſimùm inſpicit. Secundò, ne anſa impuris, nefandiſque hominibus detur vim bonis inferendi. Diſpenſatur prætera iuramentum in odium illius, qui vim intulit, ext. de iureiurando c. *Verùm* (ait Põtifex) *in ea quæſtione, An à ſacramenti vinculo abſoluantur, qui illud inuiti pro vita, & rebus ſeruandis fecerunt, nihil aliud arbitramur, quam quod anteceſſores noſtri Romani Pontifices arbitrati fuiſſe noſcuntur, qui tales à iuramenti nexibus abſoluerunt.* Annon igitur Pontifex iuſtiſsimam habuit cauſſam relaxandi iuramentum ab Imperatore, Adalgiſo perfido, periuro, Tyranno, & Reipublicæ proditori præſtitum, ac per vim, & metum cadentem in conſtantem virum extortum?

Quod ex Rheginone ſubiungit Mornæus:

Pag. 192

Ne à ſuis periurus diceretur, ſubiungens gloſſam (*Papa ipſo religioſior*) *nequaquam ipſe contra tyrannum procedit, ſed Reginam cum exercitu dirigit*:

Cur ipſemet Ludouicus cõtra Adalgiſũ non proceſſerit.

HOc certè, ne non tantùm apud Deum tutus eſſet in conſcientia, verùm ne minima quidem infamiæ nota apud homines laboraret. Siquidem multis compertum eſſe poterat, iuramentum ab Imperatore Adalgiſo pręſtitum, quibus fortaſſe non conſtabat, aut à Pontifice potuiſſe relaxari (cum vel id ignoret magnus Mornęus, Princeps Theologorum ſuę Sectę) aut certè relaxatum eſſe ignorabatur; & aliquando ſimplicium imbecillitati & ignorantiæ cõſulendum eſt; cum tamen citra vllam noxam æquè exercitum poſſet ille educere, eique præeſſe. Quod verò adeò Pontificis relaxationẽ iuramenti exaggerat Aduerſarius:

In pari caſu Ethnici, quem non ei pudorem incutiant?

Pag. 192

ROmani quidem ipſi iuſiurandi religionem magni æſtimarunt, & multis laudibus extollunt ſuum Regulum, qui Carthaginem redierit fide ſub iuramento data, ſe rediturum, niſi perſuaderet Romanis captiuorum permutationem. Verùm ille ſponte iurarat, nec legitur, ab eo extortum per vim & metum iuramentum. Equidem id certum eſt, quod Caietanus, Sotus, & alij Theologi docent, in iuramentorum relaxationibus cauendum, ne in blaſphemiam cedant, vel ſcandalum, & contemptum ſacræ Religionis. Si enim captiuus apud infideles ſub iuramento per verum Deũ ſeſe obſtringeret, creditum ſibi ſuæ liberationis pretium perſoluere; ſcandalum eſſet poſtea illi iuramentum relaxare, ne ſolueret. Siquidem exiſtimarent illi, Religionem Chriſtianam docere periuria. Immò ſi quis iuraſſet illuc redire, etſi iniuſtè captiuus, ſciretque, ſe citra periculum mortis redire non poſſe, redeundum illi potiùs eſſet, quàm cum ſcandalo, periculoque contemptus noſtræ Religionis iuramentum relaxandum. Verùm in relaxatione iuramenti ab Imperatore Ludouico perfido, & proditori Adalgiſo præſtiti, non erat id periculum. Immò niſi relaxarentur huiuſmodi iuramenta, vi & metu, cadente in conſtantem virum illato extorta, anſa, & licentia nimia daretur impijs vim bonis inferendi: & in odium exigentium huiuſmodi iuramenta meritò relaxantur.

Quid in iuramentorũ relaxationibus cauendum.

In his, quæ ſubiungit ex Diplomate Othonis ad impugnandam donationẽ Caroli Calui, qui, ſi Imperator coronaretur, Eccleſiam ſe in perpetuum à quibuſcumque hoſtium iniurijs defenſurum, & Romanam ditionem penitùs remiſſurum, oſtenderat: item de Pallij vſu ex Epiſt. Ioannis 8. ad Vuilbertũ Epiſcopũ Colonienſem, nõ eſt quod amplius immoremur; ſiquidem de Diplomate illo in Antidoto contra Progreſ. 29. ſatis multa diximus, & paſſim alibi de Pallio, & Pallij vſu dictũ eſt. Falſum verò Carolũ Caluum à Carolo Craſſo aliquãdo Imperio priuatum, aut etiam fugatum; non

cùm

Digitized by Google

Carolus Caluus à Carolo Craſſo nec priuatus Imperio, nec fugatus.

enim à Carolo Craſſo Ludouici Germaniæ Regis filio, ſed à Ludouico eius fratre, filio item prædicti Ludouici Germaniæ Regis, à patruo crebris Legationibus pacem petente, victus, fugatuſque fuit, cum per ſummum nefas inuaderet Regnum à fratre ſuo Ludouico eiuſdem Filijs, & ſuis nepotibus relictum. Nunc ad Oppoſitionem,

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem trigeſimamquintam.

Pag.183

Non diu Ioannis Pontificis, quod prædicatur, beneficio Caluus fruitur &c.

CAlui Imperium breuiſsimi temporis fuit. Cum enim anno 877. è Gallia in Italiã rediijſſet, ſupremum diem obijt III. Kalend. Octob. annum enim, & diem Odorannus Senonenſis annotauit. Quantum ad Pontigonenſem Synodum, miror, qui eam in hac ſua Oppoſitione produxerit Mornæus. Siquidem ex ea conſtat, tum in Gallia ab Imperatore, & Epiſcopis agnitam, & veneratã fuiſſe Romani Pontificis authoritatem; vt Pontigonenſis Synodus nullo modo ei ſe oppoſuerit, immò eam ſaluam, & integram Patres illi voluerint. Deſcribit eam Synodum Papyrius Maſſonus lib.2. Annal. Franc. in Carolo Caluo ex Annalibus Odoranni Senonenſis Monachi. *Sancta Synodus quæ in nomine Domini, vocatione Domini Ioannis terbeatiſſimi, ac vniuerſalis Papæ, & iuſſione Domini Caroli perpetuò Auguſti congregata eſt in loco, qui vocatur Pontigonis, anno Incarnationis Dominicæ 875. indictione nona, Regni præfati inuictiſſimi Imperatoris 37. Imperij autem primo, 16 Kalend. Auguſti hæc Capitula, quæ ſubter annexa ſunt, conſtituit.*

In Synodo Pontigonẽſi agnita, et venerata Romani Pont. authoritas.

Eius Capita.

Caput primũ. *Obeunte Ludouico, qui Romani Imperij iura regebat, Dominus Ioannes terbeatiſſimus Papa per Iadericum Veliternenſem, Formoſum Portuenſem, Ioannem Arelatinum, nec non per Anſegiſum Senonenſem venerabiles Epiſcopos, Dominum Carolum tunc Regem ad Limina ſanctorum Apoſtolorum inuitauit, eumque Eccleſiæ ipſius defenſorem, autoremque elegit, Imperialique diademate coronauit, eum præ cunctis ſolum ſpecialiter eligens, qui Romani Imperij ſceptra teneret. Cuius ſacris inſtitutionibus pro debito parentes, quod ipſe confirmauit, pari conſenſu omnes confirmauimus.*

Caput ſecundum. Sicut Dominus Ioannes Papa ſanxit, conueniente, & conſentiente, ac condecernente Domino, ac glorioſiſſimo Carolo Imperatore ſemper Auguſto, Anſegiſum venerabilem Epiſcopum Senonum ſuum vicem tenere, & primatum ei Galliæ, & Germaniæ contulit, in euocanda Synodo & definienda canonicè ſi quælibet inſurrexerint neceſſaria, & vt grauiora quælibet ad ipſius notitiam referat, & nos vnanimiter omni deuotione laudamus, & vt ita ipſe primatum teneat Galliæ, & Germaniæ, decernimus, & ſancimus, cunctique ſucceſſores eius in propria Vrbe. Hæc Odoranus de Synodo Pontigonenſi, prout ex eodẽ refert Papyrius Maſſonus in Carolo Caluo. De eadem Synodo Aimoinus lib.5. cap.32. de ipſo Carolo Imperatore: *Accerſiens Legatos Apoſtolici Ioannem Tuſcanenſem, & Ioannem Aretinum, atque Anſegiſum Senonenſem, illorum conſilio, medio futuro menſe Iulij generaliter Synodum authoritate Apoſtolica, & ſanctione ſua apud Pontigonem indixit, quo per Rhemos, & Catalaunos Ciuitates peruenit.* Prout refert idem Aimoinus eodem lib. cap. 33. *Legit Ioannes Tuſcanenſis Epiſcopus Epiſtolas à Domino Apoſtolico miſſas. Cum quibus, & legit Epiſtolam de Primatu Anſegiſi Senonenſis Epiſcopi, vt quoties vtilitas Eccleſiaſtica dictauerit, ſiue in euocanda Synodo, ſiue in alijs negotijs exercendis, per Gallias, & Germanias Apoſtolica vice fruatur, et Decreta Sedis Apoſtolicæ per ipſum Epiſcopis manifeſta efficiantur, & rurſum, quæ geſta fuerint, eius relatione, ſi neceſſe fuerit, Apoſtolicæ ſedi pandantur: et maiora negotia, & difficiliora quæque ſuggeſtione ipſius à Sede Apoſtolica diſponenda, & enucleanda quærantur.* Et petierunt quidem Epiſcopi, vt permitteretur eis legere Epiſtolam, quibus erat directa; non tamen authoritati Domini Apoſtolici, aut eius literarum, quaſi nullum ius in eos haberet, ſeſe oppoſuerunt: immò cum vrgeret eos Imperator, vt de his iuſsis Apoſtolicis reſponderent, profeſsi ſunt, ſe ſeruato ſingulis Metropolitanis iure priuilegij, ſecundùm ſacros Canones, & iuxta Decreta Sedis Romanæ Pontificum ex iiſdem ſacris Canonibus promulgata, Domini Ioannis Papæ Apoſtolicis iuſsionibus obedituros. Et ita reſponderunt, quia ægrè ferebant, in primis Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus, primatum Senonenſi Archiepiſcopo deferri. Et cum iterum in eadem Synodo à Ioanne Tuſcanenſi, iubente Imperatore, lecta eſſet Epiſtola pro primatu Anſegiſi, & quæreretur ab Epiſcopis denuò inde reſponſio; *reſponderunt* (vt habetur act.7. Synod. Pontigon.) *ſinguli Archiepiſcopi, quod veluti ſui anteceſſores illius anteceſſoribus regulariter obediuerunt: ita in Decretis vellent obedire.* Et hic tandem fuit exitus, vt poſt multas ab Imperatore, & Legatis Apoſtolicis querimonias habitas, ipſe Anſegiſus obtinuerit. Et ſi Patres illi voluerunt, Metropolitanis ſuorum priuilegiorum iura ſeruari; neque certè vel minimum quid Sãctæ Romanæ Eccleſiæ, & eius Antiſtitis iuribus detractum voluerunt: immò Hincmarus Remenſis, qui vnus præ ceteris in ea Synodo reſtitit Anſegiſi primatui, Epiſtola 6. cap.4.5.11.13.& 14. ſcribens ad Epiſcopos Remenſis Diœceſis, iura antiqua Metropolitanis ſalua, & inconcuſſa debere manere potiſsi-

Digitized by Google

potiſsimum oſtendit ex authoritate ipſorum Romanorum Pontificum; quia ipſi Romani Pontifices docuerunt, vetera ſtatuta de iuribus,& priuilegijs ſedium nulla ratione eſſe cōuellenda, immò declararunt, Sedis Romanæ officium eſſe exequi Synodorum Decreta, & veteres tueri Canones. Deinde, quia dum ſummi Pontifices in remotis Regionibus vices ſuas quibuſdam commiſere; id fecerunt ſemper ſaluo iure Metropolitani, & in fine illius Epiſtolæ concludit, à Metropolitana ſede appellari poſſe ad Apoſtolicam; ab hac verò ad aliam nullam; quippe cui & Reges parere debeant. Quomodo igitur illi oppoſuerunt ſe Pontificiæ authoritati, qui nonniſi ex Decretis Romanorum Pontificum ſua ſibi iura ſalua,& integra manere debere contenderunt? Qua de re videndus Gratianus 25. q. 2. Et hæc quidem priuilegia nō aliunde, quàm à Sede Apoſtolica manarunt: & priuilegij Eccleſiæ Remenſi conceſsi à Benedicto 3. Pontifice meminit in eadem Epiſt. c. 21. & ſequentibus Hincmarus: Apud quem extat etiam Epiſtola Caroli Calui ad Ioannem 8. qua *ſummum Pontificē, & Vniuerſalem Papam* eum appellat, ſeque *ſpiritualem eius filium*, quomodo Canones de priuilegijs Epiſcoporum,& de appellatione eorundem, ſi neceſsitas,& ratio in deiectione illorum popoſcerit, intelligendi ſunt, eius iudicio ſubijcit, & ibidem *ſummæ authoritatis* appellat Sedem Romanam, *à qua Fidei, & Religionis ſumptum exordium, & quotidie ſumitur augmentum.* Hoc ægrè fert Mornæus,& in has voces prorumpit:

Adeo miſer iſte Imperator à fatali hoc calice infatuatus erat &c. Pag. 194

SEd verè à Salomone id dictum: *Doctrina ſtultorum, fatuitas.*

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum trigeſimumſextum.

Pag. 194 *Mortuo Caluo, Comites Tuſculani Romæ vires redintegrant, & ſub annum 878. Ioannem, à quo anathemate perculſi, in carcerem conijciunt &c.*

Carolo Caluo defunctalo nes Pont. fugit in Galliam 3 eur.

CArolo Caluo Imperatore vita defuncto, Ioanni fugiendū fuit in Franciam ob partium ſtudia, quòd Ludouicum Balbum in demortui patris locum coronare vellet, cū Lambertus Comes ſpoletanus, & Adelbertus Marchio Tuſciæ Romanos Proceres in verba Carolomanni iurare coegiſſent. Conqueritur idem Pontifex Epiſt. 84. ad Ioannem Archiepiſcopum Rauennatem de malis, quæ à Lamberto Comite Romæ fuerant perpetrata, ſeque in Galliam ad implorandum aduerſus eum auxilium iturum oſtendit, & Epiſt. 85. ad Berengarium Comitem, ex regia ſtirpe oriundum, queritur, quòd ab Vrbe Roma, à pijs Imperatoribus B. Petro Principi Apoſtolorum, eiuſque ſucceſſoribus tradita, eſſet excluſus, rogatque, vt ea cuncta Carolomanno nota faciat, cuius volūtate impij illi ſe feciſſe iactarēt. Scripſit etiam Epiſt. 87. & ſequentes ad Ludouicum Balbum, & alios Reges eiuſdem argumēti Epiſtolas.

Pag. 194 *Trecis Iohānes generalem Synodum cum Epiſcopis Galliarum, & Belgicarum prouinciarum agens &c.*

Synodus Trecenſis quātū detulerit Romano Pōt.

EXtant plures Epiſtolæ, quibus iubet, Epiſcopos Trecis ad celebrandam Synodum adeſſe. De ea Synodo Aimoinus lib. 5. ca. 37. in qua ab omnibus Epiſcopis approbata excommunicatione, quam idem Pontifex, Romæ priùs promulgaſſet aduerſus Lambertum, & Adelbertum graſſatores, nec nō Formoſum Epiſcopum Portuenſem, Gregorium Nomenclatorē,& complures:& ex Diplomate, quod in Synodo Epiſcopi Ioanni Pontifici porrexerūt, ſatis conſtat, quanti fecerint Romanæ Eccleſiæ authoritatem; vbi eam vocant *matrem ſuam, ac magiſtram omnium Eccleſiarum, & ſe filios, famulos, ac diſcipulos illius authoritatis*: petunt à Pontifice, vt promulget Decretum, quomodo erga peruaſores ſuarum Eccleſiarum agere debeant, vt cenſura Apoſtolicæ Sedis muniti cōtra peruerſores Eccleſiaſticarum rerum, atque facultatum raptores, & vaſtatores, ſacrique miniſterij Epiſcopalis contemptores, robuſtiores, ac promptiores concordi ſententia perſiſtere valerent. Agnouerunt igitur in ſe Romani Pontificis authoritatem, cuius iuſſu ad Synodum conuenerant, & ius condendi Decreta, quibus in Gallia omnes obſtringerētur, acceperant. Ibidem loci teſtatur Aimoinus, Ludouicum à Papa Ioanne, VIII. Idus Septēbris iuſſe coronatum. Mornæus:

Quod præcipuum, Rex & Pontifex communi neceſſitate ſuadente fœdere ſe deuinciunt: Rex quidem pollicitus Iohanni, ſe in omnes inimicos præſto futurum, Iohannes, Ludouicum ſe in Imperatorem coronaturum. Pag. 194

Immò

Cur Ludouicus Balbus à Ioanne Pont. coronatus Imperator.

IMmò vt mutua ſibi officia præſtarent; neque enim aliter habebatur Imperator, quàm ſi à Pontifice Romano Imperiali corona exornatus fuiſſet; eoque ipſo conſtituebatur defenſor Eccleſiæ, ac ſolemni iureiurando adigebatur, ſe eam, dum vixiſſet, ab hoſtium, & maximè infidelium, impreſsionibus tutaturũ. Neque eò neceſsitas redegerat Pontificem, vt Ludouicum Balbum mágis, quàm alium Principem inungeret Imperatorem; Verùm mortuo illius patre, quem item conſecrarat Imperatorem, id apud ſe conſtituerat ab initio, quem & conſtituerat ſuum Conſiliarium, vt ſcribit Epiſt. 87. ad eundem. Verùm annò 879. cum Ludouici Balbi obitum intellexiſſet, Synodum Romæ indixit celebrandam, pro electione noui Imperatoris. Quod verò propenſiori eſſet animo erga Carolum, cognomento Craſſum, filium Ludouici Regis Germaniæ, fratris Caroli Calui; cum, vt Romam Legatos mitteret, ac demum ipſe veniret, hortatus eſt Epiſt. 160. & 172. ad eundem: non tamen ita confirmatus fuerat in ea ſentẽtia, quin & de aſſumendo Ludouico eius germano aliquando cogitauerit, vt conſtat ex Epiſt. 197. ad eundem, qua & gratias agit de propenſa voluntate erga Romanam Eccleſiam, & hortatur, vt ad eam à Paganorum incurſionibus defendendam veniat, eique tacitè Imperium pollicetur. Verùm cum Carolus Craſſus in Italiam armatus irrupiſſet, Romam vſque progreſſus, à Pontifice, vt ſibi Imperialia inſignia traderentur, cum ſe in authoritate Pontificis futurum, Eccleſiamque defenſurum enixè promitteret, facilè impetrauit, & corona in ipſis Chriſti Natalitijs exornatus, ſolemne ſacramentum ſuſcepit: ab obitu verò Ludouici ad eius coronationem fuit biẽnij interregnum, & amplius; ſiquidem primus annus eius Imperij fuit Chriſti 881. Ioannis Papæ 9. Et huic vni Pontifici contigit, vt breui tempore tres Imperatores coronaret.

Balbo mortuo, quid Pontifex pro electione ſucceſſoris.

Carolum Craſsũ coronat Imperatorem.

Pag. 194

Ea lege (ait Mornæus) *Carolum Craſſum Auguſtum coronat, vt Eccleſiam aduerſus quoſcunque hoſtes Saracenos nominatim tueatur; In voce illa generali Comites Tuſculanos haud dubiè complexus.*

Qua conditione.

ID facilè colligitur ex Epiſtola 172. Ioannis ad eundem: *Credere* (inquit) *nobis poteſtis, quod nimia vndique tàm Paganorum, quàm malorum Chriſtianorum perſecutione grauati, vndique concuſſi, talia, quæ iam à longo tempore patimur, ſufferre nequimus; & ideò iterum admonemus, vt toto conamine, ſicut vobis mandauimus, proculdubio attendatis.* Si Pipinus, & Carolus Magnus à ſummis Pontificibus in Italiàm accerſiti ſunt, non aduerſum Paganos, ſed contra Longobardos Chriſtianum nomen profitentes, quòd Romanæ Eccleſiæ ditiones armis infeſtarent; nihil mirum, ſi Ioannes Pontifex ea lege Carolum Craſſum Imperatorem inunxerit, vt aduerſum quoſcũque hoſtes, etiam Tuſculanos illos Comites merito anathemate percuſſos, Eccleſiæ defenſionem ſuſciperet. Idem Pontifex Epiſt. 119. ad Carolum Craſſum Regem: *Boſonem* (inquit) *Principem per adeptionis gratiam filium meum effeci, vt ille in mundanis diſcurſibus, nos libere in his, quæ ad Deum pertinent, vacare valeamus.* Idque feciſſe ſe hortatu, & conſilio Ludouici Regis Caroli, Imperatoris filij, ſcribit. Hic Mornæus:

Petrum ſanè in miniſterio ſuo exequendo, Principe in coadiutorem aſſumpto, ne dum militiæ duce, opus habuiſſe non legimus. Pag. 194

AT nec legimus, Petrum Principem Apoſtolorum ditiones habuiſſe, aut Prouincias, quas per militię Duces contra hoſtes tueretur; ſicut poſtea à pijs Principibus magna liberalitate in Eccleſiam Romanam ſunt collatæ. Si legimus in Scriptura ſacra (vt externa exempla omittamus) Melchiſedech Regẽ fuiſſe & Sacerdotem, Genes. 14. & Heb. 7. Si item Moyſem, quem Philo vocat *Regem, Legislatorem, Pontificem, Prophetam*, & Nazianzenus *Principum Principem, & Sacerdotum Sacerdotem*, Machabæos item Põtifices ſimul & Duces militiæ fuiſſe; non repugnat certè, Pontificem ſimul eſſe Principem ſpiritualem, & temporalẽ aliquarum Prouinciarum, præeſſe ſacris, & Religioni, & tamen Duces militiæ conſtituere, per quos ab hoſtibus ſuas ditiones tueatur: & minùs iſta repugnant, quàm Mornæum Cataphractorum turmæ ductorem, & Salmurienſis ditionis Præſidem, Doctorem agere Theologiæ, & circa Fidei controuerſias nugari.

Põtifex ſine repugnantia Princeps ſpiritualis, & temporalis.

Idem Pontifex interrogatus ab Epiſcopis Galliarum, an qui pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & pro ſtatu Chriſtianæ Religionis, ac Reipublicæ in bello ceciderant, aut de reliquo pro ea re caſuri eſſent, indulgentiam poſsint conſequi peccatorũ, reſpondet Epiſt. 144. quod *illos, qui cum pietate Catholicæ Religionis in belli certamine cadunt, requies æternæ vitæ ſuſcipiet, contra Paganos, atque Infideles ſtrenuè dimicantes &c.* illiſque indulgentias concedit. Vbi Mornæus.

Ioannes VIII. dimicãtibus contra Infideles peccatorũ indulgentiã concedit: et merito.

Primus auſus indulgentiam concedere ijs, qui aduerſus Paganos & infideles aut pugnarent, aut pugnando occumberẽt. Pag. 194

PRimuſne fuerit, qui conceſſerit indulgẽtias dimicantibus contra Paganos, ſcire parum refert. Satis eſt, in Pontifice (quod Catholici omnes docent, & qui id negant, ſunt hæretici) ad concedendas indulgentias plenitudinem eſſe poteſtatis. Pium eſſe opus pugnare contra Paganos pro defenſione Reipublicæ Chriſtianæ, qui inficias ibit, eo ſe oſtendet magis propenſum in Paganos, quàm in Chriſtianos. Hanc iuſtam eſſe cauſſam concederdi indulgentias, meritò iudicat Pontifex: qua etiam motus poſtea Vrbanus 2. in Concilio

Digitized by Google

Claromontano anno 1096. indulgentiam plenariam ijs tribuit, qui ad bellum ſacrum proficiſcebantur; teſtis S. Antoninus 2. p. hiſt. tit. 16. cap. 1. §. 23. & anno 1213. teſte Abbate Vrſpergenſi, Innocentius 3. conceſsit indulgentiam plenariam pro auxilio Terræ ſanctæ. Sed ſubtilis iſte doctor.

Pag.195 *Quorſum igitur tot ſuffragijs, tot Miſſis pro defunctis, tot poſterioribus fundationibus & oblationibus opus?*

Rectè ſacrificatur &c. pro iis defunctis, de quorum ſalute benè ſperatur.

CErtè nunquam fruſtra hæc fieri, ſiue qui in bello occumbunt, ſiue qui ex hac vita decedunt, ſtatim fiant participes gloriæ, ſiue retardentur in pœnis Purgatorij, conſtat ex his, quæ ſcribit D. Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium cap. 109. *Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cũ pro illis ſacrificiũ Mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in Eccleſia fiunt; ſed eis hæc proſunt, qui cùm viuerent, vt hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt nõ requirat iſta poſt mortem, nec tam malus, vt ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt uerò talis in bono, ut iſta non requirat, & eſt rurſus talis in malo ut nec his ualeat, cùm ex hac uita tranſierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc vitam quiſpiam releuari, uel grauari.* Paulo poſt: *Cum ſacrificia ſiue Altaris, ſiue quarumcumque eleemoſynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valdè bonis gratiarum actiones ſunt, pro non valdè malis propitiationes ſunt, pro valdè malis, etſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcunque viuorum conſolationes ſunt.* Et lib. de cura pro mortuis agenda cap. 1. *Quodam genere vitæ acquiritur, dum in hoc corpore viuitur, vt aliquid adiuuent iſta defunctos; ac per hoc ſecundùm ea quæ per corpus geſſerunt, eis, quæ poſt corpus religioſe pro illis facta fuerint, adiuuantur. Sunt enim, quos nihil omninò adiuuãt iſta, ſiue pro eis fiant, quorum tàm mala ſint merita, vt neque talibus digni ſint adiuuari, ſiue pro eis, quorum tàm bona, vt talibus non indigeant adiumentis &c.* Et cap. 18. *Non exiſtimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire niſi quod pro eis ſiue Altaris, ſiue orationum, ſiue eleemoſynarum ſacrificijs ſolemniter ſupplicamus; quamuis non pro quibus fiunt, omnibus proſint, ſed ijs tantum, quibus dum viuunt, comparatur, vt proſint. Sed quia non diſcernimus, qui ſint; oportet ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint, et deberent peruenire. Melius enim ſupererunt iſta eis, quibus nec obſunt, nec proſunt, quàm eis deerunt, quibus proſunt.* Etſi igitur de eorum ſalute, qui pro defenſione fidei, & Reipublicæ Chriſtianæ cõtra Infideles & Paganos pugnando fortiter occubuerunt, benè iudicemus, ſiue eis indulgentiæ fuerint conceſſæ, ſiue non; minimè tamen fruſtra ſacrificium Miſſæ pro illis offertur, aut orationes funduntur, aut eleemoſynæ erogantur, aut oblationes in Eccleſia fiunt. Sed meritò Morne' iſta omnia fruſtranea iudicat; ſiquidem illi, & ſuis gregalibus, quos *valde malos* appellat D. Auguſtinus, iſta nihil prodeſſe poſſunt ad ſalutem, quibus iuuari poſt mortem iure omnes Fideles ſperant, & exoptant.

Idem Pontifex Epiſtola citata exemplo vtitur Latronis: *Venerabilis ille latro in vna confeſſionis voce de Cruce meruit Paradiſum.* Mornæus:

Et verò à Latronis exemplo è cruce in paradiſum, rectà & ſine medio tranſlato id probat. Pag.195

Ioannes Pet. Latronus expoſitè ad ſuum inſtitutu vſus.

QVemadmodum enim per Baptiſmum fluminis, quod eſt Sacramentum, remittitur culpa, & pœna, vt quis ſine obſtaculo, ſi inde ſtatim decedat, conſequatur gloriam; ita per Martyrium, quod *Baptiſmus ſanguinis* dicitur, & per mentis in Deum perfectam conuerſionem, quæ *Baptiſmus flaminis* eſt, cuiuſmodi fuit tum illa Latronis. Si igitur illi tantum valuit illa confeſsio in Cruce, vt remitteretur in momento culpa, & pœna, & Paradiſi fieret promiſsio; meritò Pontifex hoc exemplo inductus reſpondit, qui cum pietate Catholicæ Religionis in belli certamine contra Infideles pugnando cadunt, eos æternæ vitæ requiem ſuſcipere; certum enim eſt, eos, qui pro defenſione Eccleſiæ, & Reipublicæ Chriſtianæ ſtrenuè pugnant, vitæ periculo ſe exponunt, ac ſanguinem ipſum profundere ſunt parati, ex maxima charitate in Deum, & magno ardore, ac zelo fidei ad id inuitari. Neque verò quidquam in ea Epiſtola de his, qui ſibi militabant contra Tuſculanos Comites; neque eis bellum vnquã fertur intuliſſe, etſi iuſtiſsimam cauſſam haberet, eoſq; anathemate iure percuſſerit, vt qui tyrannicè Romam inuaſiſſent, tumultu concitato per arma captum illum in carcerem conieciſſent, Epiſcopos, & Clericos, atque Monachos peſsimè habuiſſent, atque etiam dum litanias agerent, fuſtibus cæcidiſſent. Neque verò, quod iſte mentitur, Pontifices vnquam Martyrum loco eos habuerunt, qui eis contra Principes, & Imperia Chriſtiana ſtipendia facientes, cadebant. Verùm hæretici è gregè Mornæi falsò ſibi Chriſtianorum nomen vendicant; cum ſint Synagoga Sathanæ, in quos qui arma ferunt, nõ minùs de Republica Chriſtiana benè merentur, quàm qui Paganis bellum intulerint: & in eos tanquam reos perduellionis, ac Reipublicæ Chriſtianæ perturbatores ſi aliquando, authore Põtifice, Crux ſuſcipiatur, & arma ſumantur, cõceſsis ad expianda peccata indulgentijs; iure id fit: neque tamen milites huiuſmodi, etſi pro defenſione fidei contra illius hoſtes occumbunt, Martyrum loco habet Eccleſia, aut huiuſmodi mortem Martyrium eſſe docet; ſiquidem pro ipſis Deũ orat, non pro Martyribus: corpora ipſorum nõ veneratur, quemadmodum reliquias Martyrũ. Imponit igitur Mornæus, cum ſcribit, Pontifici Martyres eſſe, qui illi ſtipendia facientes cadunt.

Idem iure Tuſculanos Comites anathemate percuſſit.

Mornai mendaciũ, & impoſtura.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem trigeſimam ſextam.

SVbiunctæ Oppoſitionis capita nobis examinanda. Ac primùm videtur docere, Hincmarũ Laudunenſem, de quo iã alibi, non eſſe reſtitutum à Pontifice ſuo gradui.

Pag. 195 *Cum Epiſcopi noſtri (*inquit*) intellexiſſent Ioannem conſenſiſſe, vt Hincmarus cæcus Miſſam cantaret, id eſt in munus ſuum reſtitueretur, vt à ſua authoritate id minimè pendere intelligat, ex improuiſo ſurgunt, aliarum prouinciarum Epiſcopi, ſed & aliarum regionum Metropolitani, qui ſine præceptione Papæ veſtimentis Sacerdotalibus indutum, in præſentiam ipſius, indeque ſublatum, cantantes in Eccleſiam adducunt, & ſignum benedictionis ſuper populum dari faciunt &c.*

Hincmar Laudunẽſis nonniſi Ioannis Põt. authoritate reſtitutus. SEd conſtat, nonniſi à Pontifice Ioanne, & illius authoritate reſtitutum eſſe Hincmarum. Nam Trecis in Synodo cum libellum eidem obtuliſſet, continentem ea omnia, quæ paſſus eſſet à patruo ſuo Hincmaro Archiepiſcopo Remẽſi, reſtitutus eſt in ſuam Sedem, & permiſſus Miſſam celebrare, ac partem redituum Epiſcopatus habere: reliqua Hedenulpho relicta, qui, expulſo Hincmaro, eiuſdem Eccleſiæ fuerat ordinatus Epiſcopus. Vnde verò moti ſunt Epiſcopi ad induendum Hincmarum veſtibus Sacerdotalibus, niſi authoritate Pontificis? quod diſertè ſignificant, quæ ſcribit Aimoinus lib. 5. cap. 37. *Dixit Papa Ioannes, vt Hincmarus cæcus, ſi vellet, Miſſam cantaret, et partem de rebus Epiſcopi Laudunẽſis haberet.* Poſt: *Fautores Hincmari audientes, quod Papa Ioannes dixerit, vt, ſi vellet, Hincmarus cæcus Miſſam cantaret, & Rex conſenſerit, vt partem de Epiſcopo Laudunenſi haberet* (quæ malignè ſuppreſſit Mornæus) *inſperatè aliarum Prouinciarum Epiſcopi, ſed & aliarum Regionum Metropolitani, ſine præceptione Papæ Hincmarum veſtimentis Sacerdotalibus indutum in præſentiam ipſius Papæ adduxerunt &c.* quibus verbis non aliud ſignificatur, quàm propenſa Epiſcoporum voluntas ad obediendum Pontifici, atq; erga Hincmarum affectus, vt quos vicem illius miſerebat, qui tàm crudeliter & luminibus priuatus fuiſſet, & adeò violenter de Epiſcopatu deiectus: qui tamen eum veſtibus Sacerdotalibus non induiſſent, niſi primùm Põtifex ei Miſſæ celebrandæ facultatem dediſſet. Obliqua verò hęc interpretatio Mornæi: *Miſſam cantaret, id eſt in munus ſuum reſtitueretur*; cùm certè aliud ſit Miſſam celebrare, aliud ſuo gradui reſtitui, etſi vtrumquè Hincmarus ſit conſecutus. Miror, qui & hæreticus iſte ita ſcribat, *Cum Epiſcopi noſtri*, cuius Eccleſia Epiſcopos non habet, à Miſſæ cantu abhorret, & Sacerdotium ipſum prorſus reijcit, & dãnat.

Qua malignè ſuppreſſit ex Aimoino Mornaus.

Obliqua eiuſdẽ interpretatio

*In Hincmarum Rhemenſem debacchatus paginas implet (*Baronius*) cuius interim crimen ſi rogas, non vult, inquit, Decretalia Pontificum Romanorum à ſanctis Cõcilijs recepta et approbata recipere, nec ſequi, niſi prout ſunt ſequenda &c.* Pag. 195

Hincmari Remenſis fallacia quoad Decreta Romanorum Pont. BAroni ad annũ Chriſti 878. a. 22. his ex Hĩcmaro citatis meritò ſubiungit: *Hominis hic intuere fallaciam, hic attende verſutiam. Dum enim ſe Decreta Romanorum Pontificum recipere profitetur, pariter diffitetur; cum videlicet reſtringit ad ea, quæ de illis recepta eſſe noſcerentur à Concilijs. & promulgata per Canones &c. Cum Decreta Romanorum Pontificum inueniantur Concilia comprobaſſe, vel reprobaſſe, non autem eadem Conciliorum authoritate, & comprobatione indiguiſſe.* Idem ad annum Chriſti 992. art. 55. notat aliquot errores ipſius Hincmari detorquendo in prauum ſenſum verba quedã Gelaſij Papæ, atque in primis quòd ſubijceret Decreta Romanorum Pontificum quibuſcunque Canonibus Conciliorum; idque certè validiſsima ratione confutat: ſiquidem à Decretis Pontificum Canones vim habent, & nonniſi interpoſito illius Decreto per ſcriptas ad Synodos Epiſtolas Decretales condi Canones, & conditi probari, edique poſſunt. Idque conſtat ex Concilio Chalcedonenſi, de quo Gelaſius Papa: *Quod firmauit in Synodo Sedes Apoſtolica, hoc robur obtinuit: quod refutauit, hoc habere non potuit firmitatem: & ſola reſcidit, quod præter ordinem congregatio Synodica putauerat vſurpandum.* Aduerſus Baronium pro ſententia Hincmari citat Sorbonam.

Decretis Pontificum Rom. comprobantur, vel reprobantur Cõcilia, non è conuerſo.

Noſtra enim Sorbona, tot retro ſæculis, quid aliud docuit? Pag. 195

Mornæo nihil affine cum Sorbona, aut Facultate Pariſienſi. SEd quid affine iſti hæretico cum Sorbona, aut Facultate Theologię Pariſienſi, quæ Fidei Catholicæ præſidium, & omnibus emergentibus hæreſibus propugnaculum fuit oppoſitum, & obiectum? quæ etſi propendeat in eam ſententiam, Concilium eſſe ſupra Papã; minimè tamen ei tanquam propoſitioni fidei tenaciter adhæret, aut contrarium damnat: & longè aliud iudicat de authoritate Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ Decretis, quàm Mornæus, & ſui gregales: neque ſui iuris vnquam eſſe iudicauit

Digitized by Google

dicauit definire, ſintnè reijcienda, vel probanda Sedis Apoſtolicæ Decreta, omnia ex æquo, quæ à Sede Apoſtolica emanarunt, ſemper in primis venerata. Proſequitur:

Pag. 196 *Quid mirum ſi homuncioni Synodum* (Hincmarus) *præferat?*

Pontifex Rom. an homuncio. ATqui Imperatores, Reges, ac Principes eodem ſenſu *homunciones* ſunt: quorum eſt condere leges, eaſque interpretari, quibus tot Prouinciæ, & Regna gubernentur, eiſque ſubijciantur, nec ſingulis modò, ſed & vniuerſis authoritate præeminent: & homo quidem eſt Pontifex reliquis aſpectu non diſsimilis, ſi naturæ conditionem ſpectemus; ſed tamen ex hominibus aſſumptus publica perſona fungitur, & authoritate ſibi diuinitùs collata toti ipſi Eccleſiæ præeſt; vt non mirum, ſi ei Synodum tanquam capiti ſubijciamus. Et quem Aduerſarius ne teruncio quidem æſtimandus, homuncionem appellat, hunc ſacræ ipſæ Synodi caput ſuum agnouerunt, eiuſque Decreta tanquàm diuina Oracula obſeruarunt.

De Photio à Nicolao primo, & Adriano ſecundo exauctorato, & Ignatio Sedi Conſtantinopolitanæ reſtituto, iam ſuo loco dictū eſt. Quod verò ſubijcit Aduerſarius, Ignatium Ioanni ipſi non ſatisfeciſſe, quòd Bulgaricas Eccleſias dimittere noluiſſet; vnde & anathema illi Ioannes etiam interminatus: *Adriani querela de Ignatio Patriarcha Constantinop. iuſta.* Equidem Ignatius in Bulgariā tāquām ad Eccleſiæ Cōſtantinopolitanæ Diœceſim pertinētem, creatum à ſe Epiſcopū vnà cūalijs Clericis miſit Theophylactū nūcupatū, à quo & expulſum eſſe Grimoaldū, qui à Romano Pontifice illuc miſſus fuerat ad prædicandum Euangelium, ex Anaſtaſio in Adriano intelligi poteſt. Hinc meritò de Ignatio conqueſtus eſt Adrianus, quòd Epiſcopum à ſe ordinatum Bulgaris mittere præſumpſiſſet. Extat Epiſt. 78. Ioannis ad eundem, qua eum commonet, ne Bulgarorum Regionem ad Eccleſiam Romanam iam antiquitùs pertinentem vſurpet, & omnes ab eo, vel ab eius ſuffraganeis, conſecratos Epiſcopos intra triginta dies illinc educat: &, niſi per duos menſes paruerit, Dominici corporis, & ſanguinis communione, & ſi perſeuerauerit in contumacia, Patriarchali etiam dignitate priuat. Verùm (vt ſcribit Baronius ad annum Chriſti 878. art. 42.) *Etſi hæc ab Ignatio impleta minimè inueniantur, conſtat tamen eundem ſemper vſque ad obitum, & poſt obitum in Catholica Romana Eccleſia communione fuiſſe retentum: quod eiuſdem Pontificis Ioannis plures Epiſtolæ ad diuerſos data poſt eiuſdem Ignatij obitum docent.* *Ignatij cōmunio cū Romana Eccleſia.* Neque eſt, quod ob hanc litem quis exiſtimet, Ignatium fuiſſe animo in Apoſtolicam Sedem infenſo; cùm quæ iuris eſſe putaret ſuæ Eccleſiæ defendere, iuramento teneretur obſtrictus, etiam diſpendio æternæ vitæ. Id etiam ad pleniſsimam eius excuſationem adfert Baronius, quod Stephanus Metropolita Neocæſarienſis in Epiſtola ad Stephanum Papam, qua rerum geſtarum aduersùs Photium hiſtoriam texuit, euidenter affirmat, aduentum Legatorum Apoſtolicæ Sedis, Pauli, & Eugenij, Conſtantinopolim contigiſſe poſt obitum eiuſdem Ignatij: ſicque neceſſariò oportuit ipſum, antequam ab eis recepiſſet literas peremptorias excommunicationis, iam ex hac vita migraſſe.

De Photio reſtituto à Ioanne Pontifice meritò queritur Baronius: *Baronius meritò queſtus, quod Ioannes Pont. Photium reſtituerit.* penes quem plus valuerit, & maioris ponderis fuerit gratia Baſilij Imperatoris, ad eum prò Photio ſcribentis, quàm ſanctiſsimorum prædeceſſorum ſcriptis obfirmata, & iuramentis ſtabilita de Photio nunquam recipiendo ſententia; cū & ipſe Ioannes cum eſſet Archidiaconus, coram vniuerſa Eccleſia conſenſerat, & magna aſſertione iuramenti religione firmauerat, atque ſubſcripſerat: quodque nihil penitùs feciſſet Photius, vnde reſtitui mereretur, nec vel leuiſsimum edidiſſet pœnitentiæ ſignum; immò multò deteriora prioribus facinora perpetraſſet, quorum cauſſa arctioribus eſſet anathematis vinculis innodandus, & grauioribus ſupplicijs puniendus. Nam reuerſus Conſtantinopolim, in contemptum Oecumenicæ Synodi, cuius fuerat damnatus ſententia, & aliorum Conciliorum, & Romanorum Pontificum, Decretis publicè editis auſus erat Cathedram contra Cathedram erigere, & Sacra facere adhuc excommunicatus, & conferre ſacros Ordines omnibus ipſe deſtitutus, ſedens loco Eccleſiæ in Palatio Magnaura aduerſus Ignatium legitimum Patriarcham: quo etiam defuncto ſtatim inſilijt in eius Cathedram; Vnde certè merebatur multa ſupplicia, non honores, & præmia. Non defuerunt tamen cauſſæ Ioanni Pontifici Photium reſtituendi, ob id à Baſilio Imperatore Legatione Romam miſſa. *Cur Ioannes ipſum reſtituerit.* Nempe potentia Græcorum in Italia, cum iam Beneuentani, & Capuani à Francis, vt Curopalates teſtatur, defeciſſent ad Baſilium. Deinde eiuſdem promiſsiones de liberanda Italia, ac præcipuè ipſa Romana Eccleſia ab incurſionibus Sarracenorum, & infeſtationibus Comitum vicinorum Romanæ Vrbi. Denique reuocanda ſub Romanam Diœceſim Bulgarorum Eccleſia. Prætexebatur præterea bonum pacis, & vnio Eccleſiarum, quæ ob reiectum Photium maximo ſchiſmate diuiderentur. Addo & Baſilium decepiſſe Ioannem Pontificem, dum ſuis literis teſtatus eſt, reſtitutionem Photij deſiderari etiam ab ijs, qui à SS. Methodio, & Ignatio ordinati fuiſſent. Hæc igitur ſunt, quæ Ioannem permouere potuerunt, vt maxima omnium admiratione

Digitized by Google

Photium reſtitueret, ſuadente illud prudentia carnis inimica Deo, & Eccleſiæ ſemper aduerſa, *ambitionem* interpretatur Mornæus. Si Ioannes Photium non reſtituiſſet, id etiam præ ambitione feciſſet; nam iſtius ſenſu præ ambitione omnia agunt Pontifices. Subiungit Baronius ad annum 879. art. 5. hinc accidere potuiſſe, *vt ob nimiam Ioannis animi facilitatem, & mollitudinem, abiecta penitùs omni virilitate, fractus animo, Sacerdotalis conſtantiæ expers, atq; robore eneruatus, non Papa, vt Nicolaus, & Adrianus* (qui conſtantiſsimè Photio reſtiterant *ſed Papiſſa fuerit, contumeliæ*) *loco dictus; vtpotè quod qui nec reſiſtere ſciret Eunucho* (Photio) *quique vinceretur à ſemiuiro, non vir, ſed eſſet fœmina potiùs nuncupandus; & ſic nomen contumeliæ tranſierit poſteris rerum inſcijs in veritatis opinionem*. Vbi æſtuare Mornæus;

De cauſſa vnde Baronius ſuſpicatur ortam fabulam de Papa fœmina.

Vnde hoc illi? cedo vel vnum authorem, & vnde tot circumſtantiæ? & eam ne ſibi fidem conſecutus videtur, vt quia dixit, protinus mereatur fidem?

Pag. 196

QVia certè nulla fœmina fuit vnquam Pontifex, vt ſuo loco probatum eſt, & fingunt aduerſarij Ioannem 8. fuiſſe fœminam; eam opinionem ex facilitate huius Pontificis eſſe natam, non immeritò ſuſpicatus eſt Baronius: qui tamen id non affirmat; vt opus ei fuerit Authores producere. Et certum quidem eſt, Baſilium à vafro Photio deceptum fuiſſe: qui cum miſit Legatos ad Pontificem pro Photio, vt eum in communionem reciperet, eiuſque ad Patriarchatum reditum ſua authoritate confirmaret, iudicauit, id iuris eſſe penes Romanum Pontificem & exauctorare Patriarchas Conſtantinopolitanos, & eos communioni Eccleſiaſticæ, vel etiam ſuæ Sedi, ac dignitati reſtituere. Quorſum enim alias Romam ob id mitteret Legationem?

Photiana Synodus conficta.

De Photiana Synodo, in qua à Photio falſatæ literæ Ioannis productæ, & lectæ, & dicitur damnata Synodus Octaua, celebrata ſub Adriano Pontifice; cùm non ſit aliquis ex Græcorum Hiſtoricis, res Baſilij Imperatoris proſecutis, qui eius meminerit; cum econtra fermè omnes de Octaua legitima Oecumenica, in qua Photius eſt depoſitus, mentionem faciant: non Curopalates, non Cedrenus, non Zonaras, non Glicas, non Conſtantinus Manaſſes de ea vel verbum vnum; cum tamen ſi talis fuiſſet, vel tàm numeroſa, vt in qua prima Actione celebrata ſub menſe Nouembri recitatus ſit numerus Epiſcoporum trecentorum octoginta trium, & quæ Oecumenicam damnaſſet, haud videri poſſet ſilentio prætermiſſa; inde meritò de ea ſuſpicio augetur, quod tota fuerit Photij ſtylo conficta, & ſuppoſita, nunquam niſi in eius cerebro celebrata. Nec valet in contrarium, quod Acta ipſius extent in Vaticana Bibliotheca, ex quibus præcipua capita produxit Baronius ad annum Chriſti 879. aut quod eam Græci, maximè ſchiſmatici, pro germana Octaua venerentur; nam eam potuit fingere, & ſupponere Photius; vt procedente tempore apud Græcos Schiſmaticos authoritatem obtineret, & Acta eiuſdem ad Latinos peruenirent. Bellarminus lib. 1. de Concilijs capit. 5. meritò iudicat, aut omnia eſſe conficta, quæ de Ioanne VIII. dicuntur, quod per Legatos ſuos celebrauerit illam Synodum, in qua reſciſſa ſint Acta præcedentis Synodi ſub Adriano, & ſtatutum, vt tolleretur particula illa de Symbolo, *Filioque*; aut verum quidem eſſe, Photium à Ioanne VIII. per Legatos reſtitutum in Sedem Conſtantinopolitanam poſt mortem Ignatij; at cœtera ſuppoſititia, & adulterina eſſe, & à Græcis conficta. Scribit S. Antoninus 2. par. tit. 16. capit. 1. §. 10. quod Stephanus Archiepiſcopus Neocæſarienſis, & Mapa Metropolita, qui tum temporis florebant opinione ſanctitatis, nunquam Photium receperunt in Patriarcham Conſtantinopolitanum, verùm ſcripſerunt Stephano Papæ ſucceſſori Ioannis octaui, quod Epiſtola, quæ dicitur miſſa à Ioanne ad conſentiendum promotioni Photij, fuit facta per dictum Photium, vt melius reciperetur in Patriarcham à cunctis; ex ea autem Epiſtola Photius congregauit Concilium Conſtantinopolitanum ſine ſcitu Papæ. Et cum aliqui Epiſcopi miſſi fuiſſent à Pontifice in Bulgariam, Photius audiens iter eorum, prece, & pretio corruptos induxit eos ad veniendum Conſtantinopolim, tanquam à Papa miſſos ad confirmandum eius promotionem; ſicque omnia ficta fuerunt. Equidem ſi vera eſſe dicantur, & non conficta à falſario Photio, quæ in eadem ipſius Pſeudoſynodo leguntur; dicendum cum Baronio ibidem, nunquam adeo faciles repertos Apoſtolicæ Sedis Legatos; vt nunquam tàm ſordida, tamque indigna ab eadem Sede Legatio miſſa fuerit. Galecas lib. 4. contra Græcos non ſatis benè inſtructus, eam non modò verè celebratam aſſerit, ſed & de ea tanquam legitima Synodo loquitur: quæ verè Pſeudoſynodus fuit, aut conficta à Photio, aut certè ab ipſo Pontifice nunquam confirmata, immò damnata, vt conſtat ex Epiſt. 250. ipſius Ioannis VIII. Pontificis ad Photium; *Nam & ea, quæ pro cauſa tuæ reſtitutionis Synodali Decreto Conſtantinopoli miſericorditer acta ſunt, recipimus. Et ſi fortaſſe noſtri Legati in eadem Synodo cõtra Apoſtolicã præceptionẽ egerũt; nos nec recipimus, nec iudicamus, alicuius exiſtere firmitatis.* Atq; hæc de Photiana Synodo, à Morneo citata, de qua legẽd⁹ eſt Pater Raderus, cui⁹ opera prodijt Octaua

Aut ficta à Ioanne VIII. non confirmata, ſed damnata.

Oecu-

Digitized by Google

Oecumenica Synodus ſub Adriano Secundo Conſtantinopoli celebrata, anno 1604. Ingolſtadij impreſſa, in Epiſtola ad Cardinalem Baronium, & Præfatione ad Lectorem.

Photius iſte author fuit præcipuus ſchiſmatis, & defectionis Græcorum ab Eccleſia Romana: de quo illud ferunt, cum mater eius eſſet grauida, viſione nocturna ei viſum eſſe ſe in vtero geſtare ſerpentem, qui egreſſus inficiebat totam illam Regionem: Inſuper à pluribus ſanctis viris ex reuelatione prænunciatum eſſe matri, quem in vtero geſtaret, futurũ eſſe peſſimum, & perſecutorem Eccleſiæ: quo prænuncio ita indoluit, vt ſibi facilè mortem intulliſſet, ne tantum Orbi malum pareret; niſi à marito prohibita, & à ſanctis viris perſuaſa fuiſſet, vt ſe diuinæ prouidentiæ committeret. Interim monſtra hæc quæcunque in Orbem edita Magno Mornæo pij ſunt, à quibus acriter omni tempore interceſſum, ne ad id faſtigij Papatus eniteretur. Neque verò ſubſequẽtes Pontifices eum pro legitimo Patriarcha habuerunt: & cum Imperator eius patrocinio ſuſcepto literas aliquando ſcripſiſſet ad Adrianum III. Pontificem, blaſphemijs, atque conuitijs plenas tàm contra eum, quàm aduerſus Marinum, eius prædeceſſorem; eo defuncto eidem reſpondit Stephanus ſextus eius ſucceſſor, redarguens eum, quòd pro Photio excommunicato tantopere laborans Romanã Eccleſiam adeò contumelijs afficeret, cui cũ omni veneratione ſubditus eſſe deberet.

Photius qualis vir.

Ne in reliquis diutiùs immoremur, quæ ſubiungit Mornæus; quoad hiſtoriam Pontificatus, mortuo Ioanne octauo XVIII. Kalend. Ianuarias, cum ſediſſet annos decem, & poſt ipſius obitum ſedes vacaſſet 13. diebus, V. Kalend. eiuſdem menſis Ianuarij in eius locum Clerus Romanus ſuffecit Marinum, non natione Gallum, (vt ſcribit Platina) ſed ex Galleſio Faleriorum, in Etruria Oppido ortum, qui in omnibus Diplomatibus, inſtrumentis ſuo tempore confectis, & vetuſtis libris, Hiſtorijſque, vt Leonis Oſtienſis, Guilielmi Bibliothecarij, Annonij, & aliorum, (vt obſeruat Onuphrius annotatione ad Platinam in Martino II.) non Martinus, ſed Marinus vocatur: ita qui in vitis Pontificum dicitur Martinus tertius, Marinus ſecundus dicendus eſſet, & Martinus quartus & quintus, ſecundus & tertius vocandi eſſent. Ex Platina Scribit Mornæus, eum *malis artibus* Pontificatum adeptum eſſe: fortaſſe quia factione Tuſculanorum Comitum Pontifex creatus fuerat; alioqui enim Cleri ſuffragijs legitimè ordinatus fuit: & de illo extat Nicolai I. Pontificis illuſtre teſtimoniũ, à quo *Eccleſia Romanæ Diaconus* dicitur: & inter Legatos Conſtantinopolim ab eo miſſos, vnus hic fuit, qui in Epiſtola ad Michaelem Imperatorem, Marinum teſtatur ſe mittere, & initio Octauæ Synodi Oecumenicæ habitæ ſub Adriano ſecundo Act. I. *Marinus Diaconus locum tenens Sanctiſſimi Archiepiſcopi Vrbis Romæ*, commemoratur. Cum igitur duabus Legationibus pro Eccleſia Romana functus eſſet; non indignus fuit Pontificatu. Aliarum eiuſdem Legationum meminit Baronius ad annum Chriſti 882. Hunc Bulgari ab Adriano ſecundo dari ſibi Archiepiſcopum magna inſtãtiã expetierant. Formoſum Epiſcopum Portuenſem, Apoſtolatu Bulgarorum, & magnis Legationibus inſignem, virum laudatiſſimum Epiſcopatui reſtituit: quem damnans Ioannes, iurare coegerat, ſe in perpetuum laica communione contentum permanſurum. Sed ſicut cauſſæ ignorantur, cur fuerit à Ioanne depoſitus ab Epiſcopatu (fortaſſe ex calumnijs in eum ſtructis) ita neſcitur reſtitutionis per Marinum factæ modus: an ſcilicet abſolutus fuerit à iuramento vi extorto, atque declarata nulla Ioannis Papæ ſententia fuerit. Moritur anno Chriſti 884. indict. 2. xv. Kalẽd. Februarij, vbi ſediſſet annum vnum, & dies viginti: & poſt duos dies, nempe xiij. Kalend. eiuſdem menſis creatus eſt Adrianus Romanus, eius nominis tertius, de quo in ſequẽti Progreſſu.

Ioãni VIII ſuffectus Marinus: eius patria, & alia.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum trigeſimumſeptimum.

Adrianus tertius ergo anno 885. occaſione vſus &c. duo Decreta edicit.

Pag. 197

Adriani III. Pontificatus.

HAec duo Decreta producit Sigonius lib. 6. de Regno Italiæ, eaque *inſigna* appellat. Et Platina in Adriano tertio *Tanti* (inquit) *animi fuit, vt initio Pontificatus ſui ſtatim ad Senatũ, populumque retulerit, ne in creando Pontifice Imperatoris authoritas expectaretur, vtque libera eſſent, & Cleri, & populi ſuffragia.* Cùm ſediſſet annum vnum, menſes tres, dies decem & nouem, obijt ſeptimo Idus Maij anno Chriſti 885. indict. 3. Clerus, & populus Romanus de eo magnam ſpem conceperat: *ſepelitur in Baſilica Petri* (inquit Platina) *collachrymantibus omnibus, & ingemiſcentibus, tantum parentem iniquo tempore tàm repente ſibi ablatum eſſe.* In eius locum poſt

Rr 2 tri-

Digitized by Google

Ei ſuccedit Stephanus Sextus.

triduum Stephanus ſextus, qui malè quintus à Platina,& alijs dicitur, ſubſtitutus eſt, de quo Mornæus:

Pag.198

Eò ſuperbiæ prouectus, vt Decretum eius apud Gratianum extet; Quicquid Eccleſia Romana ſtatuit, quicquid ordinat, perpetuò quidem & irrefragabiliter obſeruandum eſt.

Magdeburgenſiū mēdacium de Stephani ſexti Decreto, quoad obſeruationem Decretorū Romanorū Pont.

DE eodem Magdeburgenſes cent.9.cap.10. col.511. *Dominatum in Eccleſia vſurpauit, & Decretis hominum conſcientias obligauit; nam Romanæ Eccleſiæ ſtatuta omnibus neceſſariò obſeruanda eſſe primus decreuit, diſt. 19. c. Enimuerò.* Vbi aperte mentiuntur, & ex eadem diſtinctione redarguuntur, vbi recitantur verba Nicolai Papæ ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos per Galliam conſtitutos, pro authoritate Decretalium Epiſtolarum Romanorum Pontificum, quas ab omnibus venerabiliter ſuſcipiendas decernit: verba item Agathonis Papæ: *Sic omnes Apoſtolicæ Sedis Sanctiones accipiendæ ſunt, tanquam ipſius diuini Petri voce firmatæ ſint*: qui certè Pontifices antiquiores ſunt Stephano VI. Eadem diſt. cap. 3. citatur ex Capitulis Caroli Magni, honorandam eſſe ſanctam, & Apoſtolicam Sedē, & tolerandum eſſe iugum, quod ab illa Sede imponitur, *licet vix ferendum videatur*, & in eiſdem Capitul. lib.6. cap.267. dicitur: *vt nulli fas ſit ſine ſtatus ſui periculo vel diuinas Conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis Decreta temerare*: Atque eam authoritatem Pontificum, qua ſtabilita, & confirmata voluerunt ſua Decreta, nunquam Theologi, aut Canoniſtæ, non Patres Eccleſiæ, aut ſacræ Synodi, ſed hæreticus Mornæus eò impudentiæ prouectus eſt, vt ſuperbiæ aſcribat; Magdeburgenſes verò eo liberas eſſe hominum conſcientias volunt, vt nullis legibus, aut Decretis coercitæ, ad omnem improbitatem præcipites ferantur. Eiuſdem Pontificis eſt Epiſtola ad Baſilium Imperatorem, quando à Photio corruptus, & peruerſus Romam contra Marinum Papam ad Adrianum ſucceſſorem, ſcripſit, eoque defuncto in manus Stephani peruenit, cui⁹ ſupra meminimus: & extat ī Synodo Octaua impreſſa Ingolſtadij 1604 & Romæ inter Cōcilia Generalia 1612. Tom.3.

Vuido Spoleti Comes à Pontifice cōſecratus Imperator.

Vuido Spoleti Comes poſt ſuperatum Berengarium, Regno Italiæ occupato, ab eo Romam accerſitus, Imperator anno 891. IX. Kalend. Martij eſt conſecratus. Atque ita *antiquum Italiæ Imperium* (vt ſcribit Sigonius lib. 6. de Regno Italiæ ad eundem annum) *Italici poſt tàm multas, at tàm diras gentium exterarum impreſſiones recuperarunt.* Vuido vt ſe Pontifici gratum præberet; priuilegia, ac dona à Pipino Rege, Carolo, & Pio Imperatoribus Romanæ Eccceleſiæ data, probauit. Baronius tamen ad annum Chriſti 892. ſcribit, eo anno primùm à Formoſo Papa Stephani ſucceſſore Vidonem fuiſſe coronatum Imperatorem; idque docet ex literis eiuſdem Formoſi Papæ ad Fulconem Remenſem Archiepiſcopum, quarum meminit Flodoardus Hiſt. Remenſ. lib. 4. cap. 2.& hunc eſſe primum annum Imperij Vuidonis, quo reuera dicendus ſit Imperator ex more coronatus à Romano Pontifice; etſi, ex Diplomatibus eius conſtet, longè ante geſſiſſe ſe, & dixiſſe Imperatorem.

Formoſus Pontifex; quàm laudatus.

Stephano defuncto, creatus eſt Formoſus Pontifex. Cuius tumultuariam fuiſſe electionem, oppoſito ipſi Sergio Diacono, nulla re niſi ſplendore familiæ commendato, teſtatur Luitprandus Ticinenſis lib. 1. capit. 7. & fusè ſcribit Sigonius lib. 6. de Regno Italiæ. Laudatiſsimum fuiſſe Formoſum tùm religione, tùm morum integritate, atque doctrina idem Luitprandus aſſerit: quem etiam Anaſtaſius Bibliothecarius in Nicolao *magnæ ſanctitatis Epiſcopum* nominat. Eſt etiam de eo egregium teſtimonium ex Epiſtolis Hincmari, quas Flodoardus commemorat lib.3. Hiſt. Eccleſ. Rem. cap. 21. vbi ſummarium Epiſtolæ Hincmari ad eundem ſic recenſet: *Formoſo Sedis eiuſdem religioſo Epiſcopo* (litteras mittit) *collaudans eius, quam audierat, ſanctitatis, & ſcientiæ famam, quærenſque ipſius habere familiaritatem, & vt ipſe dignetur orare, vicem rependere ſpondens, & quædam ei munera mittens, vt ſui memoriam in orationibus habeat.* Etſi verò Formoſi Pontificatus aſsiduis Sergianorum contentionibus fuerit infeſtus; non tamen (quod ſcribit Mornæus) *nihil niſi ambitus, aut latrocinium perpetuum* dicendus eſt; cum iuſtis Comitijs creatus fuerit Pōtifex, & legitimè ordinatus, ſchiſmatici verò Sergius, & ſuæ factionis cæteri. Hoc fuiſſe nonum ſchiſma in Eccleſia Romana, ſcribit Onuphrius in Epitome Rom. Pontif. Anno 896. Arnulphus Rex Germaniæ, Carolomanni filius, Italiam ingreſſus, Romam ex conſenſu Formoſi Papæ Sergianorum iniurias iniquo animo ferentis, armis cepit, vltuſque eſt in Romanos iniurias ab ipſis in eundem Pontificem illatas, ac demum ab eodem coronatus eſt Imperator. Rhegino in Chronico ad annum 896. Luitprandus Ticinenſis lib. 1. cap.8. Sigonius lib.6. de Regno Italiæ ad eundem annum. Et cum iniuſtè Pontifex à Sergianis opprimeretur, potuit iuſtè aduocare, & accerſere in auxilium Arnulphum: neque ſtrages Romæ inde conſecutæ (vt quod Arnulphus, Sergianos omnes, qui ſibi obſtiterant, interemerit, neque pueris, aut mulieribus, aut Sacerdotibus, ſacratiſue Virginibus ipſis pepercerit) ipſi Pontifici, præter cuius voluntatem, & intentionem acciderunt, ſed iniuſtis eius inimicis, aſcribendæ ſunt. Eodem anno Formoſus Pontifex obijt 19. Kalend. Ianuarij. In eius locum Bonifacius VI. poſt triduum ſuffectus eſt, legitimis ſuffragijs, vt volunt Platina, Onuphrius, & Ciaconius, creatus Pontifex. Itaque in numero Pontificum recenſendus, etſi breuis illius Pontificatus: nam, eo poſt quindecim dies ex humanis rebus exempto, Stephanus VI. aliàs VII. ex Epiſcopo Anagnino,

Pag.198

Sergius eſt ſuus ſchiſmaticus.

Luitprandus ab ipſo coronatus Imperator.

Strages, quas hic Roma intulit, nō aſcribenda Formoſo.

Formoſo ſubſtituitur Bonifacius VI.

Bonifacio VI. Stephanus VII.

Ser-

Digitized by Google

Sergiana ſuperante factione, creatur: vtrumque tamen intruſū fuiſſe, & Sedem Apoſtolicā innaſiſſe ſcribit Baronius ad annum Chriſti 897. art. 1. & de Bonifacio: *Non numerandus* (inquit) *inter Pontifices, vtpote qui damnatus fuit in Romana Synodo ſub Ioanne Papa Nono, homo nefarius, jam antea bis gradu depoſitus, à Diaconatu primum, inde à Prebyteratus. Sed aduerſùs eum Stephanus Septimus dictus Sextus ſubrogatur, pulſo Bonifacio intruſo pariter ab intruſo.* Subiungit: *Iſta omnia per vim & metum extorta maximam irrogarunt ignominiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Porro quod intruſorum Pontificum alij vt Pontifices poſtea recepti inueniantur, alij verò penitus abrogati; inde euenit, quòd illi, quantumlibet tyrannicè ſedem adepti, tamen accedente Cleri conſenſu, ſatius eſſe exiſtimantis eos qualeſcunque tolerandos, quàm Eccleſiam ſchiſmate conſcindendam, vt legitimi Pontifices nouis Comitijs, conſuetis ritibus, ſint electi. Hæc vt dicamus, illud planè neceſſariò cogit, quòd vniuerſa Catholica Eccleſia eos vt legitimos Pontifices coluit, & vt Chriſti Vicarios, Petrique ſucceſſores cognouit, & cultu germano Pontifice digno eoſdem frequentauit: quod nequaquam factum fuiſſet, niſi de facta poſtea electione legitima conſtitiſſet*: Hæc Baronius.

Cur ex intruſis Pōtificibus alij habeantur pro legitimis, alij non.

Verum, Pontificium nomen aut dignitatē, non eſt, quod oderimus propter impia quorūdam Pontificum facta, cuiuſmodi fuit iſtius Stephani ſeptimi, quod ex Luitprando Ticinenſi lib. 1. cap. 8. refert Mornæus: quem Authorem memoria lapſum oportuit, vt Sergio Papæ aſcripſerit, quod per hunc Stephanum factum conſtat. Ille igitur Formoſi cadauer è ſepulchro extrahens, atque in ſedem Romani Pontificis Sacerdotalibus veſtibus indutum collocans, cum tanquam viuenti exprobraſſet, quod nimia ambitione ex Portuenſi Epiſcopo Sedem Apoſtolicam occupaſſet, illud ipſum damnatum, ſacriſque mox exutum veſtimentis, ac tribus digitis mutilatum, quib⁹ benedicere moris eſt, in Tyberim iactauit; cunctoſque, quos idem Formoſus ordinauerat, gradu depoſitos iterum ordinauit, &, quod grauioris culpæ fuit, collecta ſuorum Synodo, nefarium ſcelus probauit: quæ Synodus poſtea reſciſſa, ignique tradita à Ioanne IX. fuit; ita furore percitus homo, non quod jure liceret, ſed quod exæſtuans rabies ſuaderet, implens. Nec verò fuit error in fide, ſed violenta tyrannis in facto: & cum Mornæo factum deteſtamur. Neque tamen illi, aut ſacrilegis Nouatoribus ad defectionem à Sede Apoſtolica ſuppetit argumentum. An fides probanda ex perſonis? An incredulitas hominum fidem Dei euacuauit? Nititur ſoliditas Eccleſiæ, & Apoſtolicæ Sedis verbo Chriſti, & promiſsionibus diuinis, non verò prudentia, aut religione Antiſtitum, qui in ea ſedent. Et quidem illud obſeruandum, quod etſi tàm nefarium ſacrilegium Stephanum Papam infamaret, nullum tamen fuiſſe principalium Sedium Epiſcoporum, qui ob id ſe ſubtraheret ab obedientia, quæ impertiri ſoleret Romanæ Eccleſiæ Pontificibus, probè ſcientes, primæ Sedis Pontificem inferiorum Sedium non ſubiacere iudicio. Non incongruum erit hoc loco adferre, quæ ſcribit D. Auguſtinus lib. 2. contra literas Petiliani capit. 51. *Si omnes per totum mundum tales eſſent, quales vaniſſimè criminaris, Cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet; vel Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, in qua Iacobus ſedit, & in qua hodie Ioannes ſedet, quibus nos in Catholica vnitate connectimur, & à quibus vos nefario furore ſeparaſtis? Quare appellas Cathedram peſtilentiæ Cathedram Apoſtolicam? Si propter homines, quos putas legem loqui, & non facere; nunquid Dominus Ieſus Chriſtus propter Phariſæos, de quibus ait: Dicunt, & non faciunt, Cathedræ, in qua ſedebant, vllam fecit iniuriam? Nonne illam Cathedram Moyſi commendauit, & illos, ſeruato Cathedræ honore, redarguit? Ait enim, Cathedram Moyſi ſedent, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt. Hæc ſi cogitaretis, non propter homines, quos infamatis, blaſphemaretis Cathedram Apoſtolicam, cui non communicatis.* Et capit. 61. *Non propter Phariſæos præcepit Dominus deſeri Cathedram Moyſi, in qua vtiquè figurabat ſuam: dicens quippe, illos ſuper Cathedram Moyſi ſedentes, dicere, & non facere; monet tamen populos facere, quæ dicunt, & non facere, quæ faciunt, ne Cathedræ ſanctitas deſeratur, & propter Paſtores malos gregis vnitas diuidatur.* Qui igitur propter Pontificum quorundam improba facta irrogat iniuriam Sedi Apoſtolicæ, & illi obedientiam detrectat, quod facit cum Nouatoribus Mornæus, Chriſti vtique inſtitutioni reſiſtit, & horrendum ſcelus committit.

Stephani VII. furor in cadauer Formoſi Pont. &c.

Qui tamen Nouatorū cauſſam contra Sedem Rom. non iuuat.

Stephanum anno vno, & tribus menſibus Pontificatum geſsiſſe, ſcribunt Platina, Onuphrius, Ciaconius, & Sigonius, vt obierit anno 897. cuius tamen Pontificatum ad annum 900. producit Baronius: quod docet ex Diplomate priuilegij ab ipſo conceſsi Monaſterio S. Vicentij ad Fontes Vulturni, quod datum habetur menſe Septembri iam inchoata indictione quarta. Scribit item, ipſum pulſum Pontificatu detruſum fuiſſe in carcerem, & ibidem ſtrangulatum: idque ex eius ſepulchri Epitaphio docet.

De Stephani VII. obitu.

In eius locum, præualente in Vrbe Romanorum factione aduerſùs Adelbertum, Tuſciæ Marchionem, Romanus creatus, patria Galleſianus, patre Conſtantino: quem tradunt vixiſſe menſes tantùm quatuor, & dies viginti. *Sed quo menſe, vel die creatus, aut mortuus fuerit, ex antiquis monumentis* (ait Baronius ad annum nongenteſimum articulo octauo) *haud facilè accipi poteſt.*

Romanus I. Pontifex.

Subrogatus eſt Theodorus 2. quo poſt dies viginti defuncto, creatus eſt Ioannes IX. patria Tiburtinus, patre Rampoaldo, profeſsione Monachus, ordine Diaconus, quem vltra triennium Sedem prorogaſſe ſcribit Baronius ad annum 901. art. 1. cum alij annos duos, & dies quindecim dumtaxat eius Pontificatui tribuant. Hic conuentum Epiſcoporum Rauennam indixit, ac Ioanne Archiepiſcopo ad-

Theodorus 2.

Ioannes IX. Pont.

Digitized by Google

Conuentū Rauēnam indicit: quid in eo actum.

monito, Lambertum Imperatorem, eo quoque, Reipublicæ conſtituendæ gratia, comiter inuitauit. Cum ſeptuaginta quatuor Epiſcopi eò conueniſſent; de cauſſa Formoſi, & cœteris rebus, quæ in Eccleſia egere correctione videbantur, relatum, ac in primis damnata Synodus à Stephano Papa aduerſus Formoſum Romæ celebrata, eiuſque Acta combuſta; ita tamen, vt Epiſcopis, & Presbyteris, qui ei interfuerant, veniam poſtulantibus, & vim, ac metum excuſantibus, indulſerit. Arnulphi Regis Imperialem conſecrationem, vt metu extortam, reſcidit: & iam Synodus Romana ſub eodem Pontifice eandem, vt per ſurreptionem factam, condemnauerat. Baronius ad annum Chriſti 896. artic. 1. *Sanè quidem, qui vnxerat Vuidonem, atque eius filium Lambertum Imperatores Formoſus, nonniſi per ſurreptionem aduci potuit, vt vngeret Arnulphū. S e gitur* (inquit) *nonniſi ex præſcripto ſacrorum Canonum, & authoritate Apoſtolicæ Sedis, omiſſo Arnulpho* (violento inuaſore) *in ſerie Imperatorum Occidentalium Lambertum poſuimus*; Vna ſcilicet cum patre Vuidone regnantem, licet Cronographi poſt Carolum Craſſum poſuerint Arnulphum, nulla penitùs de Vuidone, & Lamberto habita ratione; *quod priuata* (inquit) *Germanorum Scriptorum affectio, non veritas perſuaſit*. Et certè contra Sergianos Formoſus Arnulphum occultis vijs ex Germania in auxilium euocarat, non tamen animo eum Imperatorem conſecrandi. Rectè itaque iudicauit Ioannes cum Synodo, eam inaugurationem vi, & metu extortam fuiſſe; Sergium, & ſocios damnatos reſtitui vetuit, violatores ſepulchri, cadauerisque Formoſi damnauit, & Formoſum, vt qui neceſsitate ex aliena Eccleſia ad Romanæ adminiſtrationem veniſſet, Pontificem confirmauit. Verùm, ne quid ſimile poſthac fieret, ſanxit; Epiſcopi à Stephano exangurati ad priſtinos gradus reſtituti. Eius Synodi meminit Sigebertus anno Chriſti 903. in Chronico. Eiuſdem Acta Sigonius ſcribit Mutinæ apud Canonicos Eccleſiæ ſcripta reperiri, quorum ſummam in ſuam hiſtoriam intexit lib. 6. de Regno Italiæ ad annum 898. de qua etiam Rubeus hiſt. Rauennat. lib. 5. ad annum 866. Ex Antonij Auguſtini Codice retulit ea Baronius ad annum Chriſti 904. art. 3. Excurrimus Progreſſum Mornæi, nunc aliquandiu in Oppoſitione ſubiuncta immorandum.

Formoſum qualis fuerit.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem trigeſimamſeptimam.

Primum, Ex Platina profert,

Eo tum ambitionis Clerum Romanum veniſſe, vt Papatum per fraudem obtinere, per vim inuadere, nemini religio, ludus cuique eſſet; Videri etiam in rem iudicatam tranſiſſe, vt deceſſoris Acta ſucceſſor quaſi dignitatis ſuæ moram vlturus, reſcinderet &c. Pag. 200

NOn ideò certè detrahendum Cathedræ Moyſi, eaue damnanda, quia ſedebant in ea Scribæ, & Phariſæi: neque ideò damnandus Pontificatus veteris Legis in Aarone à Deo inſtitutus, quia Pontifex erat anni illius Cayphas; neque igitur ſi per fraudem Pontificatum aliqui obtinuerint, aut ſedem Romanam per vim inuaſerint, ideò Pontificatus reprobandus, qui à Deo inſtitutus eſt, aut Sedes Apoſtolica damnanda. Nunquam verò Pontifices Synodos legitimè habitas, & confirmatas à ſuis deceſſoribus, alijs Synodis euerterunt. Si Ioannes nonus in Synodo Rauennæ habita damnauit Synodum Stephani ſeptimi contra Formoſum habitam; atqui iſta Synodus non pro fide ſtabilienda, aut diſciplina Eccleſiaſtica reformanda, verùm ex odio priuato aduerſus Formoſum indicta fuerat, non liberis Epiſcoporum ſuffragijs celebrata, immò illis reclamantibus, aut certè vi, & metu annuentibus. Et vt Mornæo reſpondeamus obijcienti;

Synodus Stephani VII. cōtra

Nec eo minus tamen ore rotundo profantur, quicquid Eccleſia Romana ſtatuit vel ordinat, ab omnibus perpetuò & irrefragabiliter obſeruandum eſt. Pag. 200

AN verò id Eccleſia Romana vnquam ſtatuit, licere Pontificibus ſepulchra effodere deceſſorum, & eorum corpora in Tyberim proijcere? Annon odio priuato, ſummo ſcelere, contra omne ius, nedum ſacros Canones ab vno Stephano ſeptimo in Formoſum id perpetratum, quod ideò meritò damnarunt ſucceſſores? Quod ſi ordinationes Formoſi idē Stephanus reuocauit; rectè docet Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 12. Stephanū primò decreuiſſe in ſua Synodo, Formoſum nunquam fuiſſe legitimum Pontificem, & ideò irrita eſſe debere eius Acta; & qui ab illo ſacros ordines receperant, iterum ordinari coegit; atque eā Stephani ſententiā tres ſucceſſores irritarunt, Romanus primus, Theodorus ſecundus, & præcipuè Ioannes nonus. His ſucceſſit poſtea Sergius tertius, eodem odio, quo Stepha-

Cur Stephanus cenſuerit, irrita eſſe debere Acta Formoſi.

phanus, in Formoſi memoriam incenſus. Præcipua ergo fuit quæſtio, an Formoſus fuiſſet Papa legitimus, necne; quę eſt quęſtio facti, in qua errare poteſt Pontifex, & reuera errarunt Stephanus & Sergius. Verum quoad reiteratã ordinationem eorum, qui à Formoſo fuiſſent ordinati, reſpondet, Stephanum, & Sergium non dediſſe aliquod Decretum, quo decernerent, ordinatos ab Epiſcopo degradato, vel nominatim à Formoſo tanquam degradato, eſſe iterum ordinãdos: ſed ſolum de facto iuſsiſſe, eos iterum ordinari: quæ iuſsio non ex ignorãtia, aut hæreſi; ſed ex odio in Formoſum procedebat. Et notat Sigebertus in Chronico anno 903. reclamãtibus pænè omnibus, Stephanum per vim exordinaſſe à Formoſo ordinatos. Hic inſania quadam correptus Mornæus:

Erravit in quæſtione tantum facti, ſicut et Sergius.

Sic etiã de facto tãtũ ex odio in Formoſum iuſſerũt. ordinatos ab ipſo, iterũ ordinari.

Immò ex ſuis ipſorum authoribus, id ſolemniter, Synodi authoritate Romæ definitum didicimus, & Decreto quidem in eam rem diſerto; Tergiuerſari verò ſi hoc pacto licet, cui non ſceleri effugium pateat? Hæreſis etiam illa Stephani, immò Romanæ Synodi non exigui momenti? cum Formoſum nec eſſe Pontificem, nec eſſe potuiſſe, & aſſerunt, & decernunt? &c.

Pag. 200

VErùm ſuis nugis nihil efficit, nec reſponſionem Bellarmini euertit. Siquidem hæreſis eſt error in intellectu; vt ſi quis adulterium, aut fornicationem committat, non ideo ſit hæreticus, niſi hoc licitum eſſe iudicet ex errore, quem habeat in intellectu: ita ex odio, quo ferebatur in Formoſum, non ex peruerſo iudicio Stephanus id decreuit. Nec deſunt, qui meritò id fabuloſum ſcribant; nõ enim decreuiſſe vnquam Stephanum, iterum ordinãdos eſſe, quos Formoſus Papa ad Ordines promouerat, ſed tantũ ordinatos per Formoſum ab vſu, & exercitio ordinum remouiſſe. Et Sigebertus ipſe loco citato ſcribit, non præſumpſiſſe Stephanum iterum eos conſecrare. Et Onuphrius fabulæ magis, quàm vero ſimilia eſſe putat, quæ de eius cadauere è ſepultura à ſucceſſorib. eruto, dicuntur. Id etiam cum Sandero lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſ. num. 678. notãdum, illam non fuiſſe legitimam Synodum, quæ à Stephano contra Formoſi ordinationes habita eſt: verùm ea demum cenſeri legitima Concilia, in quibus Epiſcoporum ſententiæ nõ per vim extorquentur; (vt à Stephano factum erat) ſed liberè, & more maiorum dicuntur. Pontifex verò, qui vel minas, vel blanditias in decernendo adhibet, non tam decernit in legitimo fratrum conuentu, quid iuſtum ſit, quàm præiudicatæ opinioni ſuæ quoquo modo ſatisfacit.

Stephanus nõ fuit hæreticus.

Stephani factũ nonnullis fabuloſum.

Synodus cõtra Formoſum illegitima.

Nec vnquam vllus Põtifex Romanus ita in facto publico errauit (facti enim erat, & non iuris, vt aliquid, Synodo reclamante, velut Synodicum decerneretur) quin mox alij Pontifices Romani ſe velut muros oppoſuerint pro fidei veritate, & domo Domini. Neque igitur hæreticum Stephanum fuiſſe conuicit Mornęus, neque Synodum aliquam Romanam legitimam ſolemniter vnquam hæreſim docuiſſe probat. Immeritò verò quæſtio illa, & controuerſia agitata in Eccleſia, vt refert ex Sigeberto Mornæus, & certè cum magno ſcandalo, fuiſſetnè legitimus Pontifex Formoſus, & an conſecrationes eius ratæ eſſe deberent; nec certè id mirum, nam fuerunt & de præcipuis Chriſtianæ Religionis articulis importunitate hæreticorum aliquando quæſtiones agitatæ: Et Eccleſia Romana in numero legitimorum Epiſcoporũ Formoſum recẽſet, neque vnquam ſolẽni Decreto alicuius Concilij ſtatutum eſt (vt mentitur Mornæus) eius ordinationes, ſeu conſecrationes irritas eſſe. An verò quis fuerit Põtifex, necne, & an eius conſecrationes ratæ, vel irritæ iudicari debeant, maximè quoad vſum, & exercitium, quęſtio facti eſt, non iuris; vt non ſit vana ſolutio Bellarmini Theologi doctiſsimi, ſed inanes potius Mornæi, prorſus rudis & imperiti, nugæ.

Meritò certè Baronius ad annum Chriſti 897. art. 4. *infeliciſſima illa, atque luctuoſiſſima Eccleſiæ Romanæ tempora*, vocat, *quibus ipſam contigit domeſtico bello exagitari, atque perſecutione vexari; quæ nunc capta, multo tempore maximo damno eandem Eccleſiam affecerunt; illata ipſa per Adelbertos Tuſciæ potentiſſimos Marchiones; vt abſque vlla controuerſia dici poſſit, nullam vnquam ſiue à Gentilibus, ſiue ab hæreticis ſiue a ſchiſmaticis, alijſue perduellibus duriorẽ, ac diuturniorem paſſam eſſe perſecutionem, quàm ab iſtis Tuſciæ Marchionibus pertulit. Etenim cum Gentiles Imperatores eam perſecuti ſunt gladio, tunc clariores, celebrioreſque, vtpote laurea Martyrij decorati, effulſere Romani Pontifices; cum verò hæretici multiplicis generis in eandem inſurrexere; iidem eminentiores authoritate, & ſapientiores pietate, atque doctrina illuſtriores enituere: & cum ſchiſmatici eam ſcindere quã ſæpiſſimè laborarunt, capiteque germano truncare; eò magis compage vnitatis, & charitatis ipſum viſibile caput coniunctum vni corpori, cuius caput ſit inuiſibile Chriſtus, decus, & ornamentum Eccleſiæ, eſt demonſtratum, pulchreque laudatum. Cum verò hos, Romana Eccleſia paſſa eſt tyrannos Tuſciæ Principes, dominantes ſiue pecunijs, ſiue armis populo, Cleroque Romano, per quos intruſi in Cathedram Petri, Solium Chriſti, ſunt homines monſtruoſi, vita turpiſſimi, moribus perditiſſimi, vſquequaque fœdiſſimi; veſtimentis exuta gloriæ atque lætitiæ, mærens, dolens, & lugens ſedit in triſtitia Domina Gentium.* Hæc manifeſta probatio Baronij. Et ad annum Chriſti 900. art. 4 inde orta tot mala, ſcribit, quòd Principes ſæculares, quantumuis Chriſtiani, hac tamen ex parte ſæuiſsimi tyranni, arrogauerunt ſibi tyrannicè electionem Romanorum Pontificum: & nihil Eccleſiæ Romanæ poſſe contingere funeſtius, atque lugubrius, quàm ſi Principes ſæculares in Romanorum Põtificum electionem manus immittant. Hinc Mornæus putat, ſibi contra nos validum argumẽtum ſuppeditari.

Maxima calamitas Eccleſiæ illata per Adelbertos Tuſciæ Marchiones.

[illegible] ei cauſa.

Hic

Digitized by Google

Pag. 201

Hic notet Lector (inquit) *aduerſus perpetuam, quam vrgent, ſucceſsionem, quantam nobis argumentandi anſam præbeat* (Baronius) *cum ex ipſius confeſsione, de decem hic Pontificibus, ſeſe nullo medio conſequentibus, agatur.*

Romanorũ Pōtificum ſucceſſio nō interrupta.

AN verò quia mali Pontifices, quales deſcripſit Baronius, infœliciſsimis illis temporibus; ideò non legitimi habiti fuere, vt interrupta dicatur Pōtificum Romanorum ſucceſsio? Expendat, quæ ibidem ſcribit Baronius: *Cæterum etſi interdum deforme valde, turpeque contigerit apponi Eccleſiæ caput: tolerandum tamen fuit illi, quod non penitus amens ſit inuentum, ſed Fide Catholica ſibi conſtans, Dei verò permiſſione ſupra cætera corporis membra prouectum, non ſine cauſſa vel ratione, ſed magni ſui iudicij libramento: etenim* (Prouerb. 16.) *pondus, & ſtatera iudicia Domini ſunt.* Non igitur anſam illi prębet argumentandi aduerſus perpetuam Pontificũ ſucceſsionem; cum & illos Romanos Pontifices fuiſſe, & Eccleſiæ capita, licet turpia, diſertè affirmet. Omnes antiqui Patres hac ſucceſsione tanquam certiſsimo argumento vſi ſunt, ad veram Eccleſiam oſtendendam contra ipſos hæreticos. Irenæus lib. 3. capit. 3. recenſet Epiſcopos Romanos à Petro vſque ad Eleutherium, qui ſuo tempore ſedebat, & dicit, per hanc ſucceſsionem confundi omnes hæreticos. Tertul. lib. de Præſcript. cap. 32. eodem argumento vtitur. Optatus Mileuitanus libro 1. contra Parmenianum à Petro vſque ad Syricium omnes enumerat, vt oſtendat, non eſſe Eccleſiam apud Donatiſtas, qui ſimilem ſucceſsionem ab Apoſtolis deducere non poterant. D. Auguſt. Epiſt. 165. ad Generoſum non in alium finem omnes enumerat à Petro ad Anaſtaſium, qui tunc ſedebat. Et libro contra Epiſtolam fundamenti cap. 4. hac ſucceſsione dicit ſe retineri in Eccleſiæ Catholicæ gremio. Euſebius in Chronico, & Hieronymus, ac Proſper, qui Euſebij Chronicon continuarunt, Romanorum Pontificum ſucceſsionem annotarunt diligentiſsimè, vt inde manifeſta ſit Eccleſiæ continuatio. Idem fuit inſtitutum Cardinalis Baronij in ſuis Annalibus. Vnde conſtat, iudicio veterum Patrum, & non vnius Baronij, Mornæum, qui hoc argumentum à ſucceſsione Romanorum Pontificum adeò deprimit, quod illi perpetuò obiecerunt hæreticis, hæreticum eſſe.

Ex ſucceſſione Pontificũ Rom. demonſtratio veræ Eccleſiæ.

Cur Deus permittat, aliquando malos Paſtores Eccleſiæ Rom. præeſſe.

Etſi Dei ſint inſcrutabilia iudicia; prout tamen mortalibus intuentibus fiunt aliqua ex parte perſpicua, & eorum aliqua ratio reddi poteſt, cur Deus permiſerit, aliquando in Eccleſia Romana malos Paſtores præeſſe, eo factum iudicat ibidem Barònius, vt ſignificaret, eandem ſuam Eccleſiam nequaquam humanum eſſe figmentum, ſed planè diuinum inuentum. Ad hoc igitur oportuit oſtendiſſe, eam nequaquam prauorum Antiſtitum opera perdi poſſe, & ad nihilum penitus redigi, ſicut de alijs diuerſarum gentium Regnis, & benè ſtatutis Rebuſpublicis conſtat, quæ tamdiu conſtitiſſe leguntur, quamdiu fuere per viros prudentes, & virtute præditos adminiſtratæ; periſſe verò penitùs, vbi ſceleſtis viris tradita ſunt earum gubernacula moderanda. Illæ igitur vt humanæ ab hominibus ſiue bonis, ſiue malis emolumentum, vel detrimentum, ſtatum, vel caſum accepiſſe noſcuntur. Verùm non ſic diuina, quæ nullo poſſunt labefactari hominum vitio, nec mutari, aut perdi peccato, ſed permaneant neceſſe eſt in æternum. Huiuſmodi certè Eccleſia Chriſti eſt, quæ promiſsiones habet diuinas, & verbo illius nititur: cuius ſi maiorem curam Mornæus non putet Deum habere, quam Rerumpublicarum mũdanarum; non credit Scripturis ſacris, nec Chriſtianus, ſed Paganus eſt, & Infideli deterior.

Stephanus VII. ob reuerentiã nominatꝰ piæ recordationis à Ioanne ſucceſſore.

In Synodo Rauennate Ioannes ſuum deceſſorem Stephanum ſeptimum *piæ recordationis* nominat; vbi Baronius ad annum Chriſti 904. art. 4. *Hic conſidera, Lector, quanta ſolerent ſucceſſores Pontifices, quantumcunque reprehenſibiles prædeceſſores reuerentia proſequi, vt Ioannes Stephanum ſuum prædeceſſorem, tùm ſedis inuaſione tum etiam ſeſſione in omnibus planè execrandis facinoribus deteſtabilem, piæ tamen recordationis Stephanum appellet.* Sed Mornæus:

Pag. 201

Nos quidni potius, quia pia iam illis, omnis impietas; virtus & vitium cum iam ipſis ſola vtilitate definiantur.

VErùm ſi in illa Synodo Ioannes IX. improbauit ſacrilegum facinus, & impietatem Stephani VII. deceſſoris ſui in violanda ſepultura Formoſi Papæ, non certè pia illi omnis impietas, neque *piæ recordationis* Stephanum vocauit, quòd impietatem illius probaret, verùm habita ratione Pontificiæ dignitatis, qua functus fuerat.

Vltimo loco Theophylactum citat Bulgariæ Archiepiſcopum, ex quo putat ſe argumentum adducere magni momenti.

Pag. 201

Qui ſanè his verbis, ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, Epiſcopi Romani nullam rationem habuit.

Quia, inquit, confeſſus eſt Petrus ipſum Filiũ Dei, dicit (Dominus) hanc confeſſionem, quam confeſſus eſt, fundamentum futuram fidelium, ita vt omnis homo conditurus domum fidei, hanc confeſſionem fundamenti loco ſit ſubſtraturus &c. Vt ad Eccleſiam Romanam (inquit Mornæus) *hoc priuilegium pertinere nequaquam intellexerit, ſed ad omnem Chriſtia-*

num qui domus Dei, & Eccleſia ipſe ſit.

Quo ſenſu fides S. Petri fundamentū Eccleſiæ.

VVlt itaque iſte, non ſuper Petrum, cuius ſucceſſor eſt Romanus Pontifex, ſed ſuper fidei confeſsionem eſſe fundatam Eccleſiam. Verùm, vt rectè Bellarminus lib. 1. de Romano Pontifice cap. 10. *fides ſeu confeſſio duobus modis poteſt conſiderari; Vno modo abſolutè ſecundùm ſe, & ſine relatione ad perſonam Petri; Altero modo cū relatione ad Petrum. Priore modo videntur Aduerſarij* (vt Mornæus hoc loco) *velle fidem eſſe fundamentum Eccleſię. ſed certè falluntur. Si enim ita eſſet, non diceret Dominus: Super hanc Petram ædificabo. ſed ædifico, vel ędificaui Eccleſiam meam. Iam enim multi crediderant, eum eſſe filium Dei. Denique illud pronomen, hanc, clariſſimè oſtendit, per Petram non poſſe intelligi fidem abſolutè. Nam refertur ad Petram proximè nominatam; proximè autem Simoni dictum fuerat: Tu es Petra, non fides. Oportet igitur poſteriore modo accipere fidem, ac dicere, non quamlibet fidem, ſed Petri fidē, & Petri non vt hominis priuati, ſed vt paſtoris Eccleſiæ eſſe fundamentum. Id quod coincidit cum eo, quod hactenus diximus, Petrum eſſe fundamentum. Dicitur verò Petri fides Eccleſiæ fundamentum, duplici ratione. Primum, quia ob meritum eius fidei conſecutus eſt Petrus, vt ſit fundamentum Eccleſiæ, vt exponit Hieronymus, Hilarius, Chryſoſt. & alij hoc loco. Secundò, quia Petrus in eo potiſſimùm eſt Eccleſiæ fundamentū, quod cùm fides eius deficere non poſſit, ipſe omnes alios in fide confirmare, & ſuſtentare debet. Sic enim ad eum Dominus ait Lucę 22. Rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Itaque cum ratione fidei ſuæ indefectibilis Petrus ſit Petra firmiſſima, totam Eccleſiam ſuſtentans, idem eſt dicere, ſuper Petrum, & ſuper eius fidem Eccleſiam eſſe fundatam*: Hæc Bellarminus. Nec verò opus erat Theophylactum meminiſſe Romani Pontificis: Si Petrus, & Petri fides fundamentum Eccleſiæ; vtique & fides ſucceſſorum illius fundamentum eſt, & ſtabilimentum Eccleſiæ. Vbi verò nobis vnum Theophylactum producit Mornæus, plures certè ex Patribus Græcis, & Latinis producere poſſemus, qui ſuper Petrum, & ſuper fidem Petri tanquam Principis Apoſtolorum, & Paſtoris Eccleſiæ pręcipui, à Chriſto conſtituti, Eccleſiam fundatam eſſe, & à Chriſto ædificatam, prout verba Euāgelij expreſsè ſonāt, diſertè doceant: quos breuitatis cauſſa nunc omitto. Et quod ad Theophylactum attinet; de eius ſcriptis locutus Anton. Poſſeuinus Tom. 3. ſui Apparatus ſacri, meritò cautionem adhibet ad Græcum illius textum, & ad verſiones Latinas, præſertim ab hæreticis factas.

Theophylacti Codicibus inſunt errores.

Vt antiquus ille vigor Patrū (inquit) *in Oriente procedentibus ſæculis elanguit in ijs, qui poſtea ſucceſſere: mirum non eſt, ſi etiam in Theophylactū potuit incidere aliquis error, niſi & eius Codices, quod in alijs factum oſtendimus. fuerint ab hæreticis contaminati.* Et quidem ille ſcribens in cap. 3. Ioannis, ridet expoſitionem illam, quod Spiritus Sanctus procedat ex Patre, & Filio, ex verbis Ioānis 20. *Inſufflauit, & dixit: Accipite Spiritum Sanctum*, quæ eſt D. Auguſtini lib. 3. in Maximinum cap. 14. & Cyrilli libro 12. in Ioannem cap. 56. Quęrendum igitur eſſet ex Mornæo, an de proceſsione Spiritus Sancti idem cum Theophylacto, & Gręcis ſentiat, qui huiuſmodi Authorem citat contra primatum Petri, & Romani Pontificis. Subiūgit Poſſeuinus: *Porrò cum Theophylactus ab Oecolampadio, & Ioanne Leoniceno fuerit verſus (mitto nunc alios interpretes, qui Catholici fuerunt) ſciendum eſt. falſatos fuiſſe ab ijs locos, qui ad poteſtatem Summi Pontificis ſpectant.*

Iidē ab hæreticis falſati, vbi aſſeritur poteſtas Romani Pōt.

Hoc certè ego ipſe depræhendi. Nam in caput 21. Ioannis ita habet Theophylactus: Ἐπειδὴ τέλος εἶχεν αὐτῷ τὰ τοῦ ἀρίστου, τῷ Πέτρῳ τὴν προστασίαν τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην προβάτων ἐγχειρίζει, οὐκ ἄλλῳ δὲ, ἀλλὰ τούτῳ ταύτην δίδωσι. *Finito prandio, præfecturam Ouium totius mundi commendat, non autem alij, ſed huic tradit.* Quod in ſua verſione omiſit Oecolampadius. Non igitur Catholici (vt imponit Mornęus) ſed Nouatores Theophylacti libros corrumpere, & temerare ſtuduerunt. Extat alius locus apud Theophylactum in cap. 22. Lucæ, vbi Petrum μαθητῶν ἔξαρχον vocat, *Diſcipulorum Principem*, & poſt Chriſtum τῆς ἐκκλησίας πέτραν, καὶ στήριγμα, *Eccleſiæ petram, & fundamentum*, τὰ πρωτεῖα πάντων, καὶ τὴν τῆς οἰκουμένης ἐπιστασίαν λαβόντα, *qui acceperit primatum omnium, & præfecturam Orbis.* Ea certè præfectura Petro non nomine priuato, ſed ob Eccleſiam, quæ perpetuò duratura eſt, demandata intelligitur. Itaque in ſucceſſoribus eius Romanis Pontificibus eandem perpetuis temporibus agnouerunt, & venerati ſunt omnes Catholici.

Alterum locum ex eodem Theophylacto citat, vbi ad hæc verba Chriſti Matth. 16. ad Petrum: *Tibi dabo claues Regni Cælorum*, videtur docere, non minùs cæteris Apoſtolis, quâm Petro ea verba dicta eſſe,

Vt eas proinde non magis eo loco Petro quàm cæteris attributas exiſtimet. Pag. 202

SEd locus Euangelij perſpicuus eſt, vbi vni Petro loquitur Chriſtus Ioannis 20. omnibus Apoſtolis dicit: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis &c.* Nihil certè in verbis Chriſti ſuperfluum: nec vacat myſterio, quod vni Petro nunc dictum: *Tibi dabo claues Regni Cælorum*, cui & vni dictum eſt: *Paſce oues meas.* Quis ſit ille, cui dicitur: *Tibi dabo claues* Matth. 16. & quid per claues intelligatur, videndus Bellarminus libro primo, de Romano Pontifice capit. 12. & 13.

Ex eodem tertium locum citat in Epiſt. ad ad Galat. cap. 2.

Vbi Paulus oſtendit ſe Petro æqualem eſſe. Pag. 202

VErùm idem Theophylactus in caput primū eiuſdem Epiſtolæ, ad ea verba: *Poſt triennium aſcendi Hieroſolymam, vt viderem Petrum. Ad Petrum abijt* (inquit) *non commoditatis gratia, ſed ſolo viſendi ſtudio, honorans eum ſeu maiorem*

Petrus, iudicio Theophylacti, maior Paulo.

ſe. Propterea neque dixit ἰδεῖν, id eſt vt cernerem Petrum ſed ἱστορῆσαι, id eſt, vt viderem, & cum obſeruatione intuerer. Quid verò in eo pluſquam in cæteris Apoſtolis admirabatur, niſi quod Princeps Apoſtolorum, & Paſtor totius gregis Dominici à Chriſto eſſet conſtitutus?

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum trigeſimumoctauum.

HOc ſuo Progreſſu Mornæus multos Pōtifices complexus eſt, nimirum qui ab anno 904. ad annum 956. Romanę Eccleſiæ præfuerunt. Primus occurrit Benedictus IV. in locum Ioānis IX. Tuſculanorum factione ſubrogatus: ex Onuphrio, & alijs creatus *De Pontificatu Benedicti 4.* anno Chriſti 899. VIII. Kalend. Octobris Sed Baronius eius creationē refert in annum 905. Natione Romanus is fuit, ex patre Nicolao, qui magnam ſibi laudem in primis ex amore pauperum conciliauit: De quo Onuphrius in Epitome Pontif. Rom. *Inter horum temporum Pontifices tanquam ſydus lucidum inter denſiſſimas tenebras lucet: erat enim prudentia grauitate, & ſanctitate venerabilis*. In eius demortui locum Leo V. *Leonis V. Pontificatus* ſuffectus eſt. Hominem incautum, & parum tractandis rebus idoneum eſſe, cum animaduertiſſet Chriſtophorus Presbyter Cardinalis *Chriſtophorus eius ſedem inuadit.* familiaris eius, de quo plurimū confidebat, quadrageſimo, quàm conſecratus fuerat, die accitis ſocijs, compræhendit, & in cuſtodiam traditum, abdicare coegit, & ipſe ſe Pontificem facere nouo exemplo non dubitauit. Huius inde audaciam Sergius imitatus, qui bis iam ab *Huius iſtē Sergius.* aduerſarijs de Pontificatu fuerat deturbatus, illum exigere, & ſemetipſum inferre conſtituit. Itaque ne aduerſæ potentia factionis opprimeretur, Adelbertum Tuſciæ Marchionem, vt ſibi auxilio eſſet, orauit. Et conſpiratione facta, Chriſtophorum IX. Kalend. Ianuarias cōpræhenſum ſe abdicare, atque Monaſterium inire coegit, ac poſtridie Sedem occupauit. Is Sergius 3. appellatus. Pontificatum malè partum nullo tamen inſigni probro fœdauit; neq; *An Pontificatum fœdauerit.* enim Formoſi cadauer ex ſepulchro iterum ab eo poſt 10. annos extractum, vt quidam ſcribunt, eſt veriſimile. Hæc Sigonius de Sergio lib. 6. de Regno Ital. anno 904. Qui longè aliud ſcribunt, ſunt Platina, Onuphrius, & alij Authores non ſpernēdi. Et Baronius antiquitatis omnis diligentiſsimus inueſtigator: *Conſtat* (inquit ad annum 908. art. 2.) *eum poſt malum ingreſſum, deterioremque progreſſum peſſimum demum eſſe conſecutum egreſſum*: Et ex Sigeberto refert, eum latenter Romam ingreſſum Papatum inuaſiſſe, & Romanos minis, & terroribus perpuliſſe, vt omnes ordinationes Formoſi irritas haberēt: ex Luitprando, eum arripuiſſe ſibi nomen Pōtificis. Et ſubiungit: *Cæterum ab omnibus non legitimus Pontifex, ſed conclamatur inuaſor; vt non mirum ſi ordinationes Formoſi repulit. Sed parum iſtud, niſi alias ſuperinduxiſſet ordinationes*. De quo ſuo loco diximus. *Mornæus imponit Bellarmino.* Imponit verò Bellarmino Mornæus, quod in iuſtificando Stephano VII. aut Sergio, qui Acta Formoſi irrita pronunciarūt, laboret. Non enim perpetrata tyrannicè ab eis in Formoſi memoriam, quodque eius ordinationes irritas pronūciarunt, probat; Verum id ſcribit tantùm, non ex ignorantia, aut hæreſi, ſed ex odio in Formoſum id proceſſiſſe. Sergium alij ſeptennio produnt, Baronius triennio dumtaxat Sedem inuaſam occupaſſe, ſcribit. In eius locum ſubrogatus Anaſtaſius III. patria Romanus, ex patre Luciano, quem hac vna in re laudandum ſcribunt Platina, & Onuphrius, quòd neminem eorum, qui ante ſe in *Sergio ſubrogatur Anaſtaſius 3.* Pontificatu fuere, ignominia aliqua notauerit vel maledicentia perſecutus ſit. Huic Landus ſubrogatus. De quo hæc Platina: *Huius vita ita obſcura fuit, vt etiam ſint, qui eum inter Pontifices non* *Anaſtaſio Landus.* *numerent*. Huic ſucceſſor datus eſt Ioannes X. Ciuis, & Archiepiſcopus Rauēnas, meretricis nobiliſsimæ, quæ eius amore flagrabat, ſtudio *Lando Ioānes X.* electus, qui non iiſdem artibus, quibus cæpit Pontificatum, etiam geſsit. Siquidem magnis rebus geſtis Italiæ, Eccleſiæque maximo fuit vſui. Hic militares potiùs, quam Religioni deditos habens ſpiritus, Sarracenos Apuliam, Campaniam, & extremas Italiæ oras vaſtantes, ingenti coacto exercitu, (cuius Dux Landulphus Bononienſis Princeps erat) adeò attriuit, & magna cæde ſuperauit, vt nullus ſupereſſet, qui domum acceptæ cladis nunciū perferret. Platina, Onuphrius, & alij in vitis Pontificum, Sigonius libro 6. de Regno Italiæ, & Rubeus hiſt. Rauennat. lib. 5. anno 904.

Quod Ioannes decimus cōſenſerit electioni factæ pueri nondum quinquennis in Archiepiſcopum Remēſem: Baronius ad annum 925. art. 10. rectè monet, notandum, cuius authoritate Pontificis ingens iſtud malum primū fuerit introductum in Eccleſiam Dei, in qua poſtea variè eſt propagatum, hodieq; adhuc viget, ſcilicet Ioannis decimi, quo turpior nul- *Qd is puerū nondum quinquennem cōſenſerit eligi Archiepiſcopū, nihil officit Sedi Romanæ.* lus: cuius ſicut ingreſſus in Cathedram Petri infamiſsimus, ita & exitus extitit nefandiſsimus. Id nobis opponit Mornæus. Verum oſtendat, id ſacris Canonibus, aut Decretis Romanorum Pontificum vnquam probatum fuiſſe. Non enim ita conſideranda ſunt eorum facta, vt Decreta, quibus voluerint, omnes obſtringi.

Anno Chriſti 928. hic Pontifex è Sede deiectus, & in carcerem detruſus eſt opera Maro- *Ioānes X. è Sede deiectus.* ziæ ſcorti Romæ imperitantis, & Vuidonis ipſius mariti Tuſcię dominantis, fratris Hugonis Regis Italiæ: idque propter inuidiam in Petrū fratrem Pontificis, quem etiam in eius conſpectu

ſpectu

Digitized by Google

ſpectu interfecerunt. Luitprandus lib. 3. cap. 12. Flodoardus in Chronico. Sicque dignum ſuis ſceleribus finem accepit inuaſor Sedis Apoſtolicæ, vt qui per Theodoram impudicam fœminam eam arripuit, per Maroziam æquè impudicam eiuſdem Theodoræ filiã ea ſimul cũ vita caruerit. Ad annũ decimũſextũ producit eius Pontificatũ Baronius; cũ Onuphrius, & alij ſediſſe velint quatuordecim annos.

Ioãnes X. an Pontifex legitimus.

Fueritne legitimus Pontifex; Baronius ad annum Chriſti 915. artic. 3. *Potuit contigiſſe* (inquit) *vt qui inuaſor, fur, & latro ingreſſus erat, accedente Cleri conſenſu, haberi cœperit legitimus Romanus Pontifex. Cuius quidem rei argumento ſunt Legationes ex diuerſis Orbis partibus ad eum miſſæ.* Ab eo Berengarius inunctus eſt Imperator; Ab eo etiam Vnni in Saxonia egregia ſanctitate clarus, Archiepiſcopus Hamburgẽſis creatus Pallium accepit, quod argumento eſt, cum fuiſſe ab omnibus habitum verum, & legitimum Pontificem.

Leo VI. Põtifex vita laudabilis.

Huic ſuffectus eſt Leo ſextus, qui *legitimis ſuffragijs* (ait Platina) *Pontifex creatus, nihil tyrannicum in vita præ ſetulit, integrè ac modeſtè vitam ducens, ac rei diuinæ conſulens, quantum illa tempora in tam corruptis moribus patiebantur, reuocare enim ciues ad concordiam, temeritate, & ſtultitia priorum Põtificum adhuc tumultuantes, componere res Italiæ pacare hoſtẽ externum, propulſare Barbaros à ceruicibus Italiæ conatus eſt: quo nihil melius, aut laudabilius in tam breui Magiſtratu fieri potuit.* Sedit menſes ſex dies 15.

Stephanus VIII. manſuetus, et religioſus.

Huic ſucceſsit Stephanus VIII. dictus, *cuius vita* (ait Platina) *manſuetudinis, & religionis plena fuit.* Qui cũ ſediſſet annos duos, menſem vnum, dies quindecim, ex hac vita migrauit. Et in eius locum potentia Vuidonis Tuſciæ Marchionis, & Maroziæ coniugis intruſus eſt

Ioãnes XI.

Ioannes eius nominis vndecimus, Sergij nondum Pontificis, ex Marozia filius. De quo illud referunt, quod etſi ex damnato concubitu genitus, nihil tamen impij feciſſe traditur: ſed à ſuis miſerrimè vexatus eſt; ſiquidem violenter deiectus, & in carcerem detruſus vna cum matre Marozia ab Alberico ipſius Maroziæ filio, quem ex Adelberto Marchione ſuſceperat.

Leo VII.

Poſtquam ſediſſet Ioannes annos 4. mẽſes 10. dies 15. in eius locum ſubrogatus eſt Leo VII. qui cum ſediſſet annis tribus, & ſex menſibus,

Stephanus IX.

ei ſuffectus eſt Stephanus IX. dictus VIII. patria Germanus. Cum à Romanis, poſthabitis Cardinalibus, eſſet electus opera Othonis Regis, Tyrannorum odium in ſe cõcitauit; adeò, vt à quibuſdam ſacrilegis fuerit crebris ictibus facie deformatus, ac propterea à publico congreſſu hominum abſtinuerit. Vbi ſediſſet annos 3. menſes 4. dies 5. ex hac vita migrauit. atque in eius locum anno 943. apud Baroniũ,

Marinus II. vel, vt alij, Martinus III. religioſus vir, & Prophetiæ dono imbutus.

ſubrogatus eſt Marinus eius nominis II. patria Romanus, quem alij Martinum III. vocãt: qui, vt Platina, & alij ſcribunt, Pontificatum adeptus, bellicis tumultibus omiſsis, religioni ſe totum addixit, Templa vetuſtate collapſa inſtaurans, pauperes eleemoſynis paſcens. Litteris etiam egit apud Chriſtianos Principes inter ſe decertantes, vt ab armis diſcederent, & pacem componerent: dono prophetiæ eum imbutum fuiſſe, referunt: & Sigebertus anno Domini 942. ſcribit, quod ad Marinum Papã Vdalricus Romam veniens, ab eo cognouit, ſe futurum Epiſcopum Auguſtę Vindelicorum, quod poſt annos 15. factum eſt. Cum ſediſſet annos 3. menſes ſex, dies 14. ſucceſsit ei

Agapitus II. innocẽs, & Reipub. Chriſtianæ amator.

Agapitus huius nominis ſecundus anno Chriſti 945. de quo Platina, Onuphrius in Epitome, & alij teſtantur, quod innocens fuerit, & Reipublicæ Chriſtianæ amator, qui tumultu bellico in Italia ardente, omnia ſtatim pacare aggreſſus ſit: & cum ſediſſet annos 9. menſes 7. & dies 10. ſanctiſsimus Põtifex, bonis operibus plenus, & de omnibus benemeritus, migrauit ad Chriſtum anno Chriſti 955.

Octauianus dictus Ioãnes XII. ætate ad Põtificatũ nõ legitima.

Eo defuncto Octauianus Alberici Patricij Romanorum filius, iam antea ex Clerico factus Vrbis Princeps, Apoſtolicã Sedem inuaſit, *ſuggerentibus ſibi* (ait Flodoardus) *Romanis: & licet omnia, quæ conueniunt ad legitimam electionem, ſuppetiſſent,* (ait Baronius ad annum Chriſti 955. art. 1.) *ex ætate tamen diſpari, vt legitimè ordinari potuiſſet Epiſcopus, redarguitur illegitimè electus.* Et quidem colligit ipſum ad ſummum nonniſi 18. annos habere potuiſſe, cũ inuaſit Pontificatum. Abortiuum iſtum tunc parturijt Romæ tyrannis Pontificem, qui nec ætate Diaconus eſſe potuit. Subiungit Baronius art. 4.

Toleratus tamen.

Accedente tamen conſenſu, hunc tolerandum vtcumque perditiſſima illa tempora ſuaſerunt, magis quàm Eccleſiam ſchiſmate ſcindere, cuius vitandi cauſſa, vtpote mali omnium peſſimi, vniuerſa Eccleſia Catholica eum venerata eſt Pontificem. Mornæus:

Et hoc notetur, quia non multò poſt, eum illis longè præfert, qui ſolemni ritu, in media Synodo electi. Pag. 204

DE Leone VIII. intelligit, qui in Synodo Romæ iuſſu Othonis congregata, abrogato Ioanne XII. creatus eſt Pontifex. Verùm quid aliud hoc erat, quàm ſcindere Eccleſiam ſchiſmate? Cum legitimus Pontifex ab omnibus iam agnoſceretur Ioannes XII. eo viuente, nõ licebat alium in eius locum ſubrogare. Itaque hanc Pſeudoſynodum fuiſſe, & hunc Leonem fuiſſe Pſeudopapam, contendit Baronius.

Mornæi malitia in referendis bonis ſeculi Pontificib.

In poſtrema huius Progreſſus parte Mornæus, quæ de Pontificibus aliquot miſerrimorum illorum temporum, quibus tum tyranni, tum etiam meretrices aliquot Romæ ſunt dominatæ, turpia, & ſiniſtra referunt Authores aliqui, diligentiſsime collegit, & memoriæ prodidit: qui verò boni fuerunt inter peruerſa illa tempora, & tanquam Sydera lucida inter denſas nebulas eluxerunt, eos ſilentio omittit, & in toto hoc Progreſſu eorum nominibus duntaxat commemoratis, ſi quæ religioſè, & vtiliter ab eis acta Scriptores referant, tacuit: neque enim Pontifices (vt mentiebatur initio)

Mornæi mẽdacium.

eo ſęculo aut ignauia, aut pręceps in omne malum libido, omni ex parte occupauerat, vt ex his, quæ in hoc Antidoto ſcripſimus, cuique cõſtabit.

Digitized by Google

ſtabit. An verò quia in Cathedra Petri ſederunt aliqui indigni Pontifices; ideò Epiſcopi, Chriſtiani Imperatores, Reges, ac Principes eam deſeruiſſe leguntur? Quod iam ſupra ex Diuo Auguſtino contra Petilianum ſcribente lib.2.capit.51. retulimus: *Nunquid Dominus Ieſus Chriſtus propter Phariſæos, de quibus ait: Dicunt, & non faciunt Cathedræ, in qua ſedebāt, vllam fecit iniuriam? Nonne illam Cathedram Moyſi commendauit, et illos ſeruato Cathedræ honore, redarguit? Hæc ſi cogitaretis* (ille Donatiſtas, nos Mornæum, & Caluiniſtas alloquimur) *non propter homines, quos infamatis, blaſphemaretis Cathedram Apoſtolicam, cui non communicatis.* Non propter malos Cathedræ ſanctitas deſerenda, aut gregis vnitas diuidenda.

Baronius ad annum Chriſti 908. artic.5. vbi de Sergio, & Theodora meretrice, Luitprandi Ticinenſis locum connotaſſet; *Audiuiſti* (inquit) *Lector, temporis huius deploratiſſimum ſtatum, cum Theodora ſenior, nobile ſcortum Monarchiam obtineret in Vrbe.* Gloſſat Mornæus:

Et in hac voce Eccleſiā deſignare ſolent. Pag.206

EQuidem concedimus, Eccleſiæ ſtatum Monarchicum eſſe, non tamen vbique Monarchiæ nomine Eccleſiam deſignamus: neque Philoſophi politici, quādo de Monarchia diſſerunt, eo nomine Eccleſiam deſignare ſolent: & potiebatur quidem Vrbe vi, ac tyrannide Theodora, cum iuſtum, ac legitimum dominium eſſet ipſorum Pōtificum; non tamen Romanæ Eccleſiæ præerat; aliud enim eſt dominium Vrbis, ſiue iuſtum, ſiue tyrannicum ſit illud; aliud verò ipſius Eccleſiæ præfectura.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem trigeſimamoctauam.

Nunc ad Oppoſitionem.

Pag.207 *Iam, cum Luitprandus Eccleſiæ Ticinenſis Diaconus, tam liberè loqueretur, non dubium quin plures vbique, ſaltem muſſitarent; Proſtibulum toto orbe famoſum Romæ dominari, Pontificibus imperitare &c.*

CErtè miſerrima fuiſſe illa tempora, meritò fatemur: & in meretricem illam Marozīā tum Romæ dominantem Luitprandus Ticinenſis grauiſsimè inuehitur lib.3. Hiſt. Imperatorum cap.12. atque id ſæculum omnes deplorant, quo ſubiacebat Roma tam fœdorū Dominorum imperio, qui ſibi ius vi, ac tyrannide arrogabant nonnunquam imponendi Pontifices Eccleſiæ: & à Tyrannis illis, licet Chriſtianis, plus damni paſſam eſſe Eccleſiam, quàm à Paganis, Hæreticis, & Schiſmaticis, Baronius ſupra oſtendebat. At verò non in dignitatem Pontificiam non in Cathedram (inquam) Petri, vel Sedem Apoſtolicam Luitprandus, vel alij Scriptores illius temporis inuecti ſunt, aut ſaltem muſsitarunt. Qui Caligulam, Neronem, Domitianum, Heleogabalum, & alia eiuſmodi generis humani monſtra infamia notaret; nō ideò certè Imperatoriam dignitatem, aut Maieſtatē improbare videretur. Et multi Reges in Tyrannos degenerarunt; an ideò non ſacroſanctum eſt nomē Regium apud omnes? Etſi igitur monſtra viſu horrenda fuerint aliquando in Sedem Apoſtolicā intruſa; an ideò non Angelis, nedum hominibus, reuerenda? Quod verò ſcribit Mornæus, Proſtibulū toto orbe famoſum Pontificibus imperitaſſe: cedat obtrectator iſte, quę Decreta, quoſue Canones ad imperium meretricum Theodoræ, vel Maroziæ tum Pontifices ſanciuerint. Proſequitur:

In Cathedrā Petri, nec Luitprādus, nec alij Scriptores inuecti.

Et hoc interim tempore vrgebatur cælibatus, hæreſis erat Sacerdotis coniugium, vt coniugatis, non vlla lex, non vllum ſupplicium ſatis eſſet. Pag.207

DE cœlibatu Sacerdotum iam alibi dictum eſt, q ab antiquis inſtitutus, & perpetuò in Eccleſia obſeruatus. Etſi verò coniugium Sacerdotum non dicamus eſſe hæreſim, aſſertio tamen illa, non debere cælibes eſſe Sacerdotes, hæretica eſt: neque alij, quàm hæretici ab Eccleſia damnati ipſum Sacerdotum cælibatum reprehenderunt.

Sacerdotes non debere eſſe cælibes, hæretica eſt aſſertio.

Dimicabatur etiā de reali corporis Chriſti in hoſtiola præſentia, ſumma cum vehementia, vt, quò minùs Deum in cælo credebant, eò impenſiùs in pane, in Sacerdotis manu, verbis ſuis, immò nutu, euocatum aſſererent. Pag.207

NVnquam de eo dimicatum in Eccleſia Romana, aut apud Catholicos dubitatū, an Chriſtus ſit in Sacramento Euchariſtiæ: quin, vbi acceſſerunt verba Chriſti, ore Sacerdotis prolata, in *hoſtiola illa* (vt vocat iſte ſacrilegus) eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter præſens corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini, ſemper aſſertum. Neque ideò minùs Chriſtum eſſe in Cœlo credimus, quibus Fidei articulus eſt, eum ſedere ad dexteram Patris, qui duplicem eſſe modum exiſtendi corporis Chriſti profitemur, alium quidem naturalem in

De realitate corporis Chriſti in Euchariſtia.

Digitized by Google

in Cœlo, alium verò ſacramentalem in ſacra Euchariſtia. Sed id negat Morneus, quia infidelis eſt, & hæreticus Sacramentarius, & quia neſcit Scripturas, neque virtutem Dei.

Pag. 207

Italia igitur monſtrorum eiuſmodi plus ſatis pertæſa, de remedio tandem cogitare cogitur.

REmedium certè illud erat, non vt quidquã ſtatueretur contra cælibatũ Sacerdotum, aut contra illud dogma Fidei de reali præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia; ſed ne Eccleſia Romana diutiùs ſubijceretur Tyrannorum oppreſsionibus, & vt in electione Pontificum libera eſſent Comitia, & Cleri ſuffragia. Non enim aliunde intruſi ſunt tum in eam Sedem aliqui Pontificatu indigni, quàm quòd impotenter Vrbi Tuſculani illi Comites dominarentur, & omnia pro arbitrio ſuo tyrannicè ſtatuerent.

Pag. 207

Ad Othonem etiam Itali ſibi confugiendum putant, Regis Henrici filium, Saxoniæ Ducis &c. Quin aſſerunt nonnulli, Ioannem iſtum, partim efflagitantibus Italiæ primoribus, partim laceſſentibus Berengarijs, Legatos ad Othonem miſiſſe Ioannem Diaconum & Aſonem Scriniarium, rogatum, vt Eccleſiæ maturè opem ferret.

DE Othone I. *Magno* ob res geſtas cognominato, Romam à Ioanne XII. Pontifice contra Berengarium, & Adelbertum eius filiũ, Reges, Eccleſias, ac populos Italiæ ſuperbis prementes imperijs accito, eoque Imperatore coronato, de mutato poſteà eiuſdẽ Ioannis conſilio, & violata fide eidem Othoni prius data, Nuncijs ad Adelbertum miſsis, eoq; Romam accito, ac fœdere inter eos inito: de Concilio item Romæ contra Ioannẽ ipſum iuſſu Othonis celebrato, & abrogato Pontificatu ipſi Ioanni, & ſubrogato Leone VIII. de Ioanne à Romanis reuocato, & Leone Vrbe expulſo: de Benedicto in locum Ioannis contra Leonem ſuffecto, eoque, Othone Romam reuerſo, Pontificatus, & Presbyteratus honore priuato, ac in Germaniam in exilium acto, videndus Luitprandus lib. 6. cap. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Totam eam hiſtoriam etiam fusè proſequitur Sigonius lib. 6. & 7. de Regno Italiæ ab anno Chriſti 960. ad annum 964. Viſum eſt Mornæo & huic ſuæ Oppoſitioni eam inſerere; cũ tamen Otho Magnus religioſiſsimus Princeps, Cathedrę Petri, & Sedi Apoſtolicę ſemper magnã obſeruantiã præſtiterit, & Pontificatũ magis promouerit, q̃ contra interceſſerit. Id tantum nobis hoc loco diſſerendum, an Otho ius habuerit indicendi Concilium contra Ioannẽ XII. eiq; abrogato Pontificatu, alium in eius locũ ſubrogandi. Id ab Othone bono zelo quidem, ſed non ſecundum ſcientiam factum eſſe cõſtat. Cũ enim eſſet Ioannes multorum criminum apud eũ reus factus, & videret Epiſcoporum in id vnũ cõſpirantium ſententias; eum deponendũ eſſe, ille rerũ Eccleſiaſticarũ minus peritus iudicauit, & deponi poſſe. Otho Phriſingenſis lib. 6. c. 23. hoc factũ modeſtè notans: *Quæ omnia* (inquit) *vtrum licitè, aut ſecus facta ſint, dicere præſentis nõ eſt operis.* Baronius ad annum Chriſti 963. ar. 32. in illa Synodo multipliciter docet eſſe peccatũ. Primò enim, cùm ijdem omnes, qui ei interfuerunt, Ioannem agnoſcerent vt verũ Vniuerſalem Papã, ſicut ſuis ad eum ſcriptis litteris ſunt profeſsi; vnde ipſis cogendi Concilij facultas contra Romanum Pontificem abſq; eius conſenſu? Rurſus in quanam Synodo, licet contra aliquem Hęreſiarcham cõuocata, non præceſſit damnationẽ citatio trina? At Ioannes bis dumtaxat vocatus eſt, nec niſi ſemel repertus. Sed & cui reorum, quamuis vili homuncioni, non ante ſententiam aliqua data à iure perẽdina dilatio? Ioannes tamen eadem, qua ſecũdò citatus eſt, die, damnatus eſt. Deinde in quanam alia vnquam Synodo petierunt Epiſcopi, vt Imperator homo Laicus virum Eccleſiaſticum condemnaret, & non potius ab Imperatore poſtulatum eſt, vt à Synodo id ageretur? Et tamen illud in hoc Concilio factum eſt. Præterea, quis aliquando accuſatus Hæreſiarcha, vel infamiſsima quæque perſona conuicta in Synodo, abſq; ſententia lata, omniũq; ſubſcriptione firmata, publicèq; recitata, legitur è throno depoſita? At hic nulla prorſus in Ioannem ſcripta vel dicta ſententia, ſed ſimplici rogatione Imperatoris ſucceſſor eſt ei datus. Et rurſum qualis ſucceſſor? quem videlicet Sigebertus ait laicum adhuc fuiſſe, cum electus eſt Pontifex, contra omnia Decreta antiqua. Immò etſi cuncta ritè peracta fuiſſent, ſua ſponte ſtatim corruunt, cum ab excommunicatis ab eo, quem ipſimet verum Pontificem cognoſcerent, conſtet eſſe peracta. Et vbi vnquam auditum, vt ab Orthodoxis Epiſcopis prima Sedes, ipſeque Romanus Pontifex iudicaretur? Et in Concilijs tàm Prouincialibus, quàm Oecumenicis declaratum eſt, primam Sedem à nemine iudicari poſſe, & in his, quæ ad mores ſpectant, totam cauſſam Deo reſeruandam eſſe. Denique quis dubitet hæreticum eſſe dogma, aſſerere, propter peccata auferri à Pontificibus Clauium poteſtatem, ligandi atque ſoluendi à Deo traditam facultatem? Et tamen expreſsis verbis id profeſsi ſunt in litteris ad Ioannem poſt eius in ipſos latam excommunicationem reſcriptis. Ex his conſtat, fuiſſe hanc Pſeudoſynodum, nec potuiſſe in locum Ioannis XII. legitimi Pontificis ſubrogari Leonem illum, nec viuente Pontifice alium fuiſſe, quam Antipapam; vt meritò Ioannes Papa in Synodo poſtea Romæ habita Leonem intruſum depoſuerit, & eius, ac pro eo geſta irrita fecerit. Verùm poſt obitum Ioannis fueritne legitimus Pontifex Leo, an verò Benedictus dictus V. præter Imperatoris conſenſum à Romanis electus, quæritur. Equidem Leo à Platina, Onuphrio, & alijs Leo

Otho nullo iure Concilium indixit contra Ioã. XII. eique alium ſubrogauit.

Multa in eo Cõcilio peccatã geſta.

Quæ etiã ſi rectè peracta eſſet, legitimũ eius Decretum.

Viuente Ioanne XII. Leo ei ſuffectus fuit Antipapa.

An poſt obitum Ioãnis XII. Leo VIII. fuerit legitimus Pontif.

Digitized by Google

VIII. hoc nomine inter Pontifices Romanos recenſetur: & Onuphrius Annot, ad Platinam in Benedicto V, parum accuratè factum fuiſſe exiſtimat, vt à ſequentibus Pontificibus in eius numeri nota illius habita ſit ratio, *cum ſchiſmaticus* (inquit) *fuerit contra Leonem VIII. Papam legitimè creatum per vim renuntiatus*, Verùm in hoc fallitur Onuphrius cum dicit Leonem octauum fuiſſe legitimè creatum Papam, Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſ. numero 687. in hoc Deum conſuluiſſe Eccleſiæ ſuæ, ſcribit, quòd *cùm Ioannes XII, multò nequiſſimus eſſet, deponi tamen ab officio non poſſet (cum primã Sedem, excepta hæreſis cauſſa, nemo iudicet) cumque nihilominus prudens, & pius Imperator Otho, zelo Dei motus, ſed Eccleſiaſticarum legum imperitus in Synodo Romana Ioannem è Sede ſua remouere, & alium ſubſtituere conaretur: quæ res maximi ſchiſmatis occaſio futura erat, aliis legitimum, licet improbum, Pontificem rite creatum agnoſcentibus, aliis verò eundem ob immania crimina velut rite depoſitum, nihili æſtimantibus; Deus qui ſolus ſummi iudicis iudex eſt, Papam Ioannem ſubito in mediis ferè turbis ex hac vita ſuſtulit, vacuumque eius locum nono Pontifici reliquit. Alia præterea ratione Deus Eccleſiæ ſuæ conſuluit. Nam cum Benedictus in locum Ioannis à Romanis ſubrogatus eſſet, Leone VIII iam prius ad eam dignitatem, dum viueret adhuc Ioannes, minus legitime aſſumpto, cumque Imperator, & Synodus Leoni, populus verò Romanus Benedicto ſtuderet: Deus etiam huic morbo duplicem medicinam fecit; vnam ex perſona ſumptam, quod Benedictus, qui ante conſenſerat in Leonem, eo ipſo electioni ſuæ præiudicaſſe videbatur: alteram ex ipſa rei natura petitam, quòd idem Benedictus, authore Luitprando, qui tunc vixit lib. 6. cap. 11. Hiſt, Imperat. ſponte ceſſit iure ſuo ad Domini Leonis Papæ, ipſiuſque Imperatoris pedes ſe abiiciens, & Pallium ſibi auferens, idque cum Pontificali ferula, quam manu geſtabat, Domino Leoni Papæ in præſentia Synodi reddens. Ita & pium Imperatoris, totiuſque Synodi ſtudium Deus à ſchiſmatis horrendò ſcelere cohibuit, & duos Pontifices, qui nullius hominis authoritate iuſtè remoueri poterant, ſua poteſtate remouit, alterum ex hoc mundo euocans, alteri humilitatis donum, vt officio ſuo cederet, infundens.* Hæc Sanderus, qui planè exiſtimat, Benedictum fuiſſe legitimum Pontificem; cum dicat, eum nullius hominis authoritate iuſtè remoueri potuiſſe; Verùm, eo vltrò cedente, Leonem etiam fuiſſe verum Papam iudicat.

Sed longè alia eſt ſententia Baronii, ad annum Chriſti 963. artic. 38. qui inter Pontifices Romanos non collocat Leonem octauum, & Ioanni duodecimo ſufficit immediatè Benedictum quintum; huic verò ſubſtituit Ioãnem decimumtertium. *Licet enim* (inquit) *& iſte inter Romanos Pontifices numeratus reperiatur ſub nomine Leonis octaui, & à pleriſque legitimus aſſeratur, Scriptorum error nullum afferre poteſt veritati præiudicium, nec numerata Leonum ita nominatorum Pontificum ſeries eſſe faciet, quod non eſt.* Et ad annum Chriſti 999. art. 15. ex Ditmaro refert, Benedicti oſſa ſub Othone tertio, huius Othonis nepote, qui in Germaniam Benedictum depoſitum ſecum duxerat, eiuſque iuſſu per Epiſcopum Bremenſem Romam tranſlata eſſe; vt planè, licet ſerò, cognitus fuerit legitimus Eccleſiæ Romanæ Pontifex; nam ſchiſmatico dignè punito, & in exilio mortuo, qui tantus poſt mortem honor, vt eius venerandæ reliquiæ ab extremis Germaniæ finibus transferrentur in Vrbem, Imperatoris authoritate, per Epiſcopale miniſterium? Quod ſi fuerit legitimus; Leo ſanè, qui Apoſtolicam tunc Sedem occupabat, inter ſpurios, & ſchiſmaticos eſt numerandus, Sed reſpõderi poſſet Baronio, ꝙ in tãto honore poſt mortẽ habitus fuerit Benedict, & eius oſſa ex Germania ſint Romã tranſlata, non inde ſequi, eum vſque ad mortẽ etiã poſt ceſsionem ſponte factam fuiſſe legitimum Põtificem, aut Leonem ſpurium, & ſchiſmaticum extitiſſe; ſed eum honorem Benedicto habitum, primùm quod magna humilitate, ne eſſet ſchiſma in Eccleſia Dei, ceſſerit Papatui; deinde in Germania exul ſanctiſsimè vixerit. *Benedictus V. agnitus tandem verus Pontifex.*

Cum enim omnes Leonem VIII, inter legitimos Pontifices recenſeant, & qui eiuſdem nominis primus poſt eum ſucceſsit, creatus anno Chriſti 1049. Leo IX. & non VIII. dictus ſit, vir ſanctitate vitæ, & omnibus virtutibus præſtãs; videtur inter veros, & legitimos Pontifices Leo hic VIII. numerandus, cùm, cedente Benedicto, ab omnibus talis ſit habitus. Quæ tamen controuerſia inter Scriptores Catholicos nullum noſtris aduerſariis ſuppeditat argumentum. *Leo VIII. inter veros Põtifices numerandus.*

Citat Mornæus Conſtitutionẽ Leonis VIII. qua Othoni, eiuſque ſucceſſoribus facultatem cõceſsit eligendi, atque ordinandi Romanos Pontifices, aliiſque Archiepiſcopis, atque Epiſcopis inueſtituras tribuendi, & habetur apud Gratianum diſt. 63. cap. *In Synodo.* Eam exſcribit Sigonius lib. 7. de Regno Italiæ anno 963. *Quam Conſtitutionem* (ait Baronius ad annum 964. art. 22.) *etiamſi verè fieri contigerit, nullius tamen eſſe roboris conſtat, quod à non legitimo Papa ſit promulgata:* quiduis agente in gratiam eius, qui ipſum intruſerat. Cæterum eam non minùs adſcititiam eſſe, & impoſturam, quàm conceſsionem compoſitam à Sigeberto, Adriani Papæ nomine factam Carolo Magno, quæ in Conſtitutione Leonis citatur, oſtẽdit. Immò hæc vel ex eo manifeſtioris impoſturæ arguitur, quòd in fine ſancitum habet, vt vltimo afficiatur ſupplicio, ſi quis eius inueniatur eſſe tranſgreſſor quod quàm abhorreat à Romanorum Pontificum Sanctionibus, liquet omnibus. Ex manifeſta etiam falſitate alterius, eiuſdem Leonis nomine editæ, Conſtitutionis eius fraus deprehenditur; vt fraus fraude detegatur. Extat igitur altera Conſtitutio, Leonis octaui nomine conficta, quam retulit in hac ſua Oppoſitione Mornæus, qua profitetur ipſe Pontifex, reſtituere Othoni Imperatori, quæcunque ipſum Romanum Occidentale Imperium poſſediſſet, atque donaſſet Eccleſiæ Romanæ: haud dubiè eorundem inuẽtum, qui tempore ſchiſmaticorum Imperatorum eiſdem Imperatoribus ſchiſmaticis fauebant. Verum inde impoſtura eſt manifeſta, qđ dicitur illa Conſtitutio data 3. Kalend. Maii in Lateranenſi Palatio; cum ex *Conſtitutio nomine Leonis VIII. edita, citiitia.* *Altera non diſſimilis.*

Au-

Digitized by Google

Authore huius temporis conſtet, Othonem Imperatorem non eſſe hoc anno Vrbem ingreſſum vna cum Leone Papa ante nonum Kalend. Iulij in ipſa Vigilia Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ: ita diſertis verbis Rhegino notauit: qui annus non ſecundus Othonis, vt commẽticia Cõſtitutione dicitur, fuit, ſed tertius. Ex ſubſcriptione etiam Epiſcoporum falſitatem, & fraudem redarguit Baronius ibidem art. 27. Nam prorſus omnes diuerſi ſunt nomine ab illis, qui anno ſuperiori itidem Romano Concilio interfuerunt in exauctoratione Ioannis Papæ, earundem Eccleſiarum Epiſcopi; *Etenim anno ſuperiori* (inquit) *in Concilio Romano ſubſcriptus reperitur Gregorius Albanenſis, hic verò Euſtachius Albanenſis; illic Theophylactus Praeneſtinus, hic Gratioſus Praeneſtinus, illic Ioannes Tiburtinus, hic verò Benedictus Tiburtinus; illic Ioannes Narnienſis, hic verò Martinus Narnienſis &c.* Reſpondet Mornæus, non eſſe mirum, ſi in tot Epiſcopis, qui huic Synodo intererant, quatuor intra anni ſpatium moriantur. Verùm (vt optimè redarguit ibi Baronius) id fingi minimè poteſt. Nam, vt de vno tantùm dicamus, Ioannes Narnienſis, qui interfuit Concilio anni ſuperioris, non potuit diem obijſſe, & ſuffectus eſſe Martinus, qui huius anni Concilio interfuiſſe fingitur; ſiquidem ille ipſe Ioannes Narnienſis creatus poſtea reperitur Romanus Pontifex, & dictus Ioannes decimuſtertius. Adde, & eandem diuerſitatem reperiri in nominibus Cardinalium, & Procerum Romanorum; vt ne vnum quidem ſit inuenire, qui cum illis concordet; cum tamen iidem eſſe debuiſſent, qui in vtraque Synodo ſederunt, eiuſdem Leonis fautores. Sed in eadem dicitur reſtitui ab ipſo Leone Papa inter alia ea, quæ Iuſtinianus Romanæ Eccleſiæ donauit: qui ne glebam quidem terræ ei contuliſſe reperitur. Vtraque igitur Sanctio nomine Leonis VIII. ſuppoſititia, & conficta. Nec eſt, quod immoremur in refutandis friuolis contra Baronium Mornæi oppoſitionibus; vt quod huic Conſtitutioni ſubſcribant omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi, Cardinales, Presbyteri, & Diaconi, præcipui quique Eccleſiæ Romanæ Officiarij, Conſules etiam, Exconſules, Senatores, & alij Patricij Romani, Principes Regionum &c. Quemadmodum enim conficta Conſtitutio, ita & fingi potuere huiuſmodi ſubſcriptiones.

Pag. 210 — Quod de Ioanne Mornæus refert ex Luitprando, eum quadam nocte extra Romam, dum ſe cuiuſdam viri vxore oblectaret, in temporibus adeò à Diabolo eſſe percuſſum, vt intra octo dierum ſpatium eo vulnere ſit mortuus: *Si hæc vera ſunt* (inquit Baronius ad eundem annum art. 16.) *non certè quia iuſtè damnatus, & iniuſtè receptus, ſed quia tot, tantiſque vexationibus à Deo admonitus, minimè à peccatis conſuetis abſtinuit, iuſtè meruit tandem à Deo puniri.*

Si Ioannes à Diabolo percuſſus, quâ ab cauſsâ.

Rhegino anno Domini 965. ſcribit, Leone Papa mortuo, Romanos ad Imperatorem Legatos miſiſſe pro inſtituendo, quem vellet in eius locum; ipſum autem ea de cauſſa in Vrbem direxiſſe Orgerum Spirenſem Epiſcopum, & Liuzonem Cremonenſem, electumque eſſe à populo Romano Ioannem Narnienſem Antiſtitem, qui in ſummum Pontificem creatus, dictus eſt eius nominis XIII. Sed cum ſtatim malè tractare cœpiſſet quoſdam Romanorum Proceres, eundem à Rotfredo Vrbis Præfecto expulſum eſſe, & in Cãpaniam amandatum. Verùm cùm Otho in Italiam rediret, Romani eius metuentes aduentum, eundem Pontificem Romam reuocarunt, & Sedi ſuæ decimo, poſtquam expulſus fuerat menſe reſtituerunt: poſtea de authoribus ſeditionis aduerſus eũ ſumptũ ſuppliciũ. Sedit in Põtificatu annos 6. menſ. 11. & dies 5.

Ioan. XIII. Pontifex.

Idem Rhegino anno 967. ſcribit de Othone Imperatore, quod cùm Natalem Romæ celebraſſet, Rauennam profectus eſt vna cum Ioanne Papa; Vbi, celebrato Paſchate, habita eſt Synodus Epiſcoporum, in qua multa ad vtilitatem Eccleſiæ ſunt conſtituta, ipſeque Otho Imperator *Vrbem, & terram Rauennatium, aliaque complura multis retrò temporibus Romanis Pontificibus ablata reſtituit, eundemque inde Romam cum magna lætitia remiſit*: Mornæus hunc Rheginonis textum corrumpit: *A Berengario* (inquit) *ablata*. Baronius ad eundem annum 967. *Verùm iſta de reſtitutione ablatorum* (inquit) *facta iam fuerant, vbi Otho à Ioanne XII. coronatus eſt Romæ, &c.* Quamobrem quæ hic in Concilio Rauennate facta dicitur, fuit tantum confirmatio præteritę conceſsionis aliquo forte additamento. Sigonius libro 7. de Regno Italiæ ad eundem annum. *Pontifici Rauennam, Rauenniatemq; ditionem, aliaque complura à Berengario in primis adempta, reſtituit, ac veterem Pipini, Caroli, ac Ludouici donationem nouo diplomate confirmauit.* Mornæus:

Otho ablata Romanis Pont. reſtituit.

Pag. 212

Sed nullo (inquit) *authore. Sanè de hoc ipſo tempore, non alium, quam ipſum teſtem volumus. Ad annũ enim 973. ſcribens; Quanquam Italia à Rege, eodemque Imperatore, & à Romano Pontifice tenebatur, non eadem tamen erat in vtroque authoritas. Pontifex Romam, Rauennamque, & ditiones reliquas tenebat authoritate magis quam Imperio, quod Ciuitates Pontificem vt Reipublicæ Principem, Regem verò vt ſummum Dominum intuerentur, atque ei tributa, obſequiaque præberent, & Pontificis vires in ſacris deteſtationibus verſabantur, quas Chriſtiani Reges tum maximè exhorruerunt.* — Pag. 212

Hæc ex Sigonio Mornæus, quibus ſubiungit:

Quid clarius, vnde Pontificis authorita- — Pag. 212

tem in ſpiritualibus tantum poſitam fuiſſe intelligamus?

IMmò contrarium ex Sigonio citato loco colligitur. Nã ſi Otho ſuo Diplomate ablata à Berengario, & alijs, Pōtifici reſtituit, vt ſcribit Sigonius; reſtitutio vtiq; eorum fuit, quæ prius erant dominij & iuris Pontificis: atqui nõ abſtulerant Berengarius & alij à Pontifice ſpiritualem authoritatem, neque ius aliquod ſpirituale Imperator, homo laicus ei donare, aut reſtituere potuit; igitur Pontificis authoritas non fuit in ſpiritualibus tantùm poſita; ſed & temporale aliquod habuit dominium. Addo; quod ſi Ciuitates Pontificem vt *Reipublicę Principem intuebantur*, prout ex Sigonio citat Mornæus, vtique non ſpiritualem dumtaxat, ſed & temporalem; ſiquidem Reſpublica eo loci tēporalis intelligitur. Præterea ſuppreſsit Mornæus, quæ à ſe citatis ſubijcit Sigonius ibidem: *Pontifex tamen ab hoc tempore maiores in dies opes habuit, eximijs ſtudijs fauentium Eccleſiæ ſubleuatus. Vtraque verò poteſtas ſacra erat, & ad Chriſtianam conſeruandam Rempublicam inſtituta.* Poſtremò nihil efficit Mornæus. Neque enim nobis adeò de temporali dominio Pontificis (quod nemo ſanæ mentis illi reuocabit in dubium, neque vllus Princeps eſt, qui de iure ſuarum ditionum moueat illi litem) nobis cōtentio eſt cum aduerſarijs, quàm de ſpirituali illius poteſtate: quã ſi Mornæus admittit, hæreticus plane eſt, vt ait Paulus ad Titum capit. 3. αὐτοκατάκριτος, *proprio iudicio condemnatus.*

De Othonis tertij confiĉta illa donatione, quam non ſemel citauit Mornæus, & quam Aſſiſij ſeruari ſcribit, iam alibi dictum.

Ioãni decimotertio nonnulli ſucceſsiſſe ſcribunt immediatè Donum ſecundum, Dono Benedictum ſextum. Alij verò primo loco collocant Benedictum ſextum, huic ſufficiunt Donum. Primos ſequitur Baronius ad annum Chriſti 972. artic. 2. *Donus* (inquit) *ſiue Domnus, aliter Domnio (apud diuerſos enim diuerſè ſcriptus reperitur) fuit patria Romanus, qui creatus* 12. Kalend. *Octobris, ſedit tantùm menſes* 3. *obijtque* 14. *Kalend. Ianuarij. Cætera de ipſo remanſerunt obſcura.* Sequenti autem die poſt Doni obitum in locum eius ſubrogatus Benedictus VI. Romanus, filius Hildebrãdi: qui cũ ſediſſet annum vnũ, menſes 3. & dies aliquot, à Bonifacio, cognomento Francone Romano, Ferrutij filio, Diacono, & Cardinale, ſceleſtiſsimo viro, violenta manu capitur, in carcerem detruditur, vbi & ſtrangulatur. Ipſe Bonifacius Sedem Apoſtolicã violenter inuaſit, quàm tenuit annum vnum, ac menſem, dictuſque eſt Bonifacius VII. *Verùm vti tyrannus* (ait Baronius ad annum Chriſti 974. art. 1.) *ab antiquioribus non numeratur inter Romanos Pontifices:* citatq; Leonem Oſtienſem qui lib. 2. cap. 4. Benedicto VI. immediatè ſucceſsiſſe tradit Benedictum VII. Alberici quondam Conſulis nepotem, ex Sutrino Epiſcopo creatum Pontificē, & quidem iuſtis Comitijs, cùm ab eo expulſus fuiſſet Sedis Apoſtolicę inuaſor Bonifacius, *qui nefandiſſimus homo* (ait idem Baronius ad annũ 975. art. 1.) *antequam ab Vrbe diſcederet, Baſilicam Vaticanam omnibus ornamentis ſpoliauit, & ſacrilega præda onuſtus nauigauit Conſtantinopolim:* Benedictus obijt cum ſediſſet in Pontificatu annos 9. menſem 1. dies 10. eumque Platina in uita ipſius, Onuphrius in Epitome Rom. Pontif. & alij optimum Pontificem fuiſſe teſtãtur. In eius locum ſubrogatus Petrus Papiēſis Epiſcopus qui Ioannis XIV. nomen accepit. Hoc vbi Bonifacius comperit, Conſtantinopoli, quò confugerat, Romam redijt, ac pecunia ingenti, quã ex reb⁹ ſacris diuẽditis redegerat, multis ad ſuas partes attractis, Ioannem ipſum corripuit, atque in cuſtodiam tradidit, & cùm is ſiue mon ho, ſiue fame cōfectus poſt menſes octo, quàm inierat, obijſſet; ipſe Sedē Apoſtolicam rurſum inuaſit, qui Deo vltore poſt quatuor mēſes repentina morte oppreſſus interijt: quē ſui ipſius fautores poſt tetræ animæ exhalationē cæſum, & lanceis confoſſum, nudũ per pedes tractum, inſepultũ abiecerũt; licet eum quidam Clerici poſtea ſepelierint. Hæc ex Vaticano Codice alijſq; Authoribus Baronius: ex quibus colligit ad an. 985. art. 1. parũ conſulere veritati, & S. R. Eccleſiæ dignitati, qui hunc nefandũ parricidã inter Romanos Pont. referunt, annumerandũ potiùs inter famoſos latrones, & potentiſſimos graſſatores, atq; patriæ perditores Sillas, & Catilinas, horumque ſimiles.

Mortuo Bonifacio, Ioãnes XV. Leonis Presbyteri ex legitimo matrimonio filius, Pontifex creatus eſt; quem Onuphrius, & alij ſediſſe volunt annos 9. menſes ſex, dies 10. eiq; ſuffectum Ioannem XVI. qui ſederit menſes 4. Verũ aliter Baron. qui Ioãnem XV. ſediſſe vēlit annos 10. menſes 4. & dies 12. eiq; immediatè ſubijcit Gregorium V. Nam quod ſcribunt alij de Ioãne XVI. quem XVII. numerat Mornæus, eũ metu Creſcentij in Vrbe Tyranni exulatũ in Tuſcos abijſſe; id tribuit Baronius Ioãni XV. addens, quod cum inde Legationes ad Othonē III. mittere frequentaret; memores Romani, q̃ ea de cauſſa, ob iniurias nimirum Pontificibus allatas, paſsi erant ipſorũ maiores, tùm ab Othone primo, tũ à ſecundo, è veſtigio honorifica Legatione eundem Ioannē accerſunt, redire rogant, omniq; ſecuritate adhibita, tandem in Vrbem reuocant: cui venienti omnes occurrunt, ac pijs officijs, & obſequijs Chriſti Vicarium, Petri ſucceſſorē honorant, ſeq; illi ſubijciunt. Non verò ea de cauſſa Ioannes Othonē in Italiam inuitabat, vt fingit Mornæus, quòd:

Dominum lōginquum, quàm propinquũ, exterum, quàm domeſticum mallet.

SEd opem illius implorabat, vt ius ſuum repeteret, & de Tyranno, alijſq; ſeditioſis iuſtam vindictam ſumeret. Neq; Chriſtiani Imperatores, quando Romam acceſſerunt, ſibi dominiũ aliquod arrogarũt in ipſos Pōtifices; immò *Dominos* eos appellarũt, & ad pedes eorũ ſe ſubmiſerũt: &, vt cæteros omittamus in Diplomate Othonis primi, aui huius Othonis, à Baronio recitato ad an. 960. art. 5. ita legimus: *Tibi Domino Ioanni Papæ ego Rex Otho promitto, & iuro. &c.*

Vbi

De Ioannis XIII. ſucceſſore, qui alijs Donus II. alijs Benedict⁹ VI.

Benedictus VI. Pontifex à Bonifacio ſtrãgulatus.

Qui Sedem inuadit.

Sed ex inde pulſo, Benedictus VII. eligitur, vir optimus.

Huic ſubſtitui Ioannes XIV.

Huius Sedē rurſus inuadit Bonifacius.

Diuina vltio de Bonifacio.

Ioan. XV. Pontifex, & quis huius ſucceſſor.

Ioan. XV. Othonē III. in Italiam inuitat.

Quam ob cauſſam.

Pag. 213

Digitized by Google

Vbi nullus Pontificum Imperatorem vnquam Dominum appellauit: quē *& ad pedes ſuos ſe ſubmittentē in Vaticanæ Baſilicæ gradibus* (ait Sigonius lib. 6. de Regno Italiæ anno 961.) *Ioannes Pontifex amplexus in Templum deduxit.*

Gregorius V. Pontifex.

Anno 996. Ioanne defuncto in locū eius ſubrogatus eſt vir Germanus, appellatus Bruno, Othonis Imperatoris cōſanguineus, eius iuſſu, ſeu ſuaſu à Clero S.P.Q.R. electus, Grego. huius nominis V. appellatus. Verùm poſtea, eo expulſo, ſeditionibus Romanorum, & præſertim Creſcentij, in Sedem intruſus eſt Ioannes quidam natione Calaber Epiſcopus Placētinus, quem Ioānem XVII. alij, Baronius XVI. Mornæus XVIII. numerat. Verùm, vt ſcribit Onuphrius, huius, quoniam vi, & contra Canones Pontificatum Romanum inuaſit, in nominis numero ratio habita non eſt à tribus Pontificibus ſucceſſoribus, qui Ioannis nomen habuere; nec in numero Romanorum Pontificum receptus eſt. Sic interim duobus ſimul creatis Pontificibus, ſchiſma in Eccleſia conflatum, quod Onuphrius in Eccleſia Romana duodecimum fuiſſe ſcribit; de quo agens Petrus Damiani Epiſtolarū lib. 1. Epiſt. 21. ad Cadaloum Antipapam, ait eūdem Ioannē, cùm ingentis collatione pecuniæ Pontificatum inuaſiſſet, eiecto Gregorio, à reſipiſcentibus paulò poſt Romanis præciſum eſſe manibus, auribus, naribuſque, atque oculis priuatum, moxque aſello impoſitum vultu in caudam verſo, tenere eandem aſini caudam compulſum, ac per publicas Vrbis vias perductum clamare: *Tale ſupplicium patiatur, qui Romanum Papam de ſua Sede pellere nititur.* De Creſcentio authore ſchiſmatis quod ſupplicium ſumptum ſit, quicquid alij referant, magis adhibenda eſt fides Petro Damiani eius temporis Scriptori in vita Sancti Romualdi capit. 25. nimirum Creſcentium in munitione inexpugnabili ſe continentem, inde nonniſi dolo, & iuramento firmata promiſsione deduci potuiſſe ab Othone Imperatore, & ita deceptum, de ipſo capitis obtruncatione fuiſſe ſumptum ſupplicium. Idem teſtatur & Leo Oſtienſis lib. 2. capit. 18. Scribit ibidem Petrus Damiani, Othonem de crimine periurij Beato Romualdo confeſſum, pœnitentiæ cauſſa nudis pedibus de Romana Vrbe progredientem, ſic vſque ad Garganum montem ad Sancti Michaelis perrexiſſe Eccleſiam; per totam etiam Quadrageſimam in Claſſenſi Monaſterio Beati Appollinaris, paucis ſibi adhærentibus, manſiſſe, vbi ieiunio, & pſalmodijs, prout valebat, intentus, cilicio ad carnem indutus, aurata deſuper purpura tegebatur.

In eius Sedē intruditur Ioānes Calaber.

Schiſma, quod duodecimum, fit in Eccleſia.

Supplicium de Ioanne Antipapa ſumptum.

Quod item de Creſcentio ſchiſmatis authore.

Pœna à B. Romualdo præſcripta Othoni periurii apud ipſum confeſſo.

Electores Imperij à quo Pōtifice inſtituti.

Offert ſe hic differendi locus, An Gregorius quintus inſtituerit electores Imperij. Nam Mornæus hoc loco in hanc ſententiam citat Martinum, & Platinam, & Onuphrium, qui cōtendat, per errorem Gregorio V. tribui, quod X. debetur, Baronium item, qui *poſt longam diſputationem eò redit* (inquit) *non creaſſe quidem illum electores Imperij, ſed ſtatuiſſe, Imperatores deinceps à Germaniæ Principibus eligendos fore.* Hæc obiter Mornæus. Neque eſt quod diutiùs in pertractando hoc argumēto immoremur, de quo doctiſsimè tractauit Bellarminus libro tertio de translatione Imperij Romani. Vbi capit. 1. oſtendit, Electores ante Gregorij X. Pontificis, & Friderici II. Imperatoris tempora deſignatos, cap. 2. obiectionem Onuphrij refellit. cap. 3. Electores Imperij non ab Othone III. Imperatore, ſed à Gregorio V. Pontif. Max. inſtitutos oſtendit, idque docet authoritate grauiſsimorum Scriptorum, & in primis Germanorum, quibus ſubiungit teſtimonium Concilij Vienneſis Generalis, & præterea Electorum Imperij inſtrumentum publicum, ad Nicolaum III. Pontificem miſſum, quod ſubijcit deſcriptum ex autographo Romæ in arce Sancti Angeli aſſeruato. cap. 4. & vltimo obiectiones Illyrici diſſoluit, ac mendacia plurima eiuſdem detegit, & redarguit. Fuſiſsimè etiam tractauit idem argumentum Baronius ad annum Chriſti 996. art. 38. & ſequentibus. Id certè conſtat, quod quemadmodum Imperium authoritate Romani Pontificis ex Oriente trāſlatum eſt in Occidentem: ita ius eligendi Imperatorem, vel Regem in Imperatorem promouendum, Germanis conceſſum, non aliunde, quā n à Romanorum Pontificum authoritate, & conceſsione manaſſe. In hanc rem apud Baronium eo loci videri poſſunt teſtimonia eorum, quorum maximè id intereſt, Pontificum, Electorum Imperij, & ipſorum Imperatorum. Mornæus cùm videret, ſe tanta authoritate conuinci; nec haberet, quod reſponderet; id tantùm obiter, & per tranſennam attingere voluit: nec potuit negare, id ius à Pontifice Romano, quicunque ille primus fuerit, fuiſſe Germanis conceſſum.

Pag. 213

Onuphrius (inquit) *Gregorio quinto per errorem tribui, quod decimo debuerat, bonis argumentis euincit.* Pag. 213

SI bona argumenta indicat Onuphrius, eique adſtipulatur Mornæus, Gregorius decimus Electores Imperij inſtituit. Si validiora ſunt argumenta Bellarmini, & Baronij, Platinam ſequentium; Gregorius ipſe quintus eoſdem inſtituit; vt velit nolit, fateri cogatur, ius illud nō aliunde, quàm à Romanis Pontificibus manaſſe. Et vbi citauit Baronium aſſerentem, Gregoriū quintum ſtatuiſſe, Imperatores deinceps à Germaniæ Principibus eligendos fore; contradicere minimè potuit; ſed gloſſam hanc ſubiecit,

Nempe vt illis Romam idcirco adire aut conſulere non eſſet opus. Pag. 213

ATqui id priuilegij habent ab ipſo Romano Pontifice. Deinde, ex electione non habent, quod dicantur *Imperatores, & Auguſti*, ſed Reges Romanorum in Imperatores electi: tū demum Imperatorum nomen conſequuntur, cum ſunt à Romano Pontifice Imperiali corona donati. Et Baronius ipſe ibidem art. 50. expreſsè ſcribit, ius quidem illud conceſsiſſe Gregorium V. vt Germanis eſſet facultas creandi

Imperator quid à Pontifice accipiat, quid ab Electorib.

Digitized by Google

Pontifex liber eſt in promouendo Electū ad Imperium.

Regem,quem idē Romanus Pontifex promoueret in Imperatorem;ita tamen quod ſi cauſſa eſſet aliqua id negādi, liberè facere poſſet, nec aliquo neceſſitatis nexu,quem ipſi elegiſſent in Regem,compelleretur probare, atque vngere Imperatorem;idque docet authoritate Innocentij III.capit.*Venerabilem*. Ext. *de electione*. Certè quemadmodum penes Romanū Pontificem fuit ius illud concedere:ita potuit idem,quibus vellet, afficere conditionibus,& circumſtantijs.

Baronius ad annum Chriſti 964.art.22 oſtēderat validiſsimis argumentis,confictam eſſe illam Conſtitutionem, quæ nomine Leonis VIII. à Gratiano recitatur diſtin.63. maximè quòd in ea Othoni primo concedatur, vt ſit Patritius,atque Rex. *Atque primùm* (inquit) *ſi Otho à Ioanne Papa XII. huius nominis conſecratus eſt Imperator; quid opus fuit,vt hic à Leone eidem concedatur,vt ſit Patritius,atque Rex? Annon cum Imperio & dignitas Patriciatus conceſſa fuit,& magis eſt dici Patritius, aut Rex, quam Imperator?* Mornæus: Pag.214

Ioan. XII. legitimus Pontifex.

Sanè , quia non ſibi à monſtro ritè conſecratus videbatur.

ATqui ab ea conſecratione deinceps ſeſe Otho pro Imperatore geſſit,& eius Imperij annos ab ea conſecratione omnes numerant. Scriptores omnes,qui citantur à Bellarmino lib.3.de translat.Imp.Rom.capit.3.referunt, eum à Ioanne XII. Pontifice ad Imperium eſſe prouectum:& ſicut eum pro legitimo Imperatore habent;ita & legitimum fuiſſe Pōtificem eum,à quo ſit conſecratus Imperator, nihil dubitant.Et Ioannes XII.licet prauis eſſet moribus,quia tamen Pontificis fulgebat authoritate, potuit Othonem Imperatorem creare; & bonitas in Principe ad condendas leges, vel creandos Magiſtratus in Republica non requiritur; ſed authoritas: & Othonem agnouiſſe Ioannem XII. pro legitimo Pōtifice, conſtat ex ipſius Diplomatibus , & litteris ad eundem,cum hac inſcriptione aliquando ſcriptis; *Summo Pontifici , & Vniuerſali Papæ Domino Ioanni Otho &c.*

Violatoribus Pontificiarū Conſtit. non ſolent præſcribi pœna mortis.

Eiuſdem Conſtitutionis impoſturam hoc argumento conuincebat Baronius,quòd in fine illius habeatur, *vt vltimo afficiatur ſupplicio,ſi quis eius inueniatur tranſgreſſor*; cum illud abhorreat à Romanorum Pontificum Conſtitutionibus,vt violatoribus pœna mortis etiam irrogetur.Verùm Mornæus;

Immò quid frequentius? Conſtantienſem tantum Synodum conſulat ; ita tamen , vt magiſtratui politico,vt ſeſe Pilati more exoluant, executio demandetur . Pag 214.

Ioannes Hus &c.iuſta leges non Eccleſiaſticas ſed Ciuiles interfecti.

VErùm proferat Conſtitutiones Pontificum, quibus ſuppliciū capitis decernatur, quēadmodum in hac Leonis Conſtitutione;vnde eam fictitiam eſſe,facilè deprehenditur.Equidem in Concilio Conſtantienſi Ioannes Hus, & Hieronymus de Praga meritò condemnati ſunt, & vltimo ſupplicio affecti; Verùm non ſententia Eccleſiæ,ſed traditi brachio ſæculari; vt ſecundum leges Ciuiles in eos ageretur, quæ pœnam mortis hæreticis infligunt L. *Ariani*, & L. *Quicunque* C. *de hæreticis*; & in multis locis ſolent hæretici comburi, iuxta Conſtitutionem Federici II Imperatoris:qua de re videndus Couarruuias lib.2.var.reſolut. capit.10.§.fin. Et Mornæus quidem cum non minùs hæreticus ſit, quàm Vuicleffus, Ioannes Hus & Hieronymus de Praga, omnibus pœnis in hæreticos tum à ſacris Canonibus, tum à Legibus Ciuilibus decretis eum obnoxium eſſe,nemo dubitabit.

ANTIDOTVM
Contra Progreſſum trigeſimumnonum.

Regnū Frācorū delatum ad Hugonē Capetum.

IN hoc Progreſſu primum commemorat electionem Hugonis Capeti in Regem Francorum, quæ contigit anno Domini 987. Cum enim Ludouicus Francorum Rex Carolouingiorum nouiſsimus diem obijſſet, ac ſine liberis deceſsiſſet, Regnum Francorum non collatum eſt Carolo Lotharij Regis defuncti fratri,& patruo Ludouici; ſed magis, eo contempto,ad remotiores,vel omninò extraneos eſt delatum, nempe ad Hugonem Ducem Pariſienſem . Cur verò tum à Proceribus Francorum Carolus repudiatus fuerit, hanc potiſſimum cauſſam eſſe volunt, quòd ipſe nimium eſſet addictus Germanorum Principibus,Franci verò haud facilè paterentur exteris eſſe ſubiecti . Sunt qui ſcribant,in Ludouico deceſſore ſtirpem Caroli Magni minimè defeciſſe, quin & Hugonem ipſum ex ipſo originem duxiſſe:quod ipſum demonſtrat Chronicon Vuilelmi Nangij. Verùm etſi maternum genus, non tamen paternum in Carolum Magnum referre potuit, quod potiſsimum in Regibus Francorum ſpectandum eſt; cum nihil iuris in Regnum illud habeant fœminæ: vnde meritò tertia progenies Regum Franciæ, quæ adhuc fœliciſsimè regnat, poſt Carolinam ab Hugone Capeto ſua primordia repetit: *qui tamen nec inuaſor Regni,nec vſurpator* (ait Chronicon Nangij ad annum 987.)*aliqualiter eſt iudicandus,quem ad tantam dignitatem eiuſdem Regni Proceres elegerunt,& euexerunt, quemque & diuinum patri ſuo factum oraculum ad iſtud Regnum prædixerat aſſumendum.In geſtis enim Sāctorum Richarij,& Valerici legitur, quod Hugo Magnus Comes Pariſienſis, pater iſtius Hugonis iſtorum Sanctorum corpora, quæ translata de Eccleſijs ſuis in Flandriam fuerant, & repoſita in Eccleſia Sancti Bertini apud Sanctum Audomarum terrore Nortmannorum, qui tunc Franciam vaſtabant, per viſionem admonitus, ad ſuas fecit Eccleſias reportari. Ipſi autem Hugoni Ma-*

Eius Regnū diuino oraculo prædictum.

gno

Digitized by Google

gno poſt hoc factum per viſionem à Sancto Valerico dictum fuit, quod propter hoc factum eius generatio poſt ipſum in regno Francorum vſque in ſeptimam, in perpetuum regnaret. Sic Hugo iſte Rex Francorum factus videtur per Domini voluntatem. Iſtũ igitur Hugonem, qui & de genere Caroli deſcendit, & qui velut Aaron honorem Regni nõ ſibi aſſumpſit, quin potius ab omnibus Regni Baronibus, præcedente diuino Oraculo. dicamus ad prædictum Regnum communi omnium conſenſu rite electum, & non temerarium inuaſorem. Hæc Nangius. Certè quemadmodum comperto, quod Iehu vnctus eſſet in Regem ab vno de filijs Prophetarum, ſtatim omnes Principes cum Regem ſalutarunt, cecinerunt tuba, atque dixerunt: *Regnauit Iehu.* 4. Reg. 9. ita comperto diuino Oraculo, aut certè Deo inſtigante, per quem Reges regnant, & in cuius manu ſunt omnium iura Regnorum, Regni Proceres Hugoni Regnum detulerunt; alioqui enim certum erat, Carolo Lotharij filio, & Ludouici patruo Regnum deberi, neque licuiſſe Francis pro arbitrio alium ſubſtituere, cum Regnum Francorum ſucceſsione, non electione deferretur. In fragmento Hiſt. Aquitan. à Pithæo edito: *Regnum pro Ludouico accipere voluit Carolus patruus eius; ſed non potuit, quia Deus meliorem elegit occulto iudicio.*

Arnulphus Rhemorum Archiepiſcopus an Regni proditor.

Secundo loco agit Mornæus de Arnulpho Lotharij notho, Archiepiſcopo Rhemorum poſt Alberonem creato, cuius opera Carolus Laudunum occuparit, cui & Rhemorum ciuitatem per Adalgerum Preſbyterum ſuum prodiderit, & vt dolum tegeret, Laudunum ſub cuſtodia duci ſe curarit, prædones ſuos ſub anathemate poſuerit, atque, vt idem facerent Galliarum Epiſcopi, imperarit. Hæc profert ex Epiſtola Gerberti ad Othonem, quam retulit Papyrius Maſſonus, nec alium citat Authorem: alij enim ſcribunt, cum Rhemorum ciuitas à Carolo capta eſt proditione Adalgarij Preſbyteri, nondum Arnulphum, ſed Alberonem Archiepiſcopum fuiſſe cum Primatibus quibuſdam Laudunum abductum, ibique vita functum fuiſſe: reliqui proditione quidẽ Adalgarij captam Rhemorum Ciuitatem ſcribũt, ſed conſcium fuiſſe Arnulphum Archiepiſcopum huius proditionis minimè tradunt: neque Gerberto tanquam Arnulpho infenſo, vt in cuius Sedem intruſus fuerat, deinde ſententia Romani Pontificis eo reſtituto deiectus, multum fidei adhibendum. Præterea, etſi Arnulphi opera Laudunum Carolus occupaſſet, minimè tamen Arnulphus aut proditor Regni, aut læſæ Maieſtatis reus habendus fuiſſet; cum adhuc ius eſſet in armis, & ęquè iuſtum bellum, aut certè iuſtius ex parte Caroli, quàm ex parte Hugonis: neque conſtabat de Oraculo, aut de voluntate Dei, *qui Reges in ſolio collocat in perpetuum, & illi eriguntur,* Iob. 36. Itaque bona fide Arnulphus ſtudebat partibus Caroli fratris ex patre, ius ſuum armis repetentis. Per Ahiam Silonitem promiſſum erat Regnum decẽ Tribuum ipſi Hieroboamo; *Hęc dicit Dominus Deus Iſrael: Ecce ego ſcindam Regnum de manu Salomonis & dabo tibi decem Tribus.* 3. Reg. 11. Cum tamen non omnibus palam comperta eſſet Dei volũtas; Roboam congregauit vniuerſam domum Iuda, & Tribum Beniamin, centum octoginta millia electorum virorum bellatorum, vt pugnarent contra domum Iſrael, & reducerent Regnum Roboam filio Salomonis; & quidem iuſta videbatur inferre arma Roboã ipſi Hieroboamo, vt ad defectionem ſubditos ſuos compellenti, donec, quid Deus decreuiſſet, per Semeiam Prophetam ipſi Roboamo, & reliquis innoteſceret: *Hæc dicit Dominus: Non aſcẽdetis, neque bellabitis contra fratres veſtros filios Iſrael, Reuertatur vir in domum ſuam; a me enim factũ eſt verbum hoc.* 3. Reg. 12. ac tum quidem diuino Oraculo tenebantur obedire, & arma deponere: Ita vbi Dei voluntate Regno potitus eſt Hugo, Carolo in poteſtatem eius redacto, crimen fuiſſet læſæ Maieſtatis proditionem aliquam in eum moliri; ſed quandiu in iure de Regno decertabatur, & partium iura erant obſcura, Proceribus quidem Regni dignitatem Regiã Hugoni deferentibus; ſed ex ſucceſsione paterna, & auita Carolo ius ſuum repetente, ex ignorantia probabili iuris poterat eſſe bellum ex vtraque parte iuſtum: & neutri parti ſtudere proditionis, aut læſæ Maieſtatis crimen erat. Et hæc quidem ad excuſandum Arnulphum à crimine, quod illi Gerbertus imponit.

A proditionis crimine vindicatur

Deinceps agit Mornæus de Arnulphi in Synodo Nationali Rhemis coacta, depoſitione, & Gerberto à Rege in eius locum collocato:

> *Hugo, qui inter has moras Rhemos, & Laudunum receperat, Arnulphumq; in ſua poteſtate habebat, anno 991. Nationalem Synodum Rhemis cogit, in qua ſua ipſius confeſſione Reus peractus, Arnulphus ſolemni more deponitur, & Gerbertus in eius locum à Rege collocatur &c.*

Pag. 215

Arnulphus iniuſtè à Sede ſua expulſus.

VErùm iniuſtè à Sede ſua expulſum Arnulphum, Gallici ipſi Scriptores tradunt. Aimoinus, ſeu potius Eginaldus, cuius eſt adiectum ad Aimoinum Auctarium, lib. 5. cap. 46. *In illis diebus in Rhemenſium Ciuitate erat Archiepiſcopus, vir bonus, & modeſtus, frater Lotharij Regis ex concubina, nomine Arnulphus, Hugo autem Rex inuidebat ei, volens exterminare progeniem Lotharij Regis. Congregansque in Vrbe Rhemenſi Synodum, in eum locum idem Hugo Rex inuitauit Archiepiſcopũ Senonicæ Vrbis, nomine Seguinum, cum ſuffraganeis ſuis: in quo Concilio fecit degradare Dominum Arnulphum Archiepiſcopum Rhemorum dolo nepotis ſui, quem tenebat in carcere, dicens, non debere eſſe Epiſcopum natum ex concubina. In loco verò eius conſecrari fecit Dominum Gerbertum Monachum Philoſophũ. Qui Gerbertus magiſter fuit Roberti Regis. filij iſtius Hugonis, & Domini Lutherici Archiepiſcopi, ſucceſſoris venerabilis Seguini. Arnulphum autem fecit mancipari cuſtodiæ in Aureliana Ciuitate. Venerabilis*

autem

autem Seguinus Archiepiſcopus non conſenſit in degradationem Arnulphi, neque in ordinationem Gerberti, iuſſio autem Regis vrgebat. Alij verò Epiſcopi licet inuiti, tamen propter timorem Regis degradauerũt Arnulphum, & ordinauerunt Gerbertum. Seguinus autem plus timens Deum, quàm terrenum Regem, nõ modò non conſenſit nequitiæ Regis, ſed magis, quantum potuit, eum redarguit: propter quam cauſam ira Regis contra eum efferbuit. Cum magno itaque dedecore expelli iuſſit Arnulphũ de Eccleſia Beatæ Genitricis Mariæ Rhemenſis, & ſic alligatum retrudi in carcerem. Hæc Aimoinus. Vnde conſtat, non ob proditionis crimen, ſed ob odium, & inuidiam iniuſtè exauctoratum eſſe Arnulphum. Et Paulus Aemilius libro 3. in Roberto: *Arnulphus* (inquit) *Lothary Regis frater, materno genere impar. Archiepiſcopus Rhemorum, coacto Patrum Concilio, ob paternam Maieſtatem Hugoni inuiſus, prætextu illegitimorum Natalium è Sede deijcitur, reclamante vno Seguino Senonum Archiepiſcopo. Gerbertus Aquitanus Philoſophus &c. in deiecti locum ſubſtituitur, eruditione, quàm vita melior.* Veriſimile quidem eſt, proditionis inſimulatum fuiſſe Arnulphũ, vt inde Rex iuſtam habere cauſſam aduersùs eum videretur, ſed tamen falſam fuiſſe calumniam; cum omnes Authores ob inuidiam eum expulſum tradant, & à Pontifice, etiam annuente Rege, reſtitutus fuerit in ſuam Sedem. Mornæus:

Tunc ſeriò commoueri Pontifex, non tam Arnulphi iudicio, quam legitima illa Gallicanorum Patrum libertate offenſus, adeò vt Antiſynodo Munſoni habita, eos qui Rhemenſis Synodi ſententiæ ſubſcripſerant, anathemate feriat, Gerberto Archiepiſcopali functione interdicat, Regibus ipſis anathema comminetur, mirum vt ſit, iſtos homines in Italia tot flagitijs infames, noſtra patientia tam impudenter abuti, ſuis Bullis noſtram Galliam tam audacter ludificari; ex occaſione haud dubiè & noui & fluctuantis adhuc Imperij noſtri. Pag.215

Arnulphi depoſitione, & carcere audito, Quid Pontifex. PErgit Aimoinus loco citato: *Nunciantur hæc omnia Pontifici Romano* (de expulſione Arnulphi è Sede ſua, & retruſione in carcerem) *Qui valde indignatus ſuper hoc facto, interdixit Sacris omnibus Epiſcopis, qui Arnulphum deiecerant, et Gerbertum ordinauerant: miſit quoque Leonem Abbatem à Sede Apoſtolica ad Dominum Seguinum Archiepiſcopum Vrbis Senonicæ, qui vice ſua in Vrbem Rhemenſem Synodum congregaret: mandans illi, vt ſine dilatione reuocaret de carcere Arnulphum, & degradaret Gerbertum. Collecto igitur Concilio iterum in Vrbe Rhemenſi, ex iuſſione Apoſtolici reuocatus eſt Arnulphus de cuſtodia, & cum honore magno receptus in propria Sede. Gerbertus autem intelligens, quod iniuſtè Pontificalem ſuſcepiſſet dignitatem, penitentia ductus eſt.* *Ipſius iuſſu Sedi ſuæ reſtituitur.* Paulus Aemilius ibidem ſubdit. *Plus leges, quàm Regis voluntas valuere. Ioannes Pont. Maximus Leonem in Franciam Legatum miſit, qui, cognita cauſa, Concilij facta reſcidit &c.* Igitur volũtas Regis non fuerat conſentanea legibus; vt iniuſtè de Sede ſua deiectus fuerit Arnulphus. Nec defuerant ab initio, qui dicerent, ſine Romani Pontificis authoritate exauctorari eum non potuiſſe, cum Epiſcoporum, & aliæ maiores cauſſæ Eccleſiaſticorum negotiorum deferri debeant ad Romanum Pontificem: cuius tandem authoritas obtinuit, reſtituto Arnulpho, & exauctorato Gerberto. Hoc interpretatur Mornæus, *iſtos homines in Italia tot flagitijs infames noſtra patientia tã impudenter abuti, ſuis Bullis noſtram Galliam tam audacter ludificari*. In quo egregius impoſtor pro ſuo more ſplendidè mẽtitur. *Mornai mendacium.* Neque enim Ioannes XV. qui reſtituit Arnulphum, neque Gregorius V. Ioannis ſucceſſor, qui ei Pallium miſit (vt ex Epiſtola Abbonis ad eundem Gregorium ſcripta, refert Papyrius Maſſonus Annal. lib. 3. in Hugone, & Roberto) fuere flagitijs infames. Deinde non hic ſpectandum erat, flagitioſinè eſſent, an ſecùs Romani Pontifices, ſed vtrum ad eos cauſſæ Epiſcoporum deferendæ eſſent, quod volunt ſacri Canones; & an iuſtè vel iniuſtè exauctoratus eſſet Arnulphus; & an eum Epiſcopi in Nationali Synodo, inconſulto Romano Pontifice, potuerint deponere: neque certè Rex, & Epiſcopi Galliarum permiſiſſent, Põtifices in ſuis Bullis Galliam ludificari, cum ipſorum maximè id intereſſet; niſi ſciuiſſent, quanta eſſet Romani Pontificis in cognoſcendis, & decidendis cauſsis Epiſcoporum, & Eccleſiaſticis authoritas. *Et quidem inutile.* Extant Epiſtolæ ipſius Regis, & Epiſcoporum, quos ipſe commouerat aduersùs Arnulphum, ad Ioannem Pontificem, quem rogabant, vt ipſum Arnulphum Epiſcopatu priuaret, & alium in locum ipſius ſubrogaret. Pontificem Rex ſua Epiſtola profitetur vicem Apoſtolorum tenere, & ab eodem formam iudicij dari poſtulat. Quemadmodum verò Legationes, Romam miſſæ contra Arnulphum à Rege, & Epiſcopis: ita contrà pro Arnulpho ab Heriberto Comite miſſi ſunt Legati ad eundem Pontificem. Ex Synodo Rhemenſi, vel potiùs Gerberto, hæc citauit Mornæus:

Poſteaquam Heriberti Comitis Legati equam corpore præſtantem, niueo colore inſignem, cum alijs muneribus Pontifici obtulerunt &c. ſententiam mutat &c. Pag.215

VT velit, muneribus à Legatis Heriberti Ioannem Pontificem præocupatum fuiſſe. Immò probabile eſt, eũ miſſas vtrinque Legationes perbenignè audiuiſſe, atque tandem cogno-

cognouiſſe; Arnulphum ex inuidia Regis falsò calumniam pati, nec iuſtè poſſe è Sede ſua deturbari. Neque credendum Gerberto, rectè monet Baronius ad annum 991. art. 5. qui eiuſdem Pontificis authoritate iuſſus ab occupata à ſe Rhemenſi Sede ignominioſè deponi, in eundem commotus nihil remiſit iniuriarum, & non ob aliam cauſſam poſt ſuam degradationem eiuſdem argumenti diuerſa Scriptorum genera elaborauit, atque edidit, quàm vt in eundem Romanum Pontificem, atque in Sedem Apoſtolicam contumeliarum plauſtra componeret: quæ idcirco, vt ſcribit Henricus Spondanus in Epitome ſua ad eum locum Baronij, tanquam ingens theſaurus inuentus à Nouatoribus in odium Romanæ Eccleſiæ duplici editione vulgata fuere; vt nihil mirum, ſi Acta illa Rhemenſis Synodi, à Gerberto deſcripta, toties nobis Mornæus obtrudat. Et hæc quidem circa Progreſſum. Nunc ad Oppoſitionem.

Quæ fides Gerberto in hac cauſſa debeatur.

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem trigeſimamnonam.

Pag. 216

Anno 991. conueniunt Rhemis ſub Hugone & Roberto filio, celebriores quique Prouinciarum noſtrarum Epiſcopi, in hac Synodo nominatim recenſiti, cuius Acta à Gerberto, qui poſt Sylueſter ſecundus, eleganter deſcripta &c.

De Synodo Rhemenſi contra Arnulphum.

HAnc Synodum, ſeu potiùs Pſeudoſynodū refert Sigebertus in annum 992. quod oſtēdit etiam Baronius ex duabus eius editionib⁹. Dum enim in priori celebrata ponitur anno Othonis 9. in poſteriori verò anno Hugonis 5. annum 992. demonſtrant. Quod verò ipſius Acta non alia extent, quàm quæ à Gerberto in ſui defenſionem contra Romanum Pontificem ſcripta fuerē, ad eiuſdem conciliabuli roborandam authoritatem, ex quo ipſe, exauctorato Arnulpho, conſecutus eſt Rhemenſis Eccleſiæ Archiepiſcopatum, vel quæ ſunt in lucē prodita à Fidei perduellibus ad infamandum Romanum Pontificem, in quem multa falſiſſima coniecerunt; quanta iis fides ſit adhibenda, quiſque conſideret. Par erat (ait Baronius ad annum 992. art. 2.) *ſi qua apud ipſum de iuſta cauſa ſiniſtra parte fiducia, ipſa Synodalia Acta vt ſe habuerint, ſinceriſſimè abſque vel vnius apicis mutatione deſcripta, recognita, obſignataque teſtificatione Patrū omni fide munita edere, vt docuere Maiores, præcipuè Auguſtinus de geſtis cum Donatiſtis.* Sed etſi vera eſſent Acta huius Synodi, prout à Gerberto referuntur; quid inde, vtilitatis Nouatores capient? Siquidem à poſteriori Synodo Rhemēſi, cui cum Gallicanis Epiſcopis Legatus Pontificis interfuit, abrogata fuerunt, conſentientibus etiam ipſis Francorum Regibus, Hugone, & Roberto eius filio. Synodi huius Acta Mornæo viſum fuſius exponere, quæ omnia à Magdeburgenſibus referuntur Cent. 10. cap. 9. Nos ea ſummatim, ac breuiter perſtringemus.

Nouatoribus nihil prodeſt.

Sũma Actorum huius Synodi.

Vbi reuerſi Roma Legati, anno ſuperiori miſſi, ſe à Pontifice non auditos retulerunt; quaſi ex eo ſilentio intelligi deberet, iudicandi facultatem in Francorum Epiſcopos deuolutā; tam Rex, quàm Epiſcopi celebrandæ contra Arnulphum Synodi conſilium ineunt. Ad quam ſæpè vocatus Arnulphus, cum ſe excuſaret, quod à Carolo Rege Lauduni detineretur in vinculis; factum eſt præterea, vt proditione Laudunenſis Epiſcopi ab Hugone Rege eadem Ciuitas, & Arnulphus, qui ibidem erat, caperetur: quem Rex iudicandum deduci iuſſit ad Synodum Rhemis collectam. Eò cum 15. Kalend. Iulij conueniſſent Epiſcopi Diœceſani ſex, præter complures alios aliarum Galliæ Prouinciarum Antiſtites; decem ex illis ad iudicandum ſunt delecti; tres verò Abbates admiſſi pro defendenda Arnulphi cauſſa (quorum vnus Abbo Floriacenſis) ſummæ ſanctitatis atque ſcientiæ viri, qui non pro Arnulpho duntaxat aſtitiſſe noſcuntur, ſed potiſſimùm pro Apoſtolica Sede, ſine cuius authoritate conteſtati ſunt eiuſmodi iudicium peragi non poſſe. Verùm multa aduerſus iſta Arnulphus alius Aurelianenſis Epiſcopus deblaterans, demonſtrare contendit, Romanos Pontifices ob prauos mores, & ignorantiam excidiſſe ab omni Pontificia authoritate, quā alioqui reſidere agnoſcit in eadem Sede Apoſtolica; ac denique ex eo, quòd ab ipſis Gallicanis Epiſcopis miſſi Romam Legati non fuiſſent auditi, ſubintulit, eiſdem licere Arnulphi cauſſam tractare, atque prolata ſententia definire. His itaque pro arbitrio comprobatis, idem Arnulphus reus iudicatus, & de proditione, quam negaret, Ciuitatis Rhemenſis redargutus teſtimonio Adalgeri Presbyteri iam confeſsi, ſe ipſius mandato portas aperuiſſe hoſtibus, cum & poſt quatuor Epiſcopis ſecretò multa alia crimina confeſſus eſſet; damnationis ſententiam à Synodo accepit. Hæc ſummatim, quæ fuſiſſimè ſtylo ſuo tractauit Gerbertus, qui & ſcribit, defenſores Arnulphi à Synodo veniam poſtulaſſe, quòd eius negotia minus cautè priùs inſpexiſſent, & quòd Concilium longis dilationibus defatigaſſent: & adiungunt, non ſe controuerſiarum genere adductos, ad ſtudium defenſionis acceſ-

Digitized by Google

acceſsiſſe, ſed Epiſcoporum anathema ſibi neceſsitatem dicendi impoſuiſſe. Non dubium, à Gerberto multa addita, multa item immutata fuiſſe; alioqui enim ſi volebat fideliter, & ſincerè referre Acta illius Synodi, cur factam ſui in Arnulphi locum ſubrogationem reticuit, præcipuè verò reclamationem interpoſitam à primario iudice Seguino, Archiepiſcopo Senonenſi, quam ex legitimis, publiciſque conſeruatis huius Synodi Actis recenſet Reginaldus in Auctario ad Aimoinum lib. 5. cap. 45. cuius verba ſupra recitauimus? Non omittenda viſa ſunt Mornæo, quæ in ea Pſeudoſynodo blaterauit Arnulphus Aurelianenſis Epiſcopus aduerſus Romanum Pontificem, & Sedem Apoſtolicam, quibus iſta ſubiecit:

Gerbertus multa ijs addidit, multa immutauit.

Pag.221 *Et hic Synodi finis, quam quidem fuſius nobis exponere viſum, vnde omnibus manifeſtum fieret, in hoc negotio, Patres noſtri Gallicani quàm vnanimiter per Arnulphi Aurelianenſis ôs locuti, quàm grauiter, maturè, moderatè, circumſpectè verſati; de Roma etiam et de Pontifice quid iam et ſentirent & iudicarent plerique.*

HOc Iudicium veſani iſtius hæretici. Verùm longè aliud iudicarunt ipſi Epiſcopi Gallicani in poſteriori Synodo Rhemenſi. Cõſenſerunt enim in reſtitutionem Arnulphi, & abrogationem Gerberti: conſenſit & ipſe Rex Sedis Apoſtolicæ authoritati obedire: & aduerſus Arnulphum illum Aurelianenſem (cuius titulo tot blaſphemias Gerbertus eructauit) tunc quoque ſcriptus eſt liber ab Abbone Abbate Floriacenſi, qui pro Apoſtolica Sede in concilio ſteterat, cuius lucubrationis meminit Trithemius. Eius ineptias refutauit, & confutauit abundè Baronius ad annum 992. art. 45. Mornæus:

Huius Synodi iudicium in ſequenti reuocatum.

Pag.221 *Excandeſcit idcircò Papa Ioannes, & Regibus anathema minatur; Hugo verò qui competitoribus ex eo anſam præberi metuit, totius negotij ſeriem ſcripto expoſitam cum literis ad eum mittit, his verbis; Nihil nos cõtra Apoſtolatum veſtrum &c.*

IOannes equidem vbi intellexiſſet abrogationem Arnulphi Archiepiſcopi Rhemenſis, & ſubrogationem Gerberti, inſuper & Arnulphum ipſum coniectum fuiſſe in carcerem, valde indignatus, illis Epiſcopis Sacris interdixit, & Acta in Synodo Rhemenſi reſcidit. Hinc Rex ad eum Legationem mittit cum literis, quas hôc loco recitat Mornæus: quibus etiam productis ſubijcit Baronius ad annum Chriſti 994. art. 2. *Hactenus noui Regis Francorum ad Pontificem Romanum Epiſtola, qua erga Apoſtolicam Sedem conſuetam Francorum Regum propenſionẽ ſignificat, cuius ſe, ſuoſque iudicio ſubijcit, quod non ſolum verbis, ſed rebus, præſtitit, paſſus quęcunq; in cauſa Arnulphi fuiſſent Synodalia Decreta definita, irrita ab eo reddi, atque penitùs aboleri.* Sed Mornæus: *Hugo* (inquit) *competitoribus ex eo anſam præberi metuit.* Atqui cum has literas ſcripſit ad Ioannem Pontificem, nullum habebat competitorem, redegerat in poteſtatem Carolum, & confirmatum erat Regnum in manu eius. Cur antea non timuit Competitoribus anſam dare, cum ab Epiſcopis Arnulphum curauit in Synodo exauctorari, cumque per triennium in carcere detinuit? Friuola igitur hæc cauſſa aſsignata à Mornæo. Valde interim exacerbatus Gerbertus in ipſum Romanum Pontificem, ad Seguinum Archiepiſcopum Senonenſem literas dedit virulentas, vt ex animo admodum exacerbato proditas, Catholico homine prorsùs indignas; ſiquidem totus in eo verſatur, vt excommunicationem latam aduersùs omnes Epiſcopos, qui iudicauerunt cauſſam Arnulphi, ab ipſo Ioanne Romano Pontifice, contemnendam eſſe demonſtret. Has literas citauit hoc loco Mornæus, quas Baronius cõfutat: & imprimis ad hæc:

Hugo propenſus erga Sedem Apoſtolicam.

Friuola huius propenſionis cauſa, quã aſſignat Mornæus.

Conſtanter dico, quod ſi ipſe Romanus Epiſcopus in fratrem peccauerit, ſæpius admonitus Eccleſiam non audierit, hic inquam Romanus Epiſcopus præcepto Dei eſt habendus ſicut Ethnicus, et publicanus &c. Pag.221

O *ſententiam* (inquit ad annum 992. art. 45.) *homine tantùm ſiue magno aliquo hæretico, ſiue impudenti valde ſchiſmatico dignam, qua ſacra ſimul Concilia abrogantur, Canones iugulantur, Traditiones ſuffocantur, cuncta denique iura Eccleſiaſtica peſſundantur: vt impoſſibile videatur, à Catholico homine ſomniari iſta, nedum adeo procaciter effutiri. Sed amor priuatus ſeipſum nimis amantis hominis furore prorſus ebrij facit talia delirare.* Mornæus:

Qualis hæc Gerberti ſententia.

Interim ægrè hæc paſſus Ioannes modo Romæ modo Aquiſgrani Synodum aſſignat, ad quam Epiſcopi noſtri extra Regnum non teneri cauſati, conuenire detractant. Pag.221

VErùm nuſquam, quod ſciam, legimus, Pontificem aut Aquiſgranum, aut Romam pro cauſſa Arnulphi Epiſcopos Galliæ conuocaſſe, aut eos reſpondiſſe, ſe non teneri extra Galliam; immò legimus, Epiſcopos Galliarum ſæpè ad Synodos extra Galliam iuſſu Romani Pontificis vocatos conueniſſe. Annon omnes Epiſcopi etiam Galliarum, venturos ſe ad Synodum vocatos à Romano Pontifice iurant in ſua ordinatione, niſi præpediti fuerint canonica præpeditione?

An hæ Synodi à Pontifice aſſignata, & an Epiſcopi Galliæ id ille reſponderint.

Cum in Gallias Rex ſuis literis Pontificem inuitaſſet, Legatum eò ille miſit, virum ſanctiſsi-

Digitized by Google

ctiſsimum, Abbatem Monaſterij Sãcti Bonifacij in Vrbe, Leonem nomine; vbi quid egerit, ex dicendis conſtabit. Interim Mornæus:

Demum ex Munſoni in finibus Galliæ, vbi ſolus Gerbertus ab Hugone, Rhemenſis Archiepiſcopus nominatus, fidenter comparet, coramq; Leone Sancti Bonifacij Abbate, Pontificis Legato, compluribus Germaniæ, & Italiæ Epiſcopis adſiſtentibus, Patrum Gallicanorum cauſam tuetur; tàm ſtrenuè, vt inconſulto Papa, Legatus vlterius progredi non audeat, rê in aliam Synodum Rhemis conuocandam reijciat &c. Pag. 222

De Synodo Munſoni habita.

HAec ſine authore refert. Illa Synodus Munſoni habita eſt, prout ſcribit Papyrius Maſſonus Annal. Francorum lib. 3. in Hugone, & Roberto anno 995. indictione octaua, quarto Nonas Iunij, qui & hæc ſubijcit: *Munſonum eſt oppidum Belgicæ, Rhemenſi Metropoli ſubiectum, hodieque priſcum nomen retinens.* Gerbertus, qui, exauctarato Arnulpho, in eius locum ſuffectus fuerat, patientiſsimè auditus eſt. Inter cœtera dicit, Arnulphum conuentum, & commonitum literis à Legatis Epiſcoporum Galliæ, vt à cœpto furore deſiſteret, &, ſi valeret, quoquomodo ſe à proditionis ſcelere purgaret, dum monita ſalubria contempſit, habitum eſſe tanquã Publicanum, excluſumque à Rhemẽſi Eccleſia, ſibi verò reluctanti onus Sacerdotij ſub diuini nominis obteſtatione impoſitum. Cum Orationem ſuam Leoni ſcriptam porrexiſſet; ipſe Leo aliam Synodum Kalend. Iulij Rhemis habendam denuntiat. Interim Monachum ſuum idem Legatus ad Reges Frãcorum duci iubet, & per Epiſcopos Gerberto mandat, vt à diuino officio vſque ad denunciatam Synodum abſtineat. Extat Oratio Apologetica à Gerberto in hac Synodo habita, quam recitant Magdeburgenſes cent. 10. cap. 9. col. 517. & Baronius ad annum Chriſti 995. art. 7. vbi meritò, mala fide geſtum eſſe, ſcribit, vt omnia, quæ ſcripſerit, atque dixerit pro ſe Gerbertus, ſint edita à Nouatoribus; quæ autem contra ipſum obiecta, ſint ſepulta ſilentio. Cur non edita pariter, quæ contrà ipſum in eadem Synodo Apoſtolicæ Sedis Legatus copioſiſsimè diſputauit? quæ inter Acta Rhemenſium Epiſcoporum fuiſſe recondita, idem qui ſupra apud Aimoinum Author lib. 5. cap. 45. affirmat his verbis: *Altercationem verò Gerberti Pontificis, & Leonis Abbatis valde vtilem inuenies in Geſtis Pontificum Rhemorum*: quæ certè ex legitimis Actis, quæ citat, ſumpta videntur, & magis vera, quam quæ ex Epiſtolis Gerberti ſuam ipſius cauſſam agentis, ſunt prodita. Si verò tam ſtrenuè cauſſam Patrum Gallicanorum tutatus eſt Gerbertus, prout ſcribit Mornæus; quomodo igitur poſtea conſenſerunt reſtitutioni Arnulphi, & abrogationi eiuſdem Gerberti? Siquidem res non vi, ac tyrannide acta eſt: certum eſt, auditos fuiſſe aduerſarios, & item defenſores Arnulphi, rationibus vtrinque expenſis, & maturè conſideratis: conſtat, prolatam eſſe ſententiam; idque in Synodo Rhemenſi poſteriori habita; vbi meritò ſpectandam proponit Baronius ad annum 995. art. 12. obſeruantiam Hugonis Regis Francorum erga Sedem Apoſtolicã, *vt nulla habita ratione eorum, quæ in Arnulphum Synodus decreuiſſet, neque (quod plurimùm apud Reges etiam Chriſtianos valere ſolet) iuris regnandi, vt obſequatur ipſi Romano Pontifici, in Eccleſiam Rhemenſem reſtitui Arnulphum eductum de carcere patitur, quem ſemper vt germen Carolinæ regnantis hactenùs ſtirpis ſibi aduerſantem expertus eſſet. Eſt plane in hoc & illud ampliùs mirandum, quod hoc præſertim tempore tanti fecerit Hugo Romanum Pontificem, quando eſſet contemptui apud ſuos, & à Creſcentio veluti vinctus, vel ſaltem obſeſſus detineretur in Palatio, vt non niſi quem Creſcentius vellet, aditum ad illum habere poſſet, & qui Romæ contemnitur à Tyranno, in Gallia adeo colatur à Rege.* Hæc Baronius. Vnde certè conſtat, non ideo litteras, aut Legationem miſiſſe Regem ad Pontificem, quia timeret, ne ſuis competitoribus anſam præberet. Quid enim illi damni, aut competitoribus, quos certè iam nullos habebat, vtilitatis poterat Pontifex in tantas anguſtias redactus, adferre? Sed Mornæus:

Gerbertus an ſtrenuè tutatus Patrum Gallicanorum cauſſam.

Hugonis obſeruãtia erga Sedẽ Apoſtolicã.

Arnulphus ille, in ſecunda Synodo Rhemenſi, ſedi reſtituitur, quod Leonem Pontificis Legatum obtinuiſſe, veriſimile, quòd Iohannes Regis Roberti matrimonium confirmaſſet, ſicuti ex Gerberti ad Reginã Adeleidam Epiſtola apparet; Adde etiam Gerbertum, ijs quæ proponebantur conditionibus Epiſcopatum retinere noluiſſe. Matrimonium verò illud, ex quadam Hugonis Epiſtola, quæ inter Gerberti Epiſtolas legitur, Regis Roberti cum Bertha Rodulphi Burgundiæ Regis ſorore, fuiſſe videtur; quod poſtea propter cognationem naturalem quæ conſanguinitati accedebat, diremptum fuit. Pag. 222

HAec omnia Mornæus ſine authore: & quod citat ex Epiſtola Gerberti ad Reginam Adeleidam, quæ eſt in ordine 159. *Robertus Abbas vt abſolueretur obtinuit ob confirmandum ſenioris mei Regis Roberti nouum coniugium, vt mihi à Rhemenſibus per literas ſignificatum eſt*; illud verò coniugium intelligit Mornæus, quod Robertus cum Berta contraxerat Rodulphi Burgundiæ

Re-

Digitized by Google

Roberti cōiugiū cum Berta Pontifex vel eius Legatus nō probauit.

Regis ſorore; Certè ex verbis Gerberti non colligitur, illud coniugium vnquam confirmatum aut à Pontifice, aut à Leone illius Legato. Immo tantum abeſt, vt Pontifex Romanus confirmaret coniugium Roberti cum Berta commatre, & affine ſua, vt cum illud ex permiſsione adulantium ſibi Epiſcoporum contraxiſſet, reclamauerit Gregorius V. Papa, Ioānis ſucceſſor, illudq; diſſolutum ſit, & delinquētes Epiſcopi pœnitentia caſtigati, prout conſtat ex Epiſt. Leonis IX. ad Henricum, huius Roberti filium, à Baronio etiam relata ad annum 998. art. 1. Petrus Damiani lib. 2. in Epiſt. 15. ad Deſiderium Abbatem Caſsinenſem, de eiuſdem Roberti Regis agens coniugio, oſtēdit, Epiſcopos Galliarum ita coercitos à Summo Pōtifice, poſtea ſub anathemate cohibuiſſe Regem ab huiuſmodi coniugio, indeque factum, vt ab eius ſocietate vniuerſi recederent, nec præter duos ſeruulos ad neceſſarij victus obſequium remanerent, qui tamen & ipſi omnia vaſa, in quibus Rex edebat & bibebat, abominabilia iudicantes, mox igni traderēt, hiſque Regem coarctatum anguſtijs diuortiū cum Berta feciſſe, legitimamque vxorem duxiſſe Conſtantiam, filiam Vuilelmi Comitis Arelatenſis. Cœterum ex priori eiuſmodi illicito coniugio monſtrum natum eſſe, Anſerinum collum & caput habens, idem Petrus aſſerit. Porrò ſuaſione Abbonis Floriacenſis Abbatis, magnæ ſanctitatis viri, Robertum dimiſiſſe prædictam commatrem, & affinem ſuā, ac deinceps piè, & ſanctè vixiſſe, teſtatur Helgaldus eiuſdem Cœnobij Monachus, texens res ab eodem Rege præclarè geſtas. Non igitur Ioannes Pontifex, aut Leo illius Legatus Roberti Regis cum Berta matrimonium confirmauit; alioqui enim non reclamaſſet illius ſucceſſor Gregorius V. aut Epiſcopos, qui in illud conſenſerant, coercuiſſet; qui nec excōmunicationis inde ſententiam in Robertū tuliſſent, immò Pontifici obieciſſent, illud à deceſſore ſuo confirmatum fuiſſe. Et qui mendacium loquitur, ex proprijs loquitur Mornæus.

Robertus quomodo adactus ad diuortium cum Berta.

Ridiculum Mornai cōmentum de Gerberto.

Ridiculum verò quod ſcribit, ijs, quæ proponebantur conditionibus, Gerbertum Epiſcopatum retinere noluiſſe. Neque enim vllæ cōditiones Gerberto propoſitæ leguntur; ſed ex ſententia Legati, & totius Synodi Arnulphus reſtitutus, & ille deiectus: nec vllum authorem citat Aduerſarius eius, quod aſſerit.

Producit & Apologiam, quam vocat Eccleſiæ Gallicanæ, ipſius ſcilicet Gerberti ad Vuilderodonem Epiſcopum Argentinenſem Epiſtolā, in qua præter illa, quæ de Arnulphi cauſſa diſputat, in eo multus eſt, vt Decretalium Epiſtolarum Romanorum Pontificum authoritatem minuat. Vſus etiam ad hoc authoritate, & argumentis Hincmari olim Archiepiſcopi Rhemenſis. Hanc abundè confutat Baronius ad annum Chriſti 992. art. 33. vt nihil præterea opus ſit contra eam adferre.

Epiſtolæ Gerberti hæc ſubijcit Mornæus:

Qui interim Floriacenſis Abbatiæ monachus non à progenie, quod ipſe fatetur, nec ab opibus commendatus, ſcientiæ & prudentiæ tantùm nomine, nobilioribus & ditioribus antelatus. Pag. 223

Gerbertus, qualis monachus.

VIdetur itaque eum præter morem ſuum à Monachiſmo commendare Mornæus. Verùm, vt rectè Baronius ibidem, *ſub ſpecie inſtituendi filium Hugonis Regis Robertum, cum Monaſterio Monaſticam quoque verecundiam miſſam fecit, Curialis inter Curiales (ſecundùm illud propheticum (pſal. 105.) Conuerſati ſunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum, ſic profiteri cœpit, vt garrulitate, dicacitate, oblocutione, detractione, adulatione, animi duplicitate, ad ſimulandum, atque fallendum ſumma dexteritate compoſitus, omnes facilè antecelleret &c.* Etſi verò Monachus, tamen ab Epiſcopatu Rhemenſi, in quem intruſus fuerat, Romani Pontificis authoritate deiectus. Vnde non mirum, ſi iſta, quæ citat Mornæus, ſcripſerit in Romanum Pontificem & ſanctam Romanam Eccleſiam.

Viſum Mornæo & inſerere Baronij iudiciū Tom. 10. ſuorum Annalium anno 911. de hoc ſæculo, & ſtatu tùm temporis Eccleſiæ Romanæ. Verùm iam ad ea ſuo loco reſpondimus, & hominum vitium eſt, non Cathedræ Petri, aut Sedis Apoſtolicæ. Non aliunde verò eò redactus erat tum ſtatus Romanæ Eccleſiæ, quàm quòd Laici Proceres rebus Eccleſiaſticis ſe immiſcerent, & pro arbitrio Romanæ Eccleſiæ Pontifices imponerent; neque tamen inde Romanorum Pontificum interupta ſucceſsio, vt iam ſuo loco oſtendimus. Mornæus:

Nec hic omiſſum volumus, Glabrum noſtrum à Baronio repræhendi, vbi tamē Gallicanæ Eccleſiæ fidem gnauiter exprimit. Fulco Comes Andegauenſis &c. Pag. 223

De Fulconis Andegauenſis cauſſa, à Ioanne Pſeudopōtif. obtenta.

HIſtoria ſic habet. Cum Fulco Comes Andegauenſis egregiam erexiſſet Eccleſiam, nec inducere potuiſſet Henricum Archiepiſcopum Turonenſem, in cuius Diœceſi erat erecta, vt eam conſecraret, niſi priùs Fulco reſtitueret bona Eccleſiæ, quæ rapuiſſet; Romam ſe Fulco conferens, à Ioanne Pſendopontifice, qui tum Romæ ſedebat aduerſus Gregoriū V. multis muneribus impetrauit, aliquem mitteret, qui eam Pontificis nomine conſecraret: miſſuſque ad hoc eſt Petrus S. R. E. Cardinalis, qui ſolemni ritu illud confecit. Verùm eodem ipſo die ſuperueniens vehementiſsimus turbo, eam Eccleſiam funditùs diruit. Hæc Rodulphus Glaber ſincerè. Verùm in definienda cauſſa repentinæ ruinæ valde hallucinatus errauit, & meritò repræhenditur à Baronio, dum eam fuiſſe ait, quod Romanus Pontifex præſūpſiſſet in aliena Diœceſi Eccleſiam conſecrare. Nec enim hoc ſolum poſſe, ſed & in omnibus Diœceſibus omnimodam authoritatem habere, Eccleſiaſticæ leges, vſus ipſe, & antiqua

Cur Glaber à Baronio reprahēſus.

qua

Digitized by Google

qua traditio docet; & Ioannes ipſe Papa & Martyr Conſtantinopoli conſecrauit Eccleſias, quæ erant Arianorum, in vſum Catholicorum. Verior itaque cauſſa eſt, quòd oſtenderit eo ſigno Deus, oblationes ſacrilegi, & impotentis Comitis ſibi non eſſe gratas, vt demonſtratum olim fuit in Eccleſia ab impio Iuliano poſtea apoſtata ædificari cœpta; nec præterea placere, quæ per ſchiſmaticum Pontificem mandata eſſent. Verum quidem eſt, ſacris Canonibus cautum eſſe, Eccleſiam nonniſi à proprio Epiſcopo, aut ſaltem de illius conſenſu conſecrari debere, c. *Tua Fraternitas*, de conſecrat. Eccleſiæ, vel altaris; ſed Pontifex Romanus Epiſcopus eſt totius Eccleſiæ Catholicæ, & in qualibet Diœceſi, vt dictum eſt, omnimodam habet authoritatē: neque aliud tum ſenſerunt Epiſcopi Gallicani, nec Eccleſiæ Gallicanæ ſententiam, ſed ſuum priuatum errorem ſcripſit Glaber Rodulphus. Certè Benedictus VIII. in Germaniam profectus aliquot annis poſtea, ad preces Henrici primi Imperatoris Eccleſiam, quam ille ex ſumptibus ſui patrimonij conſtruxerat ad honorem Sancti Georgij, conſecrauit. Author Leo Hoſtienſis lib. 2. cap. 47. nec tamen tum Eccleſia illa corruiſſe legitur.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum quadrageſimum.

IN hoc Progreſſu iam aliud ſæculum ingreditur, nempe ab anno 1000. ac Pontifices recenſet à Silueſtro II. ad Gregorium VI. vt ab eo hic recenſiti nos deducant ad annū 1045. De hoc ſæculo hæc profert ex Faſciculo temporum anno 1000.

Pag. 226

Tempus effeminatum incepit circa annos Domini 1000. in quo fides Chriſtiana valde cœpit deficere, & declinare à priſtina virilitate, vt apparet in prophetia Sanctæ Hildegardis, &c. augurijs & maleficijs intendentes, & erat Sacerdos ſicut populus.

Quæ ſupprimat ex Faſciculo tēporū Mornaus.

VErùm malignè, quæ mox ſubiungit author Faſciculi temporum, ſupprimit, hæc nēpe: *Sed miſericors Dominus contra hæc mala iterum plures Apoſtolicos viros ſuſcitauit, qui hanc ariditatem bonis exemplis, & prædicationibus irrigarent, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis: & multi Ordines maximo feruore ſuccreuerunt, vt periculoſum tempus illuſtrarent. Et quia ſæpe huiuſmodi reformationes factæ fuerunt præter ſpem, & in ſequentibus futuræ ſunt; ideò fatuum eſt determinare, quod Antichriſtus tunc, vel tunc veniret propter malitiam temporis, quod plerique attentauerunt, quos omnes feſellit ſua opinio, & Euangelica deriſit ſanctio, & ipſa temporis reprobauit experientia.* Hæc omiſerat Mornæus, vt ſententiæ ſuæ de Monaſticis Ordinibus, & doctrinæ de Antichriſto parum conſentanea. Dicitur quidem tum fortaſſe fides Chriſtiana cœpiſſe deficere, & declinare à priſtina virilitate, quòd tum hereſes aliquot, vt noſtro hoc infœliciſsimo ſæculo, pullulârint, & refriguerit charitas multorum, cum tamen tum floruerit Sanctitate Stephanus Vngarorum Dux, qui miſsis Romam Legatis à Pontifice Romano Regni coronam accepit, & *Vngarorum Rex* cœpit appellari, & per idem tempus Meſca Polonorum Dux Chriſtianam complexus fidem, Legatos ſuos Romam miſerit, vt Pontificis benedictionem, & Regium ipſi titulum impetrarent.

Quo ſenſu hoc ſæculo Chriſtiana fides cœperit à priſtina virilitate deficere.

Stephanus Vngarorū Dux hoc ſæculo ſanctitate clarus.

Dux Polonorū Chriſti fidē amplexus.

Gerbertus reſtituto Arnulpho Sedi ſuæ in Synodo Rhemenſi deiectus, ad Othonem III. Imperatorem, cuius præceptor fuerat, ſeſe cōtulerat. Inde, cum Rauennatum Archiepiſcopus ex hac vita migraſſet, Imperator in locum eius ſubrogādum curauit Gerbertum. In hunc deinde, poſt Gregorij V. Pontificis, propinqui ſui mortem, oculos conuertit, cum doctrinæ laude præſtantem, tum de ſe optimè meritum, quippe ſuum in his ipſis, quibus ille excelluit, diſciplinis, Magiſtrum; itaque Comitijs habitis, cum Kalend. Nouembris Pontificē Romanis ipſis approbantibus dedit, & Silueſtrum ſecundum vocauit. De eo Mornæus:

Gerbertus qui Syluester 2. ad Pōtificatū euectus.

Facile conſtat in ſublimiorum quarumq; ſcientiarum, Mathematicarum præſertim arcana penetrarat; Sed vt erectiora illa ingenia difficulter tenent modum, in Necromantiam vſq; perua ſiße, multis authoribus, non ſine magno vituperio creditur; cuius adeò ope ad Pontificatum ſibi gradum fecerit.

Pag. 224

HAnc elegantem fabulam de Silueſtro ſecundo Pontificatum Magicis artib⁹ adepto, & de eiuſdem morte huic loco attexēdam indicauit Mornæus, vtpote qui de illis eſt, de quibus Apoſtolus: *A veritate quidem auditum auertent; ad fabulas autem conuertentur* 2. Timoth. 4. Hanc etiam Magdeburgenſes recitant cent. 10. cap. 10. pag. 548. Vnde nata verò fuerit hæc fabula; tam cita (cenſet Baronius ad an-

Silueſtrū 2. Pontificatū Magicis artib⁹ adeptum eſſe, fabula eſt: quæ illi origo, quis autor.

num 999. art. 3.) tamque inopinata promotio, & continuata proſperitas, viri præſertim, qui in conuentu Epiſcoporum iudicio Sedis Apoſtolicæ redactus fuerat in ordinem, occaſionē præbuit de ipſo opinandi, atque ſcribendi, eū Magicis incantationibus ad Sedis Apoſtolicæ culmen prouectum eſſe, pacta pro mercede Diabolo anima, quam ſtatuto loco Hieroſolymis (ſic nuncupata in Vrbe, Sanctæ Crucis Eccleſia) exactor violentus extorſerit. Ad quæ ſimplicium auribus ingerenda non leue additum eſt argumentum, quòd in tam rudi ſæculo Mathematicæ ſcientiæ, præcipuè verò Aſtrologiæ hic ſcientiſsimus eſſet. Iſti fuere colores, quibus ad tam abſurda, & monſtruoſa de illo fingenda impudens homo Benno ſchiſmaticus, qui ſe Cardinalem Archipreſbyterum nominat, eſt vſus. Et quidem poſt annos 80. cum aduersùs Gregorium VII. Henricus Imperator, cuius ſchiſmati iſte fauebat, bellum geſsit, nullus ante eum de Silueſtro ea ſcripſiſſe reperitur: qui etiam eadem malitia & alios Gregorij VII. prædeceſſores Magiæ accuſauit, & vt maleficos damnauit. Ab eo deinceps alij Scriptores, in quibus citandis diligentiſsimus eſt Mornæus, hanc fabulam ſunt mutuati; cum alioqui omnes, qui ſub eius Pontificatu vixerunt, honorificam de eo mentionem habuerint, vt Ditmarus Scriptor grauiſsimus, Epiſcopus Merſeburgius in Saxonia, & Helgaldus Monachus Floriacenſis, qui ſumma fide vitam ſcripſit Roberti Regis Francorum, cuius hic Gerbertus magiſter extitit. Vanitatis etiam hanc fabulam redarguit Epitaphium eius ſepulchro inſculptum in Baſilica Lateranenſi, Sergio Papa IV. authore, omnium conſenſu viro ſancto, & qui tantùm quinque annis eo poſterior fuit: in quo laudatur Silueſter tanquam optimus Pontifex; vt omnino impoſsibile videatur, tàm probroſo exitu, qualem ex Bennone, & alijs poſt eum ſcriptoribus Mornæus hic refert, palam extinctum Pontificem tali elogio commendari; eo præſertim loco, vbi talia fieri contigiſſet. Mendacia quinetiam manifeſta hanc fabulam inuoluunt. Siquidem ſcribunt, Hiſpalim illum profectum, Vrbem Hiſpaniæ, bonarum artium addiſcendarum cauſſa, ibique artem Magicam ex libro, quem ſuffuratus erat, hauſiſſe; cum tamen tum temporis Hiſpalis poſsideretur à Sarracenis, apud quos nullum genus literarum vigebat, ſed barbarie erat plena. Sic & illud fabuloſum, & ridiculum de colliſione eius oſsium, & ſudore ſepulchri, morte alicuius Pontificis imminente. Mirùm itaque, Sigebertum, qui poſt 200. annos ſuum Chronicum ſcripſit, & alios recentiores Scriptores adeo Bennonis impij ſchiſmatici fuiſſe teſtimonio perculſos, vt dubitauerint, an Silueſter II. ſit inter Pontifices annumerandus, *an verò quem alij* (inquit Sigebertus) *numerant Agapetum, de quo tamen nuſquam alibi mentio, quod illis temporibus ſederit.* Sed id notandum, Mornæum in ſuperiori Oppoſitione magni feciſſe Gerbertum, quòd Acta Concilij Rhemenſis contra Arnulphum concinnaſſet, ad Seguinum Senonenſem, & Vuilderodonem Argentinenſem Archiepiſcopos multa in Pontificem Romanum, & Sedem Apoſtolicam ſcripſiſſet, *Qui* (inquit) *Floriacenſis Abbatiæ Monachus non a progenie, nec ab opibus commendatus, ſcientiæ & prudentiæ tantùm nomine nobilioribus, & ditioribus antelatus.* Nullam tum Necromantiæ Gerberti mentionem fecit, neque libri, quem ſuffuratus erat Hiſpali in Hiſpania, vnde artem Magicam hauſerit. At vbi Pontificatum inijt, magna diligentia hæc cum omnibus circunſtantijs deſcribenda curauit, vt cui nihil aliud propoſitum, quàm per fas & nefas, iure vel iniuria Pontificibus oblaterare, atque obſtrepere. Quæ verò citat ex Bennone de Silueſtri II. Diſcipulis, æquè vt reliqua fabuloſa ſunt, ab ipſo impio, & ſchiſmatico Bennone primùm excogitata.

Mornæi malitia in citando Gerbertum.

Pag. 225

Baronij iudicium de Gerberto & ante, tum poſt Pontificatum.

Quoad Iudicium Baronij de Silueſtro II. Equidem tanta Sede indigniſsimum fuiſſe ſcribit, vt pote cuius hoſtis extitiſſet infeſtiſsimus, eandemque ſuis ſcriptis dirè proſcidiſſet: *Et illud* (inquit) *omnino affirmare poſſumus, nullum hactenus in Petri Sedem fuiſſe promotum, qui eandem Sedem ſuis ſcriptis ita proſciderit, vt Gerbertus.* Et hæc ad annum Chriſti 999. art. 2. Verùm de eodem ad annum 1003. art. 3. *Etſi ipſum* (inquit) *ad conciliandos ſibi in Eccleſia gradus ſuperiores ſemper vidimus inhiaſſe, potius tamen illis munus explere, quod eſſet conſecutus, omnibus numeris conatus eſſe videtur; ita vt ne leuiſſima prætermitteret in his, quæ ſpectarent ad defenſionem Eccleſiæ iurium.* Poſtea art. 7. *Nec ſileatur de ipſo, quod ex eiuſdem Epiſtolis conſequi licuit, eiuſque laudi cedit, cultorem fuiſſe ſanctorum virorum tunc viuentium, nimirum Sancti Maioli Cluniacenſis Abbatis, Eberardi æquè magnæ ſanctitatis viri, & aliorum tunc eodem nomine florentium: cupidumq. fuiſſe monaſticæ obſeruantiæ, malorum verò acerrimum correctorem.* Sedit annos 4. menſes 6. dies 12.

De Ioanne 16. & 17. Pontificibus.

Defuncto Silueſtro, ſubrogatum in eius locum fuiſſe Ioannem cognomento Siccum, patria Romanum, Pontificem eius nominis XVI. dictum XVIII. ſediſſeque tantùm menſes quinque & dies aliquot, habent veteres Indices Vaticani, in eiuſque locum ſubrogatum eſſe Ioannem XVII. eius nominis, dictum XIX. Platina illum XIX. hunc XX. nominat, quem ſequitur Mornæus, ſed quia fictitium illum Ioannem VIII. quem dicunt fuiſſe fœminam inter Leonem IV. & Benedictum III. collocant, aliosque ſchiſmaticos huius nominis inter Pontifices recenſent. Vltimus iſte, vt annotat Onuphrius ad Platinam, in ſuis Diplomatibus ſe XIX. appellat. De his Baronius ad annum Chriſti 1003. art. 10. *Hos ad euitandam in numero eiuſdem nominis Pontificum confuſionem, atque perplexitatem, quæ Lectoribus poſſet moleſtiam afferre, non pro meritis ſingulorum, ſed pro communi aſſertione nulli interim*

præ-

Digitized by Google

præiudicium inferentes veritati, numerabimus duos Ioannes hoc anno Pontifices, priorem XVIII. poſteriorem XIX. quem tradunt cognomento dictum eſſe Faſanum, creatumque hoc anno 12. Kalend. Decemb. Sed rectius quidem Hermannus illum XVI hũc verò XVII prætermiſſo Placentino illo (vtpote qui creatus eſt contra Gregorium V.) *Papam appellat*; Cum Ioannes ille XVII. dictus XIX. Platinæ, & Mornæo XX. ſediſſet annos 5. menſes 7. dies 21. in eius defuncti locum ſubrogatus eſt Sergius IV.

Sergius 4. Pontifex.

Pag. 226 **Neuter** (inquit Mornæus) ***aliqua re inſignis.***

Quàm inſignis.

ID tamen de Sergio IV. ſcribunt Platina, Onuphrius in Epitome Rom. Põt. & alij, quod fuerit vir ſanctiſsimæ vitæ, grataeq; cõſuetudinis ante Põtificatum, & in ipſo Magiſtratu, in pauperes liberalis, in amicos, & familiares iucundus, in delinquentes clemens, in contumaces modeſtus: tantæ præterea prudentiæ fuit, vt toto ſuo Pontificatu nihil commiſſum ſit, quo merito repræhendi gubernantis negligentia poſſit. In Deum enim omnem mentem conuertẽs, iuſtè, atque integrè, omnia ex animi ſui ſententia benè natura, & moribus inſtituti, gubernabat. Interea verò huius conſilio, & monitionibus Principes Italiæ, compoſito fœdere, conſilia ineunt pellendi Sarracenos è Sicilia; idque moliri paribus animis & copijs inſtituunt. Aliqua igitur re inſignis Sergius IV. *qui vir ſanctiſſimus* (ait idem Platina) *ſecundo Pontificatus ſui anno, die quintodecima moritur*; cui tamen Onuphrius tribuit annos duos Pontificatus, mẽſes 9. dies 12. Baronius ad annum 1012. art. 1. annos duos, menſes 8. & dies 13. idque docet ex eius ſepulchri inſcriptionẽ, quæ habetur in Lateranenſi Baſilica.

De ſequentibus Pontificibus hæc Mornæus:

Pag. 226 ***Deinde Benedictus octauus, Benedictus nonus, Iohannes vigeſimus primus, Syluester tertius, Gregorius ſextus, qui ad annum milleſimum quadrageſimum quintum nos deducũt, nobis vna quaſi fidelia dealbandi, quia plerique et factione Comitum Tuſculanorum creati, et ſi quæ ſuis authoribus fides, Magiæ crimine infames.***

VErùm hos Pontifices nõ ita oportuit Mornæum vna fidelia dealbare, in quibus ſingulis ſi quid repræhenſione dignum reperiſſet, ſummo certè ſtudio collegiſſet. De Benedicto VIII. vt cętera omittamus; ab eo Henricus Germaniæ Rex Romæ coronatur Imperator anno 1014. indict. 12. 6. Kalend. Martij, prout ex Ditmaro eius tẽporis Scriptore colligit Baronius ad annum 1014. art. 1. ſimulque eius coniux, mulier ſanctiſsima Chunegundis ab eodem corona inſignita, Auguſtæ nomine decoratur. Idem Pontifex expeditionem aduerſus Saracenos ſuſcepit, & illos ſuperauit, totaque ferme Italia expulit; Ditmarus lib. 7. Hiſt. quæ refert etiam Baronius ad annum 1016. art. 1. Ex hac vita migrat 3. Kalend. Martij, cum ſediſſet, prout vult Baronius Marianum ſecutus, annos duodecim, quem poſt mortem precibus Odilonis à Purgatorij pęnis liberatum ſcribit Petrus Damiani Epiſt. 9. ad Nicolaum ſecundum Romanum Pontificem, & in vita S. Odilonis. Hunc ſequitur Ioannes XIX. qui Platinæ, & Mornæo XXI. in Annalibus Baronij XX. Benedicti VIII prædeceſſoris ſui frater germanus, quem alij volunt ex Portuenſi Epiſcopo creatum eſſe Põtificem, alij verò nullis adhuc ſacris Ordinib⁹ initiatum, quod Glaber tradit lib. 4. cap. 1. ſimul docens, fuiſſe cognomẽto Romanum, nomenque ipſum Ioannis tunc tantùm adſciuiſſe cum Pontificatum arripuit; & Baronius ad annum 1024. art. 4. turpiter errare eos ſcribit, qui dicunt, hunc ex Epiſcopo Portuenſi, creatum Papam: qui ſi non aliter, certè ex Petro Damiani, qui tum viuebat, manifeſti erroris redarguuntur, dum in Odilone longè diuerſum ponit Ioannem Epiſcopum Portuenſem à Ioanne Papa, Benedicti germano. Verùm reſponderi poſſet Baronio, Ioannem illum Epiſcopũ Portuenſem, diuerſum ab hoc Ioanne Pontifice, Benedicti fratre, huic Pontifici ſucceſsiſſe in Epiſcopatu Portuenſi poſtquam nimirum ille ex Epiſcopo Portuenſi, creatus erat Pontifex. Petrus Damiani affirmat, Ioannem hunc Pontificem, Benedicti fratrem à Pontificatu ſe abdicaſſe; vnde colligit Baronius, aſſerendum eſſe (cum ad decennium Sedem Pontificiam propagarit, nec niſi morte ea priuatus ſit, cum idem ipſe fuerit) eundem poſt abdicationem, legitima facta electione, legitimum Pontificem iã ſedere cępiſſe, atque ita ad obitum vſque perſeueraſſe, ſicque poſt abdicationem legitimum omninò fuiſſe Pontificem Romanum. Hic Papa, prout ſcribit Onuphrius, Conradum Imperatorem benedictione Imperiali Auguſtum appellauit, qui Romanos nimis terruit, Ioannem Pontificem infeſtantes, excidium quoque interminatus, niſi à vexãdo Pontifice quieſcerẽt. De eo Platina: *Ioannes, cuius vita mirificè laudatur, ſecundo Pontificatus ſui anno, die 9. moritur.* Illi ſubrogatur Benedictus IX. Alberici Comitis Tuſculani filius, quem impuberem fuiſſe tradit Glaber Cluniacenſis Monachus. *Cum tamen de ipſo teſtetur Petrus Damiani* (ait Baronius ad annum 1033. art. 7.) *ab exordio ſuæ creationis vſque ad finem ſemper luxurijs inquinatum, planè poſſumus intelligere haud adeo puerum adhuc impuberem fuiſſe, cui ex natura puritas ineſt, ſed eius ætatis qui ſtimulis concupiſcentiæ vrgeretur.* Hermanus Contractus, in Chronico ad annũ 1033. qui hoc ipſo ſcribebat tempore, dum hoc anno agit de obitu Ioannis, & Benedicti ſubrogatione, de eius ætate nihil: quod non tacuiſſet, ſi adeò impar tanto ſubeundo oneri fuiſ-

Henricus cum vxore Imperiali corona decoratus à Benedicto 8. Pont.

Sarraceni bello ab eodẽ ſuperati

Idẽ precibus S. Odilonis à Purgatorio liberatus.

Benedicto 8 ſuccedit Ioãnes 19. frater germanus.

Is poſt abdicatũ Põtificatũ rurſus ad eundẽ electus.

Ioanni ſuccedit Benedictus 9. qua ætate.

ſet. Hæc tantùm habet: *Defuncto Ioanne Benedictus nonus, qui & Theophilactus, ordinatus, licet indignus tanto Ordine, moribus, & factis, ſedit annis pluſquam duodecim.* Porrò habitum fuiſſe in Chriſtiano Orbe abſque controuerſia Romanum Pontificem, vel inde conſtat, quòd ab eodem Pallium petierit, & obtinuerit Hermannus Archiepiſcopus Hãburgẽſis, eius ſucceſſor Bezeliuus, qui & Alebrandus, & qui eidem ſubrogatus eſt Adelbertus. Ipſo à Romanis pertæſis eius vecordiã expulſo, Ioannes Salinenſis Epiſcopus ſuffectus eſt, Silueſter III. appellat᷑: quẽ tamẽ conſtat non fuiſſe legitimum Pontificẽ, in locum alterius adhuc viuentis ſubrogatum: qui etiam cum tribus menſibus ſediſſet, à Benedicto, iterum adnitentibus propinquis ſuis Tuſculanis Proceribus, Sedi illi reſtituto, pulſus eſt. Verùm non multò poſt Benedictus cum ſe inuiſum omnibus cerneret, Ioanni Romanæ Eccleſiæ Archipreſbytero Pontificatu tradito, ipſe cupiditates ſuas liberiùs executurus in paternam ſe recepit domum. Hæc Leo Oſtienſis lib. 2. Chron. Caſsin. cap. 80. Certè Benedictum à praua ſua vita reſipiſcentem, Pontificatu ceſsiſſe, & priuatam vitam egiſſe, conſtat ex vita S. Bartholomæi Abbatis Cryptæ Ferratę, diſcipuli S. Nili, quæ habetur ĩ Codice M.S. vetutiſsimo eiuſdẽ Monaſterij Romæ:

Silueſter III. non Legitimus Pōtifex.

Benedictus 9. Pontificatu cedit: quã ob cauſſam.

τῷ δὲ τῆς ῥωμαίων ἐκκλησίας τότε ἐφεδρεύοντι, καὶ τοὺς ἀποστολικοῦ θρόνου τοὺς οἴακας ἐπειλημμένῳ ἀρχιερεῖ, καὶ λίαν ἦν ἐπιπόθητος, καὶ τῆς αὐτοῦ γλώττης ἐξήρτητο, καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα ἡδέως ἤκουέ τε καὶ διεπράττετο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν ἰδίῳ καιρῷ λεχθεῖεν. *Eccleſiæ autem Romanæ eo tempore præſidenti, Apoſtolicæque Sedis gubernacula tenenti ſummo Pontifici erat & quidem valde dilectus, atque ab eius ore pendebat, & quæ dicebantur ab eo, cuncta iucundè & audiebat, & perficiebat. Verùm ſuo hac tempore dicenda erunt.* Ἀλλὰ νῦν ἐπανιτέον ὅθεν ἐξέβημεν, καὶ τὰ καλὰ τὸν θεσπέσιον πατέρα ἡμῶν ἀναλαβόντες, ὅπως αἰδέσιμον αὐτὸν τοῖς πᾶσιν ἡ ἀρετὴ πεποίηκεν, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, ἐναργῶς παραστήσωμεν. Ὁ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῷ τότε καιρῷ ἐφεδρεύων νέος ὤν, ὡς μὴ ὤφελε, καὶ ταῖς ἡδοναῖς ἡττώμενος ἀνθρωπίνῳ περιπέπτωκεν ἐγκλήματι. ὀψὲ δὲ τοῦ πάθους ἀνενεγκών, καὶ τοῦ ἤδη πραχθέντος λύσιν ἐπιζητῶν, τοῦτον ἔγγυον μεσίτην, καὶ διαλλακτήριον εὑρών. διὸ καὶ εἰσκαλεῖται τὸν ἄνδρα μεθ' ὅσης ἂν εἴποις τῆς αἰδοῦς, καὶ φιλοφροσύνης, γνωρίζει τούτῳ τὸ πάθος, τὴν προσήκουσαν θεραπείαν ἐπιζητεῖ. Ὁ δὲ οὐ τὸ τοῦ θρόνου ὑψηλὸν ἐπτοήθη, οὐκ εἰς τὸ ὑπερέχον τῆς ἀξίας ἔβλεψεν, οὐκ εἰς δῶρα ἀπεῖδε καὶ τιμάς, ὅπερ οἱ πολλοὶ πάσχουσι τῶν ψυχῶν ἰατροί· ἀλλὰ πρὸς τὸ τοῦ πάθους δυσίατον καιρίαν καὶ τὴν τομὴν διδοὺς αὐτῷ, ἔφη· οὐκ ἔξεστί σοι ἱερουργῆσαι, σχολάσαι δὲ μᾶλλον, καὶ τὸ θεῖον ἐξιλεώσασθαι, ὃ πλημμελήσας παρώξυνας. Ὁ δὲ οὐ μέλλων ἦν, οὐδὲ ἀναβαλλόμενος, ἀλλὰ παρευθὺς τὸν θρόνον καταλιπών, ἰδιωτεύων ἐδείκνυτο. Καὶ οὕτω μὲν ὁ ἀρχιερεύς. *Sed reuertendum iam vnde digreſſi ſumus, ac diuini Patris noſtri egregiè facta reſumentes, quemadmodum eum omnibus venerabilem virtus reddiderit, quod ſuperiùs aſſeruimus; ob oculos manifeſtè ponamus. Qui Apoſtolicæ Sedi eo tempore præſidebat, cùm iunior eſſet (quod vtinam minime vnquam contigiſſet) voluptatibuſque ſuccumberet, in peccatum ex humana prolapſus eſt imbecillitate. Cum autem ſerò tandem reſipuiſſet, patratique condonationem quæreret, nouit hunc aduocatum, ac reconciliatorem inuenire. Proinde & quanta quis dicere queat verecundia, ac beneuolentia virum acceſſit, ei delictum aperit, debitumque remedium expoſcit. Ille autem non throni ſublimitatem veritus eſt, non ad dignitatis excellentiam reſpexit, non ad munera, & honores conuertit oculos, quod medici animarum complures facere ſolent. Verum languori ſanatu non adeo facili tempeſtiuam adhibens ſectionem, dixit: Tibi ſacris præſidere non licet, at deſiſtere potius, quodq. irritaſti peccando, diuinum numen placare. Qui rem minimè diſtulit, nec in longum protraxit, ſed repente Sede relicta, priuatam vitam agebat. Atque hunc quidem in modum ſe geſſit Pontifex.* Certum tamen, eundem Benedictum nõ ſic perſtitiſſe, ſed dimiſſam repetijſſe Cathedram: & tres inuaſores Sedis Apoſtolicæ Otho Phriſingenſis lib. 6. Chron. cap. 32. appellat, vnum ſediſſe ad Sanctum Petrum, alterum ad Sanctam Mariam Maiorem, & Benedictum ipſum in Palatio Lateranenſi. In his tribus Leo Oſtienſis numerat Gregorium VI. Siquidem id nomen inditum fuiſſe Ioanni illi Archipreſbytero, cui Benedictus ceſſerat Pontificatum. Verùm Otho Phriſingenſis, quem ſequitur Onuphrius in Epitome Pontif. Rom. in Gregorio VI. ab illis tribus inuaſoribus Gregorium VI. diſtinguit, qui prius Gratianus appellatus ſit, zelo pietatis Matri ſuæ Eccleſiæ, compatiens, eos adierit, eiſque à ſancta Sede pecunia cedere, perſuaſerit, Benedicto, quia maioris videbatur eſſe authoritatis, redditibus Angliæ relictis: ob quæ Ciues eundem ipſum tanquam Eccleſiæ Dei liberatorem in ſummum Pontificem elegerunt, ac mutato nomine Gregorium VI. vocauerunt. Et hæc ſunt, quæ loco Simoniæ Gregorio poſtea obiecta fuerunt; cùm tamen tranſactio iſta videatur potiùs redemptio vexationis ad pellendos intruſos Pontifices, quàm emptio Pontificatus. Verùm hoc conſtat, Gregorium VI. verè germanum atque legitimum Pontificem à viris ſanctiſsimis atque doctiſsimis eius temporis habitum eſſe. Extat Epiſtola Petri Damiani ad eundum lib. 1. Epiſt. 1. qua ipſi congratulatus eſt, quòd Eccleſia Dei per eius canonicam electionem, & turpitudinum ſordibus expurgatis, priſtinum decorem eſſet conſecuta: & Glaber eius temporis Scriptor eundem ſummopere laudat: *Poſt Benedictum* (inquit) *conſenſu totius populi Romani electum, loco eius ſubrogatus eſt vir religioſiſſimus, ac ſanctitate perſpicuus, Gregorius natione Romanus, cuius bona fama quicquid prior fœdauerat in melius reformauit.* Gulielmus Malmesburienſis lib. 2. de rebus geſtis Anglorum, multis eundem proſequitur encomijs.

Dimiſſam Sedē poſtea repetiit.

Gregorius 6. an inter inuaſores Sedis numerandus.

An Simoniacus.

Habitus fuit legitimus Pontifex.

eomiſs. Vnde conſtat, Gregorium VI. non eſſe eundem Ioannem illum Archipreſbyterũ, cui Pontificatum ceſſerat Benedictus, & qui tertius cum Benedicto IX. & Syluestro III. dicto ſedit, prout vult Oſtienſis; ſed fuiſſe quartum ab illis, poſt ceſſionem, & abdicationem liberam Benedicti IX. legitimum Pontificem. Eum falsò eſſe poſtulatum Simoniæ in Concilio Sutrino, docet ſufficienter Baronius ad annum Chriſti 1046. art. 3. ſed imitatum Gregorium Nazianzenum, qui ob pacem conciliandam Eccleſiæ ſpõte ſe abdicauit, & ipſum eodem animo, eademque virtute Pontificatu ſpõte ceſſiſſe. Et hæc de iſtis Pontificibus à Mornæo obiter hoc loco recẽſitis, quorum aliquos factione Comitum Tuſculanorum creatos eſſe conſtat. Sed quod Magiæ crimine fuerint infames, vnum Bennonem Cardinalem authorẽ profert Mornæus, impium ſchiſmaticum, immò hæreticum, cui eandem fidem, quam Mornæo ipſi habemus; cum vtrique ſummum odiũ in Pontifices, & vnum id inſtitutum eoſdem impoſturis, ac calumnijs proſcindere. De Benedicto id refert ex Petro Damiani, cum poſt obitum cuidam Anachoretæ apparuiſſe horribili figura; videbatur enim monſtrum quoddam in aures dumtaxat aſelli, caudamque deſinere, cætera vrſus erat: rogatum verò de tam ſtupenda metamorphoſi, reſpondiſſe: *Ea ſpecie oberro, quia in Pontificatu ſine lege, & ſine Deo vt beſtia vixi*. Id refert Petrus Damiani lib. 1. Epiſt. 9. ad Nicolaum II. Pontificem. Hic Mornæus:

Benno Cardinalis hæreticus.

Apparitio Benedicti 9. poſt obitum.

Damianus hic licet ſtrenuus Pontificum ſatelles &c. Pag. 227

VIr certè ſanctitate, & doctrina conſpicuus, ſed mentiri, aut adulari Pontificibus in vita, vel poſt obitum, neſcius. Annon verò omnes Catholici Benedicti IX. & aliorum aliquot Pontificum vitam, & mores grauiter repræhẽdunt? Non tamen ideò Pontificatum damnant, quod facit Mornæus, neque dignitatem à Chriſto inſtitutam, ex perſonis exiſtimant. Et quid ſentiat de dignitate Pontificis, quanta, quàmque excelſa, Petrus Damiani, colligere licet tum alibi, tum verò ex Epiſtolis, quas ad Summos Pontifices ſcripſit: & in vita S. Odilonis Pontificem Romanum *Chriſtianorum omnium caput* appellat, & in lib. *Gratiſſimus*, ſiue Epiſt. ad Henricum Rauennat. Antiſtitem ca. 1. vocat eum *Principem Eccleſiæ*.

Catholici etiam reprehendũt aliquos Põtifices, at nõ Põtificatũ.

Quod de Silueſtro III. & Archidiacono illo Sancti Ioannis Portæ Latinæ ſcribit Mornæus, nihil ad nos. Siquidem eos negamus fuiſſe Pontifices, ſed inuaſores Sedis Apoſtolicæ. Nec tamen Vualtranus, quem citat authorem, ſcribit, iſtum Archidiaconum fuiſſe perinſignem Magum; ſiquidem id dumtaxat habet: *Benedictus Simonia Papatu Romano inuaſo, cum eſſet rudis literarum, alterum ad vices Eccleſiaſtici officij exequẽdum ſecum Papam conſecrari fecit &c.* quod de Archidiacono illo intelligitur, quem fuiſſe Magum perinſignem finxit perinſignis mendaciorum artifex Mornæus, qui tamen nihil inde noſtræ cauſſæ præiudicaret.

Figmẽtum Mornæi.

In hoc fallitur etiam, quod Benedicto IX. tribuit hanc legem, *Vt ne quiſquam audacter Imperij Romani ſceptrum præproperus geſtare Princeps appetat, ſeu Imperator dici, aut eſſe valeat, niſi quem Papa Sedis Romanæ morum probitate delegerit aptum Reipublicæ, eique commiſerit inſigne Imperiale*. Eſt enim Benedicti VIII. & citat ex Glabro Decretum, ſed rationem Decreti ab eodem allatam ſubticuit; *Cum videlicet olim, vbique terrarum quilibet Tyranni ſeſe procaciter impellentes, ſæpiſſimè ſint Imperatores creati, atque eo minùs apti Reipublicæ, quò conſtat, eos tyrannide potiùs, quam pietatis authoritate proceſſiſſe*; hæc igitur iuſtiſsima cauſa Decreti. Sed ſatis in Progreſſu immorati ſumus. Deinceps ad Oppoſitionem, ad quam Mornæus nos traducit his verbis;

Mornæi deceptio circa authorem huius legis.

Cur edita.

Sed videamus iam de hac rerum confuſione, Eccleſia quid ſentiret. Pag. 227

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quadrageſimam.

Et hoc ſanè (inquit) nõ alijs quàm Monachis authoribus diſcere liceat &c. apud Glabrũ igitur Cluniacẽſem Monachũ authorẽ coætaneũ, qui Hiſtoriã ſuam Odiloni Abbati inſcribit; Henricus ſecundus Imperator, Archiepiſcopos & Epiſcopos, ex ſuis omnibus ditionibus conuocatos, his verbis compellat; Omnes gradus Eccleſiaſtici à maximo Pontifice vſque ad Oſtiariũ opprimuntur &c. Pag. 227

NOn eſt, quod repetamus, quæ ex Glabro citat Mornæus, vbi quæritur de Pontificibus Simoniacè ordinatis, vel indignè ad eam dignitatẽ euectis. Reſpõdemus cum Baronio ad annum 1033. iſtiuſmodi pati potiùs coactam, quam agere conſueuiſſe Romanam ipſam Eccleſiam. *Audi* (inquit) *quomodo hæc tranſigi à tyrannis moris erat, quibus intelligas quomodo reuera non iſta facere, ſed pati inuita ipſa Romana Eccleſia coge-*

Nefanda patitur, nõ facit Romana Eccleſia.

Digitized by Google

geretur: exemplumque accipe ex his, quæ Author huius ſæculi Petrus Damiani ſcribit ad N. Archiepiſcopum (lib.3.Epiſt.4. ad Henricum Archiepiſcopum Rauennatem) *cum agit de Romano Pontifice per ſimoniam tunc intruſo. Ille nimirum* (inquit) *inquantum mihi videtur, abſq; vlla excuſatione Simoniacus eſt, quia vobis omnibus eiuſdem Vrbis Cardinalibus, Epiſcopis reclamantibus, obſiſtentibus, & terribiliter anathematizantibus, nocturno tempore cum armatorum turbis vndique tumultuantibus, & furentibus inthronizatus eſt. Dehinc ad marſurpiorum patrocinia funeſta concurrit, pecunia per Regiones andronas, vel angiportus in populos erogatur; beati Petri venerabilis arca peruaditur, ſicque per totam Vrbem, velut Officinam malè fabricantis Simonis factam, vix aliud quā (vt ita loquar) malleorum, & incudinum tinnitus auditur. Et ò ſcelus, & ferale prodigium. Petrus cogitur nundinas Simonis ex ſua quantitate perſoluere, qui Simonem cum omni ſuo commercio cognoſcitur perpetua maledictione damnaſſe. Quod autem ille crimen hoc palliat, & tractum ſe, vique coactum, quibus poteſt verbis excuſat: hoc ego licet ad liquidum neſciam, tamen & ipſe non vſquequaq; diffiteor. Ita quippe eſt homo ſtolidus, & deſes, & nullius ingenij, vt credi poſſit neſciſſe per ſe talia machinari.* Hæc ex Petro Damiani Baronius, quibus ſubijcit; *Ecce tibi ob oculos poſitum, ac repræſentatum, per potentes ſæculares homines fieri his temporibus ſolitam aliquorum intruſionem, fruſtra diſſentientibus, ac reclamantibus Cardinalibus, quorum illa deploranda conditio erat, vel vt ita pati cogerentur intruſum, qui, ſe inſcio, talia diceret perpetrata; aut alium eligendo ſchiſma conflarent: vel Imperatorum tunc exiſtentium auxilium implorarent, qui armis repellerent vim, quam ipſis potentes inferrēt. Vidiſti ergo perſpicuo declaratum exemplo, relatione vnius ex Cardinalibus iſta tractantis, atque ſcribentis, quomodo non iſta facere, ſed pati cogeretur inuita, reluctans, ac reclamans Eccleſia oppreſſa tyrannicè à potentia ſæculari.* Hæc non intelligens Mornæus, & reliqui perditiſſimi Nouatores Eccleſiæ Romanæ infeſtiſſimi perduelles, per ſummam calumniam illi vitiò vertunt, quæ ipſa nolens, & inuita, renitens, & reclamans, lugens, ac mœrens pati acerbiſſimè cogeretur.

Vt ſupra Simoniæ, ſic nunc auaritiæ Romanam Eccleſiam inſimulat Mornæus, cum tamē vitia hæc hominum ſint, non Cathedræ Petri, aut Sedis Apoſtolicæ. Ex Glabro hæc refert;

Pag.228

> *Cum ſub annum milleſimum vigeſimum quartum à Conſtantinopolitana ſede Legati Romam veniſſent cum immenſis muneribus, tum Imperatoris Baſilij, tum ipſius Patriarchæ, vt ex Pontificis conſenſu Eccleſia Conſtantinopolitana in Oriente pro vniuerſali haberetur, non ſecus ac Romana in Occidente, parum abfuit quin Iohānes vigeſimus primus id concederet; et Græci, inquit Glaber, aureo pugillo murū frangerent ferreum.*

Mornæus Glabri ſenſū & verba peruertit.

VErùm hic pro more ſuo peruertit ſenſum, & verba Glabri. Siquidem ita ille ſcribit circa annum Domini 1024. lib.4.cap.1. *Conſtantinopolitanus Præſul cum ſuo Principe Baſilio, alijque nonnulli Græcorum conſilium iniere, quatenus cum cōſenſu Romani Pontificis liceret Eccleſiam Conſtantinopolitanam in ſuo Orbe, ſicut Romana in Vniuerſo, Vniuerſalem dici, et haberi &c.* Volebant igitur, Conſtantinopolitanam dici vniuerſalem Oriētis, quemadmodum Romana dicitur Vniuerſalis in Vniuerſo; non autem dumtaxat in Occidente, vt componit Mornæus. Verùm, ſiue auro corrumpendo Pontificem Ioannem & alios, ſiue quouis modo titulum illum extorquendo; inde contra aduerſarios pro Romanæ Eccleſiæ authoritate validiſſimum argumētum ducimus. Siquidem intellexerunt Imperator Baſilius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, & alij Græci, non poſſe vllo modo hunc titulum, niſi conſenſus Romani Pontificis accederet, ſibi arrogare Eccleſiam Conſtantinopolitanam: & licet ſuperiores Patriarchæ ſibi illum arrogaſſent; illicitè tamen, & indebitè, quia Romani Pontifices meritò reclamarant. Hæc poſtea ex Glabro recitat Mornæus, vnde auaritia tum laboraſſe Romanos, colligas;

Ex facto Græcorum cōfirmatur primatus Romanæ Eccleſ.

> *Mox nāque vt videre Græcorū ſibi deferri fulgidas opes, verſum eſt cor illorum ad fraudulētiæ diuerticula, pertentantes an forte clanculo concederē quiuerant, quod petebatur.*

Pag.228

VErùm non ſubiungit reliqua: *Sed nequaquam* (inquit) *Non enim poteſt falli ſumma Veritas, quæ ſpopondit: Portæ Inferi non præualebunt aduerſùs eam &c.* Quibus ſignificatur, etſi in animo id haberet Pontifex eum titulum concedere, nō tamen id Deum ob Cathedræ priuilegium permiſiſſe; ſiquidem nonniſi per errorem poterat concedi hic titulus Patriarchæ Conſtantinopolitano. Et Legatos Græcorum nihil penitùs ab Apoſtolica Sede impetrare potuiſſe, docēt Epiſtolæ Leonis Papæ IX. poſt annos fermè viginti conſcriptæ ad Michaelem Patriarcham Conſtantinopolitanum, quibus expoſtulat de titulo Oecumenici, quem eius Sedis Epiſcopi præter ius faſque, reclamante ſemper Apoſtolica Sede, nimia arrogantia vſurpaſſent.

Glabri verba ſupprimit.

Pag.228

Quoad ea, quæ citat Mornæus ex Gulielmo Malmesburienſi lib.2. de geſtis Regum Anglorum, de ſicarijs, qui tempore Pontificatus Gregorij VI. in medio foro Romæ vagabantur, & ſemitas obſeruabant, & multa flagitia perpetrabant, vt ſuper ipſa corpora Sanctorum Apoſtolorum, & Martyrum, ſupra ſacra Altaria gladij nudarentur, & oblationes accedētium vix dum appoſitæ, de manibus abriperentur, abreptæ in commeſſationes, & ſcortorum abuſus conſumerentur; An verò ſacrilegia, & cædes, quæ Romæ committuntur, Romanæ Eccleſiæ, aut Romano Pontifici aſcribi debent? Legant ibidem Gulielmum Malmeſburienſem, & intel-

Scelera Romæ à ſicarijs cōmiſſa non debent Pontifici, aut Eccleſiæ imputari.

Digitized by Google

intelligent, quo ſtudio, & qua vigilantia tot malis Gregorius VI. primum monitionibus paternis, deinde cenſuris Eccleſiaſticis, armis poſtremò flagitioſorum, & ſacrilegorum hominum inſolentiam, & audaciam compeſcuerit.

Ad locum, quem citat ex Roluuin Ko in Faſciculo temporum ad annum Domini 1054. de pluralitate Beneficiorum, quæ tunc inualuiſſe videtur, & de labe Simoniaca &c. Reſpondemus, Beneficiorum pluralitatem tum fuiſſe abuſum, & ſemper in Decretis Pontificum, & ſacrorum Conciliorum fuiſſe reprobatam, vt nouiſsimè in Concilio Tridentino ſeſſ. 7. cap. 2. *Vt nemo quacumque etiam dignitate, gradu, ac præeminentia præfulgens, plures Metropolitanas, ſeu Cathedrales Eccleſias in titulum, ſiue commendam, aut alio quouis nomine contra ſacrorum Canonum inſtituta recipere, & ſimul retinere præſumat; cùm valde fœlix ſit ille cenſendus, cui vnam Eccleſiam benè, ac fructuosè, & cum animarum ſibi commiſſarum ſalute regere contigerit.* Et cap. 4. *Quicunque de cætero plura Curata aut alias incõpatibilia Beneficia, ſiue per viã vnionis ad vitam ſeu commẽda perpetua aut alio quocunque nomine, & titulo contra formam ſacrorum Canonum, & præſertim Conſtitutionem Innocentij III. quæ incipit. De multa, recipere ac ſimul retinere præſumpſerit; Beneficijs ipſis, iuxta ipſius Cõſtitutionis diſpoſitionem, ipſo iure, etiam præſentis Canonis vigore, priuatus exiſtat.* Et ſeſſ. 24. cap. 17. *Cum Eccleſiaſticus ordo peruertatur, quando vnus plurium occupat officia Clericorũ, ſanctè ſacris Canonibus cantum fuit, neminem oportere in duabus Eccleſijs conſcribi. Verùm quoniam multi improbæ cupiditatis affectu ſeipſos, non Deum decipientes, ea, quæ benè conſtituta ſunt, varijs artibus eludere, & plura ſimul Beneficia obtinere non erubeſcunt, ſancta Synodus debitam diſciplinam regendis Eccleſijs reſtituere cupiens, præſenti Decreto, quod in quibuſcumque perſonis, quocũque titulo, etiamſi Cardinalatus honore fulgeant, mandat obſeruari, ſtatuit, vt in poſterum vnum tantum Beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur. Quod quidem ſi ad vitam, eius cui confertur, honestè ſuſtentandum non ſufficiat; liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri &c.* Quantum ad Simoniacam prauitatem, legi poſſunt Decreta Romanorum Pontificũ contra eandem libro 5. Decretal. tit. 3. & apud Antonium Auguſtinum Antiquæ Collec. 2. Decretal. lib. 5. tit. 2. & Collect. 5. tit. item 2. Immò legimus apud eundem authorem Faſciculi tẽporum ibidem loci, quod Victor II. Pontifex multos Simoniacos depoſuit in Concilio Florentino, & etiam fornicarios. In Republica multos reperire licet fornicatores, adulteros, inceſtos, raptores, graſſatores, parricidas; an verò hæc ſcelera Reipublicæ ſunt aſcribenda, quæ illa in huiuſmodi facinoroſos animaduertere ſolet? Si igitur Clerici ſint Simoniaci, vel alijs flagitijs infames; non id certè Eccleſiæ vitio verti debet, quæ nunquam huiuſmodi flagitia probauit. Quod verò ſcribit Aduerſarius, ab eodem Authore comparari ſtatum Eccleſiæ huius temporis cum Iſraelitico ſub Hieroboamo, cùm aureos vitulos in Iſrael erexit: ob inſatiabilem vtique auaritiam, quam tum temporis ſcribit inter Clericos regnaſſe, & Simoniacam item prauitatem. Nam & de Hieroboamo legimus 3. Reg. 13. *Fecit de nouiſſimis populis Sacerdotes Excelſorum: quicũque volebat, implebat manum ſuam, & fiebat Sacerdos Excelſorum.* Sed Hieroboamus impius à verò Dei cultu in Idololatriam deflexit: quod abſit vt de Eccleſia ſentiamus, quæ columna eſt, & firmamentum veritatis.

Eccleſia Romana pluralitatẽ Beneficiorum damnat.

Sic etiã Simoniam.

Hæc igitur vitia nõ illi imputanda.

Scribit, anno 1046. Henricum ſecundum Romam veniſſe, ac depoſuiſſe tres Pontifices, qui tum temporis in Eccleſia Romana ſederent, in quibus Gregorius VI. Vbi certè fallitur; ſiquidem ante biennium hæc iam facta, & abſoluta erant, cum Gregorius VI. abdicatis illis tribus, eſt electus, neque poſtea alium, præter eum ſediſſe, liquet. Quod ergo iudicium aduerſus tres illos in Sutrino Concilio ventilatum fuiſſe, Hermannus ſcribit, nullum aliud eſſe potuit, niſi vt redditibus priuarentur, quos cum illis tranſigens Gratianus eiſdem percipiendos reliquiſſet: quorum gratia in eodem Concilio poſtulatus eſt Simoniæ, licet immeritò, vt ex ſupradictis conſtat. Sed Gregorius cum videret, periculum eſſe, ne ſchiſma in Eccleſia conflaretur, ſponte Pontificatu ceſſit, cui Imperator Suidgerum, Clemẽtem II. appellatum, omnium conſenſu ſubſtituit, omneſque tàm Clericos, quàm Romanos in verba ſua iurare coegit, ſe Pontificem nunquam electuros, niſi quẽ ipſe dediſſet. Et quidem bono zelo mouebatur pius Imperator, quòd videret, annis ſuperioribus factione Tuſculanorum Comitum, aut aliorum indignos in eam Sedem intruſos fuiſſe, quin & ſæpe ſchiſmatibus Eccleſiam laboraſſe, quibus occurrendum iudicauit.

Tres iſti eodẽ tempore Pontifices quando depoſiti.

Quod de ijs iudiciũ in Concilio Sutrino latũ.

Clemens II Gregorio VI. ſubſtitutus.

Mornæus citat ex Leone Oſtienſi lib. 2. cap. 80. quæ ſcribit de Concilio Epiſcoporum Sutri habito, vbi & Romanum Pontificem, qui Concilio præeſſet, Henricus inuitauit, *& Concilio habito Synodicis Canonibus, atque ſententijs, Gregorius Simoniacus probatus* (ait idem author) *ſponte ſua Sede deſiliens, Pontificalibus ſe infulis exuit &c.* Sed reſponderi poteſt, Gregorium VI. verum & legitimum fuiſſe Pontificem, minimè per Simoniam Pontificatum adeptum; neque vllo iure Pontificatu in illo Cõcilio priuatum, Quod ſi ſponte ceſsit; id certè, quia videbat periculum ſchiſmatis in Eccleſia, cui per renunciationem liberam occurrere voluit; aut id fecit ex conſcientia erronea, quæ etiam ligat; cum tamen tranſigẽdo de redditibus Eccleſiæ percipiendis cum tribus illis inuaſoribus, potius redemiſſet Eccleſiæ vexationem, quàm Simoniæ crimen aliquod commiſiſſet. Hic Mornæus:

Gregorius VI. cur Papatu ceſſerit.

Non conſentit Leo cum Baronio, Imperatori fas non eſſe, ſeſe ſedis Romanæ negotijs immiſcere, quem contra diuinitus ad id inſpiratum dicat. Pag. 230

RESpondemus, hæc verba eſſe Leonis Oſtienſis, nõ Scriptoris alicuius Canonici: & ibidem

dem loci errauit ille Author, ſcribens Gregorium VI. fuiſſe vnum ex illis tribus inuaſoribus Sedis Apoſtolicæ, qui ſimul Romæ ſederunt, & cui Benedictus IX. Papatum tradiderit. Deinde dicimus, fuiſſe quidem inſpiratum Henricum ad reformationem Eccleſiæ procurandã, & vt Simoniaca labes prorſus ab Eccleſia eliminaretur, non tamen ad legitimum Pontificem de Sede deturbandum, & alium illi ſubrogandum. Mornæus:

Hēricus ad quod diuinitus inſpiratus.

Hoc eodem anno Eccleſiæ reformandæ aut ſpe, aut ſpecie Synodus habetur; vbi de Simonia primùm agitur, quæ labes eo penetrarat, inquit Sigonius, Pontificibus aut conniuentibus, aut non impedientibus, vt Epiſcopis ordines Clericis vendere, Clericis conſequenter functiones ſuas venales laicis proſtituere, mos eſſet; ac propterea quærebatur, num qui à Simoniaco Epiſcopo initiati eſſent, ordinem retinere deberent.

Pag. 230

HAnc Synodum habuit Clemens II. Romæ potiſsimùm vt Simoniacos vepres, qui adeò exereuiſſent, vt patrisfamilias ſuffocarent ſementem, non modò ſucciderent, ſed penitus eradicaret. De eiuſmodi Eccleſiæ ſtatu iſta habet Petrus Damiani Epiſt. 16. ad Henricum Rauennat. Antiſtitem cap. 27. quæ habetur Tomo 3. Biblioth. Sanct. Patrum.: *Quis enim neſciat vſque ad huius Henrici clementiſſimi Regis Imperium, Præſulatumque reuerendæ memoriæ Clementis Papæ, iſtiuſque Beati Leonis, quo nunc videlicet Præſule ſancta ſe gubernari gratulatur Eccleſia, per Occidentalia Regna vires Simoniacæ hęreſeos lethaliter ebuliſſe; ita vt quod fiebat paſſim licenter admiſſum, vltimæ animaduerſioni nequaquam duceretur obnoxium: & quod erat fere omnibus conſentaneum, pro regula tenebatur, tanquam legali Sanctione decretum* &c. Et hanc quæſtionem, an qui à Simoniaco ordinati eſſent, iterum ordinari deberent, ſatis fusè agitat, ac docet nullo modo iterum ordinandos eſſe cap. 30. *Aliud eſt* (inquit) *quemlibet per Synodalem ſententiam in amiſſi Ordinis iura reſtitui, aliud per conſecrationis myſterium, quod iterari non poteſt, Spiritus Sancti gratiam promereri: præſertim cum in eo, qui deponitur, quamquam dignitatis vtendæ perdat extrinſecus priuilegium, maneat tamen nihilominus ſemel adepti Ordinis ſacramẽtum.* Et ſub finem refert Decretum à Clemente Papa in eo Concilio ſancitum: *Poſt longa diſceptationum hinc inde volumina, tandem ſuggeſtum eſt, reuerendæ memoriæ nuper eiuſdem Sedis Epiſcopum Clementem decreuiſſe, vt quicunque à Simoniaco conſecratus eſſet, in ipſo ordinationis ſuæ tempore non ignorans, Simoniacum eſſe, cui ſe obtulerit promouendum, quadraginta nunc dierum pœnitentiam ageret, & ſic in accepti Ordinis officio miniſtraret. Quam nimirum ſententiam protinus venerabilis Leo ratam percenſuit, & ſub huiuſmodi pœnâ hos in acceptis officijs de cætero perſeuerare mãdauit.* Hæc Petrus Damiani; vbi tamen nihil ſcribit de cõceſsione facta Imperatori, vt pro ſuo iudicio Romanam Eccleſiam adminiſtraret, neque poſthac ſine ipſius authoritate Romanus Pontifex crearetur, prout eum citat Mornæus. Ad ea quæ ſubijcit:

Synodus cõtra Simoniacos à Clemẽte II habita.

Quis tũ Eccleſiæ ſtatus.

Ordinati à Simoniacis non iterum ordinandi.

Mornæus perperã citat Petrum Damiani.

Henrico in Germaniam vix conuerſo, Benedicti noni diſcipuli, Gerardus Brazutus & Hildebrandus veneno inſidiati, Clementem de medio tollunt, quo nouem vix menſes ſuperſtite, Benedictum illum in ſedem intrudunt. Nec eo minus tamen Imperator priuilegij ſui tenax, Popponem Epiſcopum Brixienſem Pontificem inſtituit, Damaſum nomine ſecundum, qui & ipſe non ſine eorundem induſtria viginti tres tantum dies ſedit.

Pag. 230

IN primis hic apertè fallitur Mornęus; neque enim Hildebrandus, qui poſtea Gregorius VII. diſcipulus fuit Benedicti IX. neque ei vnquam adhæſit, ſed Gregorio VI. quem etiam concomitatus eſt in Germaniam, cùm eò ab Imperatore Henrico amandaretur: neque vllus Authorum ſcribit, eum Clementi II. veneno cum Brazuto inſidiatum; ſed ita habet Platina in Clemente II. *Abeunte Imperatore (vt quidam ſcribunt) Romani Pontificem iniuſſu ſuo creatum veneno è medio ſuſtulere, Pontificatus ſui menſe 9. Scribunt Authores, venenum ipſum in hoc vſus à Stephano paratum, qui ei in Pontificatu ſucceſſit, Damaſuſque ſecundus appellatus eſt* &c. & de Damaſo II. ſucceſſore, *Pontificatum* (inquit) *per vim occupat, nullo Cleri, populique conſenſu. Adeò enim inoleuerat hic mos, vt iam cuique ambitioſo liceret Petri Sedem inuadere. Sed obſtitit Deus iuſtus vindex, vt is cæteris exemplo eſſet, ne quod virtus dare conſueuit, ambitione, & largitione quæreretur. Nam tertio & vigeſimo Pontificatus ſui die moritur. Cenſent nonnulli hũc inter Pontifices nequaquam numerandum eſſe, cum nõ rectè Pontificatum adeptus ſit.* Hactenus Platina. Sed Onuphrius in Epitome Rom. Pontif. hunc ab Henrico Romam miſſum, pulſo Benedicto IX. Sedis Apoſtolicæ inuaſore, Pontificem Romanum à Cardinalibus, Clero, S. P. Q. R. ſalutatum, ac conſecratum ſcribit. Et refert quidem Bẽno, Author Mornæo familiaris, Gerardum Braxutum hos Pontifices cum alijs quatuor veneno ſuſtuliſſe; non tamen id de Hildebrando, cui erat inimiciſsimus, ſchiſmaticus, impius, & ſuſpectus Author id refert.

Mornæi error de Hildebrando.

Clemẽs II. à Romanis veneno ſublatus.

Damaſus II. quomodo ei ſucceſſerit.

Baronius ad annum Chriſti 1002. artic. 6. id obſeruarat, in Othone III. extinctum penitùs ſtemma regnantium Othonum, nec niſi in nepotem Magni Ottonis ſecundum hęredem Imperij propagatum, ità Diuinitate vlciſcente delicta, quæ in Sedem Apoſtolicam perpetrarunt, pro arbitrio amouendo, atque ſubrogando

Othonũ ſtẽma cur Deo vindice extinctum.

gando Pontifices, quamuis nõniſi pietatis prætextu id facere præſeferrent. *Sed nec alium prætextum* (inquit) *legitur habuiſſe Saul, quando, non expectato Samuele, obtulit ſacrificium, ſibi malè vendicans, quæ eſſent tantummodo Sacerdotum, ob idque Regni, atque vitę priuatione mulctatus: neque alius, quàm fuit pietatis obtentus, cum calcitrantibus bobus Arcam Dei geſtantibus, eam ad caſum inclinatam, ne corrueret, tetigit Oza: cuius rei cauſſa ſtatim à Deo percuſſus interijt, qui videri poterat dignus magna mercede, quod feſtinus Arcæ cadentis periculo ſubueniſſet. Magno quidem damno quouis prætextu pietatis, à Laicis quibuſcumque, etiam Regibus ſacra tentantur.* Ita Baronius. Vbi Mornæus:

1. Reg. 13.

2. Reg. 6.

Pag. 231

Ergone iure Canonico in Baronij patria monſtra educantur? Ergone expectare nobis neceſſe, dum ipſi ſponte ſolio excedant? Imperatores imò & Reges Chriſtiani annon tenentur, vt olim Ezechias, Ioſias, alij, Templum Dei ſartum tectum tueri, Eccleſiæ reformationem procurare?

Principum Chriſtianorum munus in hæreticos.

IMmò & hoc inſuper addo, quod quemadmodum religioſiſsimi illi, & laudatiſsimi Reges ſacrum Dei cultum in integrum reſtituerunt, & Idololatriam è Regno ſuo penitus eliminarũt, deleuerunt Aruſpices, quos poſuerant Reges Iuda ad ſacrificandum in excelſis per Ciuitates Iuda, & in circuitu Hieruſalẽ, & eos qui adolebant incenſum Baal, & Soli, & Lunę, & duodecim ſignis, & omni Militiæ Cœli, & occiderunt vniuerſos Sacerdotes Excelſorum, qui erant ſuper Altaria &c. 4. Reg. 23. ſic Imperatores, & Reges Chriſtianos teneri iure diuino hæreticam peſtem è Prouincijs ſuis ablegare, hæreticos, niſi reſipiſcere velint, & ad mentem redire, tanquam ſacræ Religionis perduelles, & Reipublicæ infeſtiſsimos, ferro, flammaque perſequi. Siquidem monſtra ſunt, & portenta nullo iure educanda, ſed in vltimas terrarum oras deportanda. Et Eccleſiæ quidem reformationem procurare tenentur Imperatores, & Reges Chriſtiani: non tamen ipſorum eſt aut Eccleſiam reformare, aut Pontifices pro arbitrio abrogare, & ſubrogare: & Reges illi pij, quos citat, Ezechias, & Ioſias ita ſua authoritate reſtituerunt cultum diuinum, vt tamen non ſeſe immiſcuerint officijs Sacerdotum, & Leuitarum: & Ozias ideo lepra percuſſus eſt à Deo, quòd vellet adolere incẽſum ſuper Altare thimiamatis, quod erat filiorum Aaron officium, qui conſecrati erant ad hoc miniſterium. 2. Paralip. 26. Proſequitur:

Quomodo Eccleſiæ reformatio ad eoſdem pertineat.

Pag. 231

Audiamus quid ipſe de Iohanne vti numerat, viceſimo, execrandi illius Benedicti fratre, quem ob ſua flagitiá in imo ipſe Purgatorio collocat; Indignus, inquit (anno 1024. artic. 3. & 4.) iſte & indignè atque tyrannicè ſedem occupabat, & malis artibus aſcendit ad ipſam. Et rurſum ſecularis potentia nobis peperit monſtra.

VErùm ſequentia ſubijcere debuit: *procul facienda ſemper ab electione Romanorum Pontificum, vt ne vel auditu percipi omninò valeat; tractent ſacra, Deo ſacri, non profani, ab his procul arcendi.*

Pag. 231

Et hoc tamen monſtrum (inquit) *ipſomet teſte, ſanctum Romualdum in ſanctorum Canonem refert, ſanctum Martialem Apoſtolum pronunciat, et Decreto quidem in eam rem expreſſo, in Lemouicenſium gratiam.*

Benedictus VIII. non execrandus.

AD hæc omnia reſpondere nobis procliue. Primùm quod vocat *execrandum* Benedictum: id immeritò; ſiquidem non ille execrandus, de cuius ſalute, & liberatione à pœnis Purgatorij poſt mortem per reuelationem conſtitit; nam Benedictum VIII. intelligit. Et eum quidem Baronius ad annum 1024. art. 1. ex Petro Damiani in vita S. Odilonis collocat in Purgatorio, ſed non ob ſua flagitia. Siquidem ob pœnas temporales peccatis remiſsis debitas quis in Purgatorio collocatur; Atqui ob flagitia, quorum nomine non quæuis leuia, ſed grauiſsima peccata intelliguntur, non ad locum Purgatorij qui ſaluãdorum eſt, ſed ad Infernum, qui dãnatorum, quis relegatur. Quod attinet ad Ioannem XX. etſi Baronius ibidem eum *monſtrum* appellet, quòd largitione pecuniæ (prout Glaber ſcribit lib. 4. cap. 1.) repente ex laicali ordine Neophitus, conſtitutus ſit Præſul; verùm neceſſariò aſſerendum colligit, eum ſe Pontificatu abdicaſſe, & poſt abdicationem, legitima facta electione, legitimum Pontificem iam ſedere cœpiſſe. De Romualdo in Sanctorum Canonem relato ita Baronius ad annum Chriſti 1027. qui Ioannis viceſimi eſt quartus: *Conſtat autem ipſum in Sanctorum numerum adſcriptum quinquennio poſt eius obitum, eo tãtùm ritu, qui tunc erat in vſu, nempe vt petentibus concederet Apoſtolica Sedes ſuper corpus eius altare conſtruere, vt Petrus Damiani affirmat* (in Rom. c. 79. apud Surium Tom. 3. die 19. Iunij) *dum ait: Poſt quinquennium verò à ſancti viri obitu data Monachis ab Apoſtolica Sede licentia, vt ſuper venerabile corpus eius altare conſtrueretur.* Certè ad id concedendum, vel aliquem Catalogo Sanctorum adſcribendum non merita, aut vitæ ſanctitas, ſed tantùm authoritas, quæ erat in Ioanne Pontifice, requiritur. Et id priuilegium, vt Romanus Pontifex non erret in canonizatione Sanctorum, Cathedræ, non perſonæ, dignitati, non meritis, & vitæ ſanctitati conceſſum eſt. De Benedicto IX. ſatis multa ſupra diximus, neque neceſſe eſt, vt, quod facit Aduerſarius, toties eadem repetamus.

Flagitij vox quid ſignificet.

Ioan. XX. primò monſtrũ, poſtea legitimus Pontifex.

De S. Romualdi canonizatione et eius ritu

Ad canonizandũ non requiritur ſanctitas, ſed authoritas.

Verùm de tribus illis inuaſoribus Sedis Apoſtolicæ, de quibus iam dictum, loquens:

Vbinam

Pag.232

Vbinam igitur ſedes illa (inquit) contra quam non præualent portæ inferi? &c. Et vbinam rurſum ſcaturigo illa perennis Spiritus ſancti?

Eccleſia Romana non perijt propter Pontif. illegitimos, vel nō idoneos.

AN verò ideò Romana Eccleſia, *cui totam doctrinam* (inquit Tertullianus libro de præſcript. cap.36.) *Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt*, Sedes inquam Apoſtolica perijt, aut deſijt eſſe, quia eam inuaſerunt Antipapæ, vel ſederunt in ea aliquando minùs idonei tanto oneri ſuſtentando, & muneri obeundo Pontifices? An iniquitas illorum fidem Dei euacuauit? Eſt autem Deus verax, omnis homo mendax. Velit nolit Mornæus, hæc ſunt verba Chriſti: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, Matth.16. Hæc item eiuſdem verba: *Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt*, Matth.24. Ergo quæcunque ſit illa Eccleſia, neceſſe eſt fateantur aduerſarij, portas inferi non præualituras aduerſus eam; non enim excidit verbum Domini: Atqui certum eſt, hactenus inconcuſſam manſiſſe Romanam Sedē, neque ſchiſmatibis, aut hæreſibus, nec potentiſsimorum Principum armis, vel infeſtationibus proſterni, aut euerti potuiſſe; contra ſtimulum recalcitraſſe, & viſos eſſe cum Deo ipſo pugnare.

Per Miniſtrorum Eccleſiæ miniſteriū ſcaturit Spiritus S. gratia.

Quoad Spiritus Sancti ſcaturiginem, dicimus, quamuis Pontifices & alij Eccleſiæ miniſtri Simoniaci eſſent intruſi, & omnino indigni; per miniſterium tamen eorum ſcaturire Spiritum Sanctum. Id docet fusè inter cæteros Petrus Damiani lib. illo, qui dicitur *Gratiſſimus*; ſeu Epiſtola ad Henricum Rauenn. Antiſtitem cap.9. vbi ex D. Auguſtino hæc citat: *Quia in benedictione Sacerdotis non hominis beneficium eſt, ſed Dei, & officij dignitas eſt, quam Dei ſequitur benedictio, non hominis meritum &c.* Cap. 10. pluribus oſtendit, Spiritum non ex merito Sacerdotum, ſed ex miniſterio dari: Et cap.12. *Sacra namque Eccleſia hortus deliciarum, & ſpiritualis eſt Paradiſus, chariſmatum videlicet ſupernorum fluentis irriguus. Ponamus ergo vt mali Sacerdotes quodammodo, vt lapidei ſint canales: in lapideis autem canalibus aqua nihil germinat, donec per eos decurrens in fæcundas ſe areolas fundat. Licet enim plures reprobos Sacerdotes ſeriatim temporum vices attulerint, videlicet vt & conſecrantes, & conſecrati æquè reperiantur indigni; fons tamen ille viuus non reſtringitur, quominus vſque ad finem ſæculi per nemus Eccleſiæ perfluat per Sacerdotes. Siquidem Baptiſmus, & Chriſma tribuitur, & omne Eccleſiaſtici Sacramenti miniſterium exhibetur. Si ergo Sacerdotum prauitas diuina poſſet reprimere dona; illis certè præuaricantibus, neceſſe erat totum genus humanum à diuinis beneficijs reſilire. Quod ſi illis ſtantibus, homines munera ſuperna ſuſciperent, labentibus autem nullatenus impetrarent; neceſſariò iam non Deo, ſed Sacerdotibus vtique cauſſam, atque omnem vim propriæ ſalutis adſcriberent. Sed abſit, vt mihi obeſſe valeat miniſter malus, vbi procul dubio bonus eſt Dominus: aut malitioſus præco, vbi eſt beneuolus iudex.* Et capit. 13. *Bonus eſt author munerum, & quod dat nullas contrahit maculas ex obſequio miniſtrorum: pura fluit vena, & ſuperfluè leproſa manus propinantis attenditur, vbi clarum, atque perſpicuum eſt, quod hauritur.* Et multa alia in hāc rem ſcribit. Atque hæc eſt doctrina omnium Sanctorum Patrum. Gregorius Nazianz. Orat. 40. in Sanctum Baptiſma, comparat miniſtrum bonum, vel malū ſigillo ferreo, vel aureo, quod eundem confert effectum. D. Auguſt. in. lib. 4. de Baptiſmo cap.22. ſcribit, Sacramentum miniſtrorum opere corporaliter adhiberi, ſed per illud Deum hominis conſecrationem operari: Et lib. 3. cōtra Litteras Petiliani cap.54. *Ad miniſtrandum, & diſpenſandum verbum, ac Sacramentum aliquid eſt; ad mundandum verò, & iuſtificandum non eſt aliquid, quia hoc non operatur in interiore homine.* Hi ſint nobis inſtar omnium; ſiquidem reliqui non aliud tradunt. Eſt doctrina Theologorum in IV. Sent. diſt.4. D. Thomæ, & ſuorum Interpretum 3.p.q.64. Idem docet, & ſacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.14. cap.6. nempe etiam Sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus Sancti in ordinatione collatam, tanquam Chriſti miniſtros functionem remittendi peccata exercere, eoſque prauè ſentire, qui in malis Sacerdotibus hanc poteſtatem non eſſe contendunt. Ratio eſt in promptu, ſiquidem effectus Sacramenti non datur ob meritum miniſtri, ſed ſolius Chriſti; vnde Apoſtolus 1.Cor.1. *Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Etſi igitur ſederent tum in Cathedra Petri inuaſores, & magis intruſi, quàm legitimè inſtituti Pontifices; non deerat tamen iugis illa ſcaturigo Spiritus Sancti in Eccleſia. Neque enim illorum improbitas poterat detrahere Chriſto Domino vim ſuorum meritorum, per quam continuò influit in membra ſua chariſmata Spiritus Sancti.

Gratianus Eccleſiam Rom. pecunia redimit à trib. Antipapis.

Idē propterea creatus Pontifex.

Baronius ad annum Chriſti 1044. artic.4. refert ex Othone Phriſingēſi lib.6, cap.32. quod religioſus quidam Presbyter, Gratianus nomine, videns, zeloque pietatis matri ſuæ, Eccleſiæ, compatiens tres illos inuaſores Sedis Apoſtolicæ adijt, eiſque à Sancta Sede cedere pecunia perſuaſit, Benedicto, quia maioris videbatur eſſe authoritatis, redditibus Angliæ relictis: ob quæ Ciues eundem ipſum Gratianum Presbyterum tanquam Eccleſiæ Dei liberatorem in ſummum Pontificem elegerūt, ac mutato nomine Gregorium ſextum vocauerunt. Hic Mornæus:

Rogo iam, hæc tranſactio apud Canoniſtas num ferenda? Num abſque Simonia, quæ euidenter in eius vtilitatem cedat? Pag.232

Neq; tamē iſte eo facto Simoniam commiſit.

REſpondetur, ſi conſulamus Theologos, & Canoniſtas, Gregorium VI. nullam commiſiſſe Simoniam. Siquidem non fuit illa emptio Pontificatus, aut rei ſpiritualis, ſed redemptio vexationis Eccleſiæ. Quod ſcilicet pecu-

niam

Digitized by Google

tiam dare, ne eligatur indignus Pontifex, quia Eccleſia habet ius ad hoc vt dignus eligatur, licet verò vnicuique ius Eccleſiæ redimere, & commune illius bonum procurare, auferendo impedimenta; multò magis certè in illo caſu licebat redimere vexationem Eccleſiæ, quæ ius habebat ad deturbandos illos inuaſores Sedis Apoſtolicæ, à quibus magnum diſpendium patiebatur, & inſtituendum dignum Pōtificem. Quod obijcit Mornæus, id ceſsiſſe in eius vtilitatem, quia indè electus eſt Pontifex: Reſpondetur, id nihil referre. Non enim per eam tranſactionem, in qua conſiderandum, cū egiſſe partes Cleri, S.P.Q.R. emebat Pontificatum, aut ad eum viam ſibi parabat. Licet enim ideo electus ſit Pontifex, quòd ab inuaſoribus illis Sedem Apoſtolicam liberaſſet; id tamen fuit per accidens; ſiquidem nullum pactum de conferendo ſibi Pontificatu iniuit, & electores eandem libertatem, quam priùs, habebāt ſufficiendi quem vellent.

Cum in Concilio Sutrino abrogatus fuiſſet Gregorius VI. ſubrogatus eſt in eius locū Sindigerus Bambergenſis Epiſcopus, dictus Clemens II. Mornæus:

Pag. 232

Proinde Clementis Papatum (Baronius) *pro legitimo habere nequit.*

Clemēs II. Pontifex Baronio legitimus.

IMmò nullo modo in dubium reuocat, an Clemens II. fuerit legitimus Pontifex. Grauiter quidem reprǣhendit Henrici deteſtandā prǣſumptionem, quòd negotium faceſſere Gregorio legitimo Chriſti Vicario canonico Petri Apoſtoli ſucceſſori non ſit veritus; at vbi Gregorius ſponte ceſsit, & ſucceſſor ſubrogatus Clemens II. conſentientibus Romanis omnibus, nempe Populo, atque Clero, prout Hermannus, Ottho Phriſingenſis, & Leo Oſtienſis teſtantur, nō dubitat Baronius, quin fuerit habendus legitimus Pontifex.

Romanorū Pontificum ſucceſſio nūquam interrupta.

Quod ad ſucceſsionem attinet, quam ſcribit Mornæus nos iactare: Ea certè nota tanquam argumento euidētiſsimo, poſt antiquos Patres vtimur ad veram Eccleſiam oſtendendam, & confundendos omnes hæreticos, potiſſimùm ènumerando Antiſtites ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ caput, & magiſtra eſt reliquarum à Sancto Petro ad noſtra hæc tempora. Neque interrupta illa ſucceſsio intelligitur, etſi Sedes aliquando vacauerit, aut etiam in ea ſederint intruſi, & illegitimi Pontifices; nec enim ideo mutatum regimen Eccleſiæ, neque tum penes quenquam alium fuit ſuprema poteſtas ſpiritualis in Eccleſia ad eā adminiſtrandam; vt ſine ſupremo Paſtore, Petri ſucceſſore illa dici non poſsit conſiſtere.

Inſtitutio nouorū Epiſcopatuum pertinet ad ſolū Romanum Pont.

Obijcit, Henricum Germaniæ Regem anno 1006. Synodum Francofurti habuiſſe, Bambergam in Epiſcopatum erexiſſe, & Epiſcopū Eberardum nominaſſe, à Vuillegiſo Synodi præſide conſecratum, inconſulta Roma. Reſpondetur, inſtitutionem nouorum Epiſcopatuum non ad alium pertinere, quàm ad Romanum Pontificem, qui toti præeſt Eccleſiæ. Et ſi aliquando Patriarchæ, aut Metropolitani nouos Epiſcopatus erexerint; non dubium, à Sede Apoſtolica eos ad id habuiſſe facultatem. Et legimus in Actis Sanctę Chunegundis Auguſtæ apud Surium die 3. Martij, Benedictū octauum Pontificem ab Henrico vocatum in Germaniam, vt confirmaret ſua præſentia Bābergæ Epiſcopatum, quem erexerat. Vbi enim Author meminiſſet de Baſilica S. Stephani illic erecta, *Ad quam* (inquit) *dedicandam Benedictum Papam, quem præfatus Deo dignus Imperator Henricus ad confirmandum Bambergenſem Pontificatum aduocauerat, venire rogauit*: Legitur etiam idem pius Imperator Ciuitatem ipſam Bambergenſem cum iuribus ſuis plenè ſubieciſſe Romanæ Eccleſiæ, cui vt Dominæ annuum cēſum perſolueret. Teſtis Leo Oſtienſis lib. 2. capit. 47. his verbis: *Hic idem Auguſtus ex ſui patrimonij ſumptibus conſtruxit Eccleſiam ad honorem Sancti Georgij, quam aduocato Benedicto Papa conſecrari fecit, Epiſcopalemque Sedem in ea conſtituens, Beato Petro ex integro obtulit, ſtatuto per annos ſingulos cenſu, equo vno optimo albo cum ornamentis omnibus, & phaleris ſuis, centumque marchis argenti.*

Henricus Imp. confirmationem Bambergēſis Epiſcopatus petijt à Benedicto VIII.

Idem Babergā ſubiecit Rom. Eccleſiæ, annuo cenſu conſtituto.

Concilium cōtra Simoniacos in Germania celebratum coram Clemente II.

De Concilio in Germania ab Henrici filio contra Simoniacos celebrato rectè putat Baronius ad annum 1047. id, Clemente II. Pontifice præſente, factum, quem ſecum ex Italia in Germaniam duxerat, prout ſcribit Leo Oſtiēſis libro ſecundo, cap. 81. Non enim erat Imperatoris opus cum Simoniacis Epiſcopis diſpenſare, vt in eo Concilio factum eſt, nec in delinquentes anathema inferre.

Legionēſis, & Aurelianēſis Synodi tantùm Nationales.

De Legionenſi Synodo celebrata in Hiſpania anno 1012. ſub Adelfunſo quinto Rege Legionis, de qua Baronius ad eundem annum, & Aurelianenſi celebrata ſub Rege Roberto, de qua idem ad annum 1017. non eſt, quod plura dicamus. Fuere Nationalia Concilia, quæ conuocatis Epiſcopis celebrata ſunt iuſſu Regum, quibus incumbit non ſolum Reipublicæ proſpicere, ſed &, vt diſciplina Eccleſiaſtica ſarta tecta conſeruetur, & hæreſes procul arceantur, procurare. Regis Roberti eo nomine in primis pietas commendatur, quòd cum audiſſet, in Regno ſuo, & potiſsimum Aureliæ, pullulare hæreſim Manichæorum, eò properarit, conuocatis plurimis Epiſcopis, & Abbatibus, detectos eiuſdem hæreſis fautores, cùm eam abiurare renuerent, viuos igni tradiderit, cæteroſque eiuſdem peruerſitatis ſectatores ſimili pœna vbique extinxerit. Suadebant illi negare Baptiſmum, ſignum ſanctæ Crucis, Eccleſiam, & ipſum Redemptorem, honorem Sanctorum, coniugia legitima, & eſum carnium. Eodem ille zelo percitus, quo quondam Ezechias, & Ioſias, adeò exitialem peſtem à ſuo Regno procul amandare ſtuduit. Regnat & nunc hæreſis in Gallia, cuius Archiminiſter Philippus Mornæus, non minus perniicioſa ſaluti animarum, quàm tum temporis fuere deteſtanda Manichæorum deliramenta. Cum itaque tàm pij Regis zelum ſucceſſores imitabuntur; non dubium, eos apud poſteros nomine pietatis commendandos, & à Deo vitæ

Celebrata Regis Roberti pietas, in delēda Manichæorum hereſi, et cōburendis eius fautoribus.

Digitized by Google

In Aurelianenſi nulla noua hæreſis condemnata. æternæ præmium inde reportaturos. Non verò in Concilio Aurelianenſi noua aliqua hæreſis condemnata; vt requireretur iudicium Sedis Apoſtolicæ; ſed impia Manichæorum inſania iampridem proſcripta, debitis ſupplicijs compreſſa, & vindicata.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum quadrageſimumprimum.

Pag. 233 *Qui ſequuntur 30. anni ſub diuerſis Pontificibus miniſterio an magiſterio Hildebrandi vſis &c.*

SCribit Mornæus in limine huius Progreſſus, quod cum Henricus III. quinquennis eſſet ſub tutela matris Agnetis, viſum fuerit Hildebrando, & alijs Pontificibus abuti illius ætate, & vt optatis faciliùs potirētur duarum hæreſeon prętextu populum ſibi ludificandum propoſuiſſe,

Pag. 233 *Harum altera ſimonia, munerum Eccleſiaſticorum venditio, ſeu illa pecunia ſeu re aliqua æquiualente veneant, nihil licet Romæ tum frequentius, vbi Papatus ipſe proſtituebatur nedū proſtabat; vbi Papæ dignitates omnes Eccleſiaſticas diuendere ſoliti.*

Mornæus Simoniā Pontificib. imponit. HAEc ab impoſtore, mentiendi egregio artifice ſcribuntur. Etſi enim cum Tuſculani illi Comites Romæ rerum potirentur, aliqui intruſi ſint in Sedem Apoſtolicam per Simoniam; niſi tamen canonica acceſſerit electio, eos dico potiùs Antipontifices fuiſſe, quàm legitimos Pontifices. Et vt conſtat ex Petro Damiani in libro, qui dicitur *Gratiſſimus*, tum maximè Simoniaca peſtis per totum corpus Eccleſiæ lethaliter ſerpebat, paſsimque per omnes gradus Eccleſiaſticos liberè pullulabat; nunquam tamen leguntur Pontifices eam aut ſuis Decretis probaſſe, aut Eccleſiaſticas dignitates vænales expoſuiſſe; præſertim ſi in eis id conſideretur, quod ſpirituale eſt: immò pluribus Decretis Romanorum Pontificum repreſſa, & prohibita Simoniaca prauitas, & à ſacris Canonibus plures pœnæ in Simoniacos conſtitutæ. An verò hoc eſt abuti pupillari ætate, aut ludificari populum? *Pontifices iſti non dānarunt Simoniacos tanquā hæreticos.* Nec tamē Simoniaci ab iſtis Pontificibus, quos in hoc Progreſſu Mornæus commemorat, tanquam hæretici ſunt condemnati. Etſi enim à S. Gregorio lib. 7. Epiſt. 110, 113 & 114. Simonia *hæreſis* appellatur, & in Iure Canonico vſitatus ſit ille loquendi modus, vt 1. q. 1. cap. *Presbyter* 3. cum aliquot ſequentibus, & cap. *Cum liqueat*, 13. & cap. *Statuimus* 107. & 1. q. 17. capit. *Patet*, vbi dicitur, Simoniacos velut primos & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus reſpuendos, & quod omnia crimina, ad comparationem Simoniacæ hæreſis, quaſi pro nihilo reputantur; non tamen vitium eſt per ſe, & formaliter fidei contrarium; cum non requirat per ſe errorem in intellectu, & poſsit committi non ex iudicio erroneo ſpeculatiuo fidei contrario, ſed ex prauo quodam affectu, vel intentione. Et D. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 1. ad 1. dicit vocari *hæreſim* Simoniam, quoad externam profeſsionem, quia qui donum Spiritus Sancti vendit, profitetur, ſe eſſe doni Spiritus Sācti dominum. *Simonia quo ſenſu dicta hæreſis.* Addo etiām, quod qui rem ſacram, & ſpiritualem vendit, facto ita ſe gerit, ac ſi iudicaret, illam vænalem eſſe; ſed id tamen poteſt eſſe ſine interiori errore intellectus. Inde Gloſſa, & Doctores in cap. *Firmiſſimè de hæreticis*, notant, Simoniam vocari *hæreſim* latè, nō propriè. Fortaſsè etiam hæc peſtis dicta eſt *hæreſis* à ſua origine, quia ex hęreſi primùm orta eſt, & qui illam exercet, primum illum noui Teſtamenti hæreſiarcham Simonem Magum imitatur; atque eo ſenſu dicimus, Henricum tertium, tum temporis Abbatiarum, & Epiſcopatuum peſſimum nundinatorem, promouiſſe Simoniacā hæreſim, non propriè, ſed latiùs ſumpto vocabulo; & Simoniacos pluribus Concilijs tum condemnatos, non tanquam hæreticos, niſi eo ſenſu, quo dictum, aut niſi ſum illi per errorem intellectus iudicabant, res ſpirituales vænales, & pretio temporali æſtimandas eſſe, & vendi debere. Atque hæc de prima hæreſi.

Altera (inquit) Nicolaitarum, in qua manifeſtus contra Eccleſiaſticam hiſtoriam error an dolus, quandoquidem Nicolaus ille Diaconus in primitiua Eccleſia ideo reprehenſus legitur, quod continentiæ colore vxorem dimiſiſſet, mox verò in omne genus libidinum præcipitem ſe dediſſet, quod alibi ex Epiphanio, & alijs enarrauimus. Pag. 233

DE Nicolao, vno ex ſeptem Diaconis ab Apoſtolis creatis Act. 6. duplex fertur ſententia. Alij enim exiſtimant, Nicolaitarum praua dogmata ab eo eſſe excogitata, Epiphanius Hęreſi 25. Hieronymus Epiſt. 48. ad Sabinianum. Et alij complures, aſſerētes ipſum, cum poſt ſuſceptum Diaconatum *ad imitationem* *An Nicolaitarū hæreſis orta ſit à Nicolao, vno ex ſeptē primis Diaconis. Qui id affirmant.*

Digitized by Google

nem eorum (inquit Epiphanius) *quos Deo addictos videbat, ab vxore, quam formoſam habebat, ſe continuiſſet*, & à concupiſcentia ſuperatus eam iterũ ſuperinduxiſſet, eaq; de re ab Apoſtolis argueretur, mox ſordidiſsimam hæreſim excogitaſſe, qua aſſereret, neceſſarium eſſe ad ſalutem conſequendã quotidie luxurijs inquinari. Alij verò dixerunt, ſic Nicolaitas ab eo eſſe dictos, vt tamen ipſe culpa vacaret, ita nempe, vt cum formoſam vxorem haberet, eique ab Apoſtolis eſſet exprobrata zelotypia, ipſe eidem in medium adductæ permiſerit, cui vellet, nubere: & hoc eius factum, dictumque abſolutè quidam ſecuti fuerunt, quaſi docuiſſet, carne vti oportere, & effuſè fornicari; cum tamen Nicolaus ipſe nulla vnquam alia, quàm ea, quæ ipſi nupſerat, vxore vſus fuerit, & ex eius liberis filiæ conſenuerint virgines, filius etiam manſerit incorruptus. Ita Clemens libro 3. Stromat. quæ ex eodem recitat, & probat Euſebius lib. 3. hiſt. capit. 23. & Theodoretus lib. 3. hæret. fabul. vbi ſcribit, Nicolaum redargutum ab Apoſtolis zelotypiæ, produxiſſe quidem in mediũ vxorem, vt qui vellet, haberet cum ea conſuetudinem, *οὐ τοῦτο νομοθετοῦντα, ἀλλὰ τὴν τῶν κατηγορηκότων συκοφαντίαν ἐλέγχοντα*, *non hoc lege decernente vti, ſed eorum, qui accuſauerant, calumniam cõuincentem*. Eadem citat ex Clemente, & eius ſententiam de Nicolao probat Nicephorus lib. 3. cap. 15. Vbi etiam cum Euſebio, quod ille vxorem, propter quã zelotypus viſus eſſet, in medium Apoſtolorum produxit, id velut *ἀποβολὴν πάθους*, *repudiationem affectionis carnalis* fuiſſe interpretatur, eumque per abuſum carnis continentiam, & accuratam voluptatum compreſsionem docuiſſe; quippe qui iuxta Seruatoris præceptum duobus heris, voluptati ſcilicet, & Domino inſeruire noluerit. Eidem ſententiæ ſuffragatur Sanctus Ignatius, dum in Epiſt. ad Philadelphios ſcribit, eiuſmodi hæreticos falſo nomine dictos eſſe Nicolaitas. Et Clemens Romanus lib. 6. Conſtitut. cap. 8. dum *falſi nominis* vocat Nicolaitas, non certè alia ratione, niſi quia illi (vt mos eſt hæreticorum) honeſto nomine hæreſim ſuam quolibet quæſito prætextu velare cupientes, ſe *Nicolaitas*, quaſi à Nicolao deſcenderent, mendaciter, & iactanter nominarent: & Nicolaum Diaconũ, vt virum fide Catholica probatiſsimum, auguſtiori honore auctum, factumque ab Apoſtolis Samaritanorum Epiſcopum, Hippolitus, cuius fertur liber de ſeptuaginta duobus Diſcipulis, teſtatur, cui conſentit Dorotheus Tyrus in Synopſi. Nõ igitur habet Hiſtoria Eccleſiaſtica, Nicolaum colore continentiæ vxorem primũ dimiſiſſe, & mox in omne genus libidinum præcipitẽ ſe dediſſe: nec id ſcribit Epiphanius, ſed mera hæc eſt Mornæi impoſtura. Proſequitur.

Quingla

Non Hiſtoria Eccleſiaſtica, nec Epiphanius narrat factũ, quod Morn. Nicolao tribuit.

Eius verò criminis non alij magis rei, quã Clerici Romani, Pontifices etiam anterioris ſæculi, quos Romæ lupanar publicè exercuiſſe vidimus.

Pag. 233

SEd verum ſit, quod ſcribit Aduerſarius, Clericos Romanos eius criminis tũ reos fuiſſe; an Clericatui id aſcribi debet? Nã de nomine Clericatus, & officio Clericorũ D. Hieronymus Epiſt. 2. ad Nepotianum ita ſcribebat: *Clericus, qui Chriſti ſeruit Eccleſiæ, interpretetur primò vocabulum ſuum, et nominis definitione prolata, nitatur eſſe qđ dicitur. Si enim κλῆρος Græcè, ſors Latinè appellatur; propterea vocantur Clerici, vel quia de ſorte ſunt Domini, vel quia ipſe Dominus ſors, id eſt pars Clericorũ eſt. Qui autem vel ipſe pars Domini eſt, vel Dominũ partem habet, talem ſe exhibere debet, vt & ipſe poſſideat Dominũ, & poſſideatur à Domino.* Etſi igitur Clerici aliquãdo flagitioſi ſint, & facinoroſi, id perſonis adſcribi debet, non gradui, quem tamẽ potiſsimùm accuſant, eiq; infeſti ſunt Mornęus, & Nouatores, quaſi de gradu, & dignitate ex perſonarum conditione, & qualitate iudicandũ ſit. Quod ſcribit, Põtifices anterioris ſæculi Romę lupanar publicè exercuiſſe: hæc eſt calumnia manifeſtiſsima, proferat. n. huiuſmodi Pontifices. Si enim aliquot in tanto Pontificum numero minus inculpatè vixerunt, magis intruſi ab initio, quàm legitimè inſtituti, cuiuſmodi Ioãnes XII. & Benedictus IX. an ideò de Põtificibus anterioris ſæculi indefinitè id proferendũ, eos lupanar publicè Romæ exercuiſſe? cum nec de vllo quidẽ Pontifice id legatur, &, vt ex his, quæ ſcripſimus, conſtat, multi Põtifices anterioris ſæculi prout ex Authoribus, qui de illis ſcripſerunt, colligitur, probitate vitæ fuerint conſpicui. An verò quia Caluinus, & Beza Miniſtri Eccleſiæ huius reformatæ, & purioris fuerunt inſignes Gomorræi ante aliquot annos; ideò abſolutè pronunciandum, omnes Miniſtros huius ſæculi Eccleſię iſtius fictitię tam nefandi criminis reos eſſe; vt nec ipſum Mornæũ excipiamus? Sibi certè magnam iniuriam fieri, & falsò tam nefandum crimẽ impingi, ſtatim, & meritò conſequeretur. Nec igitur de Pontificibus anterioris ſæculi indefinitè id pronunciet, eos Romæ lupanar publicè exercuiſſe; cũ tamen latiſsima ſit differentia. Nam ex Miniſtris ſuæ Eccleſiæ Mornæus nullum proferre poterit, qui doctrina ſana, aut vitæ probitate, nedum miraculis, claruerit; cum à Sancto Petro ad hæc noſtra tempora quamplurimos Pontifices poſsimus producere, qui & doctrina, & vitæ ſanctitate, immò & aliquos, qui miraculis fuerint inſignes. Addo, non ſolùm Miniſtros Eccleſiæ Mornæi iiſdem criminibus, quæ Pontificibus falsò impingunt, eſſe infames, ſed & miniſterium eorum non ſecus ac Sacerdotium Baal profanum eſſe, & ſacrilegum; cum tamen Põtificatus Eccleſiæ Romanæ ſanctiſsimus ſit à Chriſto Domino inſtitutus; etſi aliquando perſonæ non reſpondeant dignitati, & ſanctitati loci, ac Sedis.

Clerici nomen, & officium.

Calumnia Mornæi in Pontifices.

Refellitur exemplo à morib. Caluini, & Bezæ.

Cum interim Nicolaitarum nomine præpoſterè intelligi velint, Epiſcopos & Presbyteros, qui iuxta legem diuinam, Apoſtoli Canonem, primitiuæ

Pag. 233

Eccleſiæ vſum, Nicænæ Synodi primæ vniuerſalis, & complurium aliarum decreta, cum legitimis vxoribus matrimonium ritè cõtractum colunt.

CErtè ſi Nicolaitarum nomine eos intelligamus, prout ſcribit Sigonius lib. 8. de Regno Italiæ anno 1055. Hildebrandum in Franciam à Victore II. miſſum Legatum graues aduerſus Simoniacos, & Nicolaitas, nẽpe fornicarios Epiſcopos & Sacerdotes exercuiſſe quæſtiones, eo ſenſu intelligitur, quòd illi exterius ita ſe gererent, ac ſi cum Nicolaitis iudicarent, licitos eſſe promiſcuos concubitus, & ad ſalutem conſequendam rei venereæ operam eſſe dandam, quem præter cæteros referunt fuiſſe errorem Nicolaitarum. Verùm id Mornæo negamus, Epiſcopos, & Presbyteros legitimas vxores ducere, aut matrimonium ritè contrahere poſſe. Siquidem ſacer Ordo impedimentum eſt & prohibens matrimonium contrahendum, & dirimens contractum, & Sacerdotum cœlibatus iure Eccleſiaſtico inſtitutus, cui neque lex diuina, neque Apoſtoli Canon, nec Eccleſiæ primitiuæ vſus, nec ſacræ Synodi Nicænæ, aut aliarum Decreta aduerſantur: neque vnquam Epiſcopi, & Presbyteri Catholici cum legitimis vxoribus matrimonium ritè contractum coluerunt. Hos igitur nomine Nicolaitarum minimè poſſumus intelligere. De Pſeudoepiſcopis quidẽ Proteſtantiũ (cum ſint profani, ac merè laici, nullo ſacro Ordine initiati) id certè teneo, eos ritè matrimonia inire, & legitimis vxoribus vti; atqui non Epiſcopos, aut Presbyteros Catholicos, qui ſacro Ordine, & ſpirituali functione arcentur à matrimonio ritè contrahendo: & ſi de facto matrimonium contrahant, illud inualidum erit, & ſacrilegum, ſacris Canonibus prohibitum, diſt. 27. cap. 8. *Presbyteris*, & diſtin. 31. cap. *Aliter*, & per totam 17. q. 1. & pluribus Concilijs idem cautum eſt, ac nouiſsimè in Trident. Synodo ſeſſ. 24. can. 9. *Si quis dixerit, Clericos in ſacris Ordinibus conſtitutos, vel regulares caſtitatem ſolemniter profeſſos poſſe matrimonium contrahere, contractumque validum eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel voto, & oppoſitum nil aliud eſſe, quàm damnare matrimonium, poſſeque omnes contrahere matrimonium, qui non ſentiunt, ſe caſtitatis, etiamſi eam vouerint, habere donum, anathema ſit; cum Deus id rectè petentibus non deneget, nec patiatur, nos ſupra id, quod poſſumus, tentari*. Et in concubinarios Clericos ſanciti ſunt multi ſacri Canones diſtinct. 28. & 32. ext. *de cohabit. Clericorum, & mulierum*. Et in Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 14. de reformat. & tum temporis, cum repreſſa eſt Simoniaca peſtis, etiam contra Clericos actum eſt, vxores, aut concubinas habentes. Sigonius libro octauo de Regno Italiæ anno 1049. de Concilijs à Leone IX. celebratis agens, *Decretum* (inquit) *in omnibus eſt, ne ſacros Epiſcopi Ordines venderent, quique à Simoniacis emiſſent, per iniunctum à Clemente piaculum Ordines retinerent. & ne Clerici vxores, aut concubinas haberent, quemadmodum Petrus Damiani ſcripſit in eo libro, quem Gratiſſimum nominauit.* Verùm leges ferre in Simoniacos, vel concubinarios interpretatur Mornæus,

Sacerdotes contrahere matrimoniũ legitimũ non poſſunt.

Sacris Canonib. eſt prohibitũ.

Leo IX. leges tulit cõtra Simoniacos, & cõcubinarios.

Hildebrandi an potius magiſtri ſui commentum, qui modò huius, modò illius prætextu, populũ faſcinat, Principes diuexat, Epiſcopos traducit. Pag. 233

NEc id mirum, quia apud Mornæum nulla differentia ſacri, & prophani. Itaque in Simoniacos agere, vel ſacrorum hominum incõtinentiam coercere, in Epiſcopos, aut Presbyteros, vxores, vel concubinas habentes, pœnas ſtatuere illi nihil aliud, quàm ludificari, & faſcinare populum, & Epiſcopos traducere: hoc item eſt Principes diuexare.

Quæ Cataſtrophe eò pertinebat (inquit) *vt illorum imperium euerteret, authoritatem, & iura ad ſuam ſedem raperet.* Pag. 234

HOc væſani hæretici iudicium, quod eò ſpectat, vt Hierarchia Eccleſiaſtica labefactetur omninò, Pontificum authoritas euertatur, & ad Principes laicos aut profanos homines iura Eccleſiaſtica deuoluantur.

Deinceps Romanos Pontifices commemorat à Leone nono qui creatus fuit anno Domini 1049. ad Gregorium ſeptimum qui creatus fuit anno 1073. Quoad Leonem nonum, Brunonem antea dictum, Epiſcopum Tullenſem, de eo refert ex Othone Phriſingenſi libro ſexto capit. 33. quod cum ab Henrico III. deſtinatus Romam eſſet Pontifex, iamque purpuram indutus per Gallias iter inſtitueret, Cluniacum fortè diuertit, vbi Hildebrandus tum Prioratus, vt dicitur, obedientiam adminiſtrabat. *Is Leonem adiens æmulatione Dei plenus* (Phriſingenſis inquit, ſed ſuppreſsit Mornæus) *conſtanter eum de incæpto redarguit, illicitum eſſe inquiens, per manum laicam Summum Pontificem ad gubernationem totius Eccleſiæ violenter introire: Verùm, ſi ſuum conſilium ſequi velit, vtrumque, & quod Maieſtas Imperialis in ipſo non exacerbetur, quodque libertas Eccleſiæ in electione Canonica renouetur, ſe pollicetur effecturum. Paret ille, purpuram deponit, & habitu peregrini cum Hildebrando Romam pergit, vbi à Clero, & populo eiuſdem Hildebrandi conſilio Pontifex eligitur.* Miſſa prius fuerat Legatio à Romanis ad Henricum, poſtulantibus ſibi ab eo Pontificem dari. Verum (vt inquit Blondus Decad. 2. lib. 3.) *de mala conſuetudine*. Baronius ad annum Chriſti 1049. art. 1. vult Legationẽ quidem ad Imperatorem fuiſſe miſſam à Cardinalibus, non vt ipſe Papam eligeret, ſed quẽ ſibi vtilem fore putaret, Romam mitteret, vt ex more Romæ conſilio Cardinalium Papa eligeretur: itaque quod quidam dicunt, electum ab Imperatore, ab ipſo delectum intelligendum, ſed electum à Cardinalibus. Electio quidem illius magnæ vtilitati fuit Eccleſiæ: doctrina,

De Leone 9. eiuſq; electione.

ctrina,religione, & vitæ ſanctimonia inſignem fuiſſe,omnes ſcribunt. Verùm, quòd ante canonicam electionem purpuram aſſumpſiſſet, & ſeſe Pontificem gereret,meritò illi conſcientiæ ſcrupulus ab Hildebrando iniectus. Id minimè ſilentio inuolendum, poſt obitum inſignia ad eius tumulum miracula fuiſſe edita: & inter cætera ſanctitatis eius viuentis argumenta hoc quoque numeratur,quod dum Romæ ageret, tertio quoque die à Laterano in Vaticanum nudis pedibus tribus tantùm Clericis comitatus ſilentio noctis procedere pſallendo,atque orando ſolitus fuerit; Teſtis Leo Oſtienſis lib.2. cap.88. Author Faſciculi temporum Mornæo ſatis familiaris,eum *virum ſanctum* appellat, & de eodem ſcribit,quod Chriſtum in ſpecie leproſi in lecto ſuo nocte collocans,mane ipſum non inuenit.

Vita ſanctimonia, & miraculis quam inſignis.

Moritur Leo anno 1054. & Romani partim Imperatorem reueriti &c. Pag.234

HIſtoriam refert Leo Oſtienſis lib.2.cap.90. *Defuncto Sanctæ memoriæ Leone Papa, Hildebrandus tunc Eccleſiæ Romanæ Subdiaconus à Romanis ad Imperatorem mittitur, vt, quoniam in Eccleſia Romana perſona ad tantum officium idonea reperiri nō poterat,de partibus illis (quem ipſe tamen vice Cleri, Populique Romani Pontificem elegiſſet) adduceret. Quod cum Imperator annuiſſet, Gibeardum Aiſtitenſem Epiſcopum de Romanorum conſilio poſtulauit.Triſtis ad hæc Imperator(nimis enim illi carus erat) cum illum modis omnibus neceſſarium ſibi diceret, & alios pleroſque huic officio magis idoneos proponeret,Hildebrandus in ſententia perſtitit; erat enim idem Epiſcopus non modò prudentiſſimus, verùm in toto Regno ditior,atque potentior omnibus. Hunc itaque,inuitum licet,ac nolente Rege, Romam ſecum adduxit, eique Victoris nomen imponens,Romanum Pontificem de cunctorum conſenſu declarauit, cum iam ferme à tranſitu Leonis annus eſſet euolutus &c.* Quod itaque ſcribebat Mornæus, Romanos poſtulaſſe ab Imperatore Pontificem, eum reueritos: atqui id noluerunt eſſe ſitum in poteſtate Imperatoris, vt pro arbitrio ſuo daret Pontificem; nā quos proponebat,reiecerunt,prælecto, quem nollet creari, & quem inuitus, ac nolens à ſe dimitteret. De eodem Pontifice ſubiungit ibidem Leo Oſtienſis: *Qui quoniam prædeceſſori ſuo impedimento maximo fuerat,quoties poſtmodum à circumpoſitis moleſtia aliquid patiebatur, dicere ſolebat: Meritò hæc patior, quia peccaui in Dominum meum.* Et itē; *Dignum eſt,vt quod fecit Saulus,patiatur Paulus:quod egit lupus,ſuſtineat agnus.* Mornæus:

Victor II. quomodo Leoni IX. ſubſtitutus.

Veneno per ſubdiaconum calici mixto, tantumnon ſublatus. Pag.234

SEd debuit referre,eum miraculo tum ſeruatum fuiſſe, ſic enim rem geſtam Lambertus de rebus Germaniæ ad annum 1054. deſcribit: *Huic* (Victori Papæ) *Subdiaconus toxicum in calicem miſit: quem cum ipſe poſt conſecrationem leuare vellet,nec poſſet, à Domino cauſſam facti inquiſiturus,cum populo ad orationem proſternitur,ſtatimque toxicator à Dæmone corripitur. Ita igitur cauſſa manifeſtata,Dominus Papa calicem cum ſanguine Dominico cuidam altari iuſſit includi, & pro reliquijs in perpetuum conſeruari.Deinde iterum cum populo tandiu ad orationem proſternitur, quouſque Subdiaconus à Dæmonio liberaretur.* Idem habet Compilatio Chronologica ad annum 1054. & Abbas Vrſpergenſis ad an.1053.Ita Deus duplici miraculo, ne Pōtifex calicem ſumeret,obſtitit,& tāti ſacrilegij authorem detexit. Hæc certè miracula Deus in Antichriſto,maximè dum Idololatriam exercet,minimè operatur,cum tamen impius Mornæus, & ſacrilegi Nouatores de Pontifice Romano, & ſacroſancto Miſſę ſacrificio ita iudicent.

Victor quā miraculoſi præſeruatus à veneno ſibi in calicē miſſo.

Victoreque ſecundo anno 1057.vita functo, Romani ſucceſſorem electuri Comitia conuocant, & Cardinalem Fredericum, Ducis Lotharingiæ filium, quaſi vi raptum conſecrant &c. Pag.234

IS miſſus fuerat Legatus Conſtantinopolim à Leone IX. cum Huberto Epiſcopo Syluæ Candidæ,& Græcorum errores confutauerat. Inde reuerſus, ad Monaſterium Caſsinēſe profectus,ibidem ſumpto Religionis Sancti Benedicti habitu,vitaque per aliquod tempus ſanctiſsimè tranſacta,biennio ab eius ingreſſu vix exacto, Abbas Caſsinēſis omnium Monachorum ſuffragijs deſignatus fuerat.Leo Oſtienſis lib.2. cap.96. Vnde Victore II. Pontifice vita defuncto, ipſe Romæ tunc exiſtens omnium conſenſu creatus eſt Romanus Pontifex, dictuſque Stephanus(alijs nonus,Baronio ad annum 1057.art.10.decimus) quòd ea die,qua electus eſt, nempe ſecunda Auguſti, Sancti Stephani Papæ celebritas ageretur. De eius electione idem Leo Oſtienſis capit. 98. & de eius morte capit.101. *Florentiæ obijt 4.Kalend.Aprilis, ibique digno honore ſepultus eſt: ad cuius ſacrum corpus, interuenientibus meritis, plurima ſigna Deus oſtendit:* & Lambertus anno Domini 1058. *Eius iam mortui ſepulcrum ſignis, & prodigijs vſque hodie diuinitùs illuſtratur.* Ridiculum,quod ſcribit Mornæus:

De Stephano ſiue nono,ſiue decimo, eiuſque electione.

Miraculis poſt mortē claruit.

Ridiculum Mornai commentum.

Vt inueſtituram ab Henrico tertio accipere meditatur,breui moritur. Pag.233

AN verò ſe Pontifex profitebatur vaſallum, ſeu feudatarium Henrici tertij? Siquidem inueſtituram petere dicitur quaſi quidam cenſus deuotionis,& reuerentiæ,quæ Domino preſtari debet, &, ſi non fiat, incidit res quaſi in commiſſum. Vnde verò Imperatori ius illud in Pontificatum,vel Pontifices ipſos,vel vt iura ſpiritualia, quæ habet Pontifex, conferre poſsit?

Stephano X.Mornæus ſubijcit Benedictum X. Tuſculanorum Comitum ſtudijs Primoribus mercede ſibi conciliatis, in Sedem Apoſtolicam intruſum: de quo Onuphrius annot. ad Platinam in Benedicto X. *Hic Benedictus legitimus Pontifex non fuit, cum Simoniacè per vim, &*

Benedictus X. Pont.illegitimus.

Digitized by Google

metum contra Canones, & iuramenta Pontificatum occuparit. Quod diſertè in Epiſtola quadam refert Petrus Damiani Epiſcopus Oſtienſis, qui hoc tempore vixit. Vnde merito, alio ſubrogato, exactus eſt; quare in numeri nota eius ratio habenda non eſſet.

Falſū eſt, hunc fuiſſe à Petro Damiani conſecratum.

Quod verò ſcribit Mornæus, Petrum Damiani Epiſcopum Oſtienſem, nequicquam proteſtatum, ad eum conſecrandum adactum, & citat Sigonium; ita ſcribit ille libro 9. de Regno Italiæ anno 1058. *Tuſculani Comites propinquum ſuum Ioannem Epiſcopum Veliternum Pontificem, Epiſcopis Cardinalibus aduerſantibus, creant, atque eiſdem in diuerſas partes dilapſis, per Presbyterum Oſtienſis Eccleſiæ, hominem omnium litterarum ignarum ad Apoſtolatus culmen prouehunt, & Petrum Damiani Oſtienſem Epiſcopum reclamantem, atque omnes diris grauibus deuouentem vi ad eum colendum compellunt, deinde populum diuiſa per vicos pecunia ad adorandum inuitant.* Vndè conſtat ex Sigonio, nō eum à Petro Damiani, qui erat Epiſcopus Oſtienſis, ſanctitate, & doctrina inſignis, conſecratum, ſed à Presbytero quodam eiuſdem Eccleſiæ, omnium litterarum ignaro: neque ſcribit Sigonius, Petrum Damiani ad eum *conſecrandum adactum* fuiſſe, ſed *colendum*, quæ longè diuerſa ſunt. Ex Leone etiam Oſtienſi manifeſta eſt impoſtura Mornæi. Siquidem ille lib. 2. cap. 102. rem geſtam ita narrat: *Interea Gregorius Lateranenſis, & Tuſculanenſis Comes, comperto Romani Pontificis obitu, ſociato ſibi Girardo Galerenſi, & Romanis potentibus aliquot, noctu cum armatorum turbis Eccleſiam vna peruadunt, & Ioannem Veliterenſem Epiſcopum, Mincium poſtea cognominatum, Papam conſtituunt, Benedicti illi impoſito nomine. Quod cum Petrus Damianus vir valde religioſus (quē eo tempore Stephanus Papa ab eremo extractum in Oſtienſi Eccleſia Epiſcopum fecerat) comperiſſet; vna cum Cardinalibus reſiſtere, ac reclamare cœpit, atque anathematizare: Sed hi tamen omnes terrore compulſi per varia loca fugere. Ita à Satellitibus Sathanæ Oſtienſis Eccleſiæ Archipresbyter, vt prædictum Mincium ad Apoſtolatus culmen proueheret raptus, ac violenter attractus eſt.* Atqui Petrus Damiani non erat Archipresbyter, ſed Epiſcopus Oſtienſis Eccleſiæ; non ergo ab eo conſecratus Benedictus ille Antipapa. Mornæus;

Pag. 234

Verùm, quia Clerus Hildebrando promiſerat, ſedes ſi uacaret, neminem eo abſente electum iri, paucis poſt diebus, Antipapam ipſe opponit, Gerardum Burgundum Florentinum Epiſcopū, Nicolaum cognomine ſecundum, cui pudore potius quam conſciētia motus, cedit Benedictus decimus.

Falſa ſunt omnia, quæ hic Mornæus.

HIc pro more ſuo nugatur Mornæus. Nam primò non id Clerus Hildebrando promiſerat, ſed, vt ſcribit Leo Oſtienſis lib. 2. c. 101. *Stephanus Papa, congregatis Epiſcopis, & Clero, populoque Romano, ſub diſtricta nimis inhibitione conſtituit, vt ſi antequā Hildebrandus Romanæ Eccleſiæ tunc Subdiaconus ab Imperatrice, ad quam pro quibuſdam Reipublicæ negotijs communi conſilio mittebatur rediret, ſe mori contingeret, nullus omnino Papam eligere auderet, ſed vſque ad illius reditum Sedes Apoſtolica intacta vacaret, eius demum ordinanda conſilio.* Secūdo falſum, Hildebrandum Antipapam oppoſuiſſe Benedicto; Immò iuſtum Pōtificem adulterino oppoſuit; nam Nicolaus ſecundus fuit legitimè inſtitutus Pōtifex; vbi Benedictus largitione pecuniæ, & vi intruſus fuerat; qui non pudore, ſed conſcientia motus, & religione perfuſus ſe abdicauit.

Nicolaus II. Pōtifex legitimus.

De Cōcilio ab ipſo Romæ habito.

De Cōcilio Romæ habito à Nicolao II. cui 113. Epiſcopi interfuerunt, hoc Mornæi iudicium eſt;

Pag. 234

Igitur eius (Hildebrandi) conſilio Synodus Laterani habetur, eo quidem prætextu, vt in poſterum eiuſmodi incommodis non ſit locus, reuera, ſupplantandis omnino Imperatoribus; quippe in qua ſtatutum; Vt obeunte Romanæ Eccleſiæ vniuerſalis Pontifice, in primis Cardinales Epiſcopi diligentiſſime ſimul de electione tractantes &c.

In eo priuilegiū de electione Pōt. Henrico datum.

IN ea Synodo conſtat, editum eſſe Decretum de electione Romani Pōtificis, quod habetur apud Gratianum diſt. 23. c. *In nomine Domini*; vbi & habita ratio Henrici Regis Germaniæ, & conceſſum priuilegiū de electione Pontificis illi, & ſucceſſoribus, qui ab Apoſtolica Sede perſonaliter hoc ius impetrarent. Quòd. n. eiuſdem Regis ope proximè præcedenti ſchiſmati finis impoſitus eſſet, legitimuſq; Pontifex, Eccleſiæ Romanæ pace reddita, cōſtitutus; gratitudinis ergò qd datum fuerat eadem ex cauſſa patri priuilegiū, hoc Nicolaus vna cum ſancta Synodo propagādū putauit in filiū: quod quidem cùm ad ædificationem Eccleſiæ collatū eſſet; cùm eodem ad deſtructionem vti voluerūt, iure ipſo priuari meruerunt. Verū, vt obſeruat Baron. ad an. Chriſti 1059. art. 23. nō ita apparet, Pontificem, aut Conciliū conceſsiſſe illi ius eligendi Romanum Pontificē, vt eo priuari voluerit Romanum Clerum. Immò ad S. R. Eccleſiæ Cardinales Epiſcopos voluit id potiſsimū pertinere, inde ad cæteros, quos ſiue iura, ſiue conſuetudo hactenus admiſiſſent, ne cuiquam præiudicium inferretur. Sed id Mornæo non ſufficit.

Nullo tamen illato cuiq; præiudicio.

Cum antea (inquit) *Pontificis approbādi ius penes Imperatorem eſſet, cuius imperium, nedum conſenſum, læſa Maieſtatis pœna, antequam conſecraretur, expectare neceſſe haberet.*

QVando Imperatoris imperium Pōtifici expectandum fuerit, nedū conſenſus, & quando conſtituta fuerit pœna illa læſæ Maieſtatis, aut qua authoritate, & à quo tandē, ediſſerat nobis Mornæus. Siquidē nō plus iuris habuerūt vnquā Imperatores in electione Romanorum

Pont.

Digitized by Google

Pont. quam ab illis iiſdem fuerit tributum. Sed malè habet Mornæum, quòd Cardinalium authoritas tùm inualeſcere cœperit, vt hoc tempore Petrus Damiani ſcripſerit ad Cadaloum Epiſt. 20. lib. 1. *Romani Cardinales Romanum Pontificem principaliter eligunt, & quibuſcumque alijs prærogatiuis non modo quorumlibet Epiſcoporum, ſed etiam Patriarcharum, atque Primatum iura tranſcendunt. Saluo quippe Vniuerſalis Eccleſiæ ſacramento, iſti ſunt oculi vnius lapidis, id eſt Romanæ Eccleſiæ, ipſi lucerna vnius candelabri;* Vbi inſulſus Mornæus;

Pontificum Rom. electio præcipuè iam ſit penes Cardinales.

Cardinales oculi, & lampades Eccleſiæ.

Pag. 235

Antea igitur non oculi in Eccleſia, non lampades.

TVm quidem nomen eorum celebrari magis in Eccleſia Romana cœptum, quando illis in primis permiſſa Romani Pontificis electio: & ideò potiſsimùm inſtituti, vt conſilio, & opera Romanum Pōtificem iuuarent in regimine Eccleſiæ Vniuerſalis. Nec tamen inde ſequitur, eos non priùs fuiſſe oculos, & lampades in Eccleſia quia id non priùs de illis ſcripſerat Petrus Damiani. De antiquitate, dignitate, & officio Cardinalium nolim hic plura adferre. Pre cęteris legi poteſt Bellarminus lib. 1. de Clericis cap. 9. & cap. 16.

Nullus à Laico Eccleſiam vel gratis, vel pretio accipiat.

In eodem Concilio contra Simoniacos ordinatores, vel ordinatos ab eodem Pontifice Decretum editum, & refert illud Gratian. 1. q. 1. cap. *Statuimus* 107. præ cæteris ſtatuit, ne quis à Laico Eccleſiam aut pretio, aut gratis accipiat, neque per Simoniacam hæreſim promoueatur ad quodlibet Eccleſiaſticum officium. Mornæus;

Pag. 235

Cum tamen quod, gratis, dicitur, ſimoniam propriè excludat, diſcrimen inter Laicos & Clericos non conſtituat.

ATqui vtrumque prohibet Pontifex, & ne quis à Laico *pretio*, & ne quis *gratis* Eccleſiam accipiat. Et primum quidem Simoniacum eſſet, ſi quis pretio vel à Laico, vel etiam à Clerico Eccleſiam accipiat; neque enim magis Clericus poteſt citra Simonię peccatum pretio Eccleſiam alicui tradere, quàm Laicus. Verùm in hoc diſcrimen eſt, quòd à Clerico gratis, à Laico ne gratis quidem ex Decreto Pontificis poteſt quis Eccleſiam accipere. Aliud inſuper, hortatu maximè Petri Damiani, cuius extant hac de re datæ litteræ grauiſsimæ ad eundem Pontificem, aduerſus Sacerdotes concubinarios Decretum editum. Tum enim maximè laborandum fuit Pontificibus, vt & Simoniacam peſtem ab Eccleſia procul arcerent, & Sacerdotum concubinatum comprimerent.

Berengarius ſuam hæreſim abiurat.

Non omittendum, Berengarium in eodem Concilio abiuraſſe ſuam hæreſim contra veritatem corporis Chriſti in Sacramento Eucharistiæ, quam eādem hodie Mornæus, & omnes Caluiniſtæ profitentur.

Robertus, et Guiſcardus à Nicolao

Quam huic loco hiſtoriam inſerit, de Roberto, & Guiſchardo Nortmannis, prius vinculo anathematis innodatis, quòd terras Eccleſiæ inuaſiſſent, deinde in gratiam receptis à Nicolao Pontifice, & anathemate ſolutis; eandem fusè deſcribunt Nauclerus Vol. 2. Generat. 36. anno 1059. Sigonius lib. 9. de Regno Italiæ eodem anno; de quo & Leo Oſtienſis libro 3. capit. 15. *Per hos etiam dies Richardo Capuanum Principatum, & Roberto Apuliæ, & Calabriæ, atque Siciliæ Ducatum confirmauit, accepta prius ab eis cum ſacramento Romanæ Eccleſiæ fidelitate, cenſuque quotannis iuga bouum, ſingula denarijs duodecim.* Hoc interpretatur Mornæus ex pupillari Henrici ætate, nouam creſcendi occaſionem, & nouæ litis cum Imperio, Imperatoreque materiam; Vbi tamē ſuum repetijt, nihil alienum ſibi vendicauit Pontifex; vt ille liti occaſionem dederit. Qui repetit ſua, & iure ſuo vtitur, nemini iniuriam facit. Occupauerant illi Ciuitates aliquot, quæ parebant Pontifici; iuſtè itaque tanquam inuaſores à Pontifice fuerant anathemate percuſsi. Deinde, ab Imperatoribus præcedentibus, ad quos beneficio Pontificum Romanorum translatum erat Imperium Occidentale, donatæ erant Eccleſiæ Romanæ huiuſmodi Prouinciæ, vt ex Diplomate Ludouici Pij in primis conſtat; nullo igitur iure, inconſulto, vel etiam inuito Pontifice, ſe Calabriæ, & Apuliæ Ducem Robertus Guiſchardus appellauerat, & nonniſi à Pontifice iuſtum hunc titulum obtinere potuit. Deniq; volenti, & conſentienti nō fit fraus, aut dolus: at Robertus, & Guiſchardus fratres, diris à Pōtifice tanquam inuaſores rei alienæ deuoti, ſe in eius authoritate futuros, & omnem ditionē armis partam acceptam ei relaturos, polliciti ſunt, ſi ſe in gratiam recipere, & feudatarios Eccleſiæ conſtituere vellet; id itaque iure ſuo poſſe facere Pontificem intellexerunt. Nicolaus igitur cum poſtulatis eorum aſſenſit, nullam illis, nec verò Imperatori, cui iam nullum ius in illas Prouincias, intulit iniuriam; vt nouæ liti cum Imperio, vel Imperatore dederit occaſionem. Mornæus;

Pont. in gratiam receptis &c. quaſi dicione.

Ii Pōtifices factū quam legitimū.

Sed enim non minor in morum & doctrinæ corruptela, quàm in tyrānide progreſſus. Quoad mores primùm id oſtendere nititur. ***Quandoquidem Sodomiticum ſcelus ex cœlibatus rigore eas radices in Clero Romano defigit, vt Petrus Damianus eremum petere coactus, librum conſcribat, cui titulus Gomorræus &c.*** Pag. 235

AN verò cœlibatus Clericorum legi ſanctiſſimæ tribuendum tam nefandum ſcelus? Non magis certè, quàm legi contra parricidas homicidium tribui debet, & quàm legi datæ à Deo per Moyſem peccatum aſcribi, de qua D. Paul. Rom. 5. *Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum.* An ideò lex cauſſa eſt peccati, quia cumulatis præceptis, & mandatis maior facta

Lex cœlibatus non eſt cauſſa peccati.

Digitized by Google

eſt transgreſsio? Atqui id vitio hominum factum eſt, licet occaſione ex lege ſumpta: & particula, *vt*, non finem, ſed conſecutionem indicat; nec enim lex data, vt homo peccaret; ſed homo vitio ſuo proprio, à quo nonniſi per gratiam Chriſti ſanandus erat, occaſionem accepit transgrediendi legem ipſam. Et de lege cœlibatus id dici poteſt, quod ſcribit idem Rom. 7. *Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum, & bonum. Quod ergò bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit.* Lex igitur ipſa irreprahenſibilis eſt, inſtituta ad vitam rectè inſtituendam: & ſi homo occaſione legis in peccatum aliquod incidat, id vitio ſuo, non legi tribuendum: quod ſignificat paulò poſt Apoſtolus: *Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato.* Lex ad ea, quæ ſpiritus ſunt, & ad virtutes, ac honeſta exhortatur, à vitijſque reuocat, & quomodo ſecundum Deum viuendum ſit, docet; non igitur illi aſcribendum peccatum, ſed homini, quatenus carnalis eſt, id eſt, ſecundum carnem viuit, non rationem, ſed ſenſuum appetitum ſequens. Sed eundem audiamus Rom. 6. *Peccatum non dominabitur in vobis, quia non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia;* Vt intelligamus, hominem ſub lege v.g. cœlibatus conſtitutum poſſe contra peccata quærere remedium ex fide, & gratia Chriſti, quã, vt ait Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. can. 9. *rectè petentibus non denegat, nec patitur, nos ſupra id, quod poſſumus, tẽtari.* Et id quidem vt intelligatur, quàm iniquè legem cœlibatus iſte accuſet, eiuſque rigori nefanda peccata tribuat. Falſum, quod ſcribit, Petrum Damianum inde eremum petere coactum. Nam iam tunc Eremita erat montis Auellani in Vmbria, cum cernens omnem carnem corrupiſſe viam ſuã, de his Leonem IX. monens, ſcribit ad eum librum, *Gomorrhæum* inſcriptum, quo vitia quadripartita carnis, quibus obruerentur Clerici, quàm potuit honeſtè in tantis recenſendis obſcœnitatibus, inſinuauit, rogans, vt Petri gladio acutiori, quàm Phinees, cõficiens turpiſsimos homines illos, & maximè Clericos, Eccleſiam Dei non habentem maculam, neq; rugam, ſeruaret incontaminatam. Quod Leonem egregiè præſtitiſſe docet ipſius ad Petrum reddita Epiſtola, quæ præfixa legitur eidẽ Gomorrhæo, habetq; dignas pœnas appoſitas pro criminum qualitate, & quantitate. Etſi verò in Leonis Pontificis maleuolentiam Petrus Damiani poſtea inciderit; nõ certè quòd librum illum ſcripſiſſet, verùm ex calumnijs quorundam apud ipſum Pontificẽ, vt ex ipſiuſmet Petri Epiſtola apologetica ad Leonem cõſtat, lib. 1. Epiſt. 4. vbi inter cætera: *Quid mirum* (inquit) *ſi Domino meo tantis oppreſſo negotijs verſuta calliditas hominũ ſubrepere potuit; cũ & Dauid* (2. Reg. 19) *qui prophetico plenus erat ſpiritu, dum Sibę inconſultius credidit, innocentem protinus Miphiboſeth ſententię proſcriptionis addixit? tantumq; apud eum falſę accuſationis ſermo preualuit, vt plectibilem ſeruum in hærilis cõſortium hæreditatis adſciſceret, & infidelitatis reum, libertatis dignum premio iudicaret.* Liber ille, *Gomorrheus* inſcript⁹, poſtea ſurreptus ab Alexandro II. quòd abſq;

De Gomorrhæo Petri Damiani.

Vnde is in maleuolentiã Leonis Pont. inciderit.

verborum obſcœnitate obſcœnitates illę tantę pertractari non potuiſſent, quin legentium aures caſtas offenderent. Sed Mornæus;

Cur Gomorrhæus et ab Alexandro II. ſublat⁹.

Quaſi verò turpitudines eiuſmodi moueri poſſint, quin pædor illico excitetur. Pag. 235

ID quidem verum eſt; ſed tamẽ caſtis auribus parcendum: & corrũpunt bonos mores colloquia praua; vt conſultius ſit ſupprimi nonnũquam libros, quibus deſcribuntur huiuſmodi nefanda vitia, etſi maximè redarguantur, eorumq; turpitudo detegatur, quàm paſsim manibus hominum teri.

Quoad doctrinę corruptelam, eò refert Mornæus, quod ſub Victore II. anno Domini 1055. inducitur pœnitentiarum redemptio. Nimirũ cum Canones pœnitẽtiales pro peccatis mortalibus, quæ ſæpius iterari ſolent, multorum annorum pœnitentiam iniungerent, vt vix homines tota vita poſſent ſatisfacere; ne debitores ex hac vita morte præuenti decederent, aperta eſt ianua in Eccleſia redemptionis pœnitẽtiæ, vt v.g. qui diuitijs affluerent, eas erogando in vſus pauperũ, pro quantitate perſoluti pretij tot annos redimerent: ita pauperes orationibus, ieiunijs, & alijs corporis afflictionibus redimere poſſent breui tempore multos annos pœnitentiæ, quos Canones præſcripſiſſent. Quæ verò hic doctrinæ corruptela? An Canones pœnitentiales à Patribus antiquitùs ſanciti, quibus peccatis mortalibus pro grauitate eorum diuerſæ pœnitentiæ inferuntur, tanquã inutiles ſint, exſibilandi, & reijciendi? An corruptela doctrinæ eſt, erogare ſua in vſus pauperum, & iuxta conſilium Danielis cap. 4. peccata ſua eleemoſynis redimere, & miſericordijs pauperum, orationibus vacare, ieiunijs, & alijs corporis afflictionibus corpus caſtigare, & in ſeruitutem redigere? Recitationem officij Beatæ Mariæ ad doctrinæ corruptelam refert..

Cur inducta pœnitentiarum redemptio.

Nulla in ea eſt doctrinæ corruptela.

In eo demum doctrinæ labes progreſſum facit, quod Petrus Damianus Monachus in eadem eremo degentibus præſcribit; Vt cum horis canonicis quotidie Beatæ Mariæ ſemper Virginis officia dicantur. Pag. 236

VErùm operæ pretium eſt recitare, quæ ſcribit ipſe Petrus Damiani lib. 6. Epiſt. 32. ad ſuos Eremitas Monaſterij Gamugnenſis S. Barnabæ: *Statutum erat, atque iam per triennium ferè ſeruatum, vt cum horis Canonicis quotidiè B. Mariæ ſemper Virginis officia dicerentur. Erat autem quidam inter eos Gozo, habitu Monachus, reprobæ quidem vitæ, ſed dicacis, & aculeatæ facundiæ. Hic cœpit conqueri, ſatis ſuperque ſufficere, quod Sanctus præcipit Benedictus, nec nouæ adinuentionis pondus debere ſuperponi, nec nos eſſe antiquis Patribus ſanctiores, qui videlicet hæc ſuperſtitioſa, ac ſupernacanea iudicantes, pſallendi nobis metam, omnemque vi-*

Recitatio officij B. M. Virginis grata Deo ſit, quamq; diſpliceat eius omiſſio.

uendi

uendi regulam præfixerunt: hac ſanè debere nos eſſe contentos, ne ab illa incauti declinantes, per anfractus, & inuia ducamur errones. Quid plura? Contra Reginam mundi præliari viſus eſt, & confecit. Ad hoc nimirum Fratres verſuta machinatione pellexit, vt ſolitas B. Mariæ laudes vlteriùs non offerrent. Sed ò diuinum iudicium à noſtræ prauitatis intuitu non dormitans. Mox enim aduersùs præfatum Monaſterium tot aduerſitatum grandines tot vndique bellorum, atque cõflictuum exortæ ſunt tempeſtates, vt ipſis quotidie Monachis minaces gladij necis exitum intentarent. Fiunt vndique deprædationes, vndique rapinæ, conflagrantur cum ſegetibus areæ ſamiliares, ac ſerui ſancti loci crudeliter trucidantur; & non iam imago mortis, ſed mors ipſa graſſatur, adeò, vt tæderet iam Monachos viuere; dum nequaquam poſſent in procinctu certaminis amicum quieti ſuæ profeſſionis officium cuſtodire. Non paruis expenſis ad Teutonum partes Imperator expetitur; pragmaticæ ſanctiones cum ſigillis Imperialibus aduehuntur. Sed tantundem eſt, in omnibus quippe ſtudijs non fructus, ſed labor ſuperuacuus. Vnde cum ego petitione Fratrum ſæpè pulſarer, quatenus ſequeſter accederem; & ſi poſſibile eſſet, pacis inter eos fœdera cõtinuarem hac rogantibus voce reſpõdi: Chriſtus, inquam, eſt pax noſtra, de quo etiam de Virginẽ recens nato angelitùs dictum eſt (Lucæ 2) Gloria in excelſis Deo, & in terra pax &c. Quia ergo Matrem veræ pacis de ſuo Monaſterio proiecerunt: dignum eſt, vt inquietis calamitatum, tribulationũque procellis, atque turbinibus agitentur. Fratres illi hæc, quæ dixerã, non dubijs erumpentibus ſignis vera probantes, in arcto ſui tandem ad cor redeunt. pauimento ſe humiliter ſternunt, ac percepta pœnitentia, numquam ſe de cætero neglecturos ſolita Genitricis Dei præconia vnanimiter pollicentur. Mox itaque (vt fatear) ita poſt coruſcos, atque tonitrua, tanta Cœli ſerenitas rediyt, vt ex tunc vſque hodie Fratres iucundæ pacis otio perfruantur, ac de Scyllææ voragine ſe uelatos ad portum, gubernante Filio Virginis, gratulentur. Impletum ergò eſt, quod per Prophetam dicitur: Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos dicit Dominus. Hæc Petrus Damiani, non impoſtor, neque fabulas nobis obtrudens, ſed nomine ſanctitatis, & doctrinæ ab omnibus commendatus. Non igitur ſuperſtitio, aut doctrinæ labes recitatio Officij B. Virginis, ſed pius, & religioſus affectus erga Matrem Dei, Reginam Cœli: & eius omiſsionẽm ſibi diſplicere, reſtitutionem verò gratiſsimã eſſe, euidentiſsimis tum ſignis Deus oſtendit. Verùm quemadmodum reprobus ille Monachus contra Reginam Cœli præliabatur; ita nunc Mornæus, & perfidi iſti Nouatores, Iudæi, non Chriſtiani, Sanctiſsimæ Dei Genitricis laudes à Fidelibus, celebrari, ægrè patiuntur.

Et eiuſdem illi ætatis & originis Flagellantium ſecta, Dominici Loricati exemplo inducta.

Pag. 236

De vſu diſciplinæ ſeu flagellationis ſui ipſius.

DE B. Dominico Loricato, magnæ abſtinentiæ, & auſteritatis virò, plura extant apud Petrum Damiani lib. 1. Epiſt. 19. ad Alexandrum II. Pontificem, & lib. 6. Epiſt. 30. ad Teuzonem Monachum, & lib. 7. Epiſt. 19. ad Blancam, ex Comitiſſa Sanctimonialem, quibus locis agit & de laudabili vſu tum introducto, ſanctiſsimi illius Eremitæ exemplo, vt voluntariæ pœnitentię cauſſa Fideles, non modò viri, ſed & nobiles mulieres, verberibus ſe ipſas afficerent, flagellis ad hoc paratis idoneis: & Petrus verberationem ipſam vocat *diſciplinam*, quod nomen cum actione ad poſteros tranſijt, vt diſciplinam agere, ſit ſeipſum flagellis cędere: item vocat *Purgatorij genus*, vt quo expiantur peccata, & pęnitentiæ redimũtur, peccatis à Canonibus decretæ. Hoc genus diſciplinæ, exemplo illius tantæ ſanctitatis, abſtinentiæ, & auſteritatis tùm introductũ, & in Eccleſia vſitatum ab his, qui carnem ſuã crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs, & qui cum Paulo caſtigabant corpus ſuum, & in ſeruitutem redigebant, laudat, & probat Petrus Damiani, magnum tum Sydus Eccleſiæ. Verùm hæc ſuperſtitio eſt Mornæo, & doctrinæ labes. Atqui vt ſcribebat idem Petrus Damiani ad Petrum Cerebroſum Monachũ lib. 6. Epiſt. 27. *Hoc diſciplinæ genus nequaquam modernis eſt ſtudijs nouiter adinuentum ſed ex ſacræ Scripturæ potius authoritate prolatum. Nouimus enim Dominum Saluatorem à Præſidis militibus verberatum, Beatos Apoſtolos in Concilijs à Sacerdotum Principibus cæſos, nonnullos etiam ſanctorum Martyrum legimus virgis, ac flagris durioribus laniatos. Paulus etiam ter virgis cæſus eſt, & quinquies quadragenas vna minus accepit. 2. cor. 11. &c. quod vtique tale eſt.* Præcepit in Deuteronom. 25 Dñs dicens: *Si cũ, qui peccauerit, iudices dignum viderint, proſternent, & corã ſe facient verberari*; vbi & mox additur: *Pro mẽſura peccati erit & plagarum modus, ita vt quadragenarium numerum dumtaxat non excedant, ne fœde laceratus ante oculos tuos obeat frater tuus &c.* Subiungit Petrus Damiani: *Cum ergò non modò vetuſtæ Legis authoritas, ſed & Euangelica gratia verberum plagas modò per præcepta, modò per exempla commẽdet, vt & Sanctos Apoſtolos in Concilio cæſos, & Beatos Martyres legamus ſæpenumerò verberatos (quæcũque autem ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt) quid abſurdum eſt, quid ineptum, ſi nunc Sancta Eccleſia in pacis otio vtitur, quo dudum vtebatur in bello? Nam & Apoſtolus iterum dicit: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Et alibi: Sancti ludibria, & verbera experti. Porrò dum manus carnificis nunc ab infligẽdo Martyribus verbere ceſſat; quid obeſt, ſi ſancta deuotio ipſa ſibimet, vnde Sanctis Martyribus fieri particeps mereatur, exhibeat? Nam cum ſponte me proprijs manibus ante conſpectum Dei verbero, deuotionis ingenuæ deſiderium, ſi carnifex accurreret, promptus oſtendo. Quia ſi pro amore Chriſti tam dulcis eſt mihi pœna, cum deeſt; quo ſuſciperetur animo, ſi perſecutor efferret? Vellem pro Chriſto ſubire Martyrium, non habeo, ceſſante ſtudio, facultatem, ipſe me verberibus atterens oſtendo ſaltem feruentis animi voluntatem &c.* Et ad finem: *Lorica eſt homo indutus ad carnem, ferreis membra diuerſa circulis ambit, mittit cum labore metaneas. allidit in pauimentũ crebrius palmas; vt quid hæc, & ſimilia, niſi vt, dum per hæc corpus affligitur, anima refrigeriũ procuretur? Quecun-*

Is neq; eſt ſuperſtitio, neq; labes doctrinæ.

cun-

dem loci errauit ille Author, ſcribens Gregorium VI. fuiſſe vnum ex illis tribus inuaſoribus Sedis Apoſtolicæ, qui ſimul Romæ ſederunt, & cui Benedictus IX. Papatum tradiderit. Deinde dicimus, fuiſſe quidem inſpiratum Henricum ad reformationem Eccleſiæ procurandã, & vt Simoniaca labes prorſus ab Eccleſia eliminaretur, non tamen ad legitimum Pontificem de Sede deturbandum, & alium illi ſubrogandum. Mornæus:

Henricus ad quod diuinitus inſpiratus.

Hoc eodem anno Eccleſiæ reformandæ aut ſpe, aut ſpecie Synodus habetur; vbi de Simonia primùm agitur, quæ labes eo penetrarat, inquit Sigonius, Pontificibus aut conniuentibus, aut non impedientibus, vt Epiſcopis ordines Clericis vendere, Clericis conſequenter functiones ſuas venales laicis proſtituere, mos eſſet; ac propterea quærebatur, num qui à Simoniaco Epiſcopo initiati eſſent, ordinem retinere deberent.

Pag. 230

HAnc Synodum habuit Clemens II. Romæ potiſsimùm vt Simoniacos vepres, qui adeò excreuiſſent, vt patrisfamilias ſuffocarent ſementem, non modò ſuccideret, ſed penitus eradicaret. De eiuſmodi Eccleſiæ ſtatu iſta habet Petrus Damiani Epiſt. 16. ad Henricum Rauennat. Antiſtitem cap. 27. quæ habetur Tomo 3. Biblioth. Sanct. Patrum: *Quis enim neſciat vſque ad huius Henrici clementiſſimi Regis Imperium, Præſulatumque reuerendæ memoriæ Clementis Papæ, iſtiuſque Beati Leonis, quo nunc videlicet Præſule ſancta ſe gubernari gratulatur Eccleſia, per Occidentalia Regna vires Simoniacæ hęreſeos lethaliter ebulliſſe; ita vt quod fiebat paſſim licenter admiſſum, vltimæ animaduerſioni nequaquam duceretur obnoxium: & quod erat fere omnibus conſentaneum, pro regula tenebatur, tanquam legali Sanctione decretum &c.* Et hanc quæſtionem, an qui à Simoniaco ordinati eſſent, iterum ordinari deberent, ſatis fusè agitat, ac docet nullo modo iterum ordinandos eſſe cap. 30. *Aliud eſt* (inquit) *quemlibet per Synodalem ſententiam in amiſſi Ordinis iura reſtitui, aliud per conſecrationis myſterium, quod iterari non poteſt, Spiritus Sancti gratiam promereri: præſertim cum in eo, qui deponitur, quamquam dignitatis vtendæ perdat extrinſecus priuilegium, maneat tamen nihilominus ſemel adepti Ordinis ſacramentum.* Et ſub finem refert Decretum à Clemente Papa in eo Concilio ſancitum: *Poſt longa diſceptationum hinc inde volumina, tandem ſuggeſtum eſt, reuerendæ memoriæ nuper eiuſdem Sedis Epiſcopum Clementem decreuiſſe, vt quicunque à Simoniaco conſecratus eſſet, in ipſo ordinationis ſuæ tempore non ignorans, Simoniacum eſſe, cui ſe obtulerit promouendum, quadraginta nunc dierum pœnitentiam ageret, & ſic in accepti Ordinis officio miniſtraret. Quam nimirum ſententiam protinus venerabilis Leo ratam percenſuit, & ſub huiuſmodi pœna hos in acceptis officijs de cætero perſeuerare mãdauit.* Hæc Petrus Damiani; vbi tamen nihil ſcribit de cõceſsione facta Imperatori, vt pro ſuo iudicio Romanam Eccleſiam adminiſtraret, neque poſthac ſine ipſius authoritate Romanus Pontifex crearetur, prout eum citat Mornæus. Ad ea quæ ſubijcit:

Synodus cõtra Simoniacos à Clemẽte II habita.

Quis tũc Eccleſiæ ſtatus.

Ordinati à Simoniacis non iterum ordinandi.

Mornæus perperã citat Petrum Damiani.

Henrico in Germaniam vix conuerſo, Benedicti noni diſcipuli, Gerardus Brazutus & Hildebrandus veneno inſidiati, Clementem de medio tollunt, quo nouem vix menſes ſuperſtite, Benedictum illum in ſedem intrudunt. Nec eo minus tamen Imperator priuilegij ſui tenax, Popponem Epiſcopum Brixienſem Pontificem inſtituit, Damaſum nomine ſecundum, qui & ipſe non ſine eorundem induſtria viginti tres tantum dies ſedit.

Pag. 230

IN primis hic apertè fallitur Mornęus; neque enim Hildebrandus, qui poſtea Gregorius VII. diſcipulus fuit Benedicti IX. neque ei vnquam adhæſit, ſed Gregorio VI. quem etiam concomitatus eſt in Germaniam, cùm eò ab Imperatore Henrico amandaretur: neque vllus Authorum ſcribit, eum Clementi II. veneno cum Brazuto inſidiatum; ſed ita habet Platina in Clemente II. *Abeunte Imperatore (vt quidam ſcribunt) Romani Pontificem iuſſu ſuo creatum veneno è medio ſuſtulere, Pontificatus ſui menſe 9. Scribunt Authores, venenum ipſum in hoc vſus à Stephano paratum, qui ei in Pontificatu ſucceſſit, Damaſuſque ſecundus appellatus eſt &c.* & de Damaſo II. ſucceſſore, *Pontificatum* (inquit) *per vim occupat, nullo Cleri, populique conſenſu. Adeò enim inoleuerat hic mos, vt iam cuique ambitioſo liceret Petri Sedem inuadere. Sed obſtitit Deus iuſtus vindex, vt is cæteris exemplo eſſet, ne quod virtus dare conſueuit, ambitione, & largitione quæreretur. Nam tertio & vigeſimo Pontificatus ſui die moritur. Cenſent nonnulli hũc inter Pontifices nequaquam numerandum eſſe, cum nõ rectè Pontificatum adeptus ſit.* Hactenus Platina. Sed Onuphrius in Epitome Rom. Pontif. hunc ab Henrico Romam miſſum, pulſo Benedicto IX. Sedis Apoſtolicæ inuaſore, Pontificem Romanum à Cardinalibus, Clero, S. P. Q. R. ſalutatum, ac conſecratum ſcribit. Et refert quidem Bẽno, Author Mornæo familiaris, Gerardum Braxutum hos Pontifices cum alijs quatuor veneno ſuſtuliſſe; non tamen id de Hildebrando, cui erat inimiciſsimus, ſchiſmaticus, impius, & ſuſpectus Author id refert.

Mornæi error de Hildebrando.

Clemẽs II. à Romanis veneno ſublatus.

Damaſus II. quomodo ei ſucceſſerit.

Baronius ad annum Chriſti 1002. artic. 6. id obſeruarat, in Othone III. extinctum penitùs ſtemma regnantium Othonum, nec niſi in nepotem Magni Ottonis ſecundum hęredem Imperij propagatum, ità Diuinitate vlciſcente delicta, quæ in Sedem Apoſtolicam perpetrarunt, pro arbitrio amouendo, atque ſubrogando

Oſtenſũ ſtemma cur Deo vindice extinctum.

Digitized by Google

gando Pontifices, quamuis nõniſi pietatis prętextu id facere præſeferrent. *Sed nec alium prætextum* (inquit) *legitur habuiſſe Saul, quando, non expectato Samuele, obtulit ſacrificium, ſibi malè vendicans, quæ eſſent tantummodo Sacerdotum, ob idque Regni, atque vitę priuatione mulctatus: neque alius, quàm fuit pietatis obtentus, cum calcitrantibus bobus Arcam Dei geſtantibus, eam ad caſum inclinatam, ne corrueret, tetigit Oza: cuius rei cauſſa ſtatim à Deo percũſſus interijt, qui videri poterat dignus magna mercede, quod feſtinus Arcæ cadentis periculo ſubueniſſet. Magno quidem damno quouis prætextu pietatis, à Laicis quibuſcumque, etiam Regibus ſacra tentantur.* Ita Baronius. Vbi Mornæus:

1. Reg. 13.

2. Reg. 6.

Ergone iure Canonico in Baronij patria monſtra educantur? Ergone expectare nobis neceſſe, dum ipſi ſponte ſolio excedant? Imperatores imò & Reges Chriſtiani annon tenentur, vt olim Ezechias, Ioſias, alij, Templum Dei ſartum tectum tueri, Eccleſiæ reformationem procurare?

Pag. 231

IMmò & hoc inſuper addo, quod quemadmodum religioſiſsimi illi, & laudatiſsimi Reges ſacrum Dei cultum in integrum reſtituerunt, & Idololatriam è Regno ſuo penitus eliminarũt, deleuerunt Aruſpices, quos poſuerant Reges Iuda ad ſacrificandum in excelſis per Ciuitates Iuda, & in circuitu Hieruſalẽ, & eos qui adolebant incenſum Baal, & Soli, & Lunę, & duodecim ſignis, & omni Militiæ Cœli, & occiderunt vniuerſos Sacerdotes Excelſorum, qui erant ſuper Altaria &c. 4. Reg. 23. ſic Imperatores, & Reges Chriſtianos teneri iure diuino hereticam peſtem è Prouincijs ſuis ablegare, hæreticos, niſi reſipiſcere velint, & ad mentem redire, tanquam ſacræ Religionis perduelles, & Reipublicæ infeſtiſsimos, ferro, flammaque perſequi. Siquidem monſtra ſunt, & portenta nullo iure educanda, ſed in vltimas terrarum oras deportanda: Et Eccleſiæ quidem reformationem procurare tenentur Imperatores, & Reges Chriſtiani: non tamen ipſorum eſt aut Eccleſiam reformare, aut Pontifices pro arbitrio abrogare, & ſubrogare: & Reges illi pij, quos citat, Ezechias, & Ioſias ita ſua authoritate reſtituerunt cultum diuinum, vt tamen non ſeſe immiſcuerint officijs Sacerdotum, & Leuitarum: & Ozias ideo lepra percuſſus eſt à Deo, quòd vellet adolere incẽſum ſuper Altare thimiamatis, quod erat filiorum Aarõn officium, qui conſecrati erant ad hoc miniſterium, 2. Paralip. 26. Proſequitur:

Principum Chriſtianorum munus in hæreticos.

Quomodo Eccleſiæ reformatio ad eoſdem pertineat.

Audiamus quid ipſe de Iohanne vti numerat, viceſimo, execrandi illius Benedicti fratre, quem ob ſua flagitia in imo ipſe Purgatorio collocat; Indignus, inquit (anno 1024. artic. 3. & 4.) iſte & indignè atque tyrannicè ſedem occupabat, & malis artibus aſcendit ad ipſam. Et rurſum ſecularis potentia nobis peperit monſtra.

Pag. 231

VErum ſequentia ſubijcere debuit: *procul facienda ſemper ab electione Romanorum Pontificum, vt ne vel auditu percipi omninò valeat; tractent ſacra Deo ſacri, non profani, ab his procul arcendi.*

Et hoc tamen monſtrum (inquit) *ipſomet teſte, ſanctum Romuualdum in ſanctorum Canonem refert, ſanctum Martialem Apoſtolum pronunciat, et Decreto quidem in eam rem expreſſo, in Lemouicenſium gratiam.*

Pag. 231

AD hæc omnia reſpondere nobis procliue. Primùm quod vocat *execrandum* Benedictum: id immeritò; ſiquidem non ille execrandus, de cuius ſalute, & liberatione à pœnis Purgatorij poſt mortem per reuelationem conſtitit, nam Benedictum VIII. intelligit. Et eum quidem Baronius ad annum 1024. art. 1. ex Petro Damiani in vita S. Odilonis collocat in Purgatorio, ſed non ob ſua flagitia. Siquidem ob pœnas temporales peccatis remiſsis debitas quis in Purgatorio collocatur; Atqui ob flagitia, quorum nomine non quæuis leuia, ſed grauiſsima peccata intelliguntur, non ad locum Purgatorij qui ſaluãdorum eſt, ſed ad Infernum, qui dãnatorum, quis relegatur. Quod attinet ad Ioannem XX. etſi Baronius ibidem eum *monſtrum* appellet, quòd largitione pecuniæ (prout Glaber ſcribit lib. 4. cap. 1.) repente ex laicali ordine Neophitus, conſtitutus ſit Præſul; verùm neceſſariò aſſerendum colligit, eum ſe Pontificatu abdicaſſe, & poſt abdicationem, legitima facta electione, legitimum Pontificem iam ſedere cœpiſſe. De Romualdo in Sanctorum Canonem relato ita Baronius ad annum Chriſti 1027. qui Ioannis viceſimi eſt quartus: *Conſtat autem ipſum in Sanctorum numerum adſcriptum quinquennio poſt eius obitum, eo tãtùm ritu, qui tunc erat in vſu, nempe vt petentibus concederet Apoſtolica Sedes ſuper corpus eius altare conſtruere, vt Petrus Damiani affirmat* (in Rom. c. 79. apud Surium Tom. 3. die 19. Iunij) *dum ait: Poſt quinquennium verò à ſancti viri obitu data Monachis ab Apoſtolica Sede licentia, vt ſuper venerabile corpus eius altare conſtrueretur.* Certè ad id concedẽdum, vel aliquem Catalogo Sanctorum adſcribendum non merita, aut vitæ ſanctitas, ſed tantùm authoritas, quæ erat in Ioãnne Pontifice, requiritur. Et id priuilegium, vt Romanus Pontifex non erret in canonizatione Sanctorum, Cathedræ, non perſonæ, dignitati, non meritis, & vitæ ſanctitati cõceſſum eſt. De Benedicto IX. ſatis multa ſupra diximus, neque neceſſe eſt, vt, quod facit Aduerſarius, toties eadem repetamus.

Benedictus VIII. nõ execrandus.

Flagitij vox quid ſignificet.

Ioan. XX. primò monſtrũ, poſtea legitimus Pontifex.

De S. Romualdi canonizatione, et eiuſ ritu

Ad canonizandũ non requiritur ſanctitas, ſed authoritas.

Verùm de tribus illis inuaſoribus Sedis Apoſtolicæ, de quibus iam dictum, loquens:

Vbinam

Digitized by Google

Vbinam igitur ſedes illa (inquit) *contra quam non præualent portæ inferi? &c. Et vbinam rurſum ſcaturigo illa perennis Spiritus ſancti?* Pag.232

Eccleſia Romana non perijt propter Pontif. illegitimos, vel minus idoneos.

AN verò ideò Romana Eccleſia, *cui totam doctrinam* (inquit Tertullianus libro de præſcript. cap.36.) *Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt*, Sedes inquam Apoſtolica perijt, aut deſijt eſſe, quia eam inuaſerunt Antipapæ, vel ſederunt in ea aliquando minus idonei tanto oneri ſuſtentando, & muneri obeundo Pontifices? An iniquitas illorum fidem Dei euacuauit? Eſt autem Deus verax, omnis homo mendax. Velit nolit Mornæus, hæc ſunt verba Chriſti: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, Matth.16. Hæc item eiuſdem verba: *Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt*, Matth.24. Ergo quæcunque ſit illa Eccleſia, neceſſe eſt fateantur aduerſarij, portas inferi non præualituras aduerſus eam; non enim excidit verbum Domini: Atqui certum eſt, hactenus inconcuſſam manſiſſe Romanam Sedē, neque ſchiſmatibus, aut hæreſibus, nec potentiſsimorum Principum armis, vel infeſtationibus proſterni, aut euerti potuiſſe; contra ſtimulum recalcitraſſe, & viſos eſſe cum Deo ipſo pugnare.

Per Miniſtrorum Eccleſiæ miniſteriū ſcaturit Spiritus S. gratia.

Quoad Spiritus Sancti ſcaturiginem, dicimus, quamuis Pontifices & alij Eccleſiæ miniſtri Simoniaci eſſent intruſi, & omnino indigni; per miniſterium tamen eorum ſcaturire Spiritum Sanctum. Id docet fusè inter cæteros Petrus Damiani lib. illo, qui dicitur *Gratiſſimus*, ſeu Epiſtola ad Henricum Rauenn. Antiſtitem cap.9. vbi ex D. Auguſtino hæc citat: *Quia in benedictione Sacerdotis non hominis beneficium eſt, ſed Dei, & officij dignitas eſt, quam Dei ſequitur benedictio, non hominis meritum &c.* Cap. 10. pluribus oſtendit, Spiritum non ex merito Sacerdotum, ſed ex miniſterio dari: Et cap.12. *Sacra namque Eccleſia hortus deliciarum, & ſpiritualis eſt Paradiſus, chariſmatum videlicet ſupernorum fluentis irriguus. Ponamus ergo vt mali Sacerdotes quodammodo, vt lapidei ſint canales: in lapideis autem canalibus aqua nihil germinat, donec per eos decurrens in fœcundas ſe areolas fundat. Licet enim plures reprobos Sacerdotes ſeriatim temporum vices attulerint, videlicet vt & conſecrantes, & conſecrati æquè reperiantur indigni; fons tamen ille viuus non reſtringitur, quominus vſque ad finem ſæculi per nemus Eccleſiæ perfluat per Sacerdotes. Siquidem Baptiſmus, & Chriſma tribuitur, & omne Eccleſiaſtici Sacramenti miniſterium exhibetur. Si ergo Sacerdotum prauitas diuina poſſet reprimere dona; illis certè præuaricantibus, neceſſe erat totum genus humanum à diuinis beneficijs reſilire. Quod ſi illis ſtantibus, homines munera ſuperna ſuſciperent, labentibus autem nullatenus impetrarent; neceſſariò iam non Deo, ſed Sacerdotibus vtique cauſſam, atque omnem vim propriæ ſalutis adſcriberent. Sed abſit, vt mihi obeſſe valeat miniſter malus, vbi procul dubio bonus eſt Dominus: aut malitioſus præco, vbi eſt beneuolus index.* Et capit. 13. *Bonus eſt author munerum, & quod dat nullas contrahit maculas ex obſequio miniſtrorum: pura fluit vena, & ſuperfluè leproſa manus propinantis attenditur, vbi clarum, atque perſpicuum eſt, quod hauritur.* Et multa alia in hāc rem ſcribit. Atque hæc eſt doctrina omnium Sanctorum Patrum. Gregorius Nazianz. Orat. 40. in Sanctum Baptiſma, comparat miniſtrum bonum, vel malū ſigillo ferreo, vel aureo, quod eundem confert effectum. D. Auguſtin. lib.4. de Baptiſmo cap.22. ſcribit, Sacramentum miniſtrorum opere corporaliter adhiberi, ſed per illud Deum hominis conſecrationem operari: Et lib.3. cōtra Litteras Petiliani cap.54. *Ad miniſtrandum, & diſpenſandum verbum, ac Sacramentum aliquid eſt; ad mundandum verò, & iuſtificandum non eſt aliquid, quia hoc non operatur in interiore homine.* Hi ſint nobis inſtar omnium; ſiquidem reliqui non aliud tradunt. Eſt doctrina Theologorum in IV. Sent. diſt.4. D. Thomæ, & ſuorum Interpretum 3.p.q.64. Idem docet, & ſacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.14. cap.6. nempe etiam Sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus Sancti in ordinatione collatam, tanquam Chriſti miniſtros functionem remittendi peccata exercere, eoſque prauè ſentire, qui in malis Sacerdotibus hanc poteſtatem non eſſe contendunt. Ratio eſt in promptu, ſiquidem effectus Sacramenti non datur ob meritum miniſtri, ſed ſolius Chriſti; vnde Apoſtolus 1.Cor.1. *Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Etſi igitur ſederent tum in Cathedra Petri inuaſores, & magis intruſi, quàm legitimè inſtituti Pontifices; non deerat tamen iugis illa ſcaturigo Spiritus Sancti in Eccleſia. Neque enim illorum improbitas poterat detrahere Chriſto Domino vim ſuorum meritorum, per quam continuò influit in membra ſua chariſmata Spiritus Sancti.

Gratianus Eccleſiam Rom. pecunia redimit à trib. Antipapis.

Idē propterea creatus Pontifex.

Baronius ad annum Chriſti 1044. artic.4. refert ex Othone Phriſingēſi lib.6. cap.32. quod religioſus quidam Presbyter, Gratianus nomine, videns, zeloque pietatis matri ſuæ, Eccleſiæ, compatiens tres illos inuaſores Sedis Apoſtolicæ adijt, eiſque à Sancta Sede cedere pecunia perſuaſit; Benedicto, quia maioris videbatur eſſe authoritatis, redditibus Angliæ relictis: ob quæ Ciues eundem ipſum Gratianum Presbyterum tanquam Eccleſiæ Dei liberatorem in ſummum Pontificem elegerūt, ac mutato nomine Gregorium ſextum vocauerunt. Hic Mornæus:

Rogo iam, hæc tranſactio apud Canoniſtas num ferenda? Num abſque Simonia, quæ euidenter in eius vtilitatem cedat? Pag.232

Neq; tamē iſto eo facto Simoniam commiſit.

REſpondetur, ſi conſulamus Theologos, & Canoniſtas, Gregorium VI. nullam commiſiſſe Simoniam. Siquidem non fuit illa emptio Pontificatus, aut rei ſpiritualis, ſed redemptio vexationis Eccleſiæ. Quod ſcilicet pecu-

Digitized by Google

tiam dare,ne eligatur indignus Pontifex,quia Eccleſia habet ius ad hoc vt dignus eligatur, licet verò vnicuique ius Eccleſiæ redimere, & commune illius bonum procurare, auferendo impedimenta; multò magis certè in illo caſu licebat redimere vexationem Eccleſiæ, quæ ius habebat ad deturbandos illos inuaſores Sedis Apoſtolicæ, à quibus magnum diſpendium patiebatur,& inſtituendum dignum Pōtificem. Quod obijcit Mornæus,id ceſsiſſe in eius vtilitatem,quia inde electus eſt Pontifex: Reſpondetur, id nihil referre. Non enim per eam tranſactionem,in qua conſiderandum,eū egiſſe partes Cleri,S.P.Q.R. emebat Pontificatum,aut ad eum viam ſibi parabat.Licet enim ideo electus ſit Pontifex, quòd ab inuaſoribus illis Sedem Apoſtolicam liberaſſet; id tamen fuit per accidens; ſiquidem nullum pactum de conferendo ſibi Pontificatū iniuit, & electores eandem libertatem,quam priùs, habebāt ſufficiendi quem vellent.

Cum in Concilio Sutrino abrogatus fuiſſet Gregorius VI. ſubrogatus eſt in eius locū Sindigerus Bambergenſis Epiſcopus, dictus Clemens II.Mornæus:

Pag.232

Proinde Clementis Papatum (Baronius) *pro legitimo habere nequit.*

Clemēs II. Pōtifex Baronio legitimus.

Imò nullo modo in dubium reuocat,an Clemens II.fuerit legitimus Pontifex.Grauiter quidem repræhendit Henrici deteſtandā præſumptionem,quòd negotium faceſſere Gregorio legitimo Chriſti Vicario canonico Petri Apoſtoli ſucceſſori non ſit veritus;at vbi Gregorius ſponte ceſsit, & ſucceſſor ſubrogatus Clemens II. conſentientibus Romanis omnibus, nempe Populo, atque Clero, prout Hermannus,Ottho Phriſingenſis, & Leo Oſtienſis teſtantur,nō dubitat Baronius,quin fuerit habendus legitimus Pontifex.

Romanorū Pontificum ſucceſſio nūquam interrupta.

Quod ad ſucceſsionem attinet, quam ſcribit Mornæus nos iactare: Ea certè nota tanquam argumento euidētiſsimo,poſt antiquos Patres vtimur ad veram Eccleſiam oſtendendam,& confundendos omnes hæreticos, potiſſimùm enumerando Antiſtites ſanctæ Romanæ Eccleſiæ,quæ caput,& magiſtra eſt reliquarum à Sancto Petro ad noſtra hæc tempora. Neque interrupta illa ſucceſsio intelligitur, etſi Sedes aliquando vacauerit, aut etiam in ea ſederint intruſi,& illegitimi Pontifices; nec enim ideo mutatum regimen Eccleſiæ, neque tum penes quenquam alium fuit ſuprema poteſtas ſpiritualis in Eccleſia ad eā adminiſtrandam; vt ſine ſupremo Paſtore, Petri ſucceſſore illa dici non poſsit conſiſtere.

Inſtitutio nouorū Epiſcopatuum pertinet ad ſolū Romanum Pont.

Obijcit, Henricum Germaniæ Regem anno 1006.Synodum Francofurti habuiſſe,Bambergam in Epiſcopatum erexiſſe, & Epiſcopū Eberardum nominaſſe, à Vuillegiſo Synodi præſide conſecratum, inconſulta Roma. Reſpondetur, inſtitutionem nouorum Epiſcopatuum non ad alium pertinere, quàm ad Romanum Pontificem, qui toti præeſt Eccleſiæ. Et ſi aliquando Patriarchæ, aut Metropolitani nouos Epiſcopatus erexerint; non dubium, à Sede Apoſtolica eos ad id habuiſſe facultatem. Et legimus in Actis Sanctę Chunegundis Auguſtæ apud Surium die 3.Martij, Benedictū octauum Pontificem ab Henrico vocatum in Germaniam, vt confirmaret ſua præſentia Bābergæ Epiſcopatum,quem erexerat.Vbi enim Author meminiſſet de Baſilica S. Stephani illic erecta, *Ad quam* (inquit) *dedicandam Benedictum Papam, quem præfatus Deo dignus Imperator Henricus ad confirmandum Bambergenſem Pontificatum ad uocauerat, venire rogauit*: Legitur etiam idem pius Imperator Ciuitatem ipſam Bambergenſem cum iuribus ſuis plenè ſubieciſſe Romanæ Eccleſiæ,cui vt Dominæ annuum cēſum perſolueret.Teſtis Leo Oſtienſis lib.2.capit.47. his verbis: *Hic idem Auguſtus ex ſui patrimonij ſumptibus conſtruxit Eccleſiam ad honorem Sancti Georgij, quam aduocato Benedicto Papa conſecrari fecit, Epiſcopalemque Sedem in ea conſtituens,Beato Petro ex integro obtulit,ſtatuto per annos ſingulos cenſu,equo vno optimo albo cum ornamentis omnibus, & phaleris ſuis,centumque marchis argenti.*

Henricus Imp. confirmationem Bambergēſis Epiſcopatus petijt à Benedicto VIII.

Idem Bambergā ſubiecit Rom. Eccleſiæ, annuo cenſu conſtituto.

Concilium cōtra Simoniacos in Germania celebratum coram Clemente II.

De Concilio in Germania ab Henrici filio contra Simoniacos celebrato rectè putat Baronius ad annum 1047. id,Clemente II.Pontifice præſente,factum, quem ſecum ex Italia in Germaniam duxerat,prout ſcribit Leo Oſtiēſis libro ſecundo, cap.81. Non enim erat Imperatoris opus cum Simoniacis Epiſcopis diſpenſare, vt in eo Concilio factum eſt, nec in delinquentes anathema inferre.

Legionēſis, & Aurelianēſis Synodi tantùm Nationales.

De Legionenſi Synodo celebrata in Hiſpania anno 1012.ſub Adelfunſo quinto Rege Legionis, de qua Baronius ad eundem annum, & Aurelianenſi celebrata ſub Rege Roberto, de qua idem ad annum 1017.non eſt,quod plura dicamus. Fuere Nationalia Concilia, quæ conuocatis Epiſcopis celebrata ſunt iuſſu Regum, quibus incumbit non ſolum Reipublicæ proſpicere, ſed &, vt diſciplina Eccleſiaſtica ſarta tecta conſeruetur, & hæreſes procul arceantur,procurare. Regis Roberti eo nomine in primis pietas commendatur,quòd cum audiſſet, in Regno ſuo, & potiſsimum Aureliæ, pullulare hæreſim Manichæorum,eò properarit,conuocatis plurimis Epiſcopis, & Abbatibus, detectos eiuſdem hæreſis fautores, cùm eam abiurare renuerent, viuos igni tradiderit, cæteroſque eiuſdem peruerſitatis ſectatores ſimili pœna vbique extinxerit. Suadebant illi negare Baptiſmum, ſignum ſanctæ Crucis, Eccleſiam,& ipſum Redemptorem, honorem Sanctorum, coniugia legitima, & eſum carnium.Eodem ille zelo percitus,quo quondam Ezechias, & Ioſias, adeò exitialem peſtem à ſuo Regno procul amandare ſtuduit. Regnat & nunc hæreſis in Gallia, cuius Archiminiſter Philippus Mornæus, non minus pernicioſa ſaluti animarum, quàm tum temporis fuere deteſtanda Manichæorum deliramenta. Cum itaque tàm pij Regis zelum ſucceſſores imitabuntur; non dubium,eos apud poſteros nomine pietatis commendandos, & à Deo vitæ

Celebrata Regis Roberti pietas in delenda Manichæorum hæreſi,et cōburendis eius fautoribus.

æternæ

Digitized by Google

In Aurelianenſi nulla noua hæreſis condemnata.

æternæ præmium inde reportaturos. Non verò in Concilio Aurelianenſi noua aliqua hæreſis condemnata; vt requireretur iudicium Sedis Apoſtolicæ; ſed impia Manichæorum inſania iampridem proſcripta, debitis ſupplicijs compreſſa, & vindicata.

ANTIDOTVM

Contra Progreſſum quadrageſimumprimum.

Pag. 233

Qui ſequuntur 30. anni ſub diuerſis Pontificibus miniſterio an magiſterio Hildebrandi vſis &c.

SCribit Mornæus in limine huius Progreſſus, quod cum Henricus III. quinquennis eſſet ſub tutela matris Agnetis, viſum fuerit Hildebrando, & alijs Pontificibus abuti illius ætate, & vt optatis faciliùs potirêtur duarum hæreſeon prætextu populum ſibi ludificandum propoſuiſſe,

Pag. 233

Harum altera ſimonia, munerum Eccleſiaſticorum venditio, ſeu illa pecunia ſeu re aliqua æquiualente veneant, nihil licet Romæ tum frequentius, vbi Papatus ipſe proſtituebatur nedũ proſtabat; vbi Papæ dignitates omnes Eccleſiaſticas diuendere ſoliti.

Mornæus Simoniã Pontificib. imponit.

HAEc ab impoſtore, mentiendi egregio artifice ſcribuntur. Etſi enim cum Tuſculani illi Comites Romæ rerum potirentur, aliqui intruſi ſint in Sedem Apoſtolicam per Simoniam; niſi tamen canonica acceſſerit electio, eos dico potiùs Antipontifices fuiſſe, quàm legitimos Pontifices. Et vt conſtat ex Petro Damiani in libro, qui dicitur *Gratiſſimus*, tum maximè Simoniaca peſtis per totum corpus Eccleſiæ lethaliter ſerpebat, paſſimque per omnes gradus Eccleſiaſticos liberè pullulabat; nunquam tamen leguntur Pontifices eam aut ſuis Decretis probaſſe, aut Eccleſiaſticas dignitates vænales expoſuiſſe; præſertim ſi in eis id conſideretur, quod ſpirituale eſt: immò pluribus Decretis Romanorum Pontificum repreſſa, & prohibita Simoniaca prauitas, & à ſacris Canonibus plures pœnæ in Simoniacos conſtitutæ. An verò hoc eſt abuti pupillari ætate, aut ludiſicari populum? Nec tamẽ Simoniaci ab iſtis Pontificibus, quos in hoc Progreſſu Mornæus commemorat, tanquam hæretici ſunt condemnati. Etſi enim à S. Gregorio lib. 7. Epiſt. 110, 113 & 114. Simonia *hæreſis* appellettur, & in Iure Canonico vſitatus ſit ille loquendi modus, vt 1. q. 1. cap. *Presbyter* 3. cum aliquot ſequentibus, & cap. *Cum liqueat*, 13. & cap. *Statuimus* 107. & 1. q. 17. capit. *Patet*, vbi dicitur, Simoniacos velut primos & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus reſpuendos, & quod omnia crimina, ad comparationem Simoniacæ hæreſis, quaſi pro nihilo reputantur; non tamen vitium eſt per ſe, & formaliter fidei contrarium; cum non requirat per ſe errorem in intellectu, & poſſit committi non ex iudicio erroneo ſpeculatiuo fidei contrario, ſed ex prauo quodam affectu, vel intentione. Et D. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 1. ad 1. dicit vocari *hæreſim* Simoniam, quoad externam profeſsionem, quia qui donum Spiritus Sancti vendit, profitetur, ſe eſſe doni Spiritus Sãcti dominum. Addo etiam, quod qui rem ſacram, & ſpiritualem vendit, facto ita ſe gerit, ac ſi iudicaret, illam vænalem eſſe; ſed id tamen poteſt eſſe ſine interiori errore intellectus. Inde Gloſſa, & Doctores in cap. *Firmiſſimè de hæreticis*, notant, Simoniam vocari *hæreſim* latè, nõ propriè. Fortaſsè etiam hæc peſtis dicta eſt *hæreſis* à ſua origine, quia ex hæreſi primùm orta eſt, & qui illam exercet, primum illum noui Teſtamenti hæreſiarcham Simonem Magum imitatur; atque eo ſenſu dicimus, Henricum tertium, tum temporis Abbatiarum, & Epiſcopatuum peſsimum nundinatorem, promouiſſe Simoniacã hæreſim, non propriè, ſed latiùs ſumpto vocabulo; & Simoniacos pluribus Concilijs tum condemnatos, non tanquam hæreticos, niſi eo ſenſu, quo dictum, aut niſi ſum illi per errorem intellectus iudicabant, res ſpirituales vænales, & pretio temporali æſtimandas eſſe, & vendi debere. Atque hæc de prima hæreſi.

Pontifices iſti non dãnarunt Simoniacos tanquã hæreticos.

Simonia quo ſẽſu dicta hæreſis.

Pag. 233

Altera (inquit) Nicolaitarum, in qua manifeſtus contra Eccleſiaſticam hiſtoriam error an dolus, quandoquidem Nicolaus ille Diaconus in primitiua Eccleſia ideo reprehenſus legitur, quod continentiæ colore vxorem dimiſiſſet, mox verò in omne genus libidinum præcipitem ſe dediſſet, quod alibi ex Epiphanio, & alijs enarrauimus.

An Nicolaitarũ hæreſis ortaſit à Nicolao, vno ex ſeptẽ primis Diaconis.

Qui id affirmant.

DE Nicolao, vno ex ſeptem Diaconis ab Apoſtolis creatis Act. 6. duplex fertur ſententia. Alij enim exiſtimant, Nicolaitarum praua dogmata ab eo eſſe excogitata, Epiphanius Hæreſi 25. Hieronymus Epiſt. 48. ad Sabinianum. Et alij complures, aſſerẽtes ipſum, cum poſt ſuſceptum Diaconatum *ad imitatio-*

nem

Digitized by Google

nem eorum (inquit Epiphanius) *quos Deo addictos videbat, ab vxore, quam formoſam habebat, ſe continuiſſet*, & à concupiſcentia ſuperatus eam iterũ ſuperinduxiſſet, eaq; de re ab Apoſtolis argueretur, mox ſordidiſsimam hæreſim excogitaſſe, qua aſſereret, neceſſarium eſſe ad ſalutem conſequendã quotidie luxurijs inquinari. Alij verò dixerunt, ſic Nicolaitas ab eo eſſe dictos, vt tamen ipſe culpa vacaret, ita nempe, vt cum formoſam vxorem haberet, eique ab Apoſtolis eſſet exprobrata zelotypia, ipſe eidem in medium adductæ permiſerit, cui vellet, nubere: & hoc eius factum, dictumque abſolutè quidam ſecuti fuerunt, quaſi docuiſſet, carne vti oportere, & effusè fornicari; cum tamen Nicolaus ipſe nulla vnquam alia, quàm ea, quæ ipſi nupſerat, vxore vſus fuerit, & ex eius liberis filiæ conſenuerint virgines, filius etiam manſerit incorruptus. Ita Clemens libro 3. Stromat. quæ ex eodem recitat, & probat Euſebius lib. 3. hiſt. capit. 23. & Theodoretus lib. 3. hæret. fabul. vbi ſcribit, Nicolaum redargutum ab Apoſtolis zelotypiæ, produxiſſe quidem in mediũ vxorem, vt qui vellet, haberet cum ea conſuetudinem, *ου ταυτα νομοθετουντα, αλλα την των κατηγορηκότων συκοφαντίαν ἐλέγχοντα*, *non hoc lege decernentem, ſed eorum, qui accuſauerant, calumniam cõuincentem*. Eadem citat ex Clemente, & eius ſententiam de Nicolao probat Nicephorus lib. 3. cap. 15. Vbi etiam cum Euſebio, quod ille vxorem, propter quã zelotypus viſus eſſet, in medium Apoſtolorum produxit, id velut *ἀποβολὴν πάθους*, *repudiationem affectionis carnalis* fuiſſe interpretatur, eumque per abuſum carnis continentiam, & accuratam voluptatum compreſsionem docuiſſe; quippe qui iuxta Seruatoris præceptum duobus heris, voluptati ſcilicet, & Domino inſeruire noluerit. Eidem ſententiæ ſuffragatur Sanctus Ignatius, dum in Epiſt. ad Philadelphios ſcribit, eiuſmodi hæreticos falſo nomine dictos eſſe Nicolaitas. Et Clemens Romanus lib. 6. Conſtitut. cap. 8. dum *falſi nominis* vocat Nicolaitas, non certè alia ratione, niſi quia illi (vt mos eſt hæreticorum) honeſto nomine hæreſim ſuam quolibet quæſito prætextu velare cupientes, ſe *Nicolaitas*, quaſi à Nicolao deſcenderent, mendaciter, & iactanter nominarent: & Nicolaum Diaconũ, vt virum fide Catholica probatiſsimum, auguſtiori honore auctum, factumque ab Apoſtolis Samaritanorum Epiſcopum, Hippolitus, cuius fertur liber de ſeptuaginta duobus Diſcipulis, teſtatur, cui conſentit Dorotheus Tyrus in Synopſi. Nõ igitur habet Hiſtoria Eccleſiaſtica, Nicolaũm colore continentiæ vxorem primũ dimiſiſſe, & mox in omne genus libidinum præcipitẽ ſe dediſſe: nec id ſcribit Epiphanius, ſed mera hæc eſt Mornæi impoſtura. Proſequitur:

Nec Hiſtoria Eccleſiaſtica, nec Epiphanius narrat factũ, quod Morn. Nicolao tribuit.

Eius verò criminis non alij magis rei, quã Clerici Romani, Pontifices etiam anterioris ſæculi, quos Romæ lupanar publicè exercuiſſe vidimus.

Pag. 233

SEd verum ſit, quod ſcribit Aduerſarius, Clericos Romanos eius criminis tũ reos fuiſſe; an Clericatuĩ id aſcribi debet? Nã de nomine Clericatus, & officio Clericorũ D. Hieronymus Epiſt. 2. ad Nepotianum ita ſcribebat: *Clericus, qui Chriſti ſeruit Eccleſiæ, interpretetur primò vocabulum ſuum, et nominis definitione prolata, nitatur eſſe qd dicitur. Si enim κλῆρος, Græcè, ſors Latinè appellatur; propterea vocantur Clerici, vel quia de ſorte ſunt Domini, vel quia ipſe Dominus ſors, id eſt pars Clericorũ eſt. Qui autem vel ipſe pars Domini eſt, vel Dominũ partem habet, talem ſe exhibere debet, vt & ipſe poſſideat Dominũ, & poſſideatur à Domino.* Etſi igitur Clerici aliquãdo flagitioſi ſint, & facinoroſi, id perſonis adſcribi debet, non gradui, quem tamẽ potiſsimùm accuſant, eiq; infeſti ſunt Mornæus, & Nouatores, quaſi de gradu, & dignitate ex pſonarum conditione, & qualitate iudicandũ ſit. Quod ſcribit, Põtifices anterioris ſæculi Romę lupanar publicè exercuiſſe: hæc eſt calumnia manifeſtiſsima, proferat n. huiuſmodi Pontifices. Si enim aliquot in tanto Pontificum numero minus inculpatè vixerunt, magis intruſi ab initio, quàm legitimè inſtituti, cuiuſmodi Ioãnes XII. & Benedictus IX. an ideò de Põtificibus anterioris ſæculi indefinitè id proferendũ, eos lupanar publicè Romæ exercuiſſe? cum nec de vllo quidẽ Pontifice id legatur, &, vt ex his, quæ ſcripſimus, conſtat, multi Põtifices anterioris ſæculi prout ex Authoribus, qui de illis ſcripſerunt, colligitur, probitate vitæ fuerint conſpicui. An verò quia Caluinus, & Beza Miniſtri Eccleſiæ huius reformatæ, & purioris fuerunt inſignes Gomorræi ante aliquot annos; ideò abſolutè pronunciandum, omnes Miniſtros huius ſæculi Eccleſię iſtius fictitię tam nefandi criminis reos eſſe; vt nec ipſum Mornæũ excipiamus? Sibi certè magnam iniuriam fieri, & falsò tam nefandum crimẽ impingi, ſtatim, & meritò conſequeretur. Nec igitur de Pontificibus anterioris ſæculi indefinitè id pronunciet, eos Romæ lupanar publicè exercuiſſe; cũ tamen latiſsima ſit differentia. Nam ex Miniſtris ſuæ Eccleſiæ Mornæus nullum proferre poterit, qui doctrina ſana, aut vitæ probitate, nedum miraculis, claruerit; cum à Sancto Petro ad hæc noſtra tempora quamplurimos Pontifices poſsimus producere, qui & doctrina, & vitæ ſanctitate, immò & aliquos, qui miraculis fuerint inſignes. Addo, non ſolum Miniſtros Eccleſiæ Mornæi iiſdem criminibus, quæ Pontificibus falsò impingunt, eſſe infames, ſed & miniſterium eorum non ſecus ac Sacerdotum Baal profanum eſſe, & ſacrilegum; cum tamen Põtificatus Eccleſiæ Romanæ ſanctiſsimus ſit à Chriſto Domino inſtitutus; etſi aliquando perſonæ non reſpondeant dignitati, & ſanctitati loci, ac Sedis.

Clerici nomen, & officium.

Calumnia Mornæi in Pontifices.

Refellitur exemplo à morib. Caluini, & Bezæ.

Cum interim Nicolaitarum nomine præpoſterè intelligi velint, Epiſcopos & Presbyteros, qui iuxta legem diuinam, Apoſtoli Canonem, primitiuæ

Pag. 233

Digitized by Google

Eccleſiæ vſum, Nicænæ Synodi primæ vniuerſalis, & complurium aliarum decreta, cum legitimis vxoribus matrimonium ritè cõtractum colunt.

CErtè ſi Nicolaitarum nomine eos intelligamus, prout ſcribit Sigonius lib. 8. de Regno Italiæ anno 1055. Hildebrandum in Franciam à Victore II. miſſum Legatum graues aduerſus Simoniacos, & Nicolaitas, nẽpe fornicarios Epiſcopos & Sacerdotes exercuiſſe quæſtiones, eo ſenſu intelligitur, quòd illi exterius ita ſe gererent, ac ſi cum Nicolaitis iudicarent, licitos eſſe promiſcuos concubitus, & ad ſalutem conſequendam rei venereæ operam eſſe dandam, quem præter cæteros referunt fuiſſe errorem Nicolaitarum. Verùm id

Sacerdotes contrahere matrimoniũ legitimũ non poſſunt.

Mornæo negamus, Epiſcopos, & Presbyteros legitimas vxores ducere, aut matrimonium ritè contrahere poſſe. Siquidem ſacer Ordo impedimentum eſt & prohibens matrimonium contrahendum, & dirimens contractum, & Sacerdotum cœlibatus iure Eccleſiaſtico inſtitutus, cui neque lex diuina, neque Apoſtoli Canon, nec Eccleſiæ primitiuæ vſus, nec ſacræ Synodi Nicænæ, aut aliarum Decreta aduerſantur: neque vnquam Epiſcopi, & Presbyteri Catholici cum legitimis vxoribus matrimonium ritè contractum coluerunt. Hos igitur nomine Nicolaitarum minimè poſſumus intelligere. De Pſeudoepiſcopis quidẽ Proteſtantiũ (cum ſint profani, ac merè laici, nullo ſacro Ordine initiati) id certè teneo, eos ritè matrimonia inire, & legitimis vxoribus vti; atqui non Epiſcopos, aut Presbyteros Catholicos, qui ſacro Ordine, & ſpirituali functione arcentur à matrimonio ritè contrahendo: & ſi de facto

Sacris Canonib. eſt prohibitũ.

matrimonium contrahant, illud inualidum erit, & ſacrilegum, ſacris Canonibus prohibitum, diſt. 27. cap. 8. *Presbyteris*, & diſtin. 31. cap. *Aliter*, & per totam 17. q. 1. & pluribus Concilijs idem cautum eſt, ac nouiſsimè in Trident. Synodo ſeſſ. 24. can. 9. *Si quis dixerit, Clericos in ſacris Ordinibus conſtitutos, vel regulares caſtitatem ſolemniter profeſſos poſſe matrimonium contrahere, contractumque validum eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel voto, & oppoſitum nil aliud eſſe, quàm damnare matrimonium, poſſeque omnes contrahere matrimonium, qui non ſentiunt, ſe caſtitatis, etiamſi eam vouerint, habere donum, anathema ſit; cum Deus id rectè petentibus non deneget, nec patiatur, nos ſupra id, quod poſſumus, tentari*. Et in concubinarios Clericos ſanciti ſunt multi ſacri Canones diſtinct. 28. & 32. ext. *de cohabit. Clericorum, & mulierum*. Et in Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 14. de reformat. & tum temporis, cum repreſſa eſt Simoniaca peſtis, etiam contra Clericos actum eſt, vxores, aut concubinas habentes. Sigonius libro

Leo IX. leges tulit cõtra Simoniacos, & cõcubinarios.

octauo de Regno Italiæ anno 1049. de Concilijs à Leone IX. celebratis agens, *Decretum* (inquit) *in omnibus eſt, ne ſacros Epiſcopi Ordines venderent, quique à Simoniacis emiſſent, per iniunctum à Clemente piaculum Ordines retinerent. & ne Clerici vxores, aut concubinas haberent, quemadmodum Petrus Damiani ſcripſit in eo libro, quem Gratiſſimum nominauit.* Verùm leges ferre in Simoniacos, vel concubinarios interpretatur Mornæus,

Hildebrandi an potius magiſtri ſui commentum, qui modò huius, modò illius prætextu, populũ faſcinat, Principes diuexat, Epiſcopos traducit. Pag. 233

NEc id mirum, quia apud Mornæum nulla differentia ſacri, & prophani. Itaque in Simoniacos agere, vel ſacrorum hominum incõtinentiam coercere, in Epiſcopos, aut Presbyteros, vxores, vel concubinas habentes, pœnas ſtatuere illi nihil aliud, quàm ludificari, & faſcinare populum, & Epiſcopos traducere: hoc item eſt Principes diuexare.

Quæ Cataſtrophe eò pertinebat (inquit) *vt illorum imperium euerteret, authoritatem, & iura ad ſuam ſedem raperet.* Pag. 234

HOc væſani hæretici iudicium, quod eò ſpectat, vt Hierarchia Eccleſiaſtica labefactetur omninò, Pontificum authoritas euertatur, & ad Principes laicos aut profanos homines iura Eccleſiaſtica deuoluantur.

Deinceps Romanos Pontifices commemorat à Leone nono qui creatus fuit anno Domini 1049. ad Gregorium ſeptimum qui creatus fuit anno 1073. Quoad Leonem nonum,

De Leone 9. eiuſq; electione.

Brunonem antea dictum, Epiſcopum Tullenſem, de eo refert ex Othone Phriſingenſi libro ſexto capit. 33. quod cum ab Henrico III. deſtinatus Romam eſſet Pontifex, iamque purpuram indutus per Gallias iter inſtitueret, Cluniacum fortè diuertit, vbi Hildebrandus tum Prioratus, vt dicitur, obedientiam adminiſtrabat. *Is Leonem adiens æmulatione Dei plenus* (Phriſingenſis inquit, ſed ſuppreſsit Mornæus) *conſtanter eum de incæpto redarguit, illicitum eſſe inquiens, per manum laicam Summum Pontificem ad gubernationem totius Eccleſiæ violenter introire: Verùm, ſi ſuum conſilium ſequi velit, vtrumque, & quod Maieſtas Imperialis in ipſo non exacerbetur, quodque libertas Eccleſiæ in electione Canonica renouetur, ſe pollicetur effecturum. Paret ille, purpuram deponit, & habitu peregrini cum Hildebrando Romam pergit, vbi à Clero, & populo eiuſdem Hildebrandi conſilio Pontifex eligitur.* Miſſa prius fuerat Legatio à Romanis ad Henricum, poſtulantibus ſibi ab eo Pontificem dari. Verum (vt inquit Blondus Decad. 2. lib. 3.) *de mala conſuetudine*. Baronius ad annum Chriſti 1049. art. 1. vult Legationẽ quidem ad Imperatorem fuiſſe miſſam à Cardinalibus, non vt ipſe Papam eligeret, ſed quẽ ſibi vtilem fore putaret, Romam mitteret, vt ex more Romæ conſilio Cardinalium Papa eligeretur: itaque quod quidam dicunt, electum ab Imperatore, ab ipſo delectum intelligendum, ſed electum à Cardinalibus. Electio quidem illius magnæ vtilitati fuit Eccleſiæ: doctrina,

Digitized by Google

ctrina, religione, & vitæ ſanctimonia inſignem fuiſſe, omnes ſcribunt. Verùm, quòd ante canonicam electionem purpuram aſſumpſiſſet, & ſeſe Pontificem gereret, meritò illi conſcientiæ ſcrupulus ab Hildebrando iniectus. Id minimè ſilentio inuoluendum, poſt obitum inſignia ad eius tumulum miracula fuiſſe edita: & inter cætera ſanctitatis eius viuentis argumenta hoc quoque numeratur, quod dum Romæ ageret, tertio quoque die à Laterano in Vaticanum nudis pedibus tribus tantùm Clericis comitatus ſilentio noctis procedere pſallendo, atque orando ſolitus fuerit; Teſtis Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 88. Author Faſciculi temporum Mornæo ſatis familiaris, eum *virum ſanctum* appellat, & de eodem ſcribit, quod Chriſtum in ſpecie leproſi in lecto ſuo nocte collocans, mane ipſum non inuenit.

Vita ſanctimonia, & miraculis quam inſignis.

Pag. 234

Moritur Leo anno 1054. & Romani partim Imperatorem reueriti &c.

HIſtoriam refert Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 90. *Defuncto Sanctæ memoriæ Leone Papa, Hildebrandus tunc Eccleſiæ Romanæ Subdiaconus à Romanis ad Imperatorem mittitur, vt, quoniam in Eccleſia Romana perſona ad tantum officium idonea reperiri nõ poterat, de partibus illis (quem ipſe tamen vice Cleri, Populique Romani Pontificem elegiſſet) adduceret. Quod cum Imperator annuiſſet, Gibeardum Aiſtitenſem Epiſcopum de Romanorum conſilio poſtulauit. Triſtis ad hæc* Imperator *(nimis enim illi carus erat) cum illum modis omnibus neceſſarium ſibi diceret, & alios pleroſque huic officio magis idoneos proponeret, Hildebrandus in ſententia perſtitit; erat enim idem Epiſcopus non modò prudentiſſimus, verùm in toto Regno ditior, atque potentior omnibus. Hunc itaque, inuitum licet, ac nolente Rege, Romam ſecum adduxit, eique Victoris nomen imponens, Romanum Pontificem de cunctorum conſenſu declarauit, cùm iam ferme à tranſitu Leonis annus eſſet euolutus &c.* Quod itaque ſcribebat Mornæus, Romanos poſtulaſſe ab Imperatore Pontificem, eum reueritos: atqui id noluerunt eſſe ſitum in poteſtate Imperatoris, vt pro arbitrio ſuo daret Pontificem; nã quos proponebat, reiecerunt, prælecto, quem nollet creari, & quem inuitus, ac nolens à ſe dimitteret. De eodem Pontifice ſubiungit ibidem Leo Oſtienſis: *Qui quoniam prædeceſſori ſuo impedimento maximo fuerat, quoties poſtmodum à circumpoſitis moleſtiæ aliquid patiebatur, dicere ſolebat: Meritò hæc patior, quia peccaui in Dominum meum.* Et itẽ: *Dignum eſt, vt quod fecit Saulus, patiatur Paulus: quod egit lupus, ſuſtineat agnus.* Mornæus:

Victor II. quomodo Leoni IX. ſubſtitut°.

Pag. 234

Veneno per ſubdiaconum calici mixto, tantumnon ſublatus.

SEd debuit referre, eum miraculo tum ſeruatum fuiſſe, ſic enim rem geſtam Lambertus de rebus Germaniæ ad annum 1054. deſcribit: *Huic* (Victori Papæ) *Subdiaconus toxicum in calicem miſit: quem cum ipſe poſt conſecrationem leuare vellet, nec poſſet, à Domino cauſſam facti inquiſiturus, cum populo ad orationem proſternitur, ſtatimque toxicator à Dæmone corripitur. Ita igitur cauſſa manifeſtata, Dominus Papa calicem cum ſanguine Dominico cuidam altari iuſſit includi, & pro reliquijs in perpetuum conſeruari. Deinde iterum cum populo tamdiu ad orationem proſternitur, quouſque Subdiaconus à Dæmonio liberaretur.* Idem habet Compilatio Chronologica ad annum 1054. & Abbas Vrſpergenſis ad an. 1053. Ita Deus duplici miraculo, ne Põtifex calicem ſumeret, obſtitit, & tãti ſacrilegij authorem detexit. Hæc certè miracula Deus in Antichriſto, maximè dum Idololatriam exercet, minimè operatur, cum tamen impius Mornæus, & ſacrilegi Nouatores de Pontifice Romano, & ſacroſancto Miſſę ſacrificio ita iudicent.

Victor quâ miraculo ſit præſeruatus à veneno ſibi in calice miſſo.

Pag. 234

Victoreque ſecundo anno 1057. vita functo, Romani ſucceſſorem electuri Comitia conuocant, & Cardinalem Fredericum, Ducis Lotharingiæ filium, quaſi vi raptum conſecrant &c.

IS miſſus fuerat Legatus Conſtantinopolim à Leone IX. cum Huberto Epiſcopo Syluæ Candidæ, & Græcorum errores confutauerat. Inde reuerſus, ad Monaſterium Caſsinẽſe profectus, ibidem ſumpto Religionis Sancti Benedicti habitu, vitaque per aliquod tempus ſanctiſsimè tranſacta, biennio ab eius ingreſſu vix exacto, Abbas Caſsinẽſis omnium Monachorum ſuffragijs deſignatus fuerat. Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 96. Vnde Victore II. Pontifice vita defuncto, ipſe Romæ tunc exiſtens omnium conſenſu creatus eſt Romanus Pontifex, dictuſque Stephanus (alijs nonus, Baronio ad annum 1057, art. 10. decimus) quòd ea die, qua electus eſt, nempe ſecunda Auguſti, Sancti Stephani Papæ celebritas ageretur. De eius electione idem Leo Oſtienſis capit. 98. & de eius morte capit. 101. *Florentiæ obijt 4. Kalend. Aprilis, ibique digno honore ſepultus eſt: ad cuius ſacrum corpus, interuenientibus meritis, plurima ſigna Deus oſtendit:* & Lambertus anno Domini 1058. *Eius iam mortui ſepulcrum ſignis, & prodigijs vſque hodie diuinitùs illuſtratur.* Ridiculum, quod ſcribit Mornæus:

De Stephano ſiue nono, ſiue decimo, eiuſque electione.

Miraculis poſt mortẽ claruit.

Ridiculum Mornai commentum.

Pag. 233

Vt inueſtituram ab Henrico tertio accipere meditatur; breui moritur.

AN verò ſe Pontifex profitebatur vaſallum, ſeu feudatarium Henrici tertij? Siquidem inueſtituram petere dicitur quaſi quidam cenſus deuotionis, & reuerentiæ, quæ Domino præſtari debet, &, ſi non fiat, incidit res quaſi in commiſſum. Vnde verò Imperatori ius illud in Pontificatum, vel Pontifices ipſos, vel vt iura ſpiritualia, quæ habet Pontifex, conferre poſsit?

Stephano X. Mornæus ſubijcit Benedictum X. Tuſculanorum Comitum ſtudijs Primoribus mercede ſibi conciliatis, in Sedem Apoſtolicam intruſum: de quo Onuphrius annot. ad Platinam in Benedicto X. *Hic Benedictus legitimus Pontifex non fuit, cum Simoniacè per vim, &*

Benedictus X. Pont. illegitimus.

metum contra Canones, & iuramenta Pontificatum occuparit. Quod diſertè in Epiſtola quadam refert Petrus Damiani Epiſcopus Oſtienſis, qui hoc tempore vixit. Vnde merito, alio ſubrogato, exactus eſt; quare in numeri nota eius ratio habenda non eſſet.

Falsũ eſt, hunc fuiſſe à Petro Damiani conſecratum.

Quod verò ſcribit Mornæus, Petrum Damiani Epiſcopum Oſtienſem, nequicquam proteſtatum, ad eum conſecrandum adactum, & citat Sigonium; ita ſcribit ille libro 9. de Regno Italiæ anno 1058. *Tuſculani Comites propinquum ſuum Ioannem Epiſcopum Veliternum Pontificem, Epiſcopis Cardinalibus aduerſantibus, creant, atque eiſdem in diuerſas partes dilapſis. per Presbyterum Oſtienſis Eccleſiæ, hominem omnium litterarum ignarum ad Apoſtolatus culmen prouehunt, & Petrum Damiani Oſtienſem Epiſcopum reclamantem, atque omnes diris grauibus deuouentem vi ad eum colendum compellunt, deinde populum diuiſa per vicos pecunia ad adorandum inuitant.* Vndè conſtat ex Sigonio, nõ eum à Petro Damiani, qui erat Epiſcopus Oſtienſis, ſanctitate, & doctrina inſignis, conſecratum, ſed à Presbytero quodam eiuſdem Eccleſiæ, omnium litterarum ignaro; neque ſcribit Sigonius, Petrum Damiani ad eum *conſecrandum* adactum fuiſſe, ſed *colendum*, quæ longè diuerſa ſunt. Ex Leone etiam Oſtienſi manifeſta eſt impoſtura Mornæi, Siquidem ille lib. 2. cap. 102. rem geſtam ita narrat: *Interea Gregorius Lateranenſis, & Tuſculanenſis Comes, comperto Romani Pontificis obitu. ſociato ſibi Girardo Galerenſi, & Romanis potentibus aliquot, noctu cum armatorum turbis Eccleſiam vna peruadunt, & Ioannem Veliternenſem Epiſcopum, Mincium poſtea cognominatum, Papam conſtituunt, Benedicti illi impoſito nomine. Quod cum Petrus Damianus vir valde religioſus (quẽ eo tempore Stephanus Papa ab eremo extractum in Oſtienſi Eccleſia Epiſcopum fecerat) comperiſſet; vna cum Cardinalibus reſiſtere, ac reclamare cœpit, atque anathematizare. Sed hi tamen omnes terrore compulſi per varia loca fugere. Ita à Satellitibus Sathanæ Oſtienſis Eccleſiæ Archipresbyter, vt prædictum Mincium ad Apoſtolatus culmen proueheret raptus, ac violenter attractus eſt.* Atqui Petrus Damiani non erat Archipresbyter, ſed Epiſcopus Oſtienſis Eccleſiæ; non ergo ab eo conſecratus Benedictus ille Antipapa. Mornæus:

Pag. 234

Verùm, quia Clerus Hildebrando promiſerat, ſedes ſi uacaret, neminem eo abſente electum iri, paucis poſt diebus, Antipapam ipſe opponit, Gerardum Burgundum Florentinum Epiſcopũ, Nicolaum cognomine ſecundum, cui pudore potius quam conſciẽtia motus, cedit Benedictus decimus.

Falſa ſunt omnia, quæ hic Mornæus.

HIc pro more ſuo nugatur Mornæus, Nam primò non id Clerus Hildebrando promiſerat, ſed, vt ſcribit Leo Oſtienſis lib. 2. c. 101. *Stephanus Papa, congregatis Epiſcopis & Clero, populoque Romano, ſub diſtricta nimis inhibitione conſtituit, vt ſi antequã Hildebrandus Romanæ Eccleſiæ tunc Subdiaconus ab Imperatrice, ad quam pro quibuſdam Reipublicæ negotijs communi conſilio mittebatur rediret, ſe mori contingeret, nullus omnino Papam eligere auderet, ſed vſque ad illius reditum Sedes Apoſtolica intacta vacaret, eius demum ordinanda conſilio.* Secũdo falſum, Hildebrandum Antipapam oppóſuiſſe Benedicto; Immò iuſtum Põtificem adulterino oppoſuit; nam Nicolaus ſecundus fuit legitimè inſtitutus Põtifex; vbi Benedictus largitione pecuniæ, & vi intruſus fuerat; qui non pudore, ſed conſcientia motus, & religione perfuſus ſe abdicauit,

Nicolaus II. Põtifex legitimus.

De Cõcilio ab ipſo Romæ habito.

De Cõcilio Romæ habito à Nicolao II. cui 113. Epiſcopi interfuerunt, hoc Mornæi iudicium eſt;

Pag. 234

Igitur eius (Hildebrandi) *conſilio Synodus Laterani habetur, eo quidem prætextu, vt in poſterum eiuſmodi incommodis non ſit locus, reuera, ſupplantandis omnino Imperatoribus; quippe in qua ſtatutum; Vt obeunte Romanæ Eccleſiæ vniuerſalis Pontifice, in primis Cardinales Epiſcopi diligentiſſime ſimul de electione tractantes &c.*

In eo priuilegiũ de electione Põt. Hẽrico datum.

IN ea Synodo conſtat, editum eſſe Decretum de electione Romani Põtificis, quod habetur apud Gratianum diſt. 23. c. *In nomine Domini*; vbi & habita ratio Henrici Regis Germaniæ, & conceſſum priuilegiũ de electione Pontificis illi, & ſucceſſoribus, qui ab Apoſtolica Sede perſonaliter hoc ius impetrarent, Quòd. n. eiuſdem Regis ope proximè precedenti ſchiſmati finis impoſitus eſſet, legitimuſq; Pontifex, Eccleſiæ Romanæ pace reddita, cõſtitutus; gratitudinis ergò od datum fuerat eadem ex cauſſa patri priuilegiũ, hoc Nicolaus vna cum ſancta Synodo propagãdũ putauit in filiũ: quod quidem cùm ad ædificationem Eccleſiæ collatũ eſſet; cùm eodem ad deſtructionem vti voluerũt, iure ipſo priuari meruerunt. Verũ, vt obſeruat Baron. ad an. Chriſti 1059. art. 23. nõ ita apparet, Pontificem, aut Conciliũ conceſsiſſe illi ius eligendi Romanum Pontificẽ, vt eo priuari voluerit Romanum Clerum, Immò ad S. R. Eccleſiæ Cardinales Epiſcopos voluit id potiſsimũ pertinere, inde ad cæteros, quos ſiue iura, ſiue conſuetudo hactenus admiſiſſent, ne cuiquam præiudicium inferretur, Sed id Mornæo non ſufficit,

Nullo tamen illato cuiq; præiudicio.

Cum antea (inquit) *Pontificis approbãdi ius penes Imperatorem eſſet, cuius imperium, nedum conſenſum, læſæ Maieſtatis pœna, antequam conſecraretur, expectare neceſſe haberet.*

QVando Imperatoris imperium Põtifici expectandum fuerit, nedũ conſenſus, & quando conſtituta fuerit pœna illa læſę Maieſtatis, aut qua authoritate, & à quo tandẽ, ediſſerat nobis Mornæus. Siquidẽ nõ plus iuris habuerũt vnquã Imperatores in electione Romanorum

Pont.

Pont. quam ab illis iiſdem fuerit tributum. Sed malè habet Mornæum, quòd Cardinalium authoritas tùm inualeſcere cæperit, vt hoc tempore Petrus Damiani ſcripſerit, ad Cadaloum Epiſt. 20. lib. 1. *Romani Cardinales Romanum Pontificem principaliter eligunt, & quibuſcumque alijs prærogatiuis non modo quorumlibet Epiſcoporum, ſed etiam Patriarcharum, atque Primatum iura tranſcendunt. Saluo quippe Vniuerſalis Eccleſiæ ſacramento, iſti ſunt oculi vnius lapidis, id eſt Romanæ Eccleſiæ, ipſi lucernæ vnius candelabri.* Vbi inſulſus Mornæus;

Pontificum Rom. electio principaliter penes Cardinales.

Cardinales oculi, & lampades Eccleſiæ.

Pag. 235

Antea igitur non oculi in Eccleſia, non lampades.

TVm quidem nomen eorum celebrari magis in Eccleſia Romana cæptum, quando illis in primis permiſſa Romani Pontificis electio: & ideò potiſsimùm inſtituti, vt conſilio, & opera Romanum Pōtificem iuuarent in regimine Eccleſiæ Vniuerſalis. Nec tamen inde ſequitur, eos non prius fuiſſe oculos, & lampades in Eccleſia quia id non priùs de illis ſcripſerat Petrus Damiani. De antiquitate, dignitate, & officio Cardinalium nolim hic plura adferre. Prę cęteris legi poteſt Bellarminus lib. 1. de Clericis cap. 9. & cap. 16.

Nullus à Laico Eccleſiam vel gratis, vel pretio accipiat.

In eodem Concilio contra Simoniacos ordinatores, vel ordinatos ab eodem Pontifice Decretum editum, & refert illud Gratian. 1. q. 1. cap. *Statuimus* 107. præ cæteris ſtatuit, ne quis à Laico Eccleſiam aut pretio, aut gratis accipiat, neque per Simoniacam hæreſim promoueatur ad quodlibet Eccleſiaſticum officium. Mornæus:

Pag. 235

Cum tamen quod, gratis, dicitur, ſimoniam propriè excludat, diſcrimen inter Laicos & Clericos non conſtituat.

ATqui vtrumque prohibet Pontifex, & ne quis à Laico *pretio*, & ne quis *gratis* Eccleſiam accipiat. Et primum quidem Simoniacum eſſet, ſi quis pretio vel à Laico, vel etiam à Clerico Eccleſiam accipiat; neque enim magis Clericus poteſt citra Simonię peccatum pretio Eccleſiam alicui tradere, quàm Laicus. Verùm in hoc diſcrimen eſt, quòd à Clerico gratis, à Laico ne gratis quidem ex Decreto Pontificis poteſt quis Eccleſiam accipere. Aliud inſuper, hortatu maximè Petri Damiani, cuius extant hac de re datæ litteræ grauiſsimæ ad eundem Pontificem, aduerſus Sacerdotes concubinarios Decretum editum. Tum enim maximè laborandum fuit Pontificibus, vt & Simoniacam peſtem ab Eccleſia procul arcerent, & Sacerdotum concubinatum comprimerent.

Berengarius ſuam hæreſim abiurat.

Non omittendum, Berengarium in eodem Concilio abiuraſſe ſuam hæreſim contra veritatem corporis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ, quam eãdem hodie Mornæus, & omnes Caluiniſtæ profitentur.

Robertus, et Guiſcardus à Nicolao

Quam huic loco hiſtoriam inſerit, de Roberto, & Guiſchardo Nortmannis, prius vinculo anathematis innodatis, quòd terras Eccleſiæ inuaſiſſent, deinde in gratiam receptis à Nicolao Pontifice, & anathemate ſolutis; eandem fusè deſcribunt Nauclerus Vol. 2. Generat. 36. anno 1059. Sigonius lib. 9. de Regno Italiæ eodem anno: de quo & Leo Oſtienſis libro 3. capit. 15. *Per hos etiam dies Richardo Capuanum Principatum, & Roberto Apuliæ, & Calabriæ, atque Siciliæ Ducatum confirmauit, accepta prius ab eis cum ſacramento Romanæ Eccleſiæ fidelitate, cenſuque quotannis iuga boum, ſingula denarijs duodecim.* Hoc interpretatur Mornæus ex pupillari Henrici ætate, nouam creſcendi occaſionem, & nouæ litis cum Imperio, Imperatoreque materiam; Vbi tamē ſuum repetijt, nihil alienum ſibi vendicauit Pontifex; vt ille liti occaſionem dederit. Qui repetit ſuã, & iure ſuo vtitur, nemini iniuriam facit. Occupauerant illi Ciuitates aliquot, quæ parebant Pontifici; iuſtè itaque tanquam inuaſores à Pontifice fuerant anathemate percuſſi. Deinde, ab Imperatoribus præcedentibus, ad quos beneficio Pontificum Romanorum translatum erat Imperium Occidentale, donatæ erant Eccleſiæ Romanæ huiuſmodi Prouinciæ, vt ex Diplomate Ludouici Pij in primis conſtat; nullo igitur iure, inconſulto, vel etiam inuito Pontifice, ſe Calabriæ, & Apuliæ Ducem Robertus Guiſchardus appellauerat, & nonniſi à Pontifice iuſtum hunc titulum obtinere potuit. Deniq; volenti, & conſentienti nō fit fraus, aut dolus: at Robertus, & Guiſchardus fratres, diris à Pōtifice tanquam inuaſores rei alienæ deuoti, ſe in eius authoritate futuros, & omnem ditionē armis partam acceptam ei relaturos, polliciti ſunt, ſi ſe in gratiam recipere, & feudatarios Eccleſiæ conſtituere vellet; id itaque iure ſuo poſſe facere Pontificem intellexerunt. Nicolaus igitur cum poſtulatis eorum aſſenſit, nullam illis, nec verò Imperatori, cui iam nullum ius in illas Prouincias, intulit iniuriam; vt nouæ liti cum Imperio, vel Imperatore dederit occaſionem, Mornæus:

Pons in gratiam receptis &c. quæ ei [illegible]

Il Pōtif. [illegible] *legitimū.*

Sed enim non minor in morum & doctrinæ corruptela, quàm in tyrãnide progreſſus. Quoad mores primùm id oſtendere nititur. *Quandoquidem Sodomiticum ſcelus ex cœlibatus rigore eas radices in Clero Romano defigit, vt Petrus Damianus eremum petere coactus, librum conſcribat, cui titulus Gomorræus &c.*

Pag. 235

Lex cælibatus non eſt cauſſa peccati.

AN verò cœlibatus Clericorum legi ſanctiſſimæ tribuendum tam nefandum ſcelus? Non magis certè, quàm legi contra parricidas homicidium tribui debet, & quàm legi datæ à Deo per Moyſem peccatum aſcribi, de qua D. Paul. Rom. 5. *Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum.* An ideò lex cauſſa eſt peccati, quia cumulatis præceptis, & mandatis maior facta

Digitized by Google

eſt tranſgreſsio? Atqui id vitio hominum factum eſt, licet occaſione ex lege ſumpta: & particula, *vt*, non finem, ſed conſecutionem indicat; nec enim lex data, vt homo peccaret; ſed homo vitio ſuo proprio, à quo nonniſi per gratiam Chriſti ſanandus erat, occaſionem accepit tranſgrediendi legem ipſam. Et de lege cœlibatus id dici poteſt, quod ſcribit idem Rom. 7. *Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum, & bonum. Quod ergò bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit.* Lex igitur ipſa irrepræhenſibilis eſt, inſtituta ad vitam rectè inſtituẽdam: & ſi homo occaſione legis in peccatum aliquod incidat, id vitio ſuo, non legi tribuendum: quod ſignificat paulò poſt Apoſtolus: *Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato.* Lex ad ea, quæ ſpiritus ſunt, & ad virtutes, ac honeſta exhortatur, à vitijſque reuocat, & quomodo ſecundùm Deum viuendum ſit, docet; non igitur illi aſcribendum peccatum, ſed homini, quatenus carnalis eſt, id eſt, ſecundum carnem viuit, non rationem, ſed ſenſuum appetitum ſequens. Sed eundem audiamus Rom. 6. *Peccatum non dominabitur in vobis, quia non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia;* Vt intelligamus, hominem ſub lege v.g. cœlibatus conſtitutum poſſe contra peccata quærere remedium ex fide, & gratia Chriſti, quã, vt ait Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. can. 9. *rectè petentibus non denegat, nec patitur, nos ſupra id, quod poſſumus, tẽtari.* Et id quidem vt intelligatur, quàm iniquè legem cœlibatus iſte accuſet, eiuſque rigori nefanda peccata tribuat. Falſum, quod ſcribit, Petrum Damianum inde eremum petere coactum.

De Gomorrhæo Petri Damiani.

Nam iam tunc Eremita erat montis Auellani in Vmbria, cum cernens omnem carnem corrupiſſe viam ſuã, de his Leonem IX. monens, ſcribit ad eum librum, *Gomorrhæum* inſcriptum, quo vitia quadripartita carnis, quibus obruerentur Clerici, quàm potuit honeſtè in tantis recenſendis obſcœnitatibus, inſinuauit, rogans, vt Petri gladio acutiori, quàm Phinees, cõficiens turpiſsimos homines illos, & maximè Clericos, Eccleſiam Dei non habentem maculam, neq; rugam, ſeruaret incontaminatam. Quod Leonem egregiè præſtitiſſe docet ipſius ad Petrum reddita Epiſtola, quæ præfixa legitur eidẽ Gomorrhæo, habetq; dignas pœnas appoſitas pro criminum qualitate, & quantitate.

Vnde is in maleuolentiã Leonis Pont. inciderit.

Etſi verò in Leonis Pontificis maleuolentiam Petrus Damiani poſtea inciderit; nõ certè quòd librum illum ſcripſiſſet, verùm ex calumnijs quorundam apud ipſum Pontificẽ, vt ex ipſiuſmet Petri Epiſtola apologetica ad Leonem cõſtat, lib. 1. Epiſt. 4. vbi inter cætera: *Quid mirum* (inquit) *ſi Domino meo tantis oppreſſo negotijs verſuta calliditas hominũ ſubrepere potuit, cũ & Dauid* (2. Reg. 19) *qui prophetico plenus erat ſpiritu, dum ſibi inconſultius credidit, innocentem protinus Miphiboſeth ſententiæ proſcriptionis addixit; tantumq; apud eum falſæ accuſationis ſermo præualuit, vt plectibilem ſeruum in hæreditatis cõſortium ingreditatis adſciſceret, & infidelitatis reum, libertatis dignum præmio iudicaret.* Liber ille, *Gomorrhæus* inſcript⁹, poſtea ſurreptus ab Alexandro II. quòd abſq; verborum obſcœnitate obſcœnitates illæ tantæ pertractari non potuiſſent, quin legentium aures caſtas offenderent. Sed Mornæus:

Cur Gomerræus ei ab Alexandro II. ſublat⁹.

Quaſi verò turpitudines eiuſmodi moueri poſſint, quin pædor illico excitetur. Pag. 235

ID quidem verum eſt; ſed tamẽ caſtis auribus parcendum: & corrũpunt bonos mores colloquia praua; vt conſultius ſit ſupprimi nonnũquam libros, quibus deſcribuntur huiuſmodi nefanda vitia, etſi maximè redarguantur, eorumq; turpitudo detegatur, quàm paſsim manibus hominum teri.

Cur inducta pœnitentiarum redemptio.

Quoad doctrinæ corruptelam, eò refert Mornæus, quod ſub Victore II. anno Domini 1055. inducitur pœnitentiarum redemptio. Nimirũ cum Canones pœnitẽtiales pro peccatis mortalibus, quæ ſæpius iterari ſolent, multorum annorum pœnitentiam iniungerent, vt vix homines tota vita poſſent ſatisfacere; ne debitores ex hac vita morte præuenti decederent, aperta eſt ianua in Eccleſia redemptionis pœnitẽtiæ, vt v.g. qui diuitijs affluerent, eas erogando in vſus pauperũ, pro quantitate perſoluti pretij tot annos redimerent; ita pauperes orationibus, ieiunijs, & alijs corporis afflictionibus redimere poſſent breui tempore multos annos pœnitentiæ, quos Canones præſcripſiſſent.

Nulla in ea eſt doctrinæ corruptela.

Quæ verò hic doctrinæ corruptela? An Canones pœnitentiales à Patribus antiquitùs ſanciti, quibus peccatis mortalibus pro grauitate eorum diuerſæ pœnitentiæ inferuntur, tanquã inutiles ſint, exſibilandi, & reijciendi? An corruptela doctrinæ eſt, erogare ſua in vſus pauperum, & iuxta conſilium Danielis cap. 4. peccata ſua eleemoſynis redimere, & miſericordijs pauperum, orationibus vacare, ieiunijs, & alijs corporis afflictionibus corpus caſtigare, & in ſeruitutem redigere? Recitationem officij Beatæ Mariæ ad doctrinæ corruptelam refert..

In eo demum doctrinæ labes progreſſum facit, quod Petrus Damianus Monachus in eadem eremo degentibus præſcribit; Vt cum horis canonicis quotidie Beatæ Mariæ ſemper Virginis officia dicantur. Pag. 236

Recitatio officij B. M. Virginis & grata Deo ſit, quamq; diſpliceat eius omiſſio.

VErùm operæ pretium eſt recitare, quæ ſcribit ipſe Petrus Damiani lib. 6. Epiſt. 32. ad ſuos Eremitas Monaſterij Gamugnenſis S. Barnabæ: *Statutum erat, atque iam per triennium ferè ſeruatum, vt cum horis Canonicis quotidiè B. Mariæ ſemper Virginis officia dicerentur. Erat autem quidam inter eos Gozo, habitu Monachus, reprobæ quidem vitæ, ſed dicacis, & aculeatæ facundiæ. Hic cœpit conqueri, ſatis ſuperque ſufficere, quod Sanctus præcipit Benedictus, nec nouæ adinuentionis pondus debere ſuperponi, nec nos eſſe antiquis Patribus ſanctiores, qui videlicet hæc ſuperſtitioſa, ac ſuperuacanea iudicantes, pſallendi nobis metam, omnemque viuendi*

uendi

*uendi regulam præfixerunt: hac ſanè debere nos eſſe contentos. ne ab illa inc aut in declinantes, per anfractus, & inuia ducamur erronei. Quid plura? Contra Reginam mundi præliari uiſus eſt, & confecit. Ad hoc nimirum Fratres verſuta machinatione pellexit, vt ſolitas B. Mariæ laudes vlteriùs non offerrent. Sed à diuinum iudicium à noſtræ prauitatis intuitu non dormitans. Mox enim aduersùs præfatum Monaſterium tot aduerſitatum grandines tot vndique bellorum, atque cõflictuum exortæ ſunt tempeſtates, vt ipſis quotidie Monachis minaces gladij necis exitum intentarent. Fiunt vndique deprædationes, vndique rapinæ, conflagrantur cum ſegetibus areæ ſamiliares, ac ſerui ſancti loci crudeliter trucidantur; & non iam imago mortis, ſed mors ipſa graſſatur, adeò, vt tæderet iam Monachos viuere; dum nequaquam poſſent in procinctu certaminis amicum quieti ſuæ profeſſionis officium cuſtodire. Non paruis expenſis ad Teutonum partes Imperator expetitur; pragmaticæ ſanctiones cum ſigillis Imperialibus aduehuntur. Sed tantundem eſt, in omnibus quippe ſtudijs non fructus, ſed labor ſuperuacuus. Vnde cum ego petitione Fratrum ſæpè pulſarer, quatenus ſequeſter accederem, & ſi poſſibile eſſet, pacis inter eos fœdera cõtinuare n hac rogantibus voce reſpõdi: Chriſtus, inquam, eſt pax noſtra, de quo etiam de Virgine recens nato angelitùs dictum eſt (*Lucæ 2*) Gloria in excelſis Deo, & in terra pax &c. Quia ergo Matrem veræ pacis de ſuo Monaſterio proiecerunt; dignum eſt, vt inquietis calamitatum, tribulationũque procellis, atque turbinibus agitentur. Fratres illi hæc, quæ dixerã, non dubijs erumpentibus ſignis vera probantes, in arcto ſui, tandem ad cor redeunt. pauimento ſe humiliter ſternunt, ac percepta pœnitentia, numquam ſe de cætero neglecturos ſolita Genitricis Dei præconia vnanimiter pollicentur. Mox itaque (vt fatear) ita poſt coruſcos, atque tonitrua, tanta Cœli ſerenitas redijt, vt ex tunc vſque hodie Fratres iucundæ pacis otio perfruantur, ac de Scyllæa voragine ſe velatos ad portum, gubernante Filio Virginis, gratulentur. Impletum ergò eſt, quod per Prophetam dicitur: Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos, dicit Dominus.* Hæc Petrus Damiani, non impoſtor, neque fabulas nobis obtrudens, ſed nomine ſanctitatis, & doctrinæ ab omnibus commendatus. Non igitur ſuperſtitio, aut doctrinæ labes recitatio Officij B. Virginis, ſed pius, & religioſus affectus erga Matrem Dei, Reginam Cœli: & eius omiſsionem ſibi diſplicere, reſtitutionem verò gratiſsimã eſſe, euidentiſsimis tum ſignis Deus oſtendit. Verùm quemadmodùm reprobus ille Monachus contra Reginam Cœli præliabatur; ita nunc Mornæus, & perfidi iſti Nouatores, Iudæi, non Chriſtiani, Sanctiſsimæ Dei Genitricis laudes à Fidelibus, celebrari, ægrè patiuntur.

Pag. 236

Et eiuſdem illi ætatis & originis Flagellantium ſecta, Dominici Loricati exemplo inducta.

De vſu diſciplinæ ſeu flagellationis ſui ipſius.

DE B. Dominico Loricato, magnæ abſtinentiæ, & auſteritatis virò, plura extant apud Petrum Damiani lib. 1. Epiſt. 19. ad Alexandrum II. Pontificem, & lib. 6. Epiſt. 30. ad Teuzonem Monachum, & lib. 7. Epiſt. 19. ad Blancam, ex Comitiſſa Sanctimonialem, quibus locis agit & de laudabili vſu tum introducto, ſanctiſsimi illius Eremitæ exemplo, vt voluntariæ pœnitentię cauſſa Fideles, non modò viri, ſed & nobiles mulieres, verberibus ſeipſas afficerent, flagellis ad hoc paratis idoneis: & Petrus verberationem ipſam vocat *diſciplinam*, quod nomen cum actione ad poſteros tranſijt, vt diſciplinam agere, *ſit* ſeipſum flagellis cędere: item vocat *Purgatorij genus*, vt quo expiantur peccata, & pęnitentiæ redimũtur, peccatis à Canonibus decretæ. Hoc genus diſciplinæ, exemplo illius tantæ ſanctitatis, abſtinentiæ, & auſteritatis tùm introductũ, & in Eccleſia vſitatum ab his, qui carnem ſuã crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs, & qui cum Paulo caſtigabant corpus ſuum, & in ſeruitutem redigebant, laudat, & probat Petrus Damiani, magnum tum Sydus Eccleſiæ. Verùm hæc ſuperſtitio eſt Mornæo, & doctrinæ labes. Atqui vt ſcribebat idem Petrus Damiani ad Petrum Cerebroſum Monachũ lib. 6. Epiſt. 27. *Hoc diſciplinæ genus nequaquam modernis eſt ſtudijs nouiter adinuentum ſed ex ſacræ Scripturæ potius authoritate prolatum. Nouimus enim Dominum Saluatorem à Præſidis militibus verberatum, Beatos Apoſtolos in Concilijs à Sacerdotum Principibus cæſos, nonnullos etiam ſanctorum Martyrum legimus virgis, ac flagris durioribus laniatos. Paulus etiam ter virgis cæſus eſt, & quinquies quadragenas vna minus accepit. 2. cor. 11. &c. quod vtique tale eſt.* Præcepit in Deuteronom. 25 Dñs dicens: *Si eũ, qui peccauerit, iudices dignum viderint, proſternent. & corã ſe facient verberari*; vbi & mox additur: *Pro mẽſura peccati erit & plagarum modus, ita vt quadragenarium numerum dumtaxat non excedant, ne fœde laceratus ante oculos tuos obeat frater tuus &c.* Subiungit Petrus Damiani: *Cum ergò non modò vetuſtæ Legis authoritas, ſed & Euangelica gratia verberum plagas modò per præcepta, modò per exempla commẽdet, vt & Sanctos Apoſtolos in Concilio cæſos, & Beatos Martyres legamus ſæpenumerò verberatos (quæcũque autem ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt) quid abſurdum eſt, quid ineptum, ſi nunc Sancta Eccleſia in pacis otio vtitur, quo dudum vtebatur in bello? Nam & Apoſtolus iterum dicit: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Et alibi: Sancti ludibria, & verbera experti. Porrò dum manus carnificis nunc ab infligẽdo Martyribus verbere ceſſat; quid obeſt, ſi ſancta deuotio ipſa ſibimet, vnde Sanctis Martyribus fieri particeps mereatur, exhibeat? Nam cum ſponte me proprijs manibus ante conſpectum Dei verbero, deuotionis ingenuæ deſiderium, ſi carnifex accurreret, promptus oſtendo. Quia ſi pro amore Chriſti tam dulcis eſt mihi pœna, cum deeſt; quo ſuſciperetur animo, ſi perſecutor offerret? Vellem pro Chriſto ſubire Martyrium, non habeo, ceſſante ſtudio, facultatem, ipſe me verberibus atterens oſtendo ſaltem ferventis animi voluntatem &c.* Et ad finem: *Lorica eſt homo indutus ad carnem, ferreis membra diuerſa circulis ambit, mittit cum labore metaneas. allidit in pauimentũ crebrius palmas; vt quid hæc, & ſimilia, niſi vt, dum per hæc corpus affligitur, animæ refrigeriũ procuretur? Quodcun-*

Is neq; eſt ſuperſtitio. neq; labes doctrinæ.

Digitized by Google

cunque enim illud eſt, per quod caro pœnitentiæ cauſa, laceratur, atque percellitur, per hoc homo procul dubio ab contracti reatus ſqualore purgatur. Hæc Petrus Damiani; ad quem ſi Mornæus cum omnibus Nouatoribus conferantur, ne titiuilitio quidem à nobis æſtimandi,

Denique ad doctrinæ labem, & ſuperſtitionem hæc ab Aduerſario referuntur,

Pag.236 *Miſſa die Lunæ pro ijs, qui in Purgatorio ſunt, introducta, die Veneris in honorem paſſionis, die ſabbati in honorem Virginis.*

Miſſæ ſacrificium pro viuis, et defunctis offerri ſolitū in Eccleſia.

OMnes hæretici noſtri temporis ἄσπονδον πόλεμον, *irreconciliabile bellum* ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, in quo nobis ob oculos verſatur memoria paſsionis Chriſti, indixerunt. Hoc enim per ſuos miniſtros in primis tentat Diabolus, vt cruenti illius ſacrificij memoria ex hominum mentibus penitùs aboleatur. Offerri conſueuiſſe hoc ſacrificium pro viuis, & defunctis, conſtat ex antiquo vſu; & traditione Eccleſiæ, de quo præter cæteros legi poteſt Bellarminus lib. 2. de Miſſa cap. 7. Et Concil. Trident. Seſſ. 22. cap. 2. *Non ſolum pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & alijs neceſſitatibus, ſed pro defunctis in Chriſto, nondum ad plenum purgatis ritè iuxta Apoſtolorum traditionem offeratur.* & can 3. dicitur eſſe ſacrificium propitiatorium, quod pro viuis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, & ſatisfactionibus, & alijs neceſſitatibus offerri debet. De antiquo vſu Eccleſiæ ſatis conſtat ex Patribus, in quibus citandis nolim hic diutiùs immorari. Ita etiam in honorem Sanctorum offerri ſolere, docet ex antiquis Patribus idem Cardinalis lib. 2. cap. 8. & eſt doctrina Concilij Tridentini ſeſſ. 22. cap. 3. & Can. 5. Petrus Damiani lib. 2. Epiſt. 14. ad Deſiderium Abbatem, & Cardinalem; *Pulcher (inquit) mos in nonnullis Eccleſijs inoleuit, vt ſpecialiter ad B. Virginis honorem per omne Sabbatū Miſſarum celebrentur officia, niſi forte feſtiuitas, vel feria quadrageſimalis obſiſtat. Nos etiam Eremis, ſiue Monaſterijs, quorum videlicet ad Chriſti gloriam miniſtri ſumus, tres, per hebdomadas ſingulas, dies Sanctis aſſignatos habemus, ad quorum ſcilicet honorem Miſſas ſpecialiter celebramus:* Et meminit Miſſæ, quæ in honorem Angelorum, vt & mortuis, & morituris patrocinalis eorum defenſio procuretur: & Miſſæ viuificæ Crucis, cui ſexta feria aſcribitur, quæ ſcilicet dies pēdentis in Cruce Domini glorioſo ſanguine purpuratur.

Sic etiam in honore Sanctorū.

Et B. quidē Virginis die Sabbati.

Paſſionis vero, die Veneris.

Nicolao mortuo Alexander 2. à Romanis ſubſtituitur.

Mortuo Florentiæ Nicolao Papa, ſuffectus eſt in eius locum Alexander II. de quo Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 20. *Defuncto Apoſtolico Florentię, duobus ac ſemis annis in Pontificatu peractis, cū ingens inter Romanos ſeditio de ordinando Pontifice cœpiſſet exoriri, Hildebrandus Archidiaconus, habito conſilio cum Cardinalibus, Nobilibuſque Romanis, ne diſſentio increſceret, Anſelmum Lucenſem Epiſcopum poſt menſes fermè tres in Romanum Pontificem eligūt, Alexandrumque vocari decernunt &c. Quod cùm Imperatrix audiſſet vna cum filio, tulerē grauiter, hæc ſine ſua authoritate geſta fuiſſe, Cadolumque Parmenſem Epiſcopum à Placentino dumtaxat, & Vercellenſi Epiſcopis ipſa die feſtiuitatis Apoſtolorum, Simonis, & Iudæ, in Papam eligi faciunt &c.* Mornæus;

Ab alijs Cadolus, ſiue ita volēte Agnete & Imperatrice, ſine eius filio Henrico.

Agnes Henrici mater, abſque ſuo mandato factum reſciens, Concilium Baſileæ indicit, vbi conſentientibus etiā compluribus Italiæ Epiſcopis, Cadalous Parmenſis Epiſcopus Pontifex creatur, cui Honorio ſecundo nomē. Pag.236

SVnt tamen qui velint, matrem non conſenſiſſe electioni Cadoli Antipapæ, ſed Henricum filium adoleſcentem præcipites in ſcelus Longobardos Epiſcopos impuliſſe. Alij pœnitentem facti, quòd fauiſſet nefariæ promotioni Cadoli, Romam ad Limina Apoſtolorum peregrinationis cauſſa poſteà profectā fuiſſe ſcribunt, vt tantum peccatum ea ſatisfactione redimeret. Platina in Alexandro ſecundo ſcribit, reclamante Agnete, electum eſſe Cadolum Antipapam. De Alexandro Pontifice hęc Otho Phriſingenſis lib. 6. cap. 34. *Cōmuni voto, & electione in ſummum Pontificem promotus Eccleſiam iamdiu ancillatam in priſtinam reduxit libertatem. Cadolumque Parmenſem Epiſcopum, armata manu Sedem Romanam occupare volentem, conſtantiſſimè repreſſit.* Cum Anno Archiepiſcopus Colonienſis Alexandrū increparet, quod Rom. Pōtificatum iniuſſu Cæſaris præter cōſuetudinem accepiſſet, Hildebrandus Cardinalis liberè reſpondit, *cōſuetudinē illam malam eſſe, & iuſtè reuocatam.* Platina reſponſum refert, *electionem ad Clerum pertinere, ſi ius, ſi antiquam cōſuetudinem vellet inſpicere.* Nauclerus Vol. 2. Generat. 36. anno 1062. cœtu Cardinalium annuente, ita reſpondiſſe ſcribit: *Nullum vnquam ius, nullum imperium, Anno Archiepiſcope, Regibus, & Imperatoribus Romanis in Pontificis Romani electione fuit. Et ſi quid per vim, ſi quid perperam actum ſit, cenſura Patrum poſtea correctum eſt.* Sed reſponderit, quod ſcribit Sigonius, & quod refert Mornæus; parū iuuat cauſſam ſuam. Si enim quæ iura, & priuilegia Imperatores in electione Pontificis aliquando obtinuerant, vt obuiam iretur ſcandalis, & ſchiſmatibus, & vt defenſores Eccleſiæ in primis ſe profiterentur; hæc certè vt à Sede Apoſtolica cōſecuti erant, ita cauſſis emergentibus tolli potuerunt. Anno Archiepiſcopus reſponſione Hildebrandi ſibi ſatisfactum dixit: Concilium tamen ad rem cognoſcendam poſtulauit, quod Mantuæ indictum eſt; vbi ex omnium ſententia Cadolo exauctorato, Alexander agnitus eſt verus Pontifex. Mornæus,

Quid Hildebrandus ad Annonē conquerentem de electione Alexandri, iniuſſu Imperatoris facta.

Cadolo exauctorato, Alexāder agnitus verus Pontifex in Synodo Mantuana.

De induſtria Synodus Mantuæ indicta, quod locus in Comitiſſæ Mathildis poteſtate, quæ Alexandri partibus ſtudebat. 36Pag.2

Sed

SEd potiſsima quæſtio non eſt, an Mathildis ſtuderet partibus Alexandri; verùm, an iuſtis partibus, & legitimus eſſet Pontifex Alexander, an verò Cadolus, dictus Honorius II. Et quidem ex vtriuſque partis conſenſu, etiam Imperatoris, & Archiepiſcopi ſui Legati Mantua ad celebrandam Synodum eſt electa: Epiſcopi fermè Italiæ omnes, etiam illi, qui fauebant partibus Cadoli, cò venerunt; nihil igitur iuuat cauſſam Cadoli Antipapæ, vel Mornæi, quod in Synodo Mantuæ habita ſit condemnatus. Mornæus:

Mox verò Petrus Damianus Legatus in Germaniam mittitur, qui illud Henrico tertio, addita comminatione, ſignificet; ſi non flecteretur conſilijs, ſe neceſſario vim Eccleſiaſticam adhibiturum: quem etiam illicò rationem de re tota redditurum Romã, indicta anathematis pœna, citat. Et ſic per pupillarem Henrici ætatem ſuperiores illis euadere facile.

Pag. 237

Cur Petrum Damiani ad Henricũ 3. à Põtifice legatus, eiq; minatus ſit excommunicationis ſentẽtiam, quod Mornæus doloſè ſuppreſſit.

VErùm cauſam Legationis Petri Damiani ad Henricum, & cur ei excommunicationis ſententiam interminatus ſit, dolo malo ſuppreſsit Mornæus. Scribit enim Lambertus anno 1069. quod Henricus cum Berta coniuge, Othonis Marchionis filia, cuius paulò ante ſibi deſponſæ iam ſatietas cœperat, diuortium facere cupiens, Moguntinum Epiſcopum ad indicendum ſuper ea re conuentum induxit. Quod vbi intellexit Alexander Pontifex, Petrum Damiani Legatum in Germaniam, ad eam rem impediendam miſit, virum ætate, & vitæ innocentia admodùm reuerendum. Is mandata Romani Pontificis expoſuit, peſsimã rem, & à nomine Chriſtiano, nedum à Regio, multùm abhorrentem eſſe, quam moliatur; ſi minùs humanis legibus, vel Canonum ſanctionibus terreretur, parceret ſaltem famæ, & exiſtimationi propriæ, ne ſcilicet tam fœdi exẽpli venenum, à Rege ſumpto initio, totum cõmacularet populum Chriſtianum, & qui vltor eſſe debuiſſet criminum, ipſe author, & ſignifer fieret ad flagitium. Poſtremò ſi non flecteretur conſilijs, ſe neceſſario vim Eccleſiaſticã adhibiturum, & Canõnum lege ſcelus prohibiturum. Ad hæc ſuis manibus nunquam Imperatorem conſecrandum fore, qui tam peſtilenti exemplo, quãtum in ſe eſſet, Fidem Chriſtianam prodidiſſet. Prohibere, ne diſſolueret matrimonium ritè & legitimè initum, cum (inquam) interminatione cenſuræ Eccleſiaſticæ à violanda lege Chriſti arcere, eius ſaluti, famæ, & exiſtimationi conſulere, hoccine fuit pupillari Henrici ætate abuti? Non igitur per pupillarem ætatem Regis euaſit ſuperior ſummus Pontifex, & eius Legatus, ſed quia iuſta præcipiebat, iniuſta verò moliebatur Rex. Et omnes tunc probarunt ſentẽtiam Pontificis. Sic enim ſubiungit ibi Lambertus; *Tum verò in eum* (Henricum) *coorti omnes, qui aderant, Principes, aiebant, æqua cenſere Romanum Põtificem, & per Deum rogabant, ne crimen inferret gloriæ ſuæ, & Regij nominis maieſtatem tam turpis facti colluuione macularet. Præterea ne parentibus Reginæ cauſam defectionis, & iuſtam turbandæ Reipublicæ occaſionem daret: qui ſi viri eſſent, cum armis, & opibus plurimùm poſſent, tantam filiæ ſuæ contumeliã procul dubio inſigni aliquo facinore expiaturi eſſent.* Effecit itaque tũ Pontificis authoritas, ne Rex tantum flagitium cum magno ſcandalo in diſpendium ſalutis committeret, & vt tum omnis turbandæ Reipublicæ hac ex parte occaſio tolleretur; ſed qui faces ad eius incendiũ ſubminiſtrarunt, Mornæus, & Nouatores, hoc interpretantur eſſe, per pupillarem Henrici ætatem ſuperiores euadere. Proſequitur:

Pontificis ſententia de Henrico à Principibus ſuſcepta.

Ut autem oculos populi præſtringant, ſceleſti iſti, qui nihil niſi mundum ſpirant, miracula ediderant, Alexander Caſſini Dæmoniacũ liberauerat, Aquino tranſiens claudam, aquam ei bibendam præbens, qua manus inter ſacrificandum abluerat; Et hæc miracula quorſum? Legem ne forte aut Euangelium vt confirment? an veriùs vt ſuæ ambitioni tantùm patrocinentur? Friuola proinde, futilia, vera vt dederis, mendacia nihilominus & à patre mendacij profecta, quatenus mendacij firmamenta.

Pag. 237

HAec veſani hæretici ſententia, à quo *ſceleſti* dicimur. Sed hanc maledictionem cõuertet nobis Dominus in benedictionem. Nos cũ Apoſtolo 1. cor. 4. *maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus.* Ea miracula non confinximus; Author eſt Leo Oſtienſis, qui tum vixit, & teſtis oculatus eſſe potuit, non ſceleſtus, ſed vt Petrus Diaconus ſcripſit libro de viris Illuſtribus Montis Caſsini, *à teneris annis in Caſſino oblatus, ſanctitate ac Monaſticis diſciplinis ad plenum imbutus, & in diuinæ Scripturæ libris apprimè eruditus.* Is igitur de Alexandro Papa II. hæc refert lib. 3. cap. 35. quod cum ad Monaſterium Caſſinenſe veniſſet, *à Deſiderio Abbate honorificè ſuſceptus, dum Abbatis habitationem quæ iuxta Sancti Nicolai Eccleſiam conſtructa eſt, ingreſſus fuiſſet. Dæmoniacus quidam, qui tunc illò aduenerat, ei factus eſt obuius. Quem ſanctus Pontifex vt vidit, orationem fundens ad Dominum, dixit ad Dæmonem: Præcipio tibi, immunde ſpiritus, vt exeas ab hoc homine, & vadas in illum locum, vbi nec auis volat, nec vox hominum reſonat, & ſis ibi vſque ad diem iudicij. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, qui ſe inuocantes, & de ſua miſericor-*

Leo Oſtienſis qualis vir.

Dæmoniacum Alexãdri à præcibus liberatum.

dia

dia præſumentes velociter exaudire dignatur. Dæmon ad Pontificis imperium exijt, cunctique qui aderant, cœperunt benedicere Deum. Neque hoc tacendum videtur, quod Omnipotens Deus per eundem famulum ſuum operari dignatus eſt. Nam cùm pertranſiret Aquinum, claudam quandam in itinere iacentem inuenit: cuius infirmitati compatiens Pontifex, aquam, vnde poſt Miſſarum ſolemnia manus ſuas abluerat, ei ad bibendum dedit. Quam illa vbi ſorbuit, ſanitate reddita, Deo maximas gratias reddere cœpit. Hæc Leo Oſtienſis. Eadem referuntur à Sigonio lib. 9. de Regno Italiæ anno 1072. quæ quia reijcit Mornæus, poterit vtique & reliqua, quæ ſcribunt, & quæ referunt omnium temporũ Scriptores, eodem iure reijcere, aut certè in dubiũ reuocare. Et alia eiuſmodi paſsim alij non reijciendi Authores referunt. Et hoc Chriſti promiſsioni conſonat Marci 16. *Signa eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo Dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: Super ægros manus imponent, & benè habebunt.* Et Ioannis 14. *Amen amen dico vobis: Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet &c.* Inter varia dona Spiritus Sancti, quæ enumerat Apoſtolus & in Eccleſia diſtribuuntur, recenſetur *operatio virtutum*. Miraculis inductum eſſe Mundum, vt in Chriſtum crederet, non fatebitur Mornæus? aut certè de miraculis Sanctorum, quę paſsim referuntur à grauiſsimis Authoribus, pro arbitrio ſtatuet, vt maiori ex parte illa ſubſannet? Quærit verò, quorſum illa miracula? Annon beneficium Dei erat, hominem illum à Dæmone liberari, & claudam illam gradiendi facultati perfectè reſtitui? Quid, ſi precibus, & meritis tanti Pōtificis id concedere voluit? nam vt præter cæteros teſtatur Author Faſciculi temporum toties à Mornæo citatus, Alexander II. Pontifex fuit vir ſanctus; Orationes verò iuſtorum, prout ex Scriptura ipſa colligitur, multũ valent apud Deum. *Legemue forte aut Euangelium vt confirmēt?* Certè non modò ad confirmationem Euangelij, ſed in teſtimonium ſanctitatis alicuius fiũt interdum miracula. Addo, & his miraculis fidem Euangelij confirmatam eſſe. Inde enim conſtabat, fidem, quam profitebatur Pōtifex, veram eſſe, & eum legitimum eſſe Pontificem, Petri Principis Apoſtolorum, cui Dominus omnes ſuas paſcendas Oues commiſit, ſucceſſorē. Ideo hæretici, quia perfidi ſunt, & veritatem Euangelij impugnant, non mirum, ſi nulla vnquam miracula edere potuerunt. *Friuola* vocat iſte *& à patre mendacij profecta*. Si miracula; non vtique à Patre mendacij profecta, qui nulla miracula edere poteſt, & cui⁹ falſa ſigna ad decipiendos homines, nō in eorum vtilitatem, aut beneficium referuntur. Sed qui ex patre Diabolo eſt, barbarus iſte multa loquitur, & nihil probat.

Item ſanata clauda.

Quam iniquè Mornæus reijciat hæc miracula.

Miraculorum finis.

Tandem anno 1072. Alexandro vita functo, Clerus Romanus Hildebrandum ſedere iubet, ſub tribus iam aut quatuor Pontificibus, artibus Pontificijs aſſuetum, earumq; callentiſſimum &c.

Pag. 237

Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 35. *Defuncto eodem Pontifice, Clerus, populuſque Romanus in vnum coeunt, Hildebrandumque Sedis Apoſtolicæ Archidiaconum eligentes, Gregorium appellari decernunt.* Multa prius pro Romanis Pontificibus fecerat, & Leoni, Victori, Stephano, Nicolao, Alexādro deceſſoribus ſuis valdè charus fuerat; Hoc interpretatur Mornæus. *Sub tribus aut quatuor Pontificibus artibus Pontificijs aſſuetum, & earum callentiſſimum fuiſſe;* nempe pro defenſione libertatis Eccleſiæ aduersùs eius oppreſſores ſtrenuum, & fortem ſemper ſe præſtitiſſe. Sed de eo plura poſtea. De progreſſu Pontificatus ſub præcedentibus Pontificibus nunc agit.

Alexandri 2. ſucceſſor Gregori⁹ 7

Anno igitur 1059. Stephano nono Pontifice, Arialdus Clericus Decumanus &c.

Pag. 237

Cum Nicolaus II. ab aliquot Mediolanenſibus monitus fuiſſet de Simoniaca prauitate, & hæreſi Nicolaitarum Mediolani vigente ſub Guidone Archiepiſcopo, illuc Legatum miſit Petrum Damiani vna cum Anſelmo Epiſcopo Lucenſi: qui eandem Eccleſiam priſtino nitori reſtituerunt, abiuratis à Guidone, & reliquis Clericis Simoniacorum, & Nicolaitarum hæreſibus, ſicut plenè retulit idem Petrus in Epiſtola, quam tunc ſcripſit ad Hildebrādum, nuper ex Subdiacono factum Archidiaconum, qua etiam continetur Cōcio eiuſdem Petri ad Mediolanenſes habita de primatu Romanæ Eccleſiæ; cum ipſi præſumerent, Eccleſiam Ambroſianam Romanæ minimè debere ſubiacere. Totam hiſtoriam refert Sigonius lib. 9. de Regno Italiæ an. 1059. Concio verò huiuſmodi eſt, quæ malè citatur ſub titulo Epiſtolæ Nicolai ad Mediolanēſes cap. *Omnes ſiue* diſt. 22. *Nicolaus Pont. Maxim. fratres chariſſimi, miſit me ad vos, non vt Eccleſiæ Romanæ honori, atque amplitudini ſeruirem, ſed vt veſtræ gloriæ, atque ſaluti conſulerem. Quid enim honore tenuiſſimi hominis Romana eget Eccleſia, quæ laudum præconia ex ipſius ore Saluatoris eſt adepta? Quæ autem Prouincia in terris ab eius ditione libera reperitur, cuius arbitrio ipſum quoque Cœlum aperitur, & clauditur? Et quidem ſi rectè attenderitis, reliquas Eccleſias ab hominibus inſtitutas eſſe reperietis, Eccleſiā verò Romanam à Deo ipſo eſſe fundatam, atque ab ea cùm reliquas alias, tùm maximè Mediolanenſem ortus ſui primordia, & diſciplinæ rudimenta ſumpſiſſe. Quid enim; Petrus, & Paulus, qui Romanam Eccleſiam ſuo ſanguine conſecrarunt, nonne hanc quoque per diſcipulos ſuos inſtituerunt? Nam Nazarius à Lino Petri diſcipulo ſacro fonte ablutus, ſacrum in hac vrbe Martyrium eſt perpeſſus: & Geruaſius, ac Protbaſius, quorum ſancta in hac Vrbe corpora coluntur, non alium quàm Paulum habuere magiſtrum. Diuus quoque, quo vos tantopere gloriamini, Ambroſius, cùm Nicolaitarum hæreſim per ſe quondam coercere non poſſet, à Romana*

De Petro Damianò à Nicolao 2. ad Mediolanēſes legato, eiuſq; apud eos geſtis.

Eccleſia

Eccleſia præſidium implorauit. atque tres viri ad huius erroris expiationem à Siricio tum Pontifice miſſi præſens Ciuitati auxilium attulerunt. Aliquot eius particulas viſum eſt Mornæo diſcutere, & redarguere. Primùm in illud, quod dicit, Eccleſiã Romanam ſolam à Deo fundatam reliquas ab hominibus inſtitutas,

Pag. 238 *Iudica hic Lector* (inquit) *quam bellè à Paulo exceptus fuiſſet, ſi præclaras illas, quas ab Hieruſalem ad Illyricum vſque fundarat Eccleſias, ab hominibus non à Deo fundatas dixiſſet.*

Quo ſenſu omnes Eccleſiæ, præter Romanam, fundatæ ab hominibus.

IDem tamen traditur apud Gratianum diſt. 22. cap. *Omnes*, & cap. *Sacroſancta Romana Eccleſia.* Primatum Romanæ Eccleſiæ Chriſtus ipſe inſtituit, cum Patriarchatus, & aliæ dignitates Eccleſiarum à Romanis ipſis Pontificibus ſint inſtitutæ. Quæ verò conſequentia? Paulus fundauit Eccleſias ab Hieruſalem ad Illyricum; ergò non ſunt à Deo fundatæ; aut ſi ſint à Deo fundatæ, non ſola Romana Eccleſia à Deo fundata eſt. Vtique dicimus, & eas Eccleſias, ac reliquas à Deo fundatas eſſe, non immediatè tamen, ſed per Apoſtolos; ipſam verò Romanam, quæ caput eſt, & magiſtra cœterarum, verbo Chriſti eſſe fundatam. Vnde fit, vt Eccleſiæ Romanæ Pontifex omnia iura, & priuilegia ſua in Chriſtum immediatè referat, reliquarum verò Eccleſiarũ Antiſtites ab eo ſuam iuriſdictionem agnoſcant, etſi alioqui illam eſſe à Deo nemo diffiteatur. Dixerat in Concione Petrus Damiani, Nazarium, qui Mediolani paſſus eſt Martyrium, à Lino Petri diſcipulo baptizatum fuiſſe, & Diuos Geruaſium, & Prothaſium D. Paulum habuiſſe magiſtrum. Mornæus contra:

Pag. 238 *Vbinam, quæ de Nazario loquuntur Scripturæ, per Linum baptizato, cum Cardinalis Baronius ipſe in Martyrologio, cogi ſe dicat, vt credat Nazarium & Celſum Marco Aurelio, & Lucio Vero Imperatoribus paſſos eſſe, ducentis, inquam, poſt annis, quod & ipſi Legendarij vltrò agnoſcunt.*

An Nazarius à Lino Baptizatus.

CErtè Nazarium à Lino baptizatum eſſe, & cum Celſo puero ſub rabie perſecutionis, quæ per Neronem excitata eſt, paſſum Martyrium, habet Breuiarium Romanum, & item Martyrologium Romanum die 28. Iulij; neque contrarium docet Baronius: & magnus Mornæus valdè turpiter lapſus eſt in ſupputatione temporum; nec enim à Sancto Petro, vel Lino ad Imperiũ Marci Aurelij, & Lucij Veri ducenti anni effluxerunt, cum iſti inierint Imperium anno Chriſti 163. & nõ longè poſt perſecutio mota ſit in Chriſtianos. De Sanctis Geruaſio, & Prothaſio, Paulumne habuerint magiſtrum: inſinuat Baronius in Martyrologio die 19. Iunij, quoſdam retuliſſe eorum Martyrium ad tempora Neronis. Verùm cum ex eorum Actis exploratum habeatur, plures Auguſtos tunc ſimul imperaſſe, inſuper & Marcomaunicum bellum excitatum eſſe, *cogimur* (inquit Baronius.) *vel inuiti in eam ire ſententiam* (*ſi tamen ea Acta certa, firmaque, & Ambroſij eſſe dixerimus*) *vt credamus, hos paſſos eſſe temporibus Marci Aurelij Antonini, & Lucij Veri Auguſtorum &c.* Nihil itaque mirum, ſi Petrus Damiani in ſua Concione ad Mediolanenſes eorum ſit ſecutus ſententiam, qui iſtud Martyrium ad tempora Neronis retulerunt. Nec verò id propoſuit tanquam fundamentum veritatis; vt non aliundè ſubiectam intelligeret Eccleſiam Mediolanenſem ipſi Romanæ, quàm quòd vel Nazarius à Lino baptizatus eſſet, vel Geruaſius, & Prothaſius Sanctum Paulum habuiſſent magiſtrum; Id enim colligitur ex verbo, & inſtitutione ipſiuſmet Chriſti. Mornæus:

Mornæus lapſus in ſupputatione temporũ.

Geruaſius et Protaſius an diſcipuli Pauli.

Nazarium præſertim baptiſma Petri à Lino accepiſſe, quod ex ſancta Scriptura quale? Et num aliud quam ipſius Chriſti, abſque blaſphemia poteſt vel nominari? Cum Paulus ipſe, Numquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Pag. 238

HIc impoſtorem inſignẽ pro more ſuo prodit ſe Aduerſarius. Siquidem in ea Concione non dicit Petrus Damiani, *Nazariũ Baptiſma Petri à Lino accepiſſe*; nullum enim eſt *Baptiſma Petri*, neque vllus vnquam in nomine Petri baptizatus eſt; ſed dicit, *Nazarium à Lino Petri diſcipulo ſacro fonte ablutum fuiſſe*: quod certè lõgè aliud ſignificat.

Mornæus imponit Petro Damiani.

Addebat & bonus hic Romæ Apoſtolus (ita enim viſum eſt Mornæo iocari) *Ambroſium cum hæreſim Nicolaitarum Mediolani peruincere nõ poſſet* (*quis vnquam eo tempore de ea vel inaudiuit quidquam*) *auxilium à Papa Siricio poſtulaſſe, qui illi compeſcendæ, Preſbyterum, Diaconum, & ſubdiaconum miſerat, quod & ipſi eius exemplo in pari diſcrimine requirere debeant &c.* Pag. 238

VEra ſunt, quæ aſſerit Petrus Damiani. Siquidem ex Epiſtola 2. Siricij Papæ ad Eccleſiam Mediolanenſem Tom. 1. Epiſt. Rom. Põt. conſtat, eum Romæ priùs condemnaſſe hæreſim Iouiniani, deinde tres Legatos eò miſiſſe, Creſcentem, Leopardum, & Alexandrum, vt horum authoritate Synodus cogeretur Epiſco-

Tres à Siricio Mediolanũ miſſi, vt Nicolaitarũ hæreſim compeſcerent.

po-

Digitized by Google

porum, vt ab iiſdem Iouinianus, & alij etiam damnarentur hæretici: qui certè idem profitebantur, quod Nicolaitæ; ſiquidem iſti indulgendum eſſe carni aſſerebant, vt quis ſalutem conſequeretur, & Iouinianus, hoſtis pudicitiæ, & luxuriæ magiſter, nuptias æquabat virginitati; de quo plura D. Hieronymus libris cōtra eundem. Etſi igitur non nomine, reipſa tamē hæreſis Iouiniani erat hæreſis ipſa Nicolaitarum, ad quam condemnandam Legatos Mediolanum miſit Siricius, nec dubium, Ambroſio id poſtulante. Siquidem D. Ambroſius, & cæteri Epiſcopi Siricio, vt videre eſt poſt Epiſtolam Siricij loco citato, reſpondent: *Recognouimus literis Sāctitatis tuæ boni paſtoris excubias, qui fideliter commiſſam tibi ianuam ſerues, & pia ſollicitudine Chriſti Ouile cuſtodias, dignus, quem Oues Domini audiant, & ſequantur &c.* Sub finem: *Iouinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Prontinum, Genialem, Martianum, Ianuarium, & Ingenioſum, quos Sanctitas tua damnauit, ſciat, apud nos quoque ſecundùm iudicium tuum eſſe damnatos.* Illi Nicolaitæ erant: & qui vota ſolemnia eiurant moderni hæretici, reformatæ Eccleſiæ Mornæi Archiminiſtri, quid aliud, quàm hæreſim Nicolaitarum ab Orco reuocarunt?

Archiepiſcopus & Clerici Mediolanēſes hæreſim abiurant.

Petrus Damiani Concione habita Mediolanenſes adeò flexerat in ſuam ſententiam, vt ſubitò ſe ad eius mandata paratos reſponderint, Quin & Archiepiſcopus, ac Clerici Simoniacam hæreſim, ac Nicolaitarum condēnarunt, ſeque in poſterum & à Simonia, & à muliebri conſuetudine temperaturos, ſacramento, ac piaculo obſtrinxerunt. Verùm non diu perſtiterunt; nam profecto inde Legato, Archiepiſcopus aſperis Clericorum ſuorum conuitijs laceratus, quòd libertatem Eccleſiæ Mediolanenſis prodidiſſet, in ſententia caſtitatis non perſtitit, ſed promiſcuos mulierū concubitus annuit. Volutari enim in carne, & promiſcuos indulgere concubitus his, qui ad ſacra miniſteria adſciti erant, hanc libertatē Eccleſiæ illi interpretabantur, quod ait S. Iudas: *Impij Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam*, Eiuſdem libertatis vindex eſt, & magnus aſſertor Mornæus; ſed animalis homo non percipit, quæ Dei ſunt. Indè meritò ab his, qui diſciplinæ Eccleſiaſticę ſtudioſi erant Mediolani, excitatus tumultus; Nec enim pati poterant, Simoniacam hæreſim, & Nicolaitarum vires priſtinas recipere. Inde ad eos Petrus Damiani, vt eſt in eius lib. 5. Epiſt. 84. ſcripſit in hanc formam: *Sanctis Fratribus, Rodulfo, Vitali, Arialdo, Erlembaldo Petrus peccator monachus, ſalutem. Gratias agimus Deo, quòd conſtanti fama audiuimus, vos conſtanter aduerſus hoſtes Eccleſiaſticæ diſciplinæ certare. Nicolaitarum hæreſis, quæ vobis nobiſcum laborantibus videbatur euulſa, repullulat. Deus vult probare conſtantiam ſuorum. Ecce qui priùs Nicolaitarum, & Simoniacæ hæreſeos laqueis tenebātur, nunc ad perditionis ſuæ cumulum ſunt etiam violato ſacramento periuri. Quod tamen in Mediolanenſi Eccleſia non eſt nouum, quæ ſemper diuerſi dogmatis homines habuit, initio ab Auxentio, atque Ambroſio inchoato.* Mornæus:

Paulò poſt à propoſito recedunt.

Quid propterea ad eos Petrus Damiani.

Hoc tanquam oeſtro percitus, ne Ambroſio quidem ipſi iam parcit; Auxentio ſanè Ariano, ſed quid Ambroſius commiſit, vt eadem culpa inuoluatur? Pag. 239

Qui tamen non eadem culpa inuoluit S. Ambroſiū, qua Auxentiū Arianum.

Longè certè abfuit Petrus Damiani, vt S. Ambroſium inſignem Eccleſiæ Doctorem cum Auxentio coniungeret Ariano, aut eadē culpa inuolueret. Olim D. Hieronymus Epiſt. 57. ſcribens ad Damaſum: *Iungatur* (inquit) *cum Beatitudine tua Vrſicinus, cum Ambroſio ſocietur Auxentius*; nimirum ſi tres eſſentias, ſeu naturas diuinas cum Arrianis Catholici aſſeramus, Catholicus erat cum Ambroſio, non Arrianus cum Auxentio Petrus Damiani. Diuerſi dogmatis homines Eccleſia Mediolanenſis ab eo dicitur habuiſſe, quia cum D. Ambroſium, quo tantopere gloriari ſolebat, fidei Orthodoxæ inexpugnabile propugnaculum habuiſſet; tamen priùs paſſa fuerat diuerſi dogmatis Epiſcopum, nempe Auxentium Arianum.

Decretum cōtra Nicolaitas, et Simoniacos.

Obiter inſinuat Mornæus Decretum anno 1065. contra vtramque hæreſim, nempe Simoniacam, & Nicolaitarum editum: quod habetur diſt. 32. cap. 6. & huiuſmodi eſt: *Mandamus, vt nullus Miſſam audiat Presbyteri, quem ſcit concubinam habere indubitanter, vel ſubintroductam mulierem Vnde etiam ſancta Synodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit: Quicunque Sacerdos, Diaconus, ſubdiaconus poſt conſtitutū beatæ memoriæ prædeceſſoris noſtri S. Leonis Papæ, & Nicolai de caſtitate Clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit; ex parte Omnipotentis Dei, & authoritate Beatorum Apoſtolorum Petri, et Pauli præcipimus, et omnino contradicimus, vt Miſſas non cantet, neque Euangelium, aut Epiſtolam ad Miſſam legat, neque in Presbyterio ad diuina officia cum his, qui præfatæ Conſtitutioni obedientes fuerint, maneat, ne que partem ab Eccleſia ſuſcipiat.* Et de Simoniacis cap. *De cętero* 1. q. 1. *Statuimus, vt ſi quis in poſterum ab eo, quem Simoniacum eſſe non dubitat, ſe conſecrari permiſerit, & conſecrator, & conſecratus non diſparē damnationis ſententiam ſubeant; ſed vterque depoſitus pœnitentiam agat, & priuatus propria dignitate perſiſtat.* Sed hoc Pontificis, & Synodi Decretum Mornæo non placet, apud quem nulla differētia ſacri, & profani, & qui aliter Eccleſiæ libertatem defendi non putet, niſi cuiuslibet gradus Clerici volutentur in carne, & Veneri laxētur habenæ. Itaque Pontificem huiuſmodi hæreſeon prætextu populos faſcinare, Epiſcopos traducere, libertatem Eccleſiæ opprimere, Arialdum, & Erlembaldum Mediolani cōtra Simoniacos, & Nicolaitas laborantes, ſeditionis accuſat. Proſequitur;

Anno ſequenti 1066. pars eius (Archiepiſcopi) *haud dubiè par pari reddituræ ita ſe comparat, vt Arialdus fuga ſibi conſulere cogatur, ab eaque retractus tanquam malorum omnium* Pag. 239

nium

Digitized by Google

nium author, miſero fœdoq; ſupplicio crucietur, cuius exemplo perterritus Herlembaldus, ſibi tum quieſcendum exiſtimat.

Arialdus Martyrio coronatus.

TVm Pſeudoarchiepiſcopus Guido Arialdum proditione captum, & per ſuos ad inacceſſas ſolitudines trans Lacum Maiorem poſitas ductum (ne populus commoueretur) necandum curauit. De hac morte fusè Baronius ad eum annum art. 19. *Miſerum fœdumq;* vocat *ſupplicium* Mornæus. At ego *pretioſam in conſpectu Domini* mortē illius, vt ſanctiſsimi Martyris, qui tam ſtrenuè pro diſciplina Eccleſiaſtica reſtituenda contra Simoniacos, & Nicolaitas laborauerat, appello. Malorum omniū author habetur Arialdus. Vtique, & Chriſtus Dominus à Iudæis *ſeductor* dicebatur, & Chriſtiani olim à Paganis omnium malorum authores habebantur. De Herlembaldo quāta humilitate, & charitate flagraret, docet ex Syrio Preſbytero in vita Arialdi Martyris Baronius ad annum Chriſti 1061. art. 60. Idem anno 1076. art. 77. *Cum Dux eſſet fidelium, qui in Eccleſia Mediolanenſi Catholici habebantur, reſiſtens hæreticis atque ſchiſmaticis, necatus ab ipſis glorioſum Martyrium eſt conſecutus*: quod contigiſſe exiſtimat, cum Henricus vexaret Mediolanenſem Eccleſiam, & Longobardi magna ex parte pro Rege agerent contra Pontificem. Extant Epiſtolæ Gregorij VII. ad eundē lib. 1. 25. & 26.

Herlembaldus ſimiliter.

Quoad Decretum, quod ab Alexandro II. Pontifice Hildebrandi auxilio Romæ obtinuit Herlembaldus, quo ſanciebatur, non eſſe iuſtum Antiſtitem, quem Clerus, aut Populus, aut Rex iniuſſu Pontificis declaraſſent, atque Mediolanum reuerſus iurare in eam legem Clerum, populumque coegit: Meritò id quidem. Cum enim Guido Epiſcopatum per Simoniā obtinuiſſet, & Simoniacè Ordines conferret, & is mos in Eccleſia Mediolanenſi inoleuiſſet, vt faſſus eſt ipſe Archiepiſcopus Petro Damiani Legato, cùm præterea omnes ferè illius Eccleſiæ Clerici concubinarij eſſent (adeò hæreſis Nicolaitarum ibi inualuerat) Pontifex, ad quem pertinet ſollicitudo omnium Eccleſiarum, tanto malo proſpicere Decreto ſuo voluit, ne nimirum à Clero, aut Populo, aut Rege is eligeretur, qui hæreſi Simoniaca, vel Nicolaitarum infectus eſſet. Quod verò legitur Guido perculſus hoc Decreto, vt qui conſcius eſſet huiuſmodi flagitiorum, ſeſe Sacerdotio abdicaſſe, atque inſignia honoris ad Henricum in Germaniam miſiſſe: In hoc deliquit grauiſsimè. Neque enim Regum eſt intrudere Epiſcopos, ſed Pontificum Romanorum eos inſtituere. Cuius enim eſt Paſtores in Eccleſia conſtituere, niſi illius cui Dominus paſcendi oues ſuas officium commiſit? Mornæus:

Decretum, quod Herlembaldus ab Alexādro 2. obtinuit, iuſtiſſimum.

Guido non citra crimē miſit ad Henricum Imp. inſignia Sacerdotij.

Imperator anno 1068. Godofrido Caſtillionæo Mediolanenſi, illuſtri loco nato, eam dignitatem indulget, quem contra Alexander acri interdicto; ab ineundo honore abſterret; Erlembaldus verò, eius partes amplexus vrbe excedere cogit.

Pag. 239

Godefridus Caſtillionæus Archiepiſcopatus emptor (quod ſuppreſſit Mornæus) iuſtè impeditus ab eo ineūdo.

VErùm non omittendum, quod malignè ſuppreſsit Mornæus, Henricum Godofrido illi Caſtillionæo, ingenti pecuniæ ſumma accepta, eam dignitatem indulſiſſe, ſeu potiùs vendidiſſe; vt iure Pontifex Romanus inuaſorem Eccleſiæ, & Simoniacum emptorem, qui exiſtimaſſet, donum Dei pecunia poſsideri, ab ea ineunda dignitate acri interdicto abſterruerit. Extat Epiſtola Gregorij VII. lib. 1. 15. ad omnes Fideles Sancti Petri Apoſtolorum Principis in Longobardia commorantes, qua nunciat, ſe Godofridum illum excommunicaſſe: *Sicut ſcitis, Godofridus, viuente Guidone dicto Archiepiſcopo Mediolanenſi, eandem Eccleſiam, quæ quondam meritis glorioſiſſimæ Virginis, & Genitricis Dei Mariæ, nec non authoritate clariſſimi Doctoris B. Ambroſij inter cæteras Longobardorum Eccleſias religione, libertate, ac ſpeciali gloria enituit, nunc quaſi vilem ancillam præſumpſit emere, ſponſam videlicet Chriſti Diabolo proſtituere, & à Catholica Fide tentans eam ſeparare, niſus eſt Simoniacæ hæreſis ſcelere eam maculare. Quod audiens Sancta Romana Eccleſia Mater veſtra, & totius Chriſtianitatis (ſicut ſcitis) Magiſtra, congregato è diuerſis partibus Concilio multorum Sacerdotum, & diuerſorum ordinum conſenſu, fulta B. Petri Apoſtolorum Principis authoritate, Godefridum fidei Catholicæ, & Legis Chriſtianæ inimicum excommunicauit, & anathematis iaculo vna cum omnibus ſibi conſentientibus transfixit.* Poſtea: *Quapropter ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum Principum, monemus vos, fratres chariſſimi, hortamur, atque præcipimus, vt nullo modo prædicto hæretico Godefrido conſentiatis, quia illi in hoc ſcelere conſentire, fidem Chriſti eſt negare; ſed quibus modis poteſtis, vt filij Dei ei reſiſtite, & fidem Chriſtianam, qua ſaluandi eſtis, omninò defendite.* Hæc Gregorius VII. cui obtemperans Erlembaldus zelo Dei accenſus, Simoniacum illum hæreticum Vrbe excedere coegit. Verùm promiſcuos Clericorum concubitus, venditiones Epiſcopatuum, & aliarum Eccleſiaſticarum dignitatum,

Fictitias hæreſes vocat Mornæus, *quibus, vt olim ex imaginum controuerſia, vtilitatem hanc captabant Pontifices, aliorum vtiq; Epiſcoporum oppreſſionem, legitimorum imperiorum imminutionem.*

Pag. 239

ITaque niſi ſcortari liceat Clericis, & Principibus nundinari Epiſcopatus, non ſatis virium ad augēda Imperia videtur eſſe Mornæo. Proſequitur:

Digitized by Google

Pag. 239

Ad progreſſum, Reges etiam memorare pertinet, qui Romanæ Babyloni ſeſe Vectigales conſtituebant, vt impleretur temporis progreſſu, quod de Regibus in Apocalypſi meretricis calice inebriandis, meretricem proindè adoraturis.

Impia Mornæi ſententia de Regibus, qui vectigalia Eccleſiæ Rom. conſtituerunt.

HAec eſt ſententia magni Doctoris Mornæi, noui ſacræ Apocalypſeos expoſitoris, de Eccleſia Romana, quod ſit *Meretrix*; de Regibus, qui Religionis intuitu ſe illi vectigales conſtituerunt, quod ſint *Meretricis calice inebriati*. Ita malus homo de malo theſauro ſuo profert mala. *Progenies viperarum* (Math. 12.) *quomodò poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur*. Impijs iſtis Nouatoribus pij ſunt illi Reges, qui publico mercatu diſtrahunt Eccleſiaſticas dignitates, aut bona dilapidant Eccleſiæ; illi verò Meretricis calice inebriati, qui ſe, ſuaque Deo, & Eccleſiæ conſecrant, ac vouent. Lib. 2. Machab. cap. 3. legimus; *quod cum Sancta Ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè cuſtodirentur, propter Oniæ Pontificis pietatem, & animo odio habentes mala, fiebat, vt & ipſi Reges, & Principes locum ſummo honore dignum ducerent, & Templum maximis honoribus illuſtrarent; ita vt Seleucus Aſiæ Rex de redditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes*: Et huiuſmodi quidem pietatem erga Dei cultum commendat Scriptura; Sed Conſtantinus Magnus, Pipinus, Carolus Magnus, Ludouicus Pius, & alij, qui multa contulerunt in Eccleſiam Romanam, væſani iſtius hominis iudicio, Meretricis calice fuerunt inebriati. Immò verò cum Reges Pontificia Maieſtate, quæ Diuinę in terris locum obtinet, ita capti fuere, vt Religionis amore flagrantes, Regna ſua Sanctæ Romanæ Eccleſiæ omnium Eccleſiarum Matri, & Magiſtræ vectigalia conſtituerent; tunc impleta ſunt oracula Prophetarum; Iſaiæ 60. *Ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generationem, & generationem: & ſuges lac gentium, & mammilla Regum lactaberis &c.*

Pag. 240

Caſimirus Rex Poloniæ anno 1045. regnum ſuum Pontifici feudale, & tributarium, facit, Benedicto quod mireris nono immaniſſimo monſtro.

Vt Caſimirus Rex Polonia.

Quo Pontifice.

ATqui eo anno iam exauctoratus erat Benedictus IX. & ſucceſſerat Gregorius VI. Sed fieri potuit, vt Benedictus IX. promiſſum tributum à Caſimiro exegerit; ille verò poſtea Legatione miſſa ad Gregorium VI. promiſſum exſoluerit, Longinus, qui per ſingulos annos res Polonorum eſt proſecutus, tributi huius à Caſimiro conſtituti (*quod Denarius Sancti Petri dicebatur*) ſolutionem nunquam quacunque occaſione, aut pacto intermiſſam, aut reſciſſam fuiſſe ſcribit: quippe, licet viſum eſſet primò Polonis difficile, & graue, poſteà tamen profectus varios, & commoda Regno Poloniæ præſtitiſſe, ac continuò præſtare cognitum eſſet; vt non ab homine, ſed ab ipſo Deo impoſitio eius viſa fuerit profluxiſſe. Quæ fuerint hæc commoda, pergit pluribus declarare idem Longinus nobilis Polonus, & veritatis amantiſſimus. Nec vero tam Benedicto IX. quàm ipſi Deo, & Eccleſiæ Romanæ ſuum Regnum feudale, & tributarium conſtituit. Sic alij Reges eadem obſeruantia erga Romanam Eccleſiam illi ſua Regna feudalia conſtituerunt. Ridiculum verò, quod ſcribit Mornæus, Chriſtianos Reges multis ante annis habuiſſe Britanniam, quam Roma de Papatu quicquam audiuiſſet. Nam antiquiſsimum eſt nomen illud *Papa*; ſiquidem B. Ignatius ſcribens ad Mariam Caſſobolitem, *Cum eſſes* (inquit) *Romæ apud Papam Anacletum*: & licet illud nomen fuerit aliquandò commune alijs Epiſcopis; cum tamen abſolutè pronunciabatur, de Romano Pontifice intelligebatur per antonomaſiam. Sic in Concil. Chalcedonenſi Act. 16. *Beatiſſimus & Apoſtolicus vir Papa hoc nobis præcepit*, vbi non additur *Leo*, aut *Romanus*, aut *Vrbis Romæ*, & ille ſolus ibidem dicitur *Vniuerſalis Eccleſiæ Papa*; & in Liberati Breuiario cap. 22. legimus, nullum eſſe Papam ſuper Eccleſiam Mundi totius, niſi Romanum Pontificem; vt Pontificatus Romanus ab initio fuerit totius Mundi Papatus. Sed ſiue *Papa*, ſiue *Pontifex Max.* ſiue *Epiſcopus Epiſcoporum* dicatur, quo titulo eum exornat Tertullianus antiquiſsimus Eccleſiæ Doctor; parum noſtra refert; *verbi controuerſia* (inquit Cicero lib. 1. de Oratore) *iam diu torquet Græculos homines, contentionis cupidiores, quàm veritatis*, vbi graphicè Mornæus expreſſus. Certum iſtud, nonniſi à Romanis Pontificibus Britanniam Epiſcopos, & doctores fidei accepiſſe, & anno Chriſti 183. Lucius Britannorum Rex iam ſæpè ante Chriſtianorum admiratus miracula, & integritatem vitæ, diuina luce perfuſus, Legatos ad Eleutherium Papam direxit, ad ſuſcipiendos ab eo ſacros Miniſtros: à quo miſſi Fugatius, & Damianus, ſiue Donatianus, tum ipſum Regem, tum eius vxorem, ac multum populum Chriſtiana Religione imbutū ſacris Myſterijs initiarunt; & tunc Eleutherius non minus ſedebat in Cathedra Petri, & erat Papa Romæ, quàm nunc Sanctiſsimus Dominus noſter Paulus Quintus. Mornæus;

Quàm exacta conſtituti ab ipſo tributi ſolutio: quam ob cauſſam

Nomen Papæ antiquiſſimum.

Britannia doctores fidei à Romanis Pōt. accepit.

Digitized by Google

At Gregorius ſeptimus ſeu Hildebrandus nō hic alijs ſegnior. Notabile enim in primis, quod à Richardo Principe Capuano exigit iuramentum; Ego Richardus gratia Dei, & ſancti Petri, Princeps Capuæ.

Pag.240 HVinſmodi iuramentum fidelitatis, quod fecit Richardus Princeps Domino ſuo Gregorio Papæ, extat apud eundem Gregorium VII. lib. 1. poſt Epiſt. 21. Sed acutiſsimus noſter Chryſippus:

Qua tandem Theologia creaturam cum creatore copulat?

ALiud certè eſt creaturam cum Creatore copulare, aliud verò ipſi Creatori creaturam exæquare. Richardus itaque etſi Deo, & Sancto Petro Principatum Capuæ acceptū referebat; Deo tamen tanquam primo authori, & illi in cuius ditione omnia ſunt poſita, S. Petro vt Principi Apoſtolorum, cui Deus terreni ſimul, ac cœleſtis Regni iura conceſſerit. An verò quando ſcribebat Apoſtolus 1. Corin. 11. *Eſtote imitatores mei, ſicut & ego Chriſti*, ita ſe cum Creatore ſuo copulabat, vt de æqualitate cum illo contenderet? Cauebit ſibi Mornæus, ne ſe inſcribat, *Dei, & Chriſtianiſſimi Regis gratia Salmurienſis ditionis Præſidem*; nā qua Theologia Creatorem cum creatura copularet?

Pag.240

Richardus Capuanus citra crimē inſcriptus, gratia Dei. & S. Petri Princeps &c.

In eadem verba anno 1080. iurat Robertus, Apuliæ & Calabriæ nomine, hominium præſtans.

Pag.240 EXtat illud iuramentum apud eundem Gregorium lib. 8. poſt Epiſt. 1. cui & ſubijcitur Inueſtitura Domini Gregorij Papæ, qua Robertum Regem inueſtiuit, item Conſtitutio reddendi cenſus de tota Apulia, Calabria, & Sicilia.

Anno 1080. ſcribit Gregorius VII. ad Philippum I. Regem Francorum, & eſt lib. 8. Epiſt. 20. hæc inter cœtera: *Age igitur, & iam ætate vir factus, in hac re procura, vt non fruſtra tuæ inuentutis culpis peperciſſe, nec in vanum te ad emendationem expectaſſe videamur; ac maximè enitere, vt B. Petrum*, Gloſſa Mornæi,

Quæ Gregorius VII. ad Philippū I. Regem Francorū.

Id eſt Hildebrandum qui ſe Petri ſucceſſorem facit,

Pag.240 *in cuius poteſtate eſt tum Regnum, & anima tua, qui te poteſt in Cœlo, & in terra ligare, & abſoluere, tibi facias debitorem, & non pro negligentia, aut veritatis diſſimulatione iudicium, ſed pro diligentia, iuſtitiæque executione ipſius gratia æternum dignè merearis auxilium.* Mornæus:

Hic, rogo, Sathanæ vocem in Euangelio Dominum tentantis, quis non agnoſcit? Pag.240

POtuerat certè Rex deliquiſſe in diuinam legem, vel in ſacros Canones, qua ratione iudex illius erat Pontifex. Quid verò habent affine verba Gregorij VII. ad Philippum Regem cum illa Diaboli tentatione, qui de gula, inani gloria, appetitu honorum, & diuitiarum Chriſtum legitur tentaſſe in deſerto? Iudicet æquus rerum æſtimator; & væſaniam imperiti iſtius hominis ſtatim deprǽhendet.

Ea nihil habent affine cū voce Diaboli Chriſtum tentantis.

Quod attinet ad aphoriſmos, ſeu *breuiores ſententias*, aut *dictatus* Papæ Grægorij VII. citatos hic a Mornæo: habentur in Regiſtro illius lib. 2. poſt Epiſt. 55. in quibus defendendis, cum valdè futilia ſint, & ferè calumniæ, quæ contra obijcit Aduerſarius, non eſt nobis diutiùs immorandum. Pag.241

Redit ad particularia quædam, quæ antequam oppoſitiones præcipuas attingat, non illi viſa ſunt omittenda. Rem geſtam refert ex Abbate Vrſpergenſi in Chronico anno 1053. Cum Papa Leo IX. Humbertum Epiſcopi Vuormatienſis Diaconum, ob inobedientiam ſub ipſo Miſſæ tempore degradaſſet; Epiſcopus (ait Vſpergenſis) conteſtabatur, *nec ſe, nec alium quempiam completurum illud officium, niſi reciperet Miniſtrum ſuæ proceſſionis. Quod vbi Apoſtolicus intellexit, reindutum Miniſtrum continuò remiſit. Qua in re & Pontificis* (Vuormatienſis) *authoritas, & Apoſtolici conſideranda eſt humilitas, dum & ille officij ſui dignitatem defendere cōtendebat, & iſte, licet maioris dignitatis, Metropolitano tandem in ſua Diœceſi cedendum perpendebat.* Mornæus:

Quæ inter Leonem 9. & Vuormatienſem Epiſcopum in cauſſa Humberti Diaconi.

At Baronius pro more in Abbatem intumeſcit, eumq; grauiter ſuggillat. Pag.241

MEritò certè hæc ſubiungit Baronius ad annum 1052. art. 18. *Non quod cedendum ſit à Romano Pontifice cuiquam Archiepiſcopo in ſua Diœceſi, Leo id præſtitit; ſed ne eiuſmodi intercedentibus turbis, paratum ſacrificium impediretur, magno ſcandalo totius populi, qui conueniſſet.* Poſt: *Hic tu primùm Vrſpergenſis ſchiſmatici flatus graueolentes ex bile in ſtomacho putreſcente ſpirantes odium in Romanos Pontifices experire &c.* Mornæus.

Vrſpergenſis meritò hic à Baronio reprehenſus.

Nihilò mitior erga Petrum Damianum, Sedis quantumuis zelatorem, nempe minus probantem, quod Leo bellis ſeſe immiſceret; dicere etiam auſum Cæſaris eſſe quæ Cæſaris ſunt, Pontificis quæ Pontificis ſunt tractare, Pag.242

LEo IX. Pontifex anno 1053. contra Northmannos exercitū mouerat, à quibus exercitus ſuus ſuperatus, ipſe obſeſſus, & captus eſt, honorificè tamen reductus eſt, & cum ſuis omnibus relaxatus; tanta enim in ipſis fuit reuerentia Apoſtolici culminis, vt (ſicut ipſe Pontifex teſtatus eſt, ſcribens anno ſequenti ad Cōſtantinum Monomachum Imperatorem) viciſſe Pontificem ipſos pœnituiſſet. Tum verò

Quæ Baronius reprehendit in Petro Damiani contra Leonē 9. ſcribēte.

Petrus Damiani aduerſùs Leonem ſcripſit militaribus copijs ſe immiſcentem, quæ tamen in omnibus veritate minimè ſubſiſtunt. *Cùm enim* (inquit Baronius ad annum 1053. art. 10.) *ipſe eſſet mærens animo, ac lugens, eremi incola, quòd frequenter audiret, Epiſcopos aliquos in Gallia, & Germania loricatos, ac galeatos bellis ſeſe immiſcere; facinus execratus ſcripſit Epiſtolam ad Firminum Epiſcopum* (Ext. 7. Tom. 3. Biblioth. Sanct. Patrum & exſcribitur à Baronio ad hunc eundem annum) *qua deplorans huius mundi mala, præcipuè verò diſcordias oboriri ſolitas inter Imperatores, atque Pontifices, ſic vult munera eorum eſſe diſtincta, vt nec Imperatores attingant, quæ ſunt Sacerdotum, nec Sacerdotes, quæ ſunt Imperatorum, vt bella tractare, & alia id genus*. Verùm, ſubdit Baronius art. 14. *ei Catholica dogmata penitus aduerſantur, quibus hæreſis errore notantur omnes, qui ab Eccleſia Romana Cathedra Petri è duobus alterum gladium auferunt, nec niſi ſpiritualem concedunt*; cum & materialem ei conuenire clarè teſtentur Sanctus Benardus lib. 4. de Conſiderat. Gregorius IX. Epiſt. ad Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum, Bonifacius VIII. Extrauag. de maiorit. & obedientia cap. 1. quibus aſſentiũtur omnes Doctores, & Theologi; ita tamen vt ſpirituali ipſe Pontifex per ſe vtatur, materiali verò aliena manu; ſicut videmus, Romanos Pontifices, eoſdemque ſanctiſsimos ad propulſandos ab Italia Longobardos, vel Sarracenos frequentibus Legationibus apud Chriſtianos Principes inſtitiſſe, alienaque manu pugnantes, atque vincentes erexiſſe de Barbaris victis ſæpe triumphos.

Quia ſcripſerat Baronius, Damiano in hoc aduerſari Catholica dogmata, inde Mornæus:

Pag. 242 *Itaque ex inſigni Cardinali, quod in hoc myſterium impegerit, hæreticum iam nobis facit.*

Petrũ D. Baronius non facit hæreticum.

VErùm longè aliud eſt aſſerere, Catholica dogmata aduerſari ijs, quæ ſcripſit Petrus Damiani, aliud verò Petrum Damiani facere hæreticum; ſiquidem plura requiruntur, vt quis ſit hæreticus, quàm vt dogmatibus Catholicis ſcribat contraria. Nec enim Cyprianum ſanctiſsimum Epiſcopum, & Chriſti Martyrem vllus vnquam fecit hæreticum, etſi ſenſerit, & ſcripſerit, quæ Catholicis dogmatibus aduerſantur, vt Baptiſma ab hæreticis collatum repetendum eſſe; ſiquidem nunquam ideo ille ab Eccleſiæ communione ſe ſeparauit, vt nec Petrus Damiani. Quia in ſuam ſententiam contra Petrum Damiani citauerat idem Baronius Gregorium IX. & Bonifacium VIII. Inde Mornæus:

Pag. 242 *At quibus iudicibus? Gregorio nono, Bonifacio octauo poſterioribus longè, quibus nemo vnquam, aut inſolentior, aut proteruior tyrannus.*

SI illi fuerunt poſteriores Petro Damiani, an ideo non tradiderunt dogmata Catholica? Sed dici poteſt, tum, cum Petrus Damiani ſcripſit, id non fuiſſe adeo manifeſtum, quemadmodum poſtea id docentibus Pontificibus; vt eo magis excuſandus ſit ab errore Petrus Damiani, vir alioqui ſanctitate, & doctrina inſignis. Verùm Baronius non eos dumtaxat Pontifices, ſed & S. Bernardum, & omnes Doctores, ac Theologos in eandem ſententiam citauerat: quibus velle contradicere ſummæ dementiæ eſt, & hominis imperiti.

Ibidem Baronius: *Errore lapſus conuincitur Petrus* (*excuſare eum nec debemus, nec poſſumus*) *quem communi Catholicæ totius Eccleſiæ conſenſu conſtat eſſe damnatum. Poſt Tertullianum, Iulianus Apoſtata fuiſſe cognoſcitur originarius ſator erroris, ex quo & iſte noſcitur propagatus. Porrò ſicut ille antiquitùs in Eccleſia reperitur à Sanctis Patribus cum ſuo authore error eſſe damnatus, quo Iulianus Apoſtata huiuſmodi à Chriſtianis omnibus exigebat patientiam, vt nedum quempiam non offenderent, ſed nec ſe defenderent ex præſcripto* (*vt aiebat*) *Euangelicæ legis: ita & longè ante eiuſdem quoque generis damnatus pariter Tertulliani, & aliorum hæreticorum ille error, quo non licere alicui Chriſtiano militare dicebãt.* *Fatetur tamen eundẽ lapſum eſſe errore ab Eccleſia damnato.* Mornæus:

Notet interim hominis impudentiam Lector, qui Damianum hæreſeos Tertulliani inſimulare non vereatur, qui Chriſtianos à militia arcebat; Quin & Iuliani Apoſtatæ qui Chriſtianos quaſi ex Euangelio quiduis pati inultos volebat. Pag. 242

ATqui non ſcribit Baronius, eundem eſſe errorem Petri Damiani, qui fuit Tertulliani, non licere alicui Chriſtiano militare, aut Iuliani Apoſtatæ, non eſſe licitum Chriſtianis ſe defendere; ſed illius errorem, non licere quouis modo Pontificibus ſeſe bellis immiſcere, ex errore Tertulliani, & Iuliani Apoſtatæ ab Eccleſia damnato eſſe propagatum. Nec certè id vnquam docuit Petrus Damiani, quod Tertullianus, nec eundem errorem impingit illi Baronius. Sed mirum eſt, Mornæum, qui iam antea ſuggillabat Petrum Damiani, quòd hæreſim Simoniacam, & Nicolaitarum adeo forti animo Mediolani, & alibi impugnaſſet, ac condemnaſſet, nunc in eodem defendendo, & ab errore vindicando tàm proteruè laborare. Subijcit Aduerſarius:

At non eundem, quo Tertullianus, & Iulianus errarunt.

Ergone omnium Chriſtianorum vocatio eadem? & militum ſanè ductori eodem argumento Miſſam celebrare liceat, quo ſacerdoti; ſacerdotum Principi militiam exercere, militiæ præeſſe, ex Baronio fas erit. Pag. 242

Immò

Quomodo gladius materialis ex ſententia Baronij conueniat Eccleſiæ.

IMmò contrarium docet Baronius. Licet enim vtrumque gladium, ſpiritualem, & materialem diſertè aſſerat ex ſententia omnium Theologorum eſſe Eccleſiæ; ita tamen aſſerit, vt materialis pro Eccleſia, ſpiritualis ab Eccleſia ſit exercendus, ille Sacerdotis, hic manu Regum, & militum, ſed ad nutum Sacerdotis: & Leo ipſe, de quo illic agit, licet ſit comitatus exercitum; ſeorſum tamen in loco munito, vbi poſtea obſeſſus eſt, ſpectans exitum certaminis, manſit. Non igitur docet, Sacerdotum eſſe per ſe militiam exercere, vel loricatos, ac galeatos ad bellum procedere. Immò Clericis ita militare prohibitum eſt 23.q.8. cap. *Repræhenſibile*. De quo videndus D. Thomas 2.2. quæſt.40. art.2. De Miſſæ celebratione non eſt, quod profano homini reſpondeamus, ne proijciamus margaritas ante porcos. Certum iſtud, non decere Sacerdotes, aut Pontifices, galeatos incedere more militum; cum tamen id poſsint, etſi non citra repræhenſionem: at ductor militum, niſi ſacris ſit Ordinibus initiatus, nemo, præter profanos iſtos Nouatores, apud quos nulla Clericorum, & laicorum diſtinctio, concedet, vt poſsit quauis ratione Miſſam, quæ in conſecratione corporis Domini conſiſtit, celebrare. Non itaque par eſt in his ratio. Mornæus:

Clericis militare non licet.

Cæterum Curiæ Papalis ſtatum, non aliunde melius quam ex Damiano didicerimus; Qui præ eius horrore, galero abdicato, in Eremum fugit.

Pag.242

Petrus Dam. Curiam Rom. deſeruit, at non Eccleſiam.

VErùm non ideo ſe ſubtraxit à Romanæ Eccleſiæ communione, quam ſemper profeſſus eſt eſſe caput, & magiſtram omnium Eccleſiarum. D. etiam Hieronymus aliquando Romam relinquens, ſeceſsit in Betlehem; an ideo Romanæ Eccleſiæ Fidei, & cõmunioni renũciauit? Epiſt. 17. ad Marcellam, eam exhortãs ad relinquendam Romam, quam *Babylonem* appellat, & ad deſerta illa Palæſtinæ inuitans, inquit tamen: *Eſt quidem ibi Sancta Eccleſia, ſunt trophea Apoſtolorum, & Martyrum, eſt Chriſti vera confeſſio, eſt ab Apoſtolo prædicata fides, & Gentilitate calcata in ſublime ſe quotidie erigens vocabulum Chriſtianum*. Etſi igitur *Babylonem* vocaret Vrbem Romam; venerabatur tamen Eccleſiam Romanam, quam *Sanctam* appellat. Sed quæ in ea Vrbe fugienda eſſent, mox docet: *Sed ambitio, potẽtia, magnitudo Vrbis, videri et videre, ſalutari & ſalutare, laudare et detrahere, vel audire vel proloqui, & tanta frequentiã hominũ ſaltem inuitum videre, à propoſito Monachorum & quiete aliena ſunt. Aut enim videmus ad nos venientes, & ſilentium perdimus: aut ſi non videmus, ſuperbiæ arguimur. Interdum vt viſitantibus reddamus vicem, ad ſuperbas fores pergimus, & inter linguas rodentium miniſtrorum poſtes ingredimur auratos.* Hæc igitur ſunt, quæ cum Hieronymo fugiebat, & horrebat Petrus Damiani; non verò inde Sanctam Romanam Eccleſiam, pro qua fortiſsimè dimicauit, condemnabat. Cleri Romani luxum, & laſciuiam repræhenderit: quid inde? Et Sanctus Hieronymus grauiter aliquando conqueſtus eſt de Clero Romano, & *Senatum* appellauit *Phariſæorum*; an ideo gradum condemnauit, aut ab Eccleſia Romana defecit? Et de Tertulliano ſcribit, quod inuidia, & contumelijs Clericorum Romanæ Eccleſię ad Montani dogma ſit delapſus; an vero id iure fecit Tertullianus? vel hæreticus Montaniſta ideo non eſt habendus? Longè certè cautior, & prudentior Petrus Damiani, qui etſi luxum Clericorum inſectaretur, & à vitijs hominum abhorreret; nunquam tamen ab Eccleſiæ Romanæ fide, & obedientia paſſus eſt ſe abduci: immò fortiſsimum athletam pro eius defenſione aduersùs hæreticos, & ſchiſmaticos ſe præſtitit. Nunc ad oppoſitiones præcipuas, quas pollicetur noſter nugator. Pag.241

ANTIDOTVM

Contra Oppoſitionem quadrageſimamprimam.

Quæ hic Auentini fides.

DE Alexandro II. ſuffecto in locũ Nicolai II. & Cadolo Antipapa, ſtudio Henrici Imperatoris contra eum electo, nominato Honorio II. iam in Progreſſu dictum eſt. Quæ verò ex Auentino hic citat Mornæus, ſunt ſuſpectæ fidei; nec magnæ apud nos authoritatis, quæ ſcribit Auentinus, quem meritò Baronius ad annũ Chriſti 996. art. 54. *infectam hæreſis ſcabie beſtiam* appellat, & qui lõgè aliter rem geſtam in electione Alexandri II. & Cadoli Antipapæ narrat, quàm reliqui Scriptores. Siquidem lib. 5. Annal. Boiorum ſcribit, Romanos diadema, aliaque munera ampliſsima Henrico miſiſſe, conuocatoq; Baſileam cœtu Procerum & Epiſcoporum, caput eius diademate circumdediſſe, eundem Tribunitiæ poteſtatis Cos. Patritium fauſtis acclamationibus ſalutaſſe. Vnde, quæſo, illud ius

Romanis diadema imponendi Henrico, eumque Coſ. Patritium ſalutandi? & vnus id refert Auentinus, qui ſubiungit: *Cathochus Parmenſis Epiſcopus, Senatus conſulto Pontifex Max. capitur, Honorius II. nominatu. Dum hæc fiunt, Nordmanni, quibuſdam Romanis auro ſibi conciliatis, Anſelmum, Lucæ Vrbis, Tuſcorum Epiſcopum ante conſecrationē Honorij Pontificatui Maximo imponunt, vi Romam ducunt, moxque inaugurant:* Quæ omnia ſunt falſiſsima. Neque enim à Nordmannis, neq; ab auro corruptis Romanis, ſed iuſtis ſuffragijs conſilio Hildebrandi Archidiaconi in locum Nicolai II. Alexander II. eſt ſuffectus. Cuius rei nuncium cum accepiſſet Henricus, ægrè tulit, quòd, ſe inconſulto, Pontifex eſſet electus; indeque Cadolum Parmenſem Epiſcopum ornari illa dignitate à Placentino, & Vercellenſi Epiſcopis curauit; cum tamen ſignificet Auentinus, Cadolum illum priùs electum, nominatum Honorium II. & poſtea à Nordmannis Pontificatui impoſitum Alexandrum II. Non defuerunt quidem ab initio, cum diſcordes eſſent animi ſuper eligendo Pontifice, ex Romanis, qui Henrici factionem ſequerentur, & ex illis vnus haud dubiè, cuius elegantem orationem ex Auentino profert Mornæus: *Alexander interturbat omnia* &c. Sed quales illi fuerint, ex Sigonio probato Authore, & amantiſsimo veritatis, accipe lib. 9. de Regno Ital. anno 1061. *Henricus iam inde ab initio diſcordiæ à Romanis quibuſdam Eccleſiæ inimicis, & exulibus, vt vetere inſtituto Pontificem daret, inſtinctus, Epiſcopos in eam rem ex Italia euocarat &c.* Hi nimirum ſunt, qui apud Auentinum caput Henrici diademate circundederunt, & eundem Tribunitiæ poteſtatis Coſ. Patritium fauſtis acclamationibus ſalutarunt, non potiori certè iure, quàm ſi Catilinam proditores, & parricidæ patriæ Lentulus, Cethegus, & alij, Reipublicæ Principem impoſuiſſent. Sed Romani Legatos ad Henricum miſerint, inter alios eum, qui Alexandrum conſecrarat, qui habuerit apud eum hanc elegantem orationem: *Alexander interturbat omnia &c.* Expendamus de his iudicium Petri Damiani lib. 2. Epiſt. 6. ad Hildebrandum, & Stephanum S. R. E. Cardinales. *Romani nolunt Alexandrum, ſed Ærarium. Hunc ſcilicet, quem Apoſtolus reprobat, non eum, qui per Apoſtolorum, Apoſtolicorumq; Pontificum tramitem currat. Nolunt*, inquam, *Alexandrum, Euangelicam menſæ Eccleſiaſticæ pecuniam proponentem, ſed ſordentis auaritiæ potiùs æra librantem. Petri reſpuunt ſucceſſorem, & alumnum Simonis amplectuntur pro venalitate Spiritus pecunias efferentem &c.* An verò erat eorum Romanorum præficere Pontificem Eccleſiæ Romanæ? Verùm, quicquid ſit, Concilio Mantuæ habito exauctoratus eſt Cadolus velut inuaſor, & ſuffragijs omnium Epiſcoporum, etiam Lombardiæ, qui ei prius aduerſabantur, Alexandri II. electio comprobata. Falſum verò, quod ſcribit Mornæus, Annonem Archiepiſcopum Colonienſem Synodi Mantuanæ Præſidē fuiſſe, Imperatoris vices ſuſtinentem: neque Imperatoris erat præſidere Synodo Epiſcoporū, maximè vbi res Eccleſiaſtica agebatur: & Alexander ipſe cum ſacro cœtu Cardinalium Synodo interfuit: qui etſi, poſtulante Annone, obiectum Simoniæ crimen concepto ſacramento purgauerit; nihil tamen de dignitate ſua ceſsit. Annon verò idem conuictus Archiepiſcopus rationibus Hildebrandi, iam Romæ iuſtis Comitijs electum Alexandrum agnouerat? Quomodo igitur, eo præſente, adſtante, immò cœtu Cardinalium, præſediſſet Synodo? Veriſimile quidem, diſcuſſam in ea Synodo Alexandri electionem, vt ſatisfieret Imperatori, vt ille Cadoli Antipapæ contumaciam, & audaciam comprimeret, atque ſchiſma excitatum in Eccleſia ſedaret. Nunc de Hildebrando.

Quales Romani factionē Henrici ſequebantur.

Anno Mantuanæ Synodo non præſedit.

Cur Alexandri electio in hac Synodo diſcuſſa.

At vt Hildebrandus inconſulto Imperatore Pontificatum adeptus &c.

Pag. 244

Extat eius electionis forma præfixa eiuſdem Regiſtro lib. primo: *Nos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Clerici, Acolythi, Subdiaconi, Diaconi, Preſbyteri, præſentibus venerabilibus Epiſcopis, & Abbatibus, Clericis, & Monachis, conſentientibus pluribus turbis vtriuſq; ſexus, diuerſiq; ordinis acclamationibus eligimus nobis in Paſtorem, & ſummum Pontificem Hildebrandum Archidiaconum, virum religione, & doctrina, iuſtitiaque præſtantem, in aduerſis conſtantem, in proſperis moderatum, pudicum modeſtum, ſobrium, caſtum, hoſpitalem, domum ſuam benè regentem, in gremio huius Eccleſiæ à pueritia egregiè educatum, & eruditum, eumque poſthac eſſe, & dici Gregorium VII. Pontificem volumus, & conſentimus.* Platina, Onuphrius, & alij, *omnium bonorum conſenſu* eum electum eſſe Pontificem, teſtantur. Vnde conſtat impudenter mentiri Bennonem Pſeudocardinalem, qui eum ſine aſſenſu Cleri, & populi ſcribit inthronizatum fuiſſe. Pontifex, ſi quis alius, Eccleſiaſticæ libertatis vindex acerrimus hic fuit; ideoque nullus, quem magis hoſtes Eccleſiæ inſectentur, & atrocioribus afficiant iniurijs, quod fuerit *hæreticus, Necromanticus, ſeditioſus, Simoniacus adulter, ac peſſimus non ſolum omnium Pontificum, ſed ferè omnium hominum*, Sic enim Magdeburgenſes de eo ſcribunt Cent. 11. cap. 10. col. 535. & ſequentibus, vnum citantes Authorem Bennonem, reliquos *Pontificios adulatores* appellantes: nullus eſt etiam, quem iſtius temporis hæretici magis deteſtentur; ſed hoc maioris illi gloriæ, eòque magis celebrandus; ſic enim olim Auguſtino ſcribebat Hieronymus: Epiſt. 25. apud D. Auguſtinum: *Macte virtute in Orbe celebraris. Catholici te conditorem antiquæ rurſum fidei venerantur, atque ſuſpiciunt, & quod ſignum maioris gloriæ eſt, omnes hæretici deteſtantur, & me pari perſequuntur odio, vt, quos gladijs nequeunt, voto interficiant.*

Hildebrandus qualis vir & à quibus electus in ſummum Pontificem.

Bennonis mendaciū.

Hildebrandus ſeu Gregorius VII. odioſus hæreticis.

Quod ei glorioſum eſt.

Pre-

Digitized by Google

De Apologia Leodienſi contra Gregorium 7.

Producit Mornæus Apologiam Cleri Leodienſis ſub annum 1066. contra Gregorium VII. Vbi tamen vel imperitia authoris, vel certè typographi incuria, ſubeſt error. Siquidem anno 1066. nondum creatus fuerat Pontifex Gregorius VII. qui anno 1073. dumtaxat, mortuo Alexandro ſecundo, in eius locum eſt ſuffectus. Et hæc Apologia Leodienſis non alia intelligenda, quàm declamatio illa acerrima, quam poſtea ann. 1102. Leodienſes fauentes partibus Henrici Imperatoris, aduerſus Paſchalis II. litteras ſcripſerunt, cum ille ad Robertum Comitem Flandrenſium ſcripſiſſet, vt aduerſus Leodienſes, fauentes Henrico Imperatori contra Romanam Eccleſiam, vires conuerteret: & eius meminit Baronius ad annum Chriſti 1102. artic. 19. & cum alijs Tractatibus excuſa habetur Argẽtorati 1609. in qua tanquam ſchiſmatici Gregorium ſeptimum exagitãt. Neque pluris Apologiam Leodienſem facimus, quàm quæ ſubiungit ex Authore graui ſine nomine: & Author ille innominatus, Auentinus eſt, apud quem lib. 5. Annal. Boiorum habentur, quæ ſcribit Mornæus: in quibus recitandis, & confutandis nõ eſt quod operam perdamus: & ille Author ſuſpectæ apud nos fidei eſt, nec magnæ authoritatis. Data verò opera ſuppreſſerat Mornæus nomen Auentini, quia volebat ad finem ſubijcere hanc appendicem:

De Authore, cuius nomen non expreſſit Mornæus.

Qua fraude.

Et hæc quidem licet profeſſione Romanus, plura fortè, ſi licuiſſet, dicturus &c. Pag. 246

Auentinus nequaquã profeſſione Romanus.

Qui tamen notatur à Baronio ad annum Chriſti 996. artic. 54. vt beſtia hæreſeos ſcabie infecta, & vt homo pietate, & doctrina deſertus: qui in Indice Authorum, & librorum prohibitorum lit. I. notatur inter Authores primæ Claſsis: quem pariter Poſſeuinus Tomo 2. Biblioth. ſelectæ ſect. 5. cap. 23. monet ab Eccleſia Catholica prohibitum eſſe, propterea legendum non eſſe abſque eius permiſsione. Quomodo igitur ille profeſsione Romanus? Ne igitur mendacium Mornæi facilè deprehenderetur, & quia ſciebat, eum Authorem ab omnibus Catholicis exploſum eſſe; ideò data opera ſuppreſſum voluerat eius nomen. Quoad hæc, quæ ſubijcit Mornæus:

*Imperator Henricus cum Comitem Heberardum Romam miſiſſet, qui Romanos culpæ ſuæ admoneret, & ni ſibi ſatisfieret, perperam electum declaraturum minaretur, humiliter admodum reſpondit, (*Gregorius*) ſe inuitum ad Pontificatum adactum, nec vnquam ſe conſecrari paſſurum, quin ex Legatorum ſuorum relatione ab Imperatore ſe comprobatum intelligeret.* Pag. 246

Hildebrandũ conſecratũ, & coronatũ fuiſſe Pontificem ſine Imperatoris authoritate, probabilius eſt.

Etſi hæc non careant Authore, longè tamen probabilius eſt, quod alij ſcribunt, eum creatum Pontificem nullo modo Imperatoris authoritatem expectare voluiſſe, ſed conſecrationem, & coronationem, nulla eiuſdem Imperatoris habita ratione, accepiſſe. Nam, eo authore potiſsimum, conſtat prædeceſſores ſuos Stephanum IX. Nicolaum II. Alexandrũ II. Pontifices Romanos ſine Imperatoris authoritate electos, & conſecratos fuiſſe. Itaque cum priuatus pro recuperanda Eccleſiæ Romanæ libertate tam diu ſtrennè laboraſſet; certè Pontifex factus indignum duxiſſet ab incæpto deſiſtere; aut coronationem, & conſecrationem ſuam ad arbitrium Imperatoris referre, quod in alijs Pontificibus antea improbarat. Mornæus:

At ſtatim Laterani Synodum cogit, ibique Canones contra ſuas illas hæreſes Simonis & Nicolai renouat &c. Pag. 246

Quo animo Gregor. qua contra Simoniacos, & Nicolaitas edicit.

CErtè nihil antiquius habuit ſanctiſsimus Põtifex, quàm vt libertatem Eccleſię vindicaret, & diſciplinam Eccleſiaſticam reſtitueret. Itaque Concilio Laterani coacto, legem tulit, qua ſub anathematis pœna omnibus Laicis, cuiuſuis eſſent dignitatis, interdicit Sacerdotiorum, ſeu dignitatum Eccleſiaſticarum inueſtituram, ſiue, vt nunc dicunt, collationem: & qui daret, & qui acciperet, anathemate plecteretur. De Clericis ita ſanxit, Ne vxores ducerẽt, qui verò haberẽt, aut eas, aut Sacerdotium dimitterent; Ne quiſquam ad Sacerdotium vocaretur, qui nõ perpetuum cælibatum profiteretur: eoque facto Decreto, litteras ad omnes Epiſcopos miſit, præcipiẽs, vt fœminas ab ipſorum contubernio remouerent. Mornæus:

Dignum verò notatu, huic Synodo interfuiſſe Comitiſſam Mathildam fœminam, quod Hiſtoriæ teſtantur, non minus impudicitia quàm ſuperbia infamem. Pag. 246

Mathildis virgo pyſſima ac caſtiſſima iniquè à Mornæo huiusq. ſimilib. calumniam paſſa.

MAthildis Beatricis ex primo coniuge Bonifacio Marchione Tuſciæ filia, egregia in Deum pietate, ac deuotione in Sedem Apoſtolicam fœmina, ob munificentiam in Romanam Eccleſiam has à nebulonibus iſtis calumnias patitur. Non dubium certè, eam Romæ à Pontifice in ſummo honore habitam; non tamen adfuit Synodo, vt ſententiam cum Epiſcopis diceret. Quæ verò Hiſtoriæ eam impudicitia, aut ſuperbia infamem fuiſſe teſtantur? Siquidem ex Domnizone Presbytero, qui vitam illius deſcripſit, conſtat, eam nuptui fuiſſe traditam Godefredo, cognomento ex deformitate corporis *Gibbero*, atque *Strumoſo*, filio Godefredi Barbati mariti Beatricis ex alia vxore, quem Lambertus *Gozelonem* appellat, qui-

que

Digitized by Google

que in Ducatum Lotharingiæ patri ſucceſsit: Verùm paulo poſt necdum matrimonio conſummato, facto inter eos diuortio, Mathildis virgo permanſit, vt ex eodem Domnizone, & alijs conſtat. Eadem anno 1089. (prout habet Bertholdus Conſtantienſis in Appendice ad Hermannum anno 1089.) coniugio copulata eſt Vuelphoni Duci filio Vuelphonis Ducis Baioariæ, nepoti Azonis Marchionis Ferrarienſis: *Et hoc vtique* (inquit) *non tàm pro incontinentia, quàm pro Romani Pontificis obedientia, videlicet, vt tanto viriliùs Sanctæ Romanæ Eccleſiæ contra ſchiſmaticos poſſet ſubuenire.* Vnde idem Author addit, hoc coniugio Henricum Imperatorem triſtatum eſſe, eundemque Ducem terrorem fuiſſe ſchiſmaticis. Et induxit quidem Vrbanus ſecundus Pontifex Mathildem ad hoc cōiugium, ita tamen vt nunquam voluerit viro commiſceri, prout idē Bertholdus ſcribit anno 1095. *Vuelpho filius Vuelphonis Ducis Baioariæ, à coniugio Donnæ Mathildis ſe penitus ſequeſtrauit, aſſerens, illam à ſe penitus immunem omnino permanſiſſe: quod ipſa in perpetuum reticuiſſet: ſi non ipſe prior illud ſatis inconſideratè publicaſſet*: & Domnizo Presbyter, qui carmine cecinit res geſtas maiorum eius, atque etiam ipſius Mathildis, cui viuenti aſtitit, & morienti parentauit, recolēs ipſius merita, tribuit ipſi centeſimum fructum poſt trigeſimum, & ſexageſimum, ita tres vitæ ſtatus in ea exprimens, nempe quod fuerit nupta, vidua, & virgo quoque permanſerit, eo ſenſu, quo parabolam illam Saluatoris Sancti Patres communiter ſunt interpretati. Quæ igitur, ò inſanum caput, Hiſtoriæ teſtantur, Mathildem impudicitia fuiſſe infamem? De ea Sigonius, etſi recens Author, antiquitatis tamen inueſtigandæ ſtudioſiſsimus, & veritatis obſeruantiſsimus lib. 10. de Regno Italiæ: anno 1115. ita ſcribit: *Mathildis in morbum lapſa per ſeptem Mēſium ſpatium eſt grauiſſimè conflictata &c. demum IX. Kalend. Auguſti annos ſex & ſeptuaginta nata, mortem vitæ ſanctiſſimè actæ congruentem oppetijt &c. mulier non ſolum egregia pietate, ac religione omnium, & ſui, & ſuperiorum ſæculorum mulierum præſtantiſſima, ſed etiam publicis operibus, arcibus, pontibus, vijs, Templis, Monaſterijs in Lombardia extructis, belliſque aſſiduis pro tuenda Eccleſiæ authoritate adminiſtratis, ſingularibus laudibus in perpetuum celebranda.* Hæccine de muliere impudicitia infami ſcriberentur? Sed vnde ab omnibus bonis laudatur, quod fuerit adeò deuota, & munifica ergà Romanam Eccleſiam, & Pontificis partes contra ſchiſmaticos tam ſtrenuè ſit tutata, inde à perfido iſto impoſtore calūnias patitur. Sed quid mirum? cùm & de ſchiſmaticis Bertholdus ita ſcribat anno 1085. *Hi quoque Mathildem prudentiſſimam Ducem & fideliſſimam Sancti Petri militem multis iniurijs affecerunt in Italia. Illis autem diuina animaduerſione de medio ſublatis, ipſa ſuam poteſtatem recuperauit, & Sanctæ Dei Eccleſiæ in omnibus adminiculari non ceſſauit, ſicque eius prudentia Mutinenſi Eccleſiæ, & Rhegienſi, atque Piſtorienſi Catholici Paſtores ordinati ſunt.* Quid mirum igitur, ſi & à Mornæo, & à Nouatoribus nunc tot iniurijs proſcindatur?

De Herlembaldo conſtantiſsimo Pontificiæ authoritatis, & Sedis Apoſtolicæ contra Simoniacos, Nicolaitas, & ſchiſmaticos Mediolani defenſore, iam ſupra dictum: qui meritò quidem reſtitit, ne in die Cœnæ Domini oleum per Godefredum conſecraretur. Siquidem ille Pſeudoepiſcopus inuaſor Sedis illius, non iuſta authoritate creatus: quo ſublato, electus in eius locū Theobaldus Caſtilioneus, Baronio dictus *Theobaldus*, à Gregorio ad Concilium Romām vocatus eſt, ad dicendā cauſſam, & ab eodem excommunicatus. Bertholdus ad Hermanni Appendicem anno 1085. de ſchiſmaticorum anteſignanis eo tempore Epiſcopis loquens: *Ipſa* (inquit) *capita ſchiſmaticorum eo tempore, heu, miſerè abiere in locum ſuum, videlicet Parmenſis, & Rhegienſis Epiſcopi, Thedaldus Mediolanenſis non Archiepiſcopus, ſed Antichriſtus*, quia inuaſor Sedis illius, non; inſtitutus ſed intruſus.

Theobald⁹ Archiepiſ. Mediol. excōmunicatus à Gregorio VII.

Gregorius Pontifex, Decreto de cælibatu Clericorum edito, litteras quidem ad omnes Epiſcopos miſit, præcipiens, vt fœminas ab ipſorum contubernio reuocarent; & prædeceſſor eius Alexander prius ediderat illud Decretum, vt nullus Miſſam audiat Presbyteri, quē ſcit concubinam habere indubitanter, vel ſubintroductam mulierem: quod non dubium ab ipſo renouatum, prout etiam teſtatur Marianus Scot. anno 1075. & Trithemius in Chronico Hirſaug. anno 1073. nunquam tamen docuit, huiuſmodi non eſſe Sacerdotes, neque ſacrificare: & hic error illi à Sigeberto ſchiſmatico, fautore Henrici imponitur, prout oſtendit Sanderus lib. 7. de Viſib. Monarch. Eccleſ. num. 737. neque vlli Scriptores fide digni referunt (nullo enim loco Auentinum habemus) ſacroſanctam hoſtiam à Sacerdotibus, qui cōiuges habebant, conſecratam, occaſione huius doctrinæ à populis in lutum abiectam, aut pedibus conculcatam fuiſſe. Sed quid mirum, ſi id de Gregorio VII. confixerunt, quem aliquando accuſarunt velut hæreticum, vt qui Catholicam, & Apoſtolicam fidem de corpore, & ſanguine Domini in quæſtionem vertiſſet, tanquam Berengarij hæretici diſcipulus? Mornæus:

Error Gregorio impoſitus à Sigeberto.

Cum tamen quicquid Germaniæ in aliquot Synodis tentent, Legati etiam Gregorij à latere ſuo emiſſi aut comminentur, aut fulminent, ab Epiſcopis obtinere non poſſint, vt huic Decreto aſſentiantur, nedum vt Sacerdotes coniugatos deponant, quippe ſacrarum Scripturarum, veterum Conciliorum, primitiuæ Eccleſiæ authoritate nixis. Pag. 247

QVam hæc falſa ſint, iam alibi docuimus: & oſtendimus, cœlibatum Clericorum

nullo

nullo modo ſacrarum Scripturarum, aut veterum Conciliorum, vel primitiuæ Eccleſiæ authoritati repugnare. Quæ enim Scripturæ ſacræ loca, quæ Concilia, quam primitiuę Eccleſiæ authoritatem nobis iſte proferet? Ita quidem ſcribit Sigonius lib. 9. de Regno Italię anno 1074. *Decreto de cœlibatu per Germaniam diuulgato, vniuerſa Clericorum factio cõſternata ſubito Gregorium turpibus figere maledictis cœpit, qui Apoſtolo Paulo repugnaret, apud quem diſertè ſcriptum eſſet: Qui non poteſt cõtineri, nubat: melius eſt nubere, quàm vri &c.* Verùm de his non erat ſermo D. Paulo, qui iam vouerant continentiam, cuiuſmodi ex inſtituto Eccleſiæ ſunt Clerici in ſacris Ordinibus conſtituti. Si ſentiunt, ſe non habere donum caſtitatis, etiamſi eam vouerint; atqui Deus eam rectè petentibus non denegat, nec patitur nos ſupra id, quod poſſumus, tentari, Concil. Trident. ſeſſ. 24. can. 9. Addo, *vri*, eo loci non idem eſſe, quod flamma libidinis tentari, hoc enim per ſe malum non eſt, immò potiùs materia victoriæ; ſed eſt flamma libidinis ſuperari, & in peccatum mortale labi, propter quod aliquis in Inferno ſit vrendus. Nec certè his verbis tradit Apoſtolus præceptum aliquod de coniugio, ſed eius rei permiſſionem facit iis, qui voto, vel lege Eccleſiaſtica non tenentur. Sic quidem habet Scriptura Sap. 8. *Sciui, quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det: & hoc ipſum erat ſumma ſapientia, ſcire, cuius eſſet hoc donum &c.* Ab eo igitur peti, & impetrari poteſt, cuius eſt omne datum optimum, & omne donum perfectũ deſurſum. Etſi verò tum in Germania tumultuatum ſit, Decreto de cœlibatu promulgato; tandem tamẽ obtinuit, & hæreſis Nicolaitarũ, ac Simoniacorum ab Eccleſia profligata.

Cœlibatus Clericorũ D. Paulo nõ repugnat.

Quid, vri, apud Diuũ Paulũ dicãti: Melius eſt nubere, quàm vri.

Decretũ de cœlibatu tã dẽ obtinuit in Germania.

Adde (inquit) neceſſitate humana, præcepto diuino, ex diametro cum Pontificio decreto pugnante.

Pag. 247

Coniugiũ quomodo à Deo imperatum.

RSpondetur, neque neceſſitatem humanam id exigere, vt omnes ſint coniugati, nec diuinitùs ita imperatum coniugium, vt hoc præceptum per ſe obliget ſingulos; ſed ita vt oporteat aliquos eſſe in communitate generis humani, qui coniugio dent operam: & ideo non pugnat hoc præceptum cum conſilio, quod ſingulis datur, de virginitate ſeruanda, aut de voto cõtinentiæ, ſeu caſtitatis emittendo, cum aut lege de cœlibatu Sacerdotũ in Eccleſia obſeruanda. Mornæus:

Hinc odij in Henricum noua materia, quòd Gregorij bullas non ſatis ſtrenuè promoueret.

Pag. 247

Cur potiſſimũ ſucceſſerit Hẽrico Gregorius.

IMmò eo maximè Henrico ſuccenſebat, & quidem iuſtè, quòd Simoniam palam exerceret, & Epiſcopatus, atque Abbatias pretio diſtraheret, & quæ erant Pontificum iura ſibi arrogaret; ideòque Epiſcopos fautores Henrici exauctorauit, atque à piorum communione ſecreuit: præcipuè verò Bambergenſi Epiſcopo, quem antea à diuino miniſterio remouerat, congreſſu piorum interdixit, quòd ad cauſſam de grauiſſimo Simoniæ crimine dicendam Romæ adeſſe iuſſus, per biennium non veniſſet, Sigonius lib. 9. de Regno Italiæ anno 1075.

At, hærebat penitus in animo inueſtituræ ius, cui Simoniæ apud Gregorium nomen &c.

Pag. 247

Diſcrimen inter ius inueſtituræ et Simoniam.

VErùm hæc ita differunt, vt etſi inuito Pontifice ius faciendi inueſtituras, vel conferendi ſacerdotia ſibi vendicare repugnaret ſacris Canonibus; poſſint tamen de licentia Pontificis quandoque fieri: at verò, vt Sacerdotia diuendere, & per Simoniam cõferre liceat alicui, nullo modo concedere poteſt Summus Pontifex. Sed Henricus non modò ius inueſtituræ, vel collationum dignitatum Eccleſiaſticarum vſurpabat; verum, quod longè grauius erat, & nullo modo ferendum, vt Hiſtoriæ retinent, Epiſcopatus, Abbatiaſque palam vendebat, & opima ipſa Monachorum prædia ſectatoribus ſuis turpi largitione tribuebat: Atque hæc erat aperta Simonia, procul ab Eccleſia profliganda.

Hẽricus Simoniacus.

Cum interim Henricus nihil quod ad pacem pertineret omiſſurus, oratores ad Gregorium decernat &c. At, inquit Auentinus, nuncios ille Cæſareos obiecta crimina à Saxonibus confutaturos, conatibuſque eius obſtituros in vincula conijcit, frigore, fame, ſiti excruciat, per vrbem circumductos Roma pellit.

Pag. 248

Multa de Gregorio à ſchiſmaticis cõficta.

Auentinus eidem imponit.

MVlta certè à ſchiſmaticis tum conficta, vt Gregorius ſanctiſsimus Pontifex calumnijs infamatus apud omnes vileſceret, & apud omnes malè audiret, ſacrilegus verò Rex excuſatus, atque laudatus exiſteret: & quod Legatos Henrici carceri mancipauerit, nuditate, frigore, fame, ſiti, plagis contriuerit, per Vrbem ignominioſè circumduxerit, hæc ab Auentino impoſtore excogitata, quæ apud nullum antiquorum Authorum ſcripta reperiuntur: & impoſtura hæc facile detegetur ex Epiſt. 10. lib. 3. Regiſtri ipſius Gregorij, vbi agens de ipſius legatis: *Super his* (inquit) *quæ in Epiſtolis tuis viſa ac cognita reticemus, non antea tibi certa reſponſa dabimus, donec Legati tui &c. ad nos reuerſi ſuper his, quæ illis tecum agenda commiſimus, tuam nobis pleniùs aperiant voluntatem*: quæ certè non ſcriberet, ſi eos tàm ignominioſè tractaſſet. Quod verò ſcribit Aduerſarius, Henricum nihil, quod ad pacem pertineret, omiſiſſe: Immò nihil omiſit ille, quo Pontifici moleſtiam adferret; at vbi vidit Principes Germaniæ ob excommunicationem in ſe latam deficere, ſeque in periculo Regni perdendi conſtitutum, tum demum, quòd pluris Regnum faceret, quã communionem Eccleſiæ Catholicæ, pacem,

Hẽricus pacẽ nunquã quæſiuit.

quæ

Digitized by Google

quæ è re ſua eſſet, quæſiuit inuitus, & ſe imperata facturum ſpopondit, & anathematis ſolutionem à Pontifice impetrauit.

De Pſeudoſynodo Vuormatienſi.

Nunc de Pſeudoſynodo Vuormatienſi ab Henrico contra Pontificem Gregorium indicta.

Pag. 248

Itaque exhauſta patientia, Henricus Vuormatiæ conuentum indicit, cui interſunt ex Italia plerique Epiſcopi, ex Gallijs & Germania, exceptis Saxonibus, omnino omnes; quin & ex Roma ipſa eò aduenit Cardinalis Hugo Blancus, cum Cardinalium & optimatum populi Romani literis, quibus Hildebrandum accuſabant &c.

Qui & quales ei affuerint.

HAEC omnia ex vno impoſtore Auentino lib. 5. Annal. Boiorum recitat, quæ minimè vero conſona; ſiquidem vigintiquatuor Epiſcopi tum Gregorio ob cauſſam cœlibatus infenſi, tum ab Henrico non mediocribus pollicitationibus incitati eò venerunt, quibus acceſſit *Hugo Blancus Cardinalis, quem ante paucos dies* (authore Lamberto ann. 1076.) *propter ineptiam eius, & mores inconditos Papa de ſtatione ſua amouerat, deferens ſecum de vita, & inſtitutione Papæ ſcenicis figmentis conſimilem tragœdiam, ſcilicet, vnde oriundus, qualiter ab ineunte ætate conuerſatus, quàm peruerſo ordine Sedem Apoſtolicam occupauerit, quæ ante, quæ poſt Epiſcopatum memoratu quoque incredibilia flagitia commiſerit.* Sed mentitur Mornæus cum ſuo impoſtore Auentino, ſcribens, Hugonem Blancum cum litteris Cardinalium, & Optimatum eò aduenisse. Pergit Lambertus: *Huius authoritatem tanquam diuinitus ſibi deſtinatã gratiſſimè amplexati, & promptiſſimè ſecuti, ſententiam promulgarunt, quod Papa eſſe non poſſit, nec vllam iuxta priuilegium Romanæ Sedis ligandi, aut ſoluendi poteſtatem habeat, vel aliquando habuerit, qui tantis vitam probris, ac criminibus commaculauerit.* Concilium huiuſmodi Scribarum, & Phariſæorum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius producit Mornæus ex Auentino, in quo vel recitando, vel refellendo non eſt quod diutiùs immoremur. Proſequitur Lambertus: *Ex nomine omnium, qui conuenerant, Epiſcoporum, & Abbatum, plenæ contumeliarum litteræ Romam deſtinantur, quibus denuncietur Romano Pontifici, vt Pontificatu, quem contra Eccleſiaſticas leges vſurpaſſet, ſeſe abdicet; ſciatque poſt eam diem quicquid agat, iubeat, decernat, irritum haberi.* Vbi Baronius ad annum Chriſti 1076. art. 15. *Haud eò progredi auſa eſt factio impiorum, vt ipſum Gregorium à Sede Pontificali deponeret, ſed, vt ſeipſum deponeret, ad eum ex Synodo conſcripſiſſe.* Subijcit idem Lambertus: *Legati, vt iuſſum fuerat, ſummo conatu iter accelerantes, pridie quàm à Papa Romæ Synodus indicta celebraretur, Romam ingreſſi litteras tradunt. Tunc cæteram Legationem, ſicut in mandatis habebant, verbo non minus contumelioſo, quàm ſcripto exequũtur. Papa nihil permotus atrocitate nuntij, poſtera die, cùm Clerus, & populus ad Synodum frequens confluxiſſet, in auribus omnium litteras recitari fecit; & ſic cunctis, qui conuenerant, Epiſcopis id fieri decernentibus, Regem excommunicat, & cum eo Archiepiſcopum Moguntinum Sigifridum, Epiſcopum Traiectenſem Vuilelmum, Epiſcopum Babenbergenſem Robertum. Cæteris, qui conſpirationis huius participes extiterant, diem ſtatuit, quâ niſi Romæ præſentati cauſſam dicerent nouæ huius, & inuſitatæ contra Sedem Apoſtolicam rebellionis, ſimilem cæteris excommunicationis ſententiam ſortirentur.*

Quid ibidẽ ſtatutũ contra Gregorium.

Gregorius Henricũ in Synodo Rõ. excommunicat.

Extat huiuſmodi excommunicatio Sigifridi, item Epiſcoporum Lombardiæ, denique Epiſcoporum Vltramontanorũ in Regiſtro Gregorij ſeptimi libro 3. poſt Epiſt. 10. & ſubiungitur Decretum excõmunicationis Henrici Regis in hanc formam: *Beate Petre Apoſtolorum Princeps, inclina, quæſumus, pias aures tuas nobis, & audi me ſeruum tuum, quem ab infantia nutriſti, & vſque ad hunc diem de manu iniquorum liberaſti, qui me pro tua fidelitate oderunt, & odiunt. Tu mihi teſtis es, & Domina mea Mater Dei, & Beatus Paulus frater tuus inter omnes Sanctos, quod tua Sancta Romana Eccleſia me inuitum ad tua gubernacula traxit; & ego non rapinam arbitratus ſum ad tuam Sedem accedere, potiuſque volui vitam meam in peregrinatione finire, quàm locum tuum pro gloria Mundi ſæculari ingenio arripere. Et ideò ex tua gratiâ, non ex meis operibus credo, quod tibi placuit, & placet, vt populus Chriſtianus tibi ſpecialiter commiſſus mihi obediat &c. Hac itaque fiducia fretus, pro Eccleſiæ tuæ honore, & defenſione, ex parte Omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, per tuam poteſtatem, & authoritatem Henrico Regi, filio Henrici Imperatoris, qui contra tuã Eccleſiam inaudita ſuperbia inſurrexit, totius Regni Teutonicorum, & Italiæ gubernacula contradico, & omnes Chriſtianos à vinculo iuramenti, quod ſibi fecere, vel faciẽt, abſoluo, et vt nullus ei ſicut Regi ſeruiat, interdico. Dignum eſt enim, vt qui ſtudet honorem Eccleſiæ tuæ imminuere, ipſe honorem amittat, quem videtur habere &c.* Vbi non cauſſam priuatam agit, ſed Eccleſiæ ſibi commiſſæ, & ipſius Principis Apoſtolorum. Vbi Mornæus:

Qua Hugo Blãcus Cardinalis cõtra Gregorium.

Mornæi & Auentini mendaciũ.

Quo in decreto (nebulonis artem nota Lector) Petrum vindicem compellat. Pag. 249

INterim calumniatores iſti modeſtiam in nobis requirunt, qui ſanctiſsimum Pontificem tàm atrocibus iniurijs proſcindunt. Quicquid laborarit Henricus cum ſchiſmaticis Epiſcopis, & alijs, Gregorium in Pontificem Chriſtianus orbis ſemper agnouit. Vnde verò ius illis abdicandi Pontificatu Gregorium? Verùm vbi Decretum Gregorij Pontificis, de excommunicatione Henrici Regis perlatum eſt, plerique Principum eum auerſari vt ab Eccleſia damnatum cæperunt. *Itaque* (inquit Sigonius libro 9. de Regno Italiæ anno 1076.) *cum ille in dies Pentecoſtes conuentum Vuormatiam indixiſſet, nulli occurrerunt, & cum alterum Moguntiæ in feſtũ S. Petri aduocaſſet, pauci admodum acceſſerunt, ſine dubio, ne abſentorum colloquio intereſſent, verùm priuatis interim inter ſe conſilijs initis, ad extremum vltro circa Kalend. Octobris apud Oppenehin conuenerunt, ibique libertatem, loquendi nacti, palam ſe ſubiectos eſſe Hen-*

Quanti facta Gregorij ſententia contra Henricum.

Henrico negarunt, quòd à duobus Pontificibus communione piorum expulſus non ſatisfeciſſet, ac demum eo nomine in conuentu Romano Regia poteſtate priuatus eſſet. A Pontifice deinde miſsis Legatis in Germaniam, Sigehardo Patriarcha Aquileienſi, & Alemanno Epiſcopo Patauienſi, ſignificatū eſt, Henricum iuſtis de cauſsis abdicatum; & de alio in eius locum ſublegendo actum eſt, & itum ab omnibus in eam ſententiam. Sed Pontifex miſericordia motus, eum poſtea in gratiam recepit, & vinculo anathematis ſoluit. Vnde conſtat, vana & irrita fuiſſe conſilia Henrici, & ſchiſmaticorum in Pōtificem, non ita certè Pontificis in Henricum, qui ad preces confugere, gratiam Pontificis requirere, & anathematis ſolutionem ab eodem humiliter poſtulare, ſi Regno potiri vellet, compulſus eſt.

Gregorius ipſum tandem in gratiā recipit.

In Vuormatienſi Pſeudoſynodo cum ageretur de Gregorio Pontificatu abdicando, duo reperti ſunt Epiſcopi, (vt teſtatur Lambertus) Adelbero Vuirtzeburgenſis, & Herimannus Metenſis, qui aliquandiu reſtiterunt, dicentes, indignum eſſe, & contra ſcita Canonum, vt Epiſcopus aliquis abſens, nullo Generali Concilio, nullis iuſtis accuſatoribus, nullis idoneis teſtibus, nullis probatis criminibus damnaretur, nedum Romanus Pontifex, aduerſus quem nec Epiſcopi, nec Archiepiſcopi cuiuſquam recipienda eſſet accuſatio. Sed Vuillelmus Traiectenſis Epiſcopus, qui cauſſam Regis pertinaciùs tuebatur, vehementer imminebat, vt aut cum cæteris in damnationem Papæ ſubſcriberent, aut Regi, cui ſub iureiurando fidem ſpopōdiſſent, penitus renunciarent. Is eo tempore Regi admodū carus, acceptuſque erat, eique Rex omnium, quæ priuatim, vel publicè agenda erant, poſt ſe ordinationem delegauerat. Sed videamus, quid de eodem paulò poſt ſubijciat idē Lambertus: *Vuillelmus Traiectenſis Epiſcopus cauſſam Regis contra bonum, & æquum obſtinatè tuebatur, & ſtudio partium Regis multa in iniuriam Romani Pontificis omnibus penè diebus ſolemnibus inter Miſſarum ſolemnia rabido ore declamabat, periurum eum, adulterum, & Pſeudoapoſtolum apellans, & tā à ſe, quàm à cæteris Epiſcopis ſæpenumero excommunicatum pronuncians. Is breui, poſteaquam Rex exactis Paſchalibus ferijs Traiecto diſceſſerat, repente grauiſſima ægritudine correptus eſt. Cūque per acerrimos cruciatus animæ, & corporis vrgeretur; miſerabili eiulatu coram omnibus, qui aderant, vociferabatur, Iuſto Dei iudicio ſe & præſentem vitam amiſiſſe, & æternam, quòd Regi ad omnia, quæ perperam intendiſſet, operam ſuam ſummo anniſu præbuiſſet, atque in ſpem gratiæ eius Romano Pontifici ſanctiſſimo, & Apoſtolicarum virtutum viro graues contumelias ſciens & prudens innocenti irrogaſſet. In hanc vocem (vt aſſerunt) ſine communione, ſine vlla ſatisfactione exſpirauit.* Idem refert Paulus Langius in Chronico Citicenſi anno 1079. ex Annalibus Eccleſiæ Magdeburgenſis: *Vuillelmus Epiſcopus Traiectenſis fautor Henrici IV. Eccleſiarum tyranni. Hic cum præfatus Rex eſſet Traiecti, & excommunicatio Regis à Romano Pontifice facta, præſentata fuiſſet, Rex ipſe excommunicationem Papæ conſilio Epiſcopi vilipendebat. Epiſcopus quoque iam præfatus, timens, ne ſi populus hoc audiſſet, à Rege, ſicut ab excommunicato diſcederet. inter Miſſas ſermonem faciens ad populum, deriſoriè, quod Rex excommunicatus eſſet, indicauit. Sed hanc excommunicationem nihil valere, quibus poterat verbis, vtpotè facundus homo confirmabat. Sed quantum valeret in ſemetipſo coactus eſt agnoſcere, ſi liceret ei pœnitendo à ſuperbia reſilire. Nam in ipſo loco, in quo Romano Pontifici derogabat, ipſe mala valetudine corripitur, in qua vſque ad miſerandum vitæ terminum detinetur. Itaque morbo magis ac magis ingraueſcente, dum quidam homo Regis eum rogaret, vt ſe cum ſuo mandato remitteret ad Regem: Hoc, inquit, mitto ei mandatum, Quod ipſe, & ego, & omnes iniquitati eius fauentes, ſumus damnati in perpetuum. Cumque à ſuis, qui ad erant, Clericis, ne talia loqueretur, eſſet admonitus; Quid aliud, inquit, loquor, niſi quod verum eſſe viſibiliter intueor? Ecce enim Dæmones lectum meum circumſtant, quatenus me mox, vt expirauero, rapiant.* Atque ibidem referuntur multi ex ſchiſmaticis Henrici excommunicati fautoribus contra Pontificem reproba morte interijſſe; cum interim Aduerſarius ſanctiſsimum Pontificem, cuius ſententiæ contemptum neque in hoc, neque in futuro ſæculo tulit Deus inultum, *nebulonem* appellet: cuius certè impudentia fuſtibus comprimenda potius, quàm argumentis refellenda eſſet. Quis verò dubitet, Nouatores iſtos rabido ore famam ſanctiſsimi illius Pontificis proſcindentes; & ſchiſmatico Henrico tanta proteruia patrocinantes, eaſdem pœnas æterni ignis, *qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius*, cum Vuillelmo illo Traiectenſi, & cæteris ſchiſmaticis ſubituros?

Qui Gregory cauſſam tutati ſunt in cōuentu Vuormatiēſi.

Qua cōtra eundem pro Hērico Vuillelmus Traiectēſis Epiſcopus.

Quas tandē is propterea pœnas Deo perſoluit.

Terribilis eiuſdem ad Henricum miſſa confeſſio.

Quibus cōditionibus Henricus anathematis vinculo ſolutus ſit à Pontifice, quàm gratanter eas acceperit, & ſeruaturum ſe omnia quàm ſanctiſsimis poterat aſſertionibus promiſerit, Abbas Cluniacenſis, quoniam iurare Monaſticæ Religionis obtentu detrectabat, fidem ſuam coram oculis omnia cernētis Dei interpoſuerit, Epiſcopus quoque Citicenſis, & Epiſcopus Vercellenſis, & Azzo Marchio, & alij conuentionis eius Principes, allatis Sanctorum Reliquijs ſub iureiurando confirmauerint, facturum eum eſſe, quæ pollicebatur, nec aliqua rerum aſperitate, vel caſuum variè ſuccedentium mutabilitate ab ſententia deducendum; legi poteſt Lambertus anno 1077. Sigonius lib. 9. de Regno Italiæ, & Baronius eodem anno. Addit Lambertus, abſoluto Rege, Pontificem celebraſſe Miſſam, cumque ſacratiſsimam Euchariſtiam ſumpturus manu eam teneret, vocato Rege, ac vniuerſa aſtantium multitudine, conteſtatum eſſe, eam ſe ſumere in iudicium criminum, quæ ſchiſmatici aduerſus ipſum promulgaſſent, vt, ſi innocens eſſet, abſolueretur ab omni ſuſpicione; ſi verò reus, ſubitanea periret morte; ac poſt terribilia illa cum idem partem Dominici corporis liberrimè aſſumpſiſſet, populuſque in laudes Dei innocentiæ eius congratulatus, aliquandiu accla-

Gregorius eo modo innocentiā ſuā probat.

cla-

Digitized by Google

Henricus canonicã purgationem ſibi ab eo oblatã refugit.

Sibi vtiq; non cõſcius recti.

clamaſſet, tandem impetrato ſilentio, conuerſum ad Regem, oblata ei reſidua Dominici corporis parte, eandem æquè ei detuliſſe, criminum obiectorum canonicam purgationem; ſed Regem inopinata re attonitum, & ad tam horrendi examinis neceſsitatem æſtuantem, habito cum ſuis cõſilio refugiſſe illam, eo prætextu, quòd abſentibus ſuis accuſatorib. haud quicquam virium apud incredulos habitura eſſet quæcumque pro experienda innocentia ſua ſatisfactio. Non id certè refugiſſet mens ſibi conſcia recti; Vt inde conſtet, quàm falſa eſſent crimina, quæ à ſchiſmaticis imponebantur Pontifici, vera, quæ obijciebãtur Regi.

Henrico promiſſa Pont. non ſeruante, Principes Germaniæ in eius locũ eligũt Rodolphum Sueuiæ Ducem.

Qua ratione deinde Henricus conditiones omnes, quibus eum Pontifex obſtrinxerat, cõtemptim tanquã aranearũ telã diruperit, abiectiſque omnibus timoris Dei habenis, in omne ſcelus, quod animus, & perfidi comites ſuggeſsiſsẽt, effrænata libidine abreptus ſit, ſcribit idem Lambertus. Et ne ſigillatim percurramus omnia, quæ interim contigerunt, Principes Germaniæ, Henrici Regis perfidiam, & quæ moliretur aduerſus Romanum Põtificẽ, intelligentes, inconſulto ipſo Gregorio, Rodolphum Ducem Sueuiæ elegerunt in Regem, abdicato penitus Henrico, eundemque Moguntiam ductum Sigefridus, eius Ciuitatis Archiepiſcopus conſecrauit. Mornæus:

Pag. 252

Quæ tamen mutatio adeò odioſa fuit, vt inungente Rodulphum Sigefrido Moguntino, Moguntini ciues in eos, vt patriæ proditores, & fidei legitimique Principis deſertores, arma caperent, poſtquã multã ſanguinis vtrinque effuſſionẽ, fuga ſibi per noctẽ intempeſtã cõſulere inque Saxoniam ſe recipere, Rodulphus & ſui cogerentur.

Quibus authoribus ortæ Mogũtiæ ſeditio.

Quã Deus in hac fauerit Rodolpho.

Rodolphus inſcio Gregorio electus, & coronatus.

HAEc ex vno Auentino homine ſuſpectæ fidei refert; cum lõgè aliter Bertholdus ad annum 1077. rem enarret: nempe per ſuggeſtionem Clericorum Simoniacorum eam ſeditionem Moguntiæ ortam eſſe, ita vt etiã in Palatium irrumpere vellent, & religioſiſsimos Clericos, & Monachos occidere; ſed dextera Dei milites noui Principis, licet inermes, ita protexit, vt nullum ne vnum ex ſuis perderet; ex aduerſarijs autem pluſquam centum partim ferro, partim aqua necarentur. Quibus etiam, pro homicidijs huiuſmodi, à Legatis Apoſtolicæ Sedis talis penitentia impoſita eſt, vt ſinguli aut quadraginta dies ieiunarent, aut quadraginta pauperes ſemel paſcerent. Falſum item, quod ſcribit idem Auentinus, Annal. Boiorum lib. 5. Principes diadema capiti Rodolphi circundediſſe à Gregorio miſsũ, cui inſcriptus verſiculus, à Mornæo hic repetitus,

Pag. 252

Petra dedit Petro, Petrus Diadema Rodolpho;

& quod Legati Pontificis Romam redierint, ei renunciaturi, eius auſpicio nouum creatum eſſe Principem. Siquidem ſe inſcio, ea peracta eſſe, iuratus aſſerit ipſe Gregorius lib. 7. Regiſtri, poſt Epiſt. 14. his verbis: *Prædicti Epiſcopi, & Principes Vltramontani audientes, illum non ſeruare mihi, quod promiſerat, quaſi deſperati de eo, ſine meo conſilio, vobis teſtibus, elegerunt ſibi Rodolphum Ducem in Regem*: Teſtes verò producit B. Petrum Principem Apoſt. & B. Paulum Doctorem Gentium. Subiungit: *Qui Rex Rodolphus feſtinanter ad me miſſo Nuncio indicauit, ſe coactum Regni gubernacula ſuſcepiſſe; tamen ſeſe paratum mihi omnibus modis obedire &c.* Non igitur promotus fuit à Papa; aut eius conſilio & opera, nec ab eodem corona donatus. Author etiam anonymus, eiuſdem Regis Henrici familiaris, qui paulò poſt eius obitum, vitam ipſius conſcripſit, dum omnem hanc de eiuſdem accuſatione, excommunicatione, priuatione, atq; Rodolphi creatione hiſtoriã breuiter narrat, modeſtiùs aduerſus Pontificem agens, ſilentium tantummodo ei obijcit, dum poſt abſolutionem Henrici Rodolphus Regnum inuaſit. Verùm, eum non tacuiſſe, docent eius Epiſtolæ 23. & 24. lib. 4. ad Legatos ſuos Bernardum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconum, & Bernardum Maſsilienſem Abbatem, nec non ad Epiſcopos, & Principes Germaniæ ſcriptæ, quibus innoteſcit, quàm alieno ipſe fuerit animo à diſcordia, & quantum deſiderarit in Germaniam, ſi via patuiſſet, ad res componendas proficiſci, eique Regnum ſuo ſuffragio deferre, cui magis iuſtitia faueret: *Et vterque Rex à nobis, immò ab Apoſtolica Sede, cui, licet indigni, præſidemus, adiutorium requirit. Et nos de miſericordia Omnipotentis Dei, & adiutorio B. Petri confidentes, parati ſumus cum veſtro conſilio, qui Deum timetis, & Chriſtianam Fidem diligitis, æquitatem cauſſæ vtriuſque decernere, & ei præbere auxilium, cui iuſtitia ad Regni gubernacula fauere dignoſcitur.* Hæc ad Epiſcopos, & Principes Germaniæ ſcribebat. Non igitur eius conſilio, & auſpicijs priùs electus Rodolphus; ſiquidem regiam eius dignitatem poſtmodum non in dubium reuocaſſet, nec æquè in Henricum atque in eum propenſus fuiſſet, paratus vtriuis opem ferre, cuius à partibus iuſtitia ſtetiſſet. Immò cum Henrici fautores contra ius gẽtium Legatos Apoſtolicos pacis ſequeſtres cæpiſſent, nempe Gerardum Oſtienſem Epiſcopum in Longobardia, & Bernardum Abbatem Maſsilienſem in terra Theutonica; nihilominus adhuc ſuſtinuit pro bono pacis, & tantummodo, vt tantis malis remedia quærerentur, ſcripſit ad Vdonem Epiſcopum Treuerenſem, & eius Coepiſcopos ſuffraganeos, & eſt Epiſt. 7. lib. 5. Vnde conſtat, ſi mala inde aliqua ſecuta ſunt, ſi cædes, ac ſanguinis effuſio, non attribuenda eſſe Pontifici, pacis componendæ, & iuris ſui cuique ſeruandi ſtudioſiſsimo, ſed ipſi Henrico. Refert inſignia valde prodigia Bertholdus in Appendice ad Hermannum anno 1077. quæ, ad demõſtrationem Gregorij Papæ iuſtitiæ, & innocentiæ, & confuſionem iniuſtitiæ, ac impietatis Henrici Regis, eiuſque fautorum, Deus in pleriſque tum Epiſcopis, tum Potentibus voluit tum oſtendere.

Gregorius quàm cupidus pacis.

Digitized by Google

dere. Cur Pontifex id de Henrico, & Rudolpho ſtatuerit, quod refert Mornæus,

Pag. 252

Nomine veſtro (Petro, & Paulo) omnibus qui fidem ei præſtiterint (Rodulpho) *omnium peccatorum remiſſionem; veniamque in hac & in futura vita concedo.* De Henrico verò: *ob ſuam ſuperbiam regia dignitate depello, ſic Rodulphum propter ſuam humilitatem atque obedientiam in poteſtate repono.*

Gregorius cur exauctorauerit Henricum Rodolphum vero pro legitimo Rege habuerit &c.

HÆc habentur lib. 7. Regiſtri Gregorij VII. poſt Epiſt. 14. Sed videndum, qua de cauſſa, & quam iuſtè; vnde etiam innoteſcet, quàm non perſonæ, ſed iuſtitiæ fauerit Gregorius: *Interea Henricus* (inquit) *cœpit me precari, vt illum contra prædictum Rodolphum adiuuarem. Cui reſpondi, me libenter facere audita vtriuſque partis ratione, vt ſcirem, cui iuſtitia magis faueret. Ille verò putans ſuis viribus eum poſſe deuincere, meam contempſit reſponſionem. Poſtquam autem perſenſit, ſe non poſſe (ſicut ſperauit) agere, duo Epiſcopi, Verdunenſis videlicet, & Oſemburgenſis de conſentaneis ſuis Romam venerunt, & in Synodo ex parte Henrici me, vt ei iuſtitiam facerem, rogarunt: quod & Nuncij Rodulphi fieri laudauerunt. Tandem, aſpirante Deo (ſicut credo) ſtatui in eadem Synodo, in partibus vltramontanis fieri colloquium, vt illic, aut pax ſtatueretur, aut cui amplius iuſtitia faueret, cognoſceretur. Ego enim (ſicut vos teſtes mihi eſtis Patres, & Domini) vſque hodie nullam partem diſpoſui adiuuare, niſi eam, cui plus iuſtitia faueret: Et quia putabam quod iniuſtior pars colloquium nollet fieri, vbi iuſtitia ſuum locum ſeruaret, excommunicaui, & anathemate illigaui, omnes perſonas, ſiue Regis, ſiue Ducis, aut Epiſcopi, ſeu alicuius hominis, qui colloquium aliquo ingenio impediret, vt non fieret. Prædictus autem Henricus cum ſuis fautoribus non timens periculum inobedientiæ (quod eſt ſcelus Idololatriæ) colloquium impediendo excommunicationem incurrit, & ſeipſum anathematis vinculo alligauit, magnamque multitudinem Chriſtianorum morti tradidit, & Eccleſias fecit diſſipari, & totum pœnè Teutonicorum Regnum deſolationi dedit.* Hac igitur ratione iudicauit exauctorandum eſſe Henricum, & iuſtum, ac legitimum Regem ab omnibus habendum Rodolphum, & omnibus illi fideliter adhærentibus abſolutionem omnium peccatorum, & benedictionem impertitur. Quid quod Legati vtriuſque Regis iurauerant ex præcepto Dominorum ſuorum, eos per omnia obtemperaturos iudicio Legatorum Apoſtolicę Sedis? Extant huiuſmodi iuramenta lib. 6. Regiſtri Gregorij poſt Epiſt. 17. An igitur periuro, fœdifrago, ob contumaciam iure ſuo cadenti debuit contra Rodulphum Pontifex ſuffragari?

Verùm obijcit Mornæus (vt breui complectamur, quæ ille fuſiùs nugatur) quod Rodolphus ab Henrico victus occubuit. Nam cum Hildebrandus quaſi ſibi reuelatum prædixiſſet, falſum Regem eo anno moriturum, ſecundum ſuam voluntatem de Henrico interpretans,

Fretus (inquit) *hoc oraculo Rodulphus ſecundò prælium tentat, quin & tertiò, & infælici perpetuò ſucceſſu; vſque dum quartò, extrema expertus non ſolum ſuperatur, ſed amputata dextra, qua fidem Henrico dederat, interit.* Pag. 253

Confictum à Sigeberto hoc oraculum.

PRimùm hoc oraculum confictum eſt à Sigeberto ſchiſmatico; ex quo illud citat Mornæus: Et certò quidem ſciebat Gregorius, ſe iuſtiſſimam cauſſam tueri, Henricum verò ſceleribus niti; inde magna fiducia Deum præſto affuturum defendentibus ſuam cauſſam; aſſerere non dubitauit. Falſum verò eſt, toties ſuperatum fuiſſe Rodolphum. Siquidem anno 1080. commiſſo prælio ab eo fugatus eſt Henricus: & Marianus Scotus Author eſt, vltimo prælio etſi Rodolphus occubuerit, Saxones tamen victoriam reportaſſe. Sed interierit Rodulphus: an ideo cauſſa Henrici iuſta, vel Rodolphi iniuſta? Diuus Bernardus hortatus fuerat Principes, & populos Chriſtianos ad expeditionem Hieroſolymitanam ſuſcipiendam; vbi tamen poſtea contra Infideles infœliciter pugnatum eſt, & ipſi Chriſtiani occubuerunt: an hæc culpa reijcienda eſt in Diuum Bernardum, aut eo iudicandum, cauſſam fuiſſe iuſtiorem infidelium, qui ſuperiores euaſerunt, quàm Chriſtianorum, qui occubuerunt? Habes eius Apologiam lib. 2. de Conſiderat. cap. 1. vbi inter cœtera. *Iudicium hoc abyſſus tanta, vt mihi videar non immeritò pronunciare beatum, qui non fuerit ſcandalizatus in eo. Et quomodo tamen humana temeritas audet reprahendere, quod minimè comprahendere valet?*

Rodolphus quoties ſuperatus.

Rodolphi mors cauſſam Henrici iuſtam eſſe non arguit.

Id illuſtrat repetita hiſtoria ex Iudicum 20. *Peccauit Benjamin, accinguntur reliquæ Tribus ad vltionem, nec ſine nutu Dei. Deſignauit denique ipſe Ducem præliaturis. Itaque præliantur freti, & manu validiori, & cauſſa potiori, et quod his maius eſt, fauore diuino. At quàm terribilis Deus in conſilijs ſuper filios hominum? Terga dedere ſceleratis vltores ſceleris, & paucioribus plures. Sed recurrunt ad Dominum, & Dominus ad eos: Aſcendite, inquit. Aſcendunt denuò, denuòque fuſi, & confuſi ſunt. Ita Deo primùm quidem fauente, ſecundò & iubente, iuſti iuſtum certamen ineunt, & ſuccumbunt. Sed quò inferiores certamine, eò fide ſuperiores inuenti ſunt.* Quis

Digitized by Google

igitur dubitet, etſi Rodolphus occubuerit, cum tamen, Deo iubente, iuſtiſſimum prælium contra Henricum, & ſchiſmaticos iniuiſſe? De eo ita Bertoldus anno 1080. *Henricus in Saxoniam expeditionem iterum parans à militibus Rodolphi itinere vnius diei fugatur, quamuis in eadem congreſſione Rodolphus Rex piæ memoriæ occubuerit. Ille (inquam) alter Machabæus, cum inter primos hoſtium inſtaret, in ſeruitio Sancti Petri occumb re promeruit: & poſtea vno die ſuperſtes, omnibus ſuis ritè ordinatis, ad Dominum migraſſe non dubitatur, Idibus Octobris. De cuius obitu omnes Religioſi vtriuſque ſexus, & maximè pauperes doluerunt. In cuius animæ commendationem Saxones innumerabiles eleemoſynas fecerunt; Erat enim proculdubio pater patriæ, ſeruantiſſimus iuſtitiæ, indefeſſus propugnator Sanctæ Eccleſiæ.* Non mirum igitur ſi adeo infenſus illi Mornæus, hoſtis iuratus Eccleſiæ.

De Rodolphi morte.

De Conuentu Brixinenſi ita Mornæus:

Pag. 253 *Conueniunt ex altera parte anno 1080. Epiſcopi Italiæ, Germaniæ, Galliarum Brixinam, ea Boiorum vrbs, ibique Hildebrandum, ambitionis, hæreſeos, impietatis, ſacrilegij iterum damnant, quoniam,* aiunt, *falſus Monachus, magus, diuinaculus &c.*

Calumnia in Gregorium.

Tot calumniæ, quot verba, quæ tamen Aduerſario haud videbantur ſufficere. Itaque ſubiungit:

Pag. 253 *Sigonius vbi hoc Decretum recitat, addit, manifeſtum Necromanticum, Pythonico ſpiritu laborantem.*

Mornæus imponit Sigonio.

VBi Sigonio imponit, quaſi id ex ſuo ipſe addat; cum compræhendantur hæ calumniæ cum multis alijs Decreto, quod citat, & vocat *ſpurciſſimum*, & ſint meræ impoſturæ ipſorum ſchiſmaticorum, non ipſius Sigonij, viri pij, docti, & Catholici. In eadem Synodo, præſidente Henrico; Gregorium indignum eſſe Sede Pontificia ſtatuerint, inque eius locum VVibertum Rauennatem Pſeudoarchiepiſcopum ab ab ipſo Henrico intruſum, idipſum iampridem omni induſtria molientem ſublegerunt, & Clementem III. appellarunt. Id contigiſſe anno 1081. ex Caſſinate Chronico conſtat, quod ipſum ex Rauennatibus monumentis docet Hieronymus Rubeus lib. 5. Hiſt. Rauennat. qui & impia triginta Epiſcoporum ſeditioſorum ſententia (Annæ, & Caiphæ certè non diſſimilium) ita definitum contra Gregorium ſcribit; cum tamen Mornæus nobis Generalem quendam Epiſcoporum conuentum obtrudat. Item Marianus Scotus 30. dumtaxat Epiſcopos adfuiſſe teſtatur, & Bertoldus anno 1080. *Henricus* (inquit) *congregata multitudine omnium ſchiſmaticorum, ſiue excommunicatorum apud Brixiam, legitimum Papam abiurauit, & Guibertum Rauennatem quondam Epiſcopum, ſed iam triennio à Papa Gregorio irrecuperabiliter depoſitum, & anathematizatum, ſibi non in Papam, ſed in Hæreſiarcham elegit.* Albertus Krantzius lib. 5. Metropolis cap. 21. anno 1085. ſcribit, Franciæ, Siciliæ, Hiſpaniæ Reges Catholicam partem fouiſſe, tuentes veros Pontifices, cum illos Henricus inſectaretur. Vnde conſtat, falſum eſſe, Epiſcopos Galliarum eò conueniſſe, aut in depoſitionem Gregorij Pontificis cum alijs conſpiraſſe. Aduersùs Antipapam, VVibertum ſcripſit Apologeticum Anſelmus Lucenſis Epiſcopus, cuius fragmentum recitat Abbas Vrſpergenſis àd annum 1080. *Vt de Beato Patre noſtro Gregorio hoc dicam, quod de Cornelio ſcripſit Beatus Cyprianus: Factus eſt Epiſcopus de Dei, & Chriſti eius iudicio; de Clericorum penè omnium, & (vt veriùs dicam) omnino omnium teſtimonio; de plebis, quæ tunc aderat, ſuffragio, de Sacerdotum antiquorum, & bonorum virorum collegio, cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Alexandri locus, ideſt, cum locus Petri, & gradus Cathedræ Sacerdotalis vacaret. Quo occupato, & de Dei voluntate, atque omnium noſtrum conſenſu ordinato, quiſquis iam Epiſcopus voluerit fieri, foras fiat neceſſe eſt, nec habet Eccleſiaſticam ordinationem, qui Eccleſiæ non tenet vnitatem. Quiſquis ille fuerit, licet multum de ſe iactans, ſibi plurimum vendicans, probatus eſt alienus, foris eſt &c.* ac licet ſchiſmaticus, eum tamen, qui Guibertum exagitauit, Anſelmum, cogitur fateri, fuiſſe virum literis apprimè eruditum, ingenio acutiſſimum, facundia præcipuum, atque in Dei timore, & ſancta conuerſatione nominatiſſimum; ita vt tam in vita, quàm poſt mortem claruerit miraculis. Proſequitur Anſelmus: *Et cum poſt primum ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnum, qui ſolus debet, eſſe factus eſt, iam non ſecundus ille, ſed nullus eſt.*

Brixinenſis Synodus Gregorium indignum Sede habuit, aliumque ei ſubſtituit.

Impia ſcilicet triginta ſeditioſorum Epiſcoporum ſententia.

Epiſcopi Galliæ ei Synodo, non adfuerunt, nec eius ſententiæ conſenſerunt.

S. Anſelmus Lucenſis Gregorium defendit.

Clemens Imperatorem cum Berta vxore coronat. Pag. 254

BErtoldus anno 1084. *In die Reſurrectionis Dominicæ Henricus ab Hæreſiarcha ſuo Rauennate coronam non gloriæ, ſed confuſionis accepit. Nam huiuſmodi coronator iuxta atteſtationem Sanctorum Patrum non benedictionem, quam perdidit, ſed damnationem, quam habuit, ſuo coronato impoſuit.* Krantzius in Metropoli lib. 5. cap. 21. *Ab eo* (Guiberto) *cum Regina Imperialem benedictionem, ſi non execrationem, accepit.* Obſeruat Hieronymus Rubeus lib. 5. Hiſt. Rauenn. ex Tabulis Eccleſiæ, illum nunquam palam ſe Pontificem Maximum conſcientia deterritum, auſum fuiſſe inſcribere. Hinc ſe modo Clementem, idque ſemel tantùm, cum eſſet in Epiſcoporum conuentu, & Pontificia vacaret Sedes, modo Guibertum Archiepiſcopum, idque perpetuò, affirmabat.

Qualis Henrici coronatio.

Clemens Antipapa nunquam auſus palà ſe Pontificem Max. inſcribere.

Quod

Digitized by Google

Gregoriū ſub finem vitæ pœnituiſſe, quod Henricum fuiſſet perſecutum, cōmentū eſt.

Quod Mornæus refert ex Sigeberto anno 1085. pœnituiſſe Gregorium ſub finem vitæ, quod Henricum fuiſſet perſecutus, merum commentum eſt, quod facile eluditur ex miraculis, quæ edita ab eo referuntur. Immò in Concilio, in Germania apud Nemetenſem Ciuitatem habito, anno 1087. recitatæ ſunt literæ Victoris III. ſucceſſoris Gregorij, quibus iudicium prædeceſſoris ſui in Henricum, & fautores eius confirmauit. Id teſtatur Bertholdus anno 1087. & Dodechinus Abbas continuator Mariani Scoti anno 1085. *Ipſe* (inquit) *Vrbanus venerabilis Papa Gregorij ſcripta, & dicta contra Schiſmaticos habita confirmauit. Henricum & Vibertum Romanæ Eccleſiæ inuaſorem, cum omnibus fautoribus ſuis ab Eccleſia excommunicauit.*

Sigeberti mendaciū.

Vnde perſpicuè mendacij redarguitur Sigebertus, dum ſcribit, Gregorium in obitu pœnitentia ductum, mandaſſe ſuis ſucceſſoribus, Henricum abſoluendum vna cum alijs ſchiſmaticis. His addit Bertholdus anno eodem de miſerando interitu intruſi ab Henrico Pſeudoepiſcopi Patauienſis, quo *certiſſimum ſuæ damnationis exemplum reliquis ſchiſmaticis dereliquit. Vnde nonnulli, qui tam periculoſæ morti eiuſdem ſchiſmatici aderant, compuncti ſunt, qui & poſtea ad legitimum paſtorem redeuntes, veniam, & abſolutionem conſecuti ſunt.* Mornæus:

Pag. 254 *Refert iam, Hildebrandus qualis fuerit, quodque orbis Chriſtiani de eo iudicium ſciſcitari &c.*

Gregorius ſummopere laudatus, e contra Henricus.

OMnes certè Scriptores illius temporis ſanctitatem, & zelum Gregorij ſummopere laudant, quos vide citatos à Bellarmino lib. 4. de Romano Pontifice cap. 13. Et à Sandero lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſ. num. 737. & ſequentibus. Econtra verò Henricum fuiſſe Simoniacum, ſacrilegum, perfidum, & alijs multis flagitijs contaminatum referunt. Mornæus:

Pag. 254 *Ad vitam igitur priuatam, Lambertus Schaffnaburgenſis Hirtzaugienſis Abbas, de Comitiſſa Mathilda eius amica loquens; Hæc viuente adhuc viro ſuo &c.*

PRoducit locum Lamberti, quo teſtatur ille, Gregorium Pontificem non potuiſſe euadere calumnias aduerſariorum occaſione Mathildis Comitiſſæ, quæ eius lateri pœnè comes indiuidua adhærebat, eumque miro colebat affectu, & tamquam Patri, vel Domino ſedulum exhibebat obſequium. Sed primùm conſideremus, à quibus iactatæ ſint iſtæ calumniæ in Gregorium. *Vnde nec euadere potuit* (inquit Lambertus anno 1077.) *inceſti amoris ſuſpicionem, paſſim iactantibus Regis fautoribus, & præcipuè Clericis, quibus illicita, & contra ſcita Canonum contracta coniugia prohibebat, quod die, ac nocte impudenter Papa in eius volutaretur amplexibus, & illa furtiuis Papæ amoribus præoccupata poſt amiſſum coniugem, vltra ſecundas contrahere nuptias detrectaret.* Igitur iſta aduersùs honeſtiſſimam fœminam, & ſanctiſſimum Pontificem euomebant, qui coniugij turpitudine rete Diaboli tenebantur aſtricti Clerici coniugati, cum vxores dimittere cogerentur, ita ex proprio affectu aliena penſantes.

Calumnia in Gregoriū & Mathildem à quibus iactata.

Quā falſa.

Quod adeò portentoſum, & extra omnem veritatis imaginem viſum eſt etiam perditiſſimo illi Bennoni, ſchiſmatico Cardinali, hoſti infeſtiſſimo Gregorij Papæ, vt, cum multa falſiſſima in Gregorium ipſum ſcripſerit, illud in eum obijcere non ſit auſus. Sed videamus, quæ ſubiungit Lambertus, dolo malo à Mornæo ſuppreſſa.

Suppreſſa à Mornæo

Sed apud omnes (inquit) *ſanum aliquid ſapientes luce clariùs conſtabat, falſa eſſe, quæ dicebantur. Nam & Papa tam eximiè, tamque Apoſtolicè vitam inſtituebat, vt nec minimam ſiniſtri rumoris maculam conuerſationis eius ſublimitas admitteret, & illa in Vrbe celeberrima, atque in tanta obſequentium frequentia obſcœnum aliquid perpetrans, latere nequaquam potuiſſet. Signa etiam, & prodigia, quæ per orationes Papæ frequentiùs fiebant, & zelus eius feruentiſſimus pro Deo, & pro Eccleſiaſticis legibus ſatis eum contra venenatas detractorum linguas communiebant &c.* Hæc Lambertus illorum temporum ſcriptor. Extat Epiſt. 47. Gregorij ad Mathildem lib. 1. Regiſtri, qua eam hortatur, vt ad vitam ſpiritualem excolendam in his duobus potiſſimùm inſiſtat, nempe vt ſacratiſſimam Euchariſtiam frequenter accipiat, & erga Dei Genitricem propenſiori amore ſit affecta. *Inter cætera* (inquit) *quæ tibi contra Principem Mundi arma Deo fauente contuli, quod potiſſimum eſt, vt corpus Dominicum frequenter acciperes, indicaui, & vt certa fiducia matris Domini te omnino committeres, præcepi.* An quæſo hæc erant monita Pontificis, inceſto amore erga eam occupati? Sed animales iſti homines, qui non ſapiunt, quæ Dei ſunt (nam vt ait Apoſtolus ad Romanos 8.) *qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt, ſapiunt: qui verò ſecundùm ſpiritum ſunt, quæ ſpiritus ſunt, ſentiunt*, amorem illum, quo proſequebatur ſanctiſſimus Pontifex Mathildem fide, & pietate præſtantiſſimam fœminam, in deteriorem partem interpretantur.

Mornæi mendacia de Mathilde, & Gregorio.

Sunt mera mendacia, quæ ſubiungit, Mathildem nupſiſſe Azoni Marchioni Ateſtano, & Pontificem Gregorium ſoluiſſe matrimonium. Dicimus ſiquidem, Mathildem, de qua nobis ſermo, Bonifacij Comitis Tuſciæ, & Beatricis filiam nunquam nupſiſſe Azoni, & de alia Mathilde intelligendum eſſe, rectè docet Baronius ad annum Chriſti 1070. art. 38. Falſum item, Gregorium in legitima matrimonia ſæuiſſe. Siquidem matrimonia Clericorum, quæ tantopere ſanctiſſimus Pontifex Grægorius deteſtabatur Decretis in ea editis, iſte legitima intelligit, apud quem nulla ratio votorum, aut ſacrorum Ordinum, quorum ſuſceptione ex inſtituto ipſius naſcentis Eccleſiæ quis arce-

Mathildē gubernaſſe Papatum impoſtura eſt.

tur à coniugio. Quod Mathildis Papatum nedum Papam gubernaret, Eccleſiæ bona adminiſtraret, mera eſt impoſtura. Hoc quidem certum, Mathildem fuiſſe deuotiſſimam erga Sedem Apoſtolicam, armis egiſſe pro eius defenſione contra Henricum Imperatorem, licet conſobrinum ſuum, & bona ſua donaſſe Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Sed hic valde impudenter imponit Sigonio, cum dicit, illum non puduiſſe ſcribere, *Gregorium Mathildi in Concilijs ſedem conceſſiſſe*. Hoc enim dumtaxat ſcribit Sigonius lib. 9. de Regno Italiæ anno 1074. *Proximis Quadrageſimæ diebus frequentem Epiſcoporum conuentum in Laterano conuocauit, cui Mathildis quoque, & Giſulphus Salernitanus Princeps interfuit, atque ad eum de Sacerdotijs, de Clericis, & de Normannis, qui Marchiam Firmianam Eccleſiæ ditionis inuaſerant, retulit*. Hoc certè non idem eſt quod concedere ſedem in Concilijs ipſi Mathildi, vt more Epiſcoporum ſententiam diceret. Verùm cùm non modo de rebus Eccleſiaſticis ageretur, ſed & de Normannis inuaſoribus bonorum Eccleſiæ, cum ad ea recuperanda, ſi minus cenſuris Eccleſiaſticis mouerentur, poſſet arma implorare Comitiſſæ Mathildis; vtique & eius præſentiam in eo conuentu non inutilem fore iudicauit.

Mornaus imponit Sigonio.

Sed cum in aliquot Authoribus citandis deinceps aliquantulum Mornæus immoretur, vt, quot poteſt calumnias, ſtruat in ſanctiſſimum Pontificem; illi tamen inſtar omnium eſt vnus Benno Cardinalis:

Pag. 157

Verùm, vnus Cardinalis Benno Archipresbyter Romanus iniquitatis ſub Hildebrando myſteria cæteris meliùs pandat nobis &c.

Qua fides Benoni habenda.

SEd Benno ille Pſeudocardinalis non à Gregorio VII. vero Pontifice, ſed à Pſeudopapa Guiberto, dicto Clemente III. quem Imperator in odium Gregorij conſtituerat, creatus, non vitam Gregorij VII. deſcribendam, ſed impudentiſſima mendacia contexenda, calumnias fabuloſas Orbi obtrudendas ſibi propoſuit, ſchiſmaticorum anteſignanus, cui ideò nullam fidem habemus, tum quòd etiam contrarium ſcribant omnes illius temporis Authores. Impoſturas illius confutatas vide à Bellarmino lib. 4. de Romano Pontifice cap. 13. in quas confutationes fruſtra oblaterauit Mornæus. Et (vt reliqua omittamus, quæ minoris ſunt momenti) docuerat Bellarminus ex Onuphrij libro de Pontificibus, Bennonem non à Gregorio VII. ſed ab Antipapa Guiberto, dicto Clemente III. Cardinalem eſſe creatum. Contra Mornæus:

Pag. 259

Onuphrius ipſe inter Presbyteros Cardinales, ab Alexandro ſecundo Gregorij deceſſore promotos, Bennonem Germanum, nominat, Presbyterum Cardinalem, poſt Eccleſiæ Romanæ Archipresbyterum.

FAteor equidem, inter Cardinales ab Alexandro ſecundo creatos recenſeri Bennonem Germanum, poſtea Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Archipresbyterum; ſed &, quod obſeruauit ipſemet Mornæus, inter Cardinales poſtea ab Antipapa Guiberto creatos recenſetur vnus, Benno nomine: & hic fortaſſe fuit, qui poſtea tot mendacia contexuit in Gregorium VII. Aut ſi ſit ille prior ab Alexandro ſecundo promotus: cum grauiſſimo odio proſequeretur Gregorium Pontificem, & faueret partibus Imperatoris ſchiſmatici; Clementem III. tamquam legitimum Papam veneratus eſt: à quo, cum prius eſſet Cardinalis, Archipresbyter creatus eſt; &, vt videretur iure deiectus ab Imperatore Gregorius, & ſuffectus in eius locum Guibertus, tot in Gregorium legitimum Pontificem mendacia contexuit. Sed mirari ſatis non poſſum impudentiam Bennonis, quòd præter alia, adeò monſtruoſas calumnias in Gregorium comminiſcatur, quas nugatori iſti viſum eſt huic loco inſerere, quod indixerit ieiunium, vt Deus oſtenderet, quis rectiùs ſentiret de Sacramento Euchariſtiæ, Romanane Eccleſia, an Berengarius, ac de corpore Domini ſignum à Deo quæſiuiſſe, quod olim, petente Sancto Gregorio, ad firmandam mulieris fidem contigerat, *quando panis Chriſti formam accepit digiti* (hoc data opera omiſit Mornæus) nec tamen obtinuiſſe; item eundem Pontificem reſponſa diuina quærentem contra Henricum Regem, Sacramentum Corporis Domini, præſentibus, & contradicentibus Cardinalibus, in ignem conieciſſe. Hæc, & plura id genus alia Benno mendaciorum concinnator impudentiſſimus. In Conciliabulo etiam anni 1080. vbi præſumpta eſt depoſitio Gregorij, ſchiſmatici illi impoſuerunt, quod eſſet antiquus Berengarij diſcipulus.

Calumnia Bẽnonis & ſchiſmaticorũ in Gregorium 7.

Quæ quàm ſint aliena ab omni veritate, inde conſtat, quod in Synodo Romana anno 1079. celebrata ſub Gregorio anno illius Pontificatus ſexto, Berengarius Hæreſiarcha iam octogenarius ſæpe reuocatus ad pœnitentiam, & ſæpe relapſus, iterum veniam poſtulauit, & coram omnibus hæreſim abiurauit, ac iureiurando profeſſus eſt Fidem Catholicam de ſubſtantiali conuerſione panis, & vini in veram, & viuificam carnem, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti per conſecrationem Sacerdotis: eidemque præceptum à Pontifice Gregorio, vt nunquam ampliùs ea de re cum aliquo diſputare auderet, niſi cauſſa reducendi eos ad Fidem, quos ipſe peruertiſſet. Hæc extant lib. 6. Regiſtri eiuſdem poſt Epiſt. 17. Quam magnificè, ac ſumma cum laude de veritate, & virtute Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ ſenſerit, ac ſcripſerit, & quanta deuotione erga tantum

tum

Digitized by Google

tum Sacramentum afficeretur, conſtat vel ex Epiſt. 47. lib. 1. ad Mathildem Comitiſſam ſcripta, vbi eam hortatur ad frequenter ſuſcipiendum ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & ad deuotionem erga Sanctiſſimam Dei Genitricem. Sed in ſequentibus Bennoni, & ſibi ipſi aduerſatur Mornæus, ſic enim ſcribit.

Mornæus Bennoni, & ſibi ipſi aduerſatur.

Pag. 259 *Adde dimidiato ferè hoc ſæculo diſputationem de carnali corporis Chriſti in Sacramento præſentia, potiſſimùm feruere ſub Pontificibus Victore & Nicolao ſecundo, incentore præcipue Hildebrando, qui Berengario ſubſignandam proponunt, quod fideles in Sacramento realiter dentibus terunt Corpus Chriſti.*

SI incentor fuit Hildebrandus, vt huic ſubſcriberet propoſitioni Berengarius; quomodo igitur poſtea ſignum à Deo oſtendi voluit, vter rectiùs ſentiret de corpore Domini, Romana Eccleſiane, an Berengarius? An dicet iſte, Gregorium, cùm eſſet Archidiaconus ſub Leone IX. & Nicolao II. qui Berengarij hæreſim damnarunt, ſententiam Romanæ Eccleſiæ de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia aſſeruiſſe, poſtea verò Pontificem factum dubitaſſe, an doctrina Romanæ Eccleſiæ, an verò Berengarij eſſet vera? Sed, vt ſupra dictum eſt, extat huius Pontificis definitio in Synodo Romana anno ſexto ſui Pontificatus pro veritate huius Sacramenti contra hæreſim Berengarij. Nec vero vocamus *carnalem* corporis Chriſti in Sacramento præſentiam eo modo, quo Capharnaitæ, animales homines intelligebant, & quo loquitur carnalis Aduerſarius, qui terrena ſapit; carnem quippe intellexerunt, quomodo in cadauere diſſanatur, aut in macello venditur, de conſecrat. diſtint. 2. cap. *Prima quidem.* Sed dicimus, verè, realiter, & ſubſtantialiter adeſſe præſens corpus Chriſti in hoc Sacramento, & verè conuerti ſubſtantiam panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti. Hæc veritas eſt, aduersùs quam portæ inferi non præualebunt. Quod ſubiungit:

Pag. 259 *Qua tamen Theſis illis hodie hæretica habetur.*

NOn magis nobis hodie hæretica, quàm tum temporis, quando illam profeſſus eſt Berengarius in abiuratione ſuæ hæreſis coram Nicolao II. in Synodo 113. Epiſcoporum, prout habetur de conſecrat. diſtint. ſecunda cap. *Ego Berengarius*, poſt conſecrationem corporis Chriſti in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri; non quod fractio, & attritio dentium referatur ad ipſum corpus Chriſti, quod ibi eſt per modum ſubſtantiæ, & immortale, ac impaſſibile; ſed ad ſpeciem Sacramentalem, ſub qua verè eſt corpus Chriſti; ita enim interpretantur omnes Theologi cum Diuo Thoma 3. p. quæſt. 77. artic. 7. ad 3. Confeſſionem Berengarij, & Patrum loca, ſi quando vſurpent huiuſmodi locutiones. Obſeruat Innocentius III. lib. 4. de Myſterijs Miſſæ cap. 10. Berengarium coactum eſſe vti in ſua Confeſſione nomine contrectationis, fractionis, & attritionis dentium, quia ipſe antea doloſè fatebatur hæc fieri circa corpus Chriſti, ſed poſtea explicabat, *id eſt in ſigno corporis Chriſti*: ideo compulſus eſt fateri eadem fieri non circa nudum ſignum, ſed circa Sacramentum, quod verè, & realiter continet Chriſti corpus.

Quo ſenſu corpus Chriſti in Euchariſtia dentibus teratur &c.

Sed, vt tandem finem imponamus huic controuerſiæ inter Gregorium VII. Pontificem, & Henricum Imperatorem, probatiſſimos certè illius temporis Authores vni Pſeudocardinali Bennoni poſſumus opponere, qui à ſanctitate commendant hunc Pontificem. Leo Oſtienſis lib. 3. Hiſtor. Caſſin. multa de illius ſanctitate loquitur, & cap. 53. meminit viſionis cæleſtis, cuidam Ioanni oblatæ, dum Apoſtolicus Miſſam celebraret, cui dictum eſt: *Vade celeriter, & hoc ipſum auribus Papæ intimato, vt conſtanter vigore Sancti Spiritus, quod cœpit, exequatur*: & hoc ipſum dictum eſt, cum fugiſſet Roma, & perſecutionem pateretur ab Imperatore, & à Guiberto Sedis Apoſtolicæ inuaſore. cap. 64. de obitu illius loquens, illum *venerabilem, ſemperque recolendæ memoriæ* appellat. Marianus Scotus lib. 3. Chronici ab anno 1075. vſque ad annum 1083. ſumma cum laude de eodem ſcribit, & Lambertus ſub finem ſuæ Hiſtoriæ de rebus Germaniæ, Sanctus Anſelmus Cantuarienſis in Epiſt. 8. et initio lib. de Azimo. Sanctus Anſelmus Lucenſis Epiſcopus Epiſt. ad Guibertum Antipapam apud Vrſpergenſem anno 1080. Bernardus Corbeienſis in Apologia pro Gregorio, teſte Trithemio in Catalogo ſcriptorum. Guitmundus lib. 1. & 3 de Sacramento Euchariſtiæ. Item Otho Phriſingenſis lib. 6. cap. 34. eius zelum, & ſanctitatem plurimùm commendat: *Forma gregis factus, quod verbo docuit, exemplo demonſtrauit, ac fortis per omnia athleta, murum ſe pro domo Domini ponere non timuit.* Faſciculus temporum anno 1085. *Ipſe Gregorius fuit vir ſanctus, & multas perſecutiones pro iuſtitia perpeſſus eſt.* Bertholdus eodem anno: *Iam Deus omnipotens Gregorium Papam nolens diutius laborare, immò pro laboribus ſuis dignè remunerare volens, de huius vitæ curriculo eum vocauit. Nam aliquanto tempore grauiter corpore infirmatus, ſed in defenſione iuſtitiæ vſque ad mortem firmiſſimus, Salerni diem clauſit extremum. De cuius obitu omnes Religioſi vtriuſque ſexus, & maximè pauperes, doluerunt. Erat enim Catholicæ Religionis feruentiſſimus inſtitutor, & Eccleſiaſticæ libertatis ſtrenuiſſimus defenſor.* Nauclerus Volum. 2. Generat. 37. *Vir fuit certè Gregorius religioſus, timens Deum, iuſtitiæ, ac*

Gregorius VII. quàm commendatus.

Digitized by Google

æquitatis amator, in aduerſis conſtans, qui præter Deum in his, quæ ad iuſtitiam pertinebant, nihil timuiſſet perficere. Platina ipſe: *Vir Deo gratus, prudens, iuſtus, clemens, pauperum, pupillorum, viduarum patronus, atque vnicus Eccleſiæ Romanæ fortiſſimus & acerrimus defenſor, contra hæreticorum improbitatem, & malorum Principum potentiam, res Eccleſiaſticas per vim occupare conantium.* Alios plures citat Authores in eius commendationem Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 13. quos, vt breuitati conſulamus omittere viſum. Henricus verò, quem Gregorius excommunicauit, qualis tandem extitit? Audiamus Abbatem Vrſpergenſem alioqui Gregorio non nimium addictum. Is anno Domini 1068. *Henricus Rex adoleſcentiæ vſus libertate, Saxoniam ſolam ex omni Romano Imperio cœpit incolere, Principes deſpicere, nobiles opprimere, inferiores ſuſtollere, venatui, luſibus, cæteriſque huiuſmodi exercitiis, pluſquam iuſtitiis faciendis (vt incuſatus eſt) operam dare, filias Illuſtrium quibuslibet obſcurè natis coniungere, priuata præſidia (nimirum Potentibus Regni non ſatis fidens) inſtituere.* Hæc ipſius initia, qui tot Pontifices Romanos, in primis Gregorium poſtea eſt perſecutus. Auentinus, qui fauet partibus Proteſtantium, & quem Authorem plurimi facit Mornæus, lib. 5. Annal. Boiorum anno 1090. *Henricum ſtupris, amoribus, impudicitiæ & adulterij flagraſſe infamia, nec amici* (inquit) *negant.* Marianus in Chronico anno 1075. *Gregorius, querimoniis & clamoribus Catholicorum iuſtis aduerſus Henricum & ſcelerum eius immanitatem auditis, zelo Dei accenſus iam dictum Regem excommunicatum pronunciauit, maximè propter Simoniam. Quod factum Catholicis quidem viris benè placuit; Simoniacis verò, ac fautoribus Regis nimium diſplicuit.* Itaque in Henrico ex Mariano fuit ſcelerum immanitas, at in Gregorio zelus Dei; Gregorij Acta Catholicis placuerunt, Henrici fautores *Simoniaci* appellantur. Trithemius in Chronico Hirſaugienſi anno 1091. hæc refert: *Stephanus Halberſtatenſis Epiſcopus, vir doctus, & ſanctus, ſemper Henrici quarti ſcelera deteſtatus, cum Romana Eccleſia optimè ſenſit. Scripſit ex perſona Comitis Ludouici fidelis Eccleſiæ Romanæ ad VValramum Epiſcopum Naumburgenſem, qui partes Henrici Imperatoris quarti contra obedientiam Summi Pontificis pertinaciter defendebat, Epiſtolam non minus elegantem, quàm prolixam: in qua cunctos errores, crimina, & ſcelera ipſius Henrici Regis tàm apertè deſcribit, vt nulla deinceps potuerint excuſatione negari. Inter cætera verò eiuſdem Epiſtolæ ſic dicit ad VValramum defenſorem Regis ſchiſmatici, & excommunicati: Audi igitur vera, non fucata, audi fortia, non faceta: Omnis, qui dignitates ſpirituales diuendit, hæreticus eſt: Dominus autem Henricus, quem Regem dicunt, Epiſcopatus, & Abbatias vendit. Etenim Conſtantienſem, Bambergenſem, Moguntinenſem, & plures alias pecunia, Ratiſponenſem, Auguſtenſem, & Strasburgenſem pro gladio, Abbatiam Fuldenſem pro adulterio, Monaſterienſem verò Epiſcopatum (quod dicere, & audire nefas eſt) pro Sodomitica immunditia vendidit. Quæ ſi impudenter negare volueris, teſte cœlo, teſte terra, omnes etiam à furno redeuntes ſcioli concludent hoc: Dominus Henricus hæreticus eſt. Pro quibus nefandis malis ab Apoſtolica Sede excommunicatus, nec Regnum, nec poteſtatem aliquam ſuper nos, quia Catholici ſumus, poterit exercere.* Hæc Epiſtola Stephani, ſub nomine Ludouici Comitis ad VValramum extat tota deſcripta apud Dodechinum in Appendice ad Marianum Scotum anno 1090. Sanctus Anſelmus Cantuarienſis eiuſdem temporis Author in Epiſt. ad VValramum præfixa lib. de Azimo, Henricum quartum *Neronis, Domitiani, & Diocletiani ſucceſſorem* vocat. Caluinus ipſe lib. 4. Inſtit. cap. 11. §. 13. *Imperator Henricus huius nominis IV. homo leuis, & temerarius, nullius conſilij, magna audacia, & vita diſſoluta, Epiſcopatus totius Germaniæ habebat in Aula ſua partim venales, partim prædæ expoſitos.* Immò Abbas Vrpergenſis in Chronico anno 1106. de ſchiſmaticis, qui contra Gregorium Henrico IV. & Guiberto Antipapæ adhæſerunt, ita ſcribit: *Fœtet, & reſpuitur, condemnatur, & anathematizatur hæreſis VVigbertina, vel Henriciana. Abdicatis, ſiue fugatis hæreſibus, Catholici Cathedris Pontificalibus deſtinantur, è quibus etiam aliqui inter ipſa feſta conſecrantur. Denique in tantum diuinæ legis ſubitò zelus efferbuit, vt etiam ipſa cadauera Pſeudoepiſcoporum ab Eccleſiis eliminarentur, quotquot autem ab ipſis erant ordinati, vſque ad generalem audientiam ab ipſis ſuſpenderentur. Iam enim exaltatis ſibi diuinitùs Eccleſiæ Romanæ cornibus, ad incutiendum timorem cunctis vſquequaque ſchiſmatum membris, etiam Capitis ipſius oſſa, VVigberti ſcilicet dicti Papæ, de ſepulcro ſuo, quod per quinque iam annos in Eccleſia Rauennenſi poſſederat, proijci fecerat, vniuerſaque eius inſtituta, vt verè non Apoſtolici Sacerdotis, ſed Apoſtatici inuaſoris, annullari decreuerat.* Vbi *Pſeudoepiſcopos* vocat, qui conſenſerant Henrico in depoſitione Gregorij legitimi Pontificis, & ſubrogatione Guiberti Antipapæ dicti Clementis III. Triumphauit igitur tandem Gregorius, & eius ſucceſſores, adeòque Sedes ipſa Apoſtolica, ſeu Eccleſia Romana, de Henrico, ac omnibus ſchiſmaticis, qui omnes in malam rem abierunt. Sed Mornæus in ſua Oppoſitione nobis Henricum, & ſchiſmaticos illos oppoſuit, qui contra interceſſerint, ne Papatus ad tantum faſtigium eniteretur. Verùm vt rectè obſeruat Sanderus lib. 7. de viſib. Monarch. Eccleſiæ num. 755. *Inter hos omnes tumultus, qui ſub Henrico IV. acciderunt, nec ipſe Henricus (nedum alius quiſpiam) Romanæ Eccleſiæ primatum vlla ex parte impugnauit: immò idem Henricus & apud Gregorium Papam interceſſit, vt Rodolphum Regem excommunicaret, & de Paſchali Papa ad Principes Germaniæ dixit: Domino Papa, in præſentia Legati ſui & veſtra, obedire parati ſumus, & nunc parati ſumus ei omnem debitam obedientiam, & reuerentiam in ſince-*

Quis Scriptorum ſenſus de Henrico.

Henricum, nec alium quiſpiā ex ſuis impugnauit primatum Romanæ Eccleſiæ.

ro

ro corde, & deuotione præſentialiter exhibere. Et poſt: *Appellamus, inquit, Romanum Pontificem, & Sanctam Vniuerſalem Romanam Sedem, & Eccleſiam*. Hæc Henricus apud Abbatem Vrſpergenſem anno 1106. Itaque quod ſub finem ſubiungit Mornæus:

Gregorium defendere conatur in omnibus Baronius; quin extremorum alterum ſecutus, Sanctum eum contendit;

vt ex ſupradictis conſtat, id Baronio tot probatiſſimorum, & grauiſſimorum Authorum teſtimonijs fulto facile fuit, & cuiuis idem procliue erit. Et hæc ſufficiant contra præſentem Oppoſitionem quadrageſimamprimam. Sed & primo Antimornæi noſtri Tomo ſufficiant quæ hactenus contra Myſterium iniquitatis Philippi Mornæi diſſeruimus. Quæ igitur ſuperſunt Antidota contra reliquos Progreſſus, & Oppoſitiones eiuſdem Myſterij, hæc Lector ex ſequenti Tomo accipere ne grauetur.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
RERVM NOTABILIVM,
QVAE IN HOC TOMO
CONTINENTVR.

In quo prior numerus reſpondet paginæ, ſecundus ad columnam, literæ A. B. C. D. quæ tertio loco extant, ad columnæ partem, qua quidque continetur, dirigunt, itaut A. eius principium, B. medium ſuperius, C. medium inferius, D. finem demonſtret, perinde ac ſi ſingulæ columnæ viciſſim eſſent his iiſdem notis in quatuor partes ex æquo diſtinctæ.

A

Aron vocatus à Deo, & inſtitutus ſummus Sacerdos. 324.1.D.

Abbo Floriacenſis Abbas in Conciliabulo Rhemenſi pro Apoſtolica Sede ſtetit, & pro ea librum edidit. 494. 1. C. Ruberto Regi diuortium ſuaſit. 496.1.C.

Abraham populum terræ adorauit. 105.2.D.

Abſolutiones peccatorum vnde vim habeant 55.2.A.

Abſorberi quid ſit. 73.1.A.

Abſtinentia a certis cibis non eſt inepta. 401.2.D.

Acacius Conſtantinopolitanus, qualis. 163.2. C.264.1.B. Quid tentauerit. ibid.D.

Acclamationes Synodi Septimæ. 97.1.C.

Accuſatio fit apud ſuperiorem iudicem. 155. 1. A.

Accuſatus, nonniſi in foro ſuo debet audiri. 136. 2. B.

Acta Concilij præter Epiſcopi Romani ſententiam conſtituta, irrita ſunt. 176.2.B.

Acta Sacerdotum irrita, quæ præter ſententiam Epiſcopi Romani conſtituuntur. 89.1.C.

Acta S. Silueſtri deprauata in multis. 167.1 D.

Actardus Nannetenſis Epiſcopus, Trecenſis Synodi Epiſtolam ad Adrianum detulit. 456.2.D. Quomodo ab eo acceptus. 457.1.B. & ſeq.

Actio de dolo malo quali ex cauſſa detur. 94.2.B.

Actori quando probatio incumbat. 89.2.D.

Actus externi in cultu ab internis ſunt diſtinguendi. 146. 2.B.

Adalberti Tuſciæ Marchiones quàm calamitoſi Eccleſiæ. 479. 2 .B. & ſeq. Sergio auxiliati ad Pontificatum invadendum. 482. 1.C.

Adalgiſus Deſiderij Longobardorum Regis filius, capto patre, Conſtantinopolim fugit. 383.2. C. Exercitum in Italiam traduxit. 412.2.D. Captus, & in tormentis habitus expiravit. 413.1.A.

Adalgiſus Dux Beneuentanus contra Ludovicum Imp. ſe erexit. 466.2.C. Timore perterritus multa confingit, & iurat. ibid. Imperatorem decipit. ibid D. in eum conſpirat. 467. 1. A. Detecta fraude ruinam veritus, jurejurando eum ſibi deuincit. ibid.

Adalvaldi Longobardorum Regis, & Arioaldi hiſtoria. 337.1 D.

Adamus Chriſtum ſignificauit. 73. 1. D. Eius peccatum. 90.2.B.

Adorationem latriæ ſibi non vult exhiberi Pontifex Romanus. 104.2.A.

Adoratio Pontificis non eſt cultus latriæ. 365. 2.B.

Adoratio ſacrarum imaginum non eſt Idololatria. 97. 1.D.

Adrianus I. quomodo Carolum Magnum ſuſceperit. 18.2. A. De vniuerſalis Epiſcopi titulo apud Conſtantinum conqueritur. 331.2 B.& ſeq. Sacrorum rituum ſtudioſiſſimus. 386. 1. B. Carolum Magnum Patricium Romanum declaravit. 391. 2. C. Imperatorum fines non invaſit ibid D.& ſeq. An Inueſtituram Epiſcoporum, & alia illi conceſſerit. 392. 1. B. Quos Legatos ad Concilium Nicænum II. miſerit. 396.1.C.

Adrianus II quomodo electus. 453. 2. D. Legatos mittit ad VIII. Synodum. 454.2.B. Baſilium commendat Imperatorem. ibid. 2. D. Cuiuſmodi libellum Legatis ſuis in VIII. Synodo præſidentibus tradiderit. 455. 2.B. Cujus fuerit libellus. ibid. D. Arbiter, & cuſtos pacis. 456. 2. A. Iure conqueſtus de Epiſcopo, & Clericis ad Bulgaros miſſis. 460.1.B. 473.1.C. Rhemenſem Archiepiſcopum, & Carolum Regem increpat. 461 2. C. Legationem pro Lotharij Regno ad eum mittit. 462. 1. A. & 2.A.

Adriani III. Pontificatus qualis, & quæ decreuerit. 475. 1. D.& ſeq.

Adrianus IV. quomodo ſuſceptus à Friderico primo. 18. 2. B.

Adrianus Thebanus ad S. Gregorium appellat, &c. 325. 1.B.

Aduerſarius, & Iudex idem poteſt eſſe, vbi de Iuriſdictione agitur. 136.2.D.

Aeneas Trojanorum Regnum fundauit in Italia. 102. 1.D.

Aerius hæreticus ordinem hierarchicum confundebat. 25. 1.C. Eius error. 50. 2.C.54.2.C.80.2.D.

Africana Eccleſia an poſt Concilium ſextum Carthag. diuiſa fuerit à Romana. 226 2. C. D.

Africani Patres an in ſecunda ſynodo Carthag. fuerint. Pontifici Romano oppoſiti. 209. 1. D. Quales in ipſum

ſum

ſum fuerint. 219. 2. C. & ſeq. 220. 1. D. Quid quoad appellationes optarint a Romano Pontifice. 221. 2. B. & 223. 1. B. Appellationes ad ipſum non omnino prohibuerunt. 217. 2. D. Cur poſtularint omnia judicia terminari in Africa. 228. 1. A.

Agapetus Pontifex Anthimo Conſtantinopolit. Epiſcopatum abrogauit, eique Mennam ſubſtituit. 258. 1. B. & ſeq. 304. 2. B Quam ob cauſſam. 197. 2. C. D. Primus ipſum condemnauit, tum Synodus eius ſententiæ ſubſcripſit. 301. 2. D. & ſeq. Cur Conſtantinopolim profectus. 299. 1. D. Patratum ab eo miraculum. 298. 1. B. C.

Agapitus II. qualis fuerit. 483. 2. A.

Agathenſis Synodus cujus permiſſu celebrata. 273. 1. D.

Agatho Papa quomodo Vrbem Romam nominet. 348. 2. C. Eius Epiſtola. 342. 1. D. & 2. D. probata à toto Concilio. 345. 1. B. Sextam Synodum cur indixerit. 355. 1. D. Quomodo Imperatori obedientiam profiteatur. 355. 2. B. Cur Synodum Romæ conuocauerit. 357. 1. A. Quos Legatos ad ſextam Synodum miſerit. 358. 1. A.

Ageſilai dictum inſigne. 8. 2. B.

Agnes Imperatrix, an Cadolum Parmenſem Epiſcopum in Antipapam eligi voluerit. 516. 2. A.

Ahias Silonites Regnum decem Tribuum Hieroboamo promiſerat. 491. 1. D.

Aimoynus Monachus qualis fuerit. 458. 1. C. D.

Aiſtulphus Longobardorum Rex Romanæ Eccleſiæ infeſtus, & perjurus. 381. 1. C. Carlomannum ad Pipinum fratrem Legatum mittit. 391. 1. B. C.

Alaricus Gotthorum Rex Agathenſem Synodum fieri permiſit, non iuſſit. 273. 1. D.

Alaricus, Roma capta locis Martyrum, & Baſilicis Apoſtolorum maximum honorem deferri juſſit. 9. 2. C.

Albigenſes nomen Eccleſiæ ſibi tribuebant in Gallia. 29. 1. C. Quando exorti, 64. 2. B. Quando extincti. 64. 1. C. Eorum errores ibid. D. 67. C. & ſeq. impudentia. 65. 1. A. B. nefanda facinora ibid. C. fautores ibid. D. ope diuina profligati. 65. 2. B. Longè diſcrepantes à primigenia Eccleſia. 67. 1. C. Quare cæſi. 68. 1. D.

Alcimus à Demetrio ſacerdos conſtitutus ſuos facilius decepit. 45. 1. A.

Alexander Alexandriæ Epiſcopus de Arrio ſcripſit ad Silueſtrum. 162. 2. C. & ſeq.

Alexander Macedo Perſarum Imperium euertit. 7. 2. D. Danielis liber à Iaddo Pontifice illi oblatus, 8. 1. A. Deum in Iaddo adorauit 105. 2. B. 107. 1. B. 324. 1. A. Eius milites ob defectionem Lunæ turbati. 71. 1. D.

Alexander II. Pont. quando & quomodo in Pontificem electus. 516. 1. D. Agnitus verus Pontifex. ibidem 2. D. 526. 1. D. Dæmoniacum liberat. 517. 2. D. Claudam ſanat. 518. 1. A. In Mantuana Synodo obiectum ſimoniæ crimen Sacramento purgat. 516. 2. A.

Alexander III. Pontif. quomodo à Galliæ, & Angliæ Regibus ſuſceptus. 18. 2. B.

Alexandrina Sedes cur Apoſtolica. 260. 2. C. ejus Epiſcopi cur ad Romanum confugerint. ibid. D.

Alexandrinæ, & Romanæ Eccleſiæ peculiaris nexus. 261. 1. A.

Alexandrini Epiſcopi electio minimè rata, niſi confirmata a Rom. Pontifice. 261. 2. D. Vnde, & qua occaſione Phrigium, & Mitram acceperit. 228. 2. D. 229. 1. A. An etiam appellationem Papæ, & iudicis totius orbis vna cum ijs acceperit. 229. 1. A 231. 1. C.

Allegoria Mornæi de Palladio, & equo Troiano. 95. 2. A.

Allegoriæ mediocritatem habere debent. 101. 2. A.

Allegoricæ expoſitiones in Mornæum retortæ. 102. 1. A.

Allegoricè poſita quando quis pro ſe interpretari poſſit. 73. 2. A.

Allegorici ſenſus vis in argumentis. 9. 2. B.

Alleluiah, vox Hebræa ſectarijs non vſitata. 111. 1. D. 2. A.

Altare eſt ſedes corporis, & ſanguinis Chriſti. 78. 1. D.

Altaria in memorijs martyrum conſtituuntur. 275. 2. B.

Alypius Epiſcopus Thegaſtenſis quid reſponderit in Concilio Africano. 219. 2. C.

Amalaſuntha Theodorici filia cujus juſſu, & quare interfecta. 299. 2. B.

S. Ambroſius quomodo electus Epiſcopus 194. 1. D. Omnes in ſenſu allegorico vicit. 101. 1. C. Eius ſententia de Eccleſia Romana. 115. 1. B. Quanti fecerit Eccleſiæ Romanæ judicium. 140. 2. A. 197. 1. B. Præfectos, & Conſules conuiuijs excipiebat. 187. 2. B. Cujus authoritate ſcripſit de lapſis ad Patres Concilij Toletani. 218. 2. D.

Ammianus Marcellinus primatum Romani Pontif. Ethnicus agnouit. 245. 2. B. Chriſtianæ Religionis, & Pontificis ſplendor ei, vt & cæteris Ethnicis inuidiam mouit. 187. 2. B De Pontifice non ita impudenter locutus, vt Sectarij huius temporis. 186. 2. D.

Anabaptiſtarum error. 3. 2. B.

Anaſtaſius Pont. Origeniſtas damnauit. 202. 2. B. & 203. 1. A. Concilium Carthaginenſe indixit. 217. 2. A. & ſeq. Ejus admonitio ad Epiſcopos Africæ qualis eſſet. 218. 1. A. De cultu ſacrarum imaginum quid ſenſerit. 389. 1. B. Calumniæ ab hæreticis ei impoſitæ eiuſdemque defenſio. 266. 1. A. B. 269. 2. B. C. D.

Anaſtaſius Cardinalis cur, & à quo depoſitus. 423. 2. D.

Anaſtaſius Imperator à Symmacho excommunicatus. 269. 1. A. 272. 1. C. 278. 2. A. Quid egerit contra Ennodium. 271. 1. B. hæreticus fuit Eutychianus. 278. 1. A. Quomodo ſe geſſerit cum primis Legatis Hormiſdæ. 279. 1. D. Quomodo cum poſterioribus. 279. 2. B. C.

Anaſtaſius III Pont. qualis. 482. 2. B.

Anathema qui ſit. 44. 2. B.

Anathemate percuſſi Imperatores à Pontificibus 56. 1. A.

Anatolius Epiſcopus Conſtantinopolitanus callidè Canonem de priuilegijs Eccleſiæ ſuæ impetrauit 244. 1. C. 2. B. Coactus eſt intra proprios limites ſe continere. 243. 1. A. 248. 1. C. Apud Leonem Pont. ſe de ambitu excuſauit, ab eoque receptus fuit in gratiam. 248. 1. C. Quam condicionem Leo requiſierit ad eius confirmationem. 262. 1. A.

Andreas Coloſſenſis Epiſcopus pro octaua Synodo diſſerit. 458. 1. C.

Angelorum peccatum ſuperbia. 90. 1. C. 91. 2. D.

Angilbertus Archiepiſcopus Mediolanenſis ab Eccleſia Romana diſceſſit. 425. 2. C. D. Cur. 426. 1. A.

Angliæ Rex Anglicanæ Eccleſiæ caput ſe eſſe dicit. 5. 1. D. Meritò Magnus appellatur, quia in eo omnia magna, religione excepta. 8. 2. B.

Anima eſt corpore nobilior. 22. 1. C.

Animalia muta meliora hæreticis. 70. 2. A.

Annales Eccleſiaſtici Baronij, & Bellarmini controuerſiæ Regum jura non offendunt. 4. 1. A.

Anni Pontificum variè deſcripti. 434. 1. C.

Anno Colonienſis Archiepiſcopus conqueſtus de Alexandri II. electione. 516. 2 C. Concilium poſtulauit, & obtinuit ibid. Non tamen illi præſedit. 526. 2. A.

Anſelmus Lucenſis Gregorium. VII. defendit contra Clementem tertium. 534. 2. A. Qualis vir fuerit. ibidem C.

Anthimus ab Agapeto depoſitus. 199. 2. B. Cur. 297. 2. C. D.

Antichriſtus omnium malorum caput. 1. 1. D. Re ipſa venturus, & eius opera. 56. 1. C. Iuge ſacrificium ab Eccleſia tollere conabitur. 63. 1. D. Futurus eſt ſingularis homo. 94. 1. A. ſi cœtus quidam, quis cenſendus ſit. 117. 2. A. Reædificaturus eſt Templum Hieroſolymitanum. 104. 2. B. Qualis futurus. 107. 2. D. 114. 2. A. 115. 1. D. 115. 2. C. 106. 1. D. Quomodo aliquando deſcriptus ſit caput, & corpus. 116. 2. D. Quando reuelandus. 117. 1. A. & ſeq. Ejus Sedes vbi. 117. 2. B. Vnde naſciturus. 116. 2. B. & 118. 1. B. Quot annis regnabit ibid. Chriſti nomen ſuſcipiet. 118. 2. D.

Antiochena Sedes cur Apoſtolica. 260. 2. C. Ejus Epiſcopi cur aliquando ad Romanum confugerint. ibidem. D.

Antiocheni Epiſcopi electio à Romano Pontif. confirmanda. 261. 1. D.

Antiochus expreſſa figura Antichriſti, & hæreticorum. 103. 1. D. & 119. 2. C.

Antipapæ adulteri. 28. 1. C.

Antiquitas eſt nota veræ Eccleſiæ, & certiſſimum veritatis argumentum. 15. 1. B.

Antiquitas Eccleſiæ Catholicæ Nouatoribus oppoſita. 24. 2. D.

Digitized by Google

Antiſtes primæ ſedis, quid includat. 303.2.D.

S. Antonius prævidit mala ex Ariana hæreſi impendentia, iiſque ingemuit. 32. 2. B. Ipſum in Aegypti ſolitudine degentem Deus latere non permiſit. 63.2. D. Monaſticæ vitæ cultor, & propagator fuit. 85.1.D.

Apes ex floribus mel, Veſpæ venenum conficiunt. 81. 1.D.

Apiarius Præsbyter cur ad Africanos Iudices remiſſus. 220. 2. C. D.

Apocalypſis liber infinita futurorum myſteria continet. 104.1.C. Recipiendus eſt ab omnibus. 344.2.C.

Apocriſarij miniſterium vnde cœperit. 333.1. A. qui ſint. ibid. B. quæ nominis acceptio. ibid. C.

Apollinaris hæreticus damnatus à Damaſo. 192.2. A. Cur. 202.1.B.

Apologia Leodienſis quando, & à quibus facta. 537. 1.A.

Apoſtatæ Lucifero ſimiles. 90.2.A.

Apoſtoli Spiritu Sancto repleti cur linguis omnium loquebantur. 37.1.A. Epiſcopos per Ciuitates ordinabant. 40.2.D. Quos & quales Canones ediderint. 124. 1. A. Iudaicos mores ab initio tolerarunt. 127.1. C. Poteſtate fuerunt pares, & impares Petro. 120.2. B. 133.2. A. 546.1. A. Petri poteſtas ordinaria, cęterorum Extraordinaria ibid. B. A Simone Mago decepti. 202. 1. D. Vel fuerunt virgines, vel poſt nuptias continentes. 210. 2. D. Cur à Regibus non petierint, vt pro Religione aduerſus illius hoſte a leges ferrent. 251.1.C.

Apoſtolica Cathedra ſemper Veneranda. 477.2. A. 478.1. C. & ſeq. 484.1.A. Eius principatus ſemper viguit in Eccleſia Romana. 45.1.C. 150.2.D.

Apoſtolicæ Sedes vnde dictæ. 260.2.C.

Apoſtolica Sedes per Antonomaſiam intelligitur Romana. 209.2.B. & 273.2. C. 357.2. D. Ea nunquam à recta fide deviavit. 342.2.D. Licet Latina ſit, multis tamen in locis, pro ratione patriæ, Græcos Sacerdotes conſtituit. 459. 2.D.

Appellandi ſpatium decem dies. 318.2. A. Appellandi vox occurrit ante Sardicenſe Concilium 180.2. A. Appellandi vſus ad quid neceſſarius. 132.2.A. & 255.1.C.

Appellant Romã damnati à ſexta Synodo. 362.2. D. Poterat tamen eorum appellatio non admitti. 363.1.C.

Appellare quis propriè dicatur. 200. 2. D. Appellare ad Romanum Pont. quibus conueniat. 136. 1. B. Poſſunt Epiſcopi iniuſtè damnati. 178.1. A. Poſſunt omnes 221. 1.A. 265.2.D. Ex Gallia etiam. 408. 1. D. neque id eſt Caroli Magni inſtitutum ibid. 2. D. Solitum appellari ad ipſum à quouis Concilio 318.1.C. Epiſcopi Græcię ad eundem appellarunt. 30.1. A. Quibus licuerit appellare ad Patriarcham Conſtantinopolitanum. 180. 1.C. A quibus appellare non liceat. 220.1.D.

Appellatio eſt ad ſuperiorem, non ad arbitrum. 175. 1. B. Appellatio quid ſit. 201. 1.A. Ejus vſus antiquiſſimus ibid. Quo iure introductus ibid. Appellatio forenſis quæ 255.2.B.

Appellationis remedium ad quid inſtitutum. 363.1.C. Appellationem nulla Reſpub. tollit. 132.2.B.

Appellationes ægrè latæ à S. Cypriano 132. 1. D. Quæ 136.1. A. Quæ item ab Epiſcopis Galliarum. 409. 2. B. Quales appellationes ad Apoſtolicam Sedem optaſſent Africani Patres. 220.1. B. Appellationes ad Romanum Pontificem veteribus cognitæ. 241.1.A.B. 441.2. C. 452. 2.C. Appellationum exempla ſunt legibus conſentanea. 225. 2. D.

Aqua baptiſmi corpus tangit, & cor abluit. 77.1.B.

Aquas quaſdam dulces inter ſe ſupernatare alias, inter aquarum miracula. 72.1.B.

Aquileienſis Patriarchatus origo. 311.2. A. Ex decreto Pelagij Pont. tranſlatus ex Aquileia in Inſulam Gradi. ibi. B.C. Quam ob cauſſam. ibid.

Aquilejenſis Synodus Eccleſiæ Romanæ ſe ſubijcit. 314. 1. B. Quando. ibid.

Aquilejenſium Patriarcharum, & Gradenſium inter ſe ſchiſma. 336.2. B. ſublatum. ibid. C.

Aragiſo Deſiderij Regis genero Beneuenti Ducatum Carolus Magnus permiſit. 391.2.C.

Arcadius Imperator pro ſe, & Eudoxia conjuge abſolutionem rogat, ſeque excuſat. 207.1 B.

Archipontifex quid ſignificet. 283.2.D.

Argumentari à ſenſu myſtico quando liceat. 73.1.A. Quando ex conſuetudine. 157.1.B.

Argumentum ab aduerſarij teſtimonio ſit miſſimum. 109. 2.B. Ab authoritate negatiuè non valet. 148. 1. B.

Arialdus cum ſocijs contra Nicolaitas, & Simoniacos Mediolani decertat. 520. 1. D. Martyrio coronatus. 521.1.A.

Ariminenſe Concilium cur declaratum, irritum, & illegitimum. 30.2.A.

Aripertus Longobardorum Rex Alpes Cottias Eccleſiæ Romanæ reſtituit. 370.1.B. 412.1. D. Ejus impia facinora. 370. C. D. Qua in re laudatus. ibi. Indigna eius mors, ægrè tamen lata ab omnibus. ibid.

Arrij nomen à furore deductum. 6.1. A. in eius cauſſa eluxit Romani Pont. authoritas. 162.1.B.

Arriana hæreſis reuelata S. Antonio. 32. 2. B. Ea graſſante quot mala euenerint 61.1.B. Eadem fuit potiſſima cauſſa Nicœnæ Synodi. 166.2.C.

Arriani primùm de ſua multitudine, poſtea de paucitate gloriabantur. 16.1. B. Ipſorum conatus contra Athanaſium 168.2.A. In huius cauſſa cognouerunt legitimum eſſe iudicem Romanum Pont. 175.2.C. Mornæi Eccleſia cum Eccleſia Arrianorum collata. 67.2.B.

Arnulphus Aurelianenſis Epiſcopus in Romanos Pontifices deblaterat. 493.2.C.

Arnulphus Imp. à Formoſo Rom Pont. coronatus. 476.2. C. ſtrages maximas de Sergianis fecit. ibid. D. Ejus coronatio cur reſciſſa à Ioanne IX. 478.1.B.

Arnulphus Rhemorum Archiepiſcopus an Regni proditor. 491.1. B. A proditionis crimine vindicatur ibid. D. Iniuſtè è Sede ſua expulſus. ibid. 2. D. Quomodo. 492. 1.A. & 493.2.C.

Artemonis error. 122.1.B.

Arvernenſe Concilium Nationale fuit. 308.2.A.

Athalaricus Gothorum Rex rogatu Romani Pontif. legem ſanxit adverſus Simoniacos. 289.2. D. Laicos ſcilicet. 190.1.A. Ad Romani Pontif. & Cleri ſupplicationẽ relaxat legem Valentiniani II. contra Eccleſiaſticos. ibi. C. Ne ſcilicet qui diuinis myſterijs inſeruiunt, litibus forenſibus occupentur. ibid. 2. B. Romanam colit Eccleſiam licet Arrianus. ibid. 2. C. Toculum Romanum Patricium creat. 391.2.D.

S. Athanaſius Alexandrinus, ad Romanum Pontif. appellauit. 30.1.A. Quid de ipſo ſenſerit. 58.1. C. Ab Arrianis exagitatus. 168. 2. A. Synodum indicit Alexandriæ. 184. 1. B. Authore Liberio Romano Pont. ibid. D. Conſtantium Imp. cognoſcere de fide volentem, Antichriſtum vocat. 247.2.A.

Athenienſes ſcripto iure vtebantur. 97.1.A.

Athenienſes ſcholæ quando reſtitutæ. 436. 2. C.

Attilæ Romam contendenti Leonis Pontificis eloquentia perſuaſum eſt, vt regrederetur. 9.2. C. Leonem honorauit. 105.2.C.

Attiniacenſis Synodus de quibus egerit. 461.1.C.

Auaritiæ mala. 147.1.A.

S. Andoenus Rothomagenſis Epiſcopus, qualem hæreticum in Concilio Aurelianenſi condemnarit. 347. 2.C.

Auentini collectanea à Mornæo conficta. 276.2.A. Auentinus qualis Author. 525.1.D. & ſeq 527.1.B. & ſeq. Multa Gregorio VII. imponit. 529 2.C.

Auerrois impium iudicium de Religione Chriſtiana. 22. 2.C.

S. Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis judicium de Fauſto Manichæo. 6 2. B. Quid illum retinebat in Eccleſiæ Romanæ gremio. 14.2. A. & 15. 1.C. & 16.2.B. & 74.1.A. Continuam Epiſcoporum Romanorum ſeriem ad Apoſtolum Petrum deducebat. 41. 2. D. Eius iudicium de Romana Eccleſia. 58.1.C. 115.2.D. De dignitate Romani Pont. 116.2.A. 214.1.C. 225.2.B. De Cypriani ſententijs, ſi quid poſtea ijs contrarium Eccleſia decreuit. 142. 2. B. & ſeq. ſcripta ſua ſubiecit examini Romani Pontificis. 267.2.B.

B. Auguſtinus Monachus S. Gregorij Legatus in Anglia. 322.2. D. & ſeq. vt Anglis Euangelium prædicaret 350. 1. D. Quomodo cum ſocijs precatus ſit pro ipſorum ſalute. ibid. Miracula apud eoſdem operatus eſt, multoſque

ad

ad Euangelium conuertit. 551. 1. B. Cur S. Gregorius noluerit ipſum exercere iuriſdictionem in Eccleſias Galliæ. 323.2.D.
Auguſti duo ſimul eſſe poſſunt, non ſic autem duo Romani Pontifices. 259.2.C.D.
Auguſtulus Oreſtis filius electus Imperator. 274.2. C.
Avitus Viennenſis in Gallia Narbonenſi Vicarius ab Hormiſda conſtitutus 277.1.C. Hormiſdam Vniverſalis Eccleſiæ præſulem fatetur. ibid.D.
Aurelianenſis Synodus prima à quo, & cuius conſilio convocata. 273.1.D.& ſeq.
Aurelianenſis ſecunda habita anno 22. Childeberti Regis Francorum Nationalis fuit. 308. 2. A. à quo conuocata. ibidem. Nihil habet commune cum Eccleſia Mornæi ibid. B.C.
Aurelianenſis celebrata ſub Rege Roberto, item Nationalis 507. 2.C. In eo nulla noua hæreſis condẽnata. 508. 1.A.
Aurelianus Imperator primatum Romani Pontificis vel Paganus agnouit. 145.2.A.
Aurelius Carthaginenſis eodem ſæculo vixit, quo Chryſoſtomus. 205. 1.A.
Author reformatæ Mornæi Eccleſiæ meritò quæritur à Catholicis. 16.1. C.
Authoritas Vetuſtate firmata D. Auguſtinum in gremio Eccleſiæ Catholicæ iuſtiſſimè retinebat. 15.1. C. 16. 2. B.
Authoritas Apoſtolicæ Sedis, in omnibus ſalva eſſe debet. 157.1.C.
Authoritas Romani Pontificis quo ſenſu aucta ſub Iuſtino Imperat. 281.1.A. Ab omnibus, qui ſalvi eſſe velint, agnoſci debet, 324. 2. B. A tribus Africanis Concilijs agnita. 145.2.A.
Autocephalia quid ſit. 355.2.C.
Auxentius Arianus à Damaſo damnatus. 192.1.A.
Axioma vulgatiſſimum apud ſectarios, nihil credendum, niſi quod ſcriptum. 71.1.A.

B

BAchillus Corinthiorum Epiſcopus. 126. 2. C.
Balduinus Flandriæ Comes Nicolai I. opera conciliatus cum Rege Galliarum. 441.1.C.& ſeq.
Balſamonis iudicio Mornæus ſubijcitur Eccleſiæ Romanæ. 153.2.D.155.1.A. Quæ fides illi debita. 178.2.C. Ludificatus ab Iſacio Imp. ibid. D. Male affectus erga Romanam Eccleſiam. 131. 1. D.
Baptiſmus parvulorum eſt traditio Apoſtolica. 96.2.A. Ab hæreticis collatum, non eſſe repetendum, eſt etiam Apoſtolica traditio. 96.2.B.
Baptiſmus ſanguinis, & flaminis. 471.2.B.
Bardas Cæſar Athenienſes ſcholas reſtituit. 436.1.C. Schiſma in Eccleſia Conſtantinop. concitauit. 449. 2. B. Ob inſidias Baſilio ſtructas, ab ipſo miſere interfectus. 451. 2. C. Huiuſmodi morte ſe ex ſententia S. Petri plectendum eſſe, iam ante ſeminauerat. ibid.C.D.
Barlaami ſententia de primatu Sedis Apoſtolicæ. 257. 1. C. 436.2.A.
S. Bartholomeus Abbas Cryptæ Ferratæ Benedicto I X. Pontif. perſuaſit, vt Sedem dimitteret. 500. ibidem 2. B.
Baſilicæ ſine Apoſtolica præceptione conſtrui nequeunt 442.1.D.
Baſilides Aſturicenſis Epiſcopus, lege de Libellaticis poſtulatus, & conuictus, è Sede deiectus. 131.1. B. Ad Pontificem Romanum confugit, ſed ipſum ſefellit. ibidem, 2.B. Pontifex ipſum reſtitui ſuæ ſedi iuſſit. ibid.2. B. Cur reſtituendus non fuerit, ibid.C.D.
Baſilij Præfecti Prætorio Edictum de rebus Eccleſiaſticis. 270.1.A. Quando, & cur abolitum. ibid.B D.
Baſilij Ancyrani ſententia de qualitate cultus Sanctarum Imaginum. 389.2.D.
S. Baſilius Magnus Monaſticæ vitæ cultor fuit, & Monaſticas leges edidit. 85.2.A. Quantum tribuerit Romano Pont. 58.2.D. 190.1 A.& ſeq. Quod aliquando carpſerit Eccleſiam Romanam, condonandum id illi eſt. ibid. D. Aliquando faſtus, & ſupercilij, ſed ab iniquis, & acerbis iudicibus, reprehenſus. ibid.2 A. Aliquando etiam per calumniam habitus hæreticus. 191. 1. B. An ob huius rei famam Damaſus de ipſo idem ſenſerit. ibid. Aliquando etiam ei obiectum, quod per literas cum Apollinari communicaret. ibid. Occidentalium fides magis quam Orientalium ab ipſo commendata, ibid.2.C.
Baſilius Imperator diuinitùs ad Imperium euectus, 459. 1.A. ſenatus, cohortum Imperialium, totius exercitus, multitudinis Vrbanæ ſuffragijs proclamatus Imperator. ibid. 1. D. Cur Michaelem Imperij conſortem interfecerit. 454.1.C. 459.1.C. Ob eius necem aditu Templi à Photio prohibitus. 454. 1. D. Iuſtène, an iniuſtè, ibid.2.A. Legatos ad Pontificem Mittit de Concilio Generali contra Photium habendo. ibid. Cur Legatus ad id miſſos à Pontifice præſidere Concilio permiſerit. 455.1. D. & ſeq. Photium authoritate congregati Concilij è ſede exturbauit, in eiuſque locum reduxit Ignatium iniuſtè depoſitum. 454.2.B. Ob id non ſolum ab Adriano Pont. verum etiam à Scriptoribus Græcis laudatus. 455. 1. B. C. Profeſſus eſt primatum Romanæ Eccleſiæ. ibid.2. A. 474. 1. C. An à Legatis Romanis ob Michaelis cædem ſubmouendus fuerit ab Imperio. 459.1.B. Græcorum verbis commotus reditui Legatorum Romanorum minus cauit, vt in Sclauos inciderint. 460.1. B. Qui tamen eiuſdem opera poſtmodum ab ijs liberantur. ibid.C. Pro Photio intercesſit apud Romanum Pont. eiuſque reſtitutionem obtinuit. 473.1.C.
Baſſianus Imp. quoties mentio fiebat, aut imagines videbat Getæ fratris, quem occiderat, lachrymabatur. 52. 2.A.
Bellarminus iurium Principum aſſertor. 5.2.B.
Bellum Pontificis, & Caroli Magni contra Longobardos iuſtum. 383.2.D.
Benedicti II. ſanctitas, & tituli. 365.1.C.
Benedicti I I I. Papæ electio, & conſecratio qualis. 437. 1.C. D.
Benedictus IV. qualis fuerit 482.1.A.
Benedictus V. à quibus creatus Pontifex. 485. 2. D. Cur ſponte Leoni VIII. ceſſerit 486.1.C. In Germaniam ab Othone I. ductus, ibid. D. Ejus oſſa ex Germania Romam tranſlata ſub Othone III. agnituſque tandem verus Pontifex. ibid.2.A.
Benedictus VI. cui in Pontificatu ſucceſſerit. 488.1. C. à Bonifacio Francone ſceleſtiſſimo viro captus, coniectus in carcerem, & ſtrangulatus. ibid.D.
Benedictus VII. vir optimus. 488.1. D.& ſeq.
Benedictus V I I I. Henricum Imp. quando coronaverit. 499. 1.D. Eiuſque conjugem. ibid.2. A. Saracenos fermè Italia expulit. ibid. Odilonis precibus à Purgatorij penis liberatus. ibid. Ejus lex quoad ſuſceptionem imper. 501 2.B.C. Non eſt execrandus. 505.2.B.
Benedictus IX. qua ætate creatus Pontifex. 499 2. D. Palliũ Pontificibus Hamburgenſibus conceſſit. 500. 1. A. Expulſus, Reſtitutus, Pontificatu cedit, ibid. B. 500. 2. A. Dimiſſam Sedem repetit. ibid. B. Apparet poſt obitum figura horribili. 501.1.C.
Benedictus X. Pontifex illegitimus. 511. 2. D. A quo conſecratus. 512.1.A. Cedit Pontificatu. ibid.D.
S. Benedictus Archiepiſcopus Mediolanenſis Epiſcopum Ticinenſem vendicare ſibi ſtudens ſub ſua iuriſdictione ſuffraganeum, conſultò Romam petit. 373.1. A. Id non obtinet. ibid.
Beneficiorum pluralitas ab Eccleſia Romana damnata. 503.1.A.
Benno ſchiſmaticus author fabulæ de Silueſtro II. Pontificatum Magicis artibus adepto. 498.1.B. Gregorij VII. anteceſſores iniquè vt maleficos damnauit. ibid. Cur hæc. ibid. A quo creatus fuerit Cardinalis. 536. 1. C.& ſeq. Ejus, & ſchiſmaticorum calumniæ in Greg. V I I. ibidem. 2. B.
Berengarius Imp. à quo inunctus. 483.1.A.
Berengarius Sacramentariorum parens aſſiſtentem circumferebat Dæmonem. 78.2.B. Qualis vir ibid. Ad iudicium Apoſtolicæ Sedis ter hæreſim ſuam abjuravit. 181. 1. B. 513.1.D. 536.2.C.
S. Bernardus Abbas Claræuallenſis ſtrenuè defendit Eccleſiam Romanã. 75.1.B. Eius Doctrina qualis. 82.2.D. Sententia de Romano Pontifice. 117.1.C.D. Laudes. 119. 2.A. Galliam nobilitavit. 293.1.B.
Berta Deſiderij Regis filia à Carolo Magno repudiata. 383. 1.C.

Digitized by Google

Beſer fidei refuga Leonem Imperatorē ſeduxit. 60.1.A.
Beſtia prima Apocalypſis non eſt Imperium, nec ſecunda Papatus.373.1.D.& ſeq.
Beza Diabolodorus,non Theodorus Duplicem Caluini ſpiritum habuit.57.1.C.Quam impudicus.57.2.C.69. 2.C.
Blaſtus præcipuus author ſententiæ de celebrando Paſchate Luna decimaquarta 125. 2. D. hac ſententia Iudaiſmum introducere cœpit.ibid.
Boetius iniuſtè occiſus. 289.1.B.
Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus meritò dictus Germaniæ Apoſtolus. 29.1. D. 385.1.D. 398.2.D. & ſeq.Tres Epiſcopos & tres Epiſcopales Sedes ordinauit.29.2.A.Primus Archiepiſcopus Moguntinus Ibid. 2.C.Quātum Romanæ ſedi tribuerit.385.2.B. & ſeq. 400.1.A.& ſeq.Munus prædicandi per Germaniam ei impoſitum à Romano Pont.398.2.D.& ſeq.Iuramentum Pontifici Romano ab ipſo præſtitum. 399. 1.D. eius ſcopus,in fidelium conuerſio ad Chriſtum. Ibid. Legationem mittit ad Gregorium III. creatum Pontificem Romanum.400.1.A.Ad quid.Ibid.Gregorius ad ipſum mittit Pallium.Ibid.B. Conuerſionem gentium eidem gratulatur.Ibid.Bonifacius à Carolo Martello adiutus Germanos conuertit.Ibid.D.Baioariam Prouinciam in quatuor Parœcias diſtribuit, eiſque tres Epiſcopos à ſe ordinatos præfecit. Ibid.2.C. Id eius factum à Pōtifice laudatum.Ibid.Qualium Epiſcoporum ordinationem in mandatis habuerit a Gregorio Pont.401.1.A.Quid ad Zachariam creatū Pontificem. Ibid.C.Rogatus à Carolomanno, vt in Regno Galliæ Concilium celebraret.402.1.D. eius celebrandi poteſtatem quæque in eo conſtituenda ſint, poſtulat a Zacharia Pont.Ibid.1.D. & ſeq. Concedit Zacharias, eique ſuas vices committens ordinat,vt præſit Concilio.Ibid.2.B.& ſeq.Bonifacius calumnijs oneratus ab hominibus improbiſsimis. 403. 1. C.& ſeq.Quam ob cauſſam.Ibid. D.De ijs commonefacit Zachariā Pont.Ibid.2.A.De iiſdem reſponſio Zachariæ ad ipſum.Ibid.B.Bonifacij apud Zachariā querelæ de Virgilio, ex falſis delationibus acceptæ.Ibid.C
Bonifacius III. Pont.titulum Vniuerſalis Epiſcopi non vſurpauit eo ſenſu quo Gregorius eum damnauerat. 328.1.D. Nec fuit Antichriſtus, nec Antichriſti præcurſor vt contendit Mornæus,329.1.A.& ſeq. Titulū Vniuerſalis Epiſcopi non poſtulauit à Phoca Imp. Ibid.B. Quid poſtularit, & obtinuerit. Ibid. C. Eius Decretum de electione,& ordinatione Epiſcoporum. 338.1.B. An quidquam roboris obtinuerit.Ibid.D.ſi nihil,vnde prouenerit.Ibid. & ſeq.
Bonifacius.VI.Papa legitimusne fuerit an intruſus.476. 2.D.477.1.A. Qualis vir.ibid.
Bonifacius VII.ſtrangulato Benedicto VI.illius Sedem inuaſit.448.1. D. Non numeratus a quibuſdam inter Romanos Pontifices. Ibidem eius ſacrilegium in Baſilicam Vaticanam.ibid.2.A.è ſede pulſus, & alter ei ſubſectus.ibid.1.D.2.A.Rurſus eam inuaſit.ibid.B.Diuina in ipſum vltio. ibid.
Bonitas non requiritur in Principe ad condendas leges, ſed auctoritas.490.1. C.
Bracarenſe Concilium I. à Leone Papa indictum.253. 2.B.Prouinciale fuit.Ibid.C.Theodomirus Rex ei tantum conſenſit & fauit.Ibid.Lucretius Bracarēſis Epiſcopus eidem præfuit.ibid.D. Damnata in eo Priſcillianiſtarum,& aliorum errores tum de diſciplina Eccleſiaſtica conſtitutum, ex inſtructione Sedis Apoſtolicæ.ibid. Quanti in eodem æſtimata Romani Pont. authoritas.254.1.B.
Bracarenſe Concilium II.Petri primatum inter Apoſtolos,eius ſucceſſoris inter Epiſcopos agnouit. 339.1.A. Non ſtatuit, Epiſcoporum ordinationem fieri ſine authoritate Romani Pont.ibid. Non negauit ad eundē appellari licere ibid.B.
Brachmanes cur à Gentilibus celebrati. 86.1.A.
Britanniæ Rex ſi Romam contenderet Pontificem aggreſſurus,verè exhiberet ſe alterum Maxentium, non Conſtantinum.9.1.B.Eius laus,23.2. C. Monita ad filium. 23.2. D.
Britannia doctores fidei à Romanis Pontificibus accepit. 592.2.D.
Brixienſis Epiſcopus non citra iniuriam detrectauit agnoſcere Conſtantium Mediolanenſem Epiſcopum & cum eo communicare, quaſi Chalcedonenſi Concilio derogaret.336.1.C. & ſeq.
Brunechildes Regina Nationalem in Gallia Synodum à S.Gregorio popoſcit.334.2.D. Multas Eccleſias conſtruxit 349.1.B.Nec tamen id ſatis fuit ad expungendam eius ſcelerum memoriam.ibid.
Buchnani doctrina Reipublicæ pernicioſa. 3.2.B.
Bugga Abbatiſſa de Germaniæ ſtatu monita à S. Bonifacio Archiep.Moguntino. 29.2.B.
Bulgarorum Controuerſia, ſubdinè deberent Eccleſiæ Rom.an Conſtantinopol.459 1. C. obtenta a Legatis Romani Pont.ibid. Epiſcopos & doctores fidei ante controuerſiam acceperant à Sede Apoſtolica, & de quibuſdam dubijs conſuluerant Nicolaum Pontificem.ibid.D.Quo pacto ſcandalizati ob Legatos vendicantes ipſos ſub Eccleſia Romana.460.1.D. Eccleſiæ Romanæ, à qua donis & blanditijs Græcorū corrupti deſciuerant,ſe ſponte ſubiecerunt.ibid.C.

C

CAbilonenſis Concilij Canon de Epiſcoporum electionibus. 362.1.D.
S.Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus Synodo Agathenſi præfuit. 273.1.D.
Caius Caligula diuinos honores ſibi aſſeruit.5.1.C.Eius flagitioſiſſimi poſtea Principis Imperium quantam attulerit lætitiam- 321.1.D.
Caius Pontifex Diocletiani Imp.nepos. 145.2. C.
Caiphas Pontifex non legitimè inſtitutus. 106 .1.C.
Caleb octoginta quinque annorum integræ vires erant quæ quadragenario. 11.2.A.
Calendion Stephani iunioris in Epiſcopatu Antiocheno ſucceſſor ab epiſcoporum Synodo electus 261. 1.C. eius electionis confirmatio à Romano Pont.oſtulata.ibid.D.Confirmata à Simplicio Pont. ibid. Catholicus fuit.ibid.
Caligula Diuinos honores ſibi aſſeruit. 5.1.C.
Caluinus Nouiodunenſis, præpoſteræ libidinis reus ex Gallia aufugit. 57. 2. D.69.2. C. Cum Elia perperam comparatus. 57. 1.B.& ſeq.Edendi miraculi ſtudioſus,Geneuæ de viuo mortuum fecit.46. 1.A. Cur Pontificem per ſummam impudentiam appellarit crudeliſsimum Sāctorum omnium mactatorem &c. 24.1.B.eius arrogans, & impudens iudicium de ſcriptis SS.Patrum.37.1.D.& ſeq.63.1.C.86.2..Mendacium de antiquitate imaginum. 75.2. D. De Victore Pont.Rom.125.1.D. De titulo vniuerſalis Epiſcopi à Synodo Chalcedonenſi tributo Romano Pont. 19.2. B.De Canone in fauorem Eccleſiæ Conſtantinopol. ſancito 239 2.D.Error de Chriſto mediatore.62.1.D. De valore eius ſanguinis ad humanā redemptionē. ibid.2.A.Cuius ſit iudicium de Scriptura, Canonicane ſit,an apocrypha.83. 2. D. De precibus ſermone populari celebrandis.111.1. D.Figmentum,cur Legati Leonis Pont. in Synodo Chalcedonenſi præſederint.248.1.D.Blaſphemiæ.351.2. A. & ſeq. Iudicium de Leone Pont.qui optata priuilegia Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ non conceſſerit.239.1.D. Ambitionis vitium impudenter ei tribuit,ibid. 2.B.
Caluinianæ Eccleſiæ puritas.351.2.A.
Caluiniſmus & Lutheraniſmus inter ſe non minus pugnant,quam cum Eccleſia Rom.42.2.B.eius affinitas cum Mahometiſmo. 64.2.A.
Caluiniſtæ Arrianis & Donatiſtis ſimiles.32.2.C.& ſeq. Ipſorum errores à veteribus hæreticis deſumpti 54. 2.C.& ſeq. Cum Albigenſibus in multis conſpirant. 65.1. B. Nullū in Eccleſia externum ſacrificium admittunt,nec Clericos diſtingunt à Laicis. 70.1.D.
Calumniæ Sectariorum in Catholicos.4.1.B. & duabus ſeq.col.
Candidianus comes ad Epheſinam Synodum ab Imperatore miſſus.235. 2. D.Ea lege vt cōtrouerſijs circa fidem ſe non immiſceat.ibid.
Canes uindices ſacrilegij à Donatiſtis in Sacram Euchariſtiam commiſsi. 78.1. D.

Digitized by Google

Canon Africani Concilij de appellationibus declaratur. 220.1.A.

Canon Antiocheni Concilij de reſtitutione Epiſcoporũ irritus. 181.2.A.

Canon Cabilonenſis Concilij de electione Epiſcoporũ non excludit poteſtatem Romani Pont. 362.1.D.

Canon de libris Canonicis editus in Concilio Carthag. 226.1.C. Eius confirmatio petita à Rom.Pontifi.ibid.

Canon Conſtantinopolitanus de præeminentia Conſtãtinopolitani Epiſcopi, vel ſuppoſititius eſt, vel illegitimè ſãcitus. 194. 2.A.& ſeq.203.2.D.& ſeq.239.2.C. An in eo habita mentio Romani Epiſcopi. 195. 1. C. Non eadem priuilegia illi vendicabat, quæ ſunt Romani Pont.nec illum huius poteſtati eximebat. 243. 1.A.B.eius confirmatio à Leone Pont. poſtulata.ibid. A.Qui tamen ipſum exploſit.ibid.Item Felix. Et Gelaſius 265.1.B. Gratianus hunc Canonem non corrupit. ibid. C.

Canon Mileuitani Concilij de appellationibus quomodo intelligendus. 216.1.A.& ſeq.

Canon ſextus Nicæni Concilij de primatu Romanæ Eccleſiæ falſatus à Græcis.154.2.C. Canon de appellationibus ad Sedem Apoſtolicam ſub eiuſdem Concilij nomine citatus à Legatis Romani Pont. quam difficultatem paſſus in Concilio Carthag. 219.1.C.& ſeq.Cur citatus ſub eo titulo,222.1.D. In hoc citando nec error fuit, nec fraus.ibid. B. Aliquot Nicæni Canones naufragium paſſi.166.1.B.& ſequent. Quot omninò fuerint. ibid.2.B.170.2.B.172. 2. A. Quanta fuerit eorum reuerentia apud S.Leonem.245.2.D.

Canon Sardicenſis de appellationibus ad Romanum Pont.à Mornæo deprauatus,178.1.B.Non arguit,eiuſmodi appellationes non eſſe de iure diuino,ſacriſque Canonibus conformes.ibid.D.

Canon ſextus Toletani Concilij XII. de electionibus Epiſcoporum non excludit poteſtatem Romani Põt. 362.2.A.& ſeq.

Canon,Ne Epiſcopus à paucioribus, quam ſeptuaginta duobus teſtibus conuinci poſſit,conditus à Leone IV. 423.2.C.D.

Canones aſcripti ſextæ Synodo eius non ſunt,nec vllius Synodi probatæ. 360.2.B. Cuius Synodi ſint.ibid.C. Quo tempore conditi.361.1.B. Vnde ex ijs aliqui auctoritatem nacti ſint. ibid.2.B. Quomodo à Tharaſio citati tanquam ſextæ Synodi ibid. A. Cur aliquando ſub eodem nomine citati. ibid. B. Onuphrius & alij eos non agnoſcunt vt ſextæ Synodi. ibid. C. De his Humberti iudicium.

Canones edi ſoliti non ſolum de fide, ſed etiam de diſciplina Eccleſiaſtica.124.1.B.Conciliares obligant omnes, etiam in futurum.164.2. C. Vniuerſaliter & ad quoſcumque caſus extenduntur.170.2. C.Etſi abſolutè editi, requirunt confirmationem Romani Pont. 226.1.D.Principũ Conſtitutionibus adiuuantur.335. 1.D.Aliud eſt condere Canones, aliud illis ſubſcribere. 164.2.D.

Canonizatio Sanctorum ſolum pertinet ad Romanum Pont.84.2.A.Is in ea errare nõ poteſt.ibid.Quod priuilegium non eius perſonæ,& meritis conceſſum eſt, ſed Cathedræ & dignitati.505.2. D. Quid canonizatio Sanctis conferat.84.2. A. Quo ritu antiquitus fieret. 505.2.C.

Capharnaitæ auditis Chriſti verbis de Sumptione corporis & ſanguinis ſui retroceſſerunt. 78. 1.B.C. ſic & Caluiniſtæ.ibid.

Capitularia Caroli Magni quo animo edita.398.1.B.Nihil habent commune cum Eccleſia Mornæi.ibid.D. Confirmata ab Apoſtolica Sede. 421.1.D.

Capitulum,ſede vacante, quoad iuriſdictionem ſuccedit Epiſcopo. 139.1.B.

Cardinales perfidè à Mornæo comparati Ianizeris & Mamaluchis.87.1.B.& ſeq. Eorum dignitas & officiũ, ſi non ſplendor & nomen,antiquiſſimũ.ibid.Exemplo Moyſis a Summo Pont.electi ibid. C. Primitus dicti Presbyteri, vel Diaconi Vrbis Romæ.ibid.D. A Sancto Petro primũ inſtituti,ab alijs numero aucti. ibid. Romanum Pont.principaliter eligunt. ibid.2. C.513. 1.A.Ex quo tempore.ibid.Sunt veluti Angeli aſſiſtentes Pontifici.88.1.D.In quo referunt Apoſtolos. ibid. 2.A.Oculi ſunt & lampades Eccleſiæ.513.1.A.Cardinales Presbyteri alij ſunt à Presbyteris Romanis. 164.2.A.

Carlomannus S.Bonifacium in Galliam accerſiuit,vt in ea Synodum celebraret. 402.1. D. Factus Monachus Caſſinenſis, Longobardorum cauſſam inuitus egit apud Pipinum.391.1.B.Cur tamen egerit. ibid. Totũ ſe Superioris ſui voluntati commiſerat.ibid.D. Quid Abbas in hac Legatione ei iuſſerit. ibid.

Carmelitarum ordo ſuam habet originem ab Elia, Eliſæo,& filijs Prophetarum.86.1.D.

Carneades nouam Academiã condidit.16.1.D. 40.2.D.

Caroli Martelli zelus erga Chriſtianam Religionẽ 400. 1.D.& ſeq.

Carolini libri,qui.390.1.D.Miſſi ad Adrianum Pontif.vt refellerentur. 390.2.D.

Carolus Caluus quomodo erga Pontificem affectus.29. 1. B. Prædeceſſorum donationem Romanæ Eccleſiæ factam confirmauit.415.1. A. In Synodo Sueſſonienſi nihil ex authoritate egit,omnia Epiſcopi.429. 1.D.& ſeq. Lotharij defuncti Regnum occupans miſſis Legatis per litteras ab Adriano Pontif. corripitur. 462. 1.A. Præter ius coronatus Lotharingiæ Rex. ibid. C. & ſequen. Prætimore cum Ludouico Germaniç Rege Regnum partitur. ibid. C.&ſeq.Adrianus ad eum rurſus Legationem mittit.ibid.2.A.

Controuerſia tandem componitur ad Adriani voluntatem.ibid.2.C.Licet infenſus Pontifici videatur, illius tamen dignitati defert.463.1. C. Titulus Epiſtolæ ad Adrianum.ibid.2.B.Præ iracundia immemor.ibid.C. Tam contumelioſas literas ad Pontificẽ ſcribere non debuit.ibid. D. Eius obediẽtia,& obſeruãtia erga Sedẽ Apoſtolicã.464.1.B.Notorius alieni inuaſor 465.1. B.2.B.Cu Lothario & Ludouico cõuenit.ibid.C.&ſeq.

Coronatus eſt Imperator à Ioanne VIII.466.1.B. 468. 1.C.Quam ob cauſſam.ibid. Quid Romano Pont.pollicitus,ſi coronaretur.467.2.D. A quo victus fugatuſque fuerit.ibid.Pontigonenſem Synodum authoritate Apoſtolica indixit.468.1.C.2.B.Breui tempore imperauit.ibid.1.A.Eius obitus.ibid.

Carolus Magnus qua reuerẽtia ad Adrianũ.1.acceſſerit. 18.2.A.Leonẽ III.ſuſceperit.ibid. 410. 1.A. Adoleſcẽtulus obuiã proceſsit Stephano.II.Pontifici in Galliã venienti.18.2. A. Ob merita in Sedẽ Apoſtolicam coronatus à Leone III.Pontif. & Romanorum Imperator appellatus 21.1.D.2.B.Eius laudes.21.2.D.Quam honorificè ſenſerit de Romano Pont.29.1. B. Põtificẽ Rom.non eſſe à Regibus iudicandum, cum Patribus in cauſſa Leonis III.conſenſit.164.2.C.166.2.D.Quãtum Romanæ Sedi tribuerit.334.2.B. Multa Templa conſtruxit.349.1.C.2.B. Cur a Stephano Papa interdictus,ne cum Berta matrimonium contraheret.383.1. B.Eius bellum contra Longobardos iuſtum fuit.ibid. 2.D.Iuſta etiam Donatio facta Romanæ Eccleſiæ. 384.1.A. S. Petri auxilio Saxones domuit. 385. 1. A. Hinc Saxoniam obtulit Eccleſiæ Romanæ. ibidem C. Sanctorum rituum ſtudioſiſſimus. 386.1.B. Similiter ſuſcipiendorum peregrinorum. 387.1.B. Sacrarum imaginum cultor.388.2. D. Effectus ab Adriano Patricius Romanus.391.2. C. A Leone III. creatus Imperator.392.1.A.394.2. D. Vtrum conceſſa ei ab Adriano fuerit inueſtitura Epiſcoporum, & confirmatio electi Romani Pont.392.1. B. Quod ius Pontifici conceſſerit in Exarchatum Rauenenſem, aliaſque ditiones.392.2.C. Quam bene ei cum Adriano conuenerit.ibid.D. Religioſis officijs eius animam proſecutus eſt.ibid.Leo III.è coniuratorum manibus liberatus ad ipſum confugit,eiuſque opem implorauit.394. 1.A.Cui is operam ſuam pollicitus, Romam perexit. ibid.B. Neque tamen hac occaſione omnem Romæ authoritatem ad ſe contraxit.ibid.2. C. Quo conſilio uoluerit diuerſis in locis Concilia celebrari. 397.1.B. Horum Conſtitutiones ſanciri voluit Epiſcoporum authoritate. ibid. C. Profeſſus eſt Concilia celebrari non debere abſque ſententia Romani Pont. ibid. D. Electiones Epiſcoporum à prædeceſſoribus ſuis vſurpatas liberas reddidit.ibid.2. A. Tilpino Archiep.Re-

menſi

menſi Pallium ab Adriano Pont.impetrauit. ibid. C. ob reuerentiam erga Sedem Apoſtolicam glorificatus à Deo.398.2.C. Qui principaliter ei contulit Imperium, Deus eſt, Romanus Pont.tantum miniſter. 404.1.C.Ex ſententia Mornæi, truculentus & tyrannicus Imperator fuit.407.2.D. Teſtamentum ſuũ confirmandum miſit ad Leonem III.ibid. Nulli legauit Imperium,ratus,id ad Põtificem pertinere. 408.1.A. Teſtamento pręcepit filijs, vt defenſionem Papæ ſuſciperent.ibid.C.410.1.B. ſpiritualem authoritatem, non labefactauit.409.1.A. ſeſe authoritati Pontificis eximere ne cogitauit quidem.410.1.B.De iuribus Eccleſiæ diſponere non potuit.409.1. D. Eccleſię Rom. primatum agnouit.ibid. Fœdus initum cum Imperatore Orientis confirmari voluit à Pontifice. ibid.2.D. ius appellationum ex Gallia ad Romanum Pont.non eſt eius inſtitutum. 408.2.D.

Carolus Galliæ Rex Hincmaro Rhemenſi infenſus Epiſcopos in ipſum exacuit. 456.2.C.

Carolus.IV.multas Eccleſias conſtruxit.349.1. C.2.B.

Carthaginenſe Concilium contra Pelagium. 213.1.D.

Caſimirus Polonię Rex Regnum ſuum Eccleſię Romanę feudale fecit.522.2.A. Eius tributi ſolutio quã exacta quamque Regno vtilis.ibid.

Caſſandræ oraculis cur nulla fides adhibita. 99.2.B.

Caſtor & Pollux aliquando victorię nuncij Romanis extiterunt. 11.2.D.

Cathecumenis non modo non licuit Euchariſtiam ſumere,ſed nec intueri. 77.2.D.

Cathecumenus ordinari non poteſt in Sacerdotem.194. 1.B.

Cathedra Apoſtolica ſemper veneranda 24.2.C.D.477. 2.A.478.1. C.& ſeq.484.1.A.D.

Cathedra Petri Eccleſiam Romanam fecit principalẽ. 132.2.D.

Catholica fides contra Albigenſes miraculis confirmata. 65.2.D.66.1.A.B.

Catholici perperam à Sectarijs diſtributi in Pontificios, & Proteſtantes.15.2.D.74.2. A.Catholici per unionẽ cum Eccleſia Romana diſtingũtur ab hæreticis. 354. 2.B.88.2. D. Ne minimum quidem vnquam detrahi patientur de iuribus Romani Pont.5.1.B.Ne unã quidem diuinorum dogmatum Syllabam prodi ſinunt. 88.2.D.In ijſdem fidei dogmatibus conſentiunt. 14. 1.D.Romani Pont.primatum, & authoritatem in omnes Eccleſias agnoſcunt.42.1. A. Non præmonentur cauere à Pontifice &c.Sed à Mornæi ſimilibus.94.1. B.Reprehendunt etiam aliquot Pontifices,at non Põtificatum.501.1.C. Quis ſit Catholicus 135.2.C.13.1. D.15. 2.D. 26. 1. A.115. 2. B. Vſus uocis καθολικά. 284.1.A.

Catholici nomen cur Hiſpaniarum Regi tributum.24. 1.B.

Cauſſæ maiores fidei referri debent ad Epiſcopum Romanum,eiuſque authoritate terminari.193.2.A. Cognitio cauſſę Epiſcopi Prouincialis ita pertinet ad Archiepiſcopum,ut remaneat ius appellandi ad Sedem Apoſtolicam.431.1.B.Dictum illud; Cauſſa iudicetur ubi crimen admiſſum eſt,intelligendum eſt de primo iudicio.132.2.B. In propria cauſſa idem aliquando poteſt eſſe aduerſarius,& iudex. 136.2.D. 166.2.B.

Cautiones in allegorijs adhibendæ. 101.2.A.

Celidonius in Viennenſi Prouincia Epiſcopus ab Hilario Arelatenſi depoſitus.238. 2. C. eius cauſſa Romę coram Leone Pont.agitata.ibid.

Centuriatores,Schola imperitorum.210.2.A.

Certitudo mathematica non ubique quęrẽda, ſed quatenus rei natura patitur. 158.1.A.

Chalcedonenſis Synodus quidquid Caluinus mentiatur,titulum Epiſcopi vniuerſalis Romano Pontif. tribuit.19. 2.B, 58 1.D. Eam indixerunt Imperatores, ſed ex conſenſu Sedis Apoſtolicę. 246. 1. C. Quid ex eadem fuerit in Eccleſia admiſſum, quid reiectum. 265.1.B.Leo Pontifex ei adeſſe non fuit compulſus ab Imperatore.246.1.D. Ad eam miſit qui vicem ſuam implerent, eidemque dijudicandi formam pręſcripſit.ibid.2.A.B.Cur Dioſcorus in eo iuſſus ſit inter Epiſcopos non ſedere ibid.2.D. Cur damnatus.247. 1.A. Leo per Legatos ſuos ei pręſedit,nõ Imperator. ibid. B.Quam ob cauſſam.248.1. D. Cur Imperator, uel alij eius nomine in ea adfuerint.247.1.C. Alia de eadem Synodo in ſeq.

Charitas per quodlibet peccatum mortale tollitur. 48. 2.B.

Childebertus Francorum Rex Pelagium Rom.Pont.rogauit, an Eccleſia Catholica Leonis tomum aduerſus Eutychetem ſequeretur.312.1. B. Quid ad ipſum Pelagius. ibid.A Gregorio Magno poſtulauit, & obtinuit ut Pallij uſum Virgilio Arelatenſi Epiſcopo cõcederet,ipſumque ſuum Legatum in ſuomet Regno conſtitueret.322.1.B.Quando id poſtularit.2.B. Gunthrãmo Regi Patruo ſuo reconciliatus; ab ipſo haſtã, & Regnum accepit. ibid.B.

Childericus Rex Francorum deiectus è Regno in Monaſterium miſſus. 380.2.A.B.

Chilpericus Rex Francorum Pretextato Rotomagenſi Epiſcopo infenſus,quę illi crimina obiecerit.317.2.C. Ipſum iudicari voluit ab Epiſcopis, ne in Sacros Canones committeret.ibid. D.Mornęi figmentu de Chilperico.ibid.In Pretextati cauſſa, quid inter ipſum & Gregorium Turonenſem. 318.1. A. Pretextatum per fraudem induxit, vt obiecta ſibi crimina fateretur. ibid.B.

Chore,Dathan,& Abyron, ob Schiſma, & ſuperbiam aduerſus Aaronem à Deo puniti cum ſocijs. 92.1.B. 353.2.C.Sectarij hos imitantur. 53.2.C.

Chriſtianę modeſtię proprium eſt non ſua poſteris tradere,ſed à maioribus accepta ſeruare. 143.1.B.

Chriſtiana religio Ethnicorum admixtione non adulteratur.149.2. C. Imperatores potentiſsimi eam extinguere nunquam potuerunt. 55.2. C.61.1.A.

Chriſtiani benè precantur inimicis.10.1.D.omnes agnoſcunt Romanum Pont. Paſtorem omnium Chriſti ouium.104.2. C. omnes ei ſubiecti ſunt de iure diuinõ.310.1.C.Non ſic Imperatori Rom. ibid.2. A. Pro ſalute Imperatoris,etiam Ethnici, orabant. 273.1.D. Chriſtianorum alij ſacrificati,alij libellatici.147.1.A. Qui à Sacerdotibus excommunicatur, Sathanę traditur. 34.1.B.

Chriſtianiſſimi nomen cur Francorum Regi tributum. 24.1.A.

Chriſtophoro columbo futuram Eclipſim minanti quid acciderit. 71.2.A.

Chriſtophorus Presbyter Cardinalis Leonis V. Sedem inuaſit.482.1.B.Huius ſimiliter Sergius. ibid.

Chriſtus omnium iuſtorum caput.1.1. D. Sacramentali modo totus eſt ſub accidentibus panis, & vini. 22.2. D.Eius & Eccleſię gloria in afflictionibus maximè emicuit.61.1.D.Mediator fuit,ut homo.62.1.C. Eius Eccleſia eſt, in qua Martyres extiterunt.68.2.C. De corpore & ſanguine ſuo perpetuum ſacrificium inſtituit ſecundum ordinem Melchiſedech,80. 1.B.Rebus ſenſibilibus inſenſibilia nobis tradidit.407.2.B. Quare.ibid.Quomodo minoratus ab Angelis.422.1.B.Poteſtatem Apoſtolis dedit, non propter ſe ipſos, ſed propter Eccleſiam. 119.1. B. Poteſtatis officia diſcreuit.453.1.B.Apoſtolos ſuos,& eorum ſucceſſores, non Magiſtratus Ciuiles, ſed Eccleſiaſticos Principes inſtituit. 459. 2. C. Eius corpus realiter eſt in Euchariſtia, nec de eo unquam eſt apud Catholicos dubitatum.484.2. D. Alio modo in hac exiſtit, alio in cœlo. 485.1.A.

Chromatius Aquileienſis Chryſoſtomo contemporaneus. 205.1.A.

Chryſaphius Eunuchus Theodoſium ſeduxit,vt Epheſinam Synodum cogeret.254.2.C.Pœnas dedit,ibidem

S.Chryſoſtomus à Theophilo Alexãdrino epiſcopo deſignatus,& ordinatus Epiſcopus Conſtantinopol.203. 1.D. Cur Imperatricem Eudoxiam habuerit infenſam,itaut hæc eius depoſitionem per Theophilũ tentarit.ibid.2.A.Coacta contra ipſum Synodo, nunquã iudicia detrectauit.ibid. Cur ad Oecumenicã Synodu prouocarit.203.2.B.De facto exauctoratus à Theophilo,non de iure.ibid.D. Cur pro ſe Nicænum,& nõ Conſtantinopolitanum Canonem citauerit. 204.1.A. In ſuam ſedẽ reſtitutus iterum exulare cogitur. 204. 2.A.

Digitized by Google

2.A.Ad Romanam ſedem confugit, & appellat.ibid. B.205.1.C.D.206.1.A. Eius ad Innocentium Pontifi. Rom.Epiſtola ſcripta non eſt,vt contendit Mornæus. ad omnes occidentis Epiſcopos.204.2.D.& ſeq.In ea vox appellationis occurrit. 205.1. D. Quæ Mornæus ex ea malignè prætermiſit. ibid. B. C. De rebus ſuis alio fine ſcripſit ad alios quoſdam Epiſcopos, quam ad Innocentium.ibid.2.A.B. Acta contra eum Innocentius reſcidit,& damnauit.ibidem.C. Idem audita eius morte Arcadium Imp. & Eudoxiam Auguſtam cum Epiſcopis complicibus excommunicauit. 206.1. D.& ſeq.Ipſius nomen in Eccleſiam Conſtantinopolitanam reſtitui voluit 207.1.B.& ſeq. In hiſtoria cõtentionis Chryſoſtomi mirabiliter eluxit authoritas Romani Pont.à pag.203.1.B.ad ſeq.paſſim locis citatis.

Cindaſuindus Hiſpaniæ Rex primatum Eccleſiæ Toletanæ à Rom.Pontif.obtinuit. 335.2.C.

Ciſtercienſes Abbates duodecim contra Albigenſes diſputarunt. 66.1.D.

Citans Scriptores hæreticos eſt de hæreſi ſuſpectus. 395.2.D.

Citari poteſt vnum Concilium pro alio citra notam falſarij. 223.1.B.

Ciuitas & vrbs aliquando in ſignificatione diſtinguuntur. 253.1.B.

Claudius Taurinenſis Iconomachorum patronus, viuẽte Carolo Magno,non eſt auſus mutire.389.1.A.Quã inſignis hæreticus fuerit, licet a Mornæo citetur tanquam Author probatiſſimus.395.2.C. Eius libellus à Ludouico Pio,alijſque repudiatus.ibid.D.

Claudus ſubuerti non debet,ſed curari.46.2. C. Clemẽs II,quomodo creatus Pontifex.503.2.B. Synodum Romæ habuit contra Simoniacos.504.1.B. Veneno ſublatus.504.2.B,Pontifex fuit legitimus.507.1.C.Concilium in Germania celebrauit.ibid.2.B.

Clemens.III.Imperatorem, & vxorem coronat.534.2. C.Nunquam auſus eſt palam ſe Pontificem inſcribere.ibid.D.Eius oſſa è ſepulchro proiecta. 538.2.A.

Clericorum & Laicorum diſtinctio nulla apud Caluiniſtas. 70.1.D.

Clericus vnde dictus.192.1.C. Eius nomen & officium. 509.2.A.Clerici quales eſſe debeant.210.2. D, & ſeq. Quomodo eis militare non liceat. 525.1.A.

Clerus Alexandrinus Imperatorem rogauit, vt Romano Pont. & alijs declararet impietates Timothei. 258.2.C.

Clerus Romanus, ſede vacante totius Eccleſiæ curam ſuſcipit.138.2.A. Cypriani ſententiam de lapſis ab eo confirmata. 139.2.A.

Clodoueus Rex ſuadente S.Remigio Epiſcoporum Concilium fieri poſtulauit, ſed illi non præfuit. 273. 1.D. & ſeq. Quo ſenſu omnes Epiſcopos Papas nominet. ibid.B.Coronam auream S. Petro direxit. 273.2.D.

Codices Romanæ Eccleſiæ cur fideliores cæteris 222. 2. .D.

Cæcilianus à Donatiſtis accuſatus.150. 1. B.à Romano Pontif.cum alijs abſolutus.151.1.A.& ſeq.

Cœleſtinus Papa rogatus à S.Auguſtino,ne Fuſſalenſem Epiſcopum, vt ferebatur, Epiſcopali officio reſtitueret.225.1. D. & ſeq. Auguſtino annuit. ibid.2.C.Author fuit Epheſinæ Synodi. 228.2. B. cur ad eam non acceſſerit.229.1.A. In cauſſa Neſtorij Iudex fuit,Cyrillus verò exequutor. 230. 2. B.C. Neſtorij hæreſim proſtrauit.231.2. C. Eius literæ magna cum reuerentia in Epheſino Concilio exceptæ. 232.1.D.

Cæleſtius Pelagianus Apoſtolicæ Sedi reſiſtere non eſt auſus.181.1. A. quando damnatus.213.1. D. quo fine ad Zozimum ſe contulerit. 224.1.A.

Cœlibatus Clericorũ lex neque primum à Syritio Pont. inſtituta.210.2.B. Neque à Nicæna Synodo vnquam exploſa,immò fuit confirmata.211.1.B.Eius lex ante ſeptingentos annos impoſita Clericis in Germania. ibid.2. Cœlibatus ſemper obſeruatus. 445.2.A.449. 1.D.484.2. Cõtrarium aſſerere hæreticum eſt. ibid. quo iure inſtitutus.510.1. B. nec ſacræ Scripturæ,nec Concilijs, nec authoritati primitiuæ Eccleſiæ repugnat. 529.1.A,& ſeq.

Cœlum nullam mutationem, generationem,aut corruptionem pati,quomodo probetur. 8.1.C.

Cœnæ Caluinianæ nulla mentio apud Patres, nec in ſacris Concilijs.54.2.D. Eius affinitas cum Chriſtianorum Synaxi quæ ſit. 80.2.A.

Cognitio Eccleſiaſticarum rerum Pontificis eſt, nõ Imperatoris. 483.1.B.

Collatio Mornæi cum Cardinali Perronio.5.2.B.13.2.B. & 40.1.A.

Collegæ qui dicantur.132.1.A.B. Poteſt,quis eſſe Collega ſui ſuperioris.ibid.B. Presbyteri ab Epiſcopis dicti Collegæ. ibid. Quos Epiſcopi Africani dicere conſueuerint collegas. 137.2.D.

Commemoratio Sanctorum in officio antiquiſſima. 212.1.B.

Commonitorium quid. 219.2.B.

Communio ſub vna ſpecie laicis,iuſtis de cauſſis conſtituta. 81.1.C.

Communio Romani Pontificis quanti fieret ab omnibus. 197.2.B.

Concilia ſacra quantum detulerint Romano Pontifici. 2.1.A.Eius primatum agnouerunt. 30. 1. D. 50. 1. D. quomodo probauerint Eccleſiam Romanam eſſe veram Eccleſiam.2.1.A.celeberrima non niſi Romanorum Pontificum auctoritate celebrata ſunt. 13. 1. C. 26.2.B.30.2.A.& B.Ea nihili faciunt hæretici.23.2.B. Hæreticos excommunicarunt,34.1.C. Ea ſibi vendicant hæretici.50.1.C.In occidente celebrata, Romani Pontificis authoritate coacta ſunt, & confirmata. 60.1.D.Recenſentur aliquot hæretici in ijs damnati. 74.2.C.In quibus errare nequeant.83.2.A.Varia Romani.Pontif. authoritate conuocata tulerunt eãdem de Paſchatis celebratione ſententiam. 126.2. D. Vt cogerentur, cur neceſſe fuerit, Imperatorum authoritatem accedere.161. 2. D.celebrare non licet præter ſententiam Romani Pontificis.170.1.D.198.2.A.397. 1.D.421.2.B.Confirmata a Romano Pontifice errare non poſſunt. 176.2. D. Particularia quomodo poſſint vniuerſam Eccleſiam obligare.179.2.C. Concilia cõgregare eſt Romani Pontificis.246.2.C.271.2.B.272. 1.A.quæ habita ſint generalia.307.1.A.B. Omnia ſubiecta ſunt Apoſtolicæ ſedi.357.2.C. Ab Imperatoribus coacta authoritate Romani Pontificis.420.2.B. Eorum leges probare,& per omnes Eccleſias promulgare eſt Romani Pontif. 162.1.A.C.167.2.B.

Conciliorum codex qua regula probetur. 204.1.D.

Concilij Africani Patres non omnino negant appellationes ad Romanum Pont. ſed tantum obſecrant,ne facile præbeat eis aures.220.1.C. Qualis inter hos & Romanum Pont. fuerit controuerſia de appellationibus.ibid.2.A.Diſcutiuntur ſex Mornæi ſcrupuli circa eorum Epiſtolam ad Cœleſtinum Papam.ibid.2.B.& ſeq.

Concilium Ancyranum, & Neocæſarienſe quando celebrata. 210.2.B.

Concilium Aquileienſe cur, & à quo indictum.196.2. B.Non fuit Oecumenicum.ibid.C.

Concilium Aquiſgranenſe Vuormacienſe, & Moguntinũ in Germania quid de cœlibatu ſtatuerint.211.2.C

Concilij Arelatenſis Acta interciderunt 161.2.A.Romani Pont.authoritate conuocatum eſt,ibid.2.C. eiuſdẽ Acta ad ipſum tranſmiſſa ibid.D.

Conciliabulum Ariminenſe damnatum à Damaſo.192. 1.A Cur illegitimum. 198.2.B.

Concilium Carthaginenſe iuſſu Anaſtaſij celebratum eſſe probatur.217.2.A.& ſeq. Zozimus Anaſtaſij ſucceſſor legatos ſuos ad id miſit.219.2.B. Citatũ ab his Canonem Nicænum de appellationibus ad Sedem Apoſtolicam, non inuenerunt inter Canones Nicæni Concilij. ibid. 1. D. Neque tamen ob id eò prolapſi ſunt, quò Sectarij.ibid.2.C.Quantum honorem Pontifici Romano detulerint. ibid.D.

Concilium Chalcedonenſe,reclamantibus Leonis Papę Legatis,Eccleſiam Conſtantinopolitanam priuilegijs exequauit Romanæ.156.1.A.Attamen cum Decreta ſua peteret à Leone confirmari,nõ eſt auſum id apud ipſum meminiſſe. ibid. Quanquam etiam eius poteſtatem certis Prouincijs definiuerat. 257.1.D.

Con-

Digitized by Google

Concilium I. Conſtantinopolitanum à Damaſo Rom. Pont.conuocatum.195.1.D.196.2.A. Ab eodem confirmatum.194.1.A. In quibus confirmatum. 196.1.B. In quibus à Leone Magno reprobatum.ibid. Damaſi authoritate nomen Oecumenici obtinuit.ibid. C.cur ipſum potius id obtinuerit, quam Romanum ſub eodem Damaſo celebratum.ibid. D. Cum eo vnum & idem eſt in materia fidei 195.2.B. De ipſius Canone quoad priuilegia Conſtantinopolitani Antiſtitis.194. 2.B.& ſeq.244.1.D, & ſeq. Damaſus ei non præfuit. ſicut nec adfuit nec per ſe, nec per Legatos.ibid.1.B. Quam ob cauſſam ibid.D.Quis præfuerit.ibid. B. cur dictum ſit ſecundum Generale 233.2. C. Quid eius Patres ſenſerint de Romana Eccleſia.195.1.C.& ſeq. Eius Decretum de ordinandis miniſtris à ſuiſmet Antiſtibus vnde cauſſam habuerit. 193.1.B.

Concilium Elibertinum quando celebratum. 210.2.C, Eius lex de cœlibatu ſacerdotum. ibid.

Concilia Gallicana Prouincialia & Nationaliaà quibus conuocata.& de quibus egerint. 311.2.D.318.2.B.

Concilium magnum Lateranenſe quando celebratum, qui interfuerint,& quæ à Græcis acta. 260.1.B.C.

Concilium Lugdunenſe.Vide Lugdunenſe Concilium.

Concilium Nicænum ſupremam in Pontifice Rom. authoritatem agnouit.30.1.D.& ſeq.Congregatum fuit à Syluestro Papa &Conſtantino 152.1.D.164.1.B.Ad tollendam potiſſimè Arrianam hæreſim. 166.2.C.

Concilium Pariſienſe I.nonnulla damnauit, quæ,vel ipſo Rege ordinante,fiebant. 312. 2. C. Eius Canon de electione & ordinatione Epiſcoporum nihil detrahit authoritati Romani Pont.313.1.A.& ſeq.

Concilium Romanum ſub Damaſo in materia fidei vnum & idē eſt cū Conſtantinopolitano 1.195.2.B.Huius,ſiue Damaſi ad Orientales literæ non hortatoriæ ſed Mandatoriæ.ibid.1.B. Cur Orientales ad id vocati,non venerint.ibid.

Concilium Rom.ſub.Felice 111.168.1.B.

Concilium Rom. ſub Melchiade in Palatio Lateranenſi.158.1.A.164.1.C.

Concilium Sardicenſe paris authoritatis ac Nicænum. 222.1. C. Cur in enumeratione Conciliorum prætermiſſum.ibid.D. Vide Sardicenſe Concilium.

Concilium Taurinenſe. 218.2.B.

Concilium Toletanum quātum Apoſtolicæ ſedi tribuerit. 218.2.A.

Concilium Tridentinum reformatam Eccleſiam reprobauit.43.2.C.Omnes hæreticos damnauit,& cuius ſit authoritatis. 51.2.C.

Concilium Generale legitimum errare poteſt in quæſtionibus de facto. 343.2.A.

Concilium Nationale, ſi de fide agendum non ſit,ſed de conſtituenda Eccleſiaſtica diſciplina, cogi poteſt à Patriarchis Primatibus,& Metropolitanis, qui Pallium obtinuerint.163.1.B.421.2. A. 308.2.A. 347.2.B. Niſi Pontificis, aut Concilij Generalis authoritate roboretur,Chriſtianos omnes obſtringere non poteſt. 347.2.C.

Concilium Prouinciale ſuperius eſt ſingulis ſuæ Prouinciæ Epiſcopis,& eos excommunicare poteſt.313.2.B.

Concilium,ac Synodus cum aliquo diſcrimine vſurpari poſſunt. 253.1.B.

Concilium in Eccleſia celebrandum non eſt ſine Romani Pontif.authoritate.89.1.B. C. ſine illius authoritate celebratum,irritum eſt. 167.1.C

Concuſſionis crimen leges inultum eſſe non patiuntur. 366.1.C.

Cōdæo Principi datum a Miniſtris conſiliū, vt ſub Turcarum auſpicijs bellum Chriſtianis Principibus inferret. 65.2.A.

Confeſſio catholicæ fidei quaſi nouum opus pluribus in locis inhibita. 56.2.A

Confirmatur vnumquodque ex familiaribus ſibi & diſſipatur ex contrarijs. 132.2.D.

Coniugium quomodo à Deo imperatum. 529.1.C.

Conon quomodo electus Pontifex. 365. 1.D. Quis illi ſubrogatus. 365.2.B.

Conradus Imp.à Ioanne. x1x. Auguſtus appellatus. 499.2.C.

Conſtans Imperator de transferēdo Romam Imperio cogitauit.149.1.A. Qua de cauſſa.348.B.Diuina prouidētia effectu ne trāsferret.149.1.A.Martinū Pontificem virum ſanctiſſimum in exilium egit. 347.1. D. Aliquot alia eius ſcelera.348.1.B.& ſeq. Cur Vitalianus Martini ſucceſſor hæc diſſimulans ipſum Romā venientem perhonorificè tractauerit,ibid.2.A. Datis Sancto Petro muneribus, Catholicus videri voluit. ibidem.

Conſtantinopolitana Eccleſia Apoſtolicæ Romanæ ſedi ſubiecta.19.1.D.30.1,D.Nunquam habita fuit ſedes Apoſtolica.156.1.C. Nec inter Metropolitanorū iura cenſetur.156.2.A.In Concilio Conſtantinop. nō fuit exæquata Romanæ.257.1.D. 259.1.C.eius poteſtas quantum decedat à Romana.257.1. D. Confertur origo priuilegiorum eius, & Eccleſiæ Romanæ. ibid.2.B.Impiè vocata Chriſtianorum omnium, & orthodoxæ Religionis mater.264.2.B.296.1. B. ſi non impièsquem ſenſum id habeat.ibid. Non ita dici poteſt Eccleſiarum caput, quemadmodum Eccleſia Romana 330.1.D. Idem de titulo Vniuerſalis. 304.2.C. Quo ſenſu ſit Apoſtolica.ibid.1.C. Quo ſenſu vna cū Romana. 283.1.D.

Conſtantinopolitani Epiſcopi, qui ad Romanos confugerunt.261.1.B. Nullus fere eorum depoſitus ſine cōſenſu Romani Pont.452.1. B. Multi ex ipſis hæretici fuerunt. 296.1.D.

Conſtantinopolitanus Epiſcopus per ſummum nefas Vniuerſalis titulum ſibi vendicabat.19.1.D.Eius primatus poſt Romanum ex dignitate vrbis petitus.155 2.C.Perperam ſanè.156.1. D. Hunc tandem ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ obtinuit. 294.1. C.D.245. 1.D.

Conſtantinus Imperator primus Romanorum Principum agnouit Romanum Pontificem eſſe ſupremum Chriſtianorum Antiſtitem ideoque Rom.in Oriētem tranſtulit Imperium.2.1.D.Oſtenſo ſibi Crucis ſigno in quo vinceret, contra Maxentium perrexit.8. 2.C. Id rogatu Romanorum fecit,vt eos à tam ſæuo tyrāno liberaret.8.2.D.Melchiadē Pontificem honorauit plurimum.9. 1. A. Cauſſam Donatiſtarum ad ipſum tamquam legitimum iudicem deferri voluit.ibid. In Italia Idololatriæ renunciauit,à Silueſtro pontif. baptizatus,Idolorum templa publico edicto claudi iuſſit.ibid. S. Antonium ſibi amicum fecit,64.1.A. Eius pietas ab omnibus celebrata, præter Soſimum & Iulianum & nuper Mornæum.144. 2.A.B.Cur Romanā Eccleſiam præcæteris locupletarit.147.2.B. Eccleſiæ filius & fautor fuit.ibid. Eius in Eccleſiam liberalitas quanta bona illi pepererit.ibid.D.Eius conuerſionem multum cōtuliſſe Religioni Chriſtianæ, iudicium eſt omnium piorum,quibus Mornæus contradicit.149.1. A.B.Non eſt auſus de cauſſa Cæciliani Epiſcopi iudicare,ſed eam detulit ad Romanum Pont.150.1.D. & ſeq.160.2.C. Quam ob cauſſam.ibid.Cur Donatiſtis à Melchiade appellantibus alios præterea iudices dederit.151.2.B.& ſeq.161.1.C. Cur item ipſe poſtea de iiſdem,vel nullo iure,iudicarit.151.2.B.162.2.B.Baptizatus fuit à Syluestro Papa. ibid. D. Synodum Nicænam,cui non præfuit,ſed adfuit tantum, conuocauit. 152.1. A. Conſentiente Syluestro Rom.Pont.ibid.D. & ſeq.Ipſum priuatim inter eos conuenerat 165.1.A Faſſus eſt,Sacerdotes non poſſe rectè à ſe iudicari,ſed ſe ab illis.ibid.B.Quanti fecerit Epiſcoporum ſententias.160.1. B. Ad ipſos à Ciuilibus Magiſtratibus appellandi poteſtatem dedit. ibid. C. Iiſdem conceſſit priuilegia,quæ Sacerdotes idolorum habuerant. 15?. 1.D.& ſeq.Credibile eſt ipſum Melchiadi donaſſe Lateranenſe Palatium.157.1.D.& ſeq.De donatione Vrbis Romæ ab ipſo facta Syluestro Papæ. 147.2. C.& ſeq. Quo loco eius hiſtoriam habeamus.148.2.D.S. Antoninus de ea non dubitauit vt comminiſcitur Mornæus.148.2.B. in titulo Epiſtolæ ipſius ad Melchiadē, rectè Baronius ſuſpicatur nunc per errorem extare μάρκῳ,pro ἱεράρχῳ, non autem pro Materno,ſeu Marino,vt Mornæus. 160. 2.D. De quibuſdam Synodis Arianorum.opera,ſub ipſo, ad condemnandum Athanaſium conuocatis.168.2.B. & ſeq. Quæ inter ipſum

&

&.Athanaſium.ibid.Multas ædes ſacras conſtruxit & dotauit.349.1. C. D. Patriciatus dignitatem primus excogitauit. 349.2. C. An tribus filijs ſuis partitus ſit Imperium, 148.1.C.
Conſtantinus Imp.Irenes filius primatum Romani Pōtificis aſſeruit.396.1.B. Secundam Nicænam Synodū coegit ex conſenſu & authoritate eiuſdem Pontificis. ibid.C.cur Carolo Magno infenſus.412.2. C.Quo cōſilio Adalgiſum in Italiam venire iuſſerit ibid.D.
Conſtantinus Copronymus hoſtis Sacrarum Imaginū 49.1.C.Earum & Sanctorum cultum prohibuit. 54.2. D.Chriſti diuinitatem & B. Mariæ virginitatem negauit.55. 1. A. Synodum congregauit contra ſacras Imagines.387.2. D. Hæc perperam dicitur ſeptima vniuerſalis.388.1,C. Quam perditi eius mores & religio.97.2.A.388.1.A.In ſanctum lauacrum,cum baptizaretur, ſtercus emiſit indeque Copronymi cognomen accepit.ibid. B. Quid ex hoc facto Germanus Patriarcha prædixerit. ibid. Quid ipſemet moriens de ſuo ſupplicio, eiuſque cauſſa dixerit. ibid.D.Mornæo pius eſt.ibid. B.
Conſtātinus Pogonatus quanti fecerit Agathonē Rom. Pont.eiuſque literas.148.2.C. Benedicti II.Sanctitate permotus conſtituit ne poſt electum Romanum Pont.poſthac expectaretur aſſenſus Imperatoris, aut Exarchi Italiæ. 270.2.B.
Conſtantinus IV.quanti fecerit Agathonis ſententiam. 354.2.D 359.2.B. Et quidem non honeſtatis,ſed veritatis gratia.355.1. A, ex ipſius conſenſu & authoritate ſextam Synodum indixit.ibid.B. Qua ratione Agatho ei profeſſus ſit obedientiam , & ſimilia.ibid.2. B. C. Maiorem habuit Romani Pontificis rationem, quam reliquorum Patriarcharum.356.2.B.& ſeq. In ſexta Synodo non præſedit vt iudex. 358.1.B.& ſeq.
Conſtātinus laicus Apoſtolicæ ſedis inuaſor meritò abdicatus.382.2. C.& 383.1.A. Pontifex non legitur ipſum alapis.cæcidiſſe. 382.1.C.D.
Conſtantinus Nepeſini Ducis frater, illegitimus Pontifex.436, 1. C. Diuina vltio de Gregorio Prænestino Epiſcopo,qui ipſum ordinauit. ibid.D.
Conſtantinus 1.Pont. ad quid Conſtantinopolim à Iuſtiniano Imp.accerſitus 371.1.A. iubentenè:an obſecrāte.ibid.B.Quam honorificè ipſius iuſſu exceptus.ibid. D.Quam reuerenter ab eodem habitus ibid. 2. A.20. 2.C.Ipſius ſcelera non probauit.371.2.C.Sacram Philippici Bardanis,vt quæ hæretica eſſet,reſpuit. 374.1. D.& ſeq.Deſtructas ab eodem picturas ſex Oecumenicarum Synodorum reſtituit.ibid.2.A. Quam præcipuè ob cauſſam ipſum proclamauerit hæreticū. ibid. B.& ſeq.Ipſum non exauctorauit.375.1.B.Iuſtè tamē id potuiſſet 374. 2. C. Imprudens Magdeburgenſium de ipſo iudicium. 375.1.A.
Conſtitutio Imperialis de ſuprema Romani Pontificis authoritate. 241.2.B.
Conſtitutio Ludouici Pij Imp. in fauorem Romanæ Eccleſiæ.412.1.A.& ſeq.414.1.A.B.
Conſuetudine multa legitimè acquiruntur.157,1.B. Optima eſt legis interpres.170.2. C. 180.1.C. 226. 1.A. Quam vim habeat. 226.1.A.
Conſulum tempora ſignata ſunt incerta. 137.1.B.
Contentio inter Chryſoſtomum,& Theophylum, vnde exorta,& quò proceſſerit. 203.1.B.
Controuerſia de Templo Hieroſolymitano , & Garizitano. 52.2.C.
Controuerſiæ fidei ad Romanum Pontif. perpetuò vſu delatæ. 140.1.D.
Controuerſia inter Epiſcopos Arelatenſes, & Viennenſes quæ & quomodo deciſa. 238.2.B.
Conuiuia non damnantur in Euangelio.187.2.D. A ſanctiſſimis etiam viris aliquando celebrata.ibid.C.
Core princeps ſchiſmaticorum. 324.1.D.
Cornelius Centurio S.Petrum adorauit. 105.2.D.
Corpus Chriſti myſticum non eſt acephalum. 43.1.D.
Corpus eiuſdem naturale quo ſenſu dentibus in Eucharistia teratur. 537.1.C.
Correctio fraterna quotuplex,217.2.D. Quæ ſubditis in ſuperiores conueniat.21 .1.C. Quando 250.2.A.
Creatura nulla poteſt in æqualitate gubernari.292.2.D,
Creſcentius Romanus Schiſmaticus quomodo punitus 489.2.C.
Crucem ſibi præferri cur iubeat Romanus Pontifex. 8.2.D.
Cultus exhibitus ſacris imaginibus differt ab eo, quem Gentiles Idolis exhibebant.97.1. D. Antiquus eſt,& traditio Apoſtolica. 76.1.A.
Cultus latriæ cui deferatur. 275.2.B.
Cuſani Cardinalis locus de Pontifice Rom. interpretatus.157.1.B.eius expoſitio Canonis,vi.Nicęni.ibid.D
Cygnus Hieroglyphicum eſt ſenis muſicæ ſtudioſi.112. 1.B.Mornęus Sirenes potius , quàm Cygnus.ibid.C.
S.Cyprianus Mornęum hęreticum ad viuum expreſſit. 7.1.C.Primatum Eccleſiæ Rom.agnouit 13.1.D.15.1. A.58.1.B.Petri item.142.2. C.ſimiliter Romani Pontificis.135.1.C.Quas ad Romanū Pont.appellationes ęgrè tulerit.132.1.D.203.2.B.Quantum Clero Rom. ſede vacāte tribuerit.139.1.A. Nūquā Rom.Pontificibus iura præſcripſit.250.1.C.Nunquam fuit à Stephano Pont. communione Eccleſiaſtica priuatus. 141.1. B.ſuam de baptiſmo hęreticorum ſententiam nō edidit ſub anathemate.ibid. C. Multi eius Collegæ in ea ipſi non conſenſerunt.ibid.2.A.An eam ipſe correxerit.ibid.B.& ſeq.Hęc fuit in ipſo næuus quidam.252. 1.D.Inuectus in Romanum Pōtificem peccauit.142 1.C.Eius tamen authoritati non interceſſit.ibid.2. D. Quam longè abfuerit à pertinacia.ibid.Cur ab Eccleſia ſua ſe ſubduxerit.138.2. B. ob crimina Collegarū non receſſit ab Eccleſia.61.2.D. 147.1. C.Eius humilitas. 70.1.A.
Cyrillus Alexādrinus in Epheſina Synodo. Legatus fuit Romani Pontificis.228.2. C. & 232.1. B.& 233.2.D. & 234.1.A. Cur inter alios eiuſdem legatos primum locum tenuerit.165.1.C.Qua reuerentia loquutus de Cœleſtino Pont.229.2.B.& ſeq. Quomodo & quo iure fuerit caput Concilij.234.2.A. & ſeq.
Cyrus Patriarcha Catholicus in Pontum à Philippico relegatus. 20.2.C.
Cyrus Rex vnde motus ad Religionem amplificādam. 11.1.B.

D.

DAmaſus I.Pont.Liberij ſucceſſor.186.1.C.eius electio,& mores quàm probati.ibid. D. Vis ei ab Vrſicino illata.ibid. Eius electioni & maieſtati D.Hieronymus ſe non oppoſuit. 187. 1. D. Cur aliquandiu diſtulerit condemnationem Marcelli Epiſcopi Ancyrani.190.1.D.An D. Baſilium ſenſerit hæreticū. 190. 2.B.Eius commendatio & geſta pro Fide Catholica. 191.2.A.B.192.1.C. Eius Epiſtola ad Epiſcopos Orientis legitima.ibid. D.Similiter ad Epiſcopos Numidię. ibid.2. D. eiuſdem , ſiue Synodi Rom.ad Orientales, mandatoria fuit.195.1.B. Secundam Synodum conuocauit.195.1.D:Confirmauit.194.1.A. Quibus in rebus.196.1.B.Eidem nomē Oecumenicæ tribuit.ibid. C cur huic potius id tribuerit, quàm Romanæ. ibid. De cauſſa cur nec per ſe,nec per Legatos ei adfuerit. 194.1.D.
Damaſus II.quomodo Pontificatum aſſecutus.504.2.C
Damnati communi decreto, quomodo liberari debeāt. 263.2.A.
Damnatum in Concilio , & per Concilium , quomodo differant. 390.2 A.
Daniel & ſocij literas Chaldęorum didicerunt.130 2.C
Decreta Eccleſijs ſancire non licet ſine Romani Pontificis authoritate.29.1.B 164 1.B.167.1. C.& ſeq.
Decreta Concilij Tridentini quos non obligent. 338.2. D.Ea non obſeruantes quomodo excuſentur ibid.
Decreta Romanorum Pontificum comprobant, vel reprobant Concilia. 472. 2. B. Quomodo obſeruanda. 476.1.A.478.2.C.
Decreta Synodica firmitatem ab Epiſcopo Romano accipiunt 167.1 C.168.1.B.169.2 B.
Decretales Epiſtolæ Pontificum quantæ ſint authoritatis.269.1.B Has à Nicolao Pont uel alijs ęquatas eſſe ſacris ſcripturis,aut has illis ſubiectas, impoſtura eſt Mornęi 443.1.A & ſeq. Quo ſenſu apud Gratianum dican-

Digitized by Google

dicantur Canonicæ. 444.1.C.
Decretum contra Nicolaitas, & Simoniacos editum anno 1065.B. 520.2.B.
Decretum cœlibatus clericorum etiam in Germania obtinuit. 520.1.C.
Derogatio operis redundat in opificis iniuriam 451.1.B
Deſiderius Longobardorum Rex iuſto bello ab Adriano Pont.& Carolo Magno petitus.383.1.B.& ſeq.Nihil donauit Eccleſiæ,quin potius abſtulit. 384.1.D.
Deus,& Sol quomodo dicantur à Philoſophis cauſſæ vniuerſales.16.1.B. Deus aliquando vtitur medijs ſibi inuiſis,vt animaduertat in noxios.248.2.D Cur Tyrãnorum mortem ſuis aliquando reuelet. 288. 2.B. vtitur aliquãdo rebus malis ad ſua cõſilia.292.2.C.Bonis & malis Imperia largitur.333.2.A.Cur aliquãdo Regna transferat. 382.1. B. Quomodo loquatur.405.1.D.Cur malos paſtores permittat Eccleſiæ præeſſe. 480.1.D.Quomodo Eccleſiæ ſuæ conſuluerit tempore Pontificatus Ioãnis XII. & Leonis VIII 486.1.A
Diabolus per os Mornæi blaſphemat.1.2 D. Extra Eccleſiam eſt,ſicut in Eccleſia Chriſtus. 34 1. B. Eccleſiæ propagationi inuidet.112.2.C. Suos habet martyres .111.2. B. Sacramenta diuina æmulatur. 129.2. D. Cur.130.1.A.Propagationi Eccleſiæ inuidet 147.2 A.
Diaconi antiquitus,Presbyteris ſedentibus cum Epiſcopis,ſtabant. 189.2.A.
Dianæ Epheſię Templum quot annis conſtructum. 286.1.B.
Didacus Epiſcopus Oxomenſis contra Albigenſes miſſus ab Innocentio. 111.66.1.D.
Dignitas licet participatio quędam ſit diuinitatis,nunquam tamen extra creaturæ limites hominem conſtituit.105.1.A. Dignitatis ſanctitas non tollitur per vitam malam. 106.1 C.
Dignitates Eccleſiarum inſtitutæ ſunt omnes ab Eccleſia Rom. 294.1.C.
Diocletianus & Maximianus præ cæteris crudeliores in Chriſtianos, ipſorum Eccleſias ſolo æquari iuſſerunt. 76.1.C.
Diœceſis Epiſcopi Rom. eſt totus orbis Chriſtianus. 217.1.C.
Dionyſius Alexandrinus apud Romanum Pontif.ſe purgauit 138.1.C.145.1.B.Eius ſententia de ſeruanda Eccleſiæ concordia. 271.1.A.
Dionyſius Romanus Pontif. Iudex , & Conciliator,tumultus ſedat. 163 1.D.
Dioſcorus Alexandrinam ſedem occupauit. 28.2.A.Ordinatus Epiſcopus Legatum miſit ad Romanũ Pont. 249.1.D.Cur in Concilio Chalcedonenſi iuſſus ſit inter Epiſcopos non ſedere &c.30. 2.B.246.2.D.50.2.A. 247,1.A.51.2 D,82.1.D.Eius cõdemnatio pronũciata primũ à Legatis Leonis Pont Rom. tũ ab alijs Patribus cõfirmata. 247.2. C.D.Quid ipſi reſpõſũ ſit poſtulanti, Imperatorẽ,& iudices adeſſe.ibid. 1.D. & ſeq.
Diſciplinæ ſeu flagellationis ſui ipſius vſus exemplo B. Dominici Loricati introductus 515.1.A.Cur eiuſmodi flagellatio dicta purgatorij genus ibid. Neque ſuperſtitio eſt,neque labes doctrinę ibid.B. & ſeq.
Diuinitas nullis locis, aut temporibus circumſcribi poteſt. 32.2.D.
Doctrinam nouam in orbe Chriſtiano inducere non licet, 16.1.D.
Doctrina S.Romanæ Eccleſię non eſt probanda ex perſonis. 32.1.A.
Doctrina reformatę Eccleſię non Apoſtolica , ſed apoſtatica. 41.2.D.
Dęmon frequenter apparuit ingens , & horribilis inter Berengarium & eius auditores. 28.2.C.
Dogmata diuina qui aures obturatas habent exaudire nequeunt. 6.2.D.
Dogmata Eccleſiæ Catholicę ſunt hereticis inuenta. 51.2.B 52.1.A 53.1.D.Abuſus.332.1 D Quędam fidei dogmata habemus ex traditione. 17 1 C.
Doli mali definitio 94.2.A.C.D.Dolus ex perſpicuis indicijs probandus. 94.2.B.
S.Dominicus cum alijs in Galliam contra Albigenſes miſſus ab Innocentio III.66 1 D.Dum Catholici cũ Albigenſibibus confligerent,in ipſomet exercitu Deu precabatur.65.2. B. Miraculum, quo Albigenſes confutauit. 66.1.A.
Dominicus dies cur celebretur.127.1.C.Hoc die nec ieiunabatur,nec de genibus adorabatur. 96.1 B.
B. Dominicus Lorricatus exemplo ſuo vſum Diſciplinę,ſeu flagellationis ſui ipſius , introduxit. 515.1.D. & ſeq.
Dominium temporale à Chriſto in Pontifices collatũ non eſt , nec Pontificatui eſſentialiter,aut neceſſariò annectitur.2.2.A.Non repugnat tamen Pontificatui, aut Dei voluntati ibid. Conceſſum eſt Pontifici liberalitate Principum Chriſtianorum. 2.2.B.
Domitianus haberi voluit Deus , & Dominus 5.1.C. 22.2.A.
Donati hęretici arrogantia. 186.1.A.
Donatiſtę de paucitate ſua gloriabãtur 16.1.B. Eccleſiã de orbe terrarum apoſtataſſe,& in ſola parte Donati in Africa remanſiſſe contendebant.15.2.A.25.1.B.26. 2.A Idem ſinguli hęretici nunc docent.25.1,B.D.26. 2.A Eorum furor.33.1,B C.Primus error 48.2.B.71.1. B.In aliquibus rectè ſentiebant.49.2.B. Auſi ſunt Eccleſiam Rom.dicere Cathedram peſtilentię. 54.2.C. Quomodo hanc calumniam reiecerit D.Auguſtinus. 269.2.A. Sacram Euchariſtiam pedibus conculcàrũt. 54.2.D.Eandem canibus fundentes, quomodo puniti ſint à Deo.78.1.D. Cum Arrianorum hęreſi nihil habuerunt commune 66.2 B Cum eis tamen fœdus inierant.222.2.C. Quid in Concilium Sardicenſe. ibid.
Doni,ſiue Domni, aliter Domnionis Pontificatus. 488. 1.C.
Dorotheus Theſſalonicenſis Romanum Pont ſibi ſuperiorem agnouit.284 1. B. Primum bene ſenſit ibid.D. Poſtea verò. cum Thimotheo hęretico communicauit ibid. 2.A Hinc aliquot Epiſcopi ab eo receſſerunt. ibid Quid is in primo congreſſu cum Legatis, Hormiſdę Pont. ibid.B.Populum in ipſos concitauit.ibid. D.Hoc comperto ab Imperatore ; & Pontifice, quid ſequutum.ibid.D.& ſeq. Epiſcopatui ſuo iniquè reſtitutus.285.1.C.Conatus eſt ſe apud Hormiſdam excuſare ibid D.
Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio. 27.2.D.
Draco Diabolum ſignificat. 5.2.A.38.1.B.
Druidę cur à reliquis remoti viuerent. 86.1.A.
Dubius in fide,infidelis eſt. 14.1.D.
Ducum quorumdam victoriæ numerantur. 72.2.B.

E.

EBonis Archiepiſcopi Rhemenſis depoſitio cur , à quibus & cuius authoritate facta. 430.1.B.& ſeq.
Eccleſia cum ipſomet Mundo cœpit.15. 1.C.Eſt in Epiſcopo.18.1.B.28.1.C.Eſt plebs Sacerdoti adunata , & Paſtori ſuo grex adhęrens.28.1. C. 44.1. A. Nec Eliæ tempore fuit incognita.39.2.A.Qui ad eã pertineant. ibid.B.nõ eſt Eccleſia,quę Sacerdotes nõ habet,41.1. A.Quę viſibilis eſt capite viſibili carere nõ põt 27.2. B.Eccleſię vnitas ex vnitate doctrinæ colligitur.45.2. A.Eſt ſupernaturalis Reſp.diuinitus ordinata 54.1.B. Nõ eſt deſeréda propter prauos hominũ mores.61.2. D. Non eſt propter Pontificem , ſed econtra 83.2.C. Iudicare debet de vero ſenſu & interpretatione ſacrarum Scripturarum 93.1.A.Conſtat ex Eccleſiaſtica Hierarchia 52 2. B. Bonos ſimul & malos retinet. 146.2. D. Brachium ſęculare interpellat, & obtinet. 196.2.A Eius reformatio ad quos pertineat 505 1.C. Quid Eccleſia ſecundum Nouatores 41 1 C. Nouam Eccleſiam condere, nouamque doctrinam introducere non licet 16 1.D Eccleſia errare poteſt ex Sectariorum ſententia.61. 2.B. Quid Eccleſię nomine intelligendum 34.1.B C. 63.2. C. Quęnam ſecundum Lutherum omni tempore fuerit Eccleſię Dei condicio. 70.2.B.
Eccleſia Catholica cur ita nõiata 25. 1.B 2.B Cur item Romana 27.1 D.Quęnam ſit 25.2.C.89.1.A.Per Hieruſalem ſignificata fuit,Reformata vero per Babylonem.24.1. C Eadem eſt cum Eccleſia Martyrum 46. 2.D.Chriſtus eius author.16 1.C.Eius antiquitas Nouatoribus opponitur.24.2.D. Vnde omnes per orbem

Chri-

Chriſtianum Eccleſię ſint vna Catholica. 43 2.D.

Eccleſia Chriſti meritò dicta Apoſtolica 15.1.D. eſt antiquior Reformata ibid. 2.A. Toto terrarum Orbe diffuſa, in eiſdem fidei dogmatibus conſpirat ibid B. Futuram fuiſſe Catholicam ex Scripturis intelligitur. 16.2 B Eſt domus Iacob, mons domus Domini in vertice Montiũ, & domus ędificata à viro ſapiente Chriſto ſuper petram. 25 1.A Ibi eſt, vbi claues Regni cęlorum, &c. ibid. C. Eſt illud ouile, quod Petrus in ſuo ſucceſſore paſcit ibid Cur dicta Catholica 25. 1.B 2. A Eſt plebs Sacerdoti adunata, & Paſtori ſuo grex adhęrens, 28.1. C. Columbę nomine ſignificata 33.2. A. Quibus rebus ſimilis 35.1 A. 88 1.C. Vnica eſt. ibid. B. 43. 1.A B.C.2 B 44.1.A B In deſerto eſſe nõ poteſt. 36.1.C. cur aſſimilata ſit mulieri amictę ſole. ibid. 2.B. cur Ciuitati ſupra montem poſitę ibid. D. eſt omnibus conſpicua ibid. C. D 37 1 A. Non eſt Eccleſia Mornęi, ſed noſtra 37.1.C & ſeq. Vbi quęrenda. 37.2. B Non in deſerto 40.2 A. Toto orbe eſt diffuſa & ſupra Petrum fundata 43.1. D. Non eſt acephala ibid. Eius caput viſibile qui negant, non ſunt pars corporis eiuſdem 2. A Ea nihil fortius 51.1 D. Diffundẽda erat per omnes gentes. 63.2 B 67.1.B. Antichriſti etiã tempore ita illuſtris erit, vt aliquę gentes ad eam ſe recepturę ſint 64 1 A. Rectè ſoli comparata. 71.2 C. Vbi fuerit primis ſexcentis à Chriſto annis. 73 2.D. Quę credat. 81.2.B. Cur dicatur ſancta. 90.1. B Subſtituenda erat in locum Synagogę. 91.2.C. Alia tamen eſt vtriuſque ratio ibid I.D. Quomodo ſucceſſerit Synagogę 405 1.A Eius & Synagogę proportio ibid. B. & ſeq. 406. 1.D eſt Reſpublica longè omnium pręſtãtiſſima. 132. 2. B. Super Chriſtum & Petrum fundata eſt. 40.2.A. Eius poteſtas ſpiritualis quacumque terrarum ſeſe porrigit. 2.1.B Extra eam non eſt ſalus ibi. Eius ſplendor Paganis inuiſus. 187.1.B. ſub annũ 500. miſerabilis fuit eius facies. 267.1.D. Nota verę Chriſti Eccleſię eſt antiquitas. 25.1.B. 2. B. Item ſucceſſio Romanorum Pontificum. 15.1 A 74.1 A. 103 1.C 480. 1.B Eccleſia Chriſti non eſt, quę cum Petro eiuſque ſucceſſore non cohęret 44.1 B. Multa non per Scripturam, ſed per traditionem ab Apoſtolis accepit. 53. 1. D Senatum habet Presbyterorum, ſine quorum conſilio Monachis nihil licet agere. 87. 2. B. eſt Regnum Chriſti, quod amplitudine ditionis pręcellit omnibus Regnis Mundi. 106.2. C. Sedes ſuas non habuit in Albigenſibus &c. 70.2.C.

Eccleſia hęretica cur Agni ſimilitudinem pręferat. 119. 2. B.

Eccleſia, quę Hieroſolymis erat, quo pacto Pellam trãſlata. 27.1.A.

Eccleſia primitiua Apoſtolica, dicta non fuit Reformata. 40.2. D. Conſtabat ex Hierarchia Eccleſiaſtica. ibid. Quę ſit Apoſtolica. 41. 1. D. & ſeq. Nihil habet commune cum Reformata. 41.2.B.

Eccleſia Reformata, quę ſit, nullis ſcripturis probari poteſt. 15.2.C. Puſilla eſt & nupera 16. 1 A. Domus eſt à viro ſtulto ſuper arenam ędificata 25.1.A. Vbi reperiatur ibidem. D. ſi daretur: quot inde ſequerẽtur abſurda 34 2.C.D. Non eſt ſignificata per Mulierẽ, quæ in Apocalypſi dicitur fugere à Dracone in ſolitudinẽ. 36.1.A. & ſeq Ex lacu Geneuẽſi nuper prodijt. 39.1. D. Vbi, & apud quos lateret, ignorabatur ibid. Quomodo ſignificata in Scripturis. 40.2.C. Eius authores. 41.1.D. Nihil habet commune cum primitiua Apoſtolica 41.1.B. ſimilis eſt cœtui Idololatrarum in Iſrael ſub Hieroboamo. ibid. C. Neq; cõtinua eſt primitiuę Apoſtolicę, neq; cotigua 45.1. D. ſed Apoſtolicę. ibid. 2.A Sedes ſuas in ſuperioribus hęreticis habuit. 71.1.B. Quo ſenſu per Rhodanum ſignificata. 72.2.D. Eſt Synagoga Sathanę. 75.1.C. Vbi quęrenda 76 1.B. Sacerdotes non habet 399 2.A & alibi ſæpe. Eius miniſtri ab Orco reuocarunt hęreſim. Nicolaitarum. 520 1.B.

Eccleſia Romana mater eſt omnium Eccleſiarum. 13.1. C Caput 50 2 A. 20[illegible].2 C 295 2 C. Eccleſia principalis, Eccleſię Catholicę matrix & radix. 15 2 C. 28. 2. D 30.1.B 50.2.D. [illegible]02 2. B. Maxima & antiquiſſima à glorioſiſſimis Apoſtolis Petro & Paulo fundata 25.2. B. Apoſtolorum Schola, & pietatis Metropolis. 30.1. B. Vnitatis Sacerdotalis origo & caput. 13 2.1. D. Per Eccleſiæ nomen antonomaſticè ſignificata. 181. 2.C. Non à Patribus, ſed à Chriſto primatum accepit. 245. 1.D. Per Cathedram Petri 131.1.D. 301.1. A. Is eius primatus à Iuſtiniano Imp. agnitus. 13.1.D. Ab Eccleſia Africana. 28.2. C. Gallicana ibid. D Germanica. 29.1.D A Paganis. 145.2.A Ab alijs paſſim per totum opus. Ex ea venerandæ communionis iura dimanãt. 13.1.D. ex eadem vnitas omnium Eccleſiarum. 283. 2.A. & ſeq. Inde miſſi aliarum Eccleſiarum inſtitutores. 130.2. D. Eſt Eccleſia Chriſti Catholica & Apoſtolica 2.1.A. 8.1.C. 16.1 B 41.2, B. 86.1. D. Primũ eius fundamentum eſt Chriſtus. 55. 1. C. Poſt Chriſtum, Apoſtoli. ibid. Non poteſt eſſe ſine Epiſcopo. 28. 1.C. Non perijt propter Pontifices illegitimos vel nõ idoneos. 506.1.A. Quando defecerit iuxta ſectarios. 59 1. B. Nefanda non facit, ſed patitur 501.2.D 502 1. A. & ſeq. Omnes Eccleſiarum dignitates inſtituit. 294.1.C. Veram doctrinam ſeruat ibid. D. ſic & Apoſtolicas Traditiones. 126.1.C. Verbum Dei non neglexit 95. 1 C. Authoritatem ſuam exercet non libidinẽ dominandi, ſed officio conſulendi. 139.2. A. Mornæi iudicio fuit vinea Domini. 69.2 A. Ab eodem cum Troia ridiculè comparatur. 95.1.C. Nullum in ſe habet Sodomæ ſpiritualis indicium 109.2.A B Eius prærogatiua in iudicando 145.2.C. Eius iudicium quanti æſtimatum. 140.1.A. & ſeq. Quanti eam fecerit Ambroſius. ibid. 115.1.A. Hieronymus ibid. C. & ſeq. Auguſtinus ibid. 2.D. Neceſſe eſt omnem Eccleſiam ad Romanã conuenire. 44 1.B Nihil funeſtius ei accidere poteſt, quam ſi Principes ſęculares in electionem Pontificũ manus immittant 479.2.D Quo ſenſu omnes Eccleſię pręter ipſam fundatæ ab hominibus dicantur 519. 1.A Quod aliqui eius authoritati ſe ſubtraxerint, eſt opus Diaboli. 310 1.D. Qui eius priuilegium à Chriſto acceptum auferre conatur, hęreticus eſt. 170.1.A.

Eccleſia vniuerſalis quomodo Epiſcopis commiſſa. 128. 1 A. 2 B.

Eccleſia vniuerſa in ſacrificio Miſſæ orat pro defunctis 80 2.B.

Eccleſię inter ſe concordes eſſe nequeunt, niſi cum capite concordent. 181. 1. D. Quo ſenſu omnes dici poſſint Apoſtolicę. 273. 2.B & ſeq. 304. 1. D. Quo ſenſu omnes pręter Romanam fundatę ab hominibus. 519. 1.A. Multę ab Apoſtolis constructę, 25. 2.B. 348. 2.C. Imperatores curarunt, vt euerterentur. 349.1 A. Qui ius ſuum eis detrahit, iniuſtus eſt: qui Romanę Eccleſię, hęreticus. 170.1 A. cur eccleſiis relictę ſubſtantię. 291 2.B.

Eccleſię Orientis quantum tribuerint Romano Pont de fide Sanctiſſimę Trinitatis ad ipſas ſcribenti. 30 2.B.

Eccleſiaſtica Hierarchia inſtar cœleſtis habet miniſteriorum diſtinctiones. 284 1.C.

Eccleſiaſtica modeſtia in temperandis nominibus exprimentibus authoritatem. 127.1 B.

Eccleſiaſtica regula vetat concilia celebrari pręter ſententiam Romani Pont. 56.2.A. 82.1.D. 196.1. A.

Eclypſis luminarium multos aliquando turbauit. 71.1. D. Quis Romanorum, & Gręcorum primus eius rationem inueſtigarit. 71.2.A.

Editum Baſilij Pręfecti Prætorio de electione Romani. Pont. quando & cur reiectum 170.1. A. An editum auctore aut conſultore Simplicio Pont ibid B C

Effectus naturales quomodo à cauſſis prodeãt 162.2.A.

Effectus Sacramenti cuius merito detur. 506.2. B.

Electi cur ſoli Deo noti. 39 2.D.

Electio Epiſcoporum infirma, niſi à Romano Pontifice confirmetur. 161. 2.C. D. Facta per Laicos, & Canonicos à Pontifice improbata. 2[illegible]3.1 C.

Electio Pontificis Rom. libera eſt. 41[illegible]. D Cur Imperatoribus ſignificaretur. ibid. 2. A. Ei pręeſt ſpiritus ſanctus. 191.1.D. & ſeq

Electiones Epiſcoporum tametſi factæ varijs ritibus, omnes tamen factæ non ſine conſenſu Romani Pont. 313 1.A. 361.1.D. Carol⁹ Magnus vſurpatas à maioribus ſuis electiones, liberas reddidit. 397.2.A.

Ele-

Digitized by Google

Electores Imperij à quo Pontifice inſtituti.489.1.D.& ſeq.Quid Imperatori tribuant. ibid.2.D.

Elias Sacerdotes,& Prophetas Baal occidit, 57.1. B.Licitè occidit. 69.1.C.

Eligendi epiſcopos varij ritus. 313.1.A.

Elymas magus Paulo reſiſtebat. 76.2.A.

Emmanuel Comnenus Orientis Imp. multa & magna promiſit Alexandro III.ſi Occidentale Imperiũ rurſus cum Orientali coniungeret. 429.1.A.B.

Encyclicæ litteræ quæ ſint. 162.2.C.

Ennodius cenſuit, eos qui,cum Symmacho fauerent, à Laurentianis necati ſunt,Martyrio coronatos. 270.2. D.Nec ideo tamen adulabundus, vt Mornæus calumniatur.271.1.A.Magnus Chriſti Confeſſor fuit.ibid.B.

Enoch,& Elias cur morituri reſeruantur. 114.1.D.116. 2.A.

Epaminondæ obitus. 11.2.D.

Epheſini I.Concilij Patres multis ſignis indicarunt ſupremam Romani Pontificis authoritatem. 229. 1.C. Euangelij librum in ſignum Chriſti in throno collocarunt.233.1.A.Cur abeundi veniam ab Imperatore poſtularint. 235.1.C.

Epheſina II.Synodus appellata prædatoria.254.2.B. Reprobata à Leone 1.Pont.ibid.

Epiſcopales cathedræ quo ſenſu omnes dici poſſint Apoſtolicæ.273.2.B.& ſeq.

Epiſcopalis dignitas cuilibet ſæculari dignitati præfertur. 459.2.B.

Epiſcopatus Romanus, & vniuerſæ Eccleſiæ præfectura non ſunt duo Epiſcopatus. 124.2.C.

Epiſcopatus non eſt conſtitutus in priuatam vtilitatẽ. 128.2.C.

Epiſcopatus vniuerſalis quomodo pars à ſingulis tenetur in ſolidum. 129.1.C.

Epiſcopi Aegyptij cum Romano Pontif.de Arrianis cõqueruntur. 32.2.C.

Epiſcopi Africani tum doctrinam Pelagianam, vt hæreticam ab omnibus condemnatam iudicarunt,cum Romani Pontificis ſententia damnata fuiſſet.14.2.D.

Epiſcopi Galliarum, à quo inſtituantur & conſecrẽtur 29.1.C.Quomodo eligerentur.430.1.A.Quomodo iuramentum fidelitatis Regi ſuo præſtent. 108.2.C.

Epiſcopi Græci, qui ad Romanum Pontificem appellarunt. 30.1.A.

Epiſcopi in Germania Romani Pontif. authoritate ordinantur. 29.1.D.

Epiſcopi Orientis ad Romanum Pontificem prouocarunt. 179.2. D. Qui ibid. Quanti fecerint Hormiſdæ Romani Pontif.authoritatem.281.1.B.& ſeq.

Epiſcopi ſunt Apoſtolorum ſucceſſores. 40.2. D. & 134. 1.A.Et Quomodo.190.1. A. In Eccleſia quibus ſimiles.88.1.D. Sacræ ſcripturæ lectionem in menſa adhibere debent.93.1. B. Ita laborare debent pro Eccleſia ſibi commiſſa, vt idem labor ad cæteras quoq; Eccleſias pertineat. 118.2. C. D. Presbyteros vocarunt Collegas 132.1.C.Sunt eiuſdem meriti & Sacerdotij ratione Ordinis,non iuriſdictionis 289.1.D. Ipſorum depoſitio ſemper fuit Eccleſiæ Romanæ reſeruata. 199.1.A.Quales eſſe debeant.210.2.D.Quomodo ſint omnes Pontifici Rom. ſubiecti.240.2. C. & 310.1.C. Olim à Metropolitano & Comprouincialibus Epiſcopis eligebantur,& ordinabantur, de Romani Pontif. facultate.242.1.C.Ita ſunt à Chriſto inſtituti, vt eorum iuriſdictio immediatè pendeat non à Deo,ſed à Romano Pont.261.1. D. & ſeq.Ab ipſo,vel ipſius authoritate toto Orbe inſtituuntur. 303.1. B. Collegas ſibi æquales excommunicare non poſſunt. 313. 2. B. In ſua conſecratione iuramentum præſtant Pontifici.399.2.A.A quibus olim conſtituebantur. ibid.B.Iudicati,poſſunt ad Romanum Pontif.appellare. 409.1. B.Conſtantini iudicio à quo iudicandi.444.2. B. Epiſcopi tantum hæretici prouocarunt ad Imperatorem 16. 2.B. Epiſcopi lapſi poterant quidem ad pœnitentiam admitti, ſed à Sacerdotali honore prohibebantur. 31.1.C Epiſcopis maximus honor à Chriſtianis ſemper habitus.18.1.B. Plebs ipſis occurrebat, & ad pedes oſculandos ſe proſternebat.ibid. Epiſcoporum diſcrimen,& Romani Pontif.221.1.D. Illorum cauſæ cur ad iſtum deferuntur. 261. 1. C. Epiſcoporum Inueſtitura,& electi Romani Pontificis confirmatio, vtrum Carolo Magno conceſſa.392.1.B & ſeq 397.1. A. Epiſcoporum Galliæ & Germaniæ ſententia de Romano Pontifice 401.2.C. Epiſcoporum reſtitutiones iuxta Canones,quomodo faciẽdę.447.2.B.& ſeq. Creatio eſt Epiſcopi Romani. 193. 2.A Similiter depoſitio 199.2.A. Non licuit ipſos ordinari ſine eiuſdẽ conſenſu. 210.1.A B.

Epiſcopus ſchiſmaticus qua forma vti debeat in abiuranda hæreſi. 26.1.A.

Epiſcopus ſponſus eſt Eccleſiæ. 28 1.B. Eſt in Eccleſia & Eccleſia in ipſo 28.1.C.In Eccleſia,& domi quomodo ſedere debeat. 132.1.C. Quomodo non niſi à Deo iudicandus.134.1.A.Quot teſtibus cõuinci debeat. 423.2.C.D.

Epiſcopus antonomaſticẽ Romanus intelligitur. 182. 2.C.

Epiſcopus Carthaginenſis,maximus totius Africæ Metropolitanus 134.1.D. Eius priuilegia. 134 2.A.

Epiſcopus Oſtienſis Romanos Epiſcopos conſecrat, & Pallio vtitur. 173.1.D.

Epiſcopus Romanus cur cæteris ſublimior. 190.1.A.

Epiſcopi Vniuerſalis nomen reuera Romano Pont. oblatum à Synodo Chalcedonenſi. 244.1.B.

Epiſtola Athanaſij, & Epiſcoporum Ægypti ad Marcũ Papam & eius reſcriptum controuerſa. 169 1.D.

Epiſtola Aurelij ad Damaſum falsò inſcripta. 193.1.A.

Epiſtola Hulderici,vel Vldarici Auguſtani ad Nicolaũ. I confic̃ta.449 1.A & ſeq.

Epiſtola Ioannis III Cur ſpuria. 313.1.D.

Epiſtola reconciliationis Carthaginenſis Eccleſiæ cum Romana,conficta.293.1.A.& ſeq.

Epiſtola Stephani ad Damaſum, quæ contineat. 193. 1.C.

Epiſtolæ Bonifacio. II. & Eulalio Chartaginenſi falsò aſcriptæ. 317.1.A.

Epiſtolæ primorum Pontificum, vſque ad Siricium, an ſint genuinæ.127.2.A B.C.& 136.1 C.

Epiſtolæ Synodicæ,quæ dicantur.303.1 B. Earum conſuetudo apud Romanos Pontifices, & alios 303.1.D. vnde dictæ. 303.2.A.

Epocha Eccleſiæ Romanæ ex Mornæo 332.1. C. De Epocha vide plura in ſecundo Tomo.

Epulæ profuſiores non reprehendendæ, ſi cauſa adſit. 187.2.B.

Equus Troianus nonniſi ſublato Palladio in Vrbem introductus.95.1.C. Non ſic ſublato ab Eccleſia verbo Dei,vt Mornæus fingit, Antichriſtus in ipſam introductus ibid.& ſeq.

Eremitarum Ordo à D. Auguſtino traxit originem 86. 1.D.

Error particularis facti non præiudicat iuri naturæ, gẽtium,& ſcripto. 221.2.A.

Errores Arij Macedonij,Neſtorij,Euticheris,Monothelitarum in ſexta Synodo condemnati. 49...D.

Errores in Epiſtolas Gregorij irrepſerunt 323.2.B.

Errores quando primum in Eccleſiam irrepſerint ſecundum Nouatores. 58.2 B.

Errores Synagogæ. 92.1.A B C.

Ethnicorum Religio licet habeat multa noſtris ſimilia, non tamen ab illis ea accepimus. 129.2.B.C.

Eua præfigurauit Eccleſiam. 73.1.D.

Euangelium miraculis confirmatum ijſque mũdus perſuaſus 47.1.A.B.Non eſt venale 79 2 D.

Euangelij codex in ſignum Chriſti collocatus in throno à Synodo 1. Epheſina 233. 1. A. ſic erat in more. ibid B.

Euchariſtia nonniſi de manu Sacerdotis ſumenda 79.1. A Quo ſenſu dicatur ſynaxis 80.1 D Ei bellum indixerunt Caluiniſtæ 33.1.A.Euchariſtiæ ſacrificiũ quẽ ad finem peragatur in Eccleſia. 63.1. C. Euchariſtię Sacramentum à Deo ipſo edocti ſumus 77 1 A. Eius veritas,& inſtitutio 77.1 B. Eius circumgeſtatio cum ſolemni cultu in veteri Teſtamento figurata 78 2 C. Eiuſdem Nomina 80.2 A.Donatiſtæ & Arriani pedibus ipſam conculcarunt.54. 2. D. Donatiſtæ canibus eandem fundentes,à Deo puniti.78. 1. D. Adorari à Chri-

Chriſtianis conſueuit ibid 1.A.

Eudoxia Auguſta cur Chryſoſtomo infenſa. 203.2.A. Eum iterum exulare cogit 204 1. A. Ab Innocentio Pont.excommunicata 207.1. A. Pro abſolutione ipſum obnixe rogat,ſeque excuſat ibid.B.

S Eugenius quātū detulerit Romanæ Eccleſiæ. 226 2.C.

Eunomianorum errores.71.1. B. A quo damnati.193.1. B.194 2.B.

Eunuchi apud Grecos aliquando ad Pontificatum promoti 433.2.B.435.2 B 474 1.A.

Euphemius Alexandrinus electus Conſtantinopolit. Epiſcopus,& à Romano Pont confirmatus. 262.1.B.

Euſebia Imperatrix quibus conditionibus Leontiū Epiſcopum ſuſceperit. 18.1.C.

Euſebiani Synodum conuocant.175.2. C. Nec ſe Arrianos palam profitentur ibid D.

Euſebius Dorilæi Epiſcopus aſſerens,Canonem de priuilegijs Eccleſiæ Conſtantinop. à Leone Pont.ſuſceptum,vel mentitur,vel Leonem fefellit,vel eius ſilentium pro conſenſu interpretatus eſt. 244.2 C.

Euſebius Nicomedienſis homo nefarius.183.1.C.Athanaſium condemnauit.ibid.

Euſebius Honorij Legatus Adalualdum Longobardorū Regem poculo dementauit. 337.1.D.

Euſebius Vercellenſis Legatus Apoſtolicus in Concilio Alexandrino,Thebis exulauit.184.1.D. Cæſareā curmiſſus. 184.2.B.

Euſtachius Sebaſtenus Liberio impoſuit. 201.2.D.

Eutychetis hæretici error 73.1.B. Ad Apoſtolicam ſedē confugit 181.1.A. A Leone I.damnatus 200.2.A.Querimoniam miſit ad Apoſtolicam Sedem.238.1.B.Eius dolus ibid.Mentitus eſt. 238.2.A.

Eutychius Epiſcopus Conſtantinopolitanus profeſſionē fidei miſit ad Vigilium Papam.305.2.B. Eius electio diuinitus pręcepta. 306.1.A.

Exaltatio,& arrogans,ac ſuperba iactatio,non de Chriſti magiſterio,ſed de Antichriſti ſpū naſcitur.7.1.C.

Exarchatus Rauennæ an malè habuerit Romanos Pontifices. 374.1.B.

Excommunicatio cur non contemnenda. 34.1.B.

Exercitus Dominorū,tunc magis contra hoſtes creſcit, quanto Dei exercitus ad orationē creuerit.326.1.B.

Ezechielis principium, & finis apud Hebręos ante trigeſimum annum non legebatur. 82 1.A.

F.

FAbula de Ioanne Papa fœmina ſi vera eſſet, nihil præiudicaret Apoſtolicæ Sedi.432.2.D.& ſeq. De origine huius fabulæ ſententia Onuphrij 433.1.B. Baronij ibid.2.A.474.1.A. Quis primus eius ſcriptor. 433.1.C & ſeq. Refellitur ex ordine Pontificum ibid 2.D & ſeq. Ex ſilentio Græcorum 434.1.C & ſeq. Ex condicione hominum qui à S. Petro ad Formoſum Pont admiſſi ſunt ad Papatum.436.1.B.& ſeq.Ex circumſtantijs.ibid.2.A.& ſeq.

Farelius primo Geneuam ſeduxit, deinde Caluinus.27.1.B Cūm Caluino Gallias primus turbauit. 45.1.B.

Faſti conſulares non adeo certi. 137.1.B.C.D.

Fatis omnia tribuenda iudicat Mornæus. 98.2.D.

Fauſtinus Epiſcopus Potentinus Legatus Apoſtolicæ Sedis in Concilio Carthagin. 219.2.B.

Fauſtus Exconſul Eccleſię propugnator. 270.2.D.

Fauſtus Magiſter Conſtantinopoli fungens Legationis officio. 265.1.C.

Fauſtus Manichæus qualis a ſuis habitus 6.1.B. Qualis à S. Auguſtino depræhenſus. ibid. C. Eius ſpiritus in Mornæo. 112.2.A.

Fautores hæreticorum,niſi reſipiſcant ſunt iam proſcripti. 56.2.C.

Felix III.Acacium Conſtantinopolitanum Patriarchā excommunicat,& alios 263.2.C.

Felicis Archiepiſcopi Rauēnatis defectio ab Apoſtolica Sede.372.1.C.D.Iuſtiniani iuſſu, iunctus Cōſtantinopolim pducitur,& exilio,& oculorū priuatione dānatur:quā tam ē ſęuitiā Cōſtantinus Pont.nō probauit. ibid. Quid eius Cautioni diuinitus acciderit. ibi.2.A. Eius Sanctitas ad quod tēpus referatur. ibi.C. Quomodo reconſiliatus Eccleſiæ Rom.ad propriam Sedē redierit.ibid ,D.

Feſti patricij promiſſio facta Anaſtaſio Imperatori.279 2.B.

Feſta noua aliquando in veteri etiam Lege inſtituta. 79 1.A.

Feſtum Corporis Chriſti cur Vrbanus IV. Pontifex inſtituerit. 78.2.D.

Fideles non omnes ex æquo tenentur ad omnia explicitè credenda.48.2. A Libenter moriuntur.112.1.C.

Fides non poteſt eſſe duplex ut nec duæ veræ Eccleſiæ. 16.1.A.Multa eius dogmata non extant in ſacris ſcripturis.17.1.C Quis habeat rectam & Catholicam fidem.25.2.D.Falſum ei ſubeſſe nō poteſt.48.2.A.Quomodo extinguatur 48.2.B. Tum Canonis authoritate tum Eccleſię Catholicę traditione approbatur. 96.2.C.D. Non eſt probanda ex perſonis, ſed perſonę ex fide.147.1.C.189.1.C.

Fides Catholicæ Eccleſię non alia eſt, quàm Romanę. 230.1.C.

Fides Occidentalium, magis quam Orientalium incorrupta. 208.1.B.

Fides Romana Apoſtolico ore laudata. 203.1.A.

Fides S. Petri duplici ratione eſt fundamentum Eccleſiæ.240.1.C.481.1.A.B.

Fidei formula cur ſcripta pluribus verbis in Sardicenſi,quàm in Nicæno Concilio. 179.1.B.

Fidei formula Legatis ab Hormiſda Pont.data.278.1.B.

Filios Prophetarum fuiſſe Monachos ſcribit S.Hieronymus. 85.2.D.

Finium quæſtio quomodo tractanda. 223.2.B.

Firmilianus in Stephanum Papam acriter inuectus,Palinodiam cecinit.143.2.D. Illi cum Orientalibus omnibus reconciliatus eſt, 144.1.B.

Flagitij vox quid ſignificet. 505.2.B.

Flauianus contra Sacros Canones ordinatus Epiſcopus Antiochenus.193.2.A.Damaſo reconciliatus 197.2.A Non oppoſuit ſe Romani Pontificis authoritati. 240.2.B.Ad ipſum appellauit.154.2.D.241.1.B. Quanti fecerit illius iudicium.ibid C.

Flauita electus Epiſcopus Conſtantinopolit. intronizari noluit,niſi à Romano Pontif. confirmaretur. 261.1.B.

Florentinum Concilium ex conſenſu etiam Græcorum ſtatuit de primatu Romani Pontificis.260.1.C. Dici non poteſt Octauum vniuerſale. 457.2 D.

Fœmina ordinata in Patriarcham Coſtantinopolit 433.2.B.& ſeq 435.2.B Nunquam in Romanum Pont.vide Fabula.

Formatarum Epiſtolarum antiquus uſus. 181.2.D.

Formoſus Pontifex legitimè electus & ordinatus, ſicut Sergius cum ſuis fuit ſchiſmaticus 476.2.B.C. Quam laudatus.ibid.B,C.Iuſtè Arnulphum in auxilium cōtra Sergianos euocauit ibid D. ſtrages, quas Arnulphus Romæ intulit,non ſunt ei aſcribendæ.ibid. Ipſū coronauit Imperatorem. ibid.C. Vi tamen & metu adductus 478.1.A 2.A. Quid Stephanus VII. furore percitus, in eius ordinationes & cadauer. 477. 1.C. Quid pro iiſdem Ioannes IX.478.1.A.& ſeq. Stephani VII Synodus contra ipſum coacta,illegitima fuit. 479 1.D.

Francofordienſe Concilium quam Synodum Nicęnam ſecundam condemnauerit 389 2. A. B. Vniuerſalem ſeptimam damnauit,ſed per errorem, duobus mendacijs illi obtruſis ibid.C.D. Quomodo hęc illi obtrudi potuerint 390.1. C. Non exploſit Synodos Romæ celebratas pro cultu SS. Imaginum. ibid.B. Errauit in quæſtione non iuris,ſed facti.ibid D.Legati Pontificis ei non conſenſerunt.ibid.Pontifex refutauit ibid. Nicæna ſecunda Synodus damnata in Francofordienſi Concilio,non per Concilium.ibid.2.B. Cur id conuocatum.396.2.D. Non Carolus Magnus,ſed Legati Pōtificis ei pręfuerunt.ibid Pœnes quæ id Concilium ſit alicuius roboris.ibid.

Franci abdicato Childerico Pipinum ſibi Regem conſtituunt. 380.2.A.D.

Francorum Reges, & Romani Pontifices mutuis beneficijs deuincti.391.2.A.Non ſibi,arrogarunt,à ſe pendere Pontificiam dignitatem ibid.C. Cur Imperatores creati.392.1.B. Cur ipſorum Regnum inter cętera primum dignitatis locum obtineat 398.2.D. Vnde

Chri-

Digitized by Google

Chriſtianiſſimi nomen obtinuerint. 14.1.A.
Fraudes hæreticorum cauendæ. 47.1.D.
Fredegundis Regina Prætextato Epiſcopo aduerſatur. 318.1.A.B.
Fridericus. I. quem honorem obtulerit Adriano.IV.18.2.B.Alexandri III.pedibus oſculum infixit.ibid.C.
Fucini lacus mira condicio. 72.1.B.
Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus quid moriens ſenſerit de Berengario. 78.2.B.
Fulconis Andegauẽſis Comitis Eccleſia miraculosè diruta.496.2.C.Quid hac ruina Deus portẽderit.497.1.A.

G.

GAinas,Arianus licet,quantum detulerit S.Io.Chryſoſtomo. 18.1.C.
Galliarum Reges,qui in Vualdenſes, & Albigenſes arma ſumpſerunt. 64.2.C.
Gallia ſemper Pontifici Rom.deditiſſima.276.2.C.Eius religio ex Apoſtolica Sede deriuata.ibid. vt à S.Bernardo nobilitata fuit, ſic à Mornæo dedecorata.493.1.B.
Gallicana Eccleſia quid ſtatuerit de Sacrarum Imaginum cultu. 388.2.B.
Gamalielis conſilium de Apoſtolorum prædicatione. 3.1.A.
Garizitanorum Controuerſia cum Hieroſolymitanis. 52.2.C.
Garizitanum Templum Ioui Hoſpitali dedicatum.103.2.D.
Gelaſius Pont.Canonem librorum edidit.167.2 B. Eius ſententia de priuilegijs Eccleſiæ Conſtantinopol.156 2.A.264.2.C.Mornæi mendacium de argumẽto, quo ipſe tutatus ſit primatum. 265.1.D. Vaſterum à Rauennatibus, redire ad Eccleſiam Rom.cupientibus, electum in Archiepiſcopum,confirmat, & Rauennatẽſi Eccleſię priſtinã dignitatẽ reſtituit.314.2.B.& ſeq.
Geneſis principium ante trigeſimum annum apud Hebræos non legebatur. 82.1.A.
Geneuam qui primi ſeduxerint. 27.1.B.
Geneuenſium, & Io.Knoxij error.3.1.D.Geneuẽſium & aliorum hæreticorum editiones, reſpuit Eccleſia Rom. 93.1.B.
Genſericus,Roma capta,Martyrum, & Apoſtolorũ Baſilicis maximum honorem deferri iuſſit. 9.2.C.
Gentes Iudæis opponuntur. 103.1.A.
Gentiles putabant, Chriſtianos adorare Cererem, & Bacchũ,propter adorationẽ Sacrę Euchariſtiæ.78.1.A
Gentilitia multa in Chriſtianam Religionem laudabiliter tranſlata.149.1.C.& ſeq.
Georgius Arrianus,Alexãdrinã Sedẽ occupauit.28.2.A.
Gerardus Braxutus multos Pontifices veneno ſuſtulit. 504.2.D.
Gerbertus Aquitanus Philoſophus in Rhemẽſẽ Archiepiſcopatum intruſus. 491. 2. C.Arnulpho proditionis crimen imponit.ibid.& ſeq.Exauctoratus à Romano Pont.492.2.A.Ideoque in ipſum,& Sedem Apoſtolicam contumelioſus fuit; vt nulla fides ei debeatur. 493. 1. A. & ſequen. Rhemenſi concilio multa addidit multa immutauit. 494. 1. A. Ad Seguinum Senonenſem Epiſcopum, literas dedit virulentes. 494. 2. B. & ſequen. An ſtrenuè tutatus Patrum Gallicanorum cauſſam.495.1.D. Ridiculum Mornæi de ipſo commentum. 496.1. D. Apologiam edidit,à Baronio confutatam ibidem.Qualis Monachus fuerit.ibidem. 2.A.Archiepiſcopus Rauennatum factus, & poſtea Pontifex Roman. 497.2. C. Et Silueſter. I I.vocatus. ibid.Vide Silueſter. I I.
Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, quid de Conſt antino Copronymo vaticinatus fuerit, 97.2.A. Reſtitit Leoni Canoni.98.1.D.99.2.A.
S.Geruaſius,& Prothaſius an diſcipuli S.Pauli.518.2.D. 519.2.A.
Gladius Mornæi qualis.7.1.B. & ſeq.
Gloria noui Teſtamenti eſt inuiſibilis,eius tamen miniſtri viſibiles.407.2.A.
Gnoſtici ſunt meri aſini 28,2. B.Qui,& unde 76 2.A.
Godofridus Caſtillionæus Archiepiſcopus Mediolanenſis Simoniacus, à Pontif. excommunicatus.521.1.A. Vrbe excedere cogitur.ibid.D.
Goodmanni error.3 2.A.
Goodmanni Angli liber, Quemadmodum ſummo Magiſtratui obediendum ſit,pernicioſiſſimus. 3.2. A.
Gothofredus Dux & Marchio Tuſciæ. 18.1.D.
Gradi inſula, ob Longobardorum in Italiam irruptiones,habitari ſolita à Patriarchis Aquileienſibus. 311. 2.C. Aquileienſis Sedes ab Helia Patriarcha Pontificis authoritate huc tranſlata.ibid.
Gratianus nimis credulus, Decretorum libro falſa pro veris inſeruit.392.1.D.Eius verba addita Synodo III. Africanæ,210.1.D.Non ideo ſchiſmaticus,quod Inueſtiturã Epiſcoporũ Carolo Magno cõceſſam fuiſſe, Sigibertũ ſecutus crediderit 392.1 D Quæ ſit authoritas ei' Decreti tametſi editi curã Greg.XIII.ibi.2.A
Gratianus Imperator Pontificis maximi titulum,& Sacerdotalem ſtolãm auerſatus eſt.160.1.A.Sanctas Eccleſias ijs tradi iuſſit, qui Damaſi communionem amplexarentur.191.2.A. Eius ſententia de primatu Romani Pont.196.2.D. Duo hæretici Aquileienſem Synodum ab ipſo extorſerunt.ibid.B.
Gratianus primus Epiſcopus Turonenſis, à Romano Pont in Gallias tranſmiſſus. 277.1 A.
Græca Eccleſia primatum,Romanæ Eccleſiæ, agnouit. 30.1.A.
Gręci ꝑpter obſtinationẽ in ſchiſmate libertatẽ cũImp. amiſſerũt 30.2 D.59.2. D. 227.2. C. 331.2.D.S. Brigitta & Nicolaus V.id illis prædixerat.332.1. B.Poſt multas diſputationes de primatu Pontificis Romã,& Romanæ Eccleſiæ conuicti ſuũ errorem agnouerunt.30. 2.D.49.1.B.59.2.D. 260.1.A Sanctas Synodos falſarunt.154. 2.C. Loca de proceſſione ſpiritus Sancti à Patre & Filio expunxerunt.ibid.D. Corrumpendis libris aſſueti.342.1.B. C. Ipſi ſponte ſchiſma concitarunt.221.2.B. Ideò habiti ſunt ſchiſmatici, quòd ab obedientia Eccleſiæ Romanæ deſciuerunt. 260.1. A.
Græcorum nomine intelliguntur gentes. 103.1.A.
S.Gregorius Magnus ſacra operans,Angelum habuit ſocium.79.2.B.In ſenſu morali cæteris antecelluit.201. 1.C.Statuit de cauſſis Maximiani Eccleſiæ Pudentianę in Africa Epiſcopi, & alterius cuiuſdam Epiſcopi. 199.2.B.C.Eius iudicium de Eccleſia Conſtantinopolitana.259.2.C D e titulo Vniuerſalis Epiſcopi.320.1. C.& ſeq Ioanni Conſtantinopolitano volenti Vniuerſalis Epiſcopi nomen ſibi vſurpare, reſtitit.320.1.C. Cur id ſibi inſcriptum recuſarit.321.1.B.C Quo ſenſu.19.2.C.D 328.1.D. Curam geſſit vniuerſæ Eccleſiæ.321.2.B.323.2.C.Eius primatus ab omnibus agnitus.322.1.A. Vſum Pallij conceſſit Virgilio Arelatẽſi Epiſcopo, eundemque Legatum ſuũ in Regno Childeberti petente ipſomet Childeberto,conſtituit.ibid. B.ſoluitur Mornæi contra id obiectio. ibid. 2. A. & ſeq.Item Siagrio Auguſtodunenſi.323.1 A. Orientalibus etiam.325.1 B.Cur noluerit Auguſtinum Legatum ſuum iuriſdictionem vllam in Eccleſias Galliæ exercere.ibid.D. Per hunc exercuit iuriſdictionẽ ſuã in Anglia.323.1. A.Eius ſcripta quanti facienda.ibid. B.Varia eius enchomia.ibid.De priuilegio ab ipſo cõceſſo Monaſterio S.Medardi.ibid.D & ſeq.In eius Epiſtolas nonnulli errores irrepſerunt.ibid.2.B.C. Vt Ioãnis ſuperbiam reprimeret, imitatus eſt Chriſtũ. ibid. D.Eiuſmodi imitatio, contra Mornæi nugas fuſius explicatur.324 1.A.In eundem Ioannem authoritate vſus eſt.ibid.D.Adrianus Epiſcopus Thebanus ad ipſum appellat.325.1.C. Ipſe Ioannis primæ Iuſtinianę Epiſcopi ſententiam in eum latam irritat,& pœnitentiam iniungit.ibid 2.A. Non fuit exquiſitiſſimus hypocrita,vt calumniatur Mornęus ibid.D.Mauritiũ Imp.meritò & laudauit,& reprehẽdit ibid. D & ſeq. Eius legem, ne milites in Monaſterijs ſuſciperentur, emendauit.326 1.B.& ſeq. Quo ſenſu dixerit,Deum Imperatori conceſſiſſe, vt Sacerdotibus dominetur. 327.1.A. Ad Phocam creatum Imperatorem ſcribit, bene ſperans de illius Imperio.ibid.1.D.19.1.B. Nec tamen ãdulatus.327.1.D. Nec eius parricidio adblãditur.19.1.B.332.2.B Nec eodem abutitur ad authoritatem ſuam amplificandam. 328.1. C. Non fidein-

Digitized by Google

bet, S. Petrum protecturum Phocę Imperium, ſed vt protegat precatur.ibid. An eius Epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Syracuſanū ſit ſuppoſititia. 330.1.B. Quę ipſe in Eccleſia inſtituit. 332.2. A. Phoca poſtulante, Apocriſarium ad ipſum mittit.ibid.C.D.S.Gregorius impudenter & incongruè Papiniano poſtpoſitus à Morneo 333.1.D. Eius humilitas.334.2. C. Seruum ſeruorum Dei ſe primus nominauit.23.1.D.Ad ipſum appellatur ex Hiſpania.335.1.A.Is per Ioannem Defenſorem ibi ſuam iuriſdictionem exercet.ibid.B.Synodo Chalcedonenſi non derogauit.336.1.A. Quanti hanc cum alijs tribus primis Synodis æſtimarit ibid. Qua occaſione de prędicando Anglis Euangelio cogitarit.350.1.B.Factus Pontifex id exequutus eſt.ibi. C.Quantum ij profecerint, quos eo miſit.351.1.B.& ſeq. Cognominatus eſt à Græcis Dialogus.375.2.B.

Gregorius.II impietati Leonis Iſaurici,qui ſacras Imagines abradi iuſſerat reſiſtit.20.2.A.375.2. C.Ab omnibus Scriptoribus commendatus. 375. 2. B. Leo Imp.eius vitæ & libertati inſidiatus. 376.1. A. Auxilium Longobardorum contra Paulum Exarchum iuſtè implorauit.ibid.D. Idem poſtea iuſtè hortatus eſt Vrſum,vt Exarchum omni ope iuuaret.ibid.2.A.Leonem excommunicat.&c.377.2.A. Prauum ſectariorū iudicium de hoc facto.56.1.A. Mornęus tumultuum ac ſeditionum authorem iniquè facit Gregoriū. 377. 2.C.Gregorij laudes.ibid.2. A. Eius commendatores iniquè à Centuriatoribus reprehenſi.ibid.

Gregorius.III.Carolo Martello prudenter Eccleſię defenſionem contra Longobardos commendauit.378.1. C.Pro cultu ſacrarum Imaginum concilium indixit, in quo Leonē Iſauricum alioſque excommunicauit 378.2.C.Traſimundum ſpoleti Ducē meritò in fidem recepit,eique auxilium præſtitit.379.1.A.Magdeburgenſium calumnię in Gregorium.ibid.D.

Gregorij.IV.electio & mores.419...B. Cur dilata fuerit eius conſecratio.ibid. C. Ipſum coniurationi filiorum Ludouici cōſenſiſſe,mera calumnia eſt.ibid.2.B. Ludouicus eius authoritate in integrū reſtitutus.420 2.B.Quo tempore mortuus.423.1.B.Quę ipſe in cauſa Aldrici Cænomanenſis de appellatione ad Romanam Eccleſiam. 426.2.A.

Gregorius V.creatus Pontifex.489.1. A. In eius ſedem intruditur Ioannes Calaber.ibid. Imperij electores inſtituit.ibid.D.& ſeq.Quibus conditionibus.490.1.A

Gregorius VI.an Apoſtolicę Sedis inuaſor.500.2.B.506. 2.C An Simonię reus.500.2.C.506.1.D. Habitus fuit legitimus Pontifex.500.2.D. Qualis vir.ibid. Gregorium Nazianzenum imitatus Pontificatu ſponte ceſſit.501.1.A 503.2.B.& ſeq.Scelera à ſicarijs,eius Pontificatu,Romę commiſſa, non debent ei aut Eccleſię imputari. 502.2.A.

Gregorius.VII.iuramentum fidelitatis à Richardo Capuæ Principe exigit.523.1. A. Item à Roberto,Apulię,& Calabrię nomine.ibid.C.Eundem Regem inueſtiuit.ibid. Quę ad Philippum I. Regem Francorum ſcripſit, nihil habent affine cum voce Diaboli Chriſtum tentantis.ibid.1.D.& ſeq.Qualis vir,& à quibus electus in Summum Pont.526,2.B. Quod ei glorioſū eſt,odioſus fuit hereticis. ibid. D. De Apologia Leodienſi contra ipſum.527.1.A. Ipſum conſecratum,& Coronatum fuiſſe Pontificem ſine Imperatoris authoritate,probabilius eſt.ibid.2.A. Quo animo Canones cōtra Simoniacos & Nicolaitas ediderit.ibid.B.Theobaldum Caſtilioneum Archiep.Mediolan. excommunicauit.528.2.A. Error ei à Sigeberto impoſitus.ibid. C. Ab hęreticis accuſatus vt Berengarij diſcipulus. ibid. Eius Decretum de cœlibatu tandem in Germania obtinuit 529.1.C. Cur potiſſimū ſucceſſerit Henrico Imp.ibid. D. Multa de ipſo à ſchiſmaticis conficta.ibid.2. C. De Synodo Vuormatienſi ab Henrico contra ipſum indicta. 530.1.A.& ſeq. Gregorius Henricum in Synodo Rom.excommunicat.ibid.D.& ſeq. Quanti facta huius ſententia.ibid.2.D. Ipſum tādem in gratiam recipit.531.1. A. Vuillelmus Traiectenſis Epiſcopus Gregorij aduerſarius quas tandem Deo pœnas perſoluerit ibid.D & ſeq. Canonica purgatione innocentiam ſuam probat apud Henricum & alios. ibid.2.D.Eius innocētia,Henrici verò iniuſtitia & impietas multis ſignis à Deo demonſtrata. 532. 2. D. Henrico promiſſa ei non ſeruante,Principes Germanię Rodolphum in eius locum eligunt, inſcio Gregorio.532.1.B.D.Gregorius quàm cupidus pacis fuerit. ibid.2.B.Cur exauctorauerit Henricum,Rodolphum. verò pro legitimo Rege habuerit &c.533.1.B.De Synodo Brixienſi contra Gregorium.534 1.B.& ſeq. Ipſum ſub finem vitę pœnituiſſe, quod Henricum fuiſſet perſecutus, commentum eſt. 535. 1.A. Sigeberti mendacium de eodem.ibid.B.Gregorius ſummoperè laudatus Henricus verò reprehenſus.ibid. 537.2.B.& ſeq.Calumnię in ipſum & Mathildē à quibus iactatę. ibid.D.Quàm falſę, quod ſuppreſſit Mornęus.ibid.2. A.B.C.Mornęi mendacia de iſdem Gregorio,& Mathilde.ibid.D. Quę fides Benoni contra Gregorium habenda.536.1.C.D. Eius & ſchiſmaticorum calumnię in Gregorium.ibid.2.B.Miraculis claruit.535.1.A

Gregorius Syracuſanus à Benedicto III. excommunicatus,Photium Patriarcham Conſtantinop.conſecrauit. 449.2.B.

Gregorius Turonenſis à Mornęi calumnijs defenſus. 289.1.B.Non conſentiens in damnationem Prętextati Rotomagenſis Epiſcopi, quam Rex Chilpericus procurabat,quid ei reſponderit.318.1.A. Noctu à ſeruis Fredegundis Reginę ſolicitatus fuit, vt in eam conſentiret.ibid.B.Mornęus ei imponit.317.2.C.Eius Hiſtorię ſcopus. 322.1.C.

Gualo Cardinalis, Legatus Pontificius contra Albigenſes. 66.1.D.

Guibertus Rauennatum Pſeudoarchiepiſcopus in Pſeudoſynodo Brixinenſi electus Antipapa contra Gregorium VII.& Clemens III.appellatus.534.1.D. Iam ante triennium Gregorius eum ab Archiepiſcopatu depoſuerat.ibid.2.A.S.Anſelmus Lucenſis pro Gregorio contra ipſum ſcripſit.ibid.B.Henricum coronauit, ſeu coronam non glorię,ſed confuſionis dedit.ibid.D. Nunquam auſus eſt palam ſe Pontificem Max.inſcribere.ibid.

Guidbertus Archiepiſcopus Anglię. 29.2.B.

Guido Mediolanēſis Archiepiſcopus Nicolaitarū, & Simoniacorum hereſibus vna cum Clero infectus. 518. 2.B. 521. 1. C. Has cum Clero abiurat.ibid.520.1.B. Paulò poſt à propoſito recedit.ibid.C.Abdicans ſe Sacerdotio, non citra crimen miſit ad Henricum Imp. inſignia Sacerdotij. 221.1.D.

Gundemarus Hiſpanię Rex Toletanę Synodi Decretū pro primatu Eccleſię Toletanę probauit, non primatum ei detulit.335.1.D.& ſeq.

Guntharius Colonienſis Epiſcopus diuortium inter Lotharium & Thietbergam approbat.439. 2. B. Hinc à Nicolao Pont.Romam vocatus exauctoratur.ibid.D. & ſeq.Non tamen inauditus, vt Magdeburgenſes & Mornęus calumniantur.440.1.C. Exauctoratus Imperatorem in Nicolaum commouet.445.2.D. Schiſmaticis adheret.446 1.A. Quales literas ad Nicolaū ſcripſerit.ibid.& ſeq.Lotharius apud Nicolaum Pont.ipſum accuſat, quod excommunicatus celebrare Miſſas non metueret.ibid.C. Guntharius huius facti pœnitens,Romā pergit,ſed reſtitutionis, vel ſatisfactionis locum non inuenit,ibid.D.

Gunthramnus Rex Childeberto nepoti ſuo reconciliatus.312.2.B.Haſtam eidem tradens pollicitus eſt Regnum,ac tandem moriens, reliquid.ibid.& ſeq.

Gymnoſophiſtę cur ſemoti à reliquis viuerent.86.1.A.

H.

HÆres non eſt qui contra tabulas teſtatoris hæreditatem inuadit. 42.1.C.

Hæreſes omnes ex defectione ab Eccleſia Catholica exortę.16.2.C. Violentę ab initio,ſed citò extinctę. 38.2.A.In Atheiſmum deſinunt.43.1 C.Ab Apoſtolorum temporibus cœperunt.45.2.B.Cum Eccleſia ſemper ex diametro pugnant.59.1.D Vnde ortę.70.1.C. 90.1.C.135.2.C.208.1.B. Sunt opera tenebrarum.93. 2.A.Illarum initia progreſſus, & condemnationes ex Scriptoribus probari poſſint.93.2.A.Earum notæ omnes in Mornęo.104.1.D. Pro manifeſtè dānatis ſemper

habitæ

Digitized by Google

habitæ ſunt, quas Pontifex Romanus damnaſſet. 199.
1.C. Omnes damnatæ ſunt ab Eccleſia Romana 230.
1.A. Quam multæ ab orientis partibus emerſerint.
ibid. B. Emergentes damnare eſt primæ ſedis. 241.1.
C. Eas in Africa vel Oriente nonniſi Pontifices Rom.
qui profligarunt. 274.2.D.

Hæreſis eſt vna ex cauſſis, quæ ſemper Romano Pont.
reſeruatæ ſunt. 199.1.C. Eſt hydræ ſimilis. 72.1.D.
Quid ſit. 183.2.B. 479.1.C. Arriana fuit potiſſima cauſ
ſa Nicœnæ Synodi. 166.2.C.

Hæreticus quis dicendus. 48.2.A. 83.2.A. 88.2.A. 170.2.
A. Poſt primam & ſecundam correctionem deuitan-
dus eſt. 104.1.D.

Hæretici nullam certam habent regulam credendi mo-
do aiunt, modo negant. 14.2.B. Quare de paucitate
ſua glorientur. 16.1.A Scripturas habent. 17.1.C. Qui
ſcripturas admittunt, hæretici ſunt, non quod eas cō-
temnant, ſed quod non intelligant. ibid. D. Nihil vn-
quam penè de ſuo proferunt, quod non etiam Scriptu
ræ verbis adumbrare conentur. ibid. Cur id. ibid. 2. A.
Quibus ſimiles ſint in citandis pro ſe diuinis literis.
451.1.C. Scripturam ſacram aliter atque aliter, alius
atque alius interpretatur. ibid. B. Chriſti Domini præ-
cepta abrogant. 22.2.B. Singuli Eccleſiam de reliquo
Orbe perijſſe docent, & apud ſe tantum remanſiſſe.
25.1.B. Suam Eccleſiam nominare Catholicam non
audent. ibid. 2.A. 45.2.D. 74.1.D. Non niſi impuden-
tiſſimè aſſerunt. Romanam Eccleſiam non amplius
ſtare. 27.1.C. Qui Conſtantinopolitanam, & Alexan-
drinam ſedem occuparunt. 28.2.A. Singuli ſe potiſſi-
mum Chriſtianos, & ſuam Eccleſiam eſſe Catholicā
putant. 40.2.B. Sacramenta pro arbitrio ſuo admittūt
& definiunt. 41.1.C. Quomodo ſcripturas habeant &
non habeant. 42.2.B.D. Alcimo Pſeudo iudæo ſimiles
45.1.A. Damnati ſunt à Sacris Concilijs, & toto Chri
ſtiano Orbe. ibid. 2. A. Sunt Pſeudomartyres. 47.2.A.
111.2.B. Vulgatæ Nouatorum blaſphemiæ. 48.2.C.
Similes ſunt populis à Rege Aſſyriorum in Samariam
tranſlatis. 52.1.C. Diuina ſacramenta pedibus con-
culcant. ibidem. D. Eorum Eccleſia non eſt in monte
Sion. ibid. 2, B. Eorum ingenium. 54.2.C. Priſcis & neo
tericis nunciatum eſt nonum opus. 56.2.B.C. Recen-
tiores, per antiphraſim Euangelici. 74.1.C. Similes
ſunt Ianizeris & Mămaluchis. 87.2 C. Cur Miſſæ ſacri
ficio irreconciliabile bellum indixerint. 516.1.A. Om
nes à Simone Mago prodierunt. 76.1.D. His omnibus
clauſum eſt Cœlum. 84.1.D. A ſeipſis damnati ſunt.
ibid. 2.A. Cur omnes Ordinem Monaſticum perſequu
ti ſint. 86.1.A. Eorum frons non eſt frons. 107.2.A. Hæ
reticos libros SS. Patribus adſcribunt. 81.2.D. Loca
ſcripturæ, & Patrum truncata recitant. 119.2.A. 134.
2.B. 245.2.B.C. In quo Serapionem quendam imitan
tur. 134.2.B. Quam differens ſit veterum, & hodier-
norum iudicium de Romano Pont. 143.1.C. Hæretici
etiam ad Romanum Pontificem appellarunt. 180.2.
D. 200.1.A. 201.1.A. Cur ad ipſum appellauerint. 199.
1.D. 274.2.D. Eorum defectio nihil detrahit authori-
tati Romani Pont. 260.2.A. Eorum libri à Sacris Ca-
nonibus. & Imperatoribus proſcripti. 276.1.A. Non-
niſi à Supremo Antiſtite admitti debent in commu-
nionem Eccleſiæ. 281.1.D. Quam leuia ſint eorum ar
gumenta. 329.1.A. Pœna eis propoſita. 490.2.B. Quo
ſigno a Catholicis diſtinguantur. 354.2.B.

Hebræi cur Imperium in Aethiopia, aut intra montes
Caſpios ſe habere fingant. 33.2.B.

Helena Conſtantini mater, ad quid Concilio Romano
ſubſcripſerit. 164.2.D. Eius religio. 349.2.B.

Heli Summus Pontifex, fuit Sacerdos, & iudex populi.
20.1.C.

Helias Patriarcha Aquileienſis ſedem ſuā Pelagij Pōt.
authoritate Gradum tranfert. 311.2.C. Quam ob
cauſſam. ibid.

Heluidius loquacitatem exiſtimabat facundiā 21.1.C.

Henricianorum error. 81.1.A.

Henricus. I. Imperator patrimonia ab anteceſſoribus
ſuis Romanæ Eccleſiæ collata confirmauit. 415.1.C.

Henricus II. Imp. non depoſuit tres Pontifices, qui an-
no 1046. in Eccleſia ſederent. 503.2. A. Gregorio VI.
Sponte ſe Pontificatu abdicanti Clementem II. ſub-
ſtituit, omneſque tum Clericos, tum Romanos iurare
coegit, ſe nunquam Pontificem electuros, niſi quem
ipſe dediſſet: & id quidem bono zelo. ibid. C. Ad quid
diuinitùs inſpiratus. 504.1.A. Gregorium VI. qui Cō-
cilio Sutrino præeſſet, inuitauit. 503.2.C.

Henricus II. Angliæ Rex quàm honorificè Alexandrū
III. ſuſceperit. 18.2.B.

Henricus Germaniæ Rex quomodo Epiſcopatum Bā-
bergenſem inſtituerit. 507.1.D. & ſeq. Bambergam
ſubiecit Romanæ Eccleſiæ annuo cenſu conſtituto.
ibid. 2.B.

Henricus III. Imp. alijs IV. Tenera eius ætate non ſunt
abuſi Pōt. 508.1.C. Leonē IX. Romā deſtinat Pontifi-
cem. 510.2.C. Quænam Legatio à Romanis ad ipſum
pro creatione Pontificis miſſa fuerat. ibid. D. Quomo
do rurſus Romani, mortuo Leone IX. Pontificem ab
ipſo poſtularint. 511.1.B. & ſeq. Stephanus ſiue nonus
ſiue decimus meditatus non eſt inueſtituram ab ipſo
accipere. ibid. 2.D. Priuilegium de electione Romani
Pont. in Concilio Romano ſub Nicolao II. ei datum.
512.2.B.C. Quo pacto datum. ibid. Nicolaus in gratiā
recipiens Robertum & Guiſchardum, nullam ei fecit
iniuriam. 513.2.A. & ſeq. Electo, ſine ipſius conſenſu,
Alexandro II. Carolum Antipapam eligi curat. 516.
2.A. & ſeq. 526.1.A. Cur Petrus Damiani ab Alexan-
dro ad ipſum legatus, eique interminatus ſit excom-
municationis ſententiam, quod Mornæus doloſè ſup-
preſſit. 517.1.B. & ſeq. Alexandri ſententia de ipſo a
Principibus ſuſcepta. ibid. 2.A. Guido Archiepiſcopa-
tu Mediolanenſi cedens, non citra crimen ad ipſum
miſit inſignia Sacerdotij. 521.1.D. Henricus, accepta
ingenti pecuniæ ſumma, Godofrido Caſtilionæo Ar-
chiepiſcopatum Mediolanenſem indulget. vnde is ab
eo ineundo iuſtè à Pontifice impeditur. ibid. 2. A. &
ſeq. Quales Romani factionem ipſius contra Alexan-
drum Pont. ſequebantur. 526.1.C.D. Anno Archiepi-
ſcopus Colonienſis, Henrici nomine non præſedit
Mantuanæ Synodo. ibid. 1.D. & ſeq. Gregorium VII.
ſine ipſius authoritate conſecratum & Coronatum
fuiſſe Pontificem, probabilius eſt. 527.2.A. Henricus
Simoniacus fuit. 529.2.B. Hinc potiſſimum Gregorius
ei ſuccenſebat. ibid. 1, D. Pacem cum Gregorio inui-
tus quæſiuit. ibid. 2. D. & ſeq. Pſeudoſinodum VVor-
matienſem contra Gregorium indicit: qui & quales
ei affuerint: quid ibidem ſtatutum contra ipſum. 530.
1.A. & ſeq. Gregorius ipſum in Synodo Romana ex-
communicat. ibid. 1.D. & ſeq. Quanti facta hæc eius
excommunicatio. ibid. 2.D. Gregorius ipſum tandem
in gratiam recipit. 531.1.A. Terribilis confeſſio ad ip-
ſum miſſa à VVillelmo Traiectenſi Epiſcopo moriē-
te. ibid. 2.B. Condiciones reconciliationis à Gregorio
propoſitas quam gratanter accepit, alijque pro earū
obſeruatione pleniſſimam fidem fecerunt. 531. 2.C.
Quomodo Gregorius innocentiam ſuam apud ipſum
probauerit. ibid. 2. D. Ipſe canonicam purgationem
ſibi à Gregorio oblatam refugit. 532.1. A. ſibi vtique
non conſcius recti. ibid. Eodem promiſſa Gregorio nō
ſeruante, Principes Germaniæ in eius locum eligunt
Rodolphum Sueuiæ Ducem. 532.1.B. Inſcio tamen
Gregorio. ibid. D. Henrici iniuſtitia & impietas mul-
tis ſignis à Deo demonſtrata. ibid. 2. D. Cur Grego-
rius ipſum tandem exauctorauerit, Rodolphum verò
pro legitimo Rege habuerit &c. 533.1, B. & ſeq. Quo-
ties Rodolphus ab ipſo ſuperatus. ibid. 2.C. Rodol-
phi mors eius cauſſam iuſtam fuiſſe non arguit. ibid.
Henricus Synodo Brixinenſi contra Gregorium coa-
ctæ præſidet: quid in ea decretum, qui & quales ei
adfuerint. 534.1.C. & ſeq. Quali coronatione corona-
tus fuerit à Clemente III. Antipapa. ibid. 2.D. Grego
rium ſub finem vitæ non pœnituit, quod ipſum perſe-
quutus eſſet. 535.1.A. Henricus ſummopere reprahē-
ſus à Scriptoribus, econtra commendatus Gregorius.
ibid. C. 537.2.B. & ſeq. Nec ipſe nec quiſpiam ex ſuis
impugnauit primatum Romanæ Eccleſiæ. 538.2.D.

Henricus IV. Imp. quàm honorificè Paſchalem II. ſu-
ſceperit.

Digitized by Google

ſceperit. 18.2.B.
Henrici IV. Galliarum Regis iudicium de Mornæo, 106 1.D.
Herlembaldus cum ſociis contra Nicolaitas, & Simoniacos Mediolani decertat.520.1. D. Martyrio coronatus.521.1.B. Decretum ab Alexandro I I. obtinet iuſtiſſimum, & omnes in id iurare cogit.ibid.C. Eccleſiæ defenſor, meritò reſtitit ne in die Cœnæ Domini oleum à Godefridò conſecraretur. 528.2.A.
Heribertus Comes Arnulphi cauſſam tuetur apud Ioannem xv. Pont. nec tamen ipſum muneribus præoccupat. 491.2.D.
S. Hieronymus maiores fidei quæſtiones referri vult ad Eccleſiam Romanam.14.2.D. Eius ſententia de eadẽ 58.1.B.114.1.C.2 A.260.1.B. De Romano Pontifice. 188.1.B.& ſeq. De Liberio.171.2.C. De opinione Cypriani quoad baptiſmum hæreticorum.140.1.D.141. 1.C. De Auguſtino.526.1.D. Damaſum iuuit in chartis Eccleſiaſticis.140.2.C. Ipſum conſulit de voce hypoſtaſis.199.2. A. Cur ipſum potius, quàm alios Epiſcopos.216.2.A. Nec eius electioni, nec maieſtati Romani Pont. ſe oppoſuit.187.1.D.& ſeq. Quid per Babylonem intelligat.189.2.A.& ſeq Romanorum mores reprehendit, non fidem.189.1.B. Similiter Clericorum.191.2.C. Cur Romanam Curiam deſeruerit. 525.1.C.& ſeq. In ſenſu hiſtorico ſupra cæteros excelluit.201. 1. C. Mornæus pro eius verbis ſua apponit. 188.1.D. Quomodo intelligendum illud eius dictum: orbis maior eſt Vrbe.189.1. D. Quomodo & illud Epiſcopi ſunt eiuſdem meriti, & Sacerdotij.ibid. maligna Mornæi omiſſio.ibid.2.A.
Hieronymus de Praga hæreſiarcha, iuxta leges Ciuiles punitus. 490.2.B.
Hieroſolymam antequam caperetur, quæ voces auditæ. 102.1.B.
Hieroſolymitanum Templum Ioui Olympio dicatum ab Antiocho. 103.2.D.
Hilarius Arelatenſis Epiſcopus qua de re ad Leonẽ Pontificem delatus.238.2.C. Ad dicendam cauſſam ſe Romam contulit: quid deinceps.ibidem. Quid Leo in Epiſtola contra ipſum.ibid. D. Non fuit ſollicitus de ſubruendo primatu Pontificis.241.1.D. Auſus eſt illicita.ibid.2. A. Imperatorum Reſcriptum luculenter teſtificans, & eius præſumptionem, & authoritatem ſupremam Romani Pont.ibid.B. Sanctitate ac doctrina conſpicuus fuit.252.1. C. Id tamen, vt & cætera, quæ in ipſo laudantur, non impedit, quominus aliquando vel in Deum deliquerit, vel Pontificis, Imperatoriſuè iuſtam indignationem meruerit.ibid. D. Nunquam ſe à communione Leonis Pont. ſeparauit.ibid. 2.B. Eius iuſſis ceſſit.239.1.A. Hilarij ſententia de Liberio. 171.2.D.
Hildebrandica doctrina, quam dicunt Sectarij, mera ſũt ipſorum figmenta, & impoſturæ. 4.1.D
Hildebrandus Cluniacenſis Monachus in Francia Victoris II. Legatus quo ſenſu graues contra Simoniacos & Nicolaitas exercuerit quæſtiones. 510. 1. A. Quomodo cum Leone I V. ab Henrico Romam deſtinato Pontifice ſe geſſerit.ibid.2. C.& ſeq. Quomodo Romanorum apud Henricum Legatus, Victorem II. Leoni I X. Subſtituendum curauerit.511.1.B.& ſeq. Stephanus ſiue nonus ſiue decimus, conſtituit, ne ſine ipſo præſente ſui ſucceſſor eligatur. 512. 1.D.& ſeq. Benedicto X. illegitimo Pont. Nicolaum II legitimo opponit.ibid.2.A. Quid is in electione Alexandri I I. 516.1.D. Quid is ad Annonẽ cõquerẽtem de electione Alexandri, iniuſſu Imperatoris facta. ibid.2. C, D, Alexandro I I. in Pontificatu ſuccedit, & Gregorius V I I. appellatur.518.2.A.526.2.B. Vide Gregorius V I I.
Hildebrãdo Ducatus Spoletanus à Carolo Magno permiſſus: qua condicione. 392.2.C.
Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus cur infenſum habuerit Hincmarum Rhemenſem patruum. 431. 1.D. Epiſcopatu priuatus eijcitur in exilium, & excæcatur. De Synodis Vuermeriæ, & Attiniaci habitis in eius cauſſa.461.1.B.& ſeq. Quid, vt ſe ab obiectis expediret.ibid.2.B. Cum appellans Sedem Apoſtolicam eam adire non permitteretur, quid Patres Synodi Vuermeriæ quid Adrianus Pont. 461. 1. C.2.C. Tandem à Ioanne VIII. ſuæ Sedi reſtituitur, Miſſamque celebrare permittitur.431.2.A.461.2.D.472.1.C. Hoc comperto, quid Epiſcopi fautores Hincmari Rhemenſis, vt Ioanni obtemperent. 472.1.D.
Hincmarus Rhemenſis Archiep. Synodo ſueſſionenſi præſidet, eiuſque Acta dirigit ad Apoſtolicam Sedẽ. 429.1.D.& ſeq.464.1 D. De Epiſcoporũ electione quã diſcordet à Sectarijs 430.1.A. Quam concorditer electus Archiepiſcopus in locum Ebbonis depoſiti.ibid. C. Non ſine authoritate Romani Pontificis. ibid.& ſeq. A quo Pallium ſubiectionis inſigne accepit. ibid. 2.D. Aliquando contumax fuit in Apoſtolicam Sedẽ. 431.1.B. Quantum tribuerit Apoſtolicæ Sedi eiuſque Epiſcopo ibid.2.B.447.1.A.& ſeq. Rhemenſis Epiſcopus ex eius ſententia non eſt æqualis Romano.432. 1.A. Sententię Nicolai Pont. de reſtituendo Rothaldo acquieuit.448. 2. C. In Concilio Trecenſi opera Caroli Regis, non verò Pontificis, exagitatus.456.2. B.& ſeq. Cur id Carolus.457.1.A. Cur Hincmaro Laudunenſi nepoti fuerit infenſus.431.1.D. Quàm tyrannicè erga ipſum ſe geſſerit. 461. 1.D. Ficta & friuola eius excuſatio apud Adrianũ Pont.462.2.D. De Epiſtola, quam fures ad Adrianum ſcripſit.464.2. C. Eius fallacia quoad Decreta Romanorum. Pont. 472.2.B.
Hircanus, & Ariſtobulus quomodo conuenerint. 82. 2.C.
Hiſtoriæ veritas vnde petenda. 68.2.A. Eius veritatis indicia. 113.1.D.
Hiſpaniæ Eccleſiæ ſemper maiorem in modum coluit & obſeruauit authoritatẽ Apoſtolicę ſedis. 362.2.C.
Hiſpaniæ Reges ex conceſſione Romanorum Pontificum Epiſcopos eligunt. 362.2.B.
Homo in quamcumque dignitatem aſſumatur, nunquã creaturæ limites excedit. 105.1.A.
S. Honorati Maſſilienſis Epiſcopi ſcripta à Gelaſio Papa comprobata. 267.1.B.
Honorius Imp. iudicium de ſchiſmate inter Bonifaciũ. & Eulalium retulit ad Epiſcopos.236.2.B. Eius lex de Pontificibus in ſchiſmate creatis, ſuaſu Bonifacij lata.ibid.C.& ſeq.
Honorius I. Pontifex cur Adaluualdum Longobardorum Regem defendendum ſuſceperit.337.2.B. Tranſpadanorum Epiſcoporum ſcelus merito vindicare voluit. ibid. C. Eius authoritas ab Exarcho adiuta.338 1.A. Non eſt conatus miſerabili occaſione adſuam potentiam abuti.ibid.2.A. An is fuerit Monothelita. 339.2. A.B. Nunquam fuit.56.1.B.339.2.C.& ſeq.360.1.A.& ſeq.364.1.C. Quando ad Sergium ſcripſerit.339.2. D. Eius Epiſtolæ ad Sergium forte confictę.340.1.A. Sed & in ijs nullus eſt error. ibid. B. Prudenter prohibuit nomina vnius vel duarum voluntatum in Chriſto. ibid.& ſeq. Vnde nonnulli ipſum putauerint hæreticum.ibid.2.A. Sergius ad ipſum Catholicè ſcripſit, fictè tamen.ibid.B Si honorius dicendus eſſet hæreticus, eſſet etiam Sophronius. ibid. C. Baronius ipſum meritò ab hæreſi vendicat.341.1.C. Eundem vendicauit & S. Maximus Martyr.ibid.D. Quo ſenſu dixerit vnam in Chriſto voluntatem.ibid 2.A. Quid Synodi de ipſo.ibid D, & ſeq. Eius nomen inter Monothelitas à ſexta Synodo damnatos per calumniam inſertum.342.1 B. Quis author huius calumnię.ibid. D.& ſeq. Eius innocentia probatur ex cõſtantia Sedis Apoſtolicę in fide.ibid.2 D.& ſeq. Etſi damnatus eſſet à ſexta Synodo, non ideo tamen eſſet hæreticus. 343.2. A.& ſeq. Beda eum pro Sancto habet.ibid.C. Bedę & Anaſtaſij locus, in quo numeratur inter Monothelitas, corruptus ibid.C D. Melchior Canus hunc errorẽ temerè de ipſo affirmauit.344.1 A. Similiter Turrecrẽmata.ibid.B. Etiamſi Honorius ſic erraſſet, nihil tamẽ id detrahit Apoſtolicę Sedi ibid.C.D.& ſeq. Non fuit excommunicatus à Leone II.364.1.C.
Honorius II. qui Cadolus, cur Imperatoris Henrici opera in Antipapam electus contra Alexandrum II.516. 1.D 526 1.B. Quæ Auentinus de illius & Alexandri I I. electione contra alios Scriptores comminiſcitur. 525 1.D.& ſeq. In Synodo Mantuana exauctoratur.

Digitized by Google

526.2.D 526.1.D. Petri Damiani iudicium de hoc,& Alexandro. 526.1.D.

Horæ Canonicæ à Clericis recitandæ. 291.2.B.

Horatius Romanus ad populum prouocauit.201.1.A.

Hormiſda Pont. Symmachi ſucceſſor.277.1.B. Varios varijs in locis ſibi Vicarios inſtituit. 273. 1. D. 276 2.B. 277 1. C. Auitus Viennenſis Epiſcopus ipſum falſus Eccleſiæ Vniuerſalis Præſulem ibid. D Legatos mittit in Græciam,dato eis Indiculo, & fidei formula.278. 1.A.B.Quam ob cauſſam.ibid.2.B. Eius prudentia & cautela cum Imperatore Orientis hæretico ibid.D. Eius tempore nec Romæ, nec Conſtantinopoli actũ de Canone,quo priuilegia Eccleſiæ Conſtantinop. cõtinebantur.278.2. B. Quo ſenſu profeſſus ſit, ſe nihil præter Synodum Nicænam agnoſcere ibid. C. Quomodo Imperator hos eius Legatos ſuſceperit, ſeque geſſerit quoad eius capita & poſtulata.279. 1. D.Quo ſenſu hæc Legatio nihil egerit. ibid. 2 B. Alios rurſus Legatos mittit ibid. Quomodo hi, neglectis Imperatoris muneribus,eiecti. ibid. C. Eorum incorruptam fidem Mornæus vocat inſolentiam. ibid. Supprimit Sabellici ſententiam de Hormiſda ibid. D.Duas eius Legationes confundit ibid. 1. B. Iuſtinus Imp de ſua creatione literas ad ipſum dedit 281.1.A.Quam reuerenter fuerit eius Legatos ibid 2.C. Ipſum agnouit cõtrouerſiarum fidei iudicem.285.1.D. Orientales Epiſcopi quanti fecerint eius authoritatem. 281.1. B & ſeq.Inſcriptiones aliquot Epiſtolarum ad ipſum.282. 1.A.283.1.A.2.D 284.1.B De libello profeſſionis,quẽ per Legatos Conſtantinopolim miſit.282. D. & ſeq. Eius Legati opera Dorothei peſſimè tractati. 284.2. D.Hoc comperto ab ipſo & Imperatore,quid ſequutum.ibid. Dorotheus conatus eſt ſe apud ipſum excuſare.285.1.D.Cur Poſſeſſor Commentarium ſuum ad ipſum miſerit. 286.1.C.

Hugo Blancus Cardinalis cur à Gregorio V I I depoſitus 530. 1.B. Quid is contra ipſum in Pſeudoſynodo Vuormatienſi,ad quam tamen non venit cum literis Cardinalium & Optimatum,ſicut Mornæus cũ Auentino mentitur.ibid B.C.

Hugo Capetus cur & quando in Frãcorum Regem electus 490.1.C. Eius Regnum diuino oraculo prædictũ. 490.2.D. & ſeq. Arnulphus Rhemorum Archiepiſcopus Læſæ Maieſtatis crimine in ipſum non peccauit. 491.1.D.& ſeq.Synodum Nationalem Rhemis cogit, in qua ipſo procurante Arnulphus iniuſtè à Sede ſua expellitur,& in carcerem retruditur,ibid.2.C. & ſeq. Indignato ob id Ioanne Pont. Rom. Legationem ad ipſum mittit.494.1.D.Quantũ eidem tribuat & Apoſtolicæ Sedi.492.2.C.494.1.D.& ſeq.495.2.A.B. Friuola huius rei cauſſa, quam aſſignat Mornæus 494 2.A.

Hugonotti Mornæi gregales. 69.1.A.

Hulderici Auguſtani Epiſtola ad Nicolaum. Pont. conficta 449.1.A.

Humilium locus eſt cœlum. 416.2.B

Humbertus vir doctiſſimus à Leone IX. Conſtantinopolim ad confutãdas hæreſes Græcorum miſſus,quid ſenſerit de Canonibus Trullanis. 361.2.D.

I.

IAcob quo ſenſu errauerit.90.2 D.Adorauit Eſau.105. 2 D.

Iacobus,& Ioannes cur à Christo increpati. 10 2 C.

Iaddus Sacerdos Alexandro Macedoni librum Danielis oſtendens, de ipſo prophetantẽ ipſum alacriorem ad bellum reddidit,8. 1.A. Alexander in Iaddo Deu adorauit.105.2.B.107.1.B.304.1.A.

Ioannes & Mambres reſtiterunt Moyſi. 39.1.D.

Iannes,& Mambres reſtiterunt Moyſi. 76.2 A.

Iannizeros quis inſtituerit 87.1.C. His Cardinales impiè à Mornæo comparati.ibid.

Iconoclaſtæ militari manu ſeptimam Synodum exturbarunt.98.1.A. Eandem Pſeudo ſynodum acclamarunt.ibid B.

Iconomachi cur ſacris Imaginibus bellum indixerint. 75.2.D Eorum iactatio. 97.1.D.

Idololatria eſt ſcelus minus ſchiſmate.353.2.D. Veneratio Sacrarum Imaginum nõ eſt Idololatria.97.1.D

Ieſuitæ à Mornæo dicti,Papalis exercitus quaſi Triarij. 87.2.D. Glorioſum id illis eſt.ibid.

Ignatius Patriarcha Conſtantinopol. Bardam Imperatoris auunculum excommunicat.449. 2.B. Hinc Bardas ipſum è ſede deijcit, eique Photium ſubſtituit; vnde ſchiſma oboritur.ibid.Michael Imp.ipſum apud Pontificem accuſans,eius Legatos ad ſedendum ſchiſma poſtulat.ibid. C. Mittuntur Legati,cum mandatis, vt eius cauſſam cognoſcant.ibid.Quid hi,quid Pontifex ibid. D.& ſeq.Mornæi commentum cur Pontifex hos Legatos eiurarit.450 1.B. Quid de ipſo Bardas ſomniarit.451. 2.D. Baſilius Imp. authoritate Pontificis & octaui Concilij Generalis,ipſum ſuæ Sedi reſtituit 454.2.B.Iuſtè quidem 455.1.A. Ignatij lis de Bulgaricis Eccleſijs cum Romano. Pont.473.1.C.D. Cum Apoſtolica Sede ſemper communicauit, nec animo fuit in eam infenſo.ibid. D. & ſeq. Quantum in eius cauſſa eluxerit Rom. Pont authoritas. 449.2.B.& ſeq.

Imagines ſacræ non inuocantur,ſed Sancti, quorũ ſunt imagines.76.1. B. Colendæ ſunt,& ornandæ.76.2.A. longè differunt ab Idolis Gentium.97.1.D.In Eccleſia prius fuerunt, quam prohibita ſit earum veneratio. ibid. 2. A. Earum cultus eſt traditio Apoſtolica. ibid.B.ex cultu profanarum confirmatur.377. 1. B.& ſeq.Philipicus Bardanes Imp.eis infenſus,374.1.D.& ſeq.Leo item Imp 375.2.C.& ſeq.Quo loco apud nos ex ſint.376.2.C.Cur his bellum indixerint Iconomachi. 75.2.D.

Imagines Imperatorum quo in honore fuerint. 376. 2. C.Quanti æſtimata erga ipſas contumelia, honorue. ibid & ſeq.

Imperator Eccleſiaſticam pacem procurare debet.165. 2.B Debet eſſe tutor Romanæ Eccleſiæ.395.1.A.Quo ſenſu Deus ei conceſſerit,vt Sacerdotibus dominetur 327.1.A Sacrilegij inſtar eſt eius iudicia aſpernari. 334.1.A.Cur eius nomen in Bullis Pontificijs appoſitum. 413.2.B.

Imperatores,duo eſſe poſſunt, at non duo Summi Pontifices.159.2.C.D. Cur & quomodo Synodos indicerent.228 2. A. & ſeq. Cur ipſi, vel ipſorum Magiſtratus eis intereſſent.396.2. C. Merito interſunt.358.1. C.Horum præſidentia in ijs, qualis cenſenda.ibid.D. Leges contra hæreticos rectè ab his implorantur.302 2. B. Quid ad ipſos de hæreticis pertineat. ibid D. Quale fuerit ipſorum ius confirmandi electum Pontificem. 316. 1. A 2.A. Ipſorum leges de religione quomodo vim habeant 236.2.D.291.1.C. D. In quo Romano Pont.deſeruient.242 1. A.251.1. B.158.2.B. Ipſi magis Sacerdotium optarunt, quam Imperium Sacerdotes.291.2.A. Eccleſiaſtica iura non poſſunt ipſorum iudicio diſſolui.302.2 D. Ipſorum poteſtas inferior eſt poteſtate Pontificũ.22.1.C.D.Multi ſe Mundi dominos & Monarchas inſcripſerunt.ibid. D. Multi,quamuis potentiſſimi, nunquam extinguere Religionem Chriſtianam potuerunt.55 2. C. Ipſorum & Regum iura ſunt non aduerſus Catholicos,ſed aduerſus hæreticos aſſerenda,3.2 C. Quo in honore fuerint eorum imagines, & quanti æſtimata erga ipſas contumelia honorue. 376. 2.C. & ſeq. Pontifices nunquam inuaſerunt ipſorum iura, aut eorum alia affectarunt.266.2.D. Quomodo religioſè ſe rebus ſacris immiſceant.151.1.B.C.D.

Imperatores Chriſtiani quomodo Pontificibus indigeant,& Pontifices ipſis.22.1 B. Nunquam de poteſtate Pontificum in ſe dubitarunt. ibid. 2. Cur primi ex ipſis titulum Pontificis Maximi admiſerint. 159.2. C.Accedentes Romam, quomodo ſe cum Pontificibus geſſerint 488.2. D. is non licet & Pontifices dici, & Pontificum munus obire. 266.2.D.

Imperatores Conſtantinopolitani à Patriarcha coronabãtur.21.2.B. Nõ tñ conſtituebantur,404.1.A. Magna ex parte fuerunt hæretici.274.1.D.& ſeq. Ipſimet faſſi ſunt Romanum Pont. potuiſſe Imperium Occidentis ad Germanos transferre.395.1.B. Aliàs ſeſe cauſſis fidei,& Epiſcoporum controuerſijs immiſcebant.

ſcebant. 166.2.B.

Imperatores Germaniæ,ſeu Occidentis iam inde à Carolo Magno coronam accipiunt a Romano Pont. 21.2 D.Simililer Imperium. 404.1.B. Omnes eiuſdem authoritatem agnouerũt.29.2.C. Quid ab eodem accipiant,quid ab Electoribus.489.2.D.Meritò ſe inſcribunt miſericordia Dei Imperatores: nec tamen propterea Pontificis beneficium excludunt.414.2.A Ipſorum primogeniti non ex deſignatione Patris,ſed ex coronatione, & conſecratione Pontificis habiti ſunt Imperatores.466.2.A. Formula iusiurandi,quo à Pontifice coronam impoſituro obſtringuntur.395.1.A Pro veris Imperatoribus habiti ſunt ab omnibus Chriſtianis.ibid.B.

Imperatores Romani creabantur Pontifices Maximi. 20.1.D.

Imperia bonis & malis à Deo conceduntur. 333.2.A.

Imperialis Conſtitutio de ſuprema Romani Pontificis authoritate. 241.2.B.

Imperialis & Põtificię dignitatis officia quo ſenſu Chriſtus diſcreuerit. 22.1.B.C.266.2.A.C.

Imperialis dignitas iure poſitiuo Francis, & Germanis quæſita. 257 1 A.

Imperialis præſentia menſuram diſpenſationis religioſæ non mutat.156.2.A. Ita nec Eccleſiaſticam dignitatem. 315.2.D.

Imperium Eccleſiaſticum quale. 121.1 B

Imperium Occidentis in Carolum Magnum à Leone III.translatum 403.2. D. Quam ob cauſſam. 404.1.B.Quàm conuenienter.ibid.2.B.& ſeq.

Imperio Romano cadente, Antichriſtus reuelabitur. 117.1.A.B. Pontificum authoritas non creuit ex eius ruinis.ibid Nondum concidit.ibid.C. A quibus magna ex parte labefactatum fuerit.ibid.D.

Imperium non eſt inter pares. 132.2.C.

Impoſturæ hæreticorum 84.1.B.93 2.C.117.1.A.& ſeq. & alibi paſſim.

Improbus cum improbis dogmatibus ſit enutritus, ex corde eructat improbatæ prorſus verbum doctrinæ. 76.2.D.

Impugnatores Eccleſiæ meritò Antichriſti appellãtur. 116.2.D.

Ina Rex Occidentalium Saxonum Regnum ſuum vectigale fecit Romanæ Eccleſiæ. 384.2.A.

Indulgentiæ vnde vim habeant 55.2.A. Has concedere poteſt Romanus Pont. cum plenitudine poteſtatis. 470.2.D.

Nec inferior in ſuperiorem, nec par in parem habet authoritatem. 204.1.C.

Inimicos diligere tantum eſt Chriſtianorum. 10.2.A.

Iniuriam nemini facit, qui iure ſuo vtitur. 130.2.D.

Innocentius I. Pont Chryſoſtomus poſt reſtitutionem ſuam exulare coactus ad ipſum confugit & appellat. 204. .A.& ſeq.Ad eundẽ ſingillatim Epiſtolam dirigit.ibid.D.& ſeq.Non eodem tamẽ fine, quo ad alios quoſdam Epiſcopos.205.2.A. Innocentius ſuo tãtum nomine ei reſcribit.ibid.B. Acta contra ipſum reſcindit & damnat.ibid.C.Cur pro eiuſdem cauſſa congregandam ducat Oecumenicam Synodum. 206. 1. B. Cur in hac congregãda laboret.ibid.D. Audita Chryſoſtomi morte,inter cætera Imperatorem cum Eudoxia excommunicat.207 1.A. Ab his obnixè pro abſolutione rogatur.ibid.B Efficit,vt Chryſoſtomi nomen in tabulis Eccleſiæ ſcribatur.ibid.2.C Falsò ambitionis a Mornæo inſimulatus, & à Magdeburgẽſibus dictus Nocentius.212.1.D. Ipſum ſuſpendiſſe iudicium de doctrina Pelagij,calumnia eſt Mornæi,ſicut & Pelagianorũ tũ tẽporis eundẽ cũ Pelagio cõſenſiſſe. 213. 2.B.& ſeq. Cur ad condemnationem Pelagij,præter Concilia requireretur eius ſentẽtia. 214 1.A. 215.1. A.Cur ſententia Concilij Carthag.contra Pelagium, ad ipſum delata.ibid.1.D. Defenditur eius reſponſio ad Patres Mileuitani Concilij.215.1.B & ſeq.Africani Concilij ad ipſum admonitio de pace inter Romanam & Alexandrinam Eccleſiam ineunda,qualis fuerit. 218.1.D.

Innocentius.III. Quomodo Albigenſium furori occurrerit. 66. 1. C. Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ optata priuilegia conceſſit.245.1.D. Plenariam indulgẽtiam conceſſit pro auxilio Terræ ſanctæ. 470.1.A.

Inſcriptio libri Mornæi examinatur.1.1.C. Quę verior ſit eius inſcriptio. 113.1.D.

Inſcriptiones aliquot Epiſtolarum ad Hormiſdam Pontificem Romanum. 282.1.A.

Inſtantius ad Damaſum recurrens, vt obiecta crimina purgaret,ne in eius quidam conſpectum eſt admiſſus 138 1.D.Cur ad ipſum recurrerit.ibid.

Intelligentia Scripturarum vnde petenda. 42.2.D.

Intentio authoris. 113.1. C.122.2.B. Intentio Mornęi. 113.2.C.

Inuaſor alieni iuris coercendus. 217.1.E.

Inueſtituræ ius,& Simonia quomodo differant.519.2.A.

Inueſtitura Epiſcoporum, & electi Romani Pontificis confirmatio num Carolo Magno fuerit ab Adriano conceſſa.392.1.B.& ſeq.397.2.A. Eius nomen tempore Caroli Magni nondum vſitatum. 392.2.B.

Inueſtituram petere quid ſit. 511.2.D.

Ioannes Alexandrinus Epiſcopus à quibus electus.261. 2.C. Eius cõfirmatio ab Epiſcopo Rom. petita.ibi.

Ioannes Archiepiſcopus Rauennas à Nicolao priuatur communione,& Pontificali officio: quã ob cauſſam. 438.1 D.& ſeq.Confugit ad Ludouicum.ibid. 2.B. Is ei uadet,vt ſe Nicolao humiliet,à Nicolao verò impetrat vt eius cauſſa audiatur. 439. 1. C. 438. 2. B.C. Alijs purgatus,alia confeſſus. Nicolai miſericordiam implorat &c.ibid.C.Quæ Nicolaus ei iniungit,approbante Concilio ad id coacto.ibid. D.& ſeq. Nicolaus eius Suffraganeos in ipſum non concitauit, vt mentitur Mornæus.439. 1. B. Alia eiuſdem mendacia.ibid. 1.D.

Ioannes Calaber Epiſcopus Placentinus quomodo Pontificatum inuaſerit, & quod ſupplicium inde perpeſſus. 4 9.2.B.C.

Ioannes Caluinus author Eccleſiæ reformatę.109.1. D. Flammis ob prepoſteram libidinem abiudicatus,quomodo infami tantum ſignatura in humeris notatus euaſerit.110.1.A.Vide Caluinus.

S.Io.Chryſoſtomus iniuſtè depoſitus ſuæ Sedi à Romano Pontifice reſtitutus.30. 1.C. Vide Chryſoſtomus.

Ioannes primæ Iuſtinianę Archiepiſcopus Adrianum Thebanum damnat.325.1.C.S. Gregorius ſentẽtiam hanc irritat,eique pœnitentiam iniungit.ibid.C.2.A.

Ipſe ſuique ſimiles iudicio Lutheri, ſuo tempore fuerũt uera Chriſti Eccleſia.70.2.D. quàm falsò.ibid.

Ioannes Papa fœmina per fabulam confictus. 432. 2.D. & ſeq.ſi res ita fuiſſet numeri notam inter Pontifices nullam habere debuiſſet.465.1.D. Vide Fabula.

Ioannes Monachus hæreſiarcha. 20.2.C.

Io.Roffenſis Cardinalis cum alijs in Anglia martyrium paſſus. 49.1.A.

Ioannes Talaida Eccleſiæ Alexandrinæ ab Epiſcopis Ægypti præficitur.263.2.A Expellitur à Zenone.ibi. Appellat Romanum Pontif.ibid.D.

Ioannes Tarraconenſis Hormiſdæ Vicarius in ſua Prouincia ab ipſo inſtitutus. 277.1.C.

Ioannis Vuiclefi in Concilio Conſtantienſi damnati error de poteſtate Eccleſiaſtica,& Laica.3.1.C.Alius de Pontifice Rom. 83.2.B.

Ioannes I.Pont.à Theodorico Rege Arriano coactus Legationem obire ad Iuſtinum Imp.286.2.D.Quam ob cauſſam.ibid.287.1.C. Quam honorificè & reuerenter à Iuſtino exceptus.18.1.D.30.2.C.287.1.A.2.D.Id ei non eſt tribuendum ſuperbię. 287. 2.D. Hæc eius Legatio meritò à quorundam calumnia vindicatur. ibid.1.C.Non pepulit Iuſtinum,vt Arrianos reſtitueret.ibid.D. Conſtantinopoli Arrianorum Eccleſias in vſum Catholicorum cõſecrat.ibid.2. B. 497.1.A.Propter Apoſtolicæ Sedis prętogatiuam, in throno ſupra Epiphanium Conſtantinopolitanum Antiſtitem collocatus eſt,& alijs honoribus affectus.287.2.C. Conſtantinopoli regreſſus cur carcerem & mortẽ à Theodorico paſſus ſit.287.2.A.B.288.1.A.Meritò colitur in Eccleſia vt Martyr.288.2.D. Quomodo Theodoricus mortuus inter ipſum, & Symmachum Patricium apparuerit. ibid.A.

Ioannes II.apud Athalaricum Regem Arrianum agit,

mi

ut aduerſus Simoniacos legem ſanciat. 280.2.D.

Ioannes V.Benedicti II.ſucceſſor. 365.1.D.

Iuſtinianus Secundus Sacram ad ipſum mittit. 367.1.B. Vnde poſt eius obitum ſchiſma contigerit in electione Pontificis ibid 2.A.

Ioannes VII. Iuſtinianus II. Imperio reſtitutus ad ipſũ mittit non ſextum Concilium, vt Anaſtaſio & Platine Mornęus imponit, ſed aliud a ſe coacti; vt quæ ei uidentur ſtabiliat, & quæ aduerſa, renuendo excludat 370.2.B.& ſeq. Mittit autem non vt ei adblandiatur, quemadmodum fingit Mornęus.ibid.D. Quid hic Ioannes. ibid.

Ioannes VIII.non IX.Adriani II. ſucceſſor.465.1.D Ludouico II.Imp.ſine liberis defuncto, eius ditio ab ipſo poſtulatur.ibid.2.D.& ſeq. Ipſe Carolum Caluũ ad id Romam inuitatum coronat Imperatorem.466.1.B.Cur hunc.ibid.C.D.Ludouicum II. Imp.Sacramento per vim & metum Adalgiſo præſtito iuſtè abſoluit.ibid.2.B. & ſeq.In Synodo Pontigonenſi ab ipſo conuocata agnita eſt & venerata eius authoritas.468.1.B.& ſeq. Anſegiſo Semonenſi Epiſcopo inſtituto ſuo Vicario confert primatum Galliæ & Germaniæ.ibid.D. & ſeq. Carolo Caluo defuncto, cur ei fugiendum fuerit in Galliam. 469. 1. C. Ibi Synodum Trecenſem indicit: in qua ſuprema eius authoritas agnoſcitur.ibid.1.D.& ſeq. Ludouicum Balbum coronat Imperatorem: quam ob cauſſam.470.1.A. Hoc mortuo quid agat pro electione ſucceſſoris.ibid.B.Carolum Craſſum coronat.ibid.C.Qua condicione ibid.D.Dimicantibus contra Infideles peccatorum indulgentiam meritò concedit.ibid.2.C.D. Latronis exemplo rectè ad ſuum inſtitutum vtitur.471.2.A.Iure Tuſculanos Comites anathemate percutit.ibid.C.Hincmarus Laudunenſis nonniſi eius authoritate reſtitutus.472.1. C. & ſeq. Photium Conſtantinopolitanæ Sedi reſtituit: de quo Baronius meritò quæritur.473.2.B.C.Cur ipſum reſtituerit.ibid.D.Ex hoc eius facto fortè orta eſt fabula de Papa fœmina.474.1.A.B.Octauam Synodum ſub Adriano celebratam non damnauit, quemadmodum Marcus Epheſinus mentitus eſt in Concilio Florentino.458.2.B.C.474.2.D.Photiana Synodus vel confictа, vel certè ab ipſo non confirmata, ſed damnata.ibid.1.D.& ſeq.Eius obitus.475.1.C.

Ioannes IX.Pontifex.477.2.D. Conuentum Rauennam indicit: quid in eo actum.478.1.A.& ſeq.Stephanum.VII.ob reuerentiam nominat, piæ recordationis.480.2.B.

Ioannes X.Lando ſuccedit.482.2.B.Qualis eius Pontificatus. ibid. Quod is puerum nondum quinquennem conſenſerit eligi Archiepiſcopum, nihil officit Sedi Romanæ.ibid.D. Deiectus è Sede in carcerem detruditur.ibid.Fueritnè legitimus Pontifex.483.1.A.

Ioannes XI.Pontifex.483.1.C.Licet ex damnato concubitu genitus, nihil tamen impij fecit.ibid.

Ioannes XII.ætatis ad Pontificatum nõ legitimæ. 483.2.B.Toleratus tamen.ibid.Leo VIII.ei adhuc viuenti nullo iure ab Othone I. ſubrogatus.ibid. C.485.1.D.& ſeq.Quæ illi cum Othone. ibid.C. Leone Vrbe pulſo, ipſe à Romanis reuocatur.ibid.Meritò Leonem in Synodo Romana deponit, eiuſque ac pro eo geſta irrita facit. ibid. 2. D. Si à Diabolo percuſſus fuit, cur percuſſus.487.1.D.Legitimus Pontifex fuit, & ritè Othonem Imperatorem conſecrauit. 490.1.B.& ſeq.

Ioannis XIII.Pontificatus. 487.2.A.

Ioannes XIIII. Pontifex 458.2.A. Quæ paſſus à Bonifacio.ibid.

Ioannes XV.Pont.Quis eius ſucceſſor.488.2.C.Othonẽ III.in Italiam inuitat.ibid.C. Quam ob cauſſam.ibi.D. Arnulphi Rhemorũ Archiepiſcopi depoſitione, & carcere audito, quid egerit.492.1.D. Ipſum reſtitui ſuæ Sedi iubet.ibid. At non quia muneribus Heriberti Comitis præoccupatus.ibid.2.D. Non fuit flagitijs infamis, vt Mornæus inutiliter mentitur. ibid. B.C. Quammaximè fuit ab Hugone Capeto obſeruatus. 494.1.D.& ſeq.495.2.A.B.Quam ob cauſſam.ibidem. Quid in ipſum Gerbertus.494.2.B. Nec Aquisgranũ, nec Romam pro cauſſa Arnulphi conuocauit Epiſcopos Galliæ, nec hi ei reſponderunt, quod fingit Mornæus.494.2.D. In Gallias ab Hugone inuitatus, admittit Leonem Legatum.ibid. Nec ipſe, nec eius Legatus probauit Roberti Regis matrimonium cum Berta. 496.1.A

Ioannis XVI.& XVII.Pontificatus.498.2.C.D. & ſeq.

Ioannes XIX. (Baronio XX.) Benedicto VIII. fratri germano ſuccedit.449.2.B.An ex Epiſcopo Portuenſi creatus Pontifex.ibid.B.C.Poſt abdicatum à ſe Põtificatum rurſus ad eundem electus ſedet legitimus Pontifex.ibid. C.505.2 C. Conradum Imperatorem benedictione imperiali Auguſtum appellauit. 499 2. C.S.Romualdum ritè canonizauit.505.2.C. D. Quo ritu.ibid.Vitæ laudabilis fuit. 499.2 D.

Ioannes Damaſcenus falsò proditionis accuſatus. 347.1.A.Manus ei, quòd pro cultu Sacrarum Imaginum ſcripſiſſet, abſciſſa, diuinitùs reſtituitur. 49 1.C.

Ioannes Defenſor iuriſdictionem in Hiſpania nomine Gregorij Magni exercet. 335.1.B.

Ioannes Catholicus Legatorũ Hormiſdæ hoſpes à ſchiſmaticis necatus. 284 2.D.

Ioannes Pſeudopontifex aduerſus Gregorium V. muneribus Fulconis Comitis Andegauenſis inductus, Legatum mittit, qui conſecret eius Eccleſiam.496.2.C.D.

Ioannes Quartus Epiſcopus Conſtantinopolitanus Oecumenici Patriarchæ nomen ſuperbè ambiuit.316.1.A.320.1.A.Cur dictus Ieiunator.316.1.A. Quæ S.Gregorius, vt hanc eius ſuperbiam contunderet. 320.1.B.& ſeq.323. 2. D. Subditum ſe S.Gregorio cognouit. 321.2 C.324.2.D.

Ioannis Knoxij Pſeudochriſtianorum in Scotia noui Apoſtoli pernicioſa ſententia contra Eccleſiam, Sacerdotes, alioſque omnes eius fautores 3.1.D.Eius liber, quo hæc continetur, apud Geneuenſes impreſſus. ibid.

Ionas figura fuit Chriſti, non Eccleſiæ, vt comminiſcitur Mornæus. 73.1.C.D.

Ioſephi Patriarchæ Conſtantinopolitani ſententia de primatu Romanæ Eccleſiæ, eiuſque Pontificis. 260.1.D.De eiuſdem fide, & Purgatorio. 260.2.A.

Ioſue cultum veri Dei, qui neceſſarius erat, filiis Iſrael tanquam liberum propoſuit. 178.1.D.

Iouinianus cum ſuis Mediolano pulſus Siricij Pont.authoritate.218.2.C 519 2.D.& ſeq. Damnatus in Cõcilio Romano, & Mediolanenſi ibid. Eius hæreſis re ipſa eadem fuit, quæ Nicolaitarum. 520.1.A.

Iræneus Præſes Eccleſiarum Galliæ.126.1.C.Quid ſenſerit de Romana Eccleſia.58.2.A.126 2.C.

Irene Auguſta ſeptimam Synodum pro cultu Sacrarũ Imaginum indicit 387.2.A. Cur id celebrandum curet, contra Mornæi commentum ibid. B.

Iſaacius Exarchus Honorij Pont. hortatu defendẽdum ſuſcipit Adalualdum Longobardorum Regem, Regno pulſum.337.1.B. Honorius meritò ab ipſo poſtulat, vt ſi Adalualdum in Regnum reduxerit, puniendos ad ſe mittat Epiſcopos Tranſpadanos.ibid.C. Ipſum reducere non potuit 338.1 A.

Iſaiæ vaticinium de Cyro perperam à Mornæo accommodatur Iacobo Regi Britanniæ.10.2.D. & ſeq.

Iſrael quidem in his, quæ ad Dei cultum & religionem ſpectabant, errauit, at non Moyſes, neque Aaron, neque Leuitæ.91.1. A Sectarij cũ ipſo cõferuntur ibi.C.

Iubeo, quo in vſu ſit. 371.2.B.

Iudæi Scripturas habent.17.1.C.Eorum contentio cum Samaritis. 52 2.C.

Iudaiſmus cum Gentiliſmo pugnat, & vterque cũ Chriſtianiſmo. 41.2.B.

Iudas proditor nihil derogauit Apoſtolatus dignitati. 366.1 A.

Iudex idoneus quiſque eſt earum rerum, quarum ſit eruditus.6.1.D.Vbi de iuriſdictione agitur, idem poteſt eſſe aduerſarius & iudex.136.2.D.154 1.C. Iudex inferior de iure ſuo non remittit, ſi referat ad ſuperiorem.214 1.D. Iudex Romanorum Pontificum eſt ſolus Deus 171.2. C. Ad ius dicendum non requiritur, vt iudex vitio careat. 334.1.A.

Iudices quo ſenſu dicti Dij. 444.2.A.

Iudicia Epiſcoporum quomodo fieri debeant. 170 1.B.

Iulianus Apoſtata cunctos ante ſe Imperatores repræ-

...nt.321.2.A Nihilominus impudentia inferior eſt Mornæo. ibid. Qua in re Conſtantinum Magnum notauerit.349.2.A Quid ei cum Gallo fratre Templũ Martyribus extructi cõtigerit.ibid.C D.Quã patientiam à Chriſtianis exigeret.524.2.B. Eius cędes Monacho & alijs in viſione oſtenſa 188.2 B.

Iulianus Cardinalis quid fortè per inſcitiam, reſponderit Marco Epiſcopo Epheſino aſſerenti, abrogatam a Ioanne VIII. fuiſſe Octauam Synodum, ſub Adriano Pont.habitam. 457.2.B.C.

Iulius Pont. Athanaſium, & alios Eccleſijs ſuis ſpoliatos reſtituit 30.1.A Cum Euſebianis expoſtulat, quòd ſe inconſulto, auſi eſſent iudicium ferre de Epiſcopo. ibid.B.Quid illi.ibid.172.1.A.B.Eius Epiſtola ad Oriẽtales perperam in controuerſiam a Mornęo vocata. ibid.D.& ſeq.

Iũno Æneæ, & ſocijs infenſa. 102.2.B.

Iura Eccleſiarum detrahens, qualis cenſendus. 170.1.A.

Iura Imperatorum ac Regum aſſerenda ſunt, ſaluis iuribus Pontificum 3. 2. D. Qui ea violant, ſupplicio afficiendi ſunt, & anathemate ab Eccleſia percutiendi. 4.2.C.

Iura Sedium aliud ordinant, & aliud patiuntur diuiſiones Regnorum. 459.2.D.

Iuramenta coacta meritò relaxantur 467.1.C. Quid in eorum relaxationibus cauendum. ibid.2.B.C.

Iure ſcripto, & non ſcripto omnes ferè Ciuitates reguntur. 97.1.A.

Iure ſuo vtens, nemini facit iniuriam. 130.2.D.

Iuriſdictionum termini publici ſunt, nec moueri debẽt. 217.1.C.

Iuriſdictio Romani Pontificis quibus monimentis probetur.223.2. C. Hanc qui ſalui eſſe cupiunt, reuereri debent. 324.2.B.

Iuriſdictionem vtramque qui habuerint. 406.2.A.B.

Iuriſiurandi Religio magni æſtimata à Romanis. 467.2.B.

Ius appellandi ad Apoſtolicam Sedem, ſimul cum ipſa connatum. 221.1.A.

Ius dicenti extra territorium impunè non paretur. 125.2.B.

Ius diſtinguitur in ſcriptum, & non ſcriptum, nec vnum eſt alteri contrarium. 97.1.A.

Ius controuerſum quodnam ſit. 334 1.C.

Ius legitimum quodnam ſit. 123 2.C.

Ius Romani Pontificis non fuit cum Conſtantinopolitano controuerſum. 334.1.C

Ius Romanorum à Græcis maximè ortum. 96. 2. D. & ſequenti.

Ius vſurpatum quid ſit 130.2.D.

Iuſtinianus Comes, poſtea Imperator, Hormiſdam primum Archipontificem inſcribit.283.2.D.Item id credit eſſe Catholicum, quod ab ipſo fuerit intimatum. 285.2.B. Inanis eſt Mornęi ſuſpicio, ex ſequentibus eius Epiſtolæ deſtrui, quod extructum volebat Baronius.ibid.D.& ſeq. Hæc eius ad Hormiſdam Epiſtola legitima eſt. 286.1.B.

Iuſtinianus Imp.repręhenſus, quod de rebus Sacris, & Eccleſiaſticis perſonis leges tulerit.290.2 C. Ab alijs excuſatus ibid. D. Eccleſiaſticas eius Conſtitutiones quorum eſſe ſit credibile. ibid. Literarum rudis fuit. ibid Qua authoritate leges tulerit de rebus Eccleſiaſticis.291.1.A Cur eę in Eccleſia vigeant ibid B. Cur cauerit, ne Epiſcopi ad eius Curiam venirent ibid.C. Quomodo hac lege excommunicatio in delinquẽtes inferatur.ibid Ex eius legibus Eccleſia Mornęi refellitur.ibid D & ſeq.Quales eligi præcipiat Sacerdotes. 291.1 A. Quid de recitandis Horis Canonicis.ibid.B. Non ſtatuit, vt Sacra celebrentur lingua populo nota quemadmodum mentitur Mornęus ibid. D. Primatu Romani Pontificis agnouit.208 2. C.294.1. A.2.A.D. 295.1.C.D.297.1. A.C.D.2.B 330.1.D.& ſeq. Primũ locum eſſe ſancit Romani Epiſcopi, ſecundum Conſtantinopolitani. 294. 1. A. Neutri horum conferre quippiam ſua Conſtitutione potuit.ibid. C.Profeſſionem fidei ſuę mittit ad Ioannem II. Pont.ibid. 2.A. Quo tempore, in quo deceptus eſt Mornęus. ibid.B. Quam ob cauſſam, contra eiuſdem commentũ. ibid. C.D. Hęc eius profeſſio falſi ſuſpecta eſſe non debet, 295.1.A.B Ijs honoris titulis, qui in ea ſunt, ex debito iuſtitię Pontificem compellat.ibid.C. Quo ſenſu omnes Orientis Sacerdotes ſubijcere Romanę Eccleſię ſe dicat properaſſe.ibid 2. B.& ſeq. Quo ſenſu dixerit, ſi modo dixit, Eccleſiam Conſtantinopolitanam, Matrem omnium Eccleſiarum.296.1.B. Conſtantinopolitanum Epiſcopum non exęquauit Romano. ibid.2. C.Quę hic eius verba ſupprimat Mornęus. 297. 1.A. Nouella eius nona reijcienda non eſt, tametſi Gręcè non extet.ibid.1. C. Ex eius Nouella 42.Baronius nihil dolo malo reticuit.297.2. C. D. Haloander rectè interpretatur Oecumenici vocem, cum ille Mennam cognominat Patriarcham Oecumenicum. 298.1. D. & ſeq.Eius Conſtitutio contra Anthimum &c 302.2. C.Decretum Agapeti Pont de Anthimi depoſitione, ab eius confirmatione non pendebat. ibid. D. & ſeq. Nec id ipſe voluit expreſſum, vt fingit Mornęus. 303. 1.A. Iuſtinianus Agapetum primò oſculatus, poſtea adorauit.ibid.2 D. Iniquè Romanis optionem dedit, an Vigilium ab exilio reuocatum vellent in Papam, an verò Archidiaconum Pelagium.304. 2. D. De facto, at non de iure vendicauit ſibi confirmationẽ electi Romani Pont. & pro ea pecuniam.308. 2 D & ſeq.Eccleſias ędificauit, non tamen vt ſcelera ſua expiaret.349.1.C.2.B..Extrema ętate incidit in hereſim de incorruptibili Chriſti corpore ante reſſurrectionẽ; alioqui laudatiſſimus fuit.ibid. Eius ſanctio de ordinatione Epiſcoporum, & Clericorum.366.1.D Orientales Epiſcopi in Synodo Conſtantinopol.ſub Menna Patriarcha conqueſti apud Agapetum Pont.quod Iſaacius Perſa fuiſſet auſus eius imaginem percutere. 376.2.D.

Iuſtinianus II.Imp.Sacram mittit ad Ioannem V.Pont. 367.1.A.Item ad Sergium Pont.ibid.C. Mittit & Cõcilium ſub nomine Sexti, re vera autem à ſe coactum cui ſubſcribat.ibid.1.A.& ſeq Sergio Pont.nolente, ei ſubſcribere, is ab Eccleſia Romana ſe remouet.362 2.A. Et Sergium deportari Conſtantinopolim iubet. 368.1.A.371.1 B. An id eius Concilium errauerit etiã in fide ibid B.& ſeq. De hoc Concilio eiuſque Canonibus, qui Trullani dicuntur.360.1.D. & ſeq.368.1.D. & ſeq Idem Imperio, à quo pulſus fuerat, reſtitutus, idem Cõcilium cum Sacra per duos Metropolitanos honorificè mittit ad Ioannem VII.qui non iam illud approbet, ſed emendet & corrigat 370 2.B & ſeq. Idque non vt Ioanni adblandiatur, vt comminiſcitur Mornęus ibid. D. Conſtantinum Pont. Conſtantinopolim accerſit: quam ob cauſſam.371.1 A. Iubenſnè, an obſecrans ibid.C.Venientem ad ſe Conſtantinum quàm honorificè exceperit. 18. 1. D.371.1.D. & ſeq. De priſtina vita nihil ob calamitates immutauit, prę ter hoc, quod Sedem Apoſtolicam obſeruauit, & tutatus eſt; ibid.2.B.De manu Conſtantini Sacram Eucharistiam prius peccatis expiatus accepit.ibid.C. Conſtantinus eius ſcelera non probauit, ſalubria certè ei propoſuit. ibid. Iuſtinianus Felicem Archiepiſcopum Rauennatem ſchiſmaticum, vinctum duci Conſtantinopolim iubet, & exilio, atque etiam oculorum priuatione damnari.372.1.D.Ob vindicatam Rauennatis Eccleſię contumaciam laudatus.ibid.Conſtãtinus tamen eius ſęuitiam in Fęlicem non probauit. ibid. Iuſtinianus à Philippico Bardane interfectus. 374.1. D.

Iuſtinus Imp.Orthodox⁹ fuit 280.2.A.Quo sẽſu ſub ipſo aucta ſit iuriſdictio Rom.Pont 281.1. A.De ſua creatione litteras ad Hormiſdã dedit ibid.Ei⁹ reuerẽtia erga Legatos Hormiſdæ.ibid.2.C.Qualis fuerit hæc reuerentia ibid. D. & ſeq. Libello profeſſionis ab Hormiſda per Legatos ſuos miſſo ſubſcripſit. 281. 2.B.C. Ad ipſum ſcribens, Sanctiſſimum & Beatiſſimũ, quod ſupprimit Mornęus, inſcripſit, 283.1 A. Iſidorus non ſcribit Hormiſdam Archiepiſcopi, & Patriarchæ titulum ab ipſo primũm accepiſſe.ibid. Compe ta Legatorum Hormiſdę vexatione, quid Iuſtinus.284. 2.D. Quid apud ipſum Hormiſda.ibid.& ſeq Iuſtinus Hormiſdam, ſupremum controuerſiarum fidei iudicem agnoſcit.285.1. D. & ſeq. Hęreticos omnes exagitat,

226.

286.1.D. Hinc,vt quidam volunt,Theodoricus Rex Arrianus Ioannem I. Pontificem obire cogit Legationem ad ipſum. ibid. 2. D. Alia probabilior cauſſa huius Legationis.287.1.C.Quam honorificè & reuerenter is Ioannem excipiat.18.1.D.302.C.287.1.A. 304.1.A.Quam ob cauſſam.287.2.C.D.Iuſtini & Catholicorum Orientis iudicium de Pontificis Rom. dignitate pluris faciendum, quàm Theodorici Arriani. 287.1.B. Ioannes Iuſtinum non pepulit,vt Arrianos reſtitueret &c ibid.C.D.
Iuſtitia non eſt certa ex paſſione, ſed paſſio glorioſa eſt ex Iuſtitia. 37.2.C.

L

LAcedemonij iure non ſcripto ferè vtebantur. 97.1.A.
Lac gregis eſt quidquid à plebe diſtribuitur Præpoſitis. 79.2.D.
Laici quilibet magno ſuo damno ſacra tentant.505.1.A.2.A.
Lampades ac Cerei Martyribus offerri poſſunt.149.1.C
Lampſacena Synodus ab hæreticis procurata & habita 184.2.C.D.Eius conuocandæ ſcopus. 185.1.A.
Landi Pontificis vita quàm obſcura. 482.2.B.
Lateranenſe Concilium Magnum quando celebratum, qui adfuerint, & quæ à Græcis in eo conceſſa.260.1.B.
Latriæ cultus ſoli Deo, non Martyribus defertur.275 2.B.
Latro una confeſſionis voce Paradiſum meruit.471.2.A
Laurentius Nucerinus à Symmacho damnatus tanquã inuaſor Apoſtolicæ Sedis. 272.1.D.
Laurentius Romanus in ſchiſmate contra Symmacum electus.268.B.à quibus.ibid. C.
Laurentius Valla contra donationem Conſtantini ſcripſit.188.2.C.Pro eadem ſcripſit Auguſtinus Eugubinus.ibid.
S.Leander Hiſpalenſis Archiepiſcopus Synodo Toletanæ III.interfuit, & præfuit vt Legatus Romani Pontificis.318.2.C.& ſeq. Cur aliqui hanc eius Legationem in dubium reuocent.ibid. D. & ſeq. In ſubſcriptione Concilij tertio loco recenſitus videtur per errorem. 319.1.A.
Legalia ante ſufficientem Euangelij promulgationem, etſi mortua,non tamen mortifera. 1.7.1.C.
Legati ab Agathone miſſi ad ſextam Synodum. 358.1. A.Illi præſident.ibid.2.C.
Legati Adriani, ſeptimæ Synodo præſident. 396.2.C.
Legati à latere erãt etiã tẽpore Cõcilij Nicæni. 87.2.A.
Legati à Pontifice Romano ad Sardicenſe Concilium miſſi. 177.2.C.
Legati à Sede Apoſtolica ad Concilia quot mitti ſoliti. 165.2.B.
Legati Cæleſtini ad Epheſinum Concilium miſſi quid cum primum Epheſum veniſſent.234.2.B.C. Coram tota Synodo vnus ex his ſupremam Cœleſtini authoritatem prædicat,eique acclamatur ab omnibus.235 1.B.& ſeq.
Legati Hormiſdæ quomodo recepti Conſtantinopoli. 281.2.C.& Theſſalonicæ. 284.2.B.C.
Legati Leonis præſident Chalcedonenſi Synodo. 247. 2.B.Primi Dioſcorum damnant.ibid. C.D.
Legati Silueſtri in Nicæna Synodo præſederunt, & primi omnium ſubſcripſerunt. 157.1.A.
Legati Romani Pont. quomodo ipſum repræſentent. 235.1.A.Minuta eis dari ſolet inſtructio.278.1 D. Eorum nomina exprimi ſolent in literis Legationum. 163.2.B.
Legatorum contemptus lædit,at non minuit authoritatem mittentis. 285.1.C.
Legendæ aliquæ Sanctorum cur non legantur in Eccleſia Romana. 146.1.A.
Leges apud Romanos, & Græcos duplicis generis, 96. 2.D.
Leges contra hæreticos rectè ab Imperatoribus implorantur.302.2.B.Mira eſt harum lenitas, ſi cum hæreticorum ſæuitia conferantur. 352.1.A.
Leges ferẽdi poteſtas de iure diuino naturali eſt in quolibet Principe, ſed tamen vſus, & conſuetudo ſubiectionalis obedientiæ ad earum robur requiritur. 157. 1.C.Non obligant, niſi ſubditi eas acceptent.338.1. D.& ſeq.In legitimo tamen Principe poteſtas eſt obligandi eos,vt acceptent.ibid.2. B. Si non acceptentur,nullam vim habent, ſed ex tacito Principis conſenſu.ibid.C.Ad Reipublicæ ſalutem, alia multa præter leges inſtituuntur.100.1.C. Legum inſtitutionem non ſemper corruptelæ præcedunt. 365.1. A. Facere vt leges cuſtodiantur,eius eſt, qui eas inſtituit.221.2. D.In leges committit, qui legum verba complectẽs, contra legum nititur voluntatem. 845.1.A.
Leges Imperatorum de diſciplina Eccleſiaſtica quid ſibi ad valorem requirant.192.1.B.291.1.B.C.D. Quicumque eorum legibus, quæ pro Dei veritate feruntur obtemperare non vult, acquirit grande ſupplicium. 151.1.C.Quod ſit harum robur circa iura Eccleſiaſtica. 352.2.D.
Lemani lacus & Rhodani mirum. 72.1.B.
Leo Imp. à Clero Alexandrino rogatur, ut Romano Pont.& alijs declaret impietates Timothei.258.2.C. Ipſe ad Anatolium ſcribit, vt veritatẽ de Timotheo ad ſe reſcribat.259.1.B. Ab Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo incitatus, Sanctionem edit pro Conſtantinopolitanæ Eccleſię priuilegijs.264.1.D.& ſeq. 266.2.B. In hac Sanctione Conſtantinopolitana Eccleſia impiè vocatur Chriſtianorum omnium, & Orthodoxæ Religionis mater;ſed id Acacij inſtinctu: in cuius probatione non æſtuat Baronius. 264.2.B.& ſeq. Simplicius Pont. ei & Acacio reſtitit.ibid.C.D. Eius lex nullam uim obtinuit.265.1.A. Falsò ei perſuaſum fuerat, Eccleſiam Conſtantinop. ante ſuum Imperium hæc priuilegia habuiſſe.ibid.B.
Leo Iſauricus Imp.dictus Conon,à Gregorio II. Pont. monitus, Imperatoris non eſſe quidquam in fide innouare,Edictum proponit de euertendis toto Romano Imperio Sacris Imaginibus 20.1.D.98.1.D.375.2. C.D.376.2.B.377,1.D. Quo pacto id ſanciuerit.98.1. D. In hac inſania perſiſtens,& in Imaginum cultores deſęuiens à Gregorio II.excommunicatur, & Italię populi Sacramenti; quo ſe illi obligauerant, religione exoluũtur.377.1.D.& ſeq. Quę hinc apud multos Italię populos contra ipſum ſequuta.20.2.A.60.1. A.375.2.D.377.2.B. Quorum tamen author non fuit Gregorius,vt Morneus vellet,ſed ipſemet Imperator ibid. C. D. Romani quod ab ipſo defecerint,laudantur.ibid.D.& ſeq. Morneo,qui eius in hoc impietatẽ laudat,quo loco videntur eſſe Chriſtus & alij Sancti. 377.1.B.Leonis errores.375,2.D. Quibus authoribus contra Sacras Imagines inſanierit ibid.& ſeq.60.1.A. Quo prętextu.375.2.C. Iconomachorum iactatio de ipſo eiuſque filio 97.1.D. Ante ipſius impietatem totus Oriens & Occidens Sacras Imagines venerabatur.97.2.A.98.1.B.Gregorius III.nihil prętermittit, vt ipſum ab impietate reuocet; atqui ipſe eius Nuncios ad ſe miſſos in vincula conijcit.98.1.C.378.2.D. Idem ipſum cęteroſque violatores Sacrarum Imaginum in Concilio excommunicat. 98.1.B.C.378.2. C.D.
Leo Oſtienſis qualis vir fuerit. 517.2.D.
Leo I.Pont.qualis vir Caluini & Mornæi iudicio.237.1. C.Primatum Petri, & ſuum conuenienter probat ex verbis Chriſti Matth.16.ibid.& ſeq .Eutyches quærimoniam mittens, quod à Flauiano excommunicatus ſit: apud ipſum ſibi Catholicum nomen aucupatur. 238.1.B.Leo apud Flauianum miratur, quod ſe inconſulto eum depoſuerit; quanquam is ad ipſum ſcripſerat,ſed literę fuerãt interceptę.ibid. Geſta in cauſſa Eutychetis ſibi tranſmitti iubet: & tranſmittuntur. ibid. C. Qua de re Leo in hac eius cauſſa dubitauerit.ibid. D. Eutyches ipſo iudicij tempore ad ipſum non appellauit,vt eidem mentitus eſt.238.2.A.240.2. D.Quod tamen non arguit, appellationes ad Romanum Pont.in ijs Regionibus ignotas fuiſſe. 241. 1.A. Cur Flauianus cum ſuis obſecuturus non fuiſſet Eutycheti vel appellationem ad Leonem profitenti. ibid.C.Leo de Hilario Epiſcopo,Arelatẽ iuſtè conque-

Digitized by Google

ctus.238.2.B.C.Quid in ipſum.ibid.C.D. Non adblāditur Epiſcopis Galliarum, in beneficium ſui primatus.239.1.A.Hilarius Leonis iuſſis cedit.ibid.Nunquā ſe ab eius communione ſeparauit.252.2.B. Meritò ſe Vniuerſalem Epiſcopum interdum Leo cognominat. 239.1.B.Patres Synodi Chalcedonenſis ab ipſo petūt confirmationem Canonis Conſtantinopolitani de priuilegijs Conſtantinopolitanę Eccleſię.243.1.A.257.2.B.& ſeq.Quam ob cauſſam.ibid.245.1.D. Ille meritò eundem abrogat, & improbum Epiſcopi Conſtantinopolitani ambitum damnat. 156. 1.B.& ſeq.243.1.A.244.1.D.Ad id nec abuſus eſt Canone Nicęno,nec futiliter eſt vſus.293.1.C.& ſeq. An illum Canonem aliquando ſuſceperit, vt Euſebius Docilęi Epiſcopus affirmauit.244.2.C.Quid ex Concilio Chalcedonēſi probauerit. 156. 1.B. Eius ſententia de inuariabili Nicęnorum Canonum obſeruatione. 239.2.A. Eiuſdem erga eoſdem reuerentia. 245.2.D. Ambitionis vitium impudenter ei a Caluino tributum.ibid.B. A Mornęo inſolentię.258.2.C. An de Petri primatu ſtilum temperet,vt fingit Mornęus,qui & eius verba ſibi eodem loco repugnantia malitioſè ſupprimit.240.1.A. & ſeq. Flauianus eius authoritati ſe non oppoſuit.ibid.2.B.Eius primatus à primatu S. Petri indiuiſus.242.1.A. Eius enchomia, & indicia ſupremæ authoritatis à Patribus Chalcedonenſibus. 243. 1. B. & ſeq.Ipſum eiuraſſe Synodum Conſtantinopolitanam vniuerſam,ſplendidum eſt Mornęi mendacium. 245. 1.A.Imperatores ex ipſius conſenſu Chalcedonēſem Synodum indicunt. 246. 1.C. & ſeq. Qui tamen ipſum minimè ad illud compellunt,ſed hortantur.ibid. D.Is Legatos ſuos eò mittit, & habendę Synodo formam præſcribit.ibid.2.B.Eidem per Legatos ſuos pręſidet.247.1.B.Quam ob cauſſam:in quo refellitur Caluini figmentum.248.1.D.& ſeq. Hi à Synodo rogati, primi Dioſcorum damnant, tum alijs Patres ſubſcribunt.ibid.2.C.D.Quid hinc ſequatur. 248.1.B. Non eſt coactus ęqualem pati.ibid. C. Quomodo Anatolius apud ipſum ſe de ambitu excuſet.ibid. Leo ipſū in gratiam recipit.ibid. D. Leonis authoritas authoritati 600.Patrum præponderauit.ibid. Dioſcorus ordinatus Alexandrinus Epiſcopus ad ipſum Legatum mittit.249.1. D. Quid hinc colligat Baronius.ibid.2. A. Leo, quid emendandum ſit in Alexandrina Eccleſia Dioſcoro pręſcribit.250.1.A.B.Hinc Mornęus impias voces in Leonem effundit. quas in propria cauſſa non effudit Dioſcorus.ibid. B. C. Cyprianus non præſcripſit Romano Pontifici, ſicut Leo Dioſcoro. ibid.D. S. Turibius ad Hiſpanias erroribus Priſcillianiſtarum liberandas eius auxilium implorat. 252.2. D.Ipſe mandat, vt Generale Concilium in Hiſpania colligatur.ibid.Mornęi commentum,quomodo Turibius ipſum conſuluerit,ipſe verò hanc eius conſultationem interpretatus ſit.253.1.C. D. Priſcillianiſtarū libros proſcribit.eidemque Turibio author eſt, vt idē agat.267.2.A. Epheſina II.Synodus ab ipſo reprobata.254.2. C Flauianus in ea damnatus à Dioſcoro ad ipſum appellat.241.1.B.254.2.D,255.1.D. Theodoretus etiam 254.& ſeq. Huius cauſſam potuiſſe à Leone per ſe iudicari Chalcedonenſis Synodus agnouit. 256.1. C. Clerus Alexandrinus Leonem Imp.rogat, vt ei,& alijs declaret impietates Timothei. 258.2. C. Neque tamen ob id Leo cæteris Epiſcopis exęquatur.ibid.D.& ſeq. Hunc promulgaſſe Anatolium hæreticum,& indignum Sacerdotio, eſt Mornęi mendacium.259.1.A.B. Quam conditionem requiſierit, vt Anatolium confirmaret.262.1.A. Nunquam coactus fuit in ordinem, ſed alios coegit. 276.1.B.

Leo II. Pont. quid circa ſextam Synodum poſtularit ab Epiſcopis Hiſpaniæ.363.1.D. Quam ob cauſſam. ibid.& ſeq. Non excommunicauit Honorium Pont. 364.1.C.Non Conſtantinus Imp.ſed hic cauit,ne qua pecunia pro conceſſione pallij repeteretur ibid. 2.D. An id cauerit quia tum talis corruptela in Eccleſia Rom.graſſaretur. 365.1.A.

Leo III.Pont.munera mittit ad Carolum Magnum: at non in ſignum fidei & hominij. 393.1. A.B Cur aliquem de Caroli Optimatibus Romam mitti cupierit.ibid. C.Lingua & viſus, quibus à Romanis priuatus fuerat,ei per miraculum reſtituta.ibid.1 D.& ſeq. E coniuratorum manibus liberatus, confugit ad Carolum Magnum; à quo perhonorificè excipitur. 394. 1.A.Profecto Romam Carolo, ad examinanda crimina Leoni obiecta conuenitur. ibid. C. Hic Archiepiſcopi alijque profitentur,Sedem Apoſtolicam à nemine iudicari. ibid.Leo ipſe ſe purgat.ibid. Eius miſericordia erga perſecutores ſuos.394.2.B. Carolum Magnum coronat Imperatorem Occidentis.ibid.D. Ipſe & non alius, authoritate legitima Occidentale Imperium tranſtulit à Gręcis ad Germanos. 395. 1.B.& ſeq.403.2.D.& ſeq. Miniſterialiter vtique Deus verò principaliter,id quod etiam ſentit Baronius.404.1. C. D.Quàm conuenienter id factum. ibid. 2. B. & ſeq. Quali adoratione Carolum,creatum à ſe Imperatorem adorauerit.395 2.A.B. Carolus Teſtamētum ſuū ad ipſum mittit confirmandum, eique de ſucceſſore in Imperio decernendum relinquit. 407.2. D.& ſeq. Fœdus item initum cū Imperatore Orientis vult ab ipſo confirmari. 409. 2. D. Eidem ad ſe venienti poſt alios occurrit &c.410. 1. A. Leo vir Sanctiſſimus ab omnibus celebratus.410.1.C.

Leo IV.Pont.Sergij ſucceſſor:quàm laudatus. 427.1.A. Qualis eius electio. ibid. B. Eiuſdem conſecratio an contra legem.ibid.D. Munito Vaticano Vrbem conſecrat,& Leoninam appellat.ibid.2.C. Quantum valuerint eius preces ad profligandos Sarracenos. 428. 1.C.Conſilia non inijt de transferendo ad Conſtantinopolitanos Imperio.428.2. D. & ſeq. De particula Epiſtolę ipſius ad Lotharium. 429.1. B. C. Cauſſam ſuam ſponte ſubijcit examini Ludouici Aug. 429.2. C. Non ademit authoritatem Epiſtolis Pontificum ante Syluestrum & Siricium. 432.1.B.

Leo IV.author fuit Canonis, ne Epiſcopus à paucioribus quàm 72.teſtibus conuinci poſſit.423. 2. D. Anaſtaſium Cardinalem depoſuit, & quidem canonicè. ibid.437.1.C.

Leo V.Pont.qualis,quomodo & à quo ſe abdicare coactus. 482.1.B.

Leo VI. Pont.vitę laudabilis. 483.1.B.

Leo VII. Pont. 483 1.D.

Leo VIII.Ioanni XII.viuenti adhuc ab Othone 1.ſubrogatus.485.1.C.Laicus adhuc.ibid.2. C. Nullo iure. ibid.1.D.& ſeq. Viuente Ioanne fuit Antipapa.485. 2.D.An eodem defuncto fuerit legitimus Pontifex,an vero Benedictus V. ibid.& ſeq. Apud Gratianum legitur Othoni 1. conceſſiſſe ius eligendi Romanum Pont.ſed id commentitium ęquè eſt ac eius Conſtitutio.413.2.D.486.1.C.490.1. B. &ſeq. Altera Conſtitutio non diſſimilis. 486 2.D.

Leo IX. ab Henrico III.Romam deſtinatus Pontifex, quomodo Hildebrandi conſilio, ſe geſſerit.510.2.C. D.Vitę Sanctimonia & miraculis,quàm inſignis.486. 2.C.511,1.A. B. Legem tulit contra Simoniacos, & concubinarios.510.1.D.Quę inter ipſum & Vuormatienſem Epiſcopum in cauſſa Humberti Diaconi. 523.2. B. Voſpergenſis meritò hic a Baronio reprehenſus. ibid. C. Quæ idem Baronius reprȩhendit in Petro Damiani contra Leonem ſcribente. ibid. D. & ſeq.Captus à Northmannis, contra quos exercitum mouerat,quàm honorificè habitus ibid. D. Per ſe ipſum non militauit. 525.1.A.

Leonidis adhortatio ad milites. 12.1.A.

Leontius Epiſcopus Tripolis Lydiæ quomodo ab Euſebia Imperatrice ſuſceptus.18.1.C. Quid reſponderit Conſtantino Imp.aliquando inter Epiſcopos pręſidenti,& Eccleſijs præſcribere volenti. 247.2.A.

Lethargici quomodo curentur. 14.1.A.

Lex à quo ferri debeat,vt ſit iuſta. 270.1.D.

Lex cœlibatus non eſt cauſſa peccati. 513.2.D.

Lex Eccleſiæ eſt, vt Romanus Epiſcopus ad Concilia vocetur,alioquin ſunt irrita. 176.2.B.

Lex Imperialis antiqua vetat, omnes hominum Conuentus ſine Imperatoris authoritate. 174.2.D.

Lex Iudaica vmbram habebat futurorum. 130.1.B.

Lex Valentiniani in Clericos,nonniſi Damaſo annuente lata 191.2.D.Ea verò, quæ ſuſtulit iudiciale tribunal

nal Epiſcoporum, indigna fuit Principe Chriſtiano. 248.2.B.

Libellatici qui eſſent, & quomodo à Sacrificatis diſtinguerentur. 131.2.A.

Liberius Pont. an Marco Pont. oppoſitus. 171.1. A. Primum acerrimè defendit Athanaſium. ibid. B. Poſt biennium vero ſubſcripſit, inuitus tamen, condemnationi Athanaſij, at non Synodi Nicœnæ ibid. & ſeq. 183.2. B. & ſeq. Nec tamen propterea Pontifex Rom. vnquã condemnationi Athanaſij ſubſcripſit. 171.2.B. Cur à Hieronymo, & Hilario per errorem creditus ſit hæreticus. ibid. C.D. Cur idem per Orientem euulgatum. 183.2.C. Inter Sanctos numeratus 183.2.D. Quomodo contra fidem aliquando peccauerit, 184.1.B. Ante & poſt exilium verè fuit Orthodoxus, & pius ibidem Synodi Alexandriæ indicendæ Athanaſio author fuit. ibid. D Macedoniani apud ipſum ſe finxerunt Orthodoxos. 200 1. B. Quomodo errarit in admittendo ad communionem Euſtachio. 201.2.D. & ſeq.

Libertas à Mornæo promiſſa qualis ſit. 9.2.A.

Libri hæreticorum cauendi, & à Catholicis diſcernendi. 267.1.B. 267.2.A.

Libri decreto Romanorum Pont. probati vel reprobati, quo loco habiti. 442.1.C.

Libri Priſcillianiſtarum à Leone I. proſcripti. 267.2. A.

Libri Romanæ Eccleſiæ cur cæteris fideliores. 222.2. C.D.

Librorum, qui errores contra fidem & bonos mores cõtinent, lectio valde periculoſa eſt. 107.1.D.

Libros ſuos Sancti viri cenſuræ Sedis Apoſtolicæ ſubiecerunt. 286.2.A.

Licent multa, quæ non expediunt. 125.1.C.

Licinii Pontificis contentio cu Q. Fabio Prætore Flamine Quirinali ita ceſſit, vt potior ratio habita ſit Religionis, quàm Reipublicæ. 4.2.A.

Lingua Leoni III. miraculosè reſtituta. 393.1 D. & ſeq. & alijs. 393.2.D. & ſeq.

Lingua, qua Sacra celebrari debeant. 291.2.D.

Literæ Communicatoriæ quo in vſu fuerint. 245.2.B.C. mittere tamen huiuſmodi literas non perinde eſt ac mittere Legationem, quò ſua electio probetur, ibi. D.

Literæ Encyclicæ quæ ſint. 162. 2. C. Earum vſus. 249. 2.A.

Literæ per veri ſuppreſſionem obtentæ viribus carent. 131.2.D.

Literæ Synodicæ alio fine ſcribuntur ad Eccleſias, alio ad Rom. Pontificem. 167. 2. B. Quæ dicerentur. 303. 1.B.

Liturgia quid ſit. 291.2.B.

Liturgiæ SS. Patrũ manifeſta ſunt indicia perpetui vſus ſacrificium Miſſæ offerendi. 63.1.B.

Longobardorum Reges an poſt ſuſceptam Religionem Chriſtianam pij fuerint, & amantes iuris. 384.1.B. Eorum Regnum à Carolo Magno euerſum. 383.2.B.

Loquutio Dei duplex eſt: qua: 405.1.D.

Lotharius Imp. Ludouici Pij filius quas ab ipſo Ditiones habuerit. 413.1.C. Cur Eccleſiæ Romanæ bellum aliquando intulerit. ibid. D. Romani de mandato patris profectus, aſſentiente Eugenio Pont. ſtatum Populi Romani corrigit. 413.2.A. 416.2.C.D. Eodem modo condit legem ad Comitia Pontificum, & res Eccleſiaſticas pertinentem. 417.1.A 419 1.D. Cum cæteris fratribus in vitam patris conſpirat, non tamen ex conſenſu Gregorij IV. Pont. 419.2.B & ſeq. Quo prætextu. ibid. D. Quod Gregorium ſibi in hoc aduerſarium fuiſſe crederet, quid in Eccleſiam Romanã. 420. 1.A. Italiam à Sarracenis impune vri, diripique permittit. ibid. Sergius II. eo inconſulto, nec conqueſto tamen, conſecratus. 423.1.D. 424.1.C. Lotharius Ludouicum filium in Italiam mittit, vt ab eo coronetur Rex & Imperator non autem vt eius electionem cõfirmet. 424 1.C.D. 425.1.D. Sergius fidelitatem à Romanis Lothario iurari conſenſit at non Ludouico. ibid. & ſeq. Per Ludouicum filium reſtituendam curat Eccleſiaſticam diſciplinam, ſed ex Epiſcoporum authoritate. 428.2 A. Accepto nuncio, Romæ agitari de transferendo Imperio ad Græcos, eo Ludouicum mittit: quid actum. ibid. D. & ſeq. Cur id timuerit 429.1.A. Cur fratres ei bellum intulerint, & quomodo tandem conuenerint inter ſeſe. 423. 2. B. 465.1.B. & ſeq. Auſtraſiæ Regnum à ſuo nomine Lotharingiam appellauit. ibid. 2.A. Quomodo Regna ſua inter filios diuiſerit. ibid.

Luciferiani rectè in aliquibus ſentiebant. 49.2.B.

Lucius Arrianus Alexandrinam Sedem occupauit 28. 2.A. Monachis infeſtiſſimus. 86.1.C.

Lucius Britannorum Rex cur Sacros miniſtros à Romano Pontif. poſtularit. 522.2.D.

Ludouicus Pius Caroli Magni filius, quomodo ab ipſo deſignatus fuerit Imperator. 408.1.A. & ſeq. 426.2.C. D. Quam reuerenter & honorificè Stephanum V. ad ſe venientem ſuſcipiat. 410.1.B. & ſeq. Ab hoc ipſe cũ Irmingarda vxore coronatur, ibid. B.D. Quã ob cauſſam Stephanus iuſſerit, Populum Rom. Ludouico fidelitatem iurare. 411.1.A. Paſchalis Pont. electio grata Ludouico fuit. qui & publica Conſtitutione ei cõfirmauit pactum à prædeceſſoribus ſuis initum cum Romana Eccleſia 411.2. D. 414 1.B. Reſpõdetur argumentis Mornæi contra donationem ab ipſo factam Eccleſiæ Romanæ. 412.1. D. & ſeq. Theodoro Eccleſiæ Rom. Primicerio, & Leone Nomenclatore Romæ excæcatis, & decollatis, exploratores facti Romam mittit. 415.2.A.B. Paſchalis ab hoc crimine ſibi obiecto apud ipſum ſe purgat: quam ob cauſſam. 415.2.B. 416. 1. D. Ludouicus authoritati Pontificis minimè oppoſitus. ibid. C. Lotharium Imperij ſocium in Italiam mittit ad quid. 416.2.C.D. Michael & Theophilus Græciæ Ipp. Legationem ad ipſum mittunt, & litteras, in quibus de cultu Imaginum multa Catholicis imponunt. 417.1 B. & ſeq Quid Ludouicus. 417. 2.D. Filij in eius vitam conſpirant, non tamen aſſentiente Gregorio IV. Pont. 419.2.B. & ſeq. Eidem, in Concilio Lugduni coacto, habitum, Imperiumque abrogant; ſed hoc à Gregorio reſcinditur, ille verò in integrum reſtituitur. 420.1.B. Ludouicus nec Concilia coegit abſque Pontificis authoritate, nec leges Eccleſiaſticas ſanciuit. 420.2 B. & ſeq. Quomodo Ditiones ſuas inter filios diſtribuerit. 413. 1. B. C. 465.1.B. Quomodo Lotharium filium fecerit conſortem Imperij 426.2.C.D. Quando obierit. 420.2.B.

Ludouicus II. Imp. Lotharij Imp. filius ab ipſo mittitur in Italiam, vt à Sergio II. coronetur Rex & Imperator. 424.1.C.D. Meritò accuſatus, quod Italiam traijciens depopularetur. ibid. 2.B.C. Quo honore à Sergio exceptus. ibid. C. Quam reuerenter cum ipſo ſe geſſerit. ibid. 18.2.C. Quid hic inter ipſos. 425.1. A. Ludouicus ab ipſo coronatur. ibid B. Eidem tamen fidelitas, ipſo renuente, à Romanis non iuratur. ibid. D. & ſeq. Hic cum ſuis Eccleſiaſticam libertatem nec in controuerſiam vocat, nec oppugnat, vt mentitur Mornæus. 425.2.B.C. Lotharius pater per ipſum reſtituendum curat Eccleſiaſticam diſciplinam, ſed ex Epiſcoporum authoritate, laudabiliter quidem. 428.2.A. & ſeq. Eundem Romam mittit, quod ibi de transferendo ad Græcos Imperio agitari ex Daniele quodam, accepiſſet. ibid. Leo IV. cauſſam ſuam ſponte ſubijcit examini Ludouici. 429.2.C. Seditioſi quidam per Ludouici Legatos ſchiſma excitant contra Benedictum III. electum in Pontificem. 437. 1. B. C. Benedictus III. conſecratur præſentibus eius Legatis, non iubentibus ibid. 1.D. & ſeq. Humillima Ludouici obſequia erga Nicolaum I. 18.2.B. 437.2.C. Quam ob cauſſam ibid. D. Ioannes Archiepiſcopus Rauennas à Nicolao excommunicatus ad ipſum confugit. 438.2. B. Ipſe à Nicolao impetrat, vt illius cauſſa audiatur. ibid. Idẽ Ioanni ſuadet vt Nicolao ſe humiliet 439. 1.C. Colonienſis & Treuirenſis Præſules ipſum commouent in Nicolaum: quid cõmotus egerit. 445.2.D. Quid hinc, diuino iudicio, perpeſſus. ibid. & ſeq. Adrianus II. Nicolao ſuffectus inconſultis eius Legatis: quare. 453.2. D. Lothario Lotharingiæ Rege mortuo, eiuſque Regno, quod ad ſe pertinebat, à Carolo Caluo occupato, Ludouicus Adriani Pont. authoritatem interpellat. quid hic Adrianus. 462.1.A. & ſeq. 465.1. B. & ſeq. Ludouico ſine liberis defuncto, qui & à quo ipſius di-

Digitized by Google

tionem poſtulaſſent. 465.2.D.& ſeq. Ipſum Sacramento per vim & metum Adalgiſo præſtito Ioannes Pôt. iuſtè abſoluit. 466.2.C.& ſeq. Cur ipſemet Ludouicus contra Adalgiſum non proceſſerit. 467.2.A.

Ludouicus VII. Galliæ Rex quomodo Alexandrū III. ſuſceperit. 18.2.B.

Ludouicus Germaniæ Rex hunc titulum ſibi primus vſurpauit. 423.2.B. Baioariam tantum à Ludouico Pio patre acceperat. 413.1.B. 465.1.B. Hinc paternarum Ditionum diſtributionem ægrè ferens cum Carolo Caluo bellum Lothario fratri infert. 413.1.C. 465.1.B. Compoſitis inter ipſos rebus, ei conceduntur quæcumque in Germania vltra Rhenum continentur. 465.1.C. Eius & fratrum diſſidio non eſt abuſus Sergius II. 423.2.B. De Luithperti Archiepiſcopi Moguntini ad ipſum Epiſtola. 472.2.C.D. Carolus Caluus frater præter ius coronatus Lotharingiæ Rex, Regnum præ timore cum ipſo partitur: quid ad hæc Adrianus Pont. 462.1.C.& ſeq.

Lugdunenſe Concilium quando celebratum; & quæ Græci uicti in eo conceſſerint. 260.1.C.

Luithperti Epiſcopi Moguntini Epiſtola de Primatu, & dignitate Romanæ ſedis. 432.1.C.

Luitprandus Longobardorum Rex Alpes Cottias Eccleſiæ Romanę confirmauit. 378.1.C. Alia etiam donauit. 379.2.C. Eius laudes. ibid.D.

Lupi rapaces qui 44.3.C.D.

Lupus Tricaſſiorum Epiſcopus quo ſenſu dictus Epiſcopus Epiſcoporum, & Pater Patrum. 242.2.B.

Lutherani cui miſerint ſuæ fidei confeſſionem. 60.1.B.

Lutheraniſmus, & Caluiniſmus quomodo inter ſe pugnent. 42.2.B.

Lutheri, & aliorum error de libertate Chriſtiana. 3.1.D. De philoſophia Ariſtotelis publicis Academijs, & diſciplinis humanis. 53.2.A. De ſtatu Eccleſię Dei. 70.2.B. Eius prophetia vana 8.1.D. Alia item 51.1.B. Eius verba ad Leonem. X. 209.2.C. Se ac ſuos Eccleſiam Chriſti eſſe contendit 29.2.D. A ſuis dictus Elias Germanicus. 57.1.C. Inducit Diabolum ſecum loquentem de Miſſæ Sacrificio, & contra id multa argumenta proferentem. 78.2.C. Quid fateatur de Romana Eccleſia. 109.2.B.

M.

MAcarius Anthiochenus quare pronunciatus hæreticus. 359.1.C.

Macedoniæ Epiſcopi Romani Pont. authoritatem agnouerunt. 213.1.A.

Macedoniani ab Arrianis exagitati ad Valentinianum Imp. & Liberium Epiſcopum Rom. confugiunt. 181.1.A. 185.1.C. 200.1.B.C. Liberius nec eorum Legatos, nec litteras admittit, quouſque ſe Catholicos & fidei Nicænę ſectatores profiteantur. ibid.D. 200.1.C. Profitentur mentientes tamen, ab eoque communionem & litteras obtinent, quarum authoritate qui ſuis ſedibus deiecti fuerant, reſtituantur: & re ipſa reſtituuntur. 181.1.A. 185.1.D. 200.1.C.D. Liberium, Dominū etiam appellant, quod ſuppreſſit Mornæus. 185.2.A. Ad Concilium Conſtantinopolitanum vocati perfidiam ſuam detegunt. 200.1.D. In eo damnantur. 191.2.B. 194.1.A. Eorum error. 181.1.A. 194.1.A. 200.2.D.

Macedonius Patriarcha Conſtantinopol. hæreſiarcha. 296.1.D. Non fuit verus ſponſus Eccleſiæ, quam occupauit, ſed adulter. 28.2.A. Eius error. 194.1.A. 296.1.D. Imperator Theodoſius & Damaſus Pont. ei obſtiterunt. 194.1.A.

Machabæi & Summo Sacerdotio fungebantur, & adminiſtrabant Remp. 20.1.C. 82.2.C. 382.1.C. 406.2.A. 470.2.B.

Magdeburgenſium calumnia in Innocentium I. 212.1.D. in Zozimum Pont. 219.1.D. in Gregorium III. 379.1.D. Mendacium de Stephano III. Pont. 382.1.D. de Stephani VI. Decreto quoad obſeruationem Decretorum Romanorum Pont. 476.1.A. Impoſtura in Nicolaum I. 440.1.C.& ſeq. 444.2.D. Figmentum de Epiſtola Michaelis Græcorum Imp. ad Nicolaum. 450.2.

Magnitudo Regis vera quæ ſit. 8.1.B.

Mahometes ex quibus Sectam ſuam ſeptimo ſæculo condiderit. 64.1.D. Caluinianæ Sectæ cum hac eius Secta affinitas. ibid. 2.A. Cur de ſua Lege diſputari vetuerit. 266.1.B.

S. Maiolus Abbas Cluniacenſis. 498.2.C.

Mancipia Paparum qui ſint Mornæo. 58.1.A. Qui nobis mancipia Diaboli. ibid. 2.A.

Manetis Hereſiarchæ nomē ab inſania deductū. 6.1.A.

Manichæorum Epiſtolæ, quæ dicitur fundamenti, exordium. 61.2.C. Parum eſt, ni Caluiniſtæ id ipſum præfigant libro Mornæi. ibid. Eorum errores. 71.1.B. 507.2.D. Celebrata Roberti Regis Francorum pietas in delenda eorum hæreſi, quam in Regno ſuo pullulare comperiſſet, & comburendis eius fautoribus. ibid.C.

M. Manlius ex ſeruato Capitolio dictus Capitolinus. 10.1.B. De perduellione damnatus è ſaxo Tarpeio deijcitur. ibid.

Marcellinus Papa quomodo contra fidem peccauerit. 286.2.B. Epiſcopi & Presbyteri in Concilio congregati, ei ob dignitatem Sedis ſuum de ſe iudicium relinquunt. 166.1.D.

Marcion hæreticus ad Apoſtolicam Sedem appellauit. 201.1.C. Neque tamen Bellarminus ab ipſo repetit appellationis originem, vt Mornæus imponit. ibidem. Cur eius appellatio non admiſſa. ibid 2.A. Eius blaſphemiæ. 70.2.D. Eodem ſpiritu acti Lutherus & Caluiniſtæ. 71.1.A. Eius Eccleſia. ibid.

Marcionitæ hęretici. 29.2.D.

Marcus Epiſcopus Epheſinus multa mentitus. 478.2.B.

S. Marcus Euangeliſta primus Alexandriæ prædicauit, ordinauit Eccleſias, & Monachis ſolitarię vitę præcepta dedit. 85.1.B. Alexandrinam fundauit Eccleſiam. 261.1.A.

Marcus Manlius ex ſeruato Capitolio Capitolini cognomen adeptus, perduellionis damnatus, è ſaxo Tarpeio deiectus. 10.1.B.

Margaritæ ante porcos non proijciendæ. 22.2.C.

Maria Virgo, θεοτόκος. 23.1.A.

Marianus Scotus an primus ſcripſerit de Ioanne Papa fœmina. 433.1.C.& ſeq.

Marinus II. Pont. an malis artibus Pontificatum adeptus. 475.2.A. Duabus Legationibus pro Eccleſia Rō. functus eſt ante Pontificatum. ibid. B. A Bulgaris in Archiepiſcopum inſtantiſſimè expetitus. ibid. Formoſum Epiſcopum Portuenſem à Ioanne VIII. damnatum reſtituit. ibid. C. Religioſus vir fuit, & Prophetię dono imbutus. 483.1.D.

Marozia meretrix Ioannē X. è Sede deiecit. 482.2.D. Filium habuit Ioannem. XI. ex Sergio nondum tamen Pontifice 483.1.C. Meritò in ipſam inuehitur Luitprandus Ticinenſis. 484.1.C.

Martianus Imp. Chalcedonenſem Synodum indixit, ex conſenſu tamen Sedis Apoſtolicæ 246.1.C. Leonem Pont. non compulit vt ei adeſſet. ibid. d. Ipſe; ei non præſedit; Cur tamen aliquando per ſe, aliquando per alios adfuerit 152.1.B. 167.2.B. 247.1.B. Edictum pro eius obſeruatione promulgauit. 258.2.B. Quid reſponſum Dioſcoro poſtulanti, ipſum & iudices in Synodo adeſſe. 247.1.D. Legati Leonis huic Synodo præſederunt; at non ex ipſius conceſſione & priuilegio vt mētitur Caluinus. 248.1.D.

Martinus I. Pont. quàm ſedulus in profligandis Monothelitis, id quod ęgre fert Mornęus. 346.2.A.B. Cur comprehenſus, & exilium paſſus à Conſtante Imp. ibid. B.C. Proditionis crimen ei falsò ab hæreticis impoſitum. ibid. D. ſic & ſuperbiæ à Mornęo. 347.1.B. Cōſtantiſſimus fuit ibid. B. Sāctiſſimus. ibid. D. Vt talis ab ipſa Græca Eccleſia cultus ibid. 2.A. Paulus Epiſcop. Conſtantinop eius aduerſarius, quā perfidus. 347.1.C.

Martinus Polonus an fuerit primus author fabulæ de Ioanne Papa fœmina. 433.1.B. Scriptor imperitus fuit & multa ridicula conſcripſit ibid.

Martyr eſſe non poteſt, qui in Eccleſia non eſt. 47.2.B. q pro fide Romanæ Eccleſię mortē nō ſubit. 48.1.D.

Martyres Sectariorum qui 48.1.C. 49.1.C. Diabolus ſuos habet. 111.2.B. Qui veri ſunt. 47.2.D. Honores iis habiti. 48.1.C. Eorum inuocatio & adoratio antiquiſ-

ſima

Digitized by Google

ſima.275.1.C. Nec ſacrificium eis offertur, nec latriæ cultus defertur.ibid.2.B.C. Martyres ſunt, qui necantur in ſchiſmate. 270.2.D.271.2.A.B.

Martyrium pro vnione Eccleſiæ ſuſceptum, commendatius eſt, quàm quod, ne Idolis immoletur. 271.1.A. & ſeq. Cur ita.ibid. D.

Maternus à S.Petro Treuerim miſſus, hæreditatem Pallij ſucceſſoribus reliquit. 322.2.A.

Mathildis Comitiſſa Beatricis ex primo coniuge Bonifacio Marchione Tuſciæ filia, virgo piiſſima ac caſtiſſima, iniquè à Mornæo huiuſque ſimilibus calumniâ impudicitiæ, & ſuperbiæ paſſa.527.2.D. & ſeq.535.2. D. ſic & à ſchiſmaticis ſui temporis affecta multis iniurijs.528. 1. D. Calumniæ in ipſam & Gregorium VII. à quibus iactatæ.535.1.D.& ſeq. Quàm falſæ. ibid.Ipſam gubernaſſe Papatum, impoſtura eſt.536. 1.A. Cur & quomodo interfuerit Synodo à Gregorio congregatæ.527.2.D.536.1.A.B. Bona donauit Eccleſiæ Rom.536.1.A. Quæ donatio donationi Ludouici Pij non repugnat. 412. 1. D. Eius obitus, & laudes. 528.1.C.& alibi locis citatis.

Matiſconenſis Synodus Vrſicinum Cadurcẽſem Epiſcopum excommunicare potuit.313.2.B.C.Quam ei pœnam inflixerit, in quo detegitur fraus Mornæi ſupprimentis nomina Miſſarum, &c.ibid.D.

Matrimonium diuini amoris intuitu diſſolui non poteſt, niſi vterque coniux conſentiat. 440.2.A. Sacerdotes contrahere matrimonium legitimum non poſſunt. 510.1.B.& ſeq. Qualis Pontificum theologia de legitimis matrimonijs. 383.2.B.

Matrimonium contractum inter Chriſtum, & Eccleſiã. 27.2.D.Omnia bona in eo concurrerunt. 28.1.A.

Matrimonium ſpirituale contrahitur inter Epiſcopum, & Eccleſiam. 28.1.B.

Mauritius Imp.meritò à S. Gregorio & laudatus & reprehenſus.325.2.D.& ſeq.309.1.A. Eius lex ne milites in Monaſterijs ſuſciperentur, ab eodem emendata.326.2.B.& ſeq. Quo ſuo meritò ipſe cum familia ſua cædẽ Deo vindice perpeſſus.18.2.D. 219.1.A 327 1.B Precatus à Deo fuerat, vt potius hic, quàm in futuro ſeculo ſceleris ſui pœnas exolueret. 327.1.C.

Maurus Archiepiſcopus Rauennas contra ius non agnouit authoritatẽ Romanæ Eccleſiæ. 353.2.A. & ſeq. Similiter moriens, Sacerdotibus ſuis, ne unquam agnoſcerent, præcepit. 314.1.D.

Maxentius Tyrannus à Conſtantino rogatu Romanorũ interfectus.8.1.D.Cur Marcellum Pontificem impiè in catabulum damnauit. 9.1.B.

S.Maximus Martyr Honorium Pontif.ab hæreſis calumnia defendit.341.1.D.& ſeq.

Mediolanenſis Eccleſia ortus ſui primordia, & diſciplinæ rudimẽta ſũpſit à Romana.315.1.A.518. 2. D.Ab huius iure ſi quando deſciuit; eius Præſules eidem poſtea ſe humiliter ſubmiſerunt. 310.1.D. Anno 844. ab ea deficiens, nonniſi poſt ducentos annos ad eius obedientiam & authoritatem redijt.425.2.D. Authore Petro Damiani à Nicolao II.Pont.ad eam legato. 314.2.D.& ſeq.518.2.B.& ſeq.

Melãcthonis opinio de philoſophia Ariſtotelis, & diſciplinis humanis.53.2.A.Mẽdaciũ de cœlibatu.211.2.C

Melchiades Papa. Conſtantinus Imp ad ipſum defert cauſſam Cæciliani Chartaginenſis Epiſcopi, & Donatiſtarum.150.1.D.Melchiades in hoc iudicio cæteris Epiſcopis præſidet.ibid.2.C.& ſeq.161.1.D. Cæcilianum innocentem pronunciat.151.1.C.D. Non Catholici, ſed hæretici Donatiſtæ prouocant ab eius ſententia.ibid 2.B.

Melchior Canus deceptus circa Honoriũ Pont.344.1.A.

Melchiſedech vtramque iuriſdictionem habuit. 406.2. A.470.2.B.

Meletij in Thebaide Epiſcopi, & Petri Alexãdrini ſchiſma.46.1.B. Qui Petro adhærebant, in Eccleſia ſua inſcribebant: Eccleſia Catholica. qui Meletio: Eccleſia Martyrum.ibid.C.

Memelinus Maroc[illegible] Rex ab Albigenſibus in auxilium accerſitus, cũ ingenti exercitu ijs præſto fuit 65.1.D.

Mendicantium Ordines quatuor præcipui à ſanctiſſimis Patribus inſtituti.86.1.D Egregiam operam Eccleſiæ nauarunt.ibid.2.A. Eorum inſtitutio primitiuæ Eccleſiæ inſtituto maximè conſentanea. ibid.

Mennas Anthimo Conſtantinopolitano ab Agapeto Papa ſubrogatus. 258.1.C.

Merlini prophetiæ. 8.1.A.

Metaphora quando locum non habeat. 255.2.A.

Metelli Pont.Max.iudicium quanti apud Romanos æſtimatum. 4.2.A.

Metropolitanus in Metropolitanum nullam poteſtatem habet.272.1.A. Qui Pallium non obtinuerit, ei cautũ eſt indicere Concilia 421.2.B.

Michael Balbus Orientis Imp. Iconomachus, quid vt Catholicus videatur. 417. 1. C. De cultu Imaginum multa Catholicis imponit.ibid.& ſeq. Eius perfidia. ibid.2.B.

Michael III.Orientis Imperator Legatos petit à Nicolao Pont. ad ſedandum ſchiſma ex depoſitione Ignatij, & Photij ſubrogatione excitatum 449. 2. C. Cur hos ab illo petat.450.1.D.& ſeq. Illo à Nicolai Legatis, contra mandatum, abdicato, hoc ſubſtituto, eundem Nicolaum rogat, vt vtrumque factum confirmet.449.2.D. Quid Nicolaus.ibid. D.& ſeq. Qualis fuiſſe colligatur.eius ad Nicolaum Epiſtola. 451.1.A. & ſeq Eius impietas.ibid.D.& ſeq Quid de ipſo Bardas ſomniarit.451.2.C.D Cur Nicolaus ad ipſum Legationem miſerit 453.1.D. Cur à Baſilio interfectus, ſi tamen res ita ſe habet. 454.1.C.D.

Mileuitana Synodus quicquid contra Pelagium & Celeſtium decreuit, ad Sedem Apoſtolicam detulit.14. 2. C.214.1. A.& ſeq. Quando celebrata hæc fuerit. 213.1. B. D. & ſeq. Quibus de rebus in ea actum, in quo errauit Mornæus.ibid. D. Cur reputata fuerit ab aliquibus vna & eadem cum alia Synodo ante quatuordecim annos celebrata.ibid.C.Cur præter hanc, & Carthaginenſem Synodum requiſita ſit Innocentij Pont.ſententia ad damnationem Pelagij & Celeſtij.214.1. A. Ridicula Mornæi cauſſa cur eius Patres ſcripſerint ad Romanum Pont.214.2 B. & ſeq Eius Canon 22. non prohibet appellationes Epiſcoporum ad Romanum Pont.215.2. D. & ſeq. Gratianus perperam ipſum interpretatus.ibid 2.C.

Milites iuxta Edictum Mauritij Imp in Monaſterijs nõ ſuſcipiendi.326.1.B & ſeq.Secus iuxta S.Gregorium, qui Edictum illius emendauit: at quomodo ſuſcipiendi.ibid

Miniſtri noui Teſtamenti maioris dignitatis, & gloriæ, quam qui veteris. 406.2.D.

Miniſtri Reformatæ Eccleſiæ longè inferiores miniſtris veteris Teſtamenti. 407.1 D.

Minor in regno cœlorum maior eſt Pontifice. 22.2 A.

Minorum Ordo à Sancto Franciſco inſtitutus. 86.1.A.

Miracula nunquam à Sectarijs edita. 16.2.C. Si quæ eis dentur, quænam ſint.46.1.C. Multa re vera edita ſunt in confirmationem cultus Sacrarum Imaginum 49. 1. C item præſentiæ corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento.ibid.78.1.D. Miraculorum finis. 518.1.C.

Miſericordia Dei cuiquam concedens Epiſcopatũ, alia multa hominum officia non excludit.305.2.D. Sic & conſtituens Imperatorem non excludit Pontificis beneficium. 414.2.A.

Miſſa eſt publicum miniſterium.87 1. B. Hanc priuatis in locis celebrari, non eſt nouum inſtitutum.ibid.

Miſſæ ſacrificium non eſt inuentum humanum vt impiè blaterant Sectarij.54.2. D. Ei ſubſcriptum à Patribus Aurelianenſis Concilij. 312. 1 .A. Pro viuis & defunctis offerri ſolitum in Eccleſia 80 2 D. & ſeq 516.1.A.Sic etiam in honorem Sanctorum ibid.C. & B.Quidem Virginis die Sabbati.ibid Paſſionis verò, die Veneris.ibid.D Similiter in honorem Angelorum ibid. Quam laudabile ſit & Deo gratum, id ſacrificiũ quotidie offerre 79.1.C.& ſeq.

Miſſarum ſolemnia tempore S. Gregorij celebrabantur tum in Occidentali tum Orientali Eccleſia 317.2 C.

Monachi cur ita dicti.85.1. B. Eorum inſtitutio diuinitùs inſpirata, & ab Apoſtolis fundata.ibid.& ſeq Defenduntur à calumnijs Caluini. 86 2.C.

Monachi quidam Græci quantum tribu aut Romano Pont.

Digitized by Google

Pont.421.2.C.D. Quo ſenſu eum appellent Principē Epiſcoporum. 422.1.D.
Monarcha inuictiſſimus dici poteſt Pontifex Romanus. 105.1.B.
Monarchia eſt præſtantiſſimū regimen.13. 1. B.293.1.A.
Monarchicus ſtatus Eccleſiæ à Chriſto inſtitutus eſt.135. 1.B.Hunc,præter omnem alium Reipublicæ ſtatum, euertere conantur hæretici. 4.2.C.
Monothelitæ,hęretici damnati.339.2 A.& ſeq.360.1.B. Ex horum grege non fuit Honorius I.ibid. Similiter nec Vigilius. 343.1.C.
Monumenta,quibus vniuerſalis iuriſdictio Romani Pōtificis probetur. 223.2.C.
Morbi animi periculoſiores quam corporis. 95.1.A.
Mores vniuſcuiuſque Eccleſiæ ſeruandi. 189. 2.C.
Mornæi Eccleſia qualis ex verbo Dei colligatur. 38.2. C.Vbi ſedes habuerit & habeat. 71.1.C.
Mornæus.Vide,Philippus Mornæus.
Mors animæ nulla peior,quam libertas erroris. 9.2.A.
Mortis contemptum in alijs pietas, in alijs cordis duritia operatur. 48. 1. A. Vtra harum eum in hæreticis operetur. 88.1.B.
Mos quid ſit. 153.2.B.
Moyſes rerum ſpiritualium, & temporalium ſummam habebit adminiſtrationem. 20.1 C. 82. 2 C.406 2.A. 470.2. B. Mundi creationem vnde didicerit. 99.2.D. Dictus Deus Pharaonis.105.1.D.Quo ſenſu.444.1.D. Verſatus fuit in omni ſcientia Ægyptiorum.130. .C. Eius,& Prophetarum oracula quò ſpectarint.161.D.
Mulier Apocalyptica à Dracone fugiens,quam & cuius temporis Eccleſiam ſignificet.33.2. A.36.1.B. & ſeq. 64.1 A.& ſeq.
Mundus inductus miraculis, vt in Chriſtum crederet. 518.1 B.
Myſterium iniquitatis,de quo D. Paulus,quam differenter intellectum ſit à Patribus, ac à Mornæo 1.I.C.& ſeq. Defenſio Catholicæ Fidei & condemnatio hæreſis Monothelitarum Mornæo eſt Myſterium iniquitatis. 346.2.D.

N.

NAaman Syrus Eliſæo Prophetæ indignatus, quomodo à ſeruis ſuis correptus fuerit 464 1 A.
Nabuchodonoſor coli voluit, vt Deus. 118.2.A.Deus plurimas gentes eius ditioni ſubiecit. 106...A.
Narbonenſe Concilium purpureas veſtes Clericis vetat 319.1 D.
Narciſſus Hieroſolymorum Epiſcopus,Præſes Concilij Cæſareæ Paleſtinæ. 126.2.C.
Narſes Dux pius 310 2. D. Pelagius I.Pont.eius opem contra ſchiſmaticos implorat.ibid B & ſeq. Quæ idē ad eundem, vt Paulinus Aquileienſis Pſeudoepiſcopus,& Mediolanenſis Epiſcopus puniantur. 311. 1.C. Schiſmatici Narſetem,à quo comprimuntur excommunicant ibid D. Hæc eius excommunicatio magis iniurioſa fuit Pelagio,quam ipſi. 311.1.A.
Nathan Propheta adorauit Dauid Regem. 105.2 D.
Nationale Concilium Vide Concilium Nationale.
Nationes multæ ob defectionem à Pontifice Rom. in poteſtatem Barbarorum deuenerunt. 106.2.B.
S Nazarius an à Lino baptizatus. 518.2.D.519.1.D.
Neapolitanum Regnum quomodo ad Eccleſiam peruenerit 412 2 C.413.1.A.
Nectarius Cathecumenus contra Sacros Canones ordinatus Epiſcopus Conſtantinopolitanus.193.1 D. An ſecundæ Synodo præſederit. 194.1.B.
Negligens qui ſit. 139.1.B.
Nemrod robuſtus venator coram Domino. 7.2.B.
Neſtorius hæreſiarcha Conſtantinopolitanam Sedem occupauit.28.2. A 296.1.D. Cœleſtinus Pont.ei anathema comminatur.230 1.C Eidem certum tempus ad reſipiſcendum præſcribit.229.1 B Eiuſdem condēnationem mittit ad Concilium Epheſinum. ibid.C. Quid Baronius de cauſſa,cur Neſtorius ad Cœleſtinū ſcripſerit.229.2 A & ſeq Cœleſtinus agit cum eo tanquam cum ſubdito.230.2.A. In eius cauſſa iudex eſt, Cyrillus executor tantum.ibid.C. Eius impietati repugnauit Cyrilli induſtria, & Cœleſtini authoritas. 228. 2. B. Cœleſtinus præ cæteris laudatus quòd eius hæreſim proſtrauerit. 231.2.C.D.
Nicæna I. Synodus cur habita prima Generalis.233.2. C.Eius Canon 39 pro Romani Pont. primatu. 157.2. A Sylueſtrum precatur, vt Acta ſua confirmet. 152. 2.B Vide,Concilium Nicænum,&,Canon ſextus Cōcilij Nicæni.
Nicęna I I. Synodus ab Irene Auguſta de conſenſu Adriani Pont.conuocata,cultum Sacrarum Imaginum reſtituit.387 2.A.B. Sancta & legitima fuit. 97.1.B.& ſeq.Hanc Francofordienſis Synodus damnauit, ſed per errorem,duobus mendacijs illi obtruſis. 389 2.C. & ſeq Damnata eſt in hac Synodo, non per hanc Synodum. 390.2.B.
Nicephorus cur Vigilio Papæ infenſus. 305.2.A.
Niciæ Athenienſium Imperatori quid, ob ignorationē cauſſæ defetus luminarium, acciderit. 71.1.D.
Nihil excipitur vbi diſtinguitur nihil 217.2.D.
Nicolaitarum hæreſis an orta ſit à Nicolao vno ex ſeptem primis Diaconis.508.2.D.& ſeq. ſi quando Clerici Romani rei fuerunt huius criminis,id non eſt Clericatui adſcribendum.509 2 A.& ſeq.Horum nomine nullum intelligimus,qui cum legitimis vxoribus matrimonium ritè contractum colat, vt fingit Mornęus. 510.1 A.& ſeq.
Nicolaus Diaconus ex primis ſeptem, an author fuerit hæreſis Nicolaitarum.508 2. D.& ſeq.Mornęi in ipſum impoſtura.508.2.D.509 1.D.
Nicolaus I.Benedicti I I I. ſucceſſor.437.2. B.Ludouici II.Imp.humillima erga ipſum obſequia. 18.2.B.437. 2.C.Quam ob cauſſam.ibid. D. Gregorio Magno meritiſſimè comparatus.438.1.B C. Ioannem Archiepiſcopum Rauennatem ob defectionem à Sede Romana priuat communione & Pontificali officio. 438.1. D & ſeq Ludouicus,Imp.Ioanni ſuadet, vt ſe Nicolao humiliet 439.1. C. Papienſes.eius vapore excommunicat, commercium fugiunt 445.1. D. Nicolaus à Ludouico Imp.rogatus,vt eius cauſſa audiatur, indicit Synodum, & de obiectis illi criminibus inquirit. ibid.2 B.& ſeq. Ioannes alijs purgatus, alia confeſſus reſipiſcit,& Nicolai miſericordiam implorat.ibid C. Quæ is,approbāte Cōcilio,ei iniungit.ibid D. & ſeq. Mornęi mendacia de ipſo.439.1.C.D. Accepto Lotharij diuortio cum Thietberga legitima vxore, & coniugio cum Valdrada concubina, Colonienſem & Treuerenſem Archiepiſcopos huius facti probatores exauctorat non inauditos tamen. 439. 2. B. C.440.B.C. Lothario,ni uxorem reuocet, anathema denunciat. ibid.D In hac vtique cauſſa iudex,& propria poteſtate vtens 446.2.B & ſeq.Magdeburgenſium impoſturæ in Nicolaum.440.1.C.445.1.A.Nicolaus Lotharij memoriæ notam non inuſſit,ſed eam ſibi ipſe contraxit 440.2. C. D. Mornæus eius verba ſupprimit,quæ ad rem faciunt.441.1.B. Nicolaus Balduinum excipit contrà quàm ſcribit Mornęus.ibid.C.D. Tantum iuſtis de cauſſis Regem & Reginam precatur, vt ei pareant.ibid. 2. A. Appellationes Epiſcoporum Galliæ, nec inſolentius recipit,nec ad ſe trahit.ibid.C.& ſeq. Mornæus eius Canonem mutilum producit;alteri ex ſuo addit.442.1.B. C. Nicolaus Decretales Epiſtolas, nec æquauit Scripturis, nec has illis ſubiecit.443.1. A.& ſeq. Quid in ipſum Ludouicus à Colonienſi & Treuerenſi Præſulibus commotus. 445. 2.D. Quales iſti litteras ad ipſum dederint.446 1.A.Lotharius Nicolai in iſtos ſentētiam fuiſſe validam iudicauit.ibid. C. D. Hincmarus Rhemenſis quantum ei detulerit. 447.1.A.& ſeq Quomodo Nicolaus Rothaldū Sueſſionenſem Epiſcopum Sedi ſuæ reſtituerit,448.1.B. & ſeq.Hincmarus huic eius ſententiæ de Rothaldo acquieuit.ibid,2.C. Epiſtola ſub nomine Hulderici Auguſtani Epiſcopi ad ipſum,conficta 449 1.A.& ſeq.Nicolaus Legatos à Michaele Imp.poſtulatos ad ſedandum ſchiſma excitum ob depoſitionē Ignatij & ſubſtitutionem Photij,Conſtantinopolim mittit: quibus cum mandatis 449 2.B & ſeq Legatis mandata transgreſſis,

Digitized by Google

greſſis,quid ipſe ibid. D.& ſeq. Mornæi commentum cur hoſce Legatos eiurarit.450.1.B.C.Cur Imperator ad id Legatos ab eo poſtularit.ibid. D. & ſeq. Qualis fuiſſe colligatur Imperatoris ad ipſum Epiſtola, quã periiſſe dolet Morneus. 451. 1.A. & ſeq. De Concilij Chalcedonenſis ſanctione ab ipſo prolata.452.1.C.& ſeq.Legationem decernit ad Michaelem Imp. quem ad finem. 453.1.D.

Nicolaus II.Pontifex legitimus.512.2.A. De Concilio ab ipſo Romæ habito. eiuſque in eo ſtatutis. ibid.& ſeq.Robertum & Guiſchardum Nortmannos in gratiam ita recipit, vt id eius factum quammaxime ſit legitimum.513.1.D.& ſeq.Eius obitus. 516.1.D.

Nobilitas antiqua quomodo probetur. 41.2.C.

Nomen Dei, & Patris præ vehementia affectus aliquãdo repetitum. 10.2.A.

Nomen Dei quadriliterum, & proprium cur nunquam pronſicietur id ab Hebræis, ſed tantum à Summo Sacerdote ſemel in anno.10.2.B Huius pronunciatione Chriſtum edidiſſe ſua miracula quidam crediderunt. ibid.

Nomen, λατεῖνος reddit. numerum nominis Antichriſti. 118.1.B.

Nouatianus quare iudicatus hæreticus. 48.2.B.

Nouatianorum errores. 71.1.B.

Nouatorum quales triumphi.72.2.A.Eccleſiam Chriſti periiſſe de Orbe terrarum, & apud ſe ſolos remanſiſſe impudenter affirmant. 15.2.B. Quo inſtituto fingant ſuam reformatam Eccleſiam.33.2.B. Phariſæis comparati.53.1.C.Donatiſtis ſimiles. 51.2.D.

Numen vrbis Hieroſolymæ migrauit ante eius excidiũ 102.1.B.

Numerus multitudinis ad vnam magnæ dignitatis perſonam adhibitus. 104.2.D.

Numerus ſingularis vſurpatus aliquando pro plurali. 452.1.D.& ſeq.

Numidiæ Epiſcopi authoritatem Romani Pontif.agnoſcunt.214.1.A.& ſeq.

Nunciare nouum opus quid ſit. 56.2.B. Id antiquis & recentioribus hęreticis nunciatum.ibid C.

O.

OBreptio quid. 131.1.C.

Obſeruatio Nicęnorum Canonum Leoni Pontif. inuariabilis. 229 2.A.

Obſeruationum varietas, quæ in Eccleſia permittitur. 141. .B.

Occidentales non corroborarunt hęreſim Marcellini Epiſcopi Ancyrani. 190.2.A.

Occidentalium fides magis quàm Orientalium à S. Baſilio commendata. 191.1.D.

S.Odilo Abbas Benedictum VIII. Pont.ſuis precibus à Purgatorij pœnis liberauit. 499.2.A.

Odoacer Erulorum Rex Arianus in Italiam accerſitus contra Auguſtulum,bis à Theodorico Rege Gotthorum ſuperatur.274. 2. C. Italia potitus quam moderatè ſe gerit.270.1. D. Veruntamen eius lex de electione Pontificis,& rebus Eccleſiaſticis iniuſta eſt, & legitimè abrogata,nec tamẽ aliquandiu fruſtra. ibid. 1.B.D.& ſeq.

Oecumenici nomen à Mornæo perperam interpretatum. 298.2 A.& ſeq.

Offa Merciorum Rex Regnum ſuum vectigale fecit Romanæ Eccleſiæ.384.2.B.Scilicet ad remiſſionem peccatorum ſuorum.ibid.C.Nec iniquè alia prodigendo. ibid.D.

Officij B.Mariæ Virginis recitatio quàm grata Deo ſit, quamque diſpliceat eius omiſſio.514.2. D.& ſeq.

Olei vnctionis conſecratio eſt ex traditione non ſcripta. 96.1 C.

Onias Onię Pont.filius cur in Aegypto Templum inſtar Hieroſolymitani ędificare voluerit. 35.1.B.

Optatus Mileuitanus quomodo probabit ſe, & ſuos eſſe Catholicos 43.2.B.

Opus nouum faciens qui ſit.56.2.A. Is per renunciationem inhibetur. 56 2.A.

Oracula Apollinis ambigua. 92.2.C.

Oracula prophetarum quò ſpectabant. 16.1.B.

Oraculum de Troiæ duratione. 95.1.C.

Orare verſus Orientem de traditione deſcendit.96.1.C.

Ordinatio non omnibus diebus celebranda. 250.1.B.D.

Ordinati à Simoniacis non iterum ordinandi. 504.1.C.

Ordo ſacer impedimentum eſt & prohibens matrimonium contrahendũ, & dirimens contractu. 510.1 B.

Ordo naturæ non eſt quærendus in Euchariſtia. 77.2.B.

Ordo,& dignitas Eccleſiarum. 245.1.D.

Orgia, & Cerealia Ethnicorum cum myſterijs noſtris aliquid habebant affine. 188.2.D.

Oriens, & Occidens ante Leonis Canonis impietatem Sacras imagines venerabatur. 98.1.B.

Orientales Epiſcopi, in cauſſa Marcelli Epiſcopi Ancyrani,non ab Imperatore ſolum, ſed etiam à Damaſo Pont.auxiliũ poſtularũt & expectarũt. 191. 1.A.B.C.

Origenes in varios errores lapſus, tum multis Epiſcopis tum præſertim Romano, propter eius Cathedræ dignitatem,fidei ſuæ rationem reddit.138.1.B.C. Quid ipſum in errores induxerit. 92.1.D.

Ornatus Pontificũ Romanorũ iniq; à Mornęo reprehẽſus & adſcriptus ſuperbię.158.2. & ſeq.

Orthodoxorum & Arrianorum contentio de nomine ὁμοούσιος, aut ὁμοιούσιος. 5.1.B.

Oſius Epiſcopus Cordubenſis à Siluestro Pont.mittitur Legatus ad Conſtantinum Imp.163.1.D.& ſeq.Item ad Alexandrum Epiſcopum Alexandrinum, vt ibi Synodum celebret ad ſedandos Arrij tumultus. ibid.2. A.B. Eiuſdem Pontificis vices gerens præſidet Nicæno Concilio, eique primus ſubſcribit.152.2.A.157.1. A 163.2.C.165.1 B & ſeq.Similiter Sardicenſi,gerens vices Iulij Pont 165.2.A.177.2.D. Quo ſenſu hic appellationes ad Romanum Pont.vti liberas proponat. 178.1.D.& ſeq. Quid Conſtantio Imp.ſeſe rebus Eccleſiaſticis immiſcenti reſponderit. 247.1. A. Quam inſignis vir. 165.2.A.165.1 D. Tormentis adactus Arrianæ hæreſi ſubſcripſit.183.1 D.& ſeq. Hanc tamen moriturus condemnauit.ibid.2.A.B. Propriè non fuit hæreticus.ibid.

Otho I.à Ioanne X I I. Romam accitus,quid ei de editione Decretorum, vel ad ipſum vel ad Romanos pertinentium iurarit 413.2. B. Nullo iure Concilium indixit contra Ioannem,eique Leonem VIII.Subrogauit 485.1.D.& ſeq. Bono quidem zelo motus, ſed Eccleſiaſticarum legum imperitus. ibid. D. 486.1.B. Benedictum V.in Germaniam depoſitum ſecum duxit.ibid D. Conceſſiones ei factæ,vt quidam putant, à Leone V I I I. per duas Conſtitutiones,commentitiæ ſunt.413.2. D 486.2. C.& ſeq.490.& ſeq. Otho ablata Romanis Pont.reſtituit.487.2. B. Hinc temporalis eorum poteſtas præter ſpiritualem confirmatur contra Mornæum.488.1. A. Ritè coronatus fuit Imperator à Ioanne X I I. quem & ipſe agnouit pro legitimo Pontifice.470.1.B.& ſeq.

Otho III.à Ioanne X V. in Italiam inuitatus. 488.2 C. Quam ob cauſſam.ibid D. Brunonem eligendum curat in Pontificem, electuſque Gregorius V. appellatur.489 1.A.Intruſo in huius locum alio, Creſcentium ſchiſmatis authorem, contra fidem quam dederat,capite plectit.ibid.C.Periurium confeſſo,quam illi pœnam B.Romualdus præſcripſerit. ibid. D. Diploma, quo eius donatio facta Syluestro Pontifici continetur,commentitium eſt.& falſitatis conuincitur ex Hiſtoria.414. 2.B. & ſeq. Othonum ſtemma cur Deo vindice in hoc extinctum.504 2.D.& ſeq.

Oza cur à Deo ſubita morte percuſſus. 505.1.A.

P.

PActio & conuentio in rebus ſpiritualibus eſt illicita. 366.1 B.

Pagani primatum Romani Pontificis apud Chriſtianos agnouerunt.145.2.A.B.Eorum mẽdacium de tempore,quo extinguenda eſſet Chriſtiana Religio. 51.1.B.

Palladium Troianum quamdiu Troię maneret, tãdiu, iuxta oraculum,& ipſa manſura erat.95.1.C. Equus Troianus nonniſi hoc ſublato,in Vrbem introductus. ibid. Mornæus ineptè cum eo comparat verbum diui

rnum, & ex hac comparatione contra Catholicos argumentatur.ibid.D.& ſeq.
Pallium Romani Pont. reſpondet ſuperhumerali Summi Sacerdotis Hebræorum. 173. 2. A. Proprium eſt eiuſdem indumentum, ſed ab ipſo alijs etiam Epiſcopis cõceditur.ibid.& ſeq. Eius vſus antiquiſſimus.ibi. 322.1.D.& ſeq.352.2.A. Non conuenit cuilibet Epiſcopo ſuum officium exequenti.174.1.B.Gratis datur ibid.C.Eſt Archiepiſcopalis dignitatis inſigne. 322.1. D.& ſeq.352.2.A. Item ſubiectionis Romano Pontifici debitæ.430. 2. D. Archiepiſcopo Rhemenſi conceſſum ad vſum quotidianum.430.2.D. Multi recenſentur, qui illud obtinuerint à Romano Pont.173.2. B.& ſeq.& paſſim locis citatis. Metropolitanis,qui id nõ obtinuerint,cautũ eſt indicere Concilia.421.2.B.
Palmas Praſes Eccleſiarum Ponti. 126.2.C.
Pameliana editio Operum Sancti Cypriani defenditur. 133.1.C.134.2.D.
Papa eſt ſupremus Religionis Antiſtes,& Chriſti in terris Vicarius.2.1.A.88 1.D.Toti Eccleſiæ militãti præeſt.2.1.B. Quid de eo ſcripſerit Rex Britanniæ.6.2.B.
Παππα apud Ethnicos nomen honoris fuit.10.1.C. Brythinij Iouem Pappam vocabant:Scythæ verò Iouem Pappæum.ibid.
Papæ nomen olim commune omnibus Epiſcopis.231. 1.C.& 242.2.B.& 273.2.B.Dignius eſt nomine Patriarchæ.357.2.A.Antiquiſſimum eſt.522.2.B. Abſolutè pronunciatum de Romano Pontifice intelligitur.ibi.
Papalis dignitas eſt ſuprema in Eccleſia. 423.2.A.
Paparum Mancipia quinã ſint iudicio Mornæi. 58.1.A.
Papatus quibus gradibus ad id faſtigij eniſus ſit. 2.1.B. Et quomodo à pijs omni tempore interceſſum. ibid. 2.D.
Paphnutius Confeſſor an in Concilio Niceno ſe Clericorum cœlibatui oppoſuerit.211.1.C.& ſeq.Si verum eſſet quod à Socrate & Sozomeno de ipſo narratur, ne id quidẽ ſatis eſſet ad Mornæi propoſitũ.ibid.2.B.
Papienſes commercium fugiunt Ioannis Archiepiſcopi Rauennatis excommunicati à Nicolao 1.Pont.445. 1.D.
Parabolæ & ænigmata non ſuppeditant certum argumentum ad confirmandam fidem. 95.2.C.
Parilis dictio quam vim habeat. 153.1.D
Par in parem non habet imperium. 132. 2. C. Quod in aliquo vno aut pluribus alicui par eſt,non eſt neceſſe vt par ſit in omnibus. 133.2.C.
Parmenianus nihil probans ſibi credi volebat 53.2.B. Immeritò quærebatur de Cõſtantino Imp.quod ſuos Donatiſtas ad ſupplicium duci iuberet. 61.2.D.
Paſcha eſt feſtiuitas feſtiuitatum, & celebritatum celebritas.123.2.D. Controuerſia de tempore eius celebrationis.122.2. D. Non eſt diſcrimen ſine crimine. 123.1.B.& ſeq. Dominicus dies ex Apoſtolica & Eccleſiaſtica conſtitutione eius celebrationi deſtinatus. ibid.2.B.Idque miraculo comprobatum.124.1.A.Cur Victor Pont.eos damnarit qui Luna XIV.Id celebrabant 124.B.& ſeq.125.2.D.& ſeq. Varia Concilia in his damnandis cum Victore conſenſerunt.126.2.C.& ſeq.Quod S.Ioannes Apoſtolus id Luna XIV. Obſeruauerit,id fuit tolerantia quædam & indulgẽtia. 127. 1.B.C.
Paſchalis & Campulus duces coniurationis in Leonem III.quam crudeliter erga ipſum ſe geſſerint.393.2.A. & ſeq.Capite ob id damnati, exilio tantum, rogatu Leonis,puniuntur. 394.2.B.
Paſchalis Archidiaconus à quibuſdam in Pontificẽ electus,poſtmodum, adorato Sergio, reijcitur.365.2.A. B.Eundem & ipſe, coactus tamen & confuſus,ſalutat.ibid.C. Quam malis artibus ad Pontificatum niſus.ibid.Eius crimina punita,& infęlix exitus.ibid.D.
Paſchalis I.Pont.legitimè electus.411.2.C.Quæ ſcripſit ad Imperatorem de ſua electione,cur ſcripſerit.ibid. Eius electio grata Imperatori,qui & publica Conſtitutione ei confirmat pactum à prædeceſſoribus ſuis initum cum Romana Eccleſia. ibid. D. & ſeq.Theodori Primicerij, & Leonis Nomenclatoris excæcatio & decollatio immeritò ei imponitur.415.2.A. & ſeq. De hoc crimine ipſe ſe iureiurando purgauit.ibid.C. Cur id.416 1.D.Miraculis claruit. ibid.2.C.
Paſchalis II.quam reuerenter habitus ab Henrico IV. 18,2.B.
Paſchaſius Diaconus poſt mortem diuino iudicio detẽtus in Thermis Angulanis,quòd pro Laurẽtio contra Symmachum ſenſiſſet. 268.1.C.
Paſſio eſt glorioſa ex iuſtitia, non iuſtitia certa eſt ex paſſione. 47.2.C.
Patres in Hæreticorum nominibus vim & ſignificationem aliquando diligenter obſeruarunt.6.1.A. Quantum detulerint Romano Põtifici 2.1.A.26.2.A. Quomodo probauerint Eccleſiam Romanam eſſe veram Eccleſiam.2.1.A.74.1.A.
Patres Synodi Arelatenſis ad Syluestrum Pont. de geſtis in ea ſcribunt:quam ob cauſſam. 161.2.D.& ſeq. Eidem Sanctiſſimi nomen tribuunt.162.1.A.Ipſorum iudicio ad robur Conciliorum requiritur authoritas Romani Pont.ibid.B.
Patres Synodi Carthaginenſis decreta contra Pelagiũ, & Celeſtium intimant Romano Pontifici. 14.2.C.
Patres Sextæ Synodi quanti faciant Agathonem vt Romanum Pont.356.1.B & ſeq. Quanti itidem eius litteras 359.1.D.& ſeq.His ſubſcribendo ſe Catholicos profitentur.ibid.B.Synodi confirmationem petunt ab eodem.363.1.D & ſeq.
Patriarcha Hieroſolymitanus quo ſẽſu primus.422.2.D
Patriarcha ſummus eſt Romanus Pontifex: 324.2.C.
Patriarchæ nomen minus dignum eſt quam Papæ.357. 2.A. Patriarchæ Oecumenici titulus per impoſturam adiectus nomini Ioannis Epiſcopi Cõſtantinop. 280. 2.B.C Is in Epiſcopo Conſtantinop. ſuperbum eſt:itẽ eſt vſurpatio eius,quod eſt Chriſti:ſecus in Romano. 317.1.B.C.
Patriarchæ in Metropolitanos ius habent.272.1.D. Cogere poſſunt Concilium Nationale. 163.1.B. Nullus eorum Vniuerſalis vocabulo vtatur. 316. 2.C. Quo ſenſu id dictum 317. 1. A. Nunquam omnes fuerunt hoc titulo inſigniti, ut mentitur Mornæus. 331. 1. C. Nunquam à Romano Pont. appellantur domini aut Patres. 263.2.B.
Patriarcharum Conſtantinopolitanorum defectio à Põtifice Rom.eius iuri non detrahit.260.1.A. Nunquam licuit ad ipſos niſi ex locis eiſdem ſubiectis appellare. 180.1.D.
Patriarchalium Sedium ordo, & dignitas ab Eccleſia Rom. 245.1.D.
Patriarchatus Aquileienſis origo. 311. 2.B. Huiuſmodi nomen ea ſedes tenet ex indulgentia Sedis Apoſtolicæ.ibid. Cur & cuius authoritate ex Aquileia Gradum translata.ibid.C.D.
Patricius qui ſit.391.2.D. Eius dignitas quanti habita, à quo inſtituto,& conferri ſolita.ibid.C.D.
Paulinus Epiſcopus Nolanus Romæ exagitatus meritò conqueſtus eſt de Vrbico Papa, ſiue Siricio, & alijs quibuſdam Eccleſiæ Romanæ Clericis.191.2.A.Nũquam tamen ab eius communione ſe ſubtraxit.ibi.B.
Paulinus primus Patriarcha Aquileienſis. 311.2.A.
S.Paulus Apoſtolus aliquando teſtimonia ſumit ex Gẽtilibus.150.2.C. Qua in re,& quomodo S.Petro reſtiterit.250.2.A.Ei inferior.ibid.
Paulus Archiepiſcopus Cretenſis non eſt paſſus,depoſitum à ſe Ioannem Lampeonenſem Epiſcopum ad Apoſtolicam Sedem appellare.353.1.B. Eius ſententia facta irrita à Vitaliano Romano Pont.ibid.D.
Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus Martini I. aduerſarius, quàm ſuperbus. 347.1.C.
Paulus V.Pontifex legitime inſtitutus. 106.1.C.
Pauli Samoſateni hæreſis à duobus Dionyſijs ſublata. 145.1.C.
Pax Reipub.ex vniuerſalis Eccleſiæ pace pendet.45.1.B
Pacem dare lapſis quid ſit. 81.1.D.
Pedes Epiſcoporum oſculari, antiqui moris fuit. 145. 2.D.
Pelagiana hæreſis quando vbique damnata. 26.1.A.
Pelagianorum errores. 71.1.B.
Pelagius quando damnatus. 213.1.B.D.
Pelagius I.Pontifex Quintam Synodum probat: quam ob cauſſam.309.1.C.& ſeq.Iure Narſetis opem cõtra ſchiſ-

Digitized by Google

ſchiſmaticos implorat. 316. 2. B. & ſeq. Nec tamen propterea quid nouum in Eccleſia inſtituit. 311. 1. B. Quæ ad Narſetem, vt Paulinus Aquileienſis Pſeudo-epiſcopus, & Mediolanenſis Epiſcopus puniantur: in quo refellitur falſa quædam Mornæi obſeruatio. ibid. C. D Narſetis excommunicatio à ſchiſmaticis, magis iniurioſa Pelagio, quàm Narſeti. 311. 2. A. Heliæ Patriarchæ Aquileienſi concedit vt ſedem ſuam ex Aquileia Gradum transferat. ibid. C. Agnitus ab Epiſcopis Galliæ pro Summo Paſtore Eccleſiæ. 312. 1. A. Childeberto Francorum Regi reſpondes fidei formulam mittit: quam ob cauſam. 312. 1. B. C. Nullo iure fuit ei ſubditus. ibid. 1. B.

Pelagius II. titulum Patriarchæ vniuerſalis non in Romano Pont. ſed in alijs condemnat. 316. 1. B. & ſeq. 324. 2. B C. Synodus Toletana III eius authoritate celebrata, in eaque Legatus eius fuit S. Leander Hiſpalenſis Archiepiſcopus. 318. 2. C. & ſeq. Quæ de Cõſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſubiectione erga Romanam. 459. 1. D. & ſeq.

Pelles ouium quæ ſint. 44. 2. C. D.

Pepuſianorum errores. 71. 1. B.

Peregrinationes in Concilio Cabilonenſi II. non damnantur, ſed abuſus 386. 2. D. & ſeq. 396. 1. A.

Peregrini quàm liberaliter à Carolo Magno excepti. 387. 1. B.

Perronius Cardinalis & Archiepiſcopus Senonenſis, collatione habita cum Philippo Mornæo, ita ipſum conuicit, vt parum abfuerit, quin animam efflaret. 5. 2. B. Vt eius liber incendio damnatus ſit. 13. 2. B. Quando & vbi hanc collationem habuerit. 40. 1. A.

Perſequutio Diocletiani, & Maximiani cur à Deo permiſſa. 147. 1. D.

Perſequutio Eccleſiæ futura tpe Antichriſti. 36. 1. A. B.

Perſonæ qualitas quemque ſubijcit alterius iuriſdictioni, uel eximit. 04. 1. D.

Perſonam mutari nihil prodeſt, ſi eiuſdem forma nequitiæ perſeueret. 285. 1. A.

Pertinacia Græcorum, eiuſque pœna. 331. 2. D.

Peruerſa celſitudo quid ſit. 317. 1. B.

Petrobruſſianorum error. 81. 1. A.

S. Petrus Romæ primus ſedit, & præſedit. 26. 1. B. 365. 2. A. Curam paſcendi oues Chriſti non ipſe priuatim habuit, ſed etiam eius ſucceſſores, Romani Pontifices. 13. 1. C. Nec ipſe, nec eius ſucceſſores peccandi licentiam cum dignitate Sedis ſuſceperunt. 268. 2. B. & ſeq. De ipſius ſucceſſoribus benè iudicandum, nec his, qui obijciunt eis crimina, facile credendum. ibid. D. Quæ ipſe contra Simonem Magum geſſit, officium eius ſucceſſorum deſignarunt. 76. 2. B. Ob modeſtiam ſe Compresbyterum vocauit. 120. 2. D. Eius tantum vmbra curabat infirmos. 121. 1. D. Quam inde ſimilitudinem Baronius traduxerit ad Romanos Pontifices: in quo Mornæus ei imponit. ibid. C. D. & ſeq. Cur conſtitutus Apoſtolorum caput. 133. 2. A. Suſcepta Eccleſiæ gubernacula non reliquit. 237. 1. D. Eius dignitas in indigno etiam ſucceſſore non deficit. ibid. Eſt omnium Epiſcoporum Primas. ibid. 2. C. Omnibus & Apoſtolis & Patribus Eccleſiæ præpoſitus. ibid. Princeps, Epiſcopalis Coronæ. 251. 2. B. Chriſtianorũ ſentẽtia de ipſius primatu Gentilibus pridẽ nota. 50. 2. B. Fortitudo, ſupra quã Chriſtus fundauit Eccleſiã, Petrus eſt, ſeu Petri fides. 240. 1. B. & ſeq. Quo diſcrimine Chriſtus & ipſe ſint Petra. ibid. 2. A. Epiſcopi omnes ſubiecti ſunt Romano Pont. quatenus eſt eius ſucceſſor. ibid. C. Tametſi cura totius Eccleſiæ Petro cõmiſſa ſit; ei tamen non eſt inditum nomen vniuerſalis Apoſtoli. 320. 1. C. Eius poteſtas præ cæteris Apoſtolis ordinaria fuit. 346. 1. B.

Petrus Alexandrinus Epiſcopus, vir Apoſtolicæ ſanctitatis. 196. 2. D. Ab Arrianis è ſede ſua deiectus Romã confugit, & Damaſi litteris reſtituitur. 30. 1. C. 91. 2. B. 197. 1. A. Schiſma inter ipſum & Meletium 46. 2. B. & ſeq.

Petrus Altini Epiſcopus à Theodorico Rege Arriano Romam delegatus, vt de criminibus Symmacho impoſitis inquirat, ab ipſo tanquam inuaſor Sedis Apoſtolicæ damnatur. 272. 1. C. D.

Petrus Cnapheus hæreticus Antiochenæ Eccleſiæ inuaſor à Felice III. excommunicatur. 263. 2. C.

Petrus Damiani Oſtienſis Epiſcopus qualis vir. 501. 2. C. 512. 1. A. & ſeq. Benedictum X. Pontificem illegitimum non conſecrauit. 512. 1. A. & ſeq. Non ſe recepit in heremum ob Clericorum corruptelas. 514. 1. C. De ipſius Gomorrheo. ibid. Cur is ei ab Alexandro II. ſublatus. ibid. 2. A. Vnde in maleuolentiam Leonis Pontificis inciderit. ibid. 1. D. Monachis ſuis præſcribit, vt Horis Canonicis Officium B. Virginis quotidie cõiungant: quod inſtitutum miraculo comprobatur. 514. 2. D. & ſeq. Cum ad Henricum III. à Pontifice legatus, eique minatus ſit excommunicationis ſententiam, quod Mornæus doloſè ſuppreſſit. 517. 1. B. & ſeq. Ad Mediolanenſes à Nicolao II. Legatus, ipſos reducit ad obedientiam & fidem Romanæ Eccleſiæ. 314. 2. D. 518. 2. B. & ſeq. Eius concio ad ipſos habita. ibid. C. D. Hæc à Mornæi cauillis & impoſturis defenditur. 519. 1. A. & ſeq. Iiſdem à propoſito recedentibus, quid ipſe. 520. 1. C. D. Eadem culpa non inuoluit S. Ambroſium, qua Auxentium Arrianum. ibid. 2. A. Quæ Baronius in ipſo contra Leonem IX ſcribente reprehendit. 523. 2. D. & ſeq. Ipſum non facit hæreticum. 524. 1. D. Eundem tamen fatetur lapſum eſſe errore ab Eccleſia damnato, verum non eodem, quo Tertullianus & Iulianus errarunt. ibid. 2. B. & ſeq. Petrus Curiam Romanam deſeruit, at non Eccleſiam. 525. 1. C. & ſeq.

Petrus Diaconus Spiritum ſanctum in columbæ ſpecie vidit ſuper caput S. Gregorij Magni 79. 2. B. Eius de hoc ipſo teſtimonium. 323. 1. B.

Petrus Magus ab hæreſim antea pulſus, Eccleſiæ Alexãdrinæ ab Acacio præficitur. 263. 2. A. Hinc Simplicius Papa grauiter apud Acacium expoſtulat. ibid. Felix III. vtrumque excommunicat. ibid. B. C. Hæretica Petri audacia. 264. 1. C.

Phalaridis tauro perperam à Mornæo comparantur Monachi, eorumque ſcripta contra Sectarios. 34. 2. A.

Pharaonis peccatum Sectarijs eſt commune. 92. 1. A.

Phariſæi non ideò à Chriſto repræhenſi, quòd antiquitatem oſtentarent. 16. 2. D.

Philippicus Bardanes Imp. Monothelita, Iuſtiniano iuniore quàm impiè interfecto, & iugulato Tiberio eius filio, Imperium occupat. 20. 2. C. 374. 1. D. 459. 1. C. Cyrum Patriarcha Catholicum in Pontum relegat, eique ſufficit Ioannem Monachum hæreſiarcam. 20. 2. C. Pro fidei Catholicæ profeſſione ad Romanum Pont. mittit hæreticam 20. 2. C. 374. 1. D. Quid in ipſum Conſtantinus Pont. ibid. 2. C. 20. 2. C. 375. 1. B. Quid ipſe in Sacras Imagines: quid pro iiſdem Romani. 384. 1. D. Propter quam præcipuè hæreſim proclamatus ſit hæreticus. ibid. 2. B. & ſeq. Quantum ei faueant Sectarij 375. 1. A. B. Quantum nominatim Mornæus. 459. 1. B. Exauctoratus non fuit à Pontifice. 375. 1. D. Qui tamen id iure potuiſſet. 374. 2. C. Certè fuit à Ruffo Opſicianorum Præfecto priuatus Imperio, & excæcatus. 375. 1. D.

Philippus Mornæus ſiniſtro Galliæ fato Gallus. 242. 2. A. Galliæ dedecus. 292. 1. B. Cognomento marcidus, bardus, ſtupidus, hebes, ſtultus. 6. 1. A. Proditionis in Regem ſuum ſuſpectus. 11. 1. A. B. Læſæ Maieſtatis reus. ibid. B. D. Incendiarius Reipublicæ Chriſtianæ. 24. 1. A. Excidij Regno Galliæ inferendi machinator. ibid. Antichriſti præcurſor. 13. 2. A. Phreneticus. 14. 1. A. Arrogans. 70. 1. B. inconſtans. 83. 1. C. Arrianus, Berengarianus, Iconoclaſta, Iudæus 50. 2. C. Saducæus. 21. 1. C. Turcicus magis quàm Chriſtianus. 87. 1. B. Arrianus. 169. 1. B. & ſeq. 173. 1. A. 179. 1. A. Clerianus. 23. 1. C. Neſtorianus 232. 2. A. Vigilantij diſcipulus. 212. 1. C. Traditus ſpiritu Fauſti Manichæi. 214. 2. A. 275. 2. C. Operator myſterij iniquitatis. 130. 1. D. Iniquior, quam vt illi fides ſcribenti de Pontificibus habeatur 369. B. Colluuiẽs omnium hæreſeon 97. 2. B. 232. 2. A. 275. 2. D. Omnes hæretici notas in ſe habens, 104. 1. 1. D. Magis impius & blaſphemus quam Lucianus Samoſatenſis atheus 169. 1. C. Quam Neſtorius Dioſcorus, & Plotus. 456. 1. C. Superioribus hæreticis lõgè inſolẽtior & impudẽtior. 236. 1. D. Iuliano ite Apoſtata

321.1. D. & ſeq. Impius in Sanctiſſimos Pontifices. 144.1.D. in S. Gregorium.323 1.B.& ſeq. 325.1 D.328. 1.C. Cathedrę S. Petri iniurius.269. 1.B. Blaſphemus in Chriſtum.266. in Apoſtolicam Sedem 269. 1 D. In Sanctos & Martyres.275.1.B. Impoſtor egregius.139. 2.C.410.1.D.415 2.A.460.1.C. Similis Marcioni.2.1. C Fauſto Manichæo.6.1.C. Phormioni deliro ſeni.7. 1.A. Theudę præſtigiatori.9.1.D. Helnidio hæretico 21.1.B. Multitudini filiorum Iſrael contra Moyſen & Aaronem murmuranti. 24.1. C. Donatiſtis.33.1.A. Oniæ Hebræo profugo.35.B.D. Alcimo Pſeudoiudæo. 45.1.A. Parmeniano.53.2.B. Capharnaitis.78.1.B. Iudæis alia teſtimonia, præter miracula, quæ paſſim ede bantur, à Chriſto requirentibus.231.2.A.B. Citanti ex pſalmo 52. Non eſt Deus, & præcedentia reticenti. 280.1.B. Syreni ſimilior, quàm Cygno.112.1.C. Alter Nemrod & Phaeton.7.2. B. Merlinus vates. 9. 1. D. Sedechias filius Chanaanæ.10.1.A. Rabſaces Aſſyrius 13.2.A.& ſeq. Ioab inſidiator. ibid. D. Thraſo miles. 21.1.B. Auerroes.22.2.C. Salmonæus.34.1.D. Carneades.40.2.D. Mahumetes.167.2. B. Caleb & Neſtore, per iocum tamen ſuperior.11.1.D. & ſeq. Ad viuum in Apocalypſi depictus.5.2.A. Item à S. Cypriano.71 1.C.44.2.D. Item à Gelaſio Pont.167.1.D. In Philippo Munerario adumbratus.7.2.B. Vocem habens Iacob, & manus Eſau.13.2.D. Propheta vanus.51.1.B. Filius Prophetarum Baal.57.1. C. Omnibus tum Canonicarum tum Ciuilium legum pœnis in hæreticos cõſtitutis obnoxius.490.2.C. Demu æternis, niſi reſipiſcat, Inferni cruciatibus addicendus.12.1.A.84.2.B. Chriſtum adortus, infamem librum edit contra Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium.5.2. A.13.2.B.314.1.A. Cum Epiſcopo Ebroicenſi poſtea Cardinali Perronio, congreſſus, & non modò peruerſus hæreticus, ſed & falſarius & impoſtor deprehenſus, & conuictus tãto pudore ac dolore corripitur, vt pene animam efflet ac mortuo ſimilior, quàm viuo appareat.5.2. A.B.13. 2.B.40.3.A.72.2.B. A nupero duello rediuiuus iterum comparet, & Myſterio iniquitatis edito, ſummum Põtificem aggreditur. 13. B. C. Ad id à Patre mendacij impulſus.61.1.B. Qua intentione & fine.113.2.C. Dedicatoriam & Præfationem præmittit, quæ ſunt blaſphemiarum congeries. 104. 2. A. Cur id opus Regi Britanniæ dicarit.61. A. Cur multa eidem miracula ſit pollicitus.10.2.B. Qualis libertas, quam promittit 9.2.A. Qualis eius gladius.7.1.B. Qualis item ſpiritus. 10.2.C. Qualis doctrina 78.2.A. Quæ animoſitas.72. 2.B.C. Quæ impudentia.215.1.B.144.1.A. Eius liber mendacijs, impoſturis & hęreſibus ſcatet.5.2.A.13.2. B. Quæ verior huius inſcriptio.113.1.D. Quam malè honorifici eius tituli cum geſtis conueniant. 24. 1. D. & ſeq. In ipſo Arriani reuixerunt. 33.1 A. Similiter alij Hæretici.275.2.C.D. Sacrilega eius & Symmiſtarum facta 31.2.D 32.1.D.& ſeq. Eccleſiam noſtram antiquam falſus, de antiquitate tamen impudenter contendit.17.1.A. Diuinum verbum ineptè cum Palladio confert, cum Troia Eccleſiam.95.1.C.& ſeq. Inique nos ad defectionem ab Eccleſia Rom. ſollicitat. 103.1.D. Dignitatem Romani Pont. magis inſectatur quam perſonam.106.1.D. Quæ, ſequuta morte Chryſoſtomi, conſultò præterit, quia inde Pontificis in Imperatores authoritas apparet.206.2.D. De Romano Pont. longè aliter iudicat, quàm S. Auguſtinus. 214.1. C. Item quàm antiqui Galli.380.2.D.381.2.A. Nihil habet affine cũ Sorbona, aut Facultate Pariſiẽſi.472. 2.D. Quã abſurdè nullũ vult ſupremũ iudicẽ cõtrouerſiarum fidei.285.2.B. C. Eodem loco videtur habere Chriſtum & Sanctos, quo antiqui Tyrannos & impro bos Ciues.377.1.B. Cur Philippicum Imp. homicidã non inſectetur, ſed Baſilium.459.1.C. Cuiuſmodi homines eius iudicio pij ſint, & inſigniores Patres 32.1. C.98.1.D.288.1.D.455.1.B.475.1.B. Qui impij.282.1. B.C. Defenſio Catholicæ fidei, & condemnatio hæreſis Monothelitarum eiuſdem iudicio eſt myſterium iniquitatis.346.2.C.D. Refellitur ex ſuis.91.2.D.143. 2.A.150.2.C.155.1.A 220.1. C.250.2.C.283.2.C. Temerè vaticinatur.99.2.D. Incaſſum argumentatur cõtra Epiſtolam Fabiani Papæ.137.1.A. Ineptè pro Cõcilijs in quibus Athanaſius condemnatus eſt. 169.1. B. Stupidè contra Pontificis poteſtatem.246.2.C. Ridiculè contra probationem primatus eiuſdem. 265. 1.C.D. Quæ ſequantur ex eius inſania de commemoratione Sanctorum.212.2.B.C. Ridiculus in carpendo Bellarminum.248.1.C. Ridiculè diſtinguit inter dicere ſententiam & ferre.248.1. A. Quam malitioſè refert nomi ſæculi Pontifices. 483. 2.D. Quàm impie ſentit de Regibus, qui vectigalia conſtituerunt Romanæ Eccleſiæ.522.1.A.

Eius blaſphemiæ non verbis aut argumentis, ſed fuſtibus & armis vindicandæ.32.1.B.

Commenta. De S. Turibio Aſturicenſi Epiſcopo, & Leone Pont.255.1.C. De Anaſtaſio Imp.270.2.B. De progreſſu Pontificatus.274.1.A.& ſeq. De cauſſa cur Ioannes 1. in carcerem à Theodorico ſit coniectus. 288.1.A. De prolixa omnimodę reuerentiæ ſignificatione Vitaliani Pont. in Conſtantinum Imp.348.2.B. De Romanis Pontificibus.392.2.C. De tumultu toto Occidente ob legem cœlibatus excitato.441.2.A. De cauſſa cur Nicolaus Legatos à ſe Conſtantinopolim miſſos exurarit.450.1.B. De Adriano Pont. 454. 2.C. 456.2.A. De cauſſa cur Legati Romani Pontificis octauę Synodo præſederint.455.1.C.D. De paucis illis qui Octauæ Synodo ſubſcripſerunt.458.2.D. De nomine Bulgarorum.460.2.D. De Gerberto. 496.1.D. De Archidiacono quodam Sancti Ioannis Portæ Latinę. 501.2.B. De Stephano ſiue nono ſiue decimo. 511.2. C. De Gregorio VII.535.1.A.& alia paſſim.

Contradictiones. De Papa interficiendo ſpiritu oris Domini 110.2.C. De primatu Romani Pont.134.1.B. De Antichriſto 319.1.D. De titulo Epiſcopi generalis, ſiue vniuerſalis Patriarchę.331.1.D.& ſeq. De Imperatoribus Orientis.337.1.C. De Gregorij VII. Sententia quoad realem præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtię Sacramento. 537.1.A. aliæ frequenter.

Eius Eccleſia, ſimia in purpura.46.2.A. Eccleſia malignantium &c.40.2. C. Colluuies omnium hęreſeõ. 44.1.D.173.1.A. Apoſtatica, non Apoſtolica.304.2.A. 399.2.A. Nihil habet commune cum Aurelianenſi & Aruernenſi Concilio.308. 2. C. Nihil cum Pariſienſi primo.313.1.D. Nupera eſt, noua & puſilla, vt ipſe fatetur. 17.1.B. Eius author meritò quæritur. 16.1.C. Quando primum audita.36.2.A. 109.1.D. Quæ eius puritas.351.2.A. Vbi ſedes habuerit 71.1.C. Quomodo ſimilis Rhodano.72.2.C. Ex legibus Iuſtiniani refellitur.291.1.D. Hanc non audet Catholicam nuncupare.43.1.A 45.2. D.

Impoſturæ D calumniæ.

In Romanos Pontifices.18.2.D.20.2.B. C.21.1.C.D. 22.2.B.23.1.A.B.& ſeq. Ibidem.2.B.24.1.B.C.31.1.D. Ibidem.2.D.32.1.A.& ſeq.66.1.B.C.118.1.B. Ibidem 2.D.119.2.D.120.1.A.& ſeq.121.2.B.144.1. D. Ibidẽ. 2.B.C.178.2.C.D.159.1.C.& ſeq. Ibidem.2.A. & ſeq. 174.1.B. C.200.2.B.223.2.A.224.2.C.227.2.B.239.1. C.D.266.1.B.C.267.1. D.268.1. D.269.1.D.274.1.A. & ſeq.275.1.D.2.D.294.1.D.& ſeq.316.1.B.C.& ſeq. 348.1.D.350.1.A.B.& ſeq.351.2.C.D.369.2.D.372.1. A.374.1.A.380.2.C.D.383.2.B.384.1.A.406.1.D.408. 1.B.C.D.453.1.C.471.2.A.478. 1. C. 488.4.1. D.483. 2.D.484.1.D.509.1.B. ſeq. 1.D.

In Victorem 125.1.A. In Stephanum.130.1.D. In Fabianum 136.2. D. In Stephanum Fabiani ſucceſſorẽ. 140.1.A.141.1.B.143.1.A.& ſeq. In Felicem tertium. 168.1.D. In Liberium.17.1.2. A. 183.2.B.C.184.1.A. & ſeq.286.2.C. In Damaſum 190.2.B.& ſeq.191.1.D & ſeq. In Syricium.210.2.A.B. Innocentium primum 212.1.D. ibidem 2.D.213.2.B In Zozimum.219.1. D. 223.2.D.224.1.D. ibidem.1.A.& ſeq. In Leonem primum.237.2.D.238.1.A.239.1.A.250.1.B.176.1.A. In Simplicium.264.1.A. In Gelaſium.165.1. C. D.166.1. D. In Symachum.268.A. & ſeq. ibidem.2.A.276. 1.B. C. In Hormiſdam 278.1.A.& ſeq. 279. 1. C. 282.2.A. 283.1. D. In Anaſtaſium ſecundum.169.2, B. Et ſeq. In Ioannem primum.285.1.A.& ſeq.288.1.A. Et ſeq. 489.1.D. In Marcellinum.286.2.B.C. In Bonifacium. 293.1.D. In Agapetum.299.1.D.& ſeq. In Vigilium. 301.2.A.306.2.C.308.1.A. In Pelagium.311.1.A. In

Digitized by Google

Gregorium Magnum 317.2.B.C.320 1.C.D.321.2.A. 323.1.B.324.1. A. 325.2. D.327.1.D.328.1.A.Et ſeq. 332.2.B 333.1.D.ibidem 2.C.350.1.A. In Bonifaciũ tertium.328.2.A.B.338.1.B.In Honorium.337.2.B.Et ſeq.339.1.A.Et ſeq In Martinum primum.147.1.A.In Vitalianum.348.2.B.In Agathonem.354.1.C.

In Leonem ſecundum.364.1.C. & ſeq In Sergium. 365.2.C.366.2.D.367.1.C.D.In Conſtantinum.371. 2.B.C.372.2.C.In Gregorium II 377.2.B C.In eiuſdẽ Commendatores 378.2.A.B. In Gregorium III.ibidem.D 379.1 A B Et ſeq 399 2 D In Zachariam.379 2.A.D.& ſeq.380 1 A In Stephanum Zachariæ ſucceſſorem 382.1.D ibidem 2.A In Stephanum ſiue tertium,ſiue quartum ibidem C In Adrianum primum 384.1.D 391.2.D In Leonem tertium 395 2 A In Zachariam Gregorij tertij ſucceſſorem.401.1.D. In Paſchalem 4 5.2 A In Eugenium.418 2 C. D. In Gregorium quartum 4 9 2.A B 423.1.C. In Sergium II. 423 2 B.C ibidem D 424. .A. 426.1.A. In Leonem. Quartum 428.2.D 432.2 A. In Nicolaum primum. 443.1.B.C ibidem.2 B C.441.1.B. C. ibidem. 2. C D. 444 1 D ibidem.2.D 448.1.B 450 1.B.452.2.D & ſeq. In Adrianum II 2 454 2 C 456 2.A. D 457.2.A 462. 2.B.464 2.D In Ioannem Octauum.466.2.B. Et ſeq.

In Martinum ſiue Marinum Ioannis VIII. ſucceſſorem.475.2.A.

In Stephanum VI. 476 1.A.

In Formoſum Stephani ſucceſſorem, ibidem.2.B.& ſeq.In Stephanum.VII.479.1.B.C.In Ioannem IX. 480.2.B.

In Leonem Octauum. 486 2.B.C.

In Silueſtrum ſecundum. 497.2.D.

In Sergium quartum. 499.1.A.

In Benedictum VIII.505.1.D.2.A. & ſeq.

In Gregorium VIII.523.1.D ibidem.2.A. Et ſeq 528. 2.C.529. 2.B.530.2. C.532.1. D.533. 2.A. 534.1.B.C. 535.1 A.C.

In Baronium 121.1.C.D.134 2.D.135.1. D.136.2 B. C.139 2.B.149.1.B.C.158.1 D.162 2.D.166.1.D.173. 2.B.182.1.A B.187 2.A 222.1.B.C.2 3.1.C D ibidem. 2.A.D 227.1 D.229.1.D.ibidem.2.D.244.2 D.& ſeq. 254.1.D.255.1.C D.261.1.C D.262.1.A. 292.2.C D. 300 2 D.342.1.A ibidem 2. C.345.1.A. 362 2.D 368. 2.A. 404.1.A.ibidem 2. C. 422.2.A 442.2.B. C 480.1. A,524.1.C.D. ibidem.2.C.D.

In Bellarminum. 201.1. D.227.2.D. 228. 1. C. 245. 1. A. 306 2 A,B.334.1.C.

In Catholicos. 133.1.D. C.134.2.B.168.2. A. Et ſeq. 183.1 B. C. 209.1.C.292.2 D.437.1.A.517.2.B.C.

In Concilium Turonenſe,ſeu potius Cabilonenſe ſub Carolo Magno celebratum.386.2.C.D.

In Africana. 217.1.A.

In Nicenum. 210.2.B.

In Tridentinum. 330.2.D.

In Toletanum quartum. 344.2.B.C.Et ſeq.

In Sextam Synodum.353.2. D.360.1.A. 367.1.C.D.

In Pontigonenſem.468.1.A.& ſeq.In Genliacũ. 388. 2.A.& ſeq.

In Carolum Magnum 386.1.A.397.1.B.ibidem.2.D. 407.2 D.408.1.B.C 409 1.D. In eundem, & Ludouicum filium.420.2.A.B In Epiſcopos Galliæ 276 2.A. 409 2.A.494.2.D.292.1.C.D. In Euſebium 125 A. In Irenæũ.126.2.A. In Cyprianũ.142.2.B.250.1.C.D In Hilarium Arelatenſem Epiſcopum 241.1.D In S. Antoninum.148.2.A.In Theologos.147.2.D.In Ennodium.271.1.A D.In Sanctos,& Chriſtianam Religionem 275.1.C.ibidem 2 A.& ſeq. In Sanctos, Remigium,& Auitum Viennenſem 278.1.D & ſeq. In Boetium,& Symmach Senatores 289.1.B Et ſeq.In Gregorium Turonenſem.ibidem.A.317 2.C.D. In Theodorum ſtuditam.41 .1.B.C.In Principes,Catholicos, Templorum Conſtructores,349.1.C. D 521.1 A. Et ſeq.In Clerum Romanum.512.1 D In Hildebrandũ Cardinalem ibidem.In Nicolaum Diaconum 508.2. D & ſeq.In Petrum Damiani 501.1.C.512.1.A. 519. 2.C.D.520 2 A.In Sigonium.381.1.A.534.1.C. 536 1. A.In Anaſtaſiũ Bibliothecariũ 348.2. C. 369.2.A.B. 370.2.B.C.358.2.A.389.1.B.415.2.D.Et ſeq. 427.2.B.

In Victorem Carthaginenſem Epiſcopum. 345.2. D. Et ſeq. In Carolomannum iam factum Monachum Caſſinenſem 391.1.A.& ſeq.In Legatos ad Octauam Synodum miſſos 456.1.C.Arnulphũ Rhemorum Archiepiſcopum.491.1.B.C.In Vigenerium Calcondilę interpretem.435.2.D In Eccleſiã Romanam. 27.2.C. D.58.2 A. 61. 2.A.Et ſeq.62.1.B.95.1.B.C.109.1.A.D. 339.2.A.501.2.D 502.1. D.522.1.A.In Sanctum Bonifacium.385 2.A.386.1.A D In Monachos.435 1.A.& ſeq.In Aimoinum 410.1.D 415.2.A.B In Theganum 410.1.D.In Irenem Auguſtam 387 2.B In Mathildẽ. 517.1.C D.535 1.D.& ſeq 538.1 A.In S Chryſoſtomum 182.1.D In Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum 446.2.D Et ſeq In Huldericum Auguſtenſem Epiſcopum.448.2.D & ſeq In Gratianum 243. 2.C D In Theodoretum 256.1 A In Onuphrium 368 2.C.D In Romanos.377.2.C.D. In Platinam 370. 2. B.C.In S.Hieronymum.187 1. D In Flauianum.140. 2.B.In Francorum Reges 391.2 C Et aliæ paſſim.

Interpretationes falſæ ac ridiculæ quorundam verborum.Cypriani.142.2.C.verbi κατ᾽ἐπιείκειαν. 145.1.A. Pacis à Liberio initę cum Epiſcopis Arianis, & ſubſcriptionis condemnationi Athanaſii.171 2. A.quorũdam verborum.D Hieronymi 201.2.D. Concilii Mileuitani ad Innocentium Pont.215.1.A Africanorum Patrum ad Bonifaciũ & Cœleſtinum. 221.1 A. vocis appellationis in cauſſa Theodoreti 255.2.A & ſeq. primæ & ſecundæ Beſtiæ Apocalypſis 373.2.C.& ſeq. Aliæ paſſim.

Lapſus in Chronologia 213.1.B.519. 1.D.

Loci Authorum falſati ſiue fraudulenter addendo quippiam,ſiue reticendo.Tertulliani 1 4 1.D. S. Ambroſij.ibid.2.B.S.Hieronymi.119.1.C.119.2 C.188 2. C.D.189.1.A.Authoris Homiliarum in Apocalypſim 115.2.B.C.S.Gregorij 116.1. C.325.1. D.ibid.2. A.S. Thomæ Aquinatis.116.2.B.C.S.Cypriani.119.1.D.Baronij.121.1.C.163.1 C.ibid.2.A.177 2.A. 182.2. C. D. 187.2.A.B.222.1 A.& ſeq.505.2. A Hegeſippi.121.2. C.& ſeq Euſebij.125.1.A.S Irenæi.126.1,C.D.ibid.2. A S.Gregorij Nazianz.128.1. D. Ammiani Marcellini 159.1.A S. Auguſtini 162. 2.A.228.1.B. C. Gloſſæ. 172.2.C.D.Synodi Sardicenſis 178.1.B.C. Epiſcoporum Macedonianorum.185.2 B. Ruffini. 86.1 C. D. S.Baſilij.191.2 A.C.S Ioannis Chryſoſt. 05 1,B. Innocentij Papæ ibid C D. Alij ij Thagaſtenſis Epiſcopi, & Aurelij Chartaginenſis 219.1.2 Patrum Concilij Africani ad Cœleſtinum Papam 220.1.B & ſeq.227. 2.D.Eorundem ad Bonifacium Papam. 221. 2. C.D. S Leonis Papæ 240.1. D. Valentiniani Imp.251.2.B. 256.1.D.Gallæ Placidæ Auguſtæ ibid. Acacij 263.1. B.Sabellici 279.2.D Iuſtiniani Imp.297.1.A. 283 1.A. Ioannis Epiſcopi Conſtantinopol ibid. Concilij primi Pariſienſis.312 2.B.C.Gregorij Turonenſis 313.2. C.D.Platinæ.328.2.B.Synodi IV. Toletanæ 344 2.B. C.Anaſtaſij Bibliothecarij 358 2. A. & ſeq 455.2.D. Synodi Romanæ ſub Agathone Papa 357 2.A. Sigonij 279 2 D & ſeq.381.1.A 384 1.C.488.1.B.534.1 C. Auentini 403.1 B & ſeq.Aymoini 410.2. A. 416.2. D. 472.1.C. D. Thegani 4 0 2. B. Nicolai Pont 441.1.B. 442.1.C.D.Hincmari Rhemenſis 464.2.D Rheginonis 466.2 B.C.487 2 B Authoris Faſciculi temporum. 497.1.B.C.Glabri 50 .2 A. C. Petri Damiani. 504.2. A Lamberti 535.2 B.& ſeq Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini.399 1.D.401.1.C Caroli Regis Francorũ. 463.2.C.Eutychij Epiſcopi Conſtantinopol.305.2.C. & ſeq Honorij Pont.337.2.B.C Othonis Phriſingenſis.510.2. C Cleri Romani ad Clerum Carthaginenſem.139.2.B

Mendacia.De Eccleſia Romana.27.1.D De Africana Gallicana,Germanica,Græca.28.2 B & ſeq De his, qui interceſſerunt Papatui in cauſſa celebrationis Paſchatis 123.1.A. De Stephano Papa 41. 1.B.143.2.C. De donatione Conſtantini.148.1 D. De cauſſa Ceciliani 150.1.B C. De cauſſa Arij & præſidentia in Nicæna Synodo.152,1.A & ſeq.156 2.D.De repulſa,quã Legati Pontificis in Synodo Chalcedonenſi tulerint ab Imperatoris Legatis 156.1.A.2.D. De Conſtantino,qui Concilio Arelatẽſi præſederit.161.2.A. & ſeq.

Digitized by Google

De quibuſdam Synodis ab Arianis contra Athanaſium, conuocatis.168.2.A.& ſeq. De Canone Sardicenſi pro appellationibus ad Romanum Pont. 179.2.D.180.1.C.D.De Baronio.162.2.D.191.2.A.B.283.2.D.De Chryſoſtomi ad Innocentium Epiſtola.204.2.D.205.1.D.De lege cœlibatus.211.2.C.D. De Synodo Epheſina.228.2.A.& ſeq. De damnatione hæreticorum.230.1.A.B. De præſidentia Romani Epiſcopi in Synodis.232.1.A.De Romanis Pontificibus.239.1.C.267.2.D.471.2.D.De Flauiano Epiſcopo Cõſtantinop.240.2.B.De Leone Pont.245.2.A.246.1.B.259.2.A.B.De appellatione Athanaſij ad Romanum Pont.263.2.D.De argumento, quo Gelaſius tutatus ſit Primatum.265.1.C.D.De Symmacho.269.1.B. De Anaſtaſio Imp.270.2.B. De Orientalibus Epiſcopis.280.1.D. De Hormiſda.281.2. C.D.& ſeq. De lingua, qua ſacra celebrẽtur.291.2.D.De Agapeto.299.1.D. De ſententia depoſitionis Anthimi.303.1.A. De Menna Patriarcha Conſtantinop.306.2.A. De Gregorio Magno.320.1.B.De antiquitate Pallij.322.1.D.& ſeq. De Synodo Tridentina.331.1.A.De titulo Vniuerſalis.ibid.C.De Epocha Eccleſiæ.332.1.B.C. De cauſſa cur Philippicus Imp. à Pontifice excommunicatus.374.2.B.& ſeq.De Põtifice Romano & Pipino.382.1.D.De Carolo Magno.410.2.A.B. De Epiſcopis Galliæ.419.1.A.De Sergio.423.2.B.De Eccleſiaſtica Pontificis authoritate.425.2.B.De cauſſa, cur Roma, Sergio Pontifice, tantopere à Sarracenis afflicta.428.1.A.De Nicolao Pont.439.1.D.446.2.A.B. De Synodo Octaua.457.1.D.De propoſito Legatorum Pontificis in hac Synodo.459.1.D. De Stephani VI. decreto quoad obſeruationem. Decretorum Romanorũ Põt.476.1.A. De Pontificibus noni ſæculi.783.2.D.De Theodora & Marozia meretricibus.484.1.D. De realitate corporis Chriſti in Euchariſtia.ibid.1.D.De Ioanne XV.& Gregorio V.492.2.B.C.De coniugio Roberti Regis cum Berta.496.1.A.De Hildebrãdo.504.2.B.512.2.A. De Nicolao vno ex ſeptem primis Diaconis.508.2.D.& ſeq.De Petro Damiani.512.1.A. De Clero Romano.ibid.D. De Præſide Synodi Mantuanæ.526.1.D.De Auentino.527.1.B.C.De Hugone Blãco Cardinali.530.1.B. C. De Mathilde & Gregorio.535.2.C.D.

Phocæ, poſt Mauritium eum liberis à ſe obtruncatum, creato Imperatori S. Gregorius ſcribit, benè ſperans de illius Imperio.327.1.B.& ſeq.332.2.B.333.1.D. & ſeq.Mittit inſuper Apocriſarium, quem ipſemet flagitarat.332.2.C.D. Eidem à Clero & Senatu Romano acclamatur.327.2.D. Eius & Leontiæ imagines Romam allatæ, in Oratorio S. Cęſarij, iuſſu Pontificis, reponuntur.ibid.332.2.B.Perditi eius mores.327.2.D An etiam fuerit hæreticus.333.2.D.Quid ab ipſo Bonifacius in fauorem Eccleſiæ Rom. poſtularit. 329.1.C.334.1.D. Quid ipſe ei conceſſerit: quam ob cauſſam: quàm legitimè. 329.2.B. & ſeq. 334.1.A. & ſeq. 337.1.A.Cur ipſum, tametſi crudeliſſimum, Deus in Imperio collocarit. 333.2.B.

Phormio Peripateticus de Imperatoris officio, & omni re militari diſſerens, qualis viſus fuerit Annibali.7.1.A.Talis vtique nobis videtur Mornæus.ibid.

Photiana Synodus aut conficta eſt aut certè à Ioanne VIII.non confirmata, ſed damnata.474.1.D.& ſeq.

Photius Senator, nullis ſacris initiatus in Sedem Conſtantinopolitanam, pulſo Ignatio, à Barda intruditur, & à Gregorio Epiſcopo Syracuſano nuper excommunicato initiatur, & conſecratur.449.2.A.B. Hinc ſchiſma oboritur, ibid. Hinc Pontifex Rom. poſtulatos à Michaele Imperatore ipſius fautore Legatos Conſtantinopolim mittit, qui cauſſam depoſitionis Ignatij cognoſcant, cum Photio tanquam Laico verſentur.ibid.C.Legati muneribus corrupti violatis Põtificijs mandatis ſubſtitutionem Photij approbant, ibid.D.Pontifex de eiuſdem confirmatione rogatus, Legatos ſuos eiurat, & eiuſmodi ſubſtitutionem damnat.ibid.& ſeq.Photius in Sede perſeuerans, Baſilium Imp.quòd Michaelẽ interfeciſſet, aditu Templi prohibet.454.1.D.& ſeq.Hinc Baſilius Legatos ad Pontificem mittit de Concilio contra Photium habẽdo, ibid.1.A. Habetur, in eoque præſidentibus Romani Pontificis Legatis, Ignatius reſtituitur, Photius verò diris deuouetur, ibid.B.Vtrumque iuſtè.455.1.A.Photij libellus aduerſus Pontificem ſcriptus, igni damnatur.456.1.B. Defuncto Ignatio, rurſus in eius Sedem inſilit.473.2.C.A Ioanne VIII.reſtituitur, immeritò quidem, at nonnullas ob cauſſas.ibid.B.& ſeq. Synodus, quæ Photiana dicitur, aut conficta eſt, aut certè à Ioanne VIII non confirmata, ſed damnata.474.1.D.& ſeq. Photius author fuit præcipuus defectionis Græcorum ab Eccleſia Rom.475.1.A.Eius perfidiam mater adhuc in vtero ipſum geſtans, per viſum præſenſit, ibid.

Phreneſis periculoſior lethargo. 14.1.B.

Phreneticorum cura. 14.1.A.

Pipinus pro obtinendo regio nomine conſulit Zachariã Pont.380.1.D.Eo aſſentiente, & Francos Sacramento Childerico præſtito abſoluente, id aſſequitur ex Procerum totius Regni conſilio & electione.ibid.2.A.B. Stephanum Zachariæ ſucceſſorem ad ſe in Gallias venientem perhonorificè & reuerenter excipit.18.1.A.Eidem poſtulatum contra Ariſtulphum ſubſidium pollicetur, & re ipſa præſtat.381.1.D.& ſeq.Idem ab eodem poſtulat, vt filios Carolum, & Carlomannum Reges Francorum inungat.381.2.B. Exarchatum, & Pentapolim, ſi uincat, B. Petro & ſucceſſoribus pollicetur ad remiſſionem peccatorum ſuorum. ibid.C.D.Hæc illis iure donare potuit.382.1.A.B. Ipſe & Franci aliter de Romano Pontifice iudicarunt, quam modo Mornæus.ibid.2.A.

Piſiſtratus quantum in dicendo apud Athenienſes valuerit. 31.2.B.C.

Pixis nautica Eccleſiæ. 93.1.C.

Platinæ error in Marino Pontifice. 475.1.C.

Pœna poteſt eſſe ſimilis, ſed diſſimilis cauſſa. 48.1.A.

Pœnitentiarum redemptio cur inducta.514.2.B.Nullam in ſe habet doctrinæ corruptelam.ibid.C.

Politicorum mos perditus.463.1.D.464.2.C.

S.Polycarpus præconis voce proclamatus Chriſtianus, ad necem per leonem inferendam depoſcitur. 7.2.A. Quid impio Præſidi reſponderit inſtanti, vt conuicijs Chriſtum afficeret.103.1.D. Cur ad Dictorem Pont. profectus. 125.2.C.

Polycrates in Aſia Concilium indicit authoritate Victoris Pont. 126.2.B.

Polydorus Virgilius cur in Angliam profectus. 384.1.B.

Pompeius inclitus Senator titulos ſupremæ in Eccleſia poteſtatis Hormiſdæ Pontifici inſcribit.282.1.C.283.2.D.

Pontifex Idolorum aurea corona capitis ornamento vtebatur. 159.1.C.

Pontifex Maximus reliquis Sacerdotibus præerat apud Romanos.132.2.A. Quanti æſtimata eius ſententia.4.2.A.B. Ob eius dignitatis excellentiam Imperatores ſibi hunc titulum vſurparunt. ibid. Cur eundem primi etiam Imperatores Chriſtiani admiſerint.159.2.C.D. Gratianus hunc titulum primus auerſatus eſt.160.1.A.Idem titulus antiquitus Pontifici Romano tributus.128.1.C.159.1.D.& ſeq. Non tamen ad Iudaicæ tantum Legis, aut Ethnicæ ſuperſtitionis imitationem, in quo Mornæus in Baronium mentitur.129.2.B.& ſeq.Nec in eo eſt titulus ſuperbiæ, vt idem Mornæus perfidè appellat.159.1.D. & ſeq.

Pontifex Romanus, in controuerſijs fidei ſupremus iudex, & Chriſti in terris Vicarius.2.1.A.13.1.C.26.2.B.138.1.B. In Moyſe & ſummo veteris Legis Sacerdote adumbratus, 24.1.D.130.1.C. Eccleſiæ Romanæ ſponſus.28.1.A. Vniuerſalis Archiepiſcopus Epiſcopus, & Papa vniuerſalis Eccleſię Papa vniuerſæ Eccleſiæ Epiſcopus 50.2.A.82.1.C.83.1.A.320.1.C.321.1.D.328.1.D.345.1.C.357.2.A. Monarcha inuictiſſimus.505.1.B.Pontifex Maximus, & Epiſcopus epiſcoporum.128.1.C.129.2.B.& ſeq.159.1.D.& ſeq. ea diuina ſcilicet inſtitutione ibid. 9.1.C. D. 10.1.A.133.2.D.156.B.C.Coriphęus Epiſcoporum.190.2.D.Pater Patrum.242.2.C.345.1.C.2.A.422.2.D.Totius Orbis Epiſcopus.273.1.B. Caput omnium Sanctarum Eccleſiarum.395.2.C.Antiſtes primæ Sedis 303.2.C.D. Sũ-

mus

mus Patriarcha.324.2. C. Summus omnium Præſulũ Pontifex.345 2.A. Et frater & dominus fratrum ſuorum.ibid.D Princeps Epiſcoporum, Apoſtolicum caput à Deo propoſitum, Paſtor ouium Chriſti, Ianitor Regni cœlorum, Petra fidei, Magnum, Supremum lumen.411.2.C.D.422.1.D. & ſeq. Angelis coęquãdus. 422.1.D Quomodo dicatur primus & ſolus.156.2 A. Conſtantino dictus Deus 444.1. D non tamen ęquiparatur Deo-293. 1. A. & ſequen. Perfidè à Caluino crudeliſſimus Sanctorum omnium mactator & carnifex 24 1.C. D.à Mornæo Sanctorum Chriſti ſanguine tinctus, ebrius, Tyrannus.ibid.372.1.A. An homicio.473.1.A. A Principibus, Regibus & Imperatoribus honorificè ac reuerenter habitus, & adoratus. 18.1.D.& ſeq.105.2.C.304.1.A 410.2.B & ſeq.424.2. D.437.2.C. Cur ita.17.2 D & ſeq. Nec ſe Cæſarem appellat, nec iura Cæſaris vſurpat 22.2.C.83.1.A. Miniſterium ſibi vendicat, dominium non vſurpat.23.2. A.Sanctiſſimum & Beatiſſimum non ipſe ſe appellat. 24.1.A.Cur ita appelletur.120.1.A.Sibi non tribuit ſuperbos titulos.105.1. D. Quam humillimè de ſe ipſo ſentit, tantum abeſt, vt ſe faciat Deum, aut Angelis imperitet.84.2 C.110.2 B.C 118.1.D.& ſeq. A nobis nec aſſeritur ſuperior Eccleſia, nec ipſamet ſcriptura Sacra, vt Morpæus imponit. 83.2.B.& ſeq. Reliquos appellat fratres.132. 1 A. Nullum, Dominum vel Patrem.263.1.B.281.2.B.Imperatoris nomen ſuo præponit. 304. 1. B. Omnia iura & priuilegia ſua in Chriſtum immediatè refert 519.1 B. Nihil habet affine cum Maxentio Tyranno.8.1.D. Cur Crucem ſibi præferri iubeat.ibid. Neceſſario vnus eſt, & à Spiritu S. gubernatus. 259.2. C. 439.2 C.

Eius electio principaliter eſt penes Cardinales.513. 1.A Eidem præeſt Spiritus Sanctus. 292. 1. D. & ſeq. Electus, ab Oſtienſi Epiſcopo conſecratur. 366 2.D. Electionem ſuam recenter creatus communicatorijs literis ſignificat. 249. 2. B. Nihil funeſtius Eccleſiæ Rom.accidere poteſt, quam ſi Principes ſæculares in eius electionem manus immittant 479.2. D. Qualis fuerit ante Conſtantini Pogonati decretum.270.2.B.

Eius officium ſignificatum eſt in S.Petro contra Simonem Magum.76.2.C. Eſt autem, nouum hæreticis opus nunciare.56.2.B. Indicere, & congregare Concilia. 82.2.B.246.2.C.397.1.D.Hæc probare, vel improbare.83.1.D.Sanctos canonizare: in quo falli non poteſt.84.2. A. 505.2. D. Emergentes hæreſes Edictis cohibere, & leges Eccleſiæ vniuerſæ præſcribere.128. 2.D.199.1.C.D. Dare communicatorias literas 151. 1.B Conciliorum leges confirmare, & per omnes Eccleſias promulgare.162.1.A.C Epiſcopos creare 192. 2.C.210.1.A B Deponere.199.2. A. Eorum cauſſas diiudicare, & iniuſtè depoſitos ſuis Sedibus reſtituere. 173.1.B Nouos Epiſcopatus inſtituere 507 1.D.Diuinum ius & Sacros Canones defendere.315.2.D.Principes in Sectarios excitare.352.1 B. Eoſdem deterrere, ne quid in Religionem committant, 21.1.B. Conciliandæ inter ipſos paci ſtudere.ibid 2.C.D.Res Eccleſiaſticas cognoſcere. 453. 1.B. Sine vlla contradictione vtrumque gladium tenet 20.1.B.2.D.82.2.D. 237.1.A.& ſeq.406.2.B.470.2.B.254.1.B.524.1.B.Quomodo vti vtroque debeat. ibid. 525. 1.A. Quomodo eius & Imperatoris officia Chriſtus diſcreuerit. 22.1. B.137.B.& ſeq 266.2.A.C.Temporale eius dominium iam legitimum eſt.148.2.D.237.1.A.Spiritualis poteſtas eadem nunc eſt, quæ S. Petri fuit.2.1. C. & ſeq. Hanc in omnes Chriſtianos etiam Principes, habet. 106.2.D 338.2.C.440.2.C Quo titulo habeat.111.1. B.A quo.117. 1.B. Ei ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis. 18.1.A.83.1.B. Omnes Chriſtiani ſubiecti ei ſunt de iure diuino. 310. 1.D. Item hanc eius authoritatem agnoſcere, ac reuereri debent.324.2.B. Agnita & venerata fuit ab Eccleſia Africana.28.2. C. Gallicana. ibid D.& ſeq.Germanica.29.1.D & ſeq. Græca.30.1. A.& ſeq. Ab omnibus Catholicis per primos ſexcentos annos.32.1.B.& ſeq. Ab Ethnicis. 145.2.A.B. Ab Epiſcopis Macedoniæ.213.1. A. Numidiæ item.214. 2.A.A Chalcedonenſi Concilio 245.1.A. A tribus Africanis.345.2.A A Cõſtantino & Irene Impp.396.1. B Ab Hincmaro Rhemenſi.447.1.A.& ſeq.De appellationibus ad Rom.Pont.441.2.C.A Synodo Pontigonenſi.468.1.B. Ab alijs per totum opus. Eadem eius authoritas, & Primatus eſt iuris diuini. 156.1. D.& ſeq 391.1.A A Primatu S.Petri eſt indiuiſus.247.1.A. A Phoca Imperatore declaratus, non inſtitutus.19.1. D 329.2.B.& ſeq.334.1.A.& ſeq.337.1.A. Eius priuilegia vnde accepta.158,2 A.170.1.C. & ſeq Cur æqualem pati nolit & ad ſe contrahat Orientem, & Occidentem.259.2.D.

Cœlum aperit vel claudit, ſed indirecte.84.1. D. Poteſt eſſe iudex in propria cauſſa.154.1.B Vbicumque vult, poteſt Synodum conuocare. 175.1 .D. Synodus verò conuocari præter eius ſententiam non poteſt. 170 1. D.176.2.B 195 1. D.196.2.A 246.2.D. Poteſt nouas leges condere: quibus in rebus 54 1.C.& ſeq. Eaſdem omnibus præſcribere.217 1. C. In definiendis rebus, quæ ad fidem, mores, & regimen Eccleſiæ ſpectant ſi ex Cathedra doceat, errare non poteſt.83. 2.A.221 1.D.344.1.D.& ſeq.In quæſtionibus facti poteſt.221.1.A Epiſcopos à Comprouincialibus depoſitos ſedibus ſuis reſtituere poteſt 447.2.B.& ſeq.Eccleſias vbique conſecrare.496.1.D.& ſeq. Ad eum vndique prouocare licet.178.1.A.221.1.A.339 1. C. ſic eſt vndique prouocatum.13.1.C. Ab hæreticis etiã 274. 2 D.Cur Catholici de grauioribus negotijs ad ipſum retulerint.275.1.A. An ſit ſupra Concilium. 83. 2.A. Ad id vocari debet. 176 2. B. Concilia Generalia ab ipſo confirmata errare non poſſunt. ibid. D. Cur ad damnationem hæreticorum, præter Concilia, eius quoque ſententia requiratur 199.1.C.214 1. A.& ſeq. Cur de fidei dogmatibus in Concilijs primus ſententiam dicat.233.2. A. Celeberrima quæque Concilia nonniſi eius authoritate celebrata.13.1.C.

Romæ ſedit, & vniuerſæ Eccleſiæ ab eius initio præſedit.157.2.B. 223. 2. B. Licet aliò Sedem & Curiam transferret, non tamen inde noua conſurgeret Eccleſia 27 1 B Sol⁹ toti gregi Chriſti præeſt. 298.2.D.Omnibus Epiſcopis ſuam cuique iuriſdictionem præbet. 262.2.A.B.303.2.B.C.In hos omnes ius habet. 363.1. A.Eoſdem ſaltem mediatè creat 209.2. D. Hiſpaniæ Reges ipſius indulgentia eos eligunt 362. 2. B. Cur is ſit, cæteris Epiſcopis ſuperior.189.1 B Cur ſe nominet Epiſcopum Italiæ.185.2. C. Indicia eius iuris in Epiſcopos Alexandrinum & Conſtantinopolitanum. 230 2.C. Nulli poſſunt eius iuriſdictioni limites præfigi.153.1.D.193.1.B Quando ad nouum Patriarchã ſcribere conſueuerit.262.1. B. Eius dignitas & ſedes ſancta eſt 269.1.A Eius fides examinari ſolita ex fide anteceſſorum ſuorum.312 1.C.D.Eius iudex eſt ſolus Deus 271.2.D.Cur à nemine præterea iudicari poſſit 312.2. A.Regna & Imperia transfert.404.1.C. Liber eſt in promouendo electum ad Imperiũ. 490.1.A Plenitudinem habet poteſtatis ad concedendas indulgentias.470.2.D.

Pontifices Romani nõ ad blanditi ſceleribus.18.2.D. Iure impijs Imperatoribus reſtiterũt 20. 1. A.& ſeq. Cum Francorum Regibus mutuis officijs deuincti. 391.2.A. Multis à Pipino & Carolo Magno ditionibus aucti.21.2.A.82.1.D. Authoritatem habent, quã non habent Angeli.22.2.A.Non tamen eis imperitãt. 84. . B. Seruos ſeruorum Dei reliquorum miniſtros, & indignos Chriſti Vicarios ſe reputant 22.2. A.23. 1.B.105.1 A.121.1.B Tanta in ipſis eſt humilitas, quã ta ſuperbia in hæreticis.63.2.A.Doctrinam fidei vbique diſſeminarunt, Eccleſias conſtituerunt, & Epiſcopos ordinarunt.26.1 B. Plus cæteris Epiſcopis profecerunt.129.1.A. Anathematis ſententiam in hæreticos pronunciarunt 34.1.C.In Imperatores etiam.56. 1 A Ad Concilia mittunt Epiſcopos, & Presbyteros, qui nomine ipſorum pręſideant.86.2.A.Ipſorum Decretis comprobantur, vel reprobantur Concilia, non è conuerſo 472.2.B In remotis locis inſtituebant ſibi Vicarios, quibus inconſultis non ordinarentur Epiſcopi.210.1.A.262. 1. C. Cur præterea hos inſtituerent. 277,2.B.& ſeq. Nunquam abuſi ſunt Nicænis Cano-

nibus

Digitized by Google

nibus.239.1 C. Nunquam ſacris ſcripturis æquarunt Epiſtolas Decretales. 433 2. C. D. Nunquam hæreſeos à Sacro aliquo Generali Concilio condemnati. 2↑.2. B. Nullam peccandi licentiam cum dignitate ſedis ſuſceperunt.268.2. B. & ſeq. Si qua eſt ipſorum ambitio, nec Sedi Romanæ derogat nec inſtitutioni Chriſti 366.1.A Ipſorum ſucceſſio nunquam interrupta.480.1. A. 507. 1. C. S. Petrus per ſucceſſores ſuos Romanos Pontifices hucuſque viuit, & cauſſas decernit. 235. 1. C A Sancto Petro Apoſtolo ad Formoſum Pont. nullus ad Pontificatum admiſſus, qui gradatim non ſuſcepiſſet Eccleſiaſticos Ordines in Eccleſia Roman. 436. 1.B. Cur ex intruſis alij habeantur pro legitimis, alij non. 477. 1. A.B. Adorationem vni Deo debitam, ſibi exhiberi nolunt.104. 2.A. Ipſorum authoritas non creuit ex ruinis Imperij. 117. 1. A. Ex argumentis Aduerſarij magis confirmatur.125.2.A. Eorundem dominium longè differt a Principum ſæcularium dominio.121.1.A. Omnes ad Conſtantinum vſque Martyres fuerunt. 122.1.B. Non poſſunt eodem tempore eſſe duo Pontifices.259.1. C. Quibus de rebus leges tulerint.266. 2.D. Propter illegitimos vel non idoneos pontifices Eccleſia Romana non perijt. 506. 1. A.B. Cur Deus aliquando permittat malos Pōtifices Eccleſiæ Rom. præeſſe.489.1.D & ſeq.

Pontificalis pompa minimè reprehendendæ. 173. 1. B. Quid mitra, quid corona ſignificet.ibid. C.

Pontificatus non ideo Ethnicus, quia Pontifex fuerit etiam apud Ethnicos. 158.2.C.

Pontificia & Imperialis dignitas quo ſenſu diſcretæ. 266.2.A.& ſeq.Illa longè iſtam præcedit 22. .C. Eadem aut claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur illuſtrat;non,vt blaſphemat Mornæus, impios aut excipit,aut facit.269.1.D & ſeq. Pontificia omnipotentia,quæ ſit. 105.1. C. Ex cuiuſmodi effectis iudicandum ſit de plenitudine Pontificiæ poteſtatis.285. 1.D.Hæc valere debet non ad iniuſtitiæ, ſed iuſtitiæ patrocinium. 201.1.D.

Pontificij qua regula Romanum Conciliorum Codicē probent 204.1.B.

Pontigonenſe Concilium à Ioanne VIII.conuocatum, à Carolo Caluo congregatum.468.1.B.C.Hic agnita & venerata Romani Pont.authoritas ibid.& ſeq.Eius capita.ibid.

Porphyrij ſpiritus Deum paſtæ Chriſtum vocitantis. in Mornęo rediuiuus.77.2.D.Is Sanctum Paulum arguit quod Principem Apoſtolorum Petrum auſus eſſet reprehendere. 250 2.B.

Poſſeſſio facti eſt dominium iuris. 412.2.A.

Poſſeſſor Epiſcopus Africanus cur Commentarium ſuū mittat ad Hormiſdam Pont.286.1. C.& ſeq.

Poſtliminium quid ſit. 392.2.C.

Poteſtas omnis ita à Deo eſt, vt tamen ordinatè ſit etiā ab eius miniſtris.262.1. D. Spiritualis ineptè à Mornæo comparata vmbræ,temporalis corpori.115.2. B. C.Illa data eſt ad ædificationem non ad deſtructionem Eccleſiæ.201.2. C. Eius vſus apud Mornæum eſt ambitio. 294.1.D.

Prædicatio Catholicæ fidei pluribus locis quaſi nouum opus inhibita 56.2.A.

Prædicatorum ordo à Sancto Dominico inſtitutus. 86. 2.A.

Præpedigna Claudij vxor ad Caij Pontificis pedes ſe abiecit. 145.2.C.

Præpoſiti nomen Epiſcopis potiſſimum à Chriſtianis applicatum.137.1.D.Quam vim habeat cum Epiſcopo Romano ac cum cæteris applicatur. 138.1.A.

Præſcriptione longiſſimi temporis res acquiruntur legitimè.158.1.C. 257.1. A. Dummodo non ſit,contra ius diuinum.310.1.D.Quæ ſit lex præſcriptionis.148. 2.D.

Presbyteri ad Nicænam Synodum miſſi à Silueſtro, primi omnium ſubſcripſerunt. 152.1.D.

Presbyteri Cardinales longè differunt à Romanis Presbyteris. 164.2.A.

Præſentia Chriſti Domini in Euchariſtiæ Sacramento, quo ſenſu carnalis dicatur. 537.1.B.

Prætextatus Rothomagenſis Epiſcopus cur Chilperici Regem,& Fredegundem Reginam infenſam habuerit.317.1.C.& ſeq.Chilperici fraudibus inductus, vt obiecta ſibi crimina fateretur, in exilium relegatur. 318.1.B.Sedi ſuæ reſtitutus, Fredegundis opera necatur.ibid.

Prętextatus ſacrilegus & Idolorum cultor, quàm condicionem impie ludens proponeret, vt fieret Chriſtianus.158.1.C.187.1.C.

Prima ſedes à nemine iudicatur.166.2. D. 385.2 C.D. 394.1.C Primę Sedis nomen quid communiter denotet,& ad quid nonnunquam applicetur. 210.1.D.

Primates Epiſcopos ſibi ſubditos collegas nominarunt. 132.1.C.Hi,& alij inferiores ita ſunt ſub vno Summo Pontifice,ſicut Angeli ſub Deo. 293.1.B.C.

Primatus Eccleſiæ Romanę,& Romani Pontificis à Paganis agnitus.145.2.A.A Græcis multoties. 260.1.D. A Conſtantino,& Irene.396.1.B.A Carolo Magno,& Galliarum Epiſcopis.409.1.D.& ſeq. A Phoca declaratus quidem,& non inſtitutus.329.2.B 334 2.A. Sed à Chriſto.294.1. C. A primatu S. Petri eſt indiuiſus. 242.1.A.Diuini iuris eſt 256.2.D.& ſeq. Cōfirmatur. 316.1.D.& ſeq.502. 2.B. Quo diſcrimine probetur ex verbis inſtitutionis Chriſti,& ex Canonibus,alijſque id generis. 265.2.C.D.

Princeps Catholicus non eſt, qui Romano Pontifici nō communicat.280.2 D. Legitimus poteſtatem habet obligandi ſubditos,vt leges acceptet.338.2.B. Ad has autem condendas,vel creandos magiſtratus probitatè non indiget,ſed authoritate.490.1.C. Quę non in facto,ſed in iure conſiſtit.236.1.A.Principem proſcribere volentem hęreſes è ſuis ditionibus, reuocare à propoſito non licet.287.1.D. Religioſi Principis munus.173.1. A Eccleſiaſticam diſciplinam ex Epiſcoporum authoritate reſtituendam curare, laudabile in ipſo eſt. 428.2.B.

Principes quoties Religioni noſtrę nomen dederunt, Romani Pontificis dignitatem,& ius in omnes Chriſtianos agnouerunt.2.1.D.59.2.D.Quantū eidem detulerint.ibid. 74.1.B.Recte condunt leges contra hęreticos & ſchiſmaticos.251. 1. B. Cur hos aliquando permittant. 287. 1. D. Ipſorum munus in hęreticos. 505.1.B C.Quomodo Eccleſiæ reformatio ad eoſdem pertineat ibid D.Pręcipui ex his Eccleſiarum fundatores. 49.1.C. Quod hi exambierint amicitiam Romani Pont.nihil contulit ad Pōtificatus progreſſum, vt fingit Mornęus.275.1. A. B. Principum iura,ſaluis Pontificum iuribus,aſſerenda 3.2.D.

Principatus Apoſtolicę Cathedrę ſemper viguit in Eccleſia Romana. 45.1.C.

Priſcillianiſtarum hęreſis in Concilio Bracharenſi, iuſſu Leonis I. conuocato,damnata.252.1.C. D.& ſeq. Eorundem libri ab eodem Leone, & per ipſum à S. Turibio,proſcripti. 267.2.A.

Priſcillianus cum ſocijs obiecta purgaturus ad Damaſum,propter ipſius in Eccleſia principatum,confugit, ſed ab eodem reijcitur.138.1. D.S. Ambroſius, hoc comperto,eoſdem audire recuſat. 218.2.D.

Priuilegium Eccleſię Reformatæ. 82.2.C.

Priuilegium à S.Gregorio conceſſum Monaſterio S Medardi.323.1.D & ſeq. Item Xenodochio Auguſtodunenſi.334 2. A & ſeq.

Priuilegium Romani Epiſcopi, vt ad Concilium vocetur.176.2 B.Vt Generales Synodos cōuocet, & cauſſas Epiſcoporum indicet 170.1.C.& ſeq. Quam antiquum.ibid.

Priuilegia Eccleſiaſtica cur Laicis Principibus cōceſſa. 412.2.D

Priuilegia Romanę Eccleſię à Chriſto donata cogunt. Pontificem habere omnium Eccleſiarum ſolicitudinem 262.1.A Qualia ſint. 453.2.A. & ſeq Paria his non poſſunt vlli Eccleſię conferri. 180.1.D.

riuilegia, quę ad poſteros transfunduntur. 4.2.1 C.

Probus Canuſinus Epiſcopus Apoſtolicę Sedis Legatus priuilegijs Eccleſię Cōſtantinop. coram Leone Imp. reſtitit. 264.2 C.

Profana per verbum Dei ſanctificata transferri poſſunt in vſum ſacrum. 149 1.C.& ſeq.

Digitized by Google

Profeſſio fidei ab Epiſcopis recens creatis, maximè à Metropolitanis & Patriarchis, mitti ſolita ad Romanum Pont. 262.1.C.305.1.B.
Proiectus in Prouincia Narbonenſi Epiſcopus. 238.2.C. D. Huic necdum defuncto Hilarius Arelatenſis aliū ſubſtituit, ac proinde ad Pontificem defertur. ibid.
Promiſſa quæ ſeruanda non ſunt. 305.1.C.
Promiſſio impia quæ ſit. 305.1.D.
Prophetia vana Lutheri. 8.1.D.
Prophetia, etiam de præterito. 100.1.A.
Propria perdit qui indebita concupiſcit. 156.1.D.
Propter quod vnūquodq; tale, & illud magis. 153.1.C.
Proterius Epiſcopus Alexandrinus Catholicus in locū Dioſcori ſuffectus 259.1.A. interfectus. ibid.
Proteſtantes quā impiè ſentiant de ſigno Crucis. 8.2.C.
Prouidentia Dei erga Sedem Apoſtolicam. 266.1.B.305.2.A.486.1.A.& ſeq. Erga Romanā Eccleſiā. 267.1.D.
Prouocandi poteſtatem à Magiſtratibus ciuilibus ad Epiſcopos Conſtantinus dedit. 160.1.C.
Prouocare à ſententia Epiſcoporum, vbi præſidet Romanus Pontifex, inauditum eſt. 161.1.B.
Prouocare oēs vndiq; iure poſſunt Romanū Pōt. 221.1.B
Prouocatio ad Romanū Pōtificē antiquiſſima. 131.2.D.
Pſeudo Apoſtoli, & Pſeudo prophetæ qui. 44.1.C.D.
Pſeudo Pontifices alieni fuerunt & adulteri. 28.2.A.
Purgatio criminis fit apud ſuperiorem. 145.1.B.
Purgatorij pœnæ cur infligantur. 505.2.B.
Puritani legum & Regū obſtinati contemptores. 313.B.
Purpura Clericis interdicta. 319.1.D. Habitus eſt Romani Pontificis. ibid 2.A. Huius geſtatio nō fuit vmbra, vel ceremonia propria veteris legis. ibid.B.
Pyrrhus hereticus Sedem Conſtantinopolitanam occupauit. 28.2.A. Cum cæteris Monothelitis in ſexta Synodo damnatus. 342.1.A.
Propria veteris legis. ibid.B.
Pyrrhus hæreticus Sedem Conſtantinopolitanam occupauit. 28.2.A. Cum cæteris Monothelitis in ſexta Synodo damnatus. 342.2.A.
Pythagoræ authoritas apud ſuos. 17.2.D.
Pythia cuiuſmodi oracula fuderit 92.1.C. Cur philippizare dicta. ibid.

Q

QVæſtio agitata in Synodo Antiochena. 176.1.B. Quæſtio de appellationibus quomodo intelligenda 215 2.B.& ſeq.
Quæſtio de cauſſa Marcelli Ancyrani ad Romanum Pontif delata. 190.1.C.D.
Quæſtio de Epiſtola Athanaſij, & Epiſcoporum Ægypti ad Marcum Pontificem, & reſcripto Marci ad eoſdē 169 1.D.
Quæſtio de Epiſtola Iulij Romani Pontificis. 177.1.B.
Quæſtio de Filij diuinitate quomodo ab Euſebio Arriano appellata. 165.2.D.
Quæſtio inter Cæcilianum, & Donatiſtas. 150.1.B. A Romano Pont diſcuſſa. 151.1.A. Ab Arelatenſi Concilio 161.2.B. A Conſtantino. 162.1.A.
Quæſtiones fidei definire eſt ſolius Cathedræ Petri. 229.2.B. Hanc proprietatem quàm benè colligat Baronius ibid.C.& ſeq.
Quartadecimani hæretici. 124.1.C.126.1.A.
Quærela contra Hilarium Arelatenſem ad Leonē delata. 238.2.C.
Quiniſextum Concilium, quod. 361.1.A.& 369.1.C.
Quinta, & ſexta Synodus cur indictæ. 361.1.A.
Quod famam ſemel obtinuit, ex omni parte falſum eſſe non poteſt. 231.2.A.

R.

RAchis Longobardorum Rex, violata ex improuiſo pace à deceſſore ſuo inita cum Pontifice Rauennatem agnum hoſtiliter populatur, & Peruſium obſidet 380.1.A. Flexus à Zacharia Pont. ipſi reconciliatur, & cum vxore, & Filia ſe vitę Monaſticæ deuouet. ibid.B.& ſeq Zacharias nec ei fidem violauit, nec ludificatus eſt eius pietatē, vt Mornæus imponit. ibid.
Ratione concertare Doctorum eſt, authoritate decernere Iudicum, & Principum. 140.1.B.
Rauennas Eccleſia ſi quando à Romana defecit id irrito conatu fecit, 310.1.D. Quo tempore defecerit. 314.1.D. A quo reſtituta ibid & ſeq. 353.2.C. Epiſcopatus, & Eccleſiæ ei ſubiectæ, idq; quidem Pontificum Rom. beneficio 314.2.C.D. Eius autocephalia, crimen grauiſſimum. 353.2.C.D.
Rauennates à ſchiſmate reſipiſcentes in Archiepiſcopū eligunt Vaſterum Sedi in primis Apoſtolicæ deditū. 314.2.B. A Leone Iſrauco à Gregorio II. excommunicato deficiunt. 377.1.B.
Rauennatum Præſulum ſuperbia à Leone II. Pont contuſa. 314.1.A.
Rebaptizādi ne ſint hæretici, vel ab ipſis baptizati 139.1.D.& ſeq. Rebaptizandi conſuetudo à quo primum, & quo pietatis prætextu, introducta. ibid. 2. D. Non rebaptizandi verò, vnde orta ibid 1.D Mornæus in caput ſuum concedit, in hac quæſtione meliorem fuiſſe Stephani Pont. quàm Cypriani cauſſam. 140. 2. D. Quomodo Cyprianus ſententiam ſuam hic ediderit. 141.1.C. Cætera quæ huc pertinent, vide in ſeq.
Rebaptizatio hæreticorum non eſt de genere earum obſeruationum, quæ impunè in Eccleſia permittuntur. 143 2.B.
Rebelles Eccleſiæ à Simone Mago ad hæc vſque tempora nunquam defuerunt. 45.2.A.
Reccaredus Hiſpaniarum Rex Synodum Toletanam III. ex authoritate Pontificis coegit. 319.1.B. Conuerſus ad Catholicam fidem, Legatos cū muneribus ad Sedem Apoſtolicam miſit. ibid. Laudatus à S.Gregorio & donatus ibid.C.
Recenſuimus Hiſpaniæ Rex Epiſcopos ſibi ſuperiores fatetur. 348.1.B.
Reformatæ Eccleſiæ eius impietatum multi Hiſtorici meminerunt. 55.2.D. Vide: Eccleſia Reformata.
Regia poteſtas non ſolum data ad mundi regimen, ſed maximè ad præſidium Eccleſiæ. 251.1.D.
Regnantes diutius, aut felicius non ideo meliores apud Deum. 416 2.A.
Regnum Chriſti futurum eſt æternum. 102.2.C.
Regnum, & Sacerdotium olim hæreditario iure primogenitis debebatur. 20.1.B.
Regnum Francorum ad Hugonem Capetum legitimè delatum. 490 1.C.
Regnum Saulis, & Dauidis quid allegoricè ſignificet 102.1.C.
Regula obſeruata in celebrandis concilijs. 89.1.B.
Religio ſine ſacrificio conſtare nulla poteſt. 62.2.D.
Religio Chriſtiana incrementa ſumpſit à Martyrijs. 56.1.D. In Gallia, & Germania deriuata eſt ab Apoſtolica ſede. 276.2.C.& ſeq.
Religionem non quà volumus ducere, ſed quà illa ducit ſequi nos oportet. 143.1.B.
S. Remigius ab Hormiſda Pontif. Vicarius Galliæ conſtitutus 275.2.D.276.1.B.277.1.B.
Remundi Ruffi ſententia cum authoritate Romani Pōtificis concilians appellationes quibus Africani Patres reſtiterunt. 210.1.D.
Reo quando fauendum potius, quàm actori. 89.2.D.
Reparatus Archiepiſcopus Rauennas Sacerdotibus ſuis moriens præcipit, ne ſe vnquam Romano Pontifici ſubijciant. 314.1.D.
Repetens ſua, & iure ſuo vtens nemini facit iniuriam. 130 2.B.513.2.B.
Reprehendere prælatos quomodo inferioribus liceat. 218.1.C. Quando. 150.2.A.
Reſcriptum Innocentij ad Epiſcopos Numidiæ maximè exprimit Romanæ Sedis amplitudinem. 215.1.A. Quam maximè ab Auguſtino commendatur ibid.B.
Reſcriptum Theodoſij & Valentiniani Impp. aduerſus Hilarium Arelatenſem luculenter teſtificans, & eius præſumptionem, & authoritatem ſupremam Romani Pontificis 241.2.B.& ſeq.
Reſcripta obtenta per obreptionem, irrita. 131.2.D.
Reſponſalis miniſterium vnde cœperit. 333. 1. A. Qui ſint Reſponſales. ibid.B.
Reſpublica Chriſtiana quomodo vna. 105.1.B.
Rex, Dei ſeruus duplicirer. 251.1. C. Ex iuſtitia & temperantia Magnus. 8.2.B. A maiori Reipublicæ parte conſtitui poteſt. 372.1.A. Veſtis aut ſtatuæ violato-

ribus afficitur iniuria. 377.1.C.D.
Rex Galliæ Ludouicus XIII quomodo Summum Pontificem veneretur. 11.4.D.
Regis Sacrorum apud Gentiles honor. 158.2.A.
Reges quomodo Deo ſeruiant 9 2.B Quomodo baltheo ab ipſo accingantur. 381 1 A. Qua reuerentia olim Epiſcoporum Synodos adierint. 107.1.A.B Apud Romanos præfuerunt etiam aliquando rebus ſacris.82.2.D.Apud Ægyptios abſque Sacerdotio imperare nō licebat.20.1.C. Non tenentur ſubditis aſſurgere,aut caput detegere 159.1.B. A Prophetis etiam adorati. 17.2 D Ipſorum eſt à Sacerdotibus diſcere. 3 2.2. A. Procurare item , vt diſciplina Eccleſiaſtica cōſeruetur, & hæreſes procul arceantur. 507.2. C.His in Concilio Rom. ſub Siluestro vetitum eſt de Epiſcopo Romano cognoſcere.164 2.B. Vt primum Chriſti fidem ſunt amplexi , Pontificem Rom. agnouerunt caput Eccleſiæ.54 1.A. Quantum eidem detulerint, 2 1 A. 26.2.B.Qui ſeruierunt Deo 251.1. C. D. Qui pij vel impij apud Mornæum 521.1 A. & ſeq. Regum poteſtas minor eſt Eccleſiæ Catholicæ poteſtate 74 1 D.
Regis Galliæ quomodo erga Romanum Pontificem affecti.29.1.A. Omnes Eccleſiæ Romanæ fidem coluerunt.15..2 B Cur Chriſtianiſſimi nomen his tributū. 24.1 A Ipſi & Pontifices deuincti ſunt inter ſeſe mutuis beneficijs. 391.2 A.
Rhodani,& Lemani lacus mira proprietas. 72 1.B.
Richardus Princeps Capuę in iuramēto fidelitatis Gregorio VII præſtito , citra crimen inſcriptus Gratia Dei,& S Petri Princeps &c. 523 A.B.
Ritus eligendi Epiſcopos varij,et non ſine conſenſu Romani Pontificis 313.1.A.& ſeq.
Roberti Regis Galliæ coniugium,cum Berta nec à Pontifice,nec eius Legato probatum.496.1.A & ſeq Quomodo adactus ad diuortiū ibid.B. Celebrata eius pietas in delenda Manichæorum hæreſi , & comburendis eius fautoribus. 507 2.C.D.
Robertus & Guiſcardus Northmanni qua condicione, & quàm legitimè à Nicolao Pont. in gratiam recepti.513 1 D & ſeq.
Robur exercitus eſt in Duce. 27.2.B.
Rodgando Ducatus Forouilienſis qua condicione à Carolo Magno permiſſus. 392 2.C
Rodulphus Sueuiæ Dux, Henrico III. promiſſa Pontifici non ſeruante,à Germaniæ Principibus eligitur Imperator 532 2.B Inſcio Gregorio VII.Pontifice. ibid. D & ſeq Hinc excitata à Clericis Simoniacis ſeditione, Deus mirificè ei fauet ibid C.Cur Gregorius , exauctorato tandem Henrico,pro legitimo Rege hunc habuerit &c.533 1 B. & ſeq. Confictum à Sigeberto oraculum, quo hic innixus , cum Henrico pugnauerit.ibid.2.A.B.Quoties ab Henrico ſuperatus.ibid.C Eius mors,& laudes.534.1.A B.Hæc, Hērici cauſſam iuſtam eſſe non arguit 533.2.C.D.
Roma arx Religionis latiùs præſidet religione diuina, quam dominatione terrena.101.2 A.Dignitatem maiorem accepit ex Pontificatu S Petri, quàm ex Imperio 251.2. D. Quomodo cum ſuo Ducatu peruenerit ad Romanum Pont.378.1.A. Poſt tranſlatum Conſtantinopolim Imperium nullus Imperator, non ſine diuina prouidentia,Romæ ſubſtitit. 14..2.D.
Romana Eccleſia quo ſenſu vniuerſalis 26.1. C. Plurimum à Patribus commendata.ibid.C Eſt vt lapis Lydius 297 2.B Errare nō poteſt.344.1.C.D & ſeq Eius & Alexandrinæ peculiaris nexus.261.1. A. Eius conſtantia in fide.359.2.D.Officium.469.1.A. Prærogatiua.ibid.2.A Sectatores per totum orbem ne minimū quidem inter ſe diſcrepant 14.1.D.Vide:Eccleſia Romana.
Romana Sedes,Conſtantini Pogonati Decreto,liberata pecunia, ex Gothorum Regum Arrianorum præſcripto, penſitari ſolita pro confirmatione electi Pontificis.362.1.B. Item à debito expectandi eiuſdem confirmationem,vel ab Imperatore, vel Exarcho Italiæ. 270 2.B.362. 1.C.365.1.C.
Romani Imperatoris Idololatriæ addicti,Chriſti doctrinam ſuperſtitionis loco habuerunt. 2.1.C.
Romani,licet infideles,omnia poſt religionem ponenda ſemper duxerunt.4.1.A. Cur Maſſiniſſę interdixerint, ne matrimonium cum Sophoniſba cōtraheret. 383. 2 B.Ipſorum Imperium ab Aenea Troiano duxit originem. 102.1 .D. Philippico Bardane contra Sacras Imagines furente,quid ipſi econtra.374.. D. Leone item Iſaurico,ac propterea à Gregorio II.excommunicato,ijdem ab ipſo deficiunt:in quo quàm maximè contra Mornęum,commendantur. 377.2.B.& ſeq.
Romanum Imperium quando auitam ſuperſtitionem abdicauerit.160.1 A.Cur ita vocatum. 37 1.C.
Romanus Epiſcopus & Conſtantinopolitanus quo diſcrimine à Iuſtiniano Imp.dicti Vniuerſales 296.2.C. Romanus,cur Paſtor Supremus.156.2. C. Vide Pontifex Romanus.
Romanus I. Pontifex. 487 2.C.
S.Romualdus quam ſatisfactionem Othoni. III. periurium confeſſo impoſuerit 459. 1. C. Quomodo,& à quo canonizatus. 505.2 C.
Rothaldus Sueſſionenſis Epiſcopus ab Hincmaro Rhemenſi,contumaciter in Apoſtolicam Sedem, deponitur,appellans non auditur,immò in Monaſterium detruditur, alio in eius locum ſubrogato 431.1.B. Id à Nicolao Pontifice repręhenditur , ipſe verò ſuę Sedi reſtituitur ibid.C D 442.1.A.& ſeq .& quidem iuſtè, & ſecundum normam Sacrorum Canonum.448.1.B. & ſeq Ex Hincmari confeſſione reſtitui ab eo potuit, qui & eiuſdem ſententiæ acquieuit 447. 2 B. & ſeq. 448.1. C. Cur Hincmarus ipſum vel appellantem iudicauerit.447.1.A.& ſeq.

S.

Sabellicus deceptus in hiſtoria.280.1 B. & ſeq.
Sacerdos pro vniuerſo Orbe Legatus intercedit. 80. 2 C.Etſi malè viuat Sacerdotium tamen in eo ſanctū eſt.106.1.C.Cur ei miſſam celebranti detur ſtipendiū 79.2.C.
Sacerdotalis vnitas à cathedra Petri, ſumit exordium. 41.1.A.132.2.D.
Sacerdote,quales ex Iuſtiniani lege ordinandi.291.2.A. Cui comparati.506.1.C. A Matrimonium legitimū contrahere non poſſunt 510.1.B.Ipſos non debere eſſe cœlibes,hęretica eſt aſſertio.4.4.2.C.Eorum pedes olim Chriſtianorum oſculis petiti. 145.2.D.
Sacerdotium, & Regnum hæreditario iure primogenitis olim debebatur. 20.1.B.
Sacra præcipua à ſummis Magiſtratibus inſtituebantur apud Athenienſes. 20 1.C.
Sacra profanis qui miſceant. 21.1.B.
Sacra qua lingua celebrari debeant. 291.2.D.
Sacramenta pro arbitrio ſuo admittunt,& definiunt hæretici. 41.1.C
Sacrificandum eſt pro viuis,& defunctis. 80.2.B.
Sacrificare pro defunctis eſt traditio Apoſtolica.81.1.A.
Sacrificati quomodo à libellaticis diſtincti. 131.2.A.
Sacrificia cui offerantur.275.2.B In ſola Iudęa fieri debebant. 35.2.C.
Sacrificio ſublato,tollitur Sacerdotium, & lex. 63.1.A.
Sacrificium Chriſti incruentum ab hæreticis negatur. 62 2.C.
Sacrificium Euchariſtiæ cur in Eccleſia peragatur. 63. 1.C.
Sacrificium Miſſæ ab initio Eccleſiæ , & ex traditione Apoſtolica perpetuò durauit.63 1.A. Quotidianus id offerendi vſus.79.1.C.Pro viuis,& defunctis antiquiſſimus.80.2 B. Pro his ritè offertur. 471. 1.A. Quibus proſit ibid.B.
Saliare Carmen,& Salij Sacerdotes qui. 211.2.A.
Salmonæum tonitru non eſt excommunicatio. 34.1.B.
Salomon typus fuit aduentus Chriſti. 103.2.D.
Salonius , & Sagittarius Epiſcopi exauctorati appellantes ad Romanum Pontif. ſuis ſedibus reſtituuntur. 318.1.C.
Salus ex meritis nō excludit gratiam Dei.414.1.A.Quæ credenda ſint ex neceſſitate ſalutis. 88.2.B.
Saluianus cum ſocijs apud Damaſum obiecta purgaturus,non admittitur. 381.1. D. Hinc à Sancto quoque Ambroſio,non auditur. 318.2.D.

Saluia-

Digitized by Google

Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus vniuerſim conqueſtus de moribus Chriſtianorum. 248.2.C.
Saluſtius Hiſpalenſis ab Hormiſda Vicarius conſtitutus. 277.1.C.
Samaritanorum cum Iudæis contentio. 52.2.C.
Sanctiones non ex ſanctitate condentis, ſed ex authoritate vim habent. 354.1.C.
Sanctiſſimi titulus non tam perſonæ, quam dignitati debetur.24.1.B.Antiquitùs omnibus Epiſcopis tributus eſt.ibid.
Sanctorum,& Martyrum cultus antiquus. 275.1.C.
Sanctos ſuos Deus latere non patitur. 63.2.D.
Sanderi ſententia de Romana Eccleſia etiamſi Honorius hæreſi Monothelitarum erraſſet. 344 1.C.
Sanguis Martyrum fuit ſemen Eccleſiæ. 56.1.D.
Sardicenſe Concilium ab Imperatoribus indictum, ſed ex ſententia Romani Pontificis.177.1.D.& ſeq. Quẽ ad finem.179.1.D. Legati Pontificis hùc miſſi.177.2.D.De huius Concilij Canone quoad appellationes Epiſcoporũ ad Romanum Pont.178.1.A.& ſeq.Is nũquam reuocatus fuit,vt Mornæus mentitur. 179.2.D.& ſeq.Id Concilium fuit oecumenicum.179.1.C. Sed pro vno & eodem habitum cum Nicæno.ibid.D.Maioris fuit authoritatis; quam quodlibet Prouinciale Hiſpanicum.339.1.C. Vnde fides ei derogata.ibid.2.A.& ſeq.
Sarraceni,Sergiò Pontifice, inſigne detrimentum Eccleſiæ Romanæ inferunt.427.2 D. & ſeq. Deone per ipſos vlciſcente Simoniam, quæ tum ibi vigeret.428.1.A & ſeq.Romam iterum contendentes, repelluntur.ibid B.In Africam redeuntes Apoſtolorum ſuffragijs & Leonis IV.precibus,in mare demerſi, ſceleris ſui pœnas exoluunt.ibid. C. Sectarij eorum fautores.ibidem.B.
Sathan irreconciliabile bellum indixit Eccleſiæ.38.1.C.
Saul Rex cur vita,& Regno mulctatus. 505.1.A.
Scelera Romæ aliquando commiſſa non debent Pontifici,aut Eccleſiæ imputari. 502.2.D.
Schiſma,crimen Idololatria grauius.353.2. D. Ad id ſufficit defectio ab Eccleſia Romana:ipſum verò ſufficit ad æternam pœnam.426.1.B.C. Qui in ſchiſmate necantur pro vnione Eccleſiæ, martyrio coronantur, & quidem commendatiori, quam qui ne Idolis immolent.270.2.D.& ſeq.
Schiſma Petri Alexãdrini,& Meletij. 46.2.B.Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani,& Photij. 449. 2. A. & ſeq.Bonifacij,& Eulalij. 236. 2. A. Laurentij contra Symmachum. 268.1. B. Anaſtaſij Cardinalis contra Benedictum III.437.1. C. D. Sergij Diaconi contra Formoſum.476.2.A.& ſeq.
Schiſma poſt obitum Ioannis V. vnde ortum. 365.2.A.
Schiſmata vnde orta. 70.1. C. 135.2.C. Vt ab Eccleſia Romana procul arcerentur Honorius Imp. Bonifacij Pont ſuaſu legem tulit. 236.2.B.C.
Schiſmaticus quis. 310 2.B.
Schiſmatici, & hæretici non niſi à ſupremo antiſtite in communionem Eccleſiæ admittendi.181.1.D.à ſæculari poteſtate coercendi.310. 2. B. & ſeq.in æternum perituri.324.1.B. Eorum defectio nihil nocet authoritati Romani Pont.260.2.A B.425.2.D.
Schiſmatici Græci quoties Romani Pontificis primatũ agnouerint. 181.1.B.
Schiſmaticorum Laurentianorum rabies. 270.2.C.
Scriptores hæreticos laudans eſt de hæreſi ſuſpectus. 295.2.D.
Scriptura Sacra cur vulgari lingua non omnibus permittatur.81.1.D. Nec ab hæreticis tranſlata. 82. 1. A. Plures habet ſenſus.95.1 D.Omnes ſcientias tranſcẽdit.ibid. Vetus eius editio à Concilio Tridentino approbata.93.1.A. In Eccleſijs maximè Cathedralibus eſt legenda.ibid.B.
Scripturæ ſacræ quo ſenſu Archiuæ Chriſtianis 17.1.C.& ſeq. Quibus ſint ineptiæ.286.2.C. A Spiritu ſancto dictatæ 44.1 C. Quid illis conferat Eccleſiæ iudiciũ. 443.2 A.& ſeq.
Seba,vir Belial.ſeductor. 103.1.D.
Sectæ ſunt ex diuerſitate dogmatum diuerſæ. 66.2.B.
Sectarij litium, ac perturbationum ſtudioſi. 267.1. A.

Quantum faueant Philippico Imperatori hæretico Monothelitæ. 375.1.B.
Sedes Apoſtolicæ à quo denominatæ. 260.2.C.
Sedes Romana eſt omnium prima.134. 1. C. Omnibus modis primatum poſſidet.157.1.C.à quo. 157.2.B.
Sede vacante Clerus Romanus ex antiqua conſuetudine curam Eccleſię ſuſcipit.138.2.A.Capitulum ſuccedit Epiſcopo. 139.1.B.
Sedis S Petri prærogatiuæ. 439.2.D.
Seditio in electione Damaſi.186.1.C. In electione Rodulphi Sueuiæ Ducis in Imperatorem. 532.1.C.
Seductor qui dicendus. 38.2.A.
Seguinus Senonenſis Epiſcopus cur Hugoni Regi inuiſus.492.1. A. Concilium Rhemis colligit iuſſu Ioannis XV.& Arnulphum in ſedem reſtituit.ibid.D.
Seleucus Aſiæ Rex quàm benè affectus erga Templum Hieroſolymitanum. 522.1.C.
Sementem vt feceris,ita & metes. 6.2.B.
Senſus literalis,& ſpiritualis,qui ſint.95.1.D.Ex ſpirituali non ducitur argumentum ita certum, ſicut ex literali.ibid 2.B.
Sententia à non ſuo Iudice lata, nulla eſt. 446 1.C.
Sententiam dicere,ferre, dare, pronunciare,pro eodem ſumuntur.248.1.A.Quis ſententiam dicat. 248.1.A.
Sententiam falſam nunquam tenere,prima laus eſt; ſecunda,mutare. 141.2.C.
Serapionis cuiuſdam dolus, & impoſtura in Seuerianũ Epiſcopum 134.2 C.Mornęus ei non abſimilis.ibid.
Sergius Cypri Archiepiſcopus vnde motus, vt titulum Papæ Vniuerſalis inſcriberet Theodoro Pontifici. 345.1.C.D.
Sergius Diaconus,Formoſo oppoſitus,cum ſuis ſchiſmaticus.476.2.C.Bis è Pontificatu deturbatus ipſum tãdem aſſequitur, & Sergius III. appellatur. 482.1.C. Vide:Sergius III.
Sergius Patriarcha Conſtantinop.primò habitus Catholicus & magnæ exiſtimationis; ac tum ad eum ſcripſit Honorius Pont.ſi modo ſcripſit.339.1.D.& ſeq,Poſtea cognitus hæreticus Monothelita. 40 2.A. Catholicè ſcripſit ad Honorium, fictè tamen ibid. B. Damnatus in Synodo Lateranenſi ſub Martino Papa. 341.2.D.Item ſub Agathone.342.1.A. Item in ſexta Synodo.ibid.360.1 B.
Sergius I Pont.Quomodo Canoni ſubrogatus. 365.2 A.B. A Theodoro ante ipſum in ſchiſmate electo vltrò adoratur.ibid A Paſchalis,ſimiliter electo,coacto & confuſo ſalutatur ibid. C. Ioanne Exarcho promiſſa Paſchalis ab ipſo erigente, quid egerit. 366.1.A.& ſeq.Miſſo ad ſe vt ſubſcriberet,à Iuſtiniano Imp. Cõcilio Trullano, ſubſcribere iuſtiſſimè recuſat. 360.2.C.367.2.B.& ſeq Hinc Iuſtinianus ipſum deportari Conſtantinopolim iubet.168.1.A.371.1.B.
Sergius II. vir Sanctiſſimus,inconſulto Imperatore,cõſecratus.423.1.D.Non eſt abuſus diſſidio filiorum Ludouici Imp.vt mentitur Mornæus.ibid.2.B. Non ſtatuit primus, vt Epiſcopus nonniſi à 72. teſtibus conuinceretur.ibid C.D. Anaſtaſium Cardinalem nõ depoſuit:in quibus idem fallitur.ibid.D. An nomen mutauerit.ibid.C.Lotharium ad ſe venientem,vt Rex & Imperator coronetur, excipit perhonorificè: ab ipſo verò quàm reuerenter, infixo pedi oſculo, habetur. 424.1.C.D Quid hic inter ipſos. 425.1 A. Sergius ipſum coronat.at fidelitatem à Romanis eidem iurari non patitur.ibid.B. & ſeq. Eccleſiaſticam libertatem in controuerſiam hic poſtea vocatam fuiſſe, & oppugnatam,Mornæi mendacium eſt. 425.2.B.C.
Sergius III. idem qui Sergius Diaconus, quomodo ſedem inuaſerit.482.1.C. An Formoſi cadauer iterum è ſepulchro extraxerit, & ab ipſo ordinatos iuſſerit iterum ordinari.ibid D.479.1.A. Si hæc egit; in quæſtione tãtum facti ex odio in Formoſum errauit. ibid.& ſeq.Mornæus hinc imponit Bellarmino. 482.1.D.& ſeq. Sergius ſi factus Pontifex nomen mutauit: cur mutauerit. 423.2.C.
Sergius IV.quàm inſignis. 499.1.B.C.
Serpentes & cicadę ęſtatis temporibus ſenectutem exuunt. 11.2.B.
Sexta Synodus non eſt Reformatæ Eccleſiæ,ſed Catho-

ſice.4°.2.B.& ſeq.Vide Synodus ſexta.
Sidonius Apollinaris accepto à Côprouincialibus &c. libero eligendi arbitrio, in Epiſcopum Bituricenſem eligit Simplicium. 242.1.D.
Sigebertus hiſtoricus cur multa finxerit. 392.1.C.D.
Signi ad rem ſignatam debet eſſe affinitas. 101.2.A.
Signum crucis eſt de traditione 96.1.C.Quam impie de hoc ſentiant Proteſtantes. 8.2.C.
Signû,quo Catholici ab hereticis diſtinguûtur. 354.2.B.
Sigonius figmento Baſilij Præfecti deceptus 270. 1.C. Vindicatur à praua interpretatione Mornæi.381.1.A.
Silentium non ſemper habetur pro conſenſu. 244. 2.C.
Siluerius Pontifex Romanus primò intruſus, deinde legitimè inſtitutus. 99.1.C.D. Quid Vigilio obiecerit. 292.1.D.
Silueſter II.qui Gerbertus Pontifex.497.2.C.Hunc adeptum fuiſſe Magicis artibus Pontificatum,fabula eſt; quæ illi origo:quis author.ibid..D. & ſeq. Baronij iudicium de ipſo tum ante tum poſt Pontificatum.498. 2.B.C .Mornei malitia in eo citando ibid.1. A.
Silueſter.III.non legitimus Pontifex. 500.2.A.501.2.A.
Simia purpurata,Mornęi Eccleſia. 46 2.A.
Similitudo longè differt ab ęqualitate. 293.1.D.
Simon Comes a Monteforti Catholicorum Dux contra Albigenſes,ope diuina uictor. 65.2.B.
Simon Magus noui Teſtamenti Hęreſiarcha 508.2.C. Hæreticorum omnium parens.76.1.D.120. .C. Eius opera & errores. 76.2.A.
Simmonia immeritò Pontificibus à Morneo impoſita. 508.1.C. Quo ſenſu dicta hęreſis.ibid.D.& ſeq. Hac circa tempora Ioannis II. inualeſcente Athalaricus eius rogatu legem ſancit ad eandem profligandam. 289.2.D.Non eſt imputanda Eccleſiæ Romanæ,quæ illam damnat. 503,1.C.D.
S.Simplicianus cur à Patribus Concilij Carthaginenſis conſultus. 216.1.D.& Concilij Toletani. 218.2.A.
Simplicius Pont.Concilij Chalcedonenſis vindex.264.1. B. Calédionis Alexandrini Epiſcopi electionem probat.261.1.D De Acacio quæritur,quod eum non monuerint de ſtatu Alexandrinę Eccleſię. ibid. 1.B & ſeq. Vicariam ſui præfecturam in Oriente tribuit Acacio.262.1.C.& ſeq.Zenoni item Hiſpalenſi in prouincias Hiſpaniæ. 263.1.D.
Simoniaci quomodo vitandi. 508.1 D.
Sinon Troiæ proditor.97 2.D. Inepta ex eo Mornęi allegoria.ibid
Siricius Papa Iouiniani hæreſim damnat.519.2.D. Eâdem Mediolani damnandam curat. 520.1.A.
Sirmienſe Concilium licet hæreſim Photini damnarit, Côciliabulû tamê eſt 18 .2 B.Eius petitio,vt collega in Epiſcopatu Romano admitteretur, iniqua.ibid.
Societas benè morata quid habere debeat. 177.1 A.
Socrates hiſtoricus fuit Nouatianus, & cur Romanis Pontif.infenſus.236.1. D. Iudicium de eius Hiſtoria. 211.1 .
Sol quomodo dicatur cauſſa vniuerſalis. 26.1.B.
Somnium Bardę.451.2 C.Item matris Photij.475. 1.A.
Somnia cur aliquando à Deo immiſſa. 451.1.A.
Sonnatius Archiepiſcopus Rhemenſis Concilium celebrat.429 2. D. Quid in eo de Epiſcoporum electione ſancitum. 430.1 A.
Sophronius Hieroſolymitanus,& ipſe Monothelita fuerit,ſi Honorius 340.1.C.& ſeq.
Sozomeni error.152.1. C. Iudicium de ipſius Hiſtoria. 211.1.D.
Spiritualia temporalibus præeunt. 22.1.C.
Spiritus ſanctus electioni Pontificis pręeſt. 292.1. D.& ſeq.Non ex merito,ſed ex miniſterio.
Sacerdotum datur. 506.1.B.C.
Spoletanus Dux Leonem III.ereptum e coniuratorum manibus Spoletum deduxit. 394 1.A.
Spoliati reſtitui debent. 272.2.A.
Sorbonę & Mornęo, de authoritate & Decretis Romani Pontificis nihil eſt affine. 471.2.D.
Sponſus Romanę Eccleſię eſt Pontifex. 28. 1. A. ſic & quilibet Epiſcopus,ſuę Eccleſiæ.ibid.C.
Statuta de iuribus, & priuilegijs ſedium nulla ratione conuellenda. 469.1.A.
Stephani Halberſtatenſis de Henrico IV.ſententia 538. 1.B.
Stephanus Carthaginenſis Damaſum Patrem patrum appellat. 208.2.D.
Stephanus I.Pont.de rebaptizandis hęreticis Cypriano aduerſatus, in meliore cauſſa quàm Cyprianus, vt Mornęus fatetur 139 2.D.149.2.D.Nûquam Cyprianum appellauit Antichriſtum &c. vt mentitur Mornæus.143.2 C.Nunquam communione priuauit. 141. 1.B An Africanas,& Orientales Eccleſias ibid. 2.A.& ſeq. Cyprianus in ipſum inuectus peccauit. 142.1.C. D. Eius tamen authoritati non interceſſit. 142. 2.D. Stephanus iniquè à Mornęo accuſatus ſuperbię. 143. 1.A.B. Petiliani confeſſione Epiſcopatum illibatè geſſit ibid. C. Epiſtola Firmiliani ad Cyprianum de ipſo,ſcripta eſt acerbius quàm deceret ibid. D. Firmilianus,cæterique Orientales Epiſcopi ei reconciliati. 144.1.A.B.
Stephanus Pont.Zacharię ſucceſſor, ſiue II. ſiue III. quàm commendabilis.381.1. B. Nuncios & munera mittit ad Aiſtulphum,quid is.ibid.C.D Subſidium petit & obtinet à Pipino. ibid. D. à quo perhonorificè excipitur.18.1 A Ab eodem côtendit,ſi Exarchatum, & Pentapolim recipiat, ne reddat Imperatori: quid ipſe.381.1. C. D. Magdeburgenſium mendacium de Stephano. 381.1.D.
Stephanus Pont.Pauli ſucceſſor,ſiue III.ſiue IV. meritò Conſtantinum Sedis Apoſtolicę inuaſorem abdicauit,quem tamen non legitur alapis cęcidiſſe.382.2. C D. Quo fine eruditiſſimum quemque Epiſcopû ex Gallia mittendum ad ſe curauerit. 383. 1. A.B. Cur Carolo matrimonium cum Berta interdixerit. ibid. B & ſeq.
Stephanus V.ad Ludouicum Pium profectus, perhonorificè excipitur 410.1 D.& ſeq. Ipſum cum Iſmingarda vxore coronat.ibid.B. D. Donis viciſſim ſe honorant ibid.C. Quam ob cauſſam iuſſerit Populû Rom. ei fidelitatem iurare.411.1.A B. Decretum quoddam de electione Pontificis,an ſit ipſius ibid. C.D.Si ſit,nihil iuuat cauſſam Mornęi ibid D.& ſeq.
Stephanus VI.Adriani III.ſucceſſor. 476 1 A. Magdeburgenſium mêdacium de ipſius Decreto quoad obſeruationem Decretorum Romanorum Pontificum. ibid.& ſeq.Baſilium Imp.redarguit 475.1 B.476.1. C. Vuidonem Spoleti Comitem conſecrat Imperatorê. 476.1.D.
Stephanus VII. Bonifacio VI. Subſtitutus.476.2.D. & ſeq.Eius furor in cadauer Fermoſi Pont. &c.477.1.C. Qui tamen Nouatorum cauſſam contra Sedem Rô. non iuuat ibid.D.& ſeq Prȩterquam quod id factum quoad iterationem ordinationum, quibuſdam videtur fabuloſum.479 1.C.Eius Synodus contra Formoſum,illegitima.478.1. D. & ſeq. 479. 2. D & ſeq.Cur cenſuerit irrita eſſe debere acta Formoſi.478.2.D. Errauit tâtum in quęſtione facti ex odio in Formoſum, nec fuit hęreticus 479.1 A & ſeq Eius obitus.477.2. C. Ob reuerentiam nominatus Pię recordationis à Ioanne ſucceſſore. 480 2.B.
Stephanus VIII.manſuetus & religioſus. 483.1.C.
Stephanus IX.à quibus electus & quæ paſſus.483.1. D.
Stephanus X.quomodo electus.511.2 B Petrum Damianum Oſtienſem Epiſcopum conſecrauit.512 1.C. Miraculis poſt mortem clàruit.511 2 C. Ridiculum Mornęi de ipſo commentum.ibid C.D.
Stipulatio quid ſit 262.2.D Inter quos conficiatur. 263. 1.A.
Subditus,& Vaſallus quomodo quis declaretur.206.2.C.
Subreptio quid. 131 2.C.
Subſcriptiones in Concilijs quo ordine factæ. 165 2.A.
Succeſſio Romanorum Pontificum hucuſque inuiolata. 8.1.C 45 1.C Eſt nota vera Eccleſiæ. 74.1.A.
Sueſſionenſis Synodi Decreta à quibus edita 429 1 D. & ſeq.Patres huius Synodi quanti fecerint Apoſtolicam Sedem.ibid.2 A B.
Sulpitius Gallus rationem defectus luminarium inter Romanos primus vulgauit 71. .A.
Superbia quid ſit 90.1 C 317 1 A. Eius mala 416 1 A B.
Suſannę Diocletiani neptis hiſtoria à Baronio producta defen-

Digitized by Google

defenditur contra Mornæum. 145.2.C.& ſeq.

Suſannę nomen Chriſtianis antiquitùs; non ignotum. 146.2.A.

Syluanectenſis Synodi Acta ad Pontificem miſſa,vt ab eo confirmarentur:qui tamen renuit:quam ob cauſſam.431.1.C.& ſeq.

Symmacho legitimè electo Pontifici Laurentius quidã opponitur.268.1.A.B. Ipſe tandem pro legitimo pronuntiatur ibid.B.Eius Decretum ad comprimendum ambitum in electione Pontificis.ibid,A.D. Non ipſe, ſed Laurentius ambitionis notandus.ibid. C. Eorum rabies,qui Laurentio contra Symmachum fauebant. 270 2.C. D. Paſchaſius poſt mortem Dei judicio detentus in Thermis Angulanis,quòd pro Laurentio cõtra Symmachum ſenſiſſet.268.1 C Symmachus à criminibus ſibi obiectis abſolutus.ibid.2.C.Ab Ennodio defenſus ibid.Eius integritas,& præclarè geſta.269.1.A.Mornæi de ipſo mendacium. ibid. B. Theodoricus Rex ex eius voluntate Romanam Synodum conuocauit.271.2.B Ipſe ſe ſponte inferiorum iudicio ſubiecit.ibid C. Cur. 272.1.B Anaſtaſium Imperatorem excommunicauit,& Petrum Altinatem, ac Laurentium Nucerinum damnauit. ibid. C. Eius poſtulata. ibid D & ſeq. Qua in re Theodoricus ei non aſſenſerit.272.2.A.B.Theodoricus eius cauſſam,vti ad ſe nõ pertinentem,Synodo dimiſit.ibid.2.C.

Symmachus & Boetius Senatores iniuſtè à Theodorico occiſi.289.1.B.C. Hos orthodoxos Mornæus accuſat, vt Theodoricum Arrianum excuſet ibid.D.

Synagoga ſemper fuit conſpicua. 39. 1. A. Quos libros admiſerit.81.2.B. Eius lapſus à Prophetis prædictus. 91.1.D.

Synclerus quis. 371.2 A.

Synodicæ Epiſtolæ.Vide:Epiſtolæ Synodicæ.

Synodi & Concilij vox quo diſcrimine vſurpari poſſit. 253.1.B.

Synodus præter inuiſibile caput viſibili etiam indiget. 234.1.D Valorem habet à Pontifice. 82.2.A.151.1.C.

Synodus ab Euſebianis coacta.175.2. C.181.2.D. Quid ſtatuerit, & quare. 181.2.A.

Synodus contra Anthimum à quibus congregata. 302. 1.D.

Synodus in cauſſa Athanaſij cur à Iulio Pont. indicta. 174.1 C.

Synodus Agathenſis Alarici permiſſu celebrata. 273. 1.D.

Synodus Brixinenſis ab Henrico III.coacta, Gregoriũ VII calumniatur.534.1.B. Eundem indignum Sede ſtatuit,aliumque ſubſtituit.ibid.D.Impia ſcilicet triginta ſeditioſorum Epiſcoporum ſententia. ibidem. Epiſcopi Galliæ, nec ei adfuerunt,nec eius ſententiæ conſenſerunt. 534.2.A.

Synodus Epheſina ab Imperatoribus, ſed ex conſenſu Romani Pont.indicta 228 1.A.& ſeq. Vbi congregata.233.1.A.Huic Euangelium in throno collocatum. ibid. Ei præſedit Cyrillus nomine Cœleſtini Romani Pont ibid.C.& ſeq.232.1.B.& ſeq.233.2.D.& ſeq.234. 1.C.& ſeq. Cœleſtinus Neſtorij condemnationẽ hùc miſit.229.1.C. Hic Patres multis ſignis eius authoritatem indicarunt,in quo Mornæus mentitur.ibidem. Qua reuerentia Cyrillus de eodem loquutus. 229 2. B.Eiuſdem literæ magna cum reuerentia in Synodo exceptæ.232 1 D. In his opus non fuit,vt mentio fieret Cyrilli tanquam eius Legati. ibid 2. B. Quid hic eius Legati de primatu Romani Pont. nullo repugnãte.235.1.B & ſeq.Cur Patres abeundi veniam ab Imperatore poſtularint.ibid.2.C. Imperator non confirmauit Acta Synodi,ſed probauit.236.1. A.B.

Synodus Pariſienſis Nationalis, vt vocat Mornæus, de Imaginibus,non fuit Synodus, ſed collatio.417.2.D. & ſeq Eaque nec luce digna.418.1 B. Nec vllius authoritatis ibid. Nec eius liber in Scriptura ſacra, & Patribus fundatus.418.2.B. Horum collatorum præſumptio,ibid.1.C.D.

Synodus Rhemenſis,ſeu potius Pſeudo Synodus,contra Arnulphum, Nouatoribus nihil prodeſt.493.1.C.D. Summa eius Actorum.ibid.D.& ſeq. His multa Gerbertus addidit,multa immutauit.494.1.A. Huius Synodi iudicium in ſequenti pariter Rhemenſi reuocatum.ibid.C

Synodus Quinta ex confirmatione Romani Pontificis Oecumenica.306.1.C.D. Mornæi error Particularem Synodum cum iſta confundentis, & imponentis Bellarmino.ibid.2.A. & ſeq. Eiuſdem fictio,cur Vigilius huic non affuerit.ibid.C,307.1.C. Quomodo Vigilius dictus ſit huius Princeps.306.2.D. Quàm ſolemniter & cur huc vocatus.307.1. D.2.B. Hic quæſitum potius de perſonis,quàm de fide.ibid 2.A.B. Capitula, de quibus quæſitum.ibid C. Latius fuiſſet de his controuerſiam non moueri.ibid. D. Vigilius hanc Synodum prudenter primò non probauit, poſtea verò probauit.ibid.Quo tempore probarit.308.1.B.C. Eãdem probauit & Pelagius eius ſucceſſor. 309 1. C. & ſeq. Epiſcopi Occidentales temerè,præcipitanter, & iniquè veriti, ne præiudicatum hic eſſet Chalcedonenſi Concilio.309.1. D.& ſeq. Quid in ipſos Pelagius I. 310.2.B.& ſeq. Quo tempore reſipuerint. 314.1. B.& ſeq.Synodus erratica à Iuſtiniano II.congregata dici non poteſt Quinta & ſextæ Synodus inſtaurata. 360. 2.D. Neutra harum indicta eſt ad condendos Canones,ſed ad fidem explicandam. 361.1.A.

Synodus ſexta ab Imperatore indicta, ſed ex conſenſu, & authoritate Agathonis Pont.355.1.C.D. Conſtantinus IV. & Patres quanti hic fecerint Agathonem. vt Romanum Pont. eiuſque ſententiam: & quidem non honeſtatis, ſed veritatis gratia.354. 2. D.& ſeq. 359.1.D. & ſeq. Huc alij legantur nomine Agathonis,alij nomine Romani Concilij.352.1.A. Legati Agathonis quam honorificè ab Imperatore ſuſcepti:in quo non Anaſtaſius Mornæo, ſed Mornæus nobis imponit.ibid.2 A.& ſeq Hi præſident in Concilio vt iudices.ibid.D.& ſeq.Non ſic Imperator ibid.1.C. Patres ſe Catholicos profitentur ſubſcribendo literis Agathonis.359.1.B.C Hæc Synodus Honorium Pont. cum Monothelitis non damnauit.342.1.A.& ſeq.360. 1.A.& ſeq. 364.1.C. Præterea ſi damnaſſet: nonniſi per errorem damnaſſet.343 2. A.B.Canones,qui Trullani dicuntur,non condidit, ſicut non ad condendos Canones,ſed ad explicandam fidem conuenerat.362. 2.B.& ſeq.369.1. A.& ſeq. Romanum Pontificem in ordinẽ nõ coegit, vt mentitur Mornæus.361.1.D.Dãnati ab hac Synodo Romam appellant. 362. 2. D. & ſeq.Eorum appellatio poterat non admitti:nihilominus Romam mittuntur; at non tanquam in exilium. 363.1.C D.Patres huius Synodi confirmationem petunt à Põtifice.ibid.D & ſeq.Quid,& quam ob cauſſam Leo II.circa hanc Synodum ab Epiſcopis Hiſpaniæ poſtularit. 363. 2. D.& ſeq. Iuſtinianus II. non hanc Synodum, ſed aliam à ſe coactam non legitimam miſit ad Sergium, vt ei ſubſcriberet. 360. 2.C. 367.1.A.& ſeq.

Synodus ſeptima Vide: Nicæna II.

Synodus octaua contra Photium ab Adriano Pont congregata,procurante Baſilio Imp 454 2.A. Legatis Adriani præſidentibus,quid in ea geſtum ibid.B. Commentitia Mornæi ratio cur iſti ei præſederint. 455.1. D.Eiuſdem mendacio de ipſorum propoſito. 459. 1. D.& ſeq. De libello ab his ijſdem in Synodo producto.ibid.2.B. & ſeq. Quæ decreuit hæc Synodus de reuerentia Romanæ Eccleſiæ.456.1.A.B. Hæc Synodus verè dicta Vniuerſalis Octaua.457.1.D.& ſeq.De cultu Imaginum non aliter ſtatuit, quàm Orthodoxi Doctores.458.1.C. D. Reprobata non fuit à Ioanne VIII.ibid.2 A.B.C. Cur pauci ei ſubſcripſerint.ibid. D. Legati Pontificis iure in hac obtinent, Bulgaros eſſe ſubijciendos Romanæ Eccleſiæ.459.2.C.& ſeq.

Synodus Vuormatienſis ab Henrico III. contra Gregorium VII.indicta 530.1.A. Qui & quales ei affuerint.ibid.B. Quæ hic Hugo Blancus Cardinalis cõtra Gregorium:in quo Mornæus, & Auentinus mentiuntur.ibid B.C. Quæ item Villelmus Traiectenſis Epiſcopus.351.1.C. Qui Gregorij cauſſam hic tutati.ibi. B.Quid ibidem ſtatutum contra Gregorium 530.1.C

Alias Synodos vide vel in V. Concilium, vel ſub proprijs nominibus,vel eorum, qui ipſas conuocarint.

Synodi Nationales multæ ſub Conſtantino celebratæ. 168.

Digitized by Google

168 2.A.& ſeq.Ante eundem nulla Generalis,cur id. 174.1.C.
Synodi Oecumenicæ apud Orientales ab hæreticis deprauatæ. 222.2.D.
Synodis Epiſcoporum, vel per ſe vel per Legatos ſemper præeſt Romanus Pont.221.2.B.Qualis earum ordo. 179.1.D.
Syrenum natura. 112.1.C.

T.

TAcens non ſemper habetur pro conſentiente. 144. 2 C.
Temerarium iudicium cui noceat. 34.1.C.
Templum Dianæ Epheſiæ quotannis conſtructum.286. 1.B.
Templorum per pios ędificationem Deo gratam eſſe, miraculo teſtatum.349 2 C.D.Hac ſola expungi ſcelerum memoria non poteſt. 349. 1. B. Qui præcipuè Principes ædificarint.ibid.C.Hi tamen ea non ædificarunt,vt ſcelera ſua expiarent &c.ibid D.& ſeq.Nō repugnat.eundem ſpirituali,& materiali ædificationi Eccleſiæ ſtudere 348 1.D & ſeq.
Termini iuriſdictionum quales. 217.1.C.
Teſſera Catholicorum olim certiſſima. 176.1.D.
Teſtimonium ab aduerſario firmiſſimum eſt. 68. .C.
Tertullianus in hæreſim lapſus, malè ſenſit de Romani Pontif.authoritate.128.1.D Eius hæreſis.524.2 B.Cur lapſus. 525 2.B
Thales Mileſius primus Græcorum inueſtigauit Eclipſis cauſſam. 71.1.A.
Tharaſius electus Patriarcha Conſtantinopolitanus,Synodicam,& fidei ſuæ confeſſionem ad Adrianum mittit,ab eoque approbatur. 396.2. B. Septimæ Synodo affuit. at non præfuit.97.1.C 396.1 D. Quantum in hac Synodo Adriano detulerit.ibid.& ſeq ab ipſo appellatus non fuit Vniuerſalis Patriarcha. ibid.2.A.
Theobaldus Caſtilionens Mediolanenſis Archiepiſcopus excommunicatus a Greg.VII. 528.2.A.
Theodatus Gothorum Rex quid & cur Agapeto Pont. & Senatui Rom comminatus.299 1.D. Quid in Amalaſuntham nepharie commiſit.ibid.2.B. Agapetus nō vt id excuſaret, Legationem ad Imperatorem obiuit.ibid.
Theodelinda Longobardorum Regina cum filio communione à S Gregorio impertitur. 310.1.A.
Theodoræ Auguſtæ,& Vigilij Pontificatum exambientis colloquium.299.2.D.& ſeq.Theodora ab eodem iam Pontificatum adepto contendit, vt Anthimum reſtituat prius ob hæreſim depoſitum; quod ante à Siluerio contenderet.298.1.A.301.1.A.B.302.1.B. Vtrumque renuentem è ſede ſua deturbat. 294.2.C.
Theodora meretrix efficit,vt Ioannes X.eligatur in Pōtificem.482.2 B.483.1.A. Eius in Vrbe Roma per tyrannidem potentia. 484.2.A.
Theodoretus ab Epheſina PſeudoSynodo depoſitus, ad Pontificem appellat.254.2.D.& ſeq.Quam bellè huius appellationem interpretetur Mornæus. 255 2. A. 256.1.A.Eius cauſſam potuiſſe a Romano Pont iudicari Chalcedonenſis Synodus agnouit. ibid. C. Sedi ſuæ reſtituitur. ibid.
Theodoricus Rex Gothorum Arrianus, quomodo de finiendo ſchiſmate orto ex electione Symmachi, & Laurentij iudicarit.268.1.B.Romanam Synodum cōuocat ex Symmachi voluntate.271 2.B.& ſeq.Viſitatorem Romam delegat, qui de criminibus Symmacho impoſitis inquirat.272 1.C.D.Quid Symmachus ab ipſo poſtularit.ibid.D & ſeq. Quid ipſe viciſſim ei aſſenſerit,quid ſecus.ibid.2.B.Eius cauſſam, vti ad ſe non pertinentem, Synodo dimittit.ibid.C. Mornæus huic vel inuito tribuit ius in Eccleſias & Epiſcopos. ibid.D.Theodoricus minus irreligioſus, quam Mornæus & Caluiniſtæ 273.1.A. A quibus adiutus,bis occurrentem cum exercitu Oreſtem ſuperarit.274,2.C. D.Ioannem I.obire cogit Legationem ad Iuſtinum Imp.quam ob cauſſam 286.1 D.& ſeq 287.1. C.Ioãnes non ideò tam honorificè habitus,quia eius Legatus.287.2. C Theodoricus in Ioannem, vſque ad necem,ſæuit, quam ob cauſſam,in quo refellitur Mornæi commentum.ibid.A.B.288.1.A & ſeq.2. D.& ſeq. Symmachum & Boetium Senatores iniuſtè occidit. 289.1. C. Mornæus hos accuſat, vt illum Arrianum excuſet.ibid.D. Theodoricus arrogat ſibi electionem Pontificis,& Felicem nominat 289 2.A. Eius apparitio, quo tempore mortuus eſt,nec fabuloſa.288.2.A. B.Catholicis primò addictus fuit, poſtea infenſus;ſic merito primum à Baronio laudatus, poſtea exagitatus.289.1.B.C.Hic cum ſuis Arrianis pius eſt Mornęo 288.1.D. & ſeq.
Theodorus I Pont.pro Papa vniuerſali agnitus à Sergio Cypri Archiep. & tribus Africanis Concilijs. 345.1. C.& ſeq.
Theodorus I I. 477 2.D.
Theodorus Cæſareæ Capadocię Sacerdotio & communione à Vigilio priuatus. 199 2.B.
Theodorus Rauennas Archiep.Eccleſiam ſuam Romanę reſtituit &c. 314.1.D.
Theodorus Studita ſanctitatis nomine celebratus,quantum tribuerit Romano Epiſcopo, & quidem longè amplius quàm Alexandrino.421.2 C.& ſeq.
Theodori Eccleſiæ Romanæ Primicerij, & Leonis Nomenclatoris excæcatio,& mors iniquè à Mornęo imponitur Paſchali Pont.415.2. A. & ſeq.
Theodoſius Imp.pro Flauiano apud Innocentium præceteris intercedit.196.1.A. B. Ius Romani Pontif.ſibi vſurpat.254.1 C Quot inde mala.ibid.2.B. & ſeq.
Theologiæ ſymbolicæ valor. 95.1.B.
Theophilus Epiſcopus Alexandrinus vendicat ſibi ius in electione Conſtantinopolitani.203 1.C Cur Ioannem Chryſoſtomum deſignet.ibid.D. Eundem conuocato Concilio exauctorat,de facto quidem,non de iure ibid.2 A.& ſeq Chryſoſtomo poſt reſtitutionem iterum exulare coacto ſibi timens,ad Romanum Epiſcopum Legationem & literas mittit. 204.2.A.& ſeq. Eodem defuncto, è Chriſtianorum numero ab Innocentio ſegregatur 207.1 A. Quamuis Origeniſtarum maſtix fuerit, tamen contra Chryſoſtomum peccauit.252.2 A. In hac eius contentione cum Chryſoſtomo mirabiliter elucet authoritas Romani Pont. 203. 1.B & ſeq.
Theophilus Cęſarienſis Epiſcopus Præſes Concilij Cæſareę Paleſtinę. 126.2.C.
Theophili Imp.Orientis perfidia. 417.2.B.
Theophylactus Bulgarię Archiepiſcopus, quo ſenſu fidem Sancti Petri cenſuerit fundamentum Eccleſię. 481.1.A.& ſeq.Eius codicibus inſunt errores.ibid D. Iidem ab hereticis falſati, vbi aſſeritur poteſtas Romani Pont.ibid 2.A.B.Petrus,eius iudicio,maior Paulo ibid.D.
Theſaurus Eccleſię unde. 55.2.B.
Theudas Hebręis imponens quomodo interemptus.9. 1.D.
Thietgaudus Treuerenſis Epiſcopus, diuortij Lotharij Regis cum Thietherga cōprobatur, à Nicolao Pont. exauctoratur, non tamen inauditus.439.2 D.& ſeq. Hinc Imperatorem in ipſum commonet. 445. 2. D. Schiſmaticis adhęret 446 1.A Literas calumnijs, mēdacijs,atque blaſphemiis refertas ad Nicolaum ſcribit ibid.& ſeq.Eius tamen cenſuram humiliter ferēs, miſſas non celebrat,de quo à Lothario apud eundem commendatur.ibid. D. Nunquam recuperata ſua ſede,in Italia obit.ibid.
S.Thomas Aquinas officium Feſti Corporis Chriſti cōpoſuit. 79.1.A.
Thomas Morus & alij in Anglia martyrium paſſi. 49. 1.A.
Thyeſteę cœnę,& Cyclopicę. 77.2.D.
Timothei Conſtantinopolitani contumacia. 280. 1. A. C.D.
Timotheus Aelurus hęreticorum opera in ſedem Alexãdrinam intruſus. 259.1.A.
Titius ſextus cur accuſatus,& damnatus. 377.1.A.
Titulus Epiſtolę Adriani Papę ad Tharaſium Conſtantinopolitanum deprauatus. 332 2.B.

Digitized by Google

Titulus Patriarchæ Oecumenici per impoſturam adiectus nomini Ioannis Epiſcopi Conſtantinop. 240.1. B.C.
Titulus Romani Pontificis antiquiſſimus. 159.2. A.& 303.2.C.
Tituli attributi à Patribus Romano Pontifici. 27.2.B.
Tituli Romani Pontificis non ijdem ſemper adhibiti. 210.2.B.
Titulos ſuperbos non ſibi tribuit Pontifex Rom. nec iubet, vt aliquis illi tribuat. 205.1.D. & 2. A.
Titulus Sanctiſſimi, ac Beatiſſimi cur tributus Pontifici. 24.1.A Cur Chriſtianiſſimi, Regi francorum, & Catholici Hiſpaniarum ibid.
Tobias non ibat ad vitulos aureos. 39.2.B.
Toletana Eccleſia primatum totius Hiſpaniæ conſecuta a Romana, 335.1.D & ſeq.
Toletanum I I I. Concilium authoritate Pelagij Papæ celebratum. 318.2.C. S. Leander huic præfuit vt Legatus Romani Pont. ibid. D. & ſeq. Id Concilium agnouit authoritatem Romani Pont. 319.2.D.
Toletanum IV. conſulendam cenſet Apoſtolicam ſedē. 345.1.A.
Toletanum VII Quid contra definitionum ſuarum violatores. 348.1 A.
Toletanum X I I. Canone 6. de electionibus Epiſcoporum, poteſtate m Romani Pont. non excludit.
Toletanum XIIII. authoritate Romani Pont. habitum. 364.2.B Quomodo authoritate ſua fulcierit Acta ſextæ Synodi 365.1.D. & ſeq.
Toletana Concilia cur aliquandò Regum authoritate conuocata &c. 340.2.B.
Tormenta multi tolerauerunt vitio non virtute &c. 48. 1.A.
Totila Gothicus ſummo honore Pelagium I. Pontificē proſequutus. 9.2.C.
Traditio Apoſtolica non rebaptizandi baptizatos ab hæreticis. 139.1.D.
Traditio docet, Euangelium Matthæi ab ipſo reuera ſcriptum. 96.2.A.
Traditione, non ſcriptura Eccleſia multa recepit ab Apoſtolis. 83.2.D.
Traditiones Eccleſiaſticæ probantur ex Patribus 95.1. D.& ſeq. Omnes reijciuntur à ſectarijs 44.1.D. Cur reijciantur. 96.1.D. Quænam verbo ſcripto adæquentur. 97.1.A.
Traſimundus Spoleti Dux, à Gregorio III. amicè receptus in fidem, & adiutus. 379.1.A.B.
Translatio Romani Imperij legitima. 395.1.B Quis eius author. ibid. C. 403.2.D. & ſeq.
Tranſubſtantiationis origo à Mornæo aſſignata contradicit Caluino. 386.1.B.
Trecenſis Synodus ſub Nicolao Papa, quando & cur cōuocata. 416.2.B.C.
Trecenſis à Ioanne V I I I. habita, quantum detulerit Romano Pont. 469.1.D. & ſeq.
Tribunorum plebis munus. 307.1.B.
Tridētina Synodus quid de ſacrorum librorum lectione ſtatuerit. 93.1.A. Quomodo nonnulli non acceptētes eius Decreta excuſentur. 188.2.D.
Troja à Græcis euerſa. 99.1.B. 103.1.B. Quando 100.1. C. Allegoria inde à Mornæo ineptè deducta. 101.2.D.
Trullani Canones. Vide: Canones aſcripti ſextæ Synodo.
Turcæ ſeruatoris noſtri imaginem derident. 62.2.A.
S. Turibius ad Hiſpanias erroribus Priſcillianiſtarum liberandas Romanæ ſedis auxilium implorat. 262.1. D. Eorundem libros authore Leone I. proſcribit. 262. 2.A.
Turpinus, ſiue Tilpinus Archiepiſcopus Rhemēſis opera Caroli Magni Pallium ab Adriano accipit. 387. 2.C.
Tuſculani Comites Imperialem titulū à Ioanne VIII. poſtulant, at reijciuntur. 466.1.A. Iure ab eodem anathemate percutiuntur, quod ipſum etiam in Synodo Trecenſi poſtea confirmatur. 471.2.C 469.2.C. Sic in ipſum inſurgunt, vt in Galliam fugere cogatur. ibid. 1.C. Quantam Eccleſiæ Romanæ calamitatem intulerint, tyrannicè ſibi vendicantes electionem Romanorum Pontificum. 479.2.C.D. Benedictum IV. Ioāni IX. Subrogant. 481.1.A. Ipſorum ope Sergius ſedem inuadit. ibid. C. Similiter alij Pontificatu indigni in eandem ſedem intruduntur. 485.1.B.
Tyrannorum ſtatuæ in ius vocatæ, & damnatæ. 376. 2.D.
Tyrannus quis. 372.1.B.

V.

Valens Imp. hæreticus cur varijs tormentis Monachos affixerit. 46 1.B. An cogendæ Synodi Lampſacenæ facultatem fecerit. 184.1.C.D.
Valentiniani non paſſim, nec omnibus ſua myſteria cōmunicabant. 40.1.C.
Valentinianus Imperator Catholicus quid & cur reſpōderit Hipatiano conuenendi poteſtatem poſtulanti. 185.1.B. Iura Eccleſiaſtica quam rata eſſe voluerit. 192.1.B. De lege, qua ſuſtulit iudiciale tribunal Epiſcoporum, licet non in rebus Eccleſiaſticis, & ad religionem ſpectantibus. 248.2.B. & ſeq. Eius ſententia de primatu Romani Pont. 249.1.D, 330.2.D. Decretū de religione, quæ tenenda ſit. 145.1.D.
Valentinus Pont. communi conſenſu eligitur, & conſecratur, ac Senatus Romæ eius pedes oſculatur. 416.1. A. Non ipſe id primus permiſit. ibid. B. Temerarium Mornæi iudicium de celeritate mortis ipſius. ibid. 2. A.B.
Valterus Canonicus Regularis in primis Apoſtolicæ Sedi addictus à Rauennatibus reſipiſcentibus à ſchiſmate in Archiepiſcopum electus. 314.2.A.B. Gelaſij ad ipſum literæ de Rauennate Eccleſia. ibidem B. & ſeq.
Vandali Arriani Chriſti corpus, & ſanguinem panim ter ſparſerunt, & pollutis pedibus calcarunt. 78.1.A.
Vaſa ſacra Dei iuſſu ex Ægyptiorum auro, & argento conflata. 149.1.C.
Vdalrici Auguſtani Epiſtola conficta. 440.A.ſeq.
Venerius Epiſcopus Mediolanenſis quo fine à Chryſoſtomo per litteras monitus de rebus contra ſe geſtis. 205.1.A.2 A. Quo item monitus ab Aurelio Carthaginenſi Epiſcopo. 216.2.C.
Verba fruſtra promit, qui non intelligit. 145.1.A.
Verborum controuerſia quos torqueat. 1.A.C.
Verbis Chriſti defraudari non poſſumus, ſenſus verò decepti facillimus eſt. 72.1.D.
Verbum ſolum ſcriptum recipiendum eſſe, nullibi ſcribitur. 96.1.C.
Veritas hiſtoriæ vnde petenda. 68.2.A.
Veſpæ ſicut & apes habent fauos ſuos. 48.1.C.
Veſtes ſummi Sacerdotis cur Deus voluerit eſſe pretioſas 919.2.C. Myſticam ſignificationem habent. 159.1. D. In Veteri lege longè differebant à vulgari veſtitu. 159.1.B.
Veſtigia reformatæ Eccleſiæ, quæ ſint. 33.2.C.
Veſtiſonis in Eccleſia nomen. 40.2.C.
Via facilior ad fallendum, quæ ſit. 17.1.D.
Vicarij ab Hormiſda conſtituti. 377.1.B.C.
Vicarij Imperatoris in dictis Concilijs interfuerunt. 147. 1.C.
Victor Carthaginenſis Epiſcopus profeſſionem fidei ſuę Theodoro Pont. mittens eius authoritatem non negat. 345.2.D. & ſeq. Cur Legationem ad eundem miſerit. 346.1.C.
Victor II. Pont. Quomodo Leoni IX. ſubſtitutus. 511.1. B C. Quàm miraculosè præſeruatus à veneno ſibi in calice immiſſo. ibid. D. & ſeq. Multos Simoniacos, & fornicarios depoſuit. 503.2.D.
Victoria precibus & viuorum, & defunctorum aliquando de hoſtibus reportatæ. 385 1.B.C.
Victricius Rhothomagenſis Innocentium cōſulit. 212. 2.C.
Vigilantius hæreticus Mornæi præceptor. 212.1.C.
Vigilius Diaconus Pontificatum ambiens, eligi curat à Bonifacio Pont. 292. 1. D. Quid Theodoræ Auguſtæ promiſerit, ſi Papa foret. 292.2.D. & ſeq. Eius ingreſſus in Pontificatum, illegitimus. 300.1.&.2.D. Eutychianis hæreſi quomodo, quando vel etiam an ſubſcripſerit.

ſcripſerit ibid. C. Eius Epiſtola ſuppoſititia in quo Liberatus errauit ibid. & ſeq. Baronius de ipſo contradictoria non ſcribit ibid. 1. D. Vigilius cum Pontificatu firmitatem fidei adeptus. 301. 1. A. Quando ex intruſo Pont. legitimus euaſerit. ibid. B. C. Catholica eius ſententia de Eccleſia Rom. ibid. 2. A B. A Theodora Auguſta pro reſtituendo Anthimo multa perpeſſus, renuit tamen & iure 302. 1. B. C. 305. 1. C. D. Quæ Baronius de ipſius conuerſione planè diuina nec immeritò. 305. 1. A & ſeq. Vigilius Mennam Conſtantinopolitanum Epiſcopum excommunicare potuit, non èontra. 301. 2. A. Eutychius Mennæ ſucceſſor fidei profeſſionem ad ipſum mittit. ibid. B. & ſeq. Vigilius ad Quintam Synodū ſolemniſſime vocatus. 307. 1. D. Refellitur Mornæi fictio, cur adeſſe ei noluerit. 306. 1. C. 307. 1. C. Etiamſi non affuerit, quomodo dictus eius Princeps. 306 2. D. Hanc prudenter primò non probauit, & poſtea probauit 307. 1. D. Mornæi in ipſum calumnia. 308. 1. A. Quo tempore hanc Synodum probarit. ibid. B. C. Ipſa hinc Oecumenicæ nomen & authoritatem obtinuit 306. 1. C 307. 2. D. Iuſtinianus iniquè dedit optionem, an ipſum ab exilio reuocatum vellent in Papam, an Pelagium Archidiaconum 308. 1. D. Vigilius in Sicilia mortuus 309. 1. C. Legati Sedis Apoſtolicæ ipſum vindicant ab impoſtura Monothelitarum. 343. 1. D.

Vim vi repellere licet. 454. 1. C. 458. 1. C.

Vinea Caluiniſtarum quas vuas produxerit. 69. 2. C.

Violatores Canonum voluntarij damnati. 54. 2. A.

Violatoribus Pontificiarum Conſtitutionum non ſolita præſcribi pœna mortis. 490. 2. A.

Virgilius Epiſcopus Arelatenſis. 19. 1. A. Vicarius à S. Gregorio Magno inſtitutus. 277. 2. C.

Virgilius à S. Bonifacio apud Zachariam Pont. ex calumniatorum ſuggeſtione accuſatus, nō tamen quòd Antipodas eſſe diceret 403. 2. B. C.

Viſio S. Antonij de Arrianis. 83. 2. B.

Vita hominis quando miſera. 437. 2. B.

Vitalianus Pontifex Rom. Cur Conſtantem Imp. per honorificè tractarit. 348. 1. B. Cretenſis Archiepiſcopi ſententiam irritat. 353. 1. D.

Vitalis cur à Damaſo damnatus. 202. 1. B. Eius error. ibid.

Vituperatores vitæ monaſticæ damnati à S. Chryſoſtomo. 85. 2. C.

Vmbra ſolius Petri curabat infirmos in cuius rei ſignū. 32. 1. D. & ſeq.

Vnitas Eccleſiæ ab Eccleſia Rom 330. 2. A. Vnde hæc à S. Cypriano probetur. 25. 2. C. D.

Vnitas Sacerdotalis ab vna Petri Cathedrâ. 31. 2. D.

Vniuerſalis Apoſtoli nomen nunquam Sancto Petro indictum. 310. 2. C.

Vniuerſalis Epiſcopi nomen à nullo Romano Pont. aſſumptum, tametſi oblatum à Chalcedonenſi Concilio. 310. 1. D. Qui ſibi id arrogat Luciferum imitatur, & præcurrit Antichriſtum ibid. 2. C. D. Huiuſmodi nomen, friuolum quidem, ſed pernicioſum 324. 1. A. Id ipſum ſibi inſcriptum Gregorius recuſauit. ibidem. B. Cur idem tantoperè damnarit ibid. Quo ſenſu. 19. 1. D. 317. 1. D. 321. 1. D.

Vnius ouilis vnicus Paſtor ſupremus. 136. 1. C.

Voces multæ in Eccleſiam poſt ipſas introductæ. 180. 2. C.

Volenti, & conſentienti non fit fraus, aut dolus 513. 2. C.

Voluntas in Chriſto quo ſenſu intelligatur vna. 341. 2. A B.

Vrbanus II. Pont. quomodo iuriſdictionem exercuerit in Hiſpania. 335. 2. D. Plenariam indulgentiam tribuit proficiſcentibus ad bellum ſacrum. 470. 2. D. & ſeq.

Vrbanus IV. Cur feſtum Corporis Chriſti celebrandum inſtituerit. 78. 2. D.

Vrbes quibus rebus ornentur. 355. 1. A.

Vrbs & Ciuitas aliquando in ſignificatione diſtinguuntur. 453. 1. B.

Vrſatius & Valens ſui delicti rationem Romano Pontif. reddiderunt. 356. 1. C.

Vrſicinus Cadurcenſis in Matiſconenſi Synodo excommunicatus. 373. 2. D.

Vrſpergenſis Abbas, in cauſſa Leonis IX. & Vuormatienſis Epiſcopi, meritò à Baronio reprehenſus. 523. 1. B. C.

Vſucapione, & præſcriptione ius acquiritur. 257. 1. A.

Vſurpare quid ſit. 130. 1. D.

Vſu, & conſuetudine ſubiectionalis obedientiæ multa legitimè acquiruntur. 157. 1. B.

Vſus appellationis ad Romanum Pontificem antiquiſſimus. 224. 2. D. S Auguſtinus eum probat. 225. 1. B.

Vſus implorandi brachium ſæculare quando receptus. 314. 1. A. B.

Vſus Romanorum Pontificum vt in remotis Prouincijs vices ſuas Epiſcopis delegarent. 362. 2. C. Vt cognoſcerent, quæ eſſent ſcripta Catholica, cognitaque probarent. 367. 1. B.

Vtile per inutile non vitiatur. 5. 1. D.

Valdenſes authoritatem Sedis Apoſtolicæ agnouerunt. 120 1. B. 120 2. B. Eorum errores. 3. 2. B. 8 1. 1. A. Vide: Albigenſes.

Vuormerienſis Synodus in cauſſa Hincmari Laudenſis. 461. 1. B.

Vuiclefus Vrbano. VI ſuam fidem ſubijcit 281. 1. B. 200. 2. C. Eius error de Magiſtratibus. 3. 1. C. De Ordinibus religioſis. 86. 2. D. & ſeq.

Vuido Spoleti Comes à quo Pontifice conſecratus Imperator 496. 1. D. Romanæ Eccleſiæ priuilegia & dona probauit ibid.

Vuillelmus Traietenſis Epiſcopus cur à Gregorio VII. excommunicatus. 530. 1. A. Quæ is in ipſum pro Henrico III 531. 2 B. C. 1. A. Quas propterea pœnas Deo tandem perſoluerit. ibid. D. Terribilis eiuſdem ad Henricum miſſa confeſſio ibid. B.

Vuormatienſis Epiſcopus quid contra Leonem IX. in cauſſa Humberti Diaconi: in quo Vrſpergenſis meritò à Baronio reprehenſus. 523. 1. B. C.

Vuormatienſis Synodus. Vide: Synodus.

Z.

Zacharias Pont. qualis vir. 379. 1. D. & ſeq. 401. 1. A. & ſeq. Nullum cum perduellibus pactum init, vt ſua ſibi à Luitprando recuperaret. ibid. 2 B. Quæcumque poſcebat, ab ipſomet Luitprando obtinuit. ibid. C. Nec fidem Rachi Regi violauit, nec eius pietatem ludificatus eſt, vt imponit Mornæus. 380. 1 A. & ſeq. A Pipino conſultus pro Regio nomine obtinendo, quo conſilio Francos ſoluerit Sacramento præſtito Childerico. 380. 1. C. & ſeq. Non propterea ſe extulit ſupra omne, quod dicitur Deus. 380. 1. D Sigonius ipſum commendans, vindicatur ab interpretatione Mornæi 381. 1. A. S. Bonifacius ad ipſum creatum Pontificem ſcribit. 401. 1. C. Quæ Zacharias ad ipſum ſcribit de abſtinentia à carnis cibis, inepta non ſunt. ibid. 2. C. D. Pallium gratis dabat. 402. 1. C. Bonifacio, vt poſtulauerat, poteſtatem facit congregandi Synodum in Gallia, & quid in ea conſtituendum, ſcribit 401. 2. B. C. Huius Synodi Decreta ad ipſum pro confirmatione mittuntur ibid. C. D.

Zeno Hiſpalenſis Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Vicarius à Simplicio conſtitutus. 263. 1. D.

Zeno Imp. hæreticus Eutychianus. 196. 1. C. Si Conſtantinopolitanam Eccleſiam appellauit Matrem omnium Eccleſiarum, quid tenendum. ibid. B. C. Ioannē Thalaidam Orthodoxum electum in Epiſcopum Alexandrinum, improbat & expellit, eique Petrum Moggum antea ob hæreſim pulſum contra ius ſubſtituit. 263. 1. A. D. 266. 2. B. Eius Enoticon quam iniquum. ibi.

Zoſimus Pontifex in officio ſuo non ſegnis. 219. 1. B. Cur Legatos Carthaginem miſerit. ibid. 2. B. De Canone Nicæno Concilio ab eius Legatis, in Carthaginenſi, citato pro appellationibus ad Romanum Pontificem. 219 1. C. & ſeq. Quo fine Celeſtius hæreticus ad ipſum ſe contulerit. 224. 1. A. Cur Zoſimus in ipſum lenis fuerit ibid. B. D. Quo ſenſu eius libellum dixerit Catholicum ibid. C. Ab Auguſtino laudatur ibid. Quomodo deceptus à Celeſtio. 224. 2. A. Non eſt reprehendendus, quod ipſum audierit ibid. B. & ſeq.

FINIS TOMI PRIMI.

Digitized by Google